15 *de pact.tit.de quibus rebus, cap.*4. † Extende maxime; quia valet pactum factum in principio in traditione rei suæ, *l.legem. C.de pact.*
Duaren.*d.c.*4.*in fin.n.*8. vbi restringit, nisi respiciat malos mores,
16 vel vsuram, aut aliquid turpe. † Restringe, dummodo pactum non sit improbatum, & super prohibitis lege, vel Senatusconsulto, *d.l.Iuris gentium.*§.*ait prætor.ff.de pact.* Alber.*lib.*2.*statut.q.*2.
17 *n.*61.† Amplia; quia valet pactum omne secundum consuetudinem generalem. Matth.Brun.*de cession.bon.q.*21.*in princip.num.*20.
18 † Amplia; quia pactum valet etiam contra naturalia, & accidentalia contractus, neque vitiatur contractus, nisi pactum sit con-
19 tra substantiam. Natt.*cons.*49.*n.*20.*& cons.*82.*n.*8.*& seq.* † Limita; quia non valet pactum priuatorum tollens iurisdictionem
20 Principis. Natt.*cons.*614.*n.*7.*& seq.* vbi declarat. † Limita; quia non valet pactum etiam iuratum de non reuocando procuratore à iurante constituto. Alexan.*cons.*18.*Visis capitulis.in prin.lib.*2.
* vbi dicit * communem, quod licet efficiatur periurus; tamen
21 valet reuocatio. † Extende, vt idem sit in administratore; quia pactam iuratum non obligat constituentem, ne possit eum re-
22 uocare, licet efficiatur periurus. Alex.*d.cons.*18.*num.*7.*lib.*2. † Extende idem in Vicario constituto cum pacto iurato de non reuocando; quia potest reuocari, licet reuocans efficiatur periu-
23 rus. Alex.*d.cons.*18.*n.*8.*ver.bene facit lib.*2. † Idem in pacto de non
* reuocando testamentum; quia secundum communem,* & veriorem potest reuocari, licet reuocans efficiatur periurus. Alex.
24 *d.cons.*18.*n.*2.*ver.accedit.lib.*2. † Declara tamen; quia non etiam fieret periurus reuocans, quando faceret, vel obtenta absolutione. Alex.*d.cons.*18.*col.*2.*n.*1.*in fin.ver.non consulo.* vel si reuocatio
25 fieret ex causa legitima, idem Alex.*d.cons.*18.*n.*8.*lib.*2. † Limita; quia pactum, lex, & rescriptum, per quod parti denegatur iusti-
26 tia, non valet. Corrad.Brun.*de hæret c.*16.*num.*16. † Extende, vt idem sit, si per pactum, legem, vel rescriptum ius suum auferatur
27 à priuato. Corrad.vbi supr.*n.*14.*& seq.* † Restringe, quando agitur de modico præiudicio; quia potest auferri ad tempus ius alterius, si dilatio conceditur, vel quid simile. *l.vniuersa.C.de precib.*
28 *Imper.offer.* Corrad.vbi supr.*n.*16.*& seq.* maxime *nu.*18. † Limita; quia pro tributis, quæ sequuntur rem ipsam, & possessorem, licet fiat pactum inter dominum rei, & eum, in quem transfertur vsusfructus rei: tamen non præiudicat fisco, & tertio, ita Gartz.
29 Hispan.*de expens.& meliorat.c.*11.*n.*55.† Extende; quia quoad pœnam fisco debitam non valet pactum, vel transactio, seu remissio, quando ex delicto in committendo; secus si ex delicto in omittendo agitur. Bald.plene *tract.de statut.ver.Iudex iudicare.nu.*6.
& seq. vbi, quod tale pactum dicitur contra publicam vtilitatem; quia licet in delictis principium fundetur in offenso; tamen finis fundatur in fisco, *l.Iuris gentium.* §.*si paciscar. ff.de pact.*
30 Gram.*decis.*37.*in fin.* † Limita, quia non valet pactum, per quod quis possit induci ad delinquendum, plene Vital. Camba. *de clausul.tit.An possit renuntiari beneficio cessio.bonorum.n.*10.*& seq.* vbi, quod non valet pactum, per quod quis perdat libertatem, neq; contra bonos mores, neq; quod singulis liceat id, quod magi-
31 stratui, neq; quod quis inducatur ad delinquendum, & *nu.*24.*&*
seq. Moron.*de pace q.*107.*num.*7.*& seq.* † Declara; quia non valet quoad pœnam publicam delicti, sed bene valet, ne exigatur pœna conuentionalis parti applicanda. Moron.*de pace,d.q.*107.
*n.*8. Gram.*decis.*37.*in fin.* Extende; quia non valet pactum, quod quis non possit propulsare iniuriam. Vital. vbi supra proxime,
*n.*7. † Et non valet indulgentia, vel saluus conductus super futuris delictis; quia induceret ad delinquendum. Deci.*in l.contractus.ff.de reg.iur.* sequitur Moron.*de pace, q.*106.*n.*7.*& seq.* † Imo neq; tolerantia valet super futuris, per prædicta. Corne.*cons.*159.
*n.*5.*lib.*3. † Limita; quia non valet pactum, quod liceat rumpere treugam, & fidem fallere, quæ treuga neq; ex noua causa rumpitur. Moron.*de treuga & pace.q.*117.maxime *in prin.& num.*4. Vide,
*Pœna imposita à priuato contra leges non debetur. Concl.*207.*n.*15.*& seq.*
† Extende; quia non valet pactum contra substantiam pacis, quæ est, vt rancor animi deponatur. Moron.*de pace,q.*187.*in prin.*
† Extende; quia non valet pactum, per quod disponitur, quod offendens non possit redire ad patriam sine licentia pacisentis;
quia est species bannimenti, quæ spectat ad Principem, Vulpel.
*de treuga & pace.q.*55.*in prin.* † Extende; quia non valet pactum pacis, quod illud, quod est de iure punibile, efficiatur impunibile. Moron.*de pace,q.*107.*n.*11. † Extende; quia pactum, per quod datur remissio pro delictis futuris, non valet; quia aperit viam delictis contra publicam vtilitatem. Corn.*cons.*159.*In hac consultatione.n.*5.*lib.*3. † Limita; quia pactum pacis, per quod non remittitur rancor, non valet; quia est contra substantiam pacis. Petrus de Anchar.*cons.*75. Vide, *Pacis conuentiones quæ &c.* Concl.191.
† Limita; quia pactum etiam iuratum non debet seruari, si fiat non obseruatur: ideo is, qui renuntiat appellationi; quia appellatus promittit non molestare, si molestet, potest prosequi appellationem, & auditur. Ioan.de Imol.*consil.*81. *In casu præmisso.*
† Limita; quia pactum, quod non possit probatio fieri, nisi per Instrumenta, non valet. Ioan.de Imol.*cons.*37.*Visis, & consideratis.*
*n.*4.*ver.item non obstat.* † Limita; quia pactum de non appellando à sententia, etiam sub pœna, & cum iuramento, non continet
casum notoriæ iniustitiæ: quia in generali promissione non veniunt ea, quæ verisimiliter non fuissent specificata. Io.de Imol.
*cons.*76.*Visis, ac consideratis.* † Limita; quia non valet pactum, per quod aufero mihi potestatem vtendi iure meo, vel vendendi rem meam, *l.nemo.ff.de pact.* Castr.*cons.*366.*Super primo.in prin.lib.*1.
vbi, quod neq; iuramento ligatur, si iurat non vendere; quia vendat, valet venditio, licet sit periurus. Vide, *Iuramentum impedit actum contrarium, & quando secus. Concl.*512. † Limita; quia
non valet pactum, per quod quis renuntiat tutelæ; quia est munus publicum, quod recusari non potest, gl.*in* §.1.*in ver.vt atque*
potestas.Instit.de tutel. † Restringe in tutela, quæ defertur matri, & auiæ, quia est voluntaria: ideo valet pactum de non suscipienda tali tutela. Ioan.de Imol.*cons.*78.*Visis, ac ponderatis.n.*5. † Limita;
quia non valet pactum de perpetua communione seruanda. Alex.*cons.*18.*lib.*2. Vide, *Communio inter plures quando dicatur singularum. Concl.*534. † Limita in pacto de stando declarationi patris
aduersæ, quia non valet, quin reducatur ad arbitrium boni viri. Bart.*in l.si.ff.de prætor.stipul.& in l.nec iis.n.*7 *ff.de acquir.hered.* Ial.*in*
l.admonendi.in 1 *lectur.n.*94.*ff.de iureiur.* plene Io.de Anan.*cons.*31.
Præsupposito.in fin. vbi dicit * communem. Ias.*in l.Iusiurandum, quæ* * *ex conuentione.ff de iureiur.* vbi dicit * communem. Vide *Asserens*
*quando standum sit. Conclus.*536. † Declara; quia imo tale pactum quod credatur simplici verbo creditoris circa damna, non relet; quia inuitaretur ad delinquendum, plene Signor.*consil.*31.
Cum in instrumentis. vbi pro vtraq; parte, tandem concludit, non valere, licet aliqui dicant valere, licet reducatur ad arbitrium boni viri, & repetit *cons.*156.*n.*18.*& seq.* † Extende; quia non valet, si appositio testatoris, in qua priuat ipso iure hæredem, si molestat uxorem legatariam, & voluit stari dicto cum iuramento vxoris. Signor.*d.cons.*156.*n.*19.*& seq. ver.veniamus nunc.* vbi late pro vtraq;
parte, randem dicit, non valere; quia in causa sua, & inducetur materiam peierandi, & delinquendi. † Restringe; quia bene potest valere in personam hæredis circa declarationem voluntatis defuncti; quia est eadem persona; secus, quando de quæstione facti contingente. Signor.*d.cons.*156.*n.*22. † Declara; quia est arbitrium iudici consideratis qualitatibus personarum, & rei similitudinibus, & aliis. Signor.*d.cons.*156.*n.*22.† Contrarium resolutum *cons.*134.*nu.*3. & quod valeat, siue in vltima voluntate fiat, Rota *decis.*210.*n.*7. etiam sine iuramento valet, eadem Rota Ianue *decis.*210.*n.*7. etiam sine iuramento valet, eadem
Rota *decis.*134.*nu.*3. & quod valeat, siue in vltima voluntate fiat, est communis * opinio, secundum Alex.*consil.*54.*circa id.lib.*3.*
prin. vbi, quod etiam inter viuos valet, secundum magis * communem, & plenius Alex.*cons.*47.*Circa primum.n.*4.*lib.*1. † Declara; quia bene valet pactum, quod arbitrator possit procedere iure, scriptis; quia censetur data illi potestas, quod steterit dicto arbitratoris. Alexan.*cons.*147.*Visis.num.*6.*ver.non obstat, quod Bartol. lib.*

54 *lib.6.* † Limita; quia non valet pactum etiam cum iuramento, vel renuntiatio facta contra statutum Mutinæ inductum contra vsurarios; quia non valet renuntiatio. Io. de Imol. *cons.85.n.4.ver.si autem cauetur.* † Limita; quia pactum non valet contra substantiam contractus, licet valeat cõtra naturalia, & accidentalia contractus, Curt. Iun. *cons.56.nu.2.* Natt. *cons.82.n.8. & cons.49.n.20.* & ideo contra substantiam feudi non valet, licet bene contra naturam feudi, Brun. *cons.68.n.4.* † Declara; quia procedit limitatio, quando verba non patiuntur, quod transeat in alium contractum, alias secus, Natt. *cons.123.n.9.* quia tunc tanta est vis pacti, & conuentionis, quod contractus assumit aliam naturam, & perdit propriam. Redoan. *de reb. eccles. rubr.33. casu 30.q.34.num.3.* † Limita; quia non valet pactum contra publicam vtilitatem, *l. ius publicum. ff. de pact.* & ideo non valet pactum in inuestitura feudali, quod non possit recurri ad supremum Principem in casu iniustitiæ. Bald. *cons.483. Mag. Dominus Nanus. lib.1.* sequitur Brun. *d. cons.68.n.4.* Natt. *cons.614. Duæ sunt clausulæ.n.7. & seq.* Gram. *vol.* 18. Vide, *Ius publicum pactis priuatorum tolli non potest. Concluſ.623.* 58 † Extende, vt neq; valeat in iis, quæ magis Rempublicam, quam rem familiarem respiciunt; Ideo quoties pactum est remotum à priuato seruari non debet, *l. iuris gentium. §. si paciscar. l. si vnus. §. de pact. ff. de pact.* Francisc. Duaren. *de pact. c.4.n.4. & seq.* † Restringe; quia pactum, & pax, quando sunt mixtim contra publicam & priuatam vtilitatem, licet non valeant contra publicam; tamen valent contra priuatam. Bart. *in q.1. Lucanæ ciuitatis.n.5.ver.quarto* 60 *probatur sic.* † Idem; quia facultas concessa pluribus ex publico, licet pactis priuatorum tolli non possit, quantum ad omnes; tamen valet renuntiatio particularis, quoad renuntiantes, remanente facultate publica. Bart. *d.q.1.n.8.ver.octauo probatur sic.* † Limita; quia appellationi in præiudicium superioris non potest renuntiari, sed bene in præiudiciũ priuati renũtiantis. Bald. *in l fi. §. fin. C. de temp. appell.* vbi limitat in criminali; vel in causa status, in quibus expresse non potest renuntiari appellationi, licet tacite 62 propter lapsum temporis, & assistentiam legis. † Limita; quia non valet pactum, vel renuntiatio eius, quod principaliter est inductum in odium alterius, non autem in fauorem renuntiantis, vel pacisc entis. Bart. *d.q.1. Lucanæ ciuitatis. ver. econtra. num.11.* 63 † Limita; quia non valet pactum, quod non liceat debitori soluere, neque offerre, nisi quando creditor voluerit; quia si fit super grano debito, & re, quæ recipit augmentum, & diminutionem, censetur in fraudem vsurarum. Castr. *cons.114. in princ. lib.2.* 64 † Extende; quia neque valet ratione publicæ vtilitatis, in quibus non cadit vsura; quia cum debitor dicatur quodammodo seruus sui creditoris, *l. fidei. §. si rem. cum ibi not. in gl. in ver. accipere. ff. de leg.3.* interest cuiuslibet debitoris posse redimere se ab hac ser- 65 vitute. Castr. *cons.144. Pactum istud. lib.2. in prin.* † Et non potest etiam induci hoc pactum, quod debitor non possit soluere, & se liberare, tam inter viuos, quam in vltima voluntate. Castrens. 66 *d. cons.144. Pactum istud. n.2. lib.2.* † Idem in casu conuerso; quia per eandem rationem publicæ vtilitatis nõ valet pactum, quod creditor habens pignus non possit illud vendere, quando interuenit trina denuntiatio, *l. si conuenerit. cum l. seq. C. de pign. act.* Castren. *d. cons.144.n.3. lib.2.* vbi ponit alia exempla similia. † Extende; quia non valet pactum, quod debitor non possit liberare se à debito, siue respiciat obligationem, seu liberationem rei, siue personæ, Castr. *d. cons.144. per tot. lib.2.* maxime *circa med. ver. item in* 68 *pacto. & ver. & pius interest. lib.2.* † Limita, quia vbi non valet pactum, non potest valere laudum. Vide, *Arbiter & Arbitrator de iure & de facto quid possit. Concl.458.n.25.* † Limita; quia non valet pactum, quod quis non possit cedere bonis, & se liberare à carcere, & quando secus. Vide Soc. *Reg.1. Pactum, quod debitor bonis ce-* 70 *dere non possit*, vbi limitat 14. modis. Vide plenius, *Cessio bonorum prohibetur multis casibus. Concl.219.*

Pactum expressum & tacitum in quibus differant. Concl.5.

1 PACTVM † expressum requirit præsentiam personæ, quia mediante ius transeat; pactum vero tacitum, secus; quia non requirit præsentiam. Feder. de Sen. *cons.268. incip. in l. post quam.* 2 † Contrarium videtur velle Castr. *cons.143.n.2.* vbi, quod sicuti confessio, vt probet, debet esse facta præsente parte; ita etiam tacita; alias non est probatio, nec releuat ab onere probandi. 3 Castr. *d. cons.143.n.2.ver. & primo. lib.2.* † Limita; quia pactũ, quod lapso termino non liceat pignus redimere, sicuti non valet pactum expressum, nec neque tacitum eadem ratione.

Castrens. *d. cons.143. in fin. lib.2.*

Pactum informat, & regulat contractum, & quando secus. Concl.6.

PACTVM † in continenti appositũ post contractum, regulat, & modificat contractum. Ang. *cons.373. Visis instrumentis.n.4. ver. nec obstat. vsque in fin.* & hæc est regula, quã ponit Ias. *in l. lecta.n.24. & seq. ff. si cert. pet.* vbi ponit 10. limitationes. Vide, *Incontinenti quæ fiunt, dicuntur inesse. Concl.81.* † Extende; quia pacta etiam post cõ- 2 tractũ diuersa ab eodẽ, vel nouant illum, aut declarãt, vel detrahunt ei. Ang. *d. cons.373.n.4. ver. nec obstat.* vbi, q̃ est regulare in omni dispositione conuentionali. Bart. & alii *in l. pacta notissima. C. de pact.* Dec. *cons.493.n.7.* † Amplia; quia omne pactũ, q̃ est mo- 3 dificatiuum contractus, habet ipsum informare, & verba taxatiua in pacto seruanda sunt. Bal. *cons.337. Et præmitto. in prin. ver. item est sciendum. lib.3. & cons.433. Casus talis est.n.4. lib.5.* † Amplia; quia 4 pacta plura in eodem cõtractu cẽsentur coniunctim apposita, si possunt stare simul, & nõ attenditur ordo pactorũ; quia si primũ pactũ conuenit fini cõtractus, habetur pro finali, & è conuerso. Bald. *cons.197. Omnia pacta. lib.5.* Vide, *Ordo scripturæ attenditur, &* 5 *quando non. Concl.196.* † Extẽde; quia omnia cẽsentur pars cõtractus; ideo nõ potest pars pactorum approbati, & pars reprobari; quia cõtractus est indiuiduus, plene Tiraq. *de retract. conuent. ad fi. tit.n.5. & seq. vsque n.16.* vbi late pro vtraq; parte, & ita tenet, nisi constet de intẽtione contraria. Vide, *Individua quæ esse dicantur, &* 6 *quæ non. Concl.102.* Vide, *Implere debet actor contractum ex parte sua, alias non agit ex eo. Concl.50.* † Amplia; quia pacta omnia cõtractus exponẽda sunt saluis dispositis principaliter in cõtractũ, & secũdum naturã cõtractus; ideo si cõcedatur in emphyteusim duob. aliquid cum pacto, q̃ præmorieti succedat alter, licet dicatur, q̃ possint facere, quicquid sibi placuerit, de dicta emphyteusi; non tñ valet alienatio facta in præiudicium habẽtis ius accrescendi; quia intelligitur secundũ præmissa. Bald. *cons.452. Hæredi habenti. per tot.* maxime *n.5. ver. non obstant. lib.5.* vide omnino Dec. *cons.171. per tot.* † Amplia in sententia, seu laudo cõtinente plura, puta quod quis sit hæres, & teneatur alteri soluere certũ quid, & si non sol- 7 uat, hæres sit ille, cui debet fieri solutio; quia non valet, q̃ hæres nõ desinat esse hæres, & q̃ fuit declaratus hæres primo; quia cũ sint omnia in eadẽ sententia, cẽsetur hæres sub cõditione declaratus. Angel. de Perus. *cons.42. Porrecta fuit.n.4. ver. item non obstat.* † Amplia; quia pactũ incõtinenti appositum in cõtractu nouam 8 actionẽ parit, videlicet ex præscriptis verbis, & veterẽ informat, vt late declarat Signor. *cons.4. Statuto ciuitatis. nu.8. ver. nono probat. & n.15. ver. & est tertius.* † Amplia, quia vbicunq; actus nõ est perfectus, omnia, quę sunt dicta, cẽsentur in illo actu, siue in principio, siue in fine; & hoc, p̃cedit ẽt in statutis, & omnibus actibus cõditionalibus. Ang. *cons.42.n.4. ver. item non obstat.* Bart. *in l. lecta. n.18. ff. si cert. pet.* Fel. *in c. cum dilecta. de rescr. ver. declara.* Castrens. *in l. contractus.n.7. C. de fide instr.* quia ante q̃ habeatur pro perfecto cõtractu, pacta omnia valẽt; quia sic conuentum esse præsumitur à principio. Vide, *Medium non datur multis casibus. Concl.172.* † Contrarij tenet Negus. *de pignor. in 4. part. prin.n.39. & 40.* vbi dicit, q̃ non procedit in trãslatione dominii; quia si quis vendat, & do- 10 miniũ trãsferat, postea pro sui cautione reseruat dominium rei, nõ valebit, & plura in simili Gozad. *cons.16. per tot.* † Et vbicum- 11 que cõtractus nõ est absolutus, pactum in qualibet parte dicitur pars cõtractus; ideo pactũ legis cõmissoriæ, q̃ nõ operatur post ius quæsitũ, debet apponi ante absolutũ contractum; absoluitur autẽ, seu absolutus dicitur, si est lectus, & publicatus, & habitus pro perfecto corã testibus, & partibus, licet testes nondum sint descripti in eo. Alex. *cons.10.n.7. & 8. lib.1.* † Extende; quia licet minor non possit sine decreto facere pactũ de retrouendendo, 12 bene potest in actu acquisitionis facere, & valebit; quia non potest diuidi cõtractus, & ita tenet Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. n.10. & seq.* vbi reprobat Gozad. & Cagn. tenẽtes contrarium, & *n.6. & seq.* Idẽ in Ecclesia, & in omni acquirente pro alio, vel pro se; quia potest in actu acquirẽdi pactum apponere, & valet, licet illud pactum non posset facere extra acquisitionem sine certa solemnitate, vel non præiudicaret. † Restringe in pactis factis in 13 eodẽ cõtractu per minorẽ, puta de retrouendendo; quia si sunt facta post translationẽ dominii in minorẽ, non valent. Gozad. *d. cons.16. per tot.* latissime Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit.n.12. & per tot.* † Idẽ, si pactũ fiat in ipso cõtractu per tutorẽ, vel curatorem, 14 aut negotiorũ gestorẽ pro minore, vel alio, vel cõtra; quia tenetur totũ approbare, vel reprobare, quãdo sunt posita in ipso cõtractu; secus si post perfectum contractum, late Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. an.5. vsque ad 16.* vbi pro vtraque, & ita declarat *n.12.* † Declara, nisi fiant ante translationem dominii, vel occa- 15

sione contractus ex liberalitate facti pro minore, prout est do-
natio sub modo. Fulgos. *cons.223. in fi.* & idem, si quis ex liberali-
tate certo pretio vendat aliquid cum pacto à principio de sibi
retrouendendo, aut de non vendendo alteri; quia obligatur, &
16 non datur restitutio. † Contrarium tenet Castr. *cons.112. Viso te-
nore. in fin. lib.1.* vbi, quod minor, & Ecclesia, qui non possunt sine
certa solemnitate alienare, non possunt etiam in actu acquiren-
17 di pactum de retrouendendo facere sine solemnitate. † Restrin-
ge, vt non procedat, quando actus esset perfectus, quod intelli-
ge de absoluta perfectione, ita quod nihil supersit agendũ; quia
iudex, & alii, qui habent potestatem semel pronuntiandi, pri-
uantur, ne post actum perfectum aliquid contrarium vel modi-
ficatiuum disponant. Angel. *d. cons.42. n.4. vsq; in fin.* vbi, quod ita
debet intelligi Bart. *in l. Iudex postea quã. ff. de re iud.* & alibi, & quod
18 alio modo intellecta eius doctrina non est vera. † Amplia; quia
propter pacta quandoq; plus, quandoq; minus soluitur in con-
tractibus venditionum; quia pacta sunt pars contractus. Ioan. de
Imol. *cons.24. nu.4.* Rip *in l.1. § si heres. ff. ad Trebell.* Tiraq. *de retract.
conuent. in præfat. n.20.* Couar. *var. resol. lib.3. c.10. n.1.* vbi alios alle-
19 gat. † Extende in emphyteusi; quia pactum, quod fieri debeant
melioramenta, & finita linea reuertantur ad dominum, consi-
deratur in læsione, & est pars contractus. Castr. *cons.386. col. fi. ver.
20 tertio quia. & cons. seq. lib.2.* † Amplia; quia pactum onerosum in
venditione, dicitur pars pretii, *l. fundi pactum. ff. de contrahen. empt.*
21 Abb. *cons.66. n.3. ver.2. probatur. lib.1.* † Declara, nisi pactum one-
rosum esset ex alia causa, quam venditionis, puta, vendidit quis
rem cum pacto, quod pretium soluatur intra quatuor annos, &
interim fructus sint vẽditoris; quia sibi reseruat dominium, do-
nec pretium soluatur, certe illi fructus non sunt pars pretii, sed
propter dominium. Abb. *d. cons.66. in fi. ver. ad secundum. lib.1.*

Pacta inter contrahentes qualiter interpretanda. Concl.7.

1 PACTVM † inter locatorem & conductorem, quod si pro-
pter guerram, vel inundationem non poterit conductor col-
ligere fruges, quod sit in arbitrio dicti conductoris dimittere
fruges, vel fictum soluere, intelligitur secundum naturam con-
tractus: videlicet si nõ poterit fructus colligere vltra dimidiam;
secus, si quædam minima pars colligatur; quia debet fieri restau-
rum arbitrio boni viri. Bald. *cons.434. Pactum inter locatorem. lib.1.*
☞ *per tot.* Vide, *Conductori qualiter sit facienda remissio in casu remissionis.*
Concl.616.

Pactum non potest, quantum lex. Concl.8.

1 LEX † potest plus, quam pactum; quia per legem potest pro-
hiberi, ne quis rem suam alienet, nisi in certas personas, *l. du-
dum. C. de contrah. empt.* secus est in pacto, *l. si sterilis. § si tibi. ver. si ita.*
2 *ff. de act. empt.* Calder. *cons.98. An procedat.* quod est 3. *de pact.* † Et ide-
o non valet argumentum de pacto ad legem, & econtra. Cal-
3 der. *d. cons.3. de pact.* alias 98. † Amplia, vt imo plus possit factum
iudicis, quam pactũ. Calder. *d. cons.98. ver. Imo plus.* alias 3. *de pact.*
4 † Amplia; quia imo pactum dicitur lex data negotiis, de quibus
agitur, sicut & sententia: Ideo sicut per legem corrigentem in
vno aliam legem, valet argumentum, vt in eo tantum fiat corre-
ctio: ita etiam in pacto, & sententia, quæ sunt leges, ita Fulg. *cons.*
5 144. *Syndici Communis n.2.* † Limita; quia valet argumentum de
pacto ad legem, gl. & ibi Bart. *C. de decret. ab ordin facien. in Rubr.* &
6 est text. *in l. si. ad si* & ibi Bart. & Bald. *C. de fideiuss.* † Extende; quia
valet argumentum de pacto ad legem & statutum, & ad cõsue-
tudinem, quod est verũ, quando sumus in iis, quæ sunt cõtra bo-
nos mores; quia q̃ non potest per pactũ, neq; per legẽ, & ecõtra.
7 Bart. plene *in l. non impossibile. in fi. ff. de pact.* † Restringe, seu decla-
ra; quia valet argumentũ de pacto ad legẽ affirmatiue, vt quic-
quid potest pactum, potest lex, sed non negatiue: non potest pa-
ctum, ergo non potest lex, vel consuetudo; quia multa potest
lex cõtra ius publicũ, quæ nõ potest pactũ, ita per Bar. *d. l. non im-
possibile. ff. de pact. in fi.* Ial. *in* § *quædam. Inst. de act. n.36. & 37.* vbi late.
☞ Vide, *Argumentum valet de statuto ad pactum. Concl.497.* Vide, *Con-
suetudo potest, quicquid potest pactum, & qualiter procedat. Concl.807.*

Pactum contrahentium quando vnius vel ambarum partium respiciat commodum. Concl.9.

1 PACTVM, † quod habens rem pignoratã possit illã vendere
lapso certo termino, respicit fauorem habentis pignus; ideo
pote st illi renuntiare. *l. quamuis. ff. de pign. act.* Castr. *cons.295. in prin.*
2 *& 296. prope fi. ver. licet enim. lib.2.* † Et vbicumq; aliquid commit-
titur potestati alicuius, quod possit facere aliquid, tale pactum
non importat necessitatem, sed voluntatem; ideo potest illi re-
nuntiare. Castr. *d. cons.295. n.2. in fi. & n.3.* vbi apostil. *lib.2.* Amplia;
quia pactum de retrouendendo ad fauorem venditoris non re-
tor: quetur, vt obligetur, si non vult. Vide, *Pactum de retrouendendo*
☞ *ad cuius fauorem sit factum. Concl.25.* † Et generaliter dicimus, quod
pactum & dispositio dicitur respicere fauorem illius partis, cui
ex illo pacto, vel ex illa dispositione paratur actio. ita Ial. *in l. pa-
tens. n.19. ver tu dic. C de pact.* & hoc ad cognoscendum, quod in-
ducta ad fauorem, ad odium non reducantur. † E conuerso sicut
pactum, quod possit creditor vendere pignus, respicit fauorem
creditoris; ita qualitas, quod teneatur prius citare debitorem, &
seruare certam solemnitatem, respicit ad fauorem debitoris.
Castr. *d. cons.295. col.2. in prin. ver solemnitas autem. lib.2.* † Gratia v-
triusq; dicitur pactum appositum, quando respicit fauorem am-
barum partium, prout si inter Iudæum & Christianũ fiat pactũ,
q̃ lapso anno pignora data Hebræo pro certa summa vsuraria,
sint Hebræi; quia si expedit Christiano perdere pignora, & con-
tinuare vsuras, non potest Hebræus velle renuntiare huic pacto,
quasi solum fauorem suum respiciat. Castr. *d. cons.295. col.2. in prin.*
& n.3. & 296. n.2. & 3. lib.2. allegat *l. si cum fundum. ff. de pact.* vbi pa-
ctum censetur ad fauorem ambarum partium, nisi contrarium
sit actum. Vide, *Consideratio multiplex. & quid sit, & qualiter inter-*
☞ *pretanda. Concl.628.* Vide, *Renuntiare iuri in fauorem suum. Concl.171.*
† Extende; quia compromissum in arbitratorem, si est super pa-
cto, vel contractu iam facto, transit ad hæredes: si super facien-
do, vel super lite, secus est. Castr. *cons.341. in prin. ver. sed Bar. lib.2.*
† Extende; quia dilatio concessa emptori ad soluendũ pretium,
censetur concessa venditori ad tradendũ prædium venditũ, vel
rem venditam, Fulgos. *cons.200. In quæstione, quæ vertitur. per tot.*
† Extende; quia si agitur ex pacto, q̃ bona vendita debeant mẽ-
surari intra certũ terminum, respicit fauorẽ vtriusq; partis. Dec.
cons.452. Visa instructione. n.10. plene Soc. *cons. fi. n.3. lib.3. vsque in fin.*
† Extende in contractu vltro citroq; obligatorio; quia cũ pacta
in contractu posita censeantur coniunctim apposita, si possunt
stare simul, non attento ordine, q̃ vnũ sit prius, aliud posterius.
Bald. *cons.179. Omnia pacta. lib.5.* & ideo cum sint pars contractus,
non potest pars approbari, & pars reprobari; quia contractus est
indiuiduus: igit respicit eo casu vtramq; partẽ. Tiraq. *de retract.*
conuent. ad fin. tit. n.5. & seq. vsque ad n.16. vbi pro vtraq; parte. † Et ita
facit etiam; quia contractus debet iudicari in dubio in ea parte,
quæ est magis vtilis vtriq; contrahenti, nõ vni parti tantũ. Tiraq.
de retract. lignag. § *.30. gl.1. n.32.* Crauet. *cons.14. num.8.* † Item; quia ti
claudicare non debet contractus, nisi in casibus specialibus, in
quibus datur claudicatio. Crauet. *cons.239. n.6.* Vide, *Claudicatio*
☞ *non admittitur, & quando secus. Concl.287.* Vide, *Contractus claudica-*
re non potest, & quando secus. Conclus.982. † Et licet is, qui cedit ius a
alteri, dicatur donare; tamen secus est, quando cessio fit in tran-
actione; quia in ea vterq; cedit, & propter reciprocam cessionẽ.
Bero. *cons.76. n.34. & seq. lib.2.* † Extende in iudicio, & cõpromit-
so; quia æqualitas est seruanda. Nam si factum est cõpromissum
sub pœna, & arbiter iubet partes venire in locum in hoc stum,
vel non conuenientem, parsq; non venit, non incurrit pœnam,
licet alia venerit; quia vtriq; parti debet æqualiter esse consuli,
l. si cum dies. § *. si arbiter. in fi. ff. de arbitr.* ibi: *absurdum enim esse iussum*
alterius personam ratum esse, in alterius non. † Et per illum text. Abb. ibi
dicit esse in contractu vltro citroq; obligatorio, *cons.97. Viso in-*
strumento. col.2. in prin. ver. ex hoc capite. lib.2. vbi dicit, absurdum esse
aliquid cõsistere in vna parte, q̃ in alia non consistit, & loquitur
in transactione, quæ non potest cadere super liquido, & qui vna
pars tantũ remitteret liquidum. † Extende; quia capitula cõse-
derationis debent interpretari pro vtraq; parte, non autem vna
parte; quia est quædam societas. Bald. *cons.343. Examinanda sunt.*
lib.1. † Extende in societate; quia est quædam fraternitas, quæ æ-
qualitatem requirit, *l. verum. in prin. ff. pro soc.* Abb. *cons.77. n.2. lib.1.*
vbi, q̃ pactũ, q̃ vnus plus alio consequatur, sine causa non valet;
quia est contra substantiam contractus. Vide, *Dispositio reciproca*
☞ *habet multa specialia contra ius. Concl.498.* Vide, *Donatio reciproca va-*
let. & habet multa specialia. Conclus.631. Vide, *Societas quid sit, & eius*
natura, & qualiter contrahatur, vel non. Concl.279.

Pacta personalia, vel realia, ad quos extendantur, vel nõ; & in dubio an sint personalia, vel realia. Con.10.

PACTVM † personale factũ cũ vno nõ extenditur ad aliũ, nisi
interfit pacisc entis, *l. iuris gentium.* § *. pactorum. ff. de pact.* & quia
personalia personam non egrediuntur, apostil. ad *consil. Dyn.11. in*
ver. extendi. quæ adducit concord. Bart. *cons.58. Ex themate proditio.*
in fi. ver. super tertio. lib.1. vbi, q̃ renũtiatio inter emphyteutas non
extenditur ad fauorẽ domini, quin vno mortuo alter succedat ex
iure accrescẽdi; quia non interest domini. † Amplia in tantum, a
quod

quod pactum personale non etiam nō extenditur ad hæredem,
3 *l. idem in duobus. §. personale. ff. de pact.* † Extē de; quia pactum de non petendo ad tempus personale non transmittitur ad hæredem.
4 Dyn. *cons. 11. n. 3. ver. præterea sicut patet.* † Amplia in fideiussore; quia pactum personale factum principali debitori non iuuat fideiussorem directe; quia quod non transit ad hæredem, non extenditur ad fideiussorem. Dyn. *d. cons. 11. Quæstio talis est, Benogius. nu. 4.*
5 *ver. præterea expressum est.* † Restringe limitationem, vt non procedat, quando tale pactum quantumcunq; personale impediret liberam iurium cessionem; quia tunc per indirectum effectus illius iuuaret fideiussorem, puta quando esset facta dilatio circa
6 personam principalis. Dyn. *d. cons. 11. n. 5. ver. vnum autem.* † Amplia; quia pactum factum super vna re non extenditur ad aliam
7 rem. Io. de Imol. *cons. 13. in pr.* † Extende; quia pactum super vno contractu non trahitur ad alium contractum; ideo stante retractu, si quis vendat consanguineo suo, & promittat de euictione, licet non possit contrauenire; tamen si consanguineus postea vendat extraneo, potest primus venditor tanquam consanguineus secundi venditoris retrahere; quia pactum super prima venditione non extenditur ad secundam. Tiraq. *de retract. lignag.*
8 *§. 1. gl. 9. n. 43.* † Extende; quia procedit extensio, etiamsi consanguineus, qui potest retrahere, futuro emptori, renuntiauit iuri retrahendi; quia si ipse futurus emptor emat, & postea alteri vendat, poterit consanguineus, qui renuntiauit iuri retrahendi, ab isto secundo emptore retrahere; quia renuntiatio facta super vno contractu non trahitur ad alios contractus. Tiraq. *de retract.*
9 *§. 1. gl. 9. n. 24.* † Declara tamē; quia si primus emptor, cui factum fuit pactum de non molestando, venderet rem liberam alteri, ita vtipse vendens molestari posset à secundo emptore, forte pactū & renuntiatio sibi facta prodesset; quia, qui petit à fideiussore, petit à principali debitore *l. aduersus. ff. de arbitr.* Tiraq. *d. §. 1. glos. 9.*
☞ *de retract. lignag. num. 125.* Vide, *Exceptio competens principali debitori.*
10 *Concl. 415.* † Declara, quia licet pactum, & renuntiatio super vna re, & super vno contractu, & cum vna persona non transeat ad
11 aliam. Tiraq. *de retract. lignag §. 1. gl. 9. n. 127. ver. tertius casus.* † Tamen; quia pactum, & renuntiatio facta venditori nocet, & prodest emptori, vt per plura idem Tiraq. *d. §. 1. gl. 9. num. 128. & 129.*
12 † Idcirco necessario distinguitur; quia si pactum, & renuntiatio est reale, vel concomitatur rem; tunc transit cum ipsa re, ad quēcunq; etiam habentem ius, & singularem successorem: si vero est mere personale; tunc non egreditur personam, Tiraq. *d. tract. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 129. in fi. & n. 130.* licet dicat ibi, quod Franciſc. Aret. *cons. 70. circa med.* tenuit, quod, etiamsi sit personalis, transit ad successorem, quod reprobat, nisi distinguas in personali, quæ est in rem scripta; quia ista est transitoria ad quem-
13 cunq; successorem, vt idem Tiraq. *§. 8. gl. 5. n. 6. & seq.* † Limita; quia regulariter omnis obligatio & pactum transit ad hæredes,
☞ licet de hæredibus non sit facta mentio. Vide, *Hæredes censentur nominati in omni dispositione. Concl. 75.* Vide, *Obligatio generalis transit*
14 *ad hæredes, & quando. Concl. 37.* † Limita, seu declara; quia pactum mere personale nō egreditur personam, mortuo eo, cui factum est pactum, puta de non petendo aliquid à Titio, sed eo viuente bene potest ad alium transire, puta ad fideiussorem habentem regressum aduersus principalem, cui factum fuit pactum; ideo vt sit omnino personale, & non egrediatur personam, debet fieri cum taxatiua, puta, *promitto non petere aliquid à te tantum, vel à te*
15 *solum*, ita Bart. *in l. nisi. per tot.* maxime *in fin. ff. de pact.* † Personale, an reale in dubio censeatur pactum, obligatio, vel concessio. Vide plene Crauet. *cons. 929. per tot.* vbi, quod ex mente, & causa, & materia diiudicamus; sed tamen si ex verbis constat, quod ratione personæ, puta meritorum; tunc personale est, & rursus distinguit, licet in dubio censeatur reale quo ad hoc, vt transeat ad
hæredes, non autem, vt ad singulares successores transeat, plene
16 loquitur. † Et quod pactum factum fauore agnationis, sit per-
17 sonale. Curt. Sen. *cons. 49. n. 74.* † Et quod pactum sit personale, quando de hæredibus non fit mentio, & ad hæredes non trans-
18 it. Cephal. *cons. 352. n. 3. & seq. lib. 3.* Decian. *cons. 1. n. 67. lib. 2.* † Et pacta regulariter non egrediuntur personas nominatas. Rimin.
19 Iun. *cons 465. n. 9. lib. 4.* † Et de sui natura restringi debent. Ce-
20 phal. *d. cons. 352. n. 3. & seq. lib. 3.* Burſat. *cons. 266. n. 16. lib. 3.* † Et fauore dotis, pactum de non petendo dotem est personale, *l. si ma-*
rito. §. si pater. & ibi Castr. *in fin. ff. solut. matrim.* vbi, quod in dubio
☞ pactum censetur reale, sed fauore dotis personale, vt ibi. Vide,
Actio personalis contra quos competat, vel non competat. Concl. 99. Vide,
Dignitati, vel officio, &c. Concl. 414. Vide, *Personalia iura quæ dicantur. Conclus. 320.* Vide, *Res inter alios acta. Concl. 264.*

Pactio, & conditionalis conuentio reprobatur in spiritualibus. Concl. 11.

CONDITIO † & pactum non potest interuenire in electio- 1
ne ad Ecclesiam de Prælato; quia hoc est reprobatum, *c. statuimus. de elect. in 6.* Oldrad. *cons. 275. n. 8. ver. circa septimum.* Gemin.. *cons. 84. n. 1. in fin. cum seq. ver. si vero tale iuramentum.* † Ampla, vt idē 2
sit in resignatione, & prouisione beneficii ecclesiastici. Oldr. *d. cons. 275. n. 8.* allegat Innoc. *in c. in nostra. col. 2. de rescri.* † Amplia, et- 3
iamsi pactio sit licita ad fauorē Ecclesiæ, etiamsi fuit iurata; quia si fiat ante electionem, vel ante præsentationem, tanquam illicita reprobatur. Gemin. *cons. 84. in prin. & n. 2. & 3.* † Amplia in 4
matrimonio carnali, & spirituali, *l. vlt. C. de non num. pecun. c. quemadmodum. cum ibi not. de iureiur.* Oldr. *d. cons. 275. n. 8.* † Amplia; quia 5
si beneficia conferantur sub conditione, & pactione, talis conditio inducit simoniam, *c. vt nostrum, vt Ecclesiast. benefic.* † Amplia 6
in professione emissa cum pacto reseruationis bonorum. Vide, ☞
Professio ex quibus dicatur impediri, vel non. Concl. 885. † Limita; quia 7
prædicta sunt vera quo ad pacta, & conditiones hominis; secus si legis, prout in permutatione, quæ non potest circa beneficia habere pactum, vel conditionem; & tamen à lege inest, quod sequuta euictione detur regressus ad beneficium permutatum. Oldr. *d. cons. 275. n. 8. ver. ad hoc respondetur.* Gemin. *d. cons. 84. nu. 19. ver. non obstat, quod collationes.* † Limita; quia valet pactio, & pro- 8
missio licita, & à lege permissa, si fiat à prouiso ipsi superiori cōferenti, puta, quod soluet censum antiquum debitum. Gemin. *d. cons. 84. n. 4. ver. & dico, quod tale iuramentum.* † Limita; quia collatio beneficii etiam conditionalis facta per inferiorem à Papa or- 9
dinatum valet, quando conditio est licita, & ad fauorē Ecclesiæ. Gemin. *d. cons. 84. n. 4. circa fi. ver. item est licitum respectu.* Vide, *Col-* ☞
latio beneficij sub conditione quando valeat, vel non est. Concl. 428. Vide, *Iuramentum electi, vel præsentati ante stipulationem. Concl 542.*

Pactum quod dicatur contra bonos mores, vel non. Concl. 12.

PACTVM, † quod quis non possit cedere bonis, non est con- 1
tra bonos mores; ideo validatur iuramento. Federic. de Sen. *cons. 60. Quod pactum.* † Amplia; quia valet pactum factum per fi- 2
lium patri de non petendo alimenta, & hoc de iure ciuili, *l. pactum. C. de collat.* † Contrarium de iure Canonico; quia tale pactū 3
non valet. Spec. *in tit. qui filij sint legit. ver. sed pone, quidam.* quem sequitur Fed. de Sen. *d. cons. 60. in fi.* † Amplia; quia etiam valet pac- 4
tum, vt quis conueniri possit, etiam non deducto tanto, quod non egeat, dummodo non deueniret ad famem notoriam. Fed. de Sen. *d. cons. 60. n. 2. ver. item quia.* † Amplia, vt pactum, q̄ quis 5
possit pro debito personaliter detineri, valeat etiam sine iuramento. Fed. de Sen. *d. cons. 60. in prin. ver. item Spec.* † Limita, nisi 6
esset notoria & manifesta mēdicitas, & paupertas, & fames; quia tunc iuramentum non validat; quia est contra ius naturæ. Fed. *d. cons. 60. in fin.* † Limita; quia non valet pactum, per quod quis in- 7
uitatur ad delinquendum, *l promittendo. ff. de iure dot. l. cum vnus. §. pacta, quæ turpem. ff. de pact.* Fed. de Sen. *cons. 184. in fi.* † Limita; quia 8
non valet pactum, per quod is, qui soluit vsuras, promittit non repetere. Fed. de Sen. *d. cons. 184. per tot.* vbi ponit multas rationes. † Limita; quia non valet pactum inductiuum ad captandum 9
mortem alterius, *l. fi. C. de pact.* Bar. *cons. 8. Factum tale. n. 3. & seq. ver. super secundo. lib. 1.* vbi, quod iuramento non confirmatur pactum contra bonos mores. † Limita; quia si filius emancipatus donat 10
patri, cum pacto, quod pater teneatur filium donanti instituere hæredem vniuersalem, & alias non valeat donatio, tota corruit; quia est contra bonos mores. Dyn. *cons. 7. Quæstio talis est in princip.* Vide, *Cessio bonorum prohibetur multis casibus. Conclus. 219.* Vide, *Pa-* ☞
ctum circa futuram successionem. Concl. 13.

Pactum circa futuram successionem multiplex. Conclus. 13.

PACTVM † circa futuram successionem quandoque est de 1
futura successione hominis viuentis promittenda, quandoq; de remittenda, quandoq; de diuidenda, & interdum aliquid de præsenti accipitur pro legitima portione, & sit pactum de non petendo. Bald. *cons. 148. In casu proposito. lib. 1. in prin.* † Adde, quod 2
magna est differentia inter hæc; quia valet pactum de successione non petenda iuramento vallatum, & sic de remittenda; secus est, si pactum esset de promittenda; quia nisi adsit consensus eius, de cuius hæreditate agitur, & perseueret in dicto consensu; vel nisi fiat pactum cum eo, non valet cum alio; quia inducitur votum captandæ mortis ex parte recipientis. Bart. *cons. 8. Factum tale. n. 3. & seq. ver. super 2. lib. 1.* vbi apostil. *in ver. sed dubium.* dat con-

co'd. Bald. *cons.*437. *Quædam puella in princip. lib.*1. Bart. *in l. pactum quod dotali. C. de pact.* vbi, quod ratio est; quia qui promittit hæreditatem vel successionem suam per pactum, priuat se facultate testandi, ideo nõ valet; quia est cõtra bonos mores, q̃ procedit, etiãsi promissio fieret filiæ; & ex causa dotis. Bald. *cons.*440. *Factũ tale est. lib.*1. Fulg. *cons.*73 *per tot.* maxime *n.*2. *& seq.* Ial. *in l fi. n.*17. C. * *de pact.* Dec. *cons.*31. *n.*3. *&* 4. & hæc est * cõmunis opinio, & magis cõmunis, de qua attestatur Oſal. *Decis. Pedem.*100. *n.*31 *& seq.* & maxime *n.*44. Abb. *cons.*116. *Illud de iure. col.*2. *in fi. cum seq. n.*2. *ver.*
3 *excluditur. lib.*2. † Cõtrarium, q̃ pactũ, siue de hæreditate viuentis promittẽda, siue de non petenda, pariter sit prohibitũ; quia in vtroq; sit par votũ captandæ mortis, tenet Aret. *in l. qui super stitis. col.*4. *ff. de acq. hæred.* quia licet tale votũ non sit in renuntiante, bene est in eo, cui fit renuntiatio, Suarez. *in l. quoniam in priorib. limit.*
5. *C. de inoff. testam.* Couar. *in c. quamuis pactum. in*3. *part. init. n.*7. *ver.*
* *ceterum. de pact. lib.*6. & est cõmunis * opin. vt per Cagn. *in d. l fin. C. de pact. n.*92. Dec. ibi *in* 4. *not.* Bald. q̃ istam partem tenuit *in c. ad nostram. al* 2. *col.*3. *de iureiuran.* sequitur Ias. sibi contr. *in l. stipulatio*
4 *hoc modo concepta. n.*4 *ff. de verb. oblig.* † Declarat Dec. *d. cons.*31. procedere, quando principaliter consideraretur fauor eius, cui fit renũtiatio; secus si in cõsequentiam; quia ea, quæ in consequentiam veniunt, non habẽtur in consideratione, vt ibi per eum, &
*cons.*225. *num.*4. *ver. & per hoc.* Alex. *cons.*28. *col. fin. ver. non obstat. lib.*3.
5 † Cõtra declarationẽ facit; quia adeo coniuncta, & cõnexa sunt renũtiatio, & acquisitio ei, cui renũtiatur, vt vnũ non stet sine altero; imo vltimus finis dicitur primus in intẽtione, & qui inspici debet. *l. qui liberis. §. hæc verba.* vbi Castr. *ff. de vu'g. & pupill.* Tiraq. *de retract. lignag. §.*1. *gl.*10. *n.*45. est ergo prima intẽtio renũtiantis, vt
6 acquiratur ei, cui fit renũtiatio. † Declara; quia contrariũ procedit, q̃n renũtiatio fit ad fauorẽ, & contemplatione certæ personæ; secus, si renũtiatio fieret per eum, qui nõ vult succedere, nõ habita consideratione, cui acquiratur, neq; ad fauorẽ certæ per-
7 sonæ. † Imo etiãsi fiat cũ consensu eius, de cuius hæreditate agitur, nõ valet pactũ de futura successione promittenda, veluti q̃ teneatur testari, & instituere talẽ hæredẽ, & nõ obseruando, donatio facta cum hoc pacto nõ valet; quia est nulla conuentio in totũ. Dyn. *cons.*7. *Quæstio talis est, Titius. in prin.* & est ratio, quia ob turpẽ causam cẽletur facta. Declara, nisi ille, de cuius hæreditate
8 agitur, cõsentiret cũ iuramẽto, infra *ver. declara. n.*14. *& seq.* † Amplia; quia pactum de hæreditate pupilli diuidẽda facta inter substitutũ ipsi pupillo, & extraneũ, ipso pupillo viuente, & sine vlla necessitate factũ, nedũ est improbatũ de iure, sed imo si pupillus decedat, priuatur substitutus omni cõmodo successionis, q̃ applicatur hæredibus pupilli defuncti venientibus ab intestato,
Bald. *cons.*6. *Punctus talis est. per tot. lib.*3. Fulgos. *cons.*73. *col. pen. v. r.*
9 *dixerit aliquis.* † Contrariũ videtur velle Fulgos. *cons.*89. *in fin.* vbi,
10 q̃ non valet cõcordia, vel trãsactio. † Extẽde; quia non valet pactum inter matrẽ & auum maternũ ex vna, & patruum pupilli, per q̃ mater, & auus maternus cum iuramẽto renuntiarũt hæreditati pupilli, quatenus moriatur, ad fauorem patrui; quia cum non consenserit pupillus, neq; potuerit consentire, pactũ est improbatũ, & iuramentũ non obligat. Fulg. *d. cons.*73. *Paterfamilias*
11 *habens. n.*1. *&* 2. † Extẽde, vt p̃cedat, etiãsi interuenerit iuramentũ, & concordia, & latũ esset laudũ confirmatũ per sententiam, per q̃ ita mãdabatur. Fulg. *d. cons.*73. *per tot.* vbi hoc latissime discutit, etiamsi laudũ esset latũ in exequutione statuti mandantis compromitti, & non posse dici de nullitate; quia adhuc non va-
12 let laudũ, nec sententia, nec pactũ, nec iuramentũ. † Extende, vt neq; valeat fideiussio interposita nomine renũtiantis hæreditati viuentis, qui non consentit, etiãsi fideiussor, vt principalis p̃miserit, q̃ non contraueniet; quia adhuc non valet; quia est contra
13 bonos mores. Fulg. *d. cons.*73. *in fi. ver. super vltimo.* † Amplia; quia non valet transactio inter filios super hæreditate patris viuentis; quia est contra bonos mores. Anch. *cons.*115. *Incipiam ab vltimo. in*
14 *pr.* † Restringe, nisi transactio fuerit confirmata tempore habili, vide'. post mortẽ patris; quia valet. Anch. *d. cons.*115. *n.*2. *ver. in con-*
15 *trarium.* † Imo in dubio si non constat, quo tempore fuerit facta; quia verba sint æquiuoca, præsumitur facta post mortem patris,
16 vt actus valeat. Anch. *d. cons.*115. *n.*5. *& seq. ver. non obstat.* † Amplia; quia imo filii diuidentes hæreditatem patris viuentis & ignorãtis, efficiũtur indigni, & hæreditas mortuo patre defertur fisco,
gl. *in l. fin. in ver. alienæ. C. de pact.* Bart. *in l. cum dominus. §. fi. ff. de pecul.*
17 *leg. at.* † Extende; quia efficiũtur indigni ẽt respectu legitimæ; q̃a nõ est illis debita viuente patre. Dec. *d. l. fi. n.*14. *C. de pact.* Crauet.
18 *cons.*19. *n.*2. *ver. difficultas.* Socin. Iun. *cons.*50. *lib.*2. † Et q̃ non valeat
19 diuisio filiorũ facta viuente matre, Bertr. *cons.*197. *lib.*3. † Imo etiamsi mater consensisset, quod posset reuocare, & faciendo testamentum dicatur reuocare. Bertr. *d. cons.*197. *in vlt. vol.* vbi late, vbi, quod talis consensus est ambulatorius vsq; ad mortem. † Limita, quia valet donatio hæreditatis alienæ, puta auiæ paternæ, cui donans de iure succedebat, facta cum iuramento de consensu eius, de cuius hæreditate agitur. Anch. *cons.*403. *Viso diligenter.* † Restringe; quia non valet, si is, de cuius hæreditate agitur, reuocauit consensum; quia etiamsi iuramẽto non reuocare, potest tamen reuocare prout testamentum, communem * dicit Anch. * *cons.*403. *n.*3. *& seq.* † Et dicitur reuocatus consensus, si auia, de cuius hæreditate agitur, & quæ consensit donationi suæ hereditatis cum iuramento, fecit testamentum, & instituit pro parte donantem, pro parte donatarium. Anch. *d. cons.*403. *in fin.*

Pactum circa futuram successionem quando valeat, vel non. Concl. 14.

PACTVM † circa futuram successionem non valet, *l. pactum † quod dotali. C. de pact. l. pactum dotali. C. de collat.* & ratio est; quia inducit votũ captandæ mortis, & aufert liberam facultatem testandi, & est contra bonos mores. Alex. *cons.*28. *lib.*3. *n.*4. *ver. tamẽ præmissis non obstantibus. & n.*6. *ver. bene faciunt.* vbi ponit rationem. Bart. *cons.*212. *Promitto tibi, & tu mihi.* Dec. *cons.*225. *col. pen. ver. secundus est principalis.* Guid. Pap. *decis.*222. Bald. *cons.*6. *Punctus talis est. in princip. lib.*3. *& cons.*83. *lib.*4. Vide, *Votum captandæ mortis renuntiat.* Concl. 288. † Extende, etiamsi pactum sit factũ filiæ ex causa dotis, & matrimonii; puta, quia pater promisit illã instituere æqualiter cum aliis filiabus; quia non valet. Bald. *cons.*440. *Casus talis est. lib.*1. † Amplia, vt procedat nedum in pacto, sed in omni alia conuentione, donatione, & obligatione; quia hæreditas & successio non potest dari, nisi per testamentum. Alex. *cons.*28. *Pondaratis. col.*2. *n.*5. *ver. item probatur. lib.*3. *& n.*7. *ver. & istam conclusionem.* vbi dicit * communem, & de donatione futuræ successionis, quod non valeat, nisi consentiente eo, de cuius hæreditate agitur, & perseuerante vsq; ad mortem. Bald. *cons.*18. *in fin. ver. quæritur vlterius. lib.*1. † Amplia etiam in laudo; quia non valet latũ sine eo, quod quis non succedat. Lap. *alleg.*130. *n.*24. *ver. item licet.* tamen contrariũ tenet *n.*25. *ver. item licet.* Fulg. *cons.*73. *per tot.* declarat, quod non valet, q̃n de hæreditate viuentis fertur ipso viuente non consentiente; quia est nullũ, & super re reprobata. † Amplia, vt procedat, etiamsi interuenit iuramentũ; quia cũsit cõtra bonos mores, nõ validatur. Bart. *cons.*8. *Factum tale. n.*3 *& seq. lib.*3. Alex. *d. cons.*28. *col. pen. 9 ver. ista conclusio. lib.*3. vbi dicit * communem: & idẽ etiam de communi * repetit *in ver. ex quibus satis dixi* potest. Dec. *cons.*225. *In causa, quæ. col. pen. n.*4. Bart. *in d. l. pacto quod dotali. C. de pact.* vbi, quod est contra bonos mores. Fulgos. *cons.*73. *in prin. & per tot.* Anch. *cons.*403. *n.*3. vbi dicit * communem, prout etiam * communem, & magis communem dicit Oſasc. *decis. Pedem.*100. *n.*31. *& seq.* qui loquitur in pacto de succedendo; secus, si sit negatiuum, quod bene firmatur iuramento. Castr. *cons.*449. *Non est dubium. lib.*1. Ægid. Bellam. *cons.*43. *n.*7. † Extende; quia pactum de futura hæreditate viuentis disponens est contra bonos mores, vt non firmetur iuramento, neq; consuetudinis auctoritate. Dec. *cons.*224. *n.*3. *& cons.*608. *n.*8. † Extende, etiamsi tale pactum vnicam rem tantũ contineret, q̃n ex ea tale præsentatur hæreditas viuentis. Dec. *cons.*183. † Extende; quia est reprobatũ etiã inter paganos, & infideles, etiamsi interuenerit stipulatio, & iuramentũ; quia habet in se votũ captandæ mortis. Ægid. Bellam. *d. cons.*43. *n.*5. *& 6. &* 7. vbi late. † Contrarium tenet Lap. *d. alleg.*130. *n.*25. *ver. item quicquid sit.* vbi, quod valet pactũ de non succedendo iuratũ, & dato, quod non valeat, valet iuramentum, per quod promisit non molestare. † Declara; quia pactum de futura successione viuentis promittenda non conualidatur iuramento; quia inducitur votũ captandæ mortis; & quia per iuramentum daretur occasio peccandi; secus est in pacto de futura successione remittenda, vel diuidenda, aut non petenda; quia tunc iuramentũ conualidat pactum, si modo iurans sit in ætate adulta, & non interuenit metus, neq; fraus. Bald. *cons.*148. *Incastipropositis. in prin. n.*1. *& 2. lib.*1. & quia iuramentũ esset contra bonos mores, q̃n esset sup pacto, quod faciet hæredẽ; quia tolleret liberam facultatem testãdi. Bart. *in l. pactũ, q̃ dotali. C. de pact.* vbi, quod neq; de iure Canonico valet; quia *c. quamuis. de pact. in* 6. loquitur remissione, non in promissione hæreditatis, & successionis. Ba. *d. cons.*8. *n.*3. *& seq. lib.*1. † Declara; quia p̃cedit p̃missi, dũmodo accedat cõsensus eius, de cuius hæreditate agitur, & p̃seueret, alias secus, ideo si filia renũtiat fratribus hæreditatem paternã & maternã cũ iuramento viuentib. parentibus, non valet renuntiatio ex parte recipientis, nisi parentes cõsentiant, & p̃seuerent in consensu, & *c. quamuis. de pact. in* 6. loquitur de renũtiatione facta pe-

4 clarius Galardus *n. 22. & seq.* & agebatur contra Regem Franciæ & *n. 39.* dicit, quod necesse est, vt incendantur vulnera, quæ fomentorum non senserunt medicinā, *82. dist. c. plurimos, in fi.*† Amplia; quia licet vbi agitur de persecutione particularis personæ Prælati, sit salutaris fuga; & deuiatio; si tamen persecutio est respectu gregis, vel fidei, constantissime est subeunda. Aegi. *d. cons. 40. n. 28. v. licet*, & hoc dicit etiam procedere pro conseruatione iurium suæ Ecclesiæ; quia armis spiritualibus, & temporalibus
6 resistendum est, vt ad pacem deueniatur.† Amplia; quia licet Ecclesia Romana propter schisma, vel aliud imminens periculum scissuras patiatur, vel tribuletur, & indigeat amicis; tamen quia tunc Ecclesia prosperatur, cum iustitia ministratur, Papa debet viriliter tueri Ecclesiam contra omnes, & iurisdictionem suam Ecclesiasticam; quia certi sunt casus, in quibus crimen est, & peccatum relaxare vindictam. Aegid. Bellam. *d. cons. 40. n. 37. v. ad quintum*, vbi loquitur contra officiales Regis Franciæ, qui in causa Ecclesiastica decimarum citauerant Auinioni coram Papa Iudicem Ecclesiasticum sub pœna ad desistendum à causa, & dicit; quod Parlamenta registrabant talem citationem, & illam
7 conseruabant, vt pupillam oculi; ideo est prouidendum omnino, quia nunquam euenit casus similis.† Amplia; quia Papa nō potest dissimulare præiudicia, quæ fiunt Ecclesiasticis, & iurisdictioni Ecclesiæ. quando sunt cum magno detrimēto, & si arduū
8 magis est negotiū, maior cautela est adhibenda. Aegid. *cons. 40. n. 38.* quod est votum Guilelmi de Baer. Vide, *Dissimulare quādo licitum, vel non, Concl. 510.*† Et quod possint puniri tanquam sacrilegi volentes occupare iurisdictionem Ecclesiasticam. Aegi.
9 Bellam. *d. cons. 40. n. 34. v. ad tertium, & n. 39. & n. 43. v. etiam de iure ciuili.*† Item tanquam hæretici possent puniri, quia occupatio iurisdictionis Ecclesiasticæ sapit quasi hæresim. Aegid. Bella. *d. cōs. 40. n. 35.* quod declara, vt ibi *n. 43. v. & quia cognoscere*, vbi quod excommunicatus, si per annum pertinax substinet, tunc vt hæreti-
10 cus censendus est.† Item tenetur crimine læsæ maiestatis per *l. 3.*
11 *ff. ad leg. Iul. maiest.* Aegi. Bella. *d. cons. 40. n. 14.*† Item de iure ciuili sunt excommunicandi, & banniendi per *l. placet, C. de sacr. Eccles.*
12 Aegi. Bella. *d. cons. 40. n. 43. v. etiam de iure ciuili.*†‖ Amplia; quia Papa addissoluenda statuta contra libertatem Ecclesiasticam, & occupatores suæ iurisdictionis, citius, quam fieri potest, debet prouidere, & melius est ante tempus occurrere, vt celeri, & opportuno remedio nouis morbis noua antidota præparentur, & ea, quæ contemptum Ecclesiæ vniuersalis inducunt perpetuum, à capite ecclesiæ, sedulis fidei zelatoribus sub dissimulatione non
13 debent pertransiri, vel sub silentio dissimulari. Aeg. Bella. *d. cons. 40. n. 44. v. ad quartum.*† Dissimulatores enim pari pœna, vt violatores puniuntur, *in l. 3. C. de Episc. & Cleric.* illius denique dissimulare non debemus oppr⁹brium, qui probra nostra deleuit, *c.*
14 *nonnullis de Iudæ.* itaque si tacemus, lapides clamabunt. Aegid. *d. cons. 40. n. 44.*† Tenetur namque ex debito Papa tueri Ecclesiā vniuersalē, & illius Ecclesiasticā libertatē, & iurisdictionem, & non faciendo grauiter peccat, ergo non debet metu temporali peccatum mortale incurrere, & eueniat quicquid euenire possit, quia à tramite non debet recedere veritatis. Aegi. *d. cons. 40. n. 44. v. ad quartū fi.* quod est votum Io. de Varenis, vbi in fi. dicit, quod aduersus talia audentes insurgat ecclesia, autes more aspidē non obturando, & quos timor Dei à malo nō reuocat, ecclesiæ saltē coerceat seueritas disciplinæ.† Adde, quia si non tuetur 15
Papa ecclesiam, & iurisdictionem ecclesiasticam, possent exempla mala sic inueterari, quod transirent in hæresim, & negaretur illud (quod cumque ligaueris super terram, &c.) Aegid. Bella. *d. cons. 40. n. 47. v. ideo in fi.* quod est votū D. Roberti de Freta.† Am- 16
plia; quia Papa debet habere pedes plumbeos, & tenetur facere consistoria publica, & illis interesse, & ideo non obligatur ad p̄standa homagia pro feudis, quæ obtinet etiam iure particulari; sed per procuratorem debet admitti, tanq̄ quod indecorum sit, quod dominus accedat ad subditum, Aegi. Bella. *cons. 48. n. 36. & seq. v. secundum dubium.* vbi late.† Amplia; quia Papa, & alii Prin- 17
cipes tenentur prouidere, ne pauperibus deficiant alimēta. Cast. *cons. 279. Passus iste, col. fi. v. præterea priuilegium, lib. 1.*† Amplia; quia 18
Papa tenetur custodire magis statuta suorum prædecessorum, quam aliorum inferiorum, plene Ro. *cons. 327. Istæ sunt rationes, n. 3. col. 2.* & magis Decreta conciliorum, vt ibi.† Imo cum ipse de- 19
sideret facta sua à suis successoribus seruari, consequens est, vt sui prædecessoris constitutionibus veneretionem præstet, & custodiā, *c. in canone iustitia. 25. q. 1.* Rom. *d. cons. 327. n. 3. v. cum igitur*, vbi allegat tex. *in c. institutionis, & c fi ea, 25. q. 2.* quæ dicunt, si ea destruerem, quæ antecessores mei statuerunt, non constructor, sed euersor iuste comprobarer; & rursus *in c. quod vero. 25. q. 2.* iniuriam mihi facio, cum prædecessorum meorum statuta perturbo, & multa similia ponit ibi Rom. *nu. 3. & 4.* quæ videas.

Papa vtrumque gladium habet, & qualiter. Concl. 45.

PAPA † & ecclesia Dei vtrūque gladium, & vtramque potesta 1
tem dicitur habere traditione Christi Domini nostri, dū iussit gladios emi; & duos sufficere asseruit Luc. *in Euang. c. 22.* per quem significatur temporalis, & spiritualis potestas, vt *in extrau.* Bonifacii VIII sub *tit. de maior. & obedien. in c. vnam sanctam Ecclesiā.* Petr. de Anch. *cons. 30. Dubitari solet, in pr.* & hanc communē * opinionem dicit Io. de Imola *in c. nouit, n. 19. & 20. de iud.*† Et vbiq; 2
per totū orbem habet iurisdictionē spiritualem, & temporalē, licet exercitium temporalis non exercaat, nisi vacante imperio. Zab. *cons. 154. in pr. & n. 4.* vbi, quod in Italia, & omnibus prouinciis occidentalibus potest etiam exercere temporalem, licet de facto contrarium seruetur.† Declara tamen; quia Papa solā iu- 3
risdictionē spiritualem sibi reseruauit, & temporalē dimisit Imperio, seu potius transtulit in Imperatorem. Petr. de Anch. *d. cons. 30. n. 2. v. & licet Papa.*† Et ideo vacante Imperio Papa habet ex- 4
ercitium iurisdictionis, vt Imperator. Castr. *cons. 229. Visis & ponderatis, n. 3. lib. 1.* Io. de Imola *d. c. nouit, n. 19. & 20. de iud.* vbi alii oēs * ita tenent. Et imo Imperator iurat fidelitatem Papæ, & quod * 5
nullam exercebit iurisdictionē in statu Ecclesiæ. Castr. *cons. 467. Quæritur an teneat, n. 3. lib. 1.*† Amplia; quia Papa habet vtrumque 6
gladium & ipsius est terra, & plenitudo eius; & potest indicere bellum, & licet sit miles cæli, non tamen desinit esse miles seculi, & est Vicarius Dei; ideo est capax omnium. Bal. *cons. 275. Quod pro regula, col. fi. v. sed certe alia ratio, lib. 2.*† Declara tamen; quia licet 7
possit indicere bellum, nō tamen potest indulgere ecclesiasticis personis, vt effundant sanguinem in bello quantumcunque iusto. Bald. *cons. 432. Ad bellum iustum, lib. 5. per tot.* Vide plenius, *Papa est superior, & Iudex omnium. Concl. 41.*

Papa habet duplicem administrationem in Ecclesia, & quam. Concl. 46.

PAPA † in Ecclesia Romana habet duplicē administrationē; 1
vna est particularis respectu Ecclesiæ Romanæ, & bonorū ei⁹ considerata Ecclesia Romana speciali, prout aliæ ecclesiæ. Gem. *cons. 74. n. 3. v. iis tamen non obstantib.*† Aliā habet administrationē 2
vniuersalem tanq̄ Papa; quia præest omnib. ecclesiis tot⁹ orbis considerata ecclesia Romana, tanquā capite, & Domina aliarū ecclesiarum. Gem. *d. cons. 74. n. 3. & seq. & n. 6.* Castr. *cons. 415. In facto præsenti, lib. 1.*† Et secundum administrationem vniuersalē Pa- 3
pa potest pro omnibus Ecclesiis contrahere, & cōtrahendo nomine certæ ecclesiæ, conuenit, q̄ commodum, & incommodum sit illius ecclesiæ, cuius nomine administrator vniuersalis cōtraxit, & ideo si Papa, p̄ necessitatibus ecclesiæ Romanæ contrahit, conuenit, q̄ contractū impleat ex facultatibus eiusdē ecclesiæ, Gem. *d. cons. 74. n. 6. & seq. v. iis præmissis.* Castr. *cons. 415. In facto præsenti, per tot. lib. 1.*† Aliam etiam administrationem habet circa 4
temporalia; quia quædā bona sunt patrimonii ecclesiæ, & in istis

Papa contrahit tanquam publica persona: habet etiam bona patrimonii proprii, & in istis contrahit tanquam priuata persona.
5 Gem. *cons.* 64. *Pro declaratione quæsitorum, in pr.* † Amplia; quia circa temporalia potest idem dici in Rege, vel Principe seculari; quia habet administrationem triplicis patrimonii, nempe patrimonii reipublicæ, item patrimonii rerum fiscalium, & proprii patrimonii. Bald. *cons.* 271. *Casus consilii talis n.* 5. *v. quæro igi-*
6 *tur, lib.* 1. † Aliam habet Papa administrationem videlicet absolutam de plenitudine, & regulatã de ordinaria potestate. † Ad-
7 de; quia Papa in bonis Ecclesiæ dicitur administrator, non autẽ Dominus, & est dispensator, ita Aegid. loquens de Papa *cons.* 33. *n.* 47. allegat beatum Paulum ad *Corinthios c.* 4. *in pr.* ideo per totum consilium concludit, non valere damnosam ecclesiæ concessionem de Castris in feudum factam per Papam; & clare *nu.* 59. vbi, quod Papa est administrator, & si facit in damnum ecclesiæ, peccat. & ædificat sibi ad gehennam ignis perpetui, & hæc omnia, & alia similia repetit; Castr. *cons.* 415. *col. pen. v. nec obstat prædictis*, vbi addit, quod Papa non potest imponere legem successoribus, nec potest dici Pastor, sed lupus, quando nõ congregat, sed disgregat, neque administrator, si dilapidat, & quãdo vt priuatus facit ipsi resisti potest, sed ista procedunt, quando sine cau-
8 sa legitima, alias secus. † Sed licet sit administrator vniuersalis; tamen quia dominium rerum Ecclesiarum non est ipsarum, sed Christi. *c. futurum*, 12, *q.* 1. & Papa solus est immediatus Vicarius Christi, & quod ipse facit, videtur facere Christus, *c. inter corporalia, de translat. Episcop.* ipse enim Dominus noster Iesus Christus fundauit Rom. Ecclesiam, cuius ipse est caput; aliæ vero Ecclesiæ, non immediate à Christo, sed à beato Petro, & eius successoribu, maxime in Italia, Gallia, Hispania, & Africa, in quibus nullus alius Apostolus legitur Ecclesias instituisse, vel prædicasse, nisi Petrus, & eius successores. 22. *dist. c.* 1. & 11. *dist. c. quis nesciat.* ex quo patet, quod Episcopi habuerunt omnem potestatem à Petro, & successoribus, qui cum assumpti essent in plenitudinẽ potestatis; ipsi sibi assumserunt Episcopos in partem sollicitudinis vices suas impartiendo. 2. *q.* 6. *c. decreto.* & non habent Episcopi in alienatione bonorum ecclesiæ, nisi prædictam, quam Papa concedit, vnde potest Papa alienare bona ecclesiarum particularium nedum pro necessitatibus ipsarum Ecclesiarum particularium, sed multo magis pro necessitate ecclesiæ Romanæ, quæ mater, & magistra est aliarum; & ipsæ tanquam filiæ, quæ reguntur, & gubernantur à matre, tenentur matri subuenire; quia sicut caput subuenit membris, ita etiam membra debent capiti subuenire, alias deficiente capite membra arescerent. 24. *q.* 1. *c. loquitur.* Cast. plene *cons.* 415. *In facto præsenti, col.* 2. *v. iis præsuppositis. li.* 1. vbi respõdet ad contraria, q procedunt, qñ facit sine iusta causa, & in dãnũ ecclesiæ. Vide, *Fiscus & Respublica differunt, & in multis non. Concl.* 382. Vide, *Papa etiam priuatam personã habet, & in quibus. Concl.* 70. Vide, *Papa habet plenitudinem potestatis, & quotuplicẽ. Concl.* 43. Vide, *Romana Ecclesia omniũ Ecclesiarũ superior, mater, & magistra. Cõcl.* 363.

Papatus est de Iure Diuino. Concl. 47.

1 PAPATVS † est de iure diuino à Christo in personam Petri in-
stitutus in Euangelio, iuxta Euang. Matth. *c.* 16. *Et ego dico tibi,*
2 *quia tu es Petrus, &c.* & Ioan. c. vlt. *Pasce oues meas.* † Dicit tñ. Abb. in sua *q.* 1. incip. *Episcopus, col.* 4. *in fi. & col.* 5. *in pr. n.* 9. *v. sexto, & vltimo.* quod Papatus bene est de iure diuino, non tamen, quod sit in persona huius, vel alterius, est de iure diuino, excepta persona Beati Petri. sed est ex humana electione vt probat per *c.* 1. *de renunciat. in* 6. quia Papatus non posset absolute renunciari ex sola voluntate Papæ, si esset de iure diuino, sicut non potest se ipsũ
3 absoluere. † Amplia; quia potestas Papæ est de iure diuino ibi in Euang. *Quodcumque ligaueris super terra, erit ligatum & in cælis, c.* 1. 2.
4 *& 3. de translatio. Episc.* Zab. *cons.* 150. *n.* 13. † Limita, quia hunc, vel illum esse Papam inter plures contendentes non est de iure diuino, ideo potest transigi de Papatu. Zab. *d. cons.* 150. *n.* 14.

Papa potest cedere Papatui. Concl. 48.

1 PAPA † potest cedere, & renunciare papatui, *c.* 1. *de renunciat li.*
2 6. Alex. *cons.* 224. *In rẽtã graui, in fi. lib.* 6. † Amplia; quia si contenditur de papatu, nedũ possunt contendentes renunciare, sed compromittere de iure tantum, & de facto; q tantũ concordare, Zab. *cons.* 150. *n.* 12. *& seq.* vbi late declarat prædicta fieri cum cõ-
3 sensu Cardinalium. † Extende; quia obligatur Papa iuramento suo, qui promisit renunciare papatui ad tollendum schisma; quia tendit ad fauorem ecclesiæ vniuersalis. Alex. *d. cons.* 224. *in fi. lib.* 6. vbi, quod iuramentũ est obligatoriũ; quia est re promissa, & licita.
4 † Extende; quia possunt transigere. Zab. *d. cons.* 150. *n.* 14. † Extẽ-
5 de, quia possunt per sortes controuersias dirimere. Zab. *d. cons.*
6 150. *in fi. n.* 29. † Amplia; quia Papa renunciat papatui à se ipso, sine licentia alicuius. Abbas in sua *q.* 1. *col.* 4. *in fin. n.* 9. *v. sexto. & vlt.* vbi, quod propterea probatur, quod Papa non habet papatum de iure diuino, sed humana electione (cui tamen semper assistit Spiritus sanctus) quia alias non posset seipsum absoluere, prout non potest in iis, quæ sunt iuris diuini.

Papa absolute potest omnia, & qualiter intelligatur. Concl. 49.

PAPA † absolute potest omnia & in iis, quæ sunt iuris positiui, 1
voluntas Papæ habetur pro ratione, Gem. *cons.* 8. *n.* 6. & 7. qa
pro libito suæ voluntatis potest in totum tollere ius positiuum. Gem. *cons.* 53. *in pr. v. quadam est potestas suprema.* vbi etiam, q disputare de potestate Papæ, est ponere os in cælũ, & q in iis, quæ sunt iuris positiui, sola potestas sit pro causa. Bal. *cons.* 477. *Queritur, vtrũ*, vbi q dubitans de hoc, dubitat de Fide Catholica, *li.* 1. Alex. *cõs.* 2. *n.* 19. *li.* 1. Abb. *d. q.* incip. *Episcopus, col.* 2. *in fi. & col.* 3. *in pr.* † Et 2
ideo in iis, quæ sunt iuris positiui, Papa & Princeps põt habere factum pro infecto, & nullum de iure ciuili pro valido etiam in præiudicium iuris quæsiti tertio de iure ciuili, & non potest tertius conqueri, plene Abb. *cons.* 84. *Videtur primo n.* 5. *& seq. lib.* 1. † Et 3
excommunicatus per legem positiuam non indiget absolutione, si Papa tollit legẽ excommunicantẽ, ac si nõ esset promulgata, Abb. *d. cons.* 84. *n.* 4. *li.* 1. vbi ponit multa exempla de aliis similib. 4
† Et actus nullus ob solemnitatẽ non obseruatã potest à Principe 5
ex certa scientia conualidari, quia põt habere in illo casu pro infectis oẽs leges de illa solemnitate loquentes. Abb. *cons.* 99. *li. lud, num.* 2. *lib.* 1. & idem in Imperatore dicit Abb. *d. cons.* 84. *li.* 1. quia si confirmat donationem non insinuatam supplendo defectus ex certa scientia, censetur habere leges pro infectis, quæ inducunt insinuationem etiã in præiudicium iuris medio tẽpore quæsiti, & nullus potest conqueri. † Et sine eã dispensat in iis, quæ 6
sunt iuris positiui, licet in iis, q̃ sunt iuris diuini, requratur eã. Abb. *in q.* 1. *c. Episcopus, col.* 2. *post med.* † Et de absoluta potestate Imperatoris, late Bello. *cons.* 2. *n.* 7. *v. & considerandũ est*, vbi q põt de nihilo aliquid facere, mutare quadrata rotundis, vt factũ pro nõ fa-
cto, scitũ pro non scito habeatur, & nihil opponi põt. Vide, *Prin.* 7
cipes qui dicantur habere plenitudinem potestatis, vel nõ. Concl. 67. † De. 7
clara; quia quod dicitur Papã posse quadrata rotunda facere, p-
cedit in iis, quæ sunt sicut bucella panis; quæ possunt mutari de facili. Maria. Soc. *in c. ad petitionẽ, n.* 28. *de accus.* & sic intelligit de 8
iis, quæ sunt iuris positiui. † Amplia; quia potest facere aliquid 8
de eo, quod est nullum, *c. hoc quippe*, 11. *q.* 6. Lap. *alleg.* 131. *n.* 2. *v. finaliter.* † Extẽde: quia Papa facit de nihilo aliquid, quia lex anima- 9
ta est. Bal. *cons.* 272. *Super eo, quod quæritur, n.* 4. *v. sed hoc est in arbitrio lib.* 1. † Amplia; quia potest facere, quod monachus non sit mo- 10
nachus, & sicè conuersio de essentia, non essentia. Lap. *d. alleg.* 131. *n.* 3. *v. & nullum puto.* † Amplia; quia grandis est potestas Papæ. 11
Boer. *dec.* 247. *n.* 4. Specul. *de Legato. §. nunc ostendendum. v.* 57. *& n.* 89. Cast. *cons.* 288. *Primũ dubiũ, in pr.* † Extende; quia Papa est om- 12
nia, & super omnia, Affl. *dec.* 265. *n.* 14. Abb. *in* 1. *q. col.* 3. *in pr.* vbi e-
cipit, dummodo non contra fidẽ. † Amplia maxime in bene- 13
cialibus, in quibus Papa potest priuare aliquem titulo beneficiali etiã inuitũ, & sine cã. Dom. de sancto Gem. *cons.* 8. *Super præmissis, n.* 5. & 6. *v. Papa autem libere*, vbi quod sola voluntas Papæ in iis, q̃ 14
sunt iuris positiui, habetur pro ratione, & *cons.* 88. *in pr. v. & pro dicto*, allegat *c.* 2. *de præben. in* 6. Castr. *cons.* 46. *in fin. v. plus videtur*, vbi 15
apostilla citat Soc. in multis consiliis, quæ videas. Vide, *Papam Ecclesia obtinet Principatum. Concl.* 42. † Extende; quia in beneficiis 16
Papa in tantum habet plenitudinem potestatis, vt possit dispensare etiam contra Concilia, *c. proposuit, iuncto c.* 2. *de concess. præbend.* Abb. *in q.* 1. *c. Episcopus, in pr.* vbi quod Papa potest inuestire de vacantibus beneficiis contra Concilia, & illa conferre siue vacent, siue vacatura sint. † Extende; quia potest pro libito voluntatis 17
transferre Episcopum de vno Episcopatu ad alium, & naturam translationis habet se, quod si translatio fiat per prouisionẽ, non repudiare: quia fauore translati præsumitur, si per iussionẽ, secus est. Abbas *in d. q.* 1. *col.* 3. *n.* 4. † Et tituli beneficiales sunt de iure positiuo; non de iure diuino, & ideo potest Papa aliquem pro libito suo priuare beneficio. Abb. *d. q.* 1. *col.* 3. *n.* 4. † Extende, quia potest in vno Episcopatu ponere duos Episcopos. Abb. *d. q.* 1. *col.* 3. *n.* 5. *v. tertio videmus*, vbi, quod non solum per modum coadiutoriæ, sed per modum essentiæ, id potest. † Item concedere pos- 18
quod vnus sit Episcopus duorum Episcopatuum. Abb. *d. q.* 1. *col.* 3. *n.* 6. † Item ex vno Episcopatu potest facere duos. Abb. *d. q.* 1. *col.* 3. *n.* 6. † Item Papa potest concedere Episcoparum; & alia bene- 19
ficia ad tempus, & ad beneplacitum suum, & sub conditionibus quia in istis beneficialibus pro ratione est voluntas. Abb. *d. q.* 1. *col.* 4. *n.* 9. *v. sexto, & vltimo.* † Et omnia beneficia mundi resipsa 20

Papa

Papæ sunt obedientiaria, & manualia, ideo pōt illa vnire, diuidere, & transferre pro libito. Guido Papæ *cons.*134.*n.*4.*v. & breuiter.* Abbas *in d.*1.*q.col.*3,*n.* 4. † Extende; quia in beneficialibus circa promotionem, & remotionem à beneficiis potest nuda voluntate, & nulla causa subsistente remouere quem à titulo beneficii. Gem. *cons.*53.*n.*1.*v. secundo præmitto, & cons.*88.*in pr.v. & pro d.* D.*Ioanne & cons.*120.*n.*4.*v. iis non obstantibus.* † Extende circa alienationem bonorum ecclesiarum; quia potest ea vendere tanq̄ propria bona pro necessitatibus Ecclesiæ Romanæ. Bal. *cons.*175. *Papa, siue Ecclesia, lib.*2, etiam in præiudicium Prælati etiam in præiudicium laicorum conductorum ipsorum bonorum. Castr. *cons.* 415. *In facto præsenti, lib.*1.*per tot.*† Extende; quia sicut Imperator potest auferre rem priuati, & dare militibus pro præmio *l. item si verberatus,* §.2.*ff. de rei vend.* ita multo magis Papa pōt auferre rē vnius ecclesiæ, vel clerici, & dare alteri. Castr. *d. cōs.* 415. *In facto præsenti, n.*4.*v. præterea. lib.*1. quia dominiū rerū particulariū est apud particulares, sed dominiū ecclesiarū non est apud ecclesias, sed apud Christum, cuius solus Papa est Vicarius, & disponit. † Et q̄ possit auferre ab vna ecclesia, & dare alteri libere. apost. ad Alex. *cons.*101. *Super primo. n.*6 *in v. libera, lib.*7. vbi citat plurimos. † Extende; quia Papa in beneficialibus in tantū habet plenitudinem potestatis, vt possit de absoluta potestate concessa beneficia reuocare. Rom. *cons.*208. *Circa præmissa, n.*2.*v. & si hæc vera,* vbi apostilla in verbo reuocare dat concor. † Extende; quia ecclesia particularis, cuius bona fuerunt alienata pro necessitatibus ecclesiæ Romanæ, nō potest petere restitutionē in integrū tanq̄ læsa, qa nō fuit læsa sui facilitate, neq; dolo aduersarii, sed facto Papæ, q̄ quantumcunque sit graue, est tolerandum. 19. *dist. c. in memoriam.* Castr. *d. cons.*415. *in fine, n.*8. *lib.*1.† Extende; quia alienatio, vel pignoratio facta per Papā ex certa scientia de bonis ecclesiæ particularis pro necessitatibus ecclesiæ Rom. dicitur realis, & non personalis, etiā si personæ fiat; quia est pro demonstratione, non vt restringatur ad personā. Castr. *d. cons.*415. *col. fin. nu.*7.*v. nunc venio. lib.*1.† Extende; quia in tantū valet alienatio facta per Papam de bonis ecclesiæ particularis pro necessitatibus ecclesiæ Romanæ, vt si priuetur emptor bonis emptis à Papa per ecclesiā, cui erant, ille pōt agere spolio, & bona recuperare. Castr. *d. cons.* 415. *in fi. v. ad septimū, lib.*1.† Imo q̄ possit dare licentiā testandi de fructibus ecclesiarū perceptis. Alex. *cons.*101.*n.*6. *& seq. lib.*7. vbi tollit omnia contraria.† Ratio, quare Papa possit ita libere priuare beneficiarū, est; quia non habet beneficiatus dominiū, neq; vtile, neq; directū, sed est constitutus procurator, & administrator à Papa. Castr. *cons.*46 *in fi. v. plus videtur, & n.*3. *v. restat:* quia Papa concedit, & aufert administrationē vniuersalem, *lib.*2.† Extende; quia cum omnia beneficia sint libera Papæ, & aliis cōcessentibus disponendi, si ad se reuocat, neminem lædit; quia q̄ suum est, vendere potest; vnde de facili redeunt ad Papam, quæ ab eo prouenere. Aeneas de Falco. *de reser. in secundo præludio,* plene Rebuff. *in praxi fol.*170. *v. sensi veneabili.*† Extende; quia Papa potest deponere etiam Episcopum sine causa; quia potest omnia, & idem est in alio beneficiato. Ias. *in l. fin. n.*17. *& seq. ff. de pact.* plene Rom. *cons.*298.*n.*2. Marsil. *sing.*634. *credo te scire.* vbi alios allegat. Bald. *in l. rescripta, C. de precibus Imper. offerend.*† Extende; quia licet beneficia sint electiua de iure communi, tamen nuda voluntate disponit Papa de electiuo sine electoribus. Abb. post Ilios, *in c.*1. *de electio. in pr.*† Extende; quia in tantum absolute pōt omnia in beneficialibus, vt etiam non obligetur ex contractu. Rom. *cons.*298.*n.*2.*v. & hæc vera.* vbi apostilla, & *cons.*369.*n.*27. vbi apostilla *in v. tollere,* declarat hoc procedere de absoluta potestate, non de ordinaria, & alia apostilla fin. *in fin. ad cons. Rom.* 552. † Extende, vt quæ dicuntur de beneficiis, procedant etiam in officiis ecclesiasticis quorum omniū ad ipsum plena dispensatio noscitur pertinere conferendo, deponendo, transferendo & similib. Anch. *cons.*88.*n.*8. † Declara hanc vltimā extensionē duobus modis; quia Papa obligatur ex contractu, vel cā onerosa in beneficialibus in duobus casibus, puta si pro augmento cultus diuini aliquid promittat. Crescent. *cons.*141. *lib.*1.† Itē si pro dote ecclesiæ, & beneficii constituenda, qñ extat necessitas; quia sine dote ecclesia stare nōpōt. Put. *dec.*337. *in vna Conchen. lib.*1.† Extende; quia in beneficialibus Papa habet in tantū absolutā potestatem, vt secundū Host. Io. Andr. & Ant. *in c. si vnanimiter de postul. Prælat.* possit inuitū Episcopum transferre, & amouere, quia Episcopus respectu ad Papam le habet, prout Monachus ad suū superiorem, qui non habet contradicendi potestatē. † Contrariū absolute tenet Rom. *cons.*345. *Circa primū n.*5. *& seq.* vbi, q̄ Papa ex iusta cā pōt inuitū Episcopū trāsferre, prout si subest vtilitas, vel necessitas alias non; quia esset contra ius diuinū; & humanū, & adducit multa, quæ videas, vbi apostilla prima *in v. iusta* dicit puta cā pacis, vel concordiæ, & apost. 2. *in v. non potest,* dicit hāc magis * communem, de qua Fel. *in c. quæ in Ecclesiarum, n.*43. *de const.* † Et probāc opinione facit *c. conquerente de restit. spoliat.* vbi, quod non decet honestatem superioris sine manifesta, & rationabili cā aliquem à suis beneficiis amouere, imo tenetur illis paterna prouisione consulere. Rom. *d. cons.*345. *n.*14. *& 15. v. eandem consultationem,* vbi, quod gl. & tenentes contrarium, quod imo Papa absolute possit omnia in beneficialibus, nō sunt veri, quia debēt intelligi, si concurrit iusta cā, alias non. † Et quod Papa non possit iura vnius ecclesiæ auferre, & tradere alteri sine iusta cā. Rom. *d. cons.*345. *n.*16. allegat gl. *in c.*1.22. *dist.* Vide, *Papa quid possit in beneficialibus, & circa beneficia. Concl.*60.† Restringe; quia non est verum simpliciter, quod sine causa potest diuidere Episcopatū in duos, vel trāsferre, aut priuare inuitū sine cā. Rom. *d. cons.*345. *n.* 15. Zab. *cons.*142. *in pr. & per tot.* † Restringe; quia licet hoc possit de plenitudine, tamen si facit sine causa, tenetur prouidere deæque bono beneficio. Marsil. *d. sing.*634. *circa fin.* vbi late.† Restringe; quia si Papa concedit extinctionē duorum canonicatuū, & applicat præbendas magistris, statim adueniente vacatione acquiritur ius, ita quod si conferat etiam derogando extinctioni factæ motu proprio, & ex certa scientia, non præiudicatur eis, quibus est ius quæsitū. Zab. *cons.*142. *per tot. & cons.*143. vbi confirmat respondendo contrariis; quia secunda gratia est super non ente, ex quo non vacant. Imo † q̄ Papa conferendo beneficiū clericodicatur obligari, & obligare ex contractu, à quo non pōt recedere priuando sine cā; quia beneficiatus est adeo ligatus; vt nō possit dimittere beneficium sine Papa. Zab. *d. cons.*142. *n.*2. *& seq.*† Restringe; quia Papa sine cā non reuocat gratias beneficiales consumptas. Zab. *d. cons.*142. *n.*3. vbi multa similia allegat.† Restringe; quia si Papa de plenitudine potestatis facta electione Capituli de Episcopo; eligit alium, debet cassare suam electionem. Inno. *in c. innotuit, de electio.* Zab. *d. cons.*142. *n.*3. *v. hinc dicit.* Restringe,† quia licet Papa in beneficialibus possit omnia, & tollere vni, & dare alteri, tñ illud est respectu clericorū; secus respectu laicorum non subditorū, quibus esset ius quæsitū, puta ex conductione beneficiorum. Soc. *cons.*32. *Ex iis, quæ superius, n.*24. *v. quin imo, lib.*1.† Restringe; quia si Papa, & ecclesia Rom. alienauit, vel pignorauit bona particularis ecclesiæ pro necessitate ecclesiæ Romanæ, prout potest, tenetur tamen releuare ecclesiam passā, & redimere pignus, qñ pōt, & datur actio ecclesiæ læsæ contra ecclesiā. Rom. Castr. *d. cons.*415. *in fin. v. ad sextum, li.*1. *v. fateor tamen.* Restringe; † quia in dubio non præsumitur velle auferre ius tertio, ideo si Papa pluribus conferat idē beneficium, primus præfertur, etiā si secundus habuerit possessionem. Rom. *cons.*298. *n.*2. Declara; † quia Papa in beneficialibus potest omnia de absoluta potestate, non autē de regulata & ordinaria, & requiritur, quod constet, q̄ voluerit vti plenitudine potestatis cū clausula, *nō obstante,* alias non præsumitur vti plenitudine. Gem. *cons.*36. *circa fi. v. secundū quā* & q̄ista possit de superinordinata potestate. Gem. *cons.*99.*n.*6. *in fi. & n.*7. *v. ex præmissis,* vbi etiā *n.*8. dicit, quod tamē Papa non aufert ius iam quæsitū in beneficio, licet posset, vt supra *c. quamuis, de reser. in* 6. Imo, quod sine causa nō priuet aliquē, quia faceret malum, & peccatū. Zab. *d. cons.*142. quia dicitur beneficiatus ex contractu obligari. † Declarat plene Abb. *in q.*1.*n.* 12. *& seq. v. hoc tanquā,* vbi facit tres casus, qñ Papa priuat, vel trāsfert beneficiatū ex cā, puta ex delicto, vel publica vtilitate, & potest, licet ex honestate teneatur prouidere de æquiualenti, qñ amouetur pro publica vtilitate. Secundus casus, quando sine cā rationabili, & nō pōt; quia dissolutio matrimonii spiritualis hoc casu Deo reseruatur, & quia facit contra legē Dei, Concilia, Decreta Pontificū, & naturalē rationē, & ad idē pulchre Rom. *cons.* 345.*n.*5. *& seq.* vbi apost. secunda. *in v. iusta.* dicit hāc magis * communem & dat concord. † Declara totā hanc materiā, vt pulchre Castr. *cons.*288. *Primū dubiū, col.* 2. *in pr.v. Nā aut quæritur, lib.*1. vbi, quod Papa potest quo ad ecclesias auferre absolute dominiū, & ius quæsitū, sola voluntate, & absque aliqua causa, licet facere nō debeat, vt *in c.*122. *distinct. & in c. constitutus, de capell. monachor; & c. antiquæ de priuil cum ibi not.* & ratio; quia dominiū rerū ecclesiasticarū est apud Christum, non autem apud aliquam particularem ecclesiam, & cū Papa sit Vicarius Christi cum omnimoda potestate in terris, & ecclesia Catholica, cuius caput est Christus, sit vna cuius principatus est apud ecclesiā Romanā, quæ fuit à Deo immediate instituta, aliæ vero ecclesiæ tanquā riuuli fuerunt institutæ ab ipsa Rom. ecclesia, *d. c.*1.22. *dist.* & ideo quicqd iuris est apud particulares ecclesias, est etiā apud Papā, q̄ est pater patrū, & cū omni Prælato cōcurrit in iurisdictione. Vnde si aufert aliqd

ab vna ecclesia, dicitur auferre solum administratione, quã ipse dedit. † Si vero agitur de laicis, & etiam de clericis extra statum
55 ecclesiæ, & de auferẽdo iure quæsito, vel dominio illis quæsito, non potest, quia poneret falcẽ in messem alienã, exercendo iurisdictionẽ in alieno territorio. Castr. *d. cons.* 288. *per tot.* maxime. *col.*
56 2. *v. Aut quæritur, an possit dominiũ alicui laico non suppositio, lib.* 1. † Laicis vero, subditis Papæ potest auferre ex causa vniuersali, respiciente publicam vtilitatem, iuxta not. *in l. fi. C. si contra ius, vel vtil.*
57 *public.* Castr. *d. cons.* 288. *col.* 2. *v. aut quæritur, lib.* 1. † Contra declarationem. Castr. faciunt not. per Aegid. Bella. *in c. non liceat Papæ*, 12. *q.* 2. *n.* 2. vbi quod licet Papa absolute possit omnia & non ligetur lege prædecessoris, tamen si alienat bona ecclesiæ in casu non permisso, committit peccatum, & suprema auctoritas non cadit in peccato committendo, & allegat ibi gl. Hugo. Petrum, & Archid. & sequuntur Turre cremata *n.* 3. *v. ad secundum.* Gem. *nu.* 1. *v. oppono.* Præposit. *n.* 6. & idem Aegid. ibi *n.* 14. Iacobat. *de Concil. lib.*
* 7. *art.* 6. *n.* 14. vbi *omnes, quod est administrator, non dominus; quia dominium bonorum ecclesiæ est apud Christum, & idem ex mente Beati Thomæ repetit Abb. *cons.* 41. *col.* 1. *in fi. v. non obstat*
58 *prædictis, lib.* 1. † Declarando crederem, quod opinio Castr. posset procedere, quando bona alienarentur de ecclesia in ecclesiam, quia dominiũ non mutatur, sed sola particularis administratio, sed si dominiũ transiret ad laicos, & extra ecclesiã, tunc contrariũ procedit; quia Papa solã administrationẽ habet, & curã conseruandi, dicit tamen Abbas *d. cons.* 41. *n.* 4. *lib.* 1. quod etiam laicus habens à Papa ex donato est tutus in foro fori; quia non est, qui
59 iudicet Papã. † Amplia; quia licet Imperator concedens priuilegiũ in vtilitatẽ ecclesiarũ, & sic non subditi non possint illud regi in vtilitatẽ ecclesiarũ, & sic non subditi non possint illud revocare, tamen secus est in Papa; quia reuocare põt priuilegia cõcessa Imperatori, & aliis laicis absolute. Geminian. *cons.* 74. *col. fi.*
60 *n.* 10. *v. secundo casu vsque in fi.* † Restringe; nisi sit in forma contractus; quia etiã Papa ligatur ex suo contractu; sicut alius Prælatus. Gem. *d. cons.* 74. *in pr. v. nec obstat. si dicatur*, & Bald. *cons.* 24. *Ius Abbatialis, lib.* 2. † Amplia; quia potest Papa concedere facultatẽ testãdi de fructibus ecclesiæ, & acquisitis ex beneficiis ecclesiasticis,
61 dumodo ex cã hoc faciat. Abb. *in c. cum esses in repet. col. antepen. de testa. n.* 30. *& seq.* imo etiã sine cã potest. Deci. *cons.* 512. *n.* 3. *v. & licet*
* *communis*, vbi attestatur de *communi, Soc. Iun. *cons.* 89. *per tot. v.* bi, quod ita de consuetudine seruatur, *lib.* 1. & ita vsus Christiani orbis recepit, vt attestatur Cou. *in c. cum in officiis, de testa. n.* 7. & Gaspar Cabal. qui hos citat ad *cons. Butr.* 10. *in v. testandi*, vbi Butr, *d. cons.* 10. *circa fi. v. item dato*, præsupponit hãc facultatem validã, licet odiosam oẽs esse dicant, & restringendam. Curt. Iun. *cons.*
178. *col. pen. vsque in fi.* plenissime Redoan. *tr. de spol. q.* 7. vbi multa,
* & *n.* 13. *&* 14. dicit *fol.* 190. vbi de *communi, & citat plurimos.
* Dec. *cons.* 156. *Quæritur, col.* 2. vbi de *cõmuni, & quod non est dis-
* putanda auctoritas Papæ, late Ferret. *cons.* 118. *in fi.* vbi de *communi Gabriel. *cons.* 166. *n.* 4. *lib.* 1. vbi dicit receptissimam. Castr. *cons.* 96. *col. fi. lib.* 1. & quod possit Papa concedere licentiã testandi de fructibus beneficiorum, late Alex. *cons.* 101. *Super primo, n.* 6. *v. & si diceretur, lib.* 7. vbi, quod Papa habet liberã facultatem in beneficialibus, & dicit, q̃ non obstat, quod bona ecclesiarũ sint in dominio Dei; quia Papa eius Vicarius potest alienare, & q̃et-
62 iã si cã requiratur, tamẽ præsumitur in Papa causa legitima. † Extendit Alex. *d. cons.* 101. *Super primo, n.* 5. *& seq. v. denique posito, lib.* 7. quod imo talis licentia testandi præsumatur ex antiquitate temporis, quãdo testamentum clerici, seu Cardinalis fuit diu obseruatum, & approbatum, quia hoc præsumitur propter antiquita-
63 tẽ. † Et quia est odiosa, intelligitur de prima vice. Deci. *cons.* 512.
* *Cum Reuerendissimus, n.* 3. vbi de *communi. Redoan. *de spol. q.* 7. *fol.*
191. *v. & ista gratia cum seq.* vbi, quod nõ extenditur ad codicillos,
* & non habet locũ, nisi viuente concedente, & de *cõmuni Soc.
Iun. *cons.* 89. *lib.* 1. maxime in præiudicium tertii. Ant. de Butr. *d.*
64 *cons.* 10. *n.* 4. *in fi.* † Extende; quia etiam monacho potest concedi hæc facultas, & valet. Bald. *in l. certum, col.* 6. *v. & prædicta faciunt. C. vnde legit. & in l. si quando C. de inoffi. testa. & in auth. nisi rogati. col. fi. C.*
65 *ad Trebell.* Soc. *cons.* 13. *Præsens consultatio, lib.* 1. vbi late. † Et nõ tollit talis facultas ius tertio quæsitum Cast. *cons.* 69. *col. fi. lib.* 1. Vide,
66 *Clerici de quibus possunt testari, vel non. Concl.* 396. *n.* 9. *&* n. 15. *& seq. &*
Concl. ibi prox. se q. † Amplia; quia vbi Papa auctoritatem interponit, ibi omnis potestatis plenitudo interuenit. Bal. *cons.* 243. *Quidã*
67 *nobilis, in fi. lib.* 1. † Amplia; quia Papa põt solus plurima singularia, quæ ponit Bal. *in l. rescripta, n.* 7. *& seq. v. de Papa, C. de precib. imper. of-*
68 *ferend.* † Amplia; quia potest facere Cardinales de plenitudine etiã nulla facta propositione, & põt supplere oẽs defectus, & valet creatio. Alex. *cons.* 111. *Perspectis, n.* 3. *& seq. lib.* 6. † Amplia; quia
69 Papa põt sine dubio deponere Cardinales. Bald. *cons.* 328. *Quæritur si Rex, n.* 9. *v. & sicut Papa, li.* 1. Vide supra, *Papa est superior*, & *Iudex omniũ. Concl.* 41. *n.* 64. *& seq.* † Extende; quia Episcopũ etiã sine
70 cã priuat Episcopatu. Io. de Sylua *in tr. de iura. in tomo* 5. *fol.* 10. *n.* 59.
† Contrariũ, quod imo Papa sine cã legitima nõ possit remouere Episcopum à sua ecclesia, vel priuare, ruetur Rom. *cons.* 467. *Ut*
71 *clara, n.* 5. *& seq. v. tertio probatur.* † Amplia; quia potest eximere
72 subditos ab ordinariis locorum. Anch. *cons.* 132. *Casus, super quo, n.*
73 6. † Amplia; quia Papa est contra ius, supra ius, & extra ius, ideo omnia potest; & idẽ in Imperatore plene Dec. *cons.* 588. *Viso puncto,*
74 *in pr. & per tot.* † Amplia in tantũ Papã posse omnia; vt nihil sit exclusum ab eius potestate; nisi quæ contra fidẽ Catholicã faciunt,
ideo dispensat, modificat, declarat, & restringit ius diuinũ quoad omnia, exceptis iis, quæ concernunt articulos fidei, & fidem Catholicam, plene Anch. *cons.* 239. *Parum dubitationis & cons.* 372.
75 *Reuocatur in dubiũ*, vbi dat multa exempla contra ius diuinũ, & dicit esse Deũ, qui facit per suũ Vicarium. † Amplia; quia extinguit
76 Canonicatus, & præbendas, & applicat magistris. Zab. *cons.*
142. *in pr.* † Amplia; quia potest Papa auferre ius alteri quæsitũ sine cã, licet nõ debeat, & nemo dicit ei cur ita facis? Cast. *cõs.* 288.
77 *in pr. li.* 1. † Amplia; quia Papa dispensat super matrimonio contracto; & non consumato, vt dirimantur: itẽ cũ monacho, & in sacris constituto vt contrahat matrimoniũ, itẽ mulieris casibus contra ius diuinũ. Dec. plene *cons.* 108. *In præsenti consultatione per tot.*
Anch. *cons.* 239. *&* 373 *per tot.* vbi latissime Vide, *Papa non potmulta*,
78 *& quæ. Concl.* 50. *n.* 10. † Amplia; quia Papa potest dispensare, qsicerdos contrahat matrimoniũ; quia ordo sacer prohibet matrimoniũ de iure positiuo. Alex. *cons.* 2. *Visis codicillis, n.* 8. *lib.* 1. Anch.
d. cons. 239. *in pr. n.* 3. *&* 373, *n.* 3. † Extende; quia dispensat etiã sub
79 conditione & ad tẽpus, vt monachus contrahat matrimonium, donec habuerit filios ex matrimonio. Cuma. *cons.* 99. *circa fi. v. ad*
præmissam. † Extende; vt imo possit simpliciter dispensare cũmo-
80 nacho, etiã in sacris constituto, vt contrahat matrimoniũ. Deci.
cons. 108. *per tot.* † Amplia; quia põt Papa solus ardua quæcumque
81 expedire sine Card. Barb. *cons.* 1. *per tot.* vbi infinita p̃ vtraq; parte citat, & tandẽ hanc tuetur, & *n.* 36. dicit *cõem *lib.* 1. vbi per plura
* docet hanc esse *veriorẽ, & p̃ea extare infinitos tex. & auctoritates. † Cõtrariũ, quod imo ardua cũ consilio Cardinalii debeat
82 facere, plene idẽ Barb. *d. cons.* 1. vbi *n.* 9. *v. præterea facit, quod habetur, lib.* 1. q̃ propterea Deus dedit duas claues Petro, per vnam datur absoluta potestas, per aliã discretio, vt dicit gl. 20. *dist. in summa,*
& n. 12. plures hoc tenentes, allegat. † Declara, vt per Castr. *cons.*
83 415. *In facto præsenti, n.* 6. *v. itẽ non obstat*, vbi, quod licet Papa soleat ardua expedire cũ consilio Cardinaliũ, & in alienatione bonorũ soleat interuenire subscriptio, & consensus eorum; ita Papa non
84 obligatur; quia non est, qui dicat, cur ita facis? nisi de stylo consueuissent annullari ea, quæ facta fuerũt sine consilio, & subscriptione Cardinaliũ; quia tunc standum esset stylo, vel consuetu-
85 dini. † Amplia; quia Papa in terris omnia põt, vt Deus, excepto peccato; quia est Vicarius & successor Christi vicem veri Dei gerentis in terris, & consistoriũ Dei; & Papæ, idem est. Guid. Papa
86 *cons.* 134. *n.* 4. *v. imo si Papa.* Abb. *in q. 1. col.* 2. *in fi.* † Extende; quia Papa facit idẽ consistorium cum Deo. arg. 6. 2. *& 3. de translat.* Episc.
87 Abb. *in* 1. *q. col.* 2. *in fi.* † Extende; quia non habet superiorẽ. Abb.
d. q. 1. *col.* 3. *in pr. n.* 2. † Extende; quia habet cælestem terrestrem Imperii habet. Abb. *d.*
88 *q.* 1. *col.* 3. *n.* 3. † Et intra cælestis, & terrestris Imperii habet. Abb. *d.*
q. 1. *n.* 4. *col.* 3. † Amplia; quia in spirituali ab solute Papa potest
89 omnia, & tantum habet absolutam plenitudinem potestatis, vt possit ad libitum tollere; & reuocare omnes conuentiones, &
contractus celebratos circa spiritualia, tã inter Papã, & aliũ, qui
90 etiã inter quoscumque alios. Ro. *cons.* 298. *Circa præmissam. n.* 1. *& si hæc vera*, allegat tex. *in clem. dudũ, §. verum, de sepult.* † Amplia,
91 quia beato Petro vti Principi Apostolorum data fuit potestas ligandi, atque soluendi in terra, & in cælo. Matt. 16. *Et ego dico tibi,*
quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &
92 *tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi, dabo claues Regni*
portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & tibi, dabo claues Regni
93 *lorum, & quodcumq; ligaueris, &c.* Vide, *Concilium subest omnino Papæ,*
& quando non, & in quibus. Concl. 551. † Declara; quia Papa est om-
94 nibus aliis Episcopis, & vicem Apostolorũ tenentibus; quia licet ipsi habeant potestatẽ à Deo, tamen submissi sunt capiti suo Papæ, vt sine eo nõ exerceant, & hac de cã Christus multa specialia
95 dixit Petro, *Tu es Petrus, &c. Pasce oues meas, &c. Ego rogaui pro te vt*
&c. & fiet vnum ouile. & vnus pastor, Abb. *q. i. n.* 14. vbi q̃ nõ loquitus est Christus in plurali, sed in singulari; & idem etiam clarius
96 repetit. *d. q. i. n.* 35. *v. nec obstat.* † Restringe; q̃a licet omnis potestas
97 data sit Petro, & successoribus in cælo, & in terra, ligãdi & soluẽdi, intelligitur tñ, claue non errante; & sic ex causa iusta & honesta,
98 nã tex. *in c. manet.* 24. *q.* 1. dicit, eaten̄ enim manet in Romano Pon-

tifice

tifice priuilegiũ, quatenus ex iusta æquitate fertur eius iudiciũ, quem ad hoc refert Rom. *cons.* 345. *Circa primũ, n.* 6. *in fi.* Vide, *Concilium sibest omnino Papæ, & quando nõ & in quibus. Concl.* 549. Vide, *Papa de quibus possit accusari, vel deponi. Concl.* 80. † Limita; qa Papa non 93 põt sine causa reuocare, vel alterare feudũ, vel contractũ. Bal. *cõs.* 327. *Pridie enim. lib.* 1. *in pr.* qa aliàs nõ posset cõtrahere. Vide, *Principes tenetur ad obseruantiã contractus. Concl.* 690. † Limita; quia licet 94 possit omnia etiã dispẽsando contra ius diuinũ; tñ id intelligitur in dispẽsatione iã concessa; secus in concedẽda, itẽ si ex cõcessa nõ oritur scandalũ, ita Æg. Bellam. *cons.* 28. *in fi. v. ex præmissis.* † Limita; qa non põt facere legẽ, per quam clerici iudicẽtur à iudice 95 seculari; qa hoc priuilegiũ habebant clerici etiã ante Petrũ. Rõ. *cons.* 414. & apost. citat alios ad Cast. *cons.* 388. *in pr. lib.* 1. *in v. Cur ita facit.* Vide Conclusionem prox. seq. *nu.* 26. *& seq.* † Limita; quia 96 Papa non habet plenitudinẽ potestatis in iis, quæ de se sunt peccatum mortale; quia sicuti Deus non põt peccare; ita neq; Papa põt alienare bona Ecclesiæ sine causa; quia peccatũ mortale est, etiamsi faciat de plenitudine, quæ in hoc non operatur. Æg. Bellam. *in c. non liceat Papæ. in pr. n.* 2. *& n* 4. 12. *q.* 2. *& n.* 14. *in fi. v. solutio,* 97 *& n.* 15. † Limita; quia si claue errante ligat, vel absoluit, non valet quoad Deum. Zabarell. *cons.* 143. *n.* 2. Nam multoties quis repetitur ligatus quo ad Ecclesiam, qui est solutus quoad Deum; quia Ecclesia non iudicat de occultis, Deus autem omnia videt 98 & iudicat. *c. à nobis, in pr. de sent. excom.* † Limita; quia multoties sedes Apostolica concedit ad importunitatem, quæ non sunt cõcedenda; ideo licitũ est aliquid dicere, ne detur ex concessionibus scandalosis materia obloquendi, & dicẽdi, vbi est Deus cle- ricorum? Zabarel. *cons.* 143. *in fi.* Vide, *Rescriptum Principis non valet* 99 *multis casibus. Concl.* 219. † Limita; quia Papa circa mortuos iam iudicatos nihil impendit; quia in mortuis potestas clauium nõ exercetur, licet bene opera charitatis suffragentur mortuis, & si qd pro mortuis exercetur circa clauium potestatẽ super terram traditam, id fit habito respectu ad ea, quæ dũ viuus esset, gessit, seu 100 ostendit, *d. à nobis, de sent. excom.* Rom. *cons.* 356. *Circa primum, nu.* 4. † Limita; quia Papa non põt tollere contractũ inter laicos, qui non sunt de temporali iurisdictione Ecclesiæ, neque põt auferre dominiũ ipsis laicis quæsitũ, qa esset actus iurisdictionalis, qui ab eo non põt exerceri extra suum statum, Cast. plene *cons.* 288. *Pri-* 101 *mum dubium, in pr. v. contrarium tamen puto, lib.* 1. Extende † in casu contrario; quia licet priuilegium possit ad libitum reuocari per concedentem etiam post ius quæsitum; tamen si Imperator cõcedit priuilegium Ecclesiæ; quia non est sibi subdita post ius q̃situm ei non subditæ non potest reuocare. Cast. *d. cons.* 288. *n.* 2. *v.* 102 *præterea videmus. lib.* 1. Vide Conclus. prox. seq. Vide, *Testandi facultas de fructibus ecclesiasticis quid operetur. Concl.* 145.

Papa non potest multa, & quæ. Concl. 50.

1 PAPA † non põt tollere constitutionem propriam initam per viam contractus, q̃ intellige de potestate ordinaria; secus de absoluta, maxime in beneficiali. lib. Gem. *cons.* 36. *Quod collatio, cir-* 2 *ca fi. v. præterea præsupposito.* † Extende; qa non põt tanto minus tollere cõtractũ ex causa onerosa; qa hoc modo scãdalizaret mũdũ, & tanquã priuatus ex cõtractu obligatur, put alius, plene Anch. 3 *cons.* 147. *Videtur prædict. concessionẽ.* Vide, *Princeps tenetur ad obseruã-* 4 *tiã contractus. Concl.* 690. † Amplia; qa monialẽ professam nõ põt ad duriorẽ regulã includere inuitã, sed debet illi dare annũ, pfes- sionis. Old. *cons.* 96. *Nunquid monachũ.* Vide, *Professus in vna Regula nõ* 5 *compellitur inuitus ad aliã Regulã. Concl.* 887. † Cõtrariũ videtur velle Gem. *cons.* 96. *n.* 4. vbi, q̃ Papa põt statũ regulatiũ restringere, pro- 6 ut sibi visum fuerit. † Amplia; qa citationẽ iuris naturalis nõ põt Papa tollere. Gem. *cons.* 53. *n.* 1. *in fi. v. sed certũ est, & n.* 2. *&* 3. Extẽde 7 etiã in notoriis, vt ibi Gem. *d. cons.* 53. *n.* 3. *v. imo dicit.* Extende † in tũ, vt licet Papa in causa criminali asserat se citasse priuatum; tñ ipsi non creditur; qa non põt super omissione citationis aliquid; ideo debet citatio aliter probari. Gem. *d. cons.* 53. *circa fi. n.* 14. *v. &* 8 *pro hoc.* † Amplia, qa non põt supplãtare successorẽ concedendo feudũ non apertũ. Vide, *Feudũ apertũ, & deuolutũ quando alteri con-* 9 *cedi possit. Concl.* 111. † Amplia; qa contractus, testamenta, & pias fi- delitũ dispositiones nõ possunt tollere Papa, neq; Imperator de rationabili potestate. Bal. *cõs.* 82. *Pactũ ponitur quod quidã, in pr. lib.* 10 1. qintelligas, nisi ex causa legitima. † Amplia, qa licet Papa possit dispẽsare cũ homicida post homicidiũ. & q̃cũq; peccatũ cõmissũ absoluere: nõ tñ põt cõcedere licẽtiã peccãdi, neq; indulgẽtiã is peccata non commissa remittere, & subleuare. Bal. *cons.* 432. *Ad* 11 *bellũ iustũ. n.* 3. *lib.* 5. Vide, *Peccatũ omnino vitãdum. Concl.* 193. Amplia; q. ardua solus non explicat, & iura loquẽtia in contrariũ sunt de potestate, non de honestate: vel dicas contrariũ, vt per Fel. *in rub. de const. col.* 1. *&* 2. sequitur Petrus de Baysio in suo *directorio elec-* 12 *tionũ, in* 2. *par. c.* 35. *n.* 9. licet Barb. *in tract. de præstan. Card. in* 2. *q. pri-* 13 *ma partis.* absolute teneat nõ posse Papã ardua explicare sine cõsilio Cardinaliũ; & hanc partẽ tenent plures citati à Fernã. Loaz. *in cons. edito super oppido de Mula col.* 66. *& seq.* & cõmunẽ *attestatur * Afflict. *decis.* 289. *n.* 15. Franc. *in c.* 1. *in* 4. *not. de renun. lib.* 6. Fel. *in c. edoceri, n.* 3. *de resc.* Gundis. *de potest. Legat. q.* 1. Contrariũ, † q̃ imo possit 14 solus Papa de absoluta potestate ardua explicare sine Cardinalibus, faciũt multa, quæ deducit pro vtraq; parte Troyl. Malui. *de canoniz. Sanct. in* 2. *dubio, n.* 31. *& seq.* vbi *n.* 33. dicit hanc *cõmunẽ, * & de facto seruari Iacoba. *de Concil. lib.* 7. *art.* 5. vbi *n.* 136. dicit, q̃ non põt introduci consuetudine, neque iuramento, quod Papa non possit solus ardua, & creare Cardinales. & cõmunẽ. & magis *cõmunem dicit opinionem, & Io. Fernard. Loaz. *in dicto suo cons.* * *col.* 393. *cum plur. seqq.* vbi loquitur in quibuscũq; arduis, videlicet creatione, & depositione Card. & canonizatione Sanctorũ, de- positione Regũ, & Imperatorũ, & aliis huiusmodi. † Declara; qa 15 licet possit solus ardua omnia expedire; tñ si contra solitũ, vel fi- ne causa expediat, potest successor de facili reuocare. Æg. *cons.* 12. *col.* 3. *v. tertio dubitatur. & cons.* 33. *n.* 44. *& seqq.* Fel. *in c. ad audientiam, n.* 3. *de præscript.* Ias. *cons.* 10. *n.* 4. *lib.* 3. qui cumulat pro vtraque parte infinita, & distinguit inter ardua, & pretiosa, vel non. Vide, *Papa* M *an possit sine Cardinalibus ardua. Concl.* 79. † Amplia; quia non potest 14 bona Ecclesiæ sine causa alienare; quia est administrator, nõ Do- minus; & qua alienare bona Ecclesiæ est peccatum, si fiat sine causa; igitur nulla; quia non est iuris positiui, sed diuini, vel natu- ralis. Æg. Bell. *in c. non liceat Papæ, 12. q.* 2. *in prin. & n.* 2. *& n.* 4. *v. solu-* *tio.* vbi dicit esse de mente gloss. ibi Hugo. Petri. & Guido. Tur- recrema. idem dicit ibi *n.* 3. *v. ad secundum.* Gem. *n.* 1. *v. oppo. Præpos.* *n.* 6. qui omnes *tenent, qui licet Papa possit aliam causam aliena- * tionis inducere; tamen non inducta noua causa non potest sine causa alienare, & alienando committit peccatum mortale; quia peccatum non est à lege positiua; ideo non valet alienatio; & q̃ sit peccatum mortale alienare sine causa bona Ecclesiæ, Innoc. & Ant. de Butr. *in c. Episcopi, n.* 3. *de reb. Eccles. non alien.* plura Iacoba. *de Concil. lib.* 7. *art.* 5. *n.* 198. *cum seq. v. vnde in iis.* & idem *art.* 6. *n.* 14. v- bi, quod Papa potest omnia, sed non peccare contra legem diuinam, & quod Papa sit administrator, & dominium rerũ Eccle sie sit apud Christum, fuit opinio B. Thomæ, quã refert Abb. *d. cons.* 41. *col.* 1. *in fi cum seq. lib.* 1. † Contrariũ, quod sit de honestate, ne a- 15 lienet, sed possit alienare, licet sit administrator, & dominiũ bo- norum Ecclesiæ sit Christi, videtur tenere Io. de Sylua. *tract. de beneficio. in* 3 *p. q.* 8. *n.* 20. Declarat † Abb. *cons.* 41. *Videndum, col. fi. n.* 4. 16 *lib.* 1. vbi, quod potest Papa aliqua bona Ecclesiæ libere donare, licet sit administrator, & præsumitur ex iusta causa facere, & re- cipiens quoad Ecclesiam militantem est tutus; quia non est, qui iudicet Papam. † Tu dicas, quod declaratio procedit viuente 17 Papa, qui alienauit; sed tñ successor poterit reuocare. Æg. *cons.* 33. *nu.* 58. *& 59. v. tertio dubitatur.* sequitur Fel. *in c. ad audientiam, n.* 3. *de præscript.* † Amplia; quia licet Papa sit supra Concilium; tñ secus 18 est; vbi agitur de fide; ideo in concernentibus fidem Papa subest Concilio, & nihil statuit sine consilio Episcoporũ. Troylus Mal- uicius *in tract. de Canonizatio. Sanctorum, in* 4. *dubio. n.* 28. *mihi in* 19 *tom. fol.* 423. † Ideo nouos fidei articulos non potest statuere. *tom.* 5. *n.* 44. *fol.* 10. *in antiq.* † Amplia; quia Cardinalem sine consensu a- 20 liorum non potest priuare, vel excommunicare. Hostien. & alii *in c.* 2. *de Cleric. non resid.* † In contrarium supra. *Papa est superior. Con.* 21 41. *n.* 64. & supra hac Concl. *n.* 12. Vide, *Papa absolute potest omnia,* M *& qualiter intelligatur. Concl.* 49. Amplia; † quia Papa non potest se 22 ipsum absoluere, neque alteri absolutionem committere de iis, quæ promisit cum iuramento, & vouit, q̃ sunt licita. Dec. *in c.* *subortæ. de constit. vtili, vel inutil. n.* 4. *& seq.* Fel. *in rub. de constit. n.* 33. vbi conc. adducit Dec. *in c. porrecta, n.* 4. *de constit. vtili. vel inutili.* Anch. *cons.* 65. *Pro declaratione dubiorum. per tot.* vbi, quod etiam Papa pro- hibente Cardinales tenentur iurata implere. sequitur Dec. *cons.* 151. *Maximi ponderis, per tot. n.* 10. quod est omissum in vltima im- pressione. Abb. *in c. fi. in fi. de inst.* vbi apost. dat plures conc. sequi- tur Io. de Sylu. *tract. de benef. in* 3. *p. q.* 8. *n.* 19. † Extẽde, vt ꝓcedat, et- 23 iãsi in cõclaui antequã esset Papa, iurasset, & vouisset; qa tenetur obseruare, si cõfirmauit, postquã est Papa creatus. Dec. *in d. c. por-* *recta, n.* 1. *in fi. v. priusquã. de cõstit. vtil. vel inutil. est n.* 4. vbi citat plures An. de But. *c.* 1. *de const. n.* 10. vbi dat Exẽplũ in Greg. XII. & Bene- dicto XIII. q iurauerãt & vouerãt nõ creare Cardinales, & ob- ligãtur, Fel. *in rub. de const. n.* 33. † Et q̃ Papa in iis q̃ sũt iuris diuini 24 nõ possit seipsũ absoluere, put à voto, vel à iuramẽto, *c. cũ inter P.* *de renunc.* Abb. *in* 1. *q. col.* 5. *in fi. n.* 9. vbi, q̃ ex quo Papa põt se absol-

vere à papatu renunciando, signum, q̃ non est de iure diuino in illa persona, quæ habet, licet papatus sit de iure diuino, licet habere illum sit humana electione. † Contrariũ tenet Iacoba. *tractat. de Concil. in 7. lib. art. 5. per tot.* vbi allegat omnia, & concludit, q̃ non valent capitula iurata cum voto à Cardinale promissa, antequam esset Papa, vt ex causa nõ possit recedere, & seipsum absoluere; quia non habet locum in supremo Principe, prout in Papa, & q̃n aliam personam repræsentat: item dicit idem, q̃n iurauit, vt Papa, sed per metum; quia tunc potest seipsum absoluere, & non obligatur tali iuramento, vide eum *n. 212. & seq.* fatetur tñ *n. 236.* q̃ si iuramentum est licitum, obligat, & vide plenissime q̃ hac parte Alex. *cons. 224. In re tam graui, lib. 6.* allegat Barbatiam, & Dominicum Ruffum eius discipulum, qui ita consuluerunt in eodem casu, q̃ Papa nõ tenetur obseruare capitula conclauis iurata, & per votum promissa de non faciendo Cardinales, & non infeudando, nisi de consensu omnium Cardinalium; quia tendit in diminutionem vniuersalis Ecclesiæ, ne fiant Cardinales, sed aliud de non infeudando non habet iudicio meo eandé rationem. † Amplia; quia licet possit laico delegare certam causam criminalem Clerici: non tñ potest delegare vniuersaliter causas * Clericorum Laicis, vel Principibus secularibus, cõmunem* dicit Clar. *in §. fi. q. 41. in fi. n. 8. v. sed quid dicendum.* † Extende; quia nõ potest per legem vniuersalem hoc facere. Vide Conclusionem prox. præced. *n. 95.* † Restringe; quia in casu particulari potest deputare laicum iudicem Clerici, *c. decernimus. de iud.* † Imo posset in casu particulari deputare fœminam iudicem Clerici. Alex. *cons. 74. Viso puncto. n. 11. lib. 4.* allegat gl. *in c. peruenit. 7. q. 1.* † Amplia; q̃ non potest Rom. Ecclesiam alio transferre; quia iussu Dei in Vrbe est fundata, & licet factum fuerit à Clemente V. qui in Galliã eam transtulit; tñ male fecit. Per. de Monte in sua *Monarch. de præstantia Papæ, in pr. n. 14. fol. 72. in 2. tract.* † Extende; quia imo videtur, q̃ non possit recedere, & vrbem derelinquere, quasi sit à Domino Iesu Christo consecrata, & Petrus ab ea iussus sit non recedere, vt per plura hinc inde tradit *in tract. de potestate seculari, & eccles. siast. in 14. tract. fol. 359. & seq.* vbi plura de Romanis mala. † Restringe nisi propter rebellionem populi, vel incursum hostium, aut aliam probabilem causam faceret, vt ibi *n. 14. & 15.* † Amplia; quia Papa non potest sine iusta causa statuere talia, per quæ status generalis, seu vniuersalis Ecclesiæ mutaretur. Rõ. plene *cons. 380. Quæstio est, in pr.* vbi apost. *in v. valida.* & per totum consilium. † Extende; quia non potest statutum facere ex quo vehementer põt suspicari vniuersalem statum Ecclesiæ perturbari. Rõ. *d. cõs. 380. n. 3. v. secundo si Papa,* vbi apost. plena *in v. perturbari,* dat conco. plures. † Extende; quia non potest statuere, per quod status vniuersalis Ecclesiæ decoloraretur. Rom. *d. cons. 380. n. 4. v. tertio non potest.* † Extende; quia Papa non potest statuere, per quod cuncti ordines Ecclesiæ scandalizantur, seu Ecclesia periclitationem pati potest, prout quando reseruationi innitens cum fratribus suis onera administrationis partiri non vult, sed omnia sibi vindicat *c. Diaconi. 90. distinct.* Rom. *d. cons. 380. n. 5. v. quarto.* vbi apost. *in v. demonstratur.* † Amplia; quia licet Papa possit prohibere matrimonium inter certas personas; non tamen potest inter omnes alias, peruerteret statum fidei. Alex. *cons. 1. n. 6. v. quarto etiam. lib. 2.* † Extende; quia potest remittere decimas singularibus personis, licet sint de iure diuino: non tñ potest omnes decimas remittere omnibus. Alex. *d. cons. 1. n. 6. v. illud idem. lib. 2.* † Amplia; quia Papa non potest relatiue multa, de quibus Anch. *cons. 373. n. 4.* vbi dicit, quod illis exceptis, reliqua omnia potest. † Amplia; quia Papa non potest, vel non debet admitti concedere auctoritatem Episcopalem Abbatibus, & aliis inferioribus; quia esset decolorare Ecclesiam vniuersalem, ex quo Episcopi sunt ab Apostolis instituti; & quia ex tali concessione vilesceret dignitas Episcopalis. Ant. de Butr. *cons. 19. n. 6.* Vide, *Episcopus habet multas prærogatiuas ex dignitate Episcopi. Concl. 237.* Extende; † quia neque põt tollere canonem, quod percutiens clericum non sit excommunicatus; quia istud respicit statum Ecclesiæ. Ant. de Butr. *d. cons. 19. num. 7.* † Amplia; quia Papa licet inter Principes seculi obtineat principatum & Monarchiam; tamen non potest priuare Electores Imperii, quibus sedes Apostolica concessit. ita Rom. *cons. 467. Vt clara, n. 3. v. primo probatur.* allegat gl. *in c. ad Apostolicæ, in v. illi autem, de re iud. lib. 6.* † Contrarium dicit Signor. *cons. 70. In quæstione vertente, n. 8. & seq. v. item non obstat secunda,* vbi, quod populus Romanus potest reuocare Imperium; quia per viam legis transtulit in eum omnem auctoritatem, *Instit. de iure natur. gent. & ciuili. §. sed & quod Principi,* vbi dicit, quod facta per viam legis semper sunt reuocabilia.

Papa licet possit omnia, tamen id intelligitur ex iusta causa, aliàs non. Concluſ. 51.

PAPA † est caput Ecclesiæ, quæ Ecclesia vniuersalis dicitur corpus mysticum multorum Episcoporum concordi numerositate diffusum, *c. Nouatianus. 7. q. 1.* Rom. *cons. 345. Circa primum, in pr.* & huius corporis mystici caput est Papa, *23. q. 1. c. rogamus.* Rom. vbi supra *n. 3. seq.* vbi, quod sicuti in corpore vero membrum scandalizans iubetur tolli; ita in Ecclesia, quæ est corpus mysticum, membrum scandalizãs, à Papa, qui est caput, debet euelli. † Sed tñ omnia sunt intelligenda de auctoritate Papæ, dummodo ex iusta causa, & iusta dicitur vtilis in vniuerso, vel necessaria, vt declarat Rom. *d. cons. 345. n. 5. & seq.* vbi secunda apost. *in v. non possit,* dicit magis* cõmunem. † Declara tñ; quia iusta causa dicitur, cuius* si sit causa pacis, vel concordiæ, vt per apost. primam *ad d. cons. 345. n. 5. v. iusta.* † Et est ratio; quia vt inquit tex. *in c. manet, 24. q. 1.* eatenus manet in Rom. Põtifice Petri priuilegium, quatenus est iusta æquitate fertur eius iudicium. † Infertur exemplum Christi Domini nostri, qui cum Iudam ordinasset Apostolum, Episcopum, & sacerdotem, *c. Dominus noster, 91. distinct.* licet subesset causa remotionis; tñ missus est cum aliis Apostolis ad prædicandũ, *1. q. 1. c. Christus,* ex quo causa remotionis aliis non erat nota, ne diceretur, quod sine iusta causa esset amotus, *c. si sacerdos, ad fin. de off. ord.* hæc omnia Rom. *d. cons. 345. n. 7.* † Infertur, quia contra ius diuinum Papa sine iusta causa venire non potest, *c. literas. de restit. spoliat.* Roma. qui alios citat *d. cons. 345. nu. 8.* † Et pariter contra ordinationem Apostolorum sine iusta causa venire non potest Papa, *c. sunt quidam, 25. q. 1.* Rom. *d. cons. 345. n. 8. v. secundo patet.* † Et pariter contra decreta Conciliorum Papa non venit, nisi ex dispensatione, & ex iusta causa, plura allegat Rom. *d. cons. 345. n. 8. v. tertium patet.* allegat *c. requisitis, 1. q. 7. & 25. q. 1. c. considimus. & c. contra statuta.* vbi Papa profitetur non posse contra Concilia venire, & si q̃n dispensat in casu particulari, id ex iusta causa facere profitetur, ita dicit tex. *in §. ius respondetur. v. valet ergo, circa fi. 25. q. 1.* † Et pariter contra statuta summorum Pontificum Papa non statuit, neq; dispensat sine causa iusta. Rom. *d. cons. 345. n. 9. v. quartum patet.* allegat *c. institutionis, 25. q. 2. & in c. si ea.* vbi, quod Papa dicitur euersor, si contra statuta aliorum Pontificum venit, & *in c. ministri. 26. q. 9.* vbi dicit se non infringere, sed roborare velle Decreta prædecessorum suorũ, & alia similia videas ibi. † Et contra ius naturale, quod non liceat venire sine iusta causa; imo neq; contra ius ciuile. Rom. *d. cons. 345. nu. 10. & seq. ver. vltimum patet.* Vide, *Princeps præsumitur ex causa facere, & quando secus. Concl. 682.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Papa non præsumitur ex causa facere, si non exprimit causam. Concluſ. 52.

CAVSA † iusta non præsumitur in Papa, nisi exprimatur. & probetur, q̃n facit contra constitutionem Ecclesiæ, & decoloratur vniuersalis Ecclesia. Rom. *cons. 483. Dubitatur, n. 13.* vbi legitur in collatione facta durante tẽpore electorib. dato per Concilium Basilien se, vbi, q̃ requiritur magna causa aliis nota, & q̃ exprimatur, & probetur, vbi plenissima apost. *in v. Ecclesia.* sequitur Mars. *sing. 8.* vbi plenius, & alia apostil. ad Rom. vbi supra *in v. exprimi.* † Extende; quia, vbi licitũ est à regulari iure ex causa recedere, non sufficit causam subesse, nisi per eum, cui hoc permittitur, exprimatur. Rom. *d. cons. 483. n. 14. v. secundo respondeo,* vbi apo. *in v. exprimatur,* quæ dat plurimos conc. † Et in Papa procedit, q̃n non sufficit subesse causam, nisi exprimatur, & probetur, q̃n aliquid contra legem vniuersalem concernentem statum vniuersalis Ecclesiæ rescribit. Rom. *d. cons. 483. n. 14. v. quod idem dictum,* vbi apost. *in v. 287.* dat concord. Vide Concl. prox. præced. Vide, *Princeps præsumitur ex causa facere, & quando secus. Concl. 682.*

Papa non præsumitur velle contra ius. Concl. 53.

PAPA † non præsumitur velle derogare iuri tertii. Alex. *cons. 3. Ex iis quæ, n. 3. lib. 5.* † Extende in tantum, vt si Papa alicui cõferat beneficium adiiciendo clausulam, *non obstante collatione alteri facta,* intelligitur de collatione inualida, non de valida. Alex. *d. cons. 3. nu. 4. lib. 5.* vbi dicit* communem, & apost. ibi *in re. inualida.* dat concord. Dec. *cons. 293. in fin.* vbi citat alios. † Idem, si Papa concedit clausulam, *quod aliquis præferatur alteri;* quia intelligitur in pari causa; secus si alteri esset priusiis quæsitum. Alex. *d. cons. 3. n. 4. lib. 5.* Extende; † quia in gratiosis etiam modica taciturnitas inducit subreptionem, Alexand. *d. cons. 3. num. 5. v. tertio. lib. 5.*

Extenũ

5 Exēde; † quia si Episcopus concessit feudum alicui, postea Papa
6 concedat idem feudum, non præiudicat primo, cui ius vtile fuit translatum. Alex. *d. cons. 3. n. 5. v. quarto accedit, lib. 5.* † Idem in simili; quia Papa non auferr ius vtile alicui primo quæsitum per suā
7 gratiam, vel cōcessionem. Alex. *d. cons. 3. n. 6. v. quinto. lib. 5.* allegat *l. 2. C. de sind. patrim. lib. 11.* † Imo etiam si concedat alicui gratiam motu proprio; quia non tollitius quæsitum tertio, nisi dicat ex-
8 presse, *non obstante*, Alex. *d. cons. 3. n. 7. v. sexto accedit, lib. 5.* † Et minus tollit gratiam Imperatoris, per quam solam est translatum dominium sine alia apprehensione, quando est ex certa scientia facta. Alex. *d. cons. 3. n. 7. & 8. v. septimo. lib. 5.* Vide plenius, *Princeps non præsumitur in dubio contra ius velle. Concluſ. 687.*

Papa quid possit circa matrimonia. Concl. 54.

1 Papa † non pōt separare, neq; dirimere matrimoniū validū, & consummatū; quia est de iure diuino; nam (quos Deus cōiunxit, homo nō separet) *cap. inter corporalia, de translat. Prælat.* Declara-
2 ra, † nisi in casu, in quo matrimoniū esset inter infideles, & alter conuersus ad fidem esset, & recusaret velle cohabitare. Abb. in *1.*
3 *quæst. 4. n. 7. v. quarto arguitur.* † Amplia, vt procedat, etiamsi matrimoniū esset contractū contra prohibitionem Ecclesiæ non habentē perpetuū impedimentū; quia adhuc valet, & non pōt tol-
4 liper Papam. Gem. *cons. 33. n 11. v. & matrimonium contractum.* † Limita in matrimonio spirituali contracto inter Prælatū & Ecclesiam; quia est contractū legepositiua, non sic in carnali; quia dif-
5 ferunt in multis. Abb. *d. q. 1. col. 4. n. 4. v. quarto arguitur.* † Limita; quia si matrimoniū est prohibitū ab Ecclesia ratione impedimēti perpetui, pōt Papa illud dirimere; quia est nullum. Gem. *d. cons. 33. n. 11. v. ad primum*, vbi, q̄ carnalis copula non operatur contra
6 impedimentū propriū. † Limita; quia Papa pōt inhibere matrimoniū contrahentiū, & inducere perpetuam prohibitionē ex certa causa; quo casu contractum contra talem prohibitionem perpetuam est nullum, Gem. *d. cons. 33. n. 11. v. sed ita est.* Vide, *Inhibitio operatur multa, & quando vitiet, vel non. Concl. 146.* Vide, *Matrimonium quando possit per Papam impediri, & contractum valeat, vel non.*
7 *Concl. 136.* † Limita; quia Papa pōt inhibere matrimonium contrahendū inter dispensatos super consanguinitate; imo pōt etiā declarare contractū esse nullum, & reuocare dispensationē tanquam nullā, & subreptitiā. Gem. *d. cons. 33. per tot.* maxime *n. 12. &*
8 *13.* † Extende; qa imo Papa pōt sup matrimonio cōtracto in gradu prohibito, & non consummato dispensare, & sup quo Papa dispensauit, inducere nouum impedimentum, seu antiquū sublatum, & dare licentiam contrahendi cum aliis. Anch. *cons. 239.*
9 *Parum dubitationis.* † Limita; quia dispensat, q̄ monachus professꝰ ex causa matrimoniū contrahat, qa Canonica cōstitutione solū
10 prohibetur. Anch. *cons. 239. n. 3.* Boer. *cons. 20. n. 27.* Æg. Bellam. *cons. 28. n. 5. v. quarto*, vbi de magis* cōmuni *n. 6.* vbi q̄ melior est conuersio, vel obseruatio Regni, quam obseruatio legis; & quia dispensatio non est contra legem, quæ licet prohibeat contrahi, nō tñ prohibet dispensari, late Fel. in *c. si quando de rescript. n. 4. & 5.* Latius Dec. in *c. quæ in Ecclesiarum, n. 46. & seq. de constit.* vbi plena apo-
10 *in v. Monacho*, citat infinitos. † Extende in presbytero; quia potest Papa dispensare libere, vt contrahat matrimonium; quia hoc in
11 veteri testamento permissum erat. Anch. *d. cons. 239. n. 3.* Vide, *Papa non potest dispensare multis casibus. Concl. 63.* † Limita, qa Papa pōt matrimonium prohibitum de iure positiuo permittere via dispensationis etiā sine causa. Bal. *cons. 477. Quæritur, vtrum Papa, lib. 1.*
12 Limita; † quia pōt dispensare super matrimonio nō consummato, nec obstat, quos Deus cōiūxit, &c. qa Papa est Deus in terris, & non vt homo separat, & dispēsat. Dec. *cons. 108. per tot.* Anch. *d.*
cons. 329. vbi idē tenet, q̄ Papa pōt ex causa dirimere contractum matrimonium nondum consummatū, & dare licentiā contrahēdi cum alio. plene Dec. *d. c. quæ in Ecclesiarum, de constit. n. 48. &*
seq. vbi sup quibus possit Papa in matrimonio carnali dispensare, & ibi apoit-in *v. matrimonium*, & in *v. de præsenti.* quæ citant conco.
13 † Limita; quia Papa dispensat inter filios duorum fratrum, & sic in secundo gradu pari consanguinitatis. Anch. *cons. 373.* Reuocatur
14 *in dubium. in pr.* † Extende; quia etiam in casu dispatis gradus, puta primi & secundi, pōt dispēsare, puta q̄ nepos accipiat vxorem patrui sui defuncti. Anch. *cons. 373. per tot.* vbi multa de auctoritate Papæ. † Econtra etiam, quod Papa nō possit conualidare matrimonium nullum ex defectu consensus, tenet idē Gem. *d. cons.*
33. n. 13. v. tertia falsitas, & n. 14. vbi vult; quod si duo consanguinei in gradu prohibito contrahunt, quia talis consensus reprobatur, si postea alter dissentiat, & post dissensum Papa dispensaret, & declararet matrimonium validum, non valet talis declaratio, ni-
si vterque consentiat. Vide, *Papa non potest dispensare multis casibus contra ius. Concluſ. 69.* Vide, *Dispensatio quando requirat expressionem causæ, vel non. Concluſ. 458.*

Papa potest commutare legata pia, & multa in alios pios vsus, & quando. Concl. 55.

1 Papa † potest cōmutare nedum legata incerta ad pias causas, si detiāsi sunt certa. Old. *cons. 61. in fi.* Gem. *cons. 63. in pr.* vbi, q̄
2 disputare de hoc est sacrilegium. Old. *cons. 61.* † Et quod solus Papa possit cōmutare legata pia, & pias testantiū voluntates. Anch.
3 *cons. 282. Pro decisione, in pr.* Abb. *cons. 15. Duo sunt n. 3. lib. 2.* Amplia; † quia potest mutare supremas voluntates testantium; & ideo pōt apponere rectorem perpetuum in Hospitali laicorum, etiam cōtra dispositionem testatoris; imo potest præcipere, quod nullam reddat rationem hæredibus testatoris. Cald. *cons. 419.* alias *3. de religio. domibus.* † Declara tñ, quod ex pluribus tacitis, quæ potuisset
4 retrahere Papam, redditur cōmutatio subreptitia, & nulla; & qa difficilius Papa cōmutasset, & sunt plura, quæ ponit Gem. *d. cons.*
63. per tot. & inseruient ad hoc, qñ facilior, & difficilior fiat cōmutatio. † Primo, si applicatio ex mēte testatoris est facta certis pau-
5 peribus, & certo loco pio, & solum fiat mētio in genere de pauperibus; quia difficilius tollitur ius certarum personarum. Gem.
d. cons. 63. in pr. v. primo tacuit. † Secundo, qñ voluntas testatoris est
6 perpetua, & non temporalis, & de hoc non est facta mentio; qa difficilius commutantur perpetua, quam temporalia. Gem. *d cōs.*
63. n. 1. v. tacuit secundo. † Tertio, qñ volūtas testatoris respicit plu-
7 res pauperes, & cōmutatio respicit pauciores; quia à multis pauperibus non eripitur, vt pauci ditentur, & sic commutatio difficilior redditur. Gem. *d. cons. 63. n. 2. v. item ex dispositione, & n. 3.* & latius *n. 4. v. tacuit quarto, & v. vltimo tacuit, & n. 5. & 6.* vbi, quod minuta dispensatio pluribus prospiciens magis est fauorabilis; qa
8 sumptuosa conuiuia pauperibus fieri non debent. Quarto, † qñ voluntas testatoris respicit publicam vtilitatem, & commutatio respicit priuatam; quia si de publica non est facta mētio, non valet commutatio, quia difficilius datur. Gem. *d. cons. 63. n. 3. v. item*
9 *dispositio.* † Quinto, qñ testator prohibuit alienationem, vel commutationem suæ dispositionis in alium vsum; quia difficilius cōceditur commutatio, & si non est facta mentio, est subreptitia, &
10 nulla. Gem. *d. cons. 63 n. 3. v. tacuit tertio.* † Sexto, qñ voluntas testatoris est iam in parte exequuta, & fit commutatio non facta mētione exequutoris; quia quoad partem exequutam, & distributam commutatio non extenditur. Gem. *d. cons. 63. n. 4. v. item vt mihi narratur.* † Septimo, qñ distributio est commissa per testatorē
11 certis commissariis; quia cum sint hæredes instituti sine eis, & de eis non facta mentione, non fit commutatio, & non valet. Gem.
d. cons. 63. n. 4. v. quinto tacuit. † Octauo, commutatio Papæ facta in
12 dubio debet interpretari, vt quanto minus fieri possit, derogetur mēti testatoris, & pauperum. Anch. *cons. 283. per tot.* † Amplia;
13 quia Papa potest male possessa, & quæsita per mendicantes, qui sunt incapaces, tanquam Rom. Ecclesiæ quæsita in similes, vel maiores pios vsus distribuere. Ant. de Butr. *cons. 33. in fi. n. 4.* Amplia; † quia Papa potest commutare, & alterare testantium volū-
14 tates. Alex. *cons. 2. Visis codicillis, n. 19. in fi. v. præterea quocunq; iure. lib.*
1. † Limita; quia Papa non potest cōmutare restitutionem vsurarum in aliud opus pium, nisi faciat de absoluta potestate. Bal. *cons.*
15 *82. Factum proponitur, quod quidam, in pr. lib. 1.* † Extende, vt non pos-
16 sit commutare in præiudicium tertii, qñ expresse commutatio fuit prohibita, nisi faciat de absoluta potestate; quia Papa nō pōt tollere contractus. Bald. *d. cons. 82. in pr. lib. 1.* Vide, *Episcopus quando possit destinata ad vnum vsum ad alium applicare. Concl. 273.* Vide, *Legata pia commutat Papa in alios vsus. Concl. 113.* Vide, *Testatoris voluntas quando commutari possit. Concluſ. 146.*

Papa potest componere super restituendis, & quando. Concluſ. 56.

1 Papa † pōt componere, & dimittere, seu remittere vsuras incertas restituēdas; quia ipse habet plenariam administrationem talium bonorum, & hæresis esset de hoc dubitare. Lap *alleg.*
2 *107. Quidam mercatores, n. 2. v. nam nulli dubium.* † Declara tñ, quod tutius est facere restitutionem plenariam, quam componere, propter periculum, quod mens Papæ non applicetur casui, super quo componitur, propter non expressas circumstantias, & qualitates, quas si sciuisset, non composuisset. Lap. *d. alleg. 107. per totam.*

Papa

Papa potest interpretari, & declarare. Concluſ. 57.

1 PAPA † pōt interpretari, & declarare gratiam, & priuilegium à ſeipſo conceſſum, an ſit reale, vel perſonale, qñ eſt dubium. *l.*
2 *Neratius. ff. de reg. iur.* Old. *conſ.* 257. *n.* 2. *v. & vbi dubium.* † Amplia, vt procedat etiam in ſucceſſore, qui poteſt declarare, & interpretari gratiam dubiam à ſuo prædeceſſore conceſſam; quia idem cēſetur ſucceſſor cum prædeceſſore. Old. *d. conſ.* 257. *n.* 2. *v. hæc autem*
3 *interpretatio.* † Amplia; quia Papa inter dubias opiniones conſtituit, & declarat etiam leges Imperiales. Vide, *Ius Canonicum in quibus præualeat legibus ciuilibus, vel non. Concl.* 579.

Papa pōt infeudare, & alienare, & qualiter. Concl. 58.

1 PAPA † pōt erigere nouam dignitatē in ciuitate Eccleſiæ, puta in Ducatū, vel Marchionatū, & talem ciuitatem, vel terram ſic erectam pōt infeudare, & vtilem iuriſdictionem in aliū trāſferre, ꝓut poſſunt Reges & alii principes ſeculares. Bal. *conſ.* 324.
☞ *Quæritur, vtrum Papa, lib.* 1. *& conſ.* 353. *Præſupponendum eſt, lib.* 1. Vide,
2 *Feudum Eccleſiæ quando poſſit concedi, vel non. Concl.* 113. † Contrarium, ꝙ ſine conſenſu Cardinaliū nō poſſit. Bald. in *l. cum multa, n.* 3. *C.*
3 *de bon. quæ lib.* † Declara, vt procedat, dummodo talis infeudatio nō ſit in enormem læſionem, & contra ſtatū Romanæ Eccleſiæ, vel in excidium ſubditorū. Bald. *d. conſ.* 324. *in pr. lib.* 1. *& d. conſ.* 353.
4 *in pr. v. quæritur ergo, lib.* 1. † Extende in tm̄, vt tale feudum ſit irreuocabile, & legitimū. Bald. *d. conſ.* 324. *lib.* 1. *& in fin. ver. & ſi habeo.*
5 † Reſtringe, dummodo maior proprietas ſibi reſeruetur, & habeat cenſus, & ſeruitia; quia non poſſet expropriare ab Eccleſia; quia debet Papa eſſe conſeruator regni ſui, & coronæ, prout etiā alii ſeculares principes. Bald. *d. conſ.* 324. *n.* 2. *v. & ad iſtam theoricam,*
6 *lib.* 1. *& d. conſ.* 353. *in pr. v. circa prædicta præſupponendum eſt, lib.* 1. † Declara; quia licet Papa tanquam princeps abſolutus poſſit infeudare etiam res non ſolitas infeudari; tn̄ debet facere de conſilio Cardinaliū, ne leuiter feciſſe dicatur. Bald. *d. conſ.* 324. *n.* 2. *in fi. & n.*
3. *v. nec obſtat prædictis, lib.* 1. Rol. à Vall. *conſ.* 2. *n.* 99. *& ſeq.* vbi idem in Regibus ſine conſenſu procerum, & *n.* 101. loquitur de Papa, & alios allegat: & idem dicit Ægid. Bellam. in *c. non liceat Papæ* 12.
quæſt. 2. *n.* 21. *in fi. & n.* 22. vbi quod ſolitum eſt ꝙ non alienat ſine
7 conſenſu, vel conſilio Cardinaliū. † Declara ſecundo; quia requritur conſenſus illius ciuitatis, quæ infeudatur. Bal. *d. conſ.* 324. *n.* 3.
8 *lib.* 1. *v. item laudabile.* † Contrarium Barb. *conſ.* 1. *lib.* 1. *per tot.* maxime
n. 38. *v. nec etiam obſtat*, vbi, ꝙ abſolute poteſt ſolus Papa omnia ſi-
9 ne conſenſu Cardinalium. † Declara ſecus eſſe hodie; quia nullo modo pōt ſtante bulla fel rec. Pii V. quæ an poſſit ligare, vel non, eſt maxima diſputatio, de qua idem Barb. *conſ.* 1. *lib.* 1. & quia agitur de alienatione rerū Eccleſiæ, quæ facta ſine iuſta cauſa inducit peccatū mortale, quo ligatur Papa plus, quam alius. Bellam. *d.*
10 *cap. non liceat Papæ.* 12. *quæſt.* 2. *n.* 2. *& ſeq.* † Amplia, quia Papa poteſt alienare, infeudare, & nobilitare circa temporalia Eccleſiæ, ꝓut pōt Imperator; quia nedū parem, ſed maiorem habet auctori-
11 tatē. Bald. *d. conſ.* 353. *in pr. lib.* 1. † Extende; quia pōt nedum alienare infeudando reſeruata ſuperioritate, ſed etiā pōt concedere in Vicariatum, etiam pro hæredibus, & in emphyteuſim caſtra, & ciuitates de temporali iuriſdictione Eccleſiæ. Bald. *d. conſ.* 353. *n.* 2.
12 *v. item tres videntur eſſe via, lib.* 1. † Extende; quia pōt etiam infeudare, & concedere feudum ligiū, vel ſecundū modum ſibi bene viſum vt tranſeat ad fœminas; qa iſtud regulatur ab inueſtitura. Bal. *d. conſ.* 353. *per tot.* maxime *circa fi. lib.* 1. vbi loquitur de familia gloriosa de Malateſtis; quia ꝓpter merita verſus Eccleſiam Romanam deſiderabat Pōtifex illam familiam per amplius hono-
13 rare. † Extende; quia non eſt hæſitandum, quin Papa de iure cōmuni poſſit concedere aliqua bona Eccleſiæ temporalia in feudum laicis. Abb. *conſ.* 94. *In quæſtione col.* 2. *in fi. n.* 3. *v. quod autem Pa-*
14 *pa, lib.* 2. † Extende; quia nihil eſt non infeudabile penes Papam; quia poteſt omnia infeudare, quæ alii non poſſent. Bald. *conſ.* 353.
15 *n.* 2. *v. item tres videntur, lib.* 1. † Declara prædicta omnia procedere, qñ cōſtat de mente, quod noluit ſubiici legibus, alias ſecus; ideo ſi infeudat ſine ſolemnitatibus, & in damnum Eccleſiæ, licet pſumatur derogaſſe legibus de ſolemnitate diſponentibus; non tn̄ præſumitur derogaſſe legibus reſpicientibus ſubſtantiam cōtractus, & ſic ex capite læſionis reuocatur alienatio nociua Ec-
16 cleſiæ. Ægid. Bellam. *conſ.* 33. *n.* 44. *v. quoad primam.* † Amplia, quia poteſt infeudare in Vicariatum Caſtrum, & transferre omnem iuriſdictionem in Vicarium, etiamſi Caſtrum eſſet de iuriſdictione alicuius ciuitatis Eccleſiæ, & hoc ſit expreſſum; quia alias nō præſumeretur velle auferre à ciuitate, ſi non eſt expreſſum. Bald.
17 *conſ.* 233. *Factum, ſuper quo, lib.* 3. † Amplia; quia Papa poteſt etiā infeudare caſtra aliarum Eccleſiarum, quam Romanę Eccleſiæ, qa eſt Dominus omnium, & concurrit cum omni Prælato. Bal. *conſ.*
95. *Mortuo Gregorio. n* 2. *v. de Papa, lib.* 3. & plenius Caſtr. *conſ.* 43. *in facto præſenti, per tot.* vbi plura *lib.* 1. vbi, quod omnes Eccleſiæ habent adminiſtrationem conceſſam ab Eccleſia Romana, quæ eſt caput, mater, & magiſtra aliarū. & Papa ſolus eſt Vicarius Chriſti, & quicquid facit Papa, facit Chriſtus. † Extende; quia multo ꝓ magis pōt pignorare caſtrū Eccleſiæ particularis, & tā ꝓ neceſſitate illius Eccleſiæ particularis, quam ꝓ neceſſitate Eccleſię Romanæ. Caſtr. *d. conſ.* 415. *per tot. lib.* 1. Quid paſſiue, an Papa poſſit recipere in feudū Caſtra, & ſe facere vaſallū alterius. Vide, *Vendarius an dicatur domino ſuo ſubditus. Concl.* 107. Limita; † quia ſicut Rex non pōt ardua ſine conſilio procerum; ita Papa non poteſt ardua ſine conſilio Cardinaliū, plene Neuiza. *inter conſilia Bruni conſ.* 12. *n.* 156. *& ſeq.* vbi plurima cumulat. † Limita; quia licet Papa poſſit infeudare & alienare bona Eccleſiæ; tn̄ iſtud procedit, qñ in ſpecie, vel in genere derogat, *c. non liceat Papa.* 12. *quæſt.* 2 q ter. habet derogatoriam poteſtatis; & ideo licet Canon non imponat legem Papæ, à qua non liceat recedere; tn̄ eſt neceſſe, quod derogetur, vt conſtat de mente Anchar. *conſ* 310. *n.* 4. *v. deſcendo ad*
iura, iuncto n. 14. *v. reſtat reſpondere.* † Extende limitationem, vt talis titulus non præbeat bonam fidem, ſed malam; ideo non preſcribitur ex eo. Anch. *d. conſ.* 310. *n.* 14. † Extende; quia imo non valet infeudatio facta per Papam in damnū Eccleſiæ; quia licet præſumatur derogaſſe legibus de ſolemnitate loquentibus; non tn̄ legibus ꝓ conſeruatione iuris naturalis, vel ſubſtantiā contractus reſpicientibus; ideo ſic interpretatur, ne ædificet ſibi ad gehēni ignis æterni. Æg. Bellam. late *conſ.* 33. *n.* 44. *& n.* 59. vbi late, plenius idem Ægid. in *d. c. non liceat Papæ, n.* 2. *& n.* 4. *cum ſeq.* 12. *q.* 2. Vide, *Non poteſt alienare, & donare, & quando ſecus. Concl.* 336.

Papæ obediendū omnino, & in quibus non. Concl. 59.

PRÆCEPTIS † Papæ etiam duris obediendū, & maxime, qñ eſt ex certa ſcientia, & tollitur ſubreptio, & obreptio ac defectus intentionis. Æg. Bellam. *conſ.* 16. *Factum eſt tale, in pr.* † Extende, etiamſi præceptū eſſet dubiū, an iuſtum, vel iniuſtum eſſet. Ægid. *d. cōſ.* 16. *n.* 1. *v. ſecundo.* † Extende maxime in Eccleſiaſticis; qæ quo non eſt, qui iudicet Papam, præceptū etiam iniuſtū obligat, & eſt parendū. Ægid. *d. conſ.* 16. *nu.* 1. *& v. tertio hoc videtur.* Declara, † dummodo agatur de leui præiudicio; ſecus ſi de vita, vel periculo vitæ. Ægid. *d. conſ.* 16. *in fi.* † Extende, & declara, *putin n. inquiſitioni, de ſent. excom.* quia circa ſpiritualia omnes obedire tenētur; quia nullus iudicat Papam, & prætexti iniuſti præcepti non admittitur inobedientia, niſi præciperet id, quod ſaperet hæreſim, vel ſcandalizaret Eccleſiam. Abb. in *1. quæſt. in pr.* † Limita; *epiſcopus, col.* 5. *& ſeq. v. Primus cum præcipit.* † Limita, qñ præceptum Papæ ſubuerteret ſtatum fidei, & Eccleſiæ; quia ei non eſt obediendum, iuxta not. *in c. ſunt quidam*, 25. *q.* 1. Ægid. *d. conſ.* 16. *n.* 1. *v. præſertim.* Abb. *d. q.* 1. *col.* 15. *v. primus.* † Extende, qñ contra vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ faceret. Ægid. *d. conſ.* 16. *n.* 12. vbi ponit plures exempla. Abb. *d. q.* 1. *col.* 15. *v. ſecundus.* † Limita, qñ mandatum Papæ eſſet contrarium iuri diuino, vel iurinaturali; quia non obligat: & quia inferior non tollit legem ſuperioris. Æg. *d. conſ.* 16. *n.* 2. *v. in contrarium.* vbi ꝓbat multis exemplis. † Etidem, ſi præceptū Papæ continet peccatum mortale; quia Papę non eſt obediendum, ſed Deo, qñ certum eſt illud, quod præcipitur eſſe mortale. Æg. *d. conſ.* 16. *n.* 10. *& ſeq. v. quarto probatur.* Abb. *d. quæſt. 1. col.* 15. *v. tertius.* adducit exemplum de Aſina, quæ reſtitit Balaam, quæ repræſentant ſubditum, & Prælatum. † Limita; quia reſcripti ꝑ principis iniuſtum non eſt exequendum. Vide, *Reſcriptum Principis exequendum multis caſibus. Concl.* 221. † Limita; quia excommunicato erronea, vel præceptum erroneum non eſt timendum, quod intelligas, qñ eſt contra ius diuinum, ita quod euitari non poteſt in conſcientia peccatum; ſecus, ſi contra ius poſitiuum. Ægi. *d. conſ.*
16. *n.* 11. *& ſeq. v. ſed ſi certum ſit.* Vide, *Excommunicatio ſine iuſta, ſua in-*
iuſta timenda. Concluſ. 453. Vide, *Præcepto ſuperioris non obedimus*
qua pœna plectendus ſit. Concluſ. 478. Vide, *Obedientia*
non debetur in multis etiam Principi. Concl. 3.

Papa

Papa quid possit in beneficialibus, & circa beneficia, vel non. Concl. 60.

1 PAPA †de plenitudine, & absoluta potestate, quam habet sup vniuersa locareligiosa, pōt onerare vnum monasteriū annua pensione perpetua, & illā alteri monasterio perpetuo assignare, etiā nō vocato Abbate, vel Conuentu monasteriī onerati, & valer talis pensio. Rō. *conſ.369. Circa primum, in prin.* vbi loquitur de monasterio S. Antonii Mutinæ onerato pensione ppetua libraſ. 1500. ſingulo anno per Bonifaciū VIII. ad fauoré monasteriī Mōtis maioris, vt valeat de absoluta potestate; ſed qa Papa vſus
2 est ordinaria, nō valet; qa est excessiua. †Et ꝙ facta per Papā de potestatis plenitudine circa beneficia ſine citatione valeāt, ſiue agatur de beneficio, ſiue de reſeruatione pēſionis, etiamſi faciat Papa ſine cauſa, eſt plena apoſt. ad Rō. *d. conſ.369. in v. citatione.* q̄ eſt prima, vbi infinitos citat; ſecus ſi Papa, vt infra, de ordinaria
3 auctoritate faciat. † Contrarium tñ. ꝙ etiā in beneficialibus, ſi ꝓcedat de plenitudine poteſtatis, requiratur citatio. Ruin. *conſ.89. Quamuis copioſe, col. 2. v. nec etiam potuit citatio tolli. lib. 5.* apoſt. ad Rō.
4 *d. conſ.369. in v. legitimatio, in fi.* illum citat. † Amplia; quia Papa pōt in beneficialibus tollere ius quæſitū, vt auferat ab vna Eccleſia, & alteri tribuat, q̄ facit ex certa ſciētia; quia cenſetur facere de plenitudine poteſtatis, & cauſa præſumitur, quæ non admittit probationem in contrariū. Rō. *d. conſ.369. n.28. v. non eſt dubium,* vbi apoſt. *in v. in contrarium.* dat conc. & *in v. ex certa ſcientia.* vbi dat
5 conc. ꝙ importat de plenitudine. † Amplia; quia in beneficialib⁹ Papa habet plenam, & liberā poteſt atem. *cap. 2. de præbend. in 6.* A-
6 lex *conſ.219. Ponderatis, n.4. v. habet enim, lib.6.* †Et ideo confirmando vnionem nullā factam per Epiſcopū Bergomenſem de Hoſpitali ſuæ diœceſis, alteri Hoſpitali diœceſis Cremonen. ſine cōſenſu Capituli conualidatur ipſa vnio nulla. Alex. *d. conſ.219. n.4.*
7 *& ſeq. per tot. lib.6.* Vide, *Papa abſolute poteſt omnia, & quando ſecus. Conc. 49. nu.13. & ſeq.* † Limita; quia de ordinaria poteſtate Papa etiam in beneficialibus non pōt non ſeruata ſolemnitate iuris, videlicet non citata parte, non facta legitimatione perſonarum onerate Eccleſiam, alteri ſupponere, vel penſionem perpetuam alteri monaſterio reſeruare; quia tanquam iudex tenetur obſeruare iuris poſitiui ſolemnitatem. Rō. *d. conſ.369. n.5. & ſeq. v. ſecundoquidem,* vbi ꝙ alias actus eſt nullus, & ibi apoſt. plena in *v. legiti-*
8 *matio,* citat plurimos conc. † Reſtringe; quia ſi Papa etiam de ordinaria poteſtate procedat, pōt vnire, & donare monaſterium Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectū alteri monaſterio, vel Eccleſiæ, prout pōt Epiſcopus cum conſenſu ſui Capituli Eccleſiā ſibi ſubditam pariter vnire, & donare alteri Eccleſiæ, ita Rom. *d.*
9 *conſ.369. n.3. v. ſecundo quia.* † Declara; quia Epiſcopus pōt hoc, ſi tria interueniant: primum, ꝙ Epiſcopus faciat cum cōſenſu Capituli: ſecundo, ꝙ faciat ex rationabili cauſa: tertio, ꝙ Eccleſia, q̄ patitur, non ſentiat præiudicium enorme. Rom. *d. conſ.369. n.26. v. tertio quia, & n.27.* arguit ad Papam, vt ſi Epiſcopus pōt, multo
10 magis Papa. † Limita; quia Papa non poteſt ſine cauſa iura vnius Eccleſiæ auferre, & alteri dare, gl. in *c.1. diſtinct.10. arg. §. quod autem. 16. q.2.* vbi hoc habetur Archid. in *cap. non deſet. 12. diſtinct.* ea ratione, quia Papa non habet dominium rerū Eccleſiarum particulare, ſed vniuerſale, ſicut Imperator habet vniuerſale domi-
11 nium rerū ſibi ſubiectarum. † Gloſ. autem in *c.1.22. diſtinct.* non fuit auſa dicere Papam non poſſe, ſed non debere ſine cauſa; quia cū
12 cauſa nullus negat, quin id poſſit facere. † Rom. vero *d. conſ.369. Circa primum, n.27. v. ſi igitur.* vbi præmiſſa recitat, dicit, ꝙ imo Papa pōt ius quæſitū ex contractu vni Eccleſiæ ab ea auferre, & alteri tradere ex reſcripto. *c. ex multiplici. de Decim. & in clem. Dudum. Cupientes, de ſepult.* licet in ſuo caſu concludat ex cauſa, prout et-
13 iam apoſt. ad Rō. ibi in *v. tollere,* dat plures ſolutiones, ꝙ ex cauſa poſſit, niſi faceret ſine cauſa de plenitudine poteſtatis. † Limita; ꝙ Abbates electi de ſuperioris licentia & cōfirmati nō poſſunt
14 amoueri ſine cauſa rationabili. Rō. *conſ.467. Vt clara, n.4. v. ſecundo ididem.* †Limita; quia Papa non pōt ſine cauſa rationabili depo-
15 nere Epiſcopum licet in beneficialibus habeat ſupremam poteſtatem. Rō. *d. conſ.467. n.5. v. tertio probatur.* †Extende; quia neque pōt illū transferre ad aliam Eccleſiam, niſi ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, & hoc caſu nō eſt homo purus, qui ſeparat hoc ma-
16 trimoniū, ſed qui vicem Dei gerit in terris. Rō. *d. conſ.467. nu.6.* † Limita; quia Papa non pōt aliquem beneficiatū amouere à ſua Eccleſia ſine cauſa. *c. ſicut, 21. q.2. & c. inuentum, 16. q.2.* Rō. *d. conſ.*
17 467. *Vt clara n.6. v. quarto.* † Limita; quia Papa non pōt ſtatuere contra Concilia, ſtatū vniuerſalem Eccleſiæ concernentia. Rō. *d. conſ.467. n.7. v. contra Concilia. & conſ.499. n.3. & conſ.483. Dubi-*
18 *tatur, n.10. v. ſecundo quæritur. cum ſeq.* †Extende; quia neque præſumitur cauſa hoc caſu; apoſt. ad Rō. *d. cōſ.467. n.7. v. ſine cauſa.* † Extende; qa cauſa in caſu limitationis debet eſſe magna, & nota, & debet exprimi, & probari. Rō. *d. conſ.483. n.13.* vbi apoſtillādant conc. & *conſ.469. n.3. v. reſpondeo.* †Limita; quia Papa non pōt cō- 20
ferre beneficia durante tempore electorū obſtante Cōcilio Baſilienſe. Rō. *d. conſ.483. Dubitatur, n.10. v. ſecundo quæritur,* vbi apoſtil. in *v. ſynodi.* dat conc. & plenius *conſ.499. In præmiſſa, in pr. iuncto v. & ſi dicatur, n.2.* vbi eſt tempus trium menſium, intra ꝙ ſi Papa elegit, electio eſt nulla; quia Concilium apponit decretum irritans. Circa hoc autem aduerte, ꝙ Concilium prædictū non fuit legitimum, neq; approbatum à Sede Apoſtolica, & Romanus, qui fuit in Concilio, ita conſuluit præſuppoſita validitate Concilii, & propterea cum fuerit inualidū, ſed validitate ſublata ſec⁹ eſt dicendum de iure; quia reſeruationes intrant, & ius Canonicum auctoritasq; Sedis Apoſtolicæ. †Extende maxime, qñ talis 21
prouiſio eſt facta per Papam intra tempus datum electoribus ex capite reſeruationis; quia ſublatæ ſunt reſeruationes per concilium Baſilienſe; vnde licet ex alio capite potuiſſet conferre, non ſubſtineretur ex hoc capite, Roman. *d. conſ.483. n.11. & 12. & ver. ſecundo quia,* ſed reſpondet, vt ſupra proxime.

Papa apponendo manū ligat inferiores, & manus inferiorum in illo negotio, & quando ſecus. Concl. 61.

PAPA †inſtituendo aliquē in beneficio ligat manus inferiorū, 1
ne poſſint deſtituere. Lap. *alleg 33. n.2. v. item, qa eſt, alleg.32.* vbi plena apoſt. in *v. reuocat.* † Quia appoſitio manus Papæ quomo- 2
docunq; facta ligat inferiores *extrauag. ad Rom. de præben.* quæ eſt Pauli II. †Amplia, vt inquiſitor hæreticæ prauitatis à Papa depu- 3
tatus non poſſit ab alio inferiore amoueri. Lap. *d. alleg.33.* vbi eſt caſus deciſionis. † Et ꝙ in cauſa hæreſis Papa apponendo manū 4
abſoluēdo liget manus inquiſitorū, & aliorū quorūcunq; inferiorū. Dec. *conſ.137. Diligenter, n.4. & n.14.* quem ſequitur apoſt. ad Lap. *deciſ.32. in v. reuocat.* † Amplia, vt ꝓcedat etiam in collatione 5
beneficii de ſui natura manualis; quia prouiſus nō poterit amoueri ab inferiore. Lap. *d. alleg.33. n.3. v. per quæ tenet.* † Amplia in ta- 6
tū, vt nec valeat inferior deſtituere inſtitutū à Papa, licet ipſemet inſtitutus cōſentiret. Lap. *d. allg.33. n.3. v. item quia.* †Declara; ꝙ ap- 7
poſitio manus Papæ ligat inferiores quoad hoc, ne inferior poſſit cognoſcere, vel deſtruere id, ad quod Papa manū appoſuit, antequam effectū ſortiatur, ſed ſequuto effectu illud negotium remanet in diſpoſitione iuris. Fed. de Sen. *cōſ.263. in pr. v. circa quod ſciendū,* vbi ꝙ ſi Papa contulit beneficiū mihi ſequuto effectu, ex delicto, poſſum priuari ab ordinario in caſu iuris cōmunis; ſi vero antequā ſortiatur effectū, vel poſt; agatur de ſubreptione ꝓ-
uiſionis, inferior nō pōt ſe intromittere. †Amplia; quia Papa cō- 8
ferēdo beneficiū cenſetur auferre poteſtatē aliis, vt conferre nō poſſint. Cald. *conſ.69. in fi.* ꝙ eſt *2. de off. Vicar.* vbi ponit idem in Epiſcopo cōferēte cū Vicario ſuo, vt præſumatur Vicarius reuocatus in hoc. †Extende, vt ꝓcedat, etiamſi Papa cōmendat benefi- 9
ciū, ſiue ad tēpus, ſiue perpetuo; qa beneficiū remanet affectū ēt ceſſante reſeruatione, in tm, ꝙ nō pōt Capitulū eligere, neq; inferior conferre. Rō. plene *conſ.350. In caſu propoſitæ, n.11. & ſeq. v. cæterum.* vbi plena apoſt. in *v. Affecta,* dat conc. †Extende, vt imo Pa- 10
pa dādo ex equuto rē ad cōferendū cenſeatur reuocare poteſtatē ordinariis. *c. ſi Capitulo, de conceſſ præben. in 6.* Gem. *conſ.34. n.7. ver. & ratio eſt,* vbi limitat ſolū in caſu *cap. duobus. de reſer. lib.6.* Vide, *In-* 11
cluſio vnius eſt excluſio alterius. Concl.71. † Amplia in ordinibus; quia Epiſcopus ſi fuit à Papa ordinatus, & ꝓmotus, non pōt conſecrari per aliū, quam per Papam, niſi de licēria Papæ. Gem. *conſ.42. n.7. v. reſtat.* † Amplia; quia per appoſitionē manus Papæ ita Bene- 12
ficiū remanet affectū, ex quo ſemel afficitur, vt nunquā affectio deſinat, donec Papa de tali beneficio affecto ꝓuiſionem fecerit. Rota in *antiq. deciſ.14. de præben. Nota, quod beneficia collectorum,* alias 410. Anch. *conſ.58. Circumſcriptis regulis, & conſ.399.* vbi recitat opiniones, & dicit ita hodie ſeruari ꝓpter regulas Cācellariæ. Rom. *conſ.335. Circa primū.* Iaſ. *conſ.98. lib.4.* Dec. *conſ.393. & 699.* † De- 13
clara, vt ꝓcedat ampliatio, qñ in appoſitione manus Papæ, Papa expreſſe reſeruauit beneficiū, ita Gem. *conſ.136. in fi. v. ſed ad hoc reſpondetur.* † Declara, qñ Papa apponit manū beneficio vacāti; ſe- 14
cus ſi vacaturo. Rota in *nou. deciſ.13. vt lite pend. Titius erat expectans, in pr.* Caſſad. *deciſ.3. de præben. n.63. & 69.* † Contrarium, ꝙ Cancel- 15
laria ſeruat idem in vacaturo, ꝙ in vacanti, additio ad *deciſ.10. de præben. in nouiſſ. in fi.* Caſſad. *deciſ.2. de reſtit. ſpoliat. v. & hoc non eſt.* † 16
Declara ſecundo, vt non ꝓcedat, quod beneficium perpetuo remaneat affectū per appoſitionem manus Papę, qñ effectus, ad quem manum appoſuit, non eſt ſequutus, vt ſi mandet permutari aliqua beneficia, talis appoſitio manus non afficit beneficia ſi non permutantur, ſi vacarent aliter, Gemin. *conſil.136. in fin.*

Decla-

17 Declara † tertio, vt procedat in appositione manus Papæ, conferendo vacantē vacatione necessaria, sicut per mortē, renūciationē, vel priuationem; secus si ex permutatione, quia est volūtaria.

18 Gem. *d. cōs. 136. in fi. v. vel potest dici.* † Extende in ūm appositionem manus Papæ reseruādo beneficia ligare manus inferiorū, vt etiāsi reseruatio sit ad tempus vitæ Pontificis: tñ duret ad successores, ex quo manus appositio hoc operatur perpetuo, donec semel sequatur effectus, ita declarauit Paulus Papa II. *in extrauag. ad Roman. per tot.* † Amplia, quia Papa confirmans inuestitū de feudo,

19 quē Episcopus dominus feudi destituit, cēsetur auocasse cognitionem feudi penes se, ita vt Episcopus non possit procedere vlterius Bal. *cōs. 95. Mortuo Gregorio, in fi. lib. 3.* vbi loquitur quoad petitorīū, secus quoad possessoriū. † Amplia; quia si promouet Pa-

20 pa Episcopū, inferior non pōt illū cōsecrare sine licentia Papæ.

21 Gem. *cons. 42. n. 7. v. restat igitur.* † Extende in Abbate, vel Abbatissa cōfirmatis à Papa; quia nō possūt benedici sine licentia Papæ; quia benedictio est loco cōsecrationis. Fel. *in cap. meminimus, n. 2.*

22 *v. nota vlterius, de accusat.* † Amplia etiā in iudicialibus; quia si Papa cōcedit remissoriam, vel dilationem, cōquiescit officiū Iudicis.

23 Rota *in nouiss. decis. 76. q. 4. de testib. postquam litera.* † Extende; quia Papa delegando Iudicem in causa excommunicationis, in qua datus erat exequutor, censetur ligare manus exequutoris, ita vt nullum sit, quicquid exequutor fecit post appositionem manus

24 Papæ, ita Rom. *cons. 331. In casu propositæ, per tot.* maxime *in fin.* † Extende, quia si Papa semel delegauit causā, licet delegatus moriatur; non tñ poterit ordinarius causā cognoscere, ex quo Papa semel valide apposuit manū. Rom. *cons. 335. Circa primum, n. 10. v. Ad*

25 *hoc vltimo.* vbi apost. *in v. intromittere.* dat plures conc. † Restringe quoad tertiū; quia licet Papa quoad certos apposuerit manū; nō tñ quoad tertiū censetur ligasse manus. *Addit. ad d. decis. 4. de testib.*

26 *in nouiss.* Restringe in † appellatione deuoluta ad Papā; quia si partes redirent ad Iudicem à quo; tūc non impediūtur. *d. addit. ad de-*

27 *cis. 4. de testib. in fi. in nouiss.* † Declara; quia Papa apponendo manū in auocatione causæ, puta quia dedit secūdas litteras reuocando primū Iudicem, ita demū inficit processū factū post datā, si extat decretū irritās, & volūtas expressa Papæ, alias secus; quia donec sit p̄sentata reuocando, non tenent literæ auocatoriæ, nēq; operārtur, *c. audita, de restit. spoliat.* vide plene Fel. *in c. caterum, n. 11. v. valet processus*, vbi ponit ampliationes, & limitationes, plenius Rob. Lācellot. *tract. de attentat. in 2 parte, cap. 10. per tot.* vbi ponit regulā

28 affirmatiuā cū ampliationibus, & sex limitationibus. † Amplia in reseruatione beneficii facta per Papā; quia ligat manus inferiorū,

29 ex quo reseruatio est fauorabilis. Soc. *cons. 32. n. 10. lib. 1.* † Amplia in legitimatione spurii; quia apponendo manū, videl. includendo spurium ad successionem, cæteros excluderet, ideo apponit

30 clausulam sine p̄iudicio, &c. Anch. *cons. 153. n. 9.* † Extende, quia cognoscendo de vna causa videtur totū negotiū ad se auocare.

31 Anch. *d. cons. 153. n. 9.* † Item dando secūdū Iudicem videtur pri-

32 mū reuocare. Anch. *d. cons. 153. n. 9.* † Item statuendo secūdam legem videtur primam reuocare, & hæc omnia propter appositio-

33 nem manus. Pet. de Anch. *dict. cons. 153. n. 9.* † Amplia; quia si Papa reseruat beneficia promouendi ad cathedralem pro certa persona, & promotio non sortitur effectū propter obitum promouēndi, non cessat reseruatio; ideo collatio facta non valet ab ordinario; quia appositio manus Papæ ligat manus inferioris. Petr. Anchar. *cons. 58. Circumscriptis. per tot.* Vide, *Beneficiū affectum quando dicatur per appositionem manus Papæ. Concl. 78.* Vide, *Manus appositio per*

34 *superiorem quando liget inferiorem. Concl. 76.* † Limita; quia licet Papa apponat manum committendo alicui, vt recipiat permutationem certorum beneficiorum, & propterea videatur ligasse manus aliorum, tñ si non sequatur permutatio, & per obitum permutare debentium vacant beneficia, non sunt reseruata, quia appositio manus afficit solum ad effectum permutationis, si se-

35 quatur. Gem. *cons. 136. Super primo dubio, in fi. & per tot.* † Limita; qa Papa apponendo manum censetur auocare ad cognitionem petitorii, non autem possessorii. Bald. *d. cons. 95. in fi. lib. 2.* vbi idem

36 in Imperatore, & alio supremo Principe. † Limita, qñ Papa apponeret manū nulliter, *decis. 12. de concess. præbend. in Antiq.* alias 39. vide q̄ ibi posui Rō. *cons. 335. Circa primū, n. 11. & n. 12. & seq.* vbi etiam apost. & loquitur, qñ nullitas est de defectu potestatis; vt qā cō-

37 tulit, vt reseruatū, q̄ non erat. † Extende, etiam in reseruatione beneficii ex falsa causa facta, qa non impedit expectantes. Rom.

38 *d. cons. 335. n. 10. & seq.* † Contrariū, quia etiamsi nulliter appositus manū, qa hæc nullitas ab aliquo cognosci non pōt. Dec. *in cons.* 137. *Diligenter pro tenui. n. 4.* plene Rō. *d. cons. 335. n. 5. & seq.* vbi plena apost. *in v. censetur.* Crauet. *cons. 137. n. 8. v. pro hoc facit.* Ægid. Bellā.

39 *cons. 34. n. 10. & 11. v. ad tertium.* Anch. *cons. 58. Circumscriptis.* † Declara, vt per Dec. *in c. 2. de constit. vtili.* † Declara; qa si Papa apponit manū nulliter in mandato de prouidendo incertę personæ, ligat manus inferiorū; qa videtur velle ordinare illud beneficiū, & ita reseruatio respicit; fauorē Papæ; si vero mandat prouideri certæ p̄sonæ, manus appositio respicit certam personā, & gratiā, q̄ si est nulla, corruit etiam reseruatio, late Ægid. Bellam. *d. cons. 34. n. 10. & 11. v. ad secundum.* † Restringe; quia licet appositio manus Papæ inducat reseruationē, quæ ligat inferiores: non tñ ligat Papā, qñ appositio est nulla; & ideo gratia Papæ nō facta mentione de reseruatione speciali in gratia nulla, valet: secus si reseruatio esset generalis; quia semper de ea fit mentio. Ægid. *d. cons. 34. n. 11. & 12. v. ad tertium.* † Declarat etiam Rom. *d. cons. 335. n. 5. & seq. & per tot.* vbi pro vtraq; parte allegat multa exempla, tandem solut, q̄ si Papa contulit beneficiū tanquā reseruatū, quod nullo modo erat reseruatum, ex quo apponit manum nulliter in beneficio tā-

quam reseruato, quod non est; tunc non ligat manus inferioris collatoris: & idem, quando deficit potestas Papæ; quia illum, vel illo iure, quo contulit, non spectabat prouisio.

Papæ assertioni quando standū sit, vel non. Concl. 62.

PAPÆ † assertioni standum est, & sola assertio Papæ, p̄bat *clem. 1. de p. bat.* q̄ intelligitur, qñ ipsa assertio fit deliberate secundū modū traditū *in c. si Papa § sin autem de priuil. in 6.* secus, si p modū simplicis narratiuæ. Old. *cons. 258. Innoc. Episcopus, in pr.* † Et si est in fa-

cto p̄prio, puta qa narrat aliqua, quæ fecit, p̄bat assertio Papæ. Zab. *cons. 145. n. 3.* Cast. *cons. 415. In facto p̄senti, in pr. lib. 1.* Hierō. de Tort. *cons. post consilia Ant. de Butr. n. 30. v. nec obstat.* † Et non admittitur probatio in contrarium, qñ Papa de facto suo attestatur, & super eo se fundat. Æg. Bellam. *cons. 33. n. 39.* Cast. *d. cons. 415. in pr. lib. 1.* Castr. *cons. 46. n. 4. lib. 2.* † Amplia, vt assertioni Papæ stetur, & ea probet, qñ Papa super assertione sua se fundat, & agebatur de asserto tempore assertionis, aliàs non. Old. *d. cons. 258. n. 2. verū dum videtur, & n seq. vbi n. 4.* ita declarat Inno. *c. in cap. recepimus, in pr. in priuil.* Cald. *cons. 517.* alias *de priuil. in prin. v. in secundo casu.* Anch. *cons. 499. n. 3.* † Extende; quia Papa nariando alienationem rei Ecclesiasticæ in vtilitatem Ecclesiæ, se fundans super ea probat vtilitatem Ecclesiæ. Alex. *cons. 79. Circa primum, n. 8. v. sed non dubium, lib. 2.* † Dicitur autem se fundare super narratis, qñ ipsa narrata sunt talia, quæ conferunt, vel necessaria sunt ad dispositionem principis. Alex. *cons. 15. Visis narratiū. n. 4. in fi. v. & ita-*

pa'em ipsius Principis. Alex. *cons. 15. Visis narratiū. n. 4. in fi. v. & ita-*

tur in talibus, lib. 5. † Amplia vt assertio sola, & narratio facti Papæ probet, qñ duo concurrunt, videlicet quod sit super facto proprio Papæ, & intentio Papæ super eo fundetur, alias non p̄bat. Old. *d. cons. 258. n. 6. v. item non obstat.* nam super facto suo probat, sed super facto alieno si se fundat, super eo probat, donec contrarium probetur. Lap. *alleg. 7. in pr. n. 2. v. non enim*, vbi extendit, etiamsi factum alienum coram Papa diceretur consummari, prout est renunciatio beneficii, & qñ concurrit factum proprii Papæ, & super eo se fundat, statur assertioni Papæ. Fed. de Sen. *cons. 117. Casus talis, in prin.* & quod ista duo requirantur, quod assertio in facto proprio, & quod se fundet super eo, alias non probet, late Ioan. Cald. *cons. 517.* alias *2. de priuil.* licet dicat aliter sentire gl. *in clem. 1. de proba.* & quod communiter *Doct. dicerent* secus. Gem. *cons. 79. in prin.* vbi quod non admittitur probatio in contrarium, & loquitur in assertione Papæ, quod prouisus ejus cubicularius, idem Gemin. *cons. 82. n. 3. v. restat nunc videre*, vbi loquitur de assertione Papæ, quod dispensauerit cum Episcopo, ne consecraretur, vt licet non appareat dispensatio, tñ assertione Papæ probetur. Fulg. *cons. 148.* loquitur in reseruatione facta per Papam. Cast. *cons. 341. Venio nunc, in prin lib. 1. v. est vlterius.* † Amplia, quod imo probet assertio Papę, etiamsi non sit de facto ipsius, qñ super ea se non fundet; videtur tenere Io. And. *in d. clem. 1. & probat.* quam opin. veriorem asserit ibi Card. Zabarel. & Lap. *alleg. 7. n. 2.* tñ dicit, quod potest probari contrarium eo casu, & idem dicit idem Lap. *alleg. 68. v. Lap. Abbas*, quæ est in fi. *alleg. 67.* incip. *clem. si summus*, vbi ampliat procedere, etiamsi narratio Papæ sit motu proprio facta, quia poterit probari contrarium, & q̄ vera narratiua Papæ probent exemptionem, qñ Papa super illis fundat Caspar Cald. *cons. 456.* alias *14. de censib. in fi.* Alex. *cons. 79. v. sed non dubium, lib. 1.* vbi q̄ probat vtilitatem Ecclesiæ in alienatione, si Papa se fundat super ea. Anch. *cons. 293. Vltra alia, in pr. & v.* bar. *cons. 145. n. 3. & cons. 128. n. 2.* Cast. *cons. 341. Venio nunc, in pr. n. tertio, & fortius, lib. 1.* † Declara, quia magis *communis est opinio, quod non credatur assertioni Papæ in facto alieno. Curt. Sen. cons. 20. col. 5. n. 12. v. sed ad hanc obiectionem.* vbi reddit rationem, qa cum Papa necessario ab alio sit informatus, non creditur ipsi.

Dece-

10 †Declara; qa creditur assertioni Papæ de facto ꝓprio qñ se fundat sup assertis, ita ꝙ non admittitur ꝓbatio in contrariũ. Anch. *cons.*399.*n.*3. Æg. Bell. *cons.*33.*n.*39. Cast. *cons.*415. *In facto præsenti, in*
11 *pr. lib.*1. Soc. *cons.*266. *In causa, v. absolutis, lib.*2. †De facto alieno cõtãe gesto an credatur, sunt opiniones, sed distinguitur; qa si motu ꝓprio rescribit, creditur; si vero ad instantiã partis, non credi-
12 tur, ita declarat Aret. *cons.*23.*n.*9. † De facto alieno non coram se gesto non creditur Papæ, ita Aret. *d. cons.*23.*n.*9. *v. aliquando*. Anch. *cons.*188. *Visis consiliis, n.*10. *& seq.* vbi dicit maxime hoc verum esse, qñ asserit contra notoriũ verũ, sequitur Aretinũ Collegium Paduanũ *cons.*2. *post consilia Zabar. n.*72. Put. *decis.*129. *lib.*1. *&* 338. *lib.*3. ita seruar Rota Caputaquen. *decis.*33. *&* 239. *&* 285. *lib.*2. Parisi. *cõs.*
13 *n.*76. *lib.*1. *& cons.*114. *n.*42. *lib.*4. †Sed tñ, ꝙ in facto alieno ꝓbet, donec contrariũ probetur. Fulg. *cons.*148. *in fi. v. tertia & vltima*, vbi loquitur in probanda professione ex assertione Papæ, & idẽ tenet Anch. *cons.*293. *in pr.* & ꝙ ꝓbatio in contrariũ admittatur. Zabar. *cons.*128. *n.*2. Cast. *cons.*415. *in pr. lib.*1. Rom. *cons.*369. *Circa primum, nu.*37. *v. quoad nonum*, vbi, ꝙ statur præsumptioni, sed admittitur probatio in contrariũ, & ibi apost. in *ver. præsumptiue*, dat
14 conc. † Declara; qa declaratio Papæ sup facto alieno ꝓbato, qñ consistit in iure, ꝓbat. Anch. *d. cons.*293. *per tot.* Parisi. *cons.*3. *n.*59. *lib.*
15 4. †Dicitur autem factũ alienũ illud, quod Papæ innotescit; quia tunc probatio in contrariũ admittitur. Anch. *cons.*188. *Visis consiliis n.*11. *&* 12. Cast. *cons.*341. *el primo, Venio nunc, lib.*1. *col.*2. *v. si autem dicatur habere vim testimonii*. Hieron. de Tortis *cons. quod est post consilia Ant. de Butr. n.*27. *col.*2. *v. ex prædictis infero*, & plenius *n.*30. *v. nec ob-*
16 *stat.* † Et qñ dicit à fide dignis sibi fuisse dictum, non debet credere; quia nec sibi creditur hoc casu, cum sit factum alienũ. Soc. *cons.*266. *n.*55. *v. & si dicatur, lib.*2. & quod dicatur factum alienũ.
17 Cast. *d. cons.*341. *el primo, col.*2 *lib.*1. *v. si autem dicatur*. †Imo, qñ Papa in facto alieno se fundat ex falsa causa notoria; tunc non probat, neq; ei parendũ est, sed debet rescribi, puta si priuat Prælatũ, ex quo dicit sibi innotuisse, vel constare, quod est fatuus; quia si notoriũ est esse sanæ mentis, non probatur, neq; parendum est ei.
18 Anch. *d. cons.*188. *n.*10. *vsque in fi.* †Et idem, si fundat se in eo, quod est contrariũ statuto in facto alieno; quia illi non statur, nisi ex causa expressa, adeo quod non sufficit causam extare, nisi expri-
19 mat Princeps. Ruin. *cons.*41. *n.*15. *& 16 lib.*1. † Dicit tñ Zabar. *cons.* 145. *n.*3. quod assertio Papæ in facto proprio, videlicet de iis, quæ Papa fecit, probat: & idem de facto alieno, qñ se fundat sup eo, alias secus, & idem repetit *cons.*128. *In quæstione, quæ vertitur, in pri.*
20 †Factum propriũ dicitur, si Papa narrat sibi fuisse à parte supplicãtis; ideo statur narratiuæ Papæ in hoc etiam, quod contineat
21 factũ alienũ supplicantis. Rota in *nouiss. decis.*171. *n.*2. *parte*1. † Factum verò propriũ Papæ dicitur gratia præcedens facta per Papam, sed non tenor gratiæ; ideo si non faciat mentionem de tenore, non dicitur memor tanquam de facto proprio; ideo si derogat primæ gratiæ ex certa scientia, & motu proprio, non propterea est sufficienter derogatũ, nisi exprimat, quod prima gratia, quæ erat causa publicæ vtilitatis concessa, sit talis. Zabar. *cõs.*
22 142. *n.*3. *v. quoad secundum, vsque in fi.* maxime *n.*5. *&* 6. †Imo non dicitur simpliciter factum propriũ Papæ, si narrat pensionem à se reseruatam de consensu Rectoris, & extinctam, & translatam de consensu pensionarii, & Rectoris; quia hic extat mixtura facti ꝓ-
23 prii, & alieni. Put. *decis.*245. *lib.*1. † Extende limitationem, qñ Papa attestatur de facto antiquo, cui non fuit præsens, nec põt scire; quia licet se fundet super tali facto, non probat in præiudiciũ tertii, sed bene in præiudicium suum, ita Collegiũ Paduan. *cons.*
24 2. *post consilia Zabar. n.*72. *vsque in fi.* †Et dicitur factum proprium, si attestatur, quod Titius sibi sic supplicauit; quia licet contineat
25 factũ Titii supplicantis; tñ sic congestum est, & in facto proprio, ꝓbat Rota in *nouiss. decis.*171. *lib.*1. †Idem, qñ Papa de facto alieno attestatur in iis, quæ spectant ad eũ, & eius liberam dispo-
26 sitionem, prout si dicat, quod religio equitum de Calatraua qui sunt ordinis Cistertiensis, sunt de regula sancti Benedicti; quia hoc spectat scire ad Papã. Rota *decis.*266. *fuit resolutum, parte*2. *in nouissimis*, vbi, quod probat maxime iũctis aliis. † Amplia, quod verba Papæ dispositiua, & concessionis de eo, quod spectat ad
27 Papã, plene probat. Old. *dict. cons.*258. *nu.*7. *ve. super tertio. authen. de nupt. §. disponat*. Calder. *cons.*517. alias 2. *de priuil. in fi.* †Amplia; quia ꝓbat assertio Papæ, in qua commendat alicui principi plebanũ talis Ecclesiæ, quem nominat; quia probatur, quod est plebanus, ex tali assertione; quia non est præiudicialis, & non agitur
28 de titulo Ecclesiæ, donec contrarium probetur. Lap. *alleg.*7. vbi ponit hunc casum, & *n.*6. *v. sed quando Papa* declarat, quod in alia causa non probarent literæ prædictæ eum esse plebanum. † Amplia; qa si Papa narrat beneficiũ vacare in curia per mortem Ti-

tii, ꝓbat mortẽ, & mortis locũ, donec contrariũ probetur. Lap. *d. alleg.*7. *n.*4. conc. Lap. *alleg.*24. *circa prin.* vbi, quod reseruatio ꝓbatur literis Papæ assertiuis, & quod mors in curia probetur per assertionem Papæ, dicit Lap. esse verũ, dummodo ista assertio facti alieni habeat relationem ad factũ proprium. Lap. *alleg.*68. quę est in fi. *alleg* 67. *in v. & licet gloss.* †Extende, vt idem sit, si Papa nar- 29
rat beneficiũ vacare per priuationem, quam fecit de Titio, & cõfert alii; quia tunc ꝓbatur priuatio. Gem. *cons.*15. *Super primo dubio in prin.* †Amplia, quod clericus conuentus coram Iudice secula- 30
ri probat clericatũ suum per Bullam Papæ, in qua sibi tanquam clerico contulit beneficium propter præsumptionem literarum Apostolicarũ, donec contrariũ probetur. Lap. *d. alleg.*7. *n.*5. † Am- 31
plia; quia quod Papa aliquid fecerit cum causæ cognitione, ipsi plene creditur, maxime qñ hoc asserit ex certa scientia. Ang. Aret. *cons.*19. *Videtur omnino, n.*33. *&* 34. *v. secundo illa iura*, & iterum *n.* 51. vbi circa alia ad causę cognitionẽ pertinentia. †Amplia, quod 32
Papa narrando in rescripto Titium sibi aliquid significasse, probat Titium loquutũ esse cum Papa, donec contrariũ probetur. Lap. *d. alleg.*7. *n.*5. *v. & sentit*. Fed. de Sen. *cons.*117. *per tot.* vbi dicit, quod volens probare, quod Titius nihil significauit, non debet audiri, nisi de licentia Papæ, & quod de stylo curiæ talis exceptio non admittitur. †In contrariũ Lap. *alleg.*90. *in Dei nomine, n.*4. *in fi.* 33
*v. imo etiam, & n.*5. vbi, quod non probatur scientia permutationis eius, qui constituit procuratorem ad permutandũ, etiã post expeditionem literarũ, etiamsi Papa dicat, se facere ad supplicationem eorundẽ; quia intelligi potest de supplicatione facta per procuratorẽ, vel nuntiũ, vel alio tempore, & sic non concludit. †Declara; quia admittitur ꝓbatio in contrariũ, qñ Papa de men- 34
dacio nõ arguitur; quia si Papa dicit, quod Berta supplicauit pro dispensatione matrimoniali, põt ꝓbari contrariũ, quod is, qui ꝓ Berta supplicauit, fuit mendax, non autem Papa. Gem. *cons.*33. *n.* 5. *v. nec obstat.* † Amplia; quia reseruatio beneficii ꝓbatur ex asser- 35
tione Papæ. Lap. *alleg.*24. *circa prin.* & conc. Lap. *alleg.*67. quæ est 68. incipit, *clementina. in prin.* quæ dicit credi Papæ in facto ꝓprio, videlicet, si narrat reseruationem à se factam, & latius in fi. *v. item extrauagans*. Fulg. *cons.*148. *Super eo vero, n.*2. *v. post hoc vero.* † Exten- 36
de, vt procedat in tantum, vt nec probatio contraria admittatur. Fulg. *d. cons.*148. *n.*3. vbi dicit non admitti probationem, quod beneficium vacauit, antequam esset Papa per obitum eius, quem Papa dicit vixisse tempore reseruationis; vbi, quod stante decreto irritanti, quod afficit etiam ignorantes, oritur bonũ ius in beneficio ex tali assertione cum decreto irritanti. †Amplia, vt pro- 37
cedat, etiamsi reseruatio & decretũ asseratur factũ per prędecessorem; quia etiam eo casu assertio Papæ probat per *extrauag. clement.*6. quæ incipit, *proinde*, de qua etiam Zabar. in *clem. literis, de ꝓbat. quæst.*9. *n.*9. † Amplia, vt credatur assertioni Papæ de iis, quæ 38
ipse gessit, vel coram eo gesta sunt, vt si renunciationem recepit, electionem alicuius cassauit, excommunicauit, vel similia fecit. Lap. *d. alleg.*68. quæ est in fi. *alleg.*67. *circa fi. v. secus si narrat*. vbi multa exempla ponit. Aret. *cons.*23. *n.*9. vbi, quod de facto alieno coram Papa gesto creditur, qñ rescribit motu proprio; secus si ad instantiam partis fit assertio. †Amplia, vt credatur assertioni Pa- 39
pæ etiam in criminalibus circa ea, quæ sunt facti proprii Papæ, & super eis se fundat. Gem. *dict. cons.*15. *Super primo. in pr.* †Amplia; qa 40
dicitur factum proprium Papæ etiam factum prędecessoris; ideo in iis, in quibus statur assertioni Papæ de facto proprio, statur etiam de facto prædecessoris, *c. cum à nobis, in fi. de testib.* & ita tenent Laurent. Laudianus, & Zabarell. in *d. clem. literis, de probat.* vbi asserunt *extrauag. clement.* quæ incipit, *Prouida*. hoc disponere, prout omnes citat Rõ. *cons.*350. *In casu, n.*17. *&* 18. *v. quoad tertium.* † De- 41
clara totam istam materiam secundum Rom. *dict. cons.*350. *nu.*18. *& seq. v. iis tamen non refragantibus*, vbi, quod licet in facto proprio, & prædecessoris credatur Papæ super narratis, quãdo super eis se fundat, & non admittatur probatio in contrariũ; tñ istud est; qa est præsumptio iuris & de iure; & ideo in casibus, in quibus non statur præsumptioni iuris, & de iure; ita neq; statur assertioni Papæ, vel qñ constat de confessione contraria Papæ, vel qñ constat notorie de contrario, & de primo est apost. ibi ad Rom. in *v. præsumptio*, quæ dat concordant. de secundo in *v. notorium*, quæ pariter allegat concordan. † Limita; quia non statur assertioni Papæ 42
in reseruationibus, quod reseruauerit beneficium, qñ reseruatio est in præiudicium possessoris. Feret. *cons.*290. *n.*4. † Limita in as- 43
sertione Papæ per modum narratiuæ simplicis; quia enunciatiua, siue narratiua verba modicum operantur. Old. *dict. cons.*258. *n.*2. *v. per primum*. Cald. *cons.*517. *in prin.* alias 2. *de priuileg.* vbi facit differentiam inter narratiuam, & assertionem. † Limita in asser- 44
tione Papæ, quæ non probat etiam per modum assertionis, qñ

de eo, ꝙ asseritur, non agitur tempore assertionis; quia tunc non probat; & ideo si non disceptabatur, neq; tractabatur de asserto tempore assertionis, ipsa assertio Papæ non probat. Old. *dict. cons.* 258. *n.* 2. *v. idem videtur*, vbi maxime hoc asserit verum, qñ ad instã-
45 tiam partis assertio fuit suggesta, & non motu proprio facta. † Et ideo verba enunciatiua Papæ, & propter aliud non probant. A-
46 ret. *cons.* 23. *n.* 8. † Declara hanc limitationẽ, vt nedũ non probent, sed nec præbeant causam præscribendi enunciatũ in casu, in quo non inducitur probatio. Old. *d. cons.* 258 *nu.* 8. *ver. secundo quæritur.*
47 † Contrariũ tenet Fulg. *cons.* 148. *n.* 3. *per tot.* vbi, quod non admit-
48 titur probatio in contrariũ. † Limita; quia non creditur Papæ super facto alieno, etiamsi Papa se fundat super ipso facto alieno, qñ agitur de crimine, & sic de magno prẽiudicio, prout quod qs cõmiserit rebellionem, & propterea bona confiscantur, plene Put. *decis.* 129. quod non staretur, vbi citat plurimos, *lib.* 1. & conc. Mohed. *decis.* 271. *Ioannem Franciscum*, vbi dicit hanc partem veri-
* orem, & iustiorem, & magis* cõmunem; quia agitur de graui p̃-
49 iudicio, & citat plurimos. † Contrariũ tenent Bald. & Soc. quos reprobat Mohed. *d. decis.* 271. & Curt. Senior tenet hanc partem *cons.* 49. *n.* 32. vbi allegat Tancred. Io. And. Abb. & Barb. *cons.* 46.
50 *lib.* 1. † Limita, qñ narratiua facti alieni est ad instantiam partis; secus si motu proprio sit facta. Put. *decis.* 338. *eadem die*, *lib.* 3. quia non probat, & idem dicit Mohed. *d. decis.* 271. *in fi.* vbi extendit, etiamsi Papa se fundaret super facto alieno, allegat Alex. *cons.* 112.
* *lib.* 7. Ias. *cons.* 8. *lib.* 4. & Alex. *dict. cons.* 112. dicit hanc esse* cõmunem, & ibi apost. citat plurimos, sequitur Rota *par.* 2. *in nouiss. de-*
51 *cis.* 154. † Si vero est motu proprio facta, transfert on° probãdi in aduersarium. Put. *decis.* 323. *in vna Britinorien. in fin. lib.* 2. allegat
52 ad hoc Crauet. *cons.* 136. *n.* 42. † Sufficit tñ narratiua Papæ, quæ in gratiosis debet verificari in actore ad colorandum titulum pos-
53 sessoris. Put. *decis.* 245. *die* 17. *Ianuarii*, *lib.* 1. † Et quod narratiuæ Papæ motu proprio sit standum in facto alieno, licet possit contrariũ probari. Put. *decis.* 101. *die prima Februarii*, *lib.* 3. allegat Alex. *d.*
54 *cons.* 112. *lib.* 7. Curt. Iun. *cons.* 61. † Et quod narratiua Papæ de facto alieno, etiamsi Papa se fundet super narratis, non transferat onus probandi in aduersarium, est de obseruantia curiæ, vt dicit
* Caputaq. *lib.* 2. *decis.* 33. & latius *decis.* 239. *narratiuæ Papæ*, vbi dicit* cõmunem opinionem, quod non transfert onus probandi, & ꝙ
55 ita seruat Curia Romana, & repetit *decis.* 285. *lib.* 2. † Et quod talis assertio Papæ in facto alieno non probet, & non transferat onus
* probandi, etiamsi Papa se fundet super eo. Alex. *d. cons.* 112. *lib.* 7. v-bi dicit* cõmunem, & quod gl. in *d. clem.* 1. *de probat.* quæ dicit ꝙ transfert onus ꝓbandi, intelligitur, si Papa motu proprio de facto alieno aliquid dicat, & super eo se fundet, & ibi apost. in *ver.*
* *alieno*, citat plurimos, & sequitur Rota allegando* cõmunem *de-*
cis. 154. *Domini firmarunt*, *in fi. part.* 2. *quæ est in causa Regien. corã Can-*
56 *tuccio. in nouiss.* † Vide tñ Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 49. vbi infinitos citat, quod *clem.* 1. *de probat.* habet locum in facto ꝓprio Papæ, in quo se fundat, vt probet; secus, si sit in facto alieno; tñ in fi. declarat, vt qñ in facto proprio, ita probat, vt non admittatur probatio in contrarium; secus in facto alieno, ergo videtur
57 concedere, quod transferat onus probandi contrariũ. † Adde, ꝙ in hac materia non dicitur rescriptum emanare motu proprio, nisi hoc expresse dicat Papa. Old. *cons.* 258. *col.* 1. Alex. *d. cons.* 112. *n.* 3.
58 *lib.* 7. † De facto alieno, & ad partis instantiam dicitur, qñ fit mẽtio, & qñ verisimiliter à parte fuit narratum. Alex. *d. cons.* 112. *nu.* 5. *lib.* 7. sequitur Rota in *nouiss. part.* 2. *decis.* 154. vbi addit rationẽ; qa Papa de facto alieno, & ad partis instantiam non est informatus.
59 † Declara; quia narratiua Papæ in facto alieno transfert onus ꝓbandi, qñ sumus in materia, quæ non requirit plenam probationem, sed præsumptionem, prout si Papa aliquid narrat causatiue per dictiones, *prout*, *vel iuxta*, & similes, quæ stant causatiue, vt plene Rota in *nouiss. decis.* 171. *n.* 3. & *seq. lib.* 1. vbi, quod Alex. *d. cons.*
60 112. *lib.* 7. loquitur, qñ plena probatio requiritur. † Limita; quia verba narratiua principis in iis, in quibus non potest libere disponere, non probant, etiam in antiquis, nisi concurrant plures enunciationes; quia in hoc non habet priuilegium antiquitas.
61 Rota *decis.* 388. *maior pars parte* 1. *in nouiss.* † Extende, vt imo etiam in iis, quæ potest disponere, non probet vnica enunciatio anti-
62 qua *d. decis.* 388. *in* 1. *parte*, allegat Achill. *decis.* 6. *de iure patron.* † Limita, qñ Papa incidenter aliquid narrat coram se, vel alias, & sup eo non se fundat, veluti si scribat aliquid fecisse præsente tali Archidiacono, non probatur, quod ille sit Archidiaconus; quia incidenter illud dictum fuit, & Papa non se fundat. Lap. *d. alleg.* 7. *n.* 6. *v. in contrarium. clem. si sumus*, *de sent. excom.* quæ hoc modo cõciliatur, & *n.* 7. vbi, quod nec facit præsumptionem eo casu, nec
63 etiam probat, licet sit assertio motu proprio facta. † Limita; quia assertio Papæ per verba narratiua, non in facto proprio, sed in quo se fundat, licet probet, donec contrariũ probetur, id procedit in illa causa, & inter personas, inter quas scribitur; secus in alia causa, & inter alias personas; quia si principaliter de enunciato disputaretur, non probaret. Lap. *d. alleg.* 7. *n.* 6. *v. nam litera non facient*, & est apost. Ant. de Butr. † Limita, si Papa etiã ex certa scie-
64 tia aliquem sub titulo alicuius dignitatis nominet; quia non ꝓbat eum talem dignitatem habere, nec in ea illum approbare videtur, *d. clem si sumus. de sent. excom.* Lap. *alleg.* 67. *in fi.* quæ est 68. *v.*
65 *clem. si sumus.* † Limita; quia si Papa narrat factum alicuũ, & super eo non se fundat disponendo, nihil ꝓbat; & ideo si eximit monasterium, & omnia membra, licet enunciatiue narrentur membra; non tñ probantur membra, sed intelligitur, si ꝓbentur mẽbra esse plene Rom. *cons.* 180. *Si admittimus*, *n.* 2. & *seq. v. est igitur vi-*
66 *dendum*, vbi apost. iii *v. inducunt*, citat Rom. *cons.* 191. *n.* 4. vbi apost. in *v. non inducit*, citat plurimos, & dicit* cõmunem. † Extende ig-
67 tur, quia verba legislatoris narratiua, seu enunciatiua non dispo-
nunt, neque probant. Rom. *d. cons.* 191. *Spectabilis Domine*, *n.* 4. vbi plena apost. dat conc. & dicit* cõmunem. † Restringe, nisi Papa,
68 vel legislator narret factũ proprium; quia ipsi creditur. apost. ad Rom. *d. cons.* 191. *n.* 4. *in v. non inducit.* † Restringe, nisi Papa narret
69 factũ præ decessoris; quia sibi creditur, & probat. apost. ad Rom. *d. cons.* 191. *nu.* 4. *v. non inducit.* † Restringe, nisi legislator se fundet
70 super verbis narratiuis; quia tunc probat. apostil. ad Rom. *d. cons.* 191. *n.* 4. *v. non inducit.* † Restringe, nisi verba Papæ, vel legislatoris
71 sint geminata; quia tunc probant, & disponũt. apostil. ad Rom. *d. cons.* 191. *nu* 4. *v. non inducit. v. quarto fallit*, vbi citat infinitos. † Li-
mita; quia in narratiuis verbis Papæ de facto alterius non plus ei creditur, quam aliis Prælatis. Lap. *d. alleg.* 67. *in fi.* quæ est 68. *in or-*
72 *dine*, *v. vnde Io. Cald.* vbi, quod talis narratio Papæ ad instantiã partis facta, nedum non probat factũ alterius, sed nec transfert on°
73 probandi in *v. si autem*, & latius ibi in fi. *v. secus si narrat.* † Declara,
qñ Papa non se fundat super illo facto alterius; quia neque præ-
74 sumptionem facit. Zab. *cons.* 128. *n.* 2. secus, si se fundat super illa. Alex. *d. cons.* 15. *n.* 2. & 3. *lib* 5. † Declara, nisi narratiua Principis facti
75 alieni sit de antiquo; quia tunc ꝓbat sicut fama plene, ita vt possit deferri iuramentũ in supplementum. Alex. *d. cons.* 15. *Visis narratis*, *n.* 3. & 4. *lib.* 5. † Limita, qñ Papa narrat aliquam gratiam fecisse
76 ad supplicationem alicuius; quia non probat eundẽm supplicasse, sed põt intelligi per nunciũ, vel alio tempore. Lap. *alleg.* 90.
n. 4. *in fi.* & *n.* 5. ꝙ declara, vt supra in 7. ampliat. incip. *Ampliatquod*
77 *Papa.* † Limita, qñ factum propriũ Papæ, & super quo se fundat, esset omnino nullũ declaratũ; quia tunc assertioni nõ statur. Gẽ-
cons. 15. *n.* 2. *in fi. v. sed contrarium*, vbi, ꝙ prouisio Papæ facta de beneficio, ꝙ narrat ad tuã dispositionem vacare, & pertinere; quia
78 spectabat ad omnimodã dispositionem magni magistri Hierosolymitani, quem ex sententia priuauit; quia si illa priuatio fuit annullata, vel nõ spectabat ad illius priuati omnimodã dispositionem; tunc nõ probat assertio Papę. † Extende idem, qñ asserto
79 Papæ est contra iura, vel contra ius tertii, etiã per modũ declarationis Anch. *cons.* 398. *Dominus R. in fi.* † Limita, qñ Papa se fundat
super facto alieno, & constat de cõtrario, vt qa asseruit ad aliquę spectare collationẽ beneficii, & propter priuationẽ eius spectare ad Papã, si cõstat de cõtrario, ꝙ non spectet ad illũ, quem dixit Papa, assertio nihil probat. Gem. *d. cons.* 15. *n.* 2. *v. sed contrarium*,
80 *cum seq.* & *n.* 8. *v.* & *per hoc cessat.* † Limita in omnibus aliis præter Papam, & Imperatorem, quia non creditur eorũ assertioni, etiã
si esset Rex Franciæ. Bal. *cons.* 464. *Quædam scriptura*, *n.* 1. *in fi. v. non*
81 *obstat*, *lib.* 1. † Contrariũ in aliis Principibus nõ recognoscentibus superiorẽ, vt eis credatur prout Papæ, & Imperatori; secus si re-
cognoscunt superiorem. Alex. *cons.* 112. *Visa copia*, *n.* 6. *v. præterea si*,
82 *quod habetur*, *lib.* 7. vbi apost. in verbo, *inferiorum*, dat concor. † Re-
stringe, nisi adsit consuetudo in contrarium. Bald. *d. cons.* 464. *n.* 1.
83 *v.* & *ad regulam lib.* 1. † Et quod de consuetudine, & ex forma stitui credatur literis Camerę Ducalis Ferrariæ, quod resignanda,
vel concessa sit Cameræ. Alex. *cons.* 84. *In causa vertente*, *in pr. lib.*
84 1. † Limita in Imperatore; quia sibi non creditur asserenti etiam in iis, quæ sunt facti proprii, etiamsi se fundet in eis; quia *clem. si de*
85 *probatio.* est exorbitans, & in solo Papa habet locum. Gem. *cons.* 96. *n.* 9. *v. nec obstat. si dicatur.* Vide, *Imperatoris assertioni quando stetur*,
vel non. *Concl.* 43. † Declara vt credatur Papæ asserenti, quando se
86 fundat super asserto, quod est facti proprii in iis, quæ dependẽt à sua libera potestate, & sine ordine aliquo agere, vt est reseruare beneficia, admittere resignationem beneficii, excommunicare,
87 vel alteri committere; quia hoc potest etiam monitione non prãmissa; vel priuare aliquem titulo beneficii ex mera sua voluntate, quod potest; secus si ob crimen; quia non probatur ordo pro-

vationis,

secus si ob crimen; quia non probatur ordo priuationis, & citationis, neque quod iuste priuauerit; quia ista, videl cet omissio citationis, non pender ab eo. Gemin. *consil.* 53. *Pro responsione, num.* 14. *ver. vel tertio posset dici.* Vide Mascard. *Conclus.* 141. vbi, quod non creditur assertioni Principis in damnum alterius. † Limita, quando Papa erraret in consuetudinibus, vel statutis particularibus, quæ præsumitur ignorare; quia tunc assertio talis tanquam de facto alieno ignorato, etiam si se fundet super ea, non probat, sed cessat constito de contratio. Gemin. *dict. consi.* 15. *num.* 8. *ver. & per hoc cessat, & num.* 9. † Limita; quia si Papa asserat se aliquem priuasse ob crimina, & se fundet super dicta priuatione, licet probet assertio, super qua se fundat Papa, priuationem propter crimina; non tamen probat, quod priuatio sit facta citato ipso priuato; quia istud est omissum, & clem. est exorbitans. Gemin. *consil.* 53. *Pro responsione, numer. decimo tertio, ver. sed ad hoc responderi potest.* † Extende, vt procedat, etiam si Papa asserat se legitime citasse in causa criminali; quia non probatur citatio, ex quo non potest tollere ea, quæ sunt iuris naturalis, nisi aliter cõstet de citatione. Gemin. *dict. consi.* 53. *numer.* 14. *ver. & pro hoc optimus text.* † Limita; quia licet ex assertione Papæ in facto proprio, super quo se fundat, probetur factum; non tamen probatur, quod illud factum sit legitimum, vel validum. Gemin. *dict. consil.* 53. *numer. decimo quarto, ver. potest secundo responderi.* † Limita; quia non statur assertioni Imperatoris, vel Principis narrantis aliquid fuisse per eum visum, quando præiudicaret non subdito. Alexand. *consi.* 11. *Alias consului, numer.* 14. *ver. secundo respondeo, lib.* 7. † Limita; quia licet credatur assertioni Papæ in ijs, quæ sunt facti proprij, & pendent ab eo, & super quibus se fundat, in tantum, vt contraria probatio non admittatur, ne arguatur de mendacio; tamen non procedit, quando generaliter attestaretur reseruasse omnia beneficia Italiæ, & constaret, quod non reseruauit beneficia certæ ciuitatis Italiæ; quia probatio contraria hoc casu admitteretur, ex quo non arguitur de mendacio; quia sub genere potest esse particula falsa, & propterea non vitiatur dispositio. Gemin. *consi.* 56. *vltra med. ver. non obstant allegata in contrarium, vsque in fin.* † Limita, quando Papa dicit aliquid, quod est in facto proprio Papæ, & aliquid, quod est in facto alieno etiam sub eadem structura verborum; quia quoad factum alienum non probat, puta si dicat se reseruasse omnes præbendas, & quod præbenda Titij per illius dimissionem vacat; nam istud vltimum dicitur factum alienum. Zabarell. *consi.* 126. *numer.* 6. *ver. & si dicatur.* † Limita; quia vbicunque statur assertioni Papæ in facto alieno, bene admittitur probatio in contrarium; quia probat, donec contrarium probetur. Zabarel. *consi.* 128. *numer.* 2. *ver. item etiam eo casu.* Castrens. *consil.* 415. *in princip. lib.* 1. † Extende; quia si agitur de magno præiudicio tertij, non creditur Papæ asserenti aliquid in facto tertij, non in facto proprio Papæ; secus si ageretur de modico præiudicio. Clar. in §. *fin. quæst.* 53 *nu.* 21. *ver. sed quid si aliquis.* † Contrarium, quod in summo Pontifice stetur assertioni illius, etiam de facto alieno, communem dicit * Aretin. in *cum a nobis, num.* 7. *de testib.* etiam si de laicis attestetur, nedum de ijs, in quibus habet liberam potestatem. Ruin. *consil.* 103. *num.* 11. *lib.* 5. † Declara, vt per Iul. Clar. in *d.* §. *fin. quæst.* 53. *numer.* 21. vbi citat omnia prædicta, & dicit quod in Papa nihil determinat, in alijs Principibus, & Imperatore distinguit, quasi eadem distinctio inseruiat pro ratione stare. † Creditur soli Principi aliquid attestanti de eo, quod ipse videt. Clar. *d. quæst.* 53. *num.* 21. † Secus, si de facto alieno attestaretur; quia concurrerent duo specialia, quod vnus solus, secundo quod de iuditu probaret. Clar. vbi supra. † Declarat tamen, quod Principi credatur in facto alieno, quando attestaretur de eo ex relatione suorum procerum, seu officialium, & illud factum esset notorium, communem * dicit Socin. *consi.* 87. *num.* 19. *lib.* 3. Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 53. *num.* 21. *in fin.* † Declara; quia licet in facto alieno Papæ, vel non creditur, vel si creditur, possit probari contrarium, illud erit, quando simpliciter Papa aliquid asserit, quod respicit factum alienum: sed si Papa disponeret, standum esse assertis per eum, etiam de facto alieno, non est dubium, quod illi staretur; quia nullus negabit Papam posse super hoc facere legem, quod ipsi credatur etiam in facto alieno: ergo idem, quando per modum contractus disponit, quod ipsi creditur; quia contractus Principis habet vim legis. Castrens. *d. consi.* 415. *in princ. ver. item posito, lib.* 1. † Limita, quia imo non statur assertioni Papæ de facto alieno; quia *clem.* 1. solum procedit in facto proprio, ex quo est vnicum speciale, quod creditur soli Principi attestanti de facto proprio; secus de facto alieno; quia concurrerẽt multa specialia, quod testes referentes probent, quod non iurati, quod sint idonei, & informati, & multa alia specialia prohibita. Hiero. de Torr. *consi. suo impresso post consilia Ant. de Butr. num.* 30. *ver. nec obstat, & nu.* 31. Declara, vt supra *ver. amplia, num.* 8. *& sequen.* † Extende; quia etiam si essemus in ijs, in quibus verba Papæ in facto alieno probarent; tamen non probant, nisi in quantum exprimitur; ideo si Princeps narrat factum alienum minoris, & super eo se fundat; non tam̃ probat illud factum minoris fuisse cum solemnitatibus requisicis, nisi aliter probetur, plene Alexand. *consi.* 112. *Visa copia, numer.* 7. *& sequen. ver. denique lib.* 7. vbi plura similia congerit. † Limita; quia *clem.* 1. *de probatio.* quod credatur Papæ in facto proprio, procedit quoad subditos, in quibus habet plenitudinem potestatis, alias secus. & si contrarium diceremus, posset attestari dominia aliena sibi donata, & contrarium non posset probari, & sequerentur absurda, ita Abb. *d. clem.* 1. *de probat.* quem refert, & sequitur Hieron. de Torris *dict. consi. post consilia Anton. de Butr. nu.* 31. *ver. præterea prædicta procedunt*, allegat *clement. Pastoralis, de re iudic.* vbi Imperatori non creditur contra non subditum, in quo non habet plenitudinem potestatis, plenius in eodem casu Curt. Sen. *consi.* 20. *num.* 14. vbi facit tres casus, quando naturaliter non subditus, & quando nullo modo subditus, & quando omnino subditus, & dicit, quod vbi non vtitur plenitudine, nec potest vti, non habet locum clementina. † Extende; quia cum *d. clemen.* sit contra ius, habet locum solum in clericis, & contra eos; quia sunt plene subditi Papæ, in quorum præiudicium statuere potest, non autem in laicis, in quorum præiudicium statuere non potest, nisi quoad concernentia animam, & matrimonium; quia sicut Imperator non potest revocare legem factam ad favorem Ecclesiæ, & clericorum; quia eis censetur ius quæsitum; ita neque Papa potest statuere, quod sua assertio laicis auferat ius quæsitum; & ideo si post ius quæsitum laico Papa attestatur reservasse prius feudum, vel ius collatum laico ab Episcopo, vt illud ius auferatur, ipsi non creditur, nisi aliter appareat, quam per attestationem Papæ. Castrens. plene *consi.* 46 *. numero quarto, ver. dicendum est, libro secundo.* † Extende; quia neque probat assertio Papæ in præiudicium cleri corum subditorum, quando ex tali assertione post ius quæsitum clerico de iure gentium clericus iure suo priuaretur; quia nec Papa potest priuare clericum iure quæsito de iure gentium, neque Imperator laicos, nisi ex causa publicæ vtilitatis. Castrens. *dict. consi.* 46. *in fin. ver. plus videtur, lib.* 2. vbi secus dicit in beneficio; quia beneficiatus non habet dominium, neque vtile, neque directum, sed est vel procurator, vel administrator beneficij. † Contra ius commune in duobus esse *clemen.* 1. *de probat.* dicit Castren. *consi.* 46. *num.* 4. *lib.* 2. Primo; quia potest talis confessio esse repetita die facta secundo; quia tendit ad probandum, non ad disponendum, sed probatio omnis admittit probationem in contrarium; ista secus; ergo. Vide, *Assertioni iudicis, vel alterius quando standum, vel non. Conclus.* 534. Vide, *Assertioni gerentis actum ex causa permissum quando standum vel non. Conclus.* 535. Vide, *Imperatoris assertioni quando stetur, & qualiter. Conclus.* 43. Vide, *Rescripto Principis quando standum est, vel non. Conclus.* 218. Vide plene Anton. Gabriel. *lib* 1. *titu. de probat. Conclus* 2. *Papæ, seu Principi aliquid attestanti an plene credatur.* Vide Mascard. *Conclus.* 139. *An summi Pontificis assertio probet.*

Papa aliquid asserendo, vel faciendo quando disponat, vel non. Concl. 63.

PAPA † si in literis dicat præposituram, quam confert, esse dignitatem, dispositiue censetur creare dignitatem, si non est; secus si enunciatiue. Aretin. *consi.* 23. *In præsenti consultatione, num.* 7. *& sequ. ver. circa secundum.* † Declara procedere, quando Papa, vel Princeps aliquid non enunciatiue, sed dispositiue, & ex certa sententia statuit, & hoc exprimit; quia tunc videtur creare nouam dignitatem, vel ciuitatem, quæ non erat, alias secus. Aretin. *consi.* 23. *num.* 10. *ver. non obstat etiam.* † Amplia; quia in ijs, in quibus datur quasi possessio, si Papa nominat dispositiue, aliquem, vt talem, videtur eundem constituere in quasi possessione. Aretin. *dict. consi.* 23 *num.* 7. *ver præterea, cum sequen.* † Declara procedere in præiudicium Papæ nominantis, non in præiudicium tertij. Aretin. *dict. consi.* 23. *num.* 10. *ver. Non obstat etiam.* † Limita; quia si Papa enunciatiue nominet aliquam Ecclesiam dignitatem; non tamen censetur conferre illi Ecclesiæ dignitatem enunciatam, *clemen. si sumus, in secundo respon de senten. excommun* Rom. *consi.* 180. *Si admittimus, num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ver. est tamen incidenter.* † Extende; quia si Papa enunciat in priuilegio ordinis Camaldulensis, quod Terra Burgi sancti Sepulchri est supposita ordini, non censetur illam supponere in præiudicium Episcopi Ciuitatis Castelli, in cuius diœcesi est Terra Burgi. Roman. *dict. consi* 180. *num.* 4. † Limita; quia imo si Papa ex certa scientia in constitutione, vel literis, nominet, honoret, vel quouis modo tractet aliquem vti habentem dignitatem, puta vti Episcopum; non tamen eidem tribuit aliquod Ius. *Clem si sumus, de sent. excom.* Rom. *cons.* 340. *Circa primum, nu.* 8. *ver. circa quartum.* † Extende, vt idem sit, licet in literis alteri ita nominauit; quia propterea illa nominatio non probat esse talem, *l. neg. professio, C. de testam.* Rom. *d. cons.* 340. *nu.* 8. *col. pen. in prin.* † Excede; quia talis

talis nominatio facta per Papam etiam ex certa scientia, puta, quod N. sit Episcopus Tiburtinus ad mei præsentiam, qui sum Episcopus Tiburtin. mihi non præiudicat, licet taceam; quia scio ius meum durare, & non teneor contradicere. Rom. *d.consi.340. Circa primum. nu. 8. & seq. ver. circa quartum.* Vide, *Dispensatio tacita quando inducatur, vel non. Conclus.467.*

Papa in temporalibus Ecclesiæ Romanæ est Imperator, & supra Imperium. Concl.64.

1 PAPA † in temporalibus Ecclesiæ Romanæ acquisitis est absolutus dominus, & supremus, ita quod non habet maiorem, neq; æqualem, neq; alium recognoscere potest in honore, vel iurisdictione, aut maioritate; quia imo Imperator tenetur iurare fidelitatē Romanæ Ecclesiæ. Bald. *consil. 355. Præsupponendum est, in princ. lib.1.*

2 † Amplia; quia quicquid potest Imperator, potest Papa in temporalibus; id. o potest infeudare, creare dignitates Ducatus etiam perpetuas, & illas concedere Baronibus, cum cōsensu tamen Cardin. Bal.

3 *d.consi.353. per tot. lib.1.* † Et quod habeat eandem auctoritatem temporalem, quam habeat Imperator. Alex. *consi.2. Visis codicillis, nu.8. ver. secundo præsupponо, lib.1.* vbi, quod Ecclesia dedit exercitium iurisdi-

4 ctionis Imperatori. † Declara; quia cum Papa habeat iurisdictionem temporalem in Statu Ecclesiæ ab Imperio, non potest in laicos. & subditos suos ratione temporalis iurisdictionis plus, quā possit Imperator in sua iurisdictione; quia plus iuris non potuit Imperator transferre, quam haberet. Castr. *cons.* 288. *n.3. ver. nec obstant allegata,*

5 *lib.1.* † Amplia; quia Regnum Beati Petri, & illius patrimoniū est liberum, & plus liberum ab Imperiali iurisdictione, quam liberū Regnum Francorum. Bald. *cons.37. Imperator habet, circa fin. lib.1.* vbi etiam *circa med. ver. item sicut Papa*, dicit, quod in statu Ecclesiæ Imperator est adinstar priuati, & quod nō potest legitimare spurium quo-

6 ad bona in statu Ecclesiæ. † Et quod adeo sit liber status Ecclesiæ, quod in eo Imperator, neque aliquem citare possit verbaliter, neque etiam iurisdictionem voluntariam exercere, est tex. in *clem. pastoralis, de re iudic.* per quem text. Papa statum Ecclesiæ sibi soli reseruauit, vt plene per Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum nu.9. ver. sed an prædictis*, cuius opinionem comprobat, & extendit Castr. *consi.*

7 467. *Viso puncto, nu.3. ver. Quæritur an teneat, lib.2* vbi, quod Imperator iurat, quod in statu Ecclesiæ nullam exercebit iurisdictionem; ergo neq; voluntariam, & quod status Ecclesiæ sit omnino liber ab omni iurisdictione Imperatoris. Bald. *cons.400. Super primo, num.6. ver. item*

8 *non obstant. lib.4.* quod est Barto. † Amplia; quia Papa in statu Ecclesiæ potest diuidere, & distinguere territoria Ciuitatum, & vni dare, alteri auferre; & ideo potest auferre Castrum ab vna Ciuitate, & illud infeudare in Vicariatum; quia defectus potestatis Papæ non potest opponi, sed bene defectus intentionis; si non est expressum, quod esset alterius Ciuitatis; quia non valet. Bal. *cons.* 233. *Factum super quo,*

9 *lib.3.* † Amplia; quia nihil valent priuilegia Imperialia concessa Ciuitatibus, & locis status Ecclesiæ; quia nullum ius habet, & nullam iurisdictionem in eis. Bal. *cons.400. Super primo, nu.6 lib.4.* quod est Bar-

10 toli. † Amplia; quia omnes Ciuitates, & vniuersitates habentes aliquam iurisdictionem potest supremus Princeps in suo dominio priuare; quia permissiue ab eo dicuntur habere, & multo magis in statu Ecclesiæ; quia Papa est Princeps principum, & dominus dominantium; ideo potest confirmare, & reuocare statuta, tollere, & dare iurisdictionem, prout sibi placet. Bald. *consi.*388. *Si Princeps, per tot. lib.4.* & idem videtur velle Bald. *consi.430. Circa primum, in fi. nu.3. ver. Super*

11 *quarto, lib.4.* † Extende; quia potest Papa reuocare omnē iurisdictionem à Castris, etiam præscriptam immemorabili tempore, licet hoc non possit Ciuitas superior. Bald. *consi.400. Super primo, in princ. lib.4.*

12 quod est Bartoli. † Extende; quia Ciuitates Ecclesiæ licet habeant applicationes pœnarum, & confiscationum pro delictis; non tamen dicuntur habere fiscum, sed habent illam commoditatem ex permissione fisci. Bald. *consi.*124. *Quidam Cagnus, nu.2. ver. & quia proprie*, vbi loquitur de ciuitatibus Fulginei, & Interamnæ. † Amplia; quia Papa nedum in Terris Ecclesiæ habet plenam, & plenissimam facultatem Imperialem, sed imo Imperator in *clem. 1. de iureiur.* iurat expresse in statu Ecclesiæ nullam exercere iurisdictionem. Castr. *cons.* 467. *nu.3. Quæritur, an teneat, lib.2.* vbi concludit, quod Imperator non legitimat in terris Ecclesiæ, nec Papa in terris Imperij, nisi quando vacat Imperium, vel circa spiritualia, & matrimonia. Vide, *Imperator subest Papæ, & quomodo. Conclus.*32. Vide, *Papa potest infeudare, & alienare, & qualiter. Conclus.*58. Vide Conclus. prox. seq.

Papa in laicos quam iurisdictionem habeat. Concl.65.

1 PAPA † in terris Ecclesiæ de temporali iurisdictione Ecclesiæ habet plenam, & absolutam iurisdictionem in laicos. Castr. *cons.* 229. *Visis & ponderatis, col.2. n.3. ver. secundo probatur. lib.1. & cons.*396. *Quasi ad id, lib.1.* † Extende; quia vacante Imperio habet pleuā iurisdictionem Imperij in laicos. Castr. *d.cons.*229. *nu.3. lib.1.* † Amplia; quia vbicumque agitur de peccato, vel de materia peccati, Papa absolute habet iurisdictionem in omnes laicos. Castr. *d.consi.*229. *nu.3. lib.1.* Vide plenius, & Declara prout in *verb. Iudex Ecclesiasticus in q. ibus casibus procedat solus inter laicos. Conclus.*445. *nu.6. & multis seq.* † Extende; quia vbicumq; agitur de salute animæ, subiiciuntur omnes laici. Castr. *d. consi.*396. *in prin. lib.1.* † Et de excommunicatione, aut spiritualibus. Abb. in *q.1. incip. Episcopus, col.2. circa med. ver. & cum ducerer.* † Amplia in causis mixti fori; quia est locus præuentioni inter Ecclesiasticum, & secularem. Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Conclus.*293. Vide Conclus. proxim. præced. Vide plenius, *Papa est superior, & index omnium. Conclus.*45. vbi habes casus, in quibus Papa in laicos habet, & exercet iurisdictionem. † Limita; quia in laicos non subditos extra causas spirituales non præcipit aliquid, nisi subsint ratione causarum. & non tenentur obedire, si præcipiatur eis aliquid iniustum. Abb. in *q. quæst. incip. Episcopus col.2. circa med.* † Limita; quia imo regulariter Papa nullam habet in laicos iurisdictionem. Castr. *d.cons.*229. *n.3. ver. secundo probatur. lib.1.* quod intellige de laicis, qui non sunt de sua iurisdictione, vel ratione personæ, vel ratione causæ, ita Alex. *consi.3. Exa. n.2. lib.5.* † Limita; quia Papa in terris Imperij non habet dominium, actu, neq; exercitium iurisdictionis quoad temporalia, maxime, vbi agitur de præiudicio alterius; & ideo si Imperator concessit feudum alicui nobili, & successoribus extra statum Ecclesiæ, non potest Papa alterare successionem feudi, maxime non facta, neq; habita notitia inuestituræ Imperialis, plene Alex. *consi.3. Ex ijs quæ ut prius. & par. lib.5.* † Extende; quia rite facta per Imperatorem in subditos suos non possunt infringi per Papam. Alex. *d.consi.3. in prin. lib.5.* † Declara; quia Papa non potest se intromittere de subditis Imperatoris, nisi quando negligeret Imperator facere iustitiam subditis, vel quando vacaret Imperium, & in aliis casibus, not. in *c. transmissa. §. verum cum sit generale, & in c. licet ex suscepto, de foro compet.* Alex. an. *d.consi.3. in prin. lib.5.* Vide, *Papa absolute potest omnia. Conclus.*49. vbi declaratur plenius. Vide, *Papæ assertioni quando standum sit, vel non. Conclus.*62. Vide, *Papa vtrum gladium habet, & qualiter. Concl.*45.

Papa habet fundatam intentionem in statu Ecclesiæ. Conclus.66.

PAPA † habet fundatam intentionem in statu Ecclesiæ; quòd omnes iurisdictiones status Ecclesiastici deuoluuntur ad Papam, & potest vnum priuare, & alteri concedere, si vult, de suprema potestate. Bald. *consi.* 233. *Factum super quo, lib.3.* vbi, quod valet concessio Castri in Vicariatum facta per Papam cum plena iurisdictione, etiam si Castrum esset iurisdictionis Ciuitatis Ecclesiæ, si Papa sciuit, & voluit, vbi quod potest vnire, dismembrare, & diuidere territoria, prout vult. † Et Romana Ecclesia habet fundatam intentionem in omnibus Ciuitatibus, Castris, & villis Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ; ideo exercentes iurisdictionem in aliqua mandiolæ. Anchar. *consi.*142. *Clarior, & breuior, in princ.* nisi ex particulari priuilegio, vel immemorabili consuetudine & præscripto, contrarium dpparear. Rota vt per Putcum *decis.*454. *numer.*3 † Extende; quia Papa habet fundatam intentionem in Prouinc. Marchiæ Anconitanæ; ideo exercentes iurisdictionem in aliqua Terra dictæ Prouinciæ præsumitur vsurpasse, nisi ostendat titulum, vel coloratam possessionem. Abbas *consi.* 61. *In causa, colum.2. numer.*

5. *in fin. ver. Nunc vento ad responsionem, lib.1.* † Extende; quia Papa, in Romana Ecclesia habet fundatam intentionem super Romana Ciuitate, & illius territorio, nedum ex donatione Constantini, sed ex concessione Ludouici Imperatoris, & hoc esse indubitatum; quia hodie Imperium pendet à Romana Ecclesia, & erroneum est reprobare in dubium validitatem dictæ donationis. Abbas *consil.* 52. *Quanquam, numer.2. & sequen. ver. sed ijs non obstantibus. lib.1.* † Amplia, quia nulla Terra status Ecclesiæ habet iura fiscalia, nisi sint sibi concessa à Papa. Bald. *consil.* 33. *in primis considerandum, libro secundo* vbi loquitur de Terra Gualdi, quæ non habet ius vendicandi bona ab indignis. † Extende in omnibus ciuitatibus status Ecclesiæ, qui non habent merum, neque mixtum imperium; quia per Ecclesiam Romanam conceditur Rectoribus ab ea deputatis. Bald. *consil.*43. *Circa primum, numer.3 ver. super quarto*, vbi in specie loquitur de Nursia, *libro quarto.* † Extende in tantum, vt neque valeat consuetudo contraria; quia licet consuetudine possit acquiri merum, & mixtum imperium; tamen Papa potest cassare tales consuetudines, quæ non valent contra potestatem plenam Papæ. Bald. *consil.* 430. *in fine. lib.4.* vbi, quod in quantum conceditur a Papa, in tantum possunt Ciuitates status Ecclesiæ inducere consuetudinem contra Papam, & non vltra. † Contrarium videtur tenere Lucas de Penna in *l.2. C. de fund. l. l. lib.*

limitroph. lib. 11. vbi, q in terris Ecclesiæ Castra habent iurisdictionē iure allodii, nō autem iure feudi, & ita psumitur, nisi appareat de cōtrario. Vide, *Castra, & municipia quam iurisdictionem habeant.*

9 *Concl.* 117. †Et q Castra in statu Ecclesiæ præsumantur allodialia, & non feudalia, nisi doceatur de inuestitura, vel seruitio, aut iuramento feudali. Rol. à Vall. *cons.* 32. *n.* 36. *lib.* 3. vbi allegat Castr. *cōs.* * 163 *secundum antiquam impressionem*. q est *cōmunis. 179. *In causa, quam Magnificus, in pr. lib.* 1. plene Paris. *cons.* 16. *n.* 14. *& seq. lib.* 4. vbi

10 *n.* 18. dicit, etiamsi sit in Regno, & *n.* 19. etiamsi sit intra statū Ecclesiæ Romanæ. Dec. *cons.* 85. *Diligenter pro tenui, col.* 1. †Et generaliter, q Castrum potius allodiale, quam feudale psumatur. Crau. *cons.* 681. *n.* 1. *v. secundo etiam respondetur*, vbi plures allegat, & loquitur in Castro status Mediolani, vbi plura, q in dubio res libera, & si constat de seruitute in genere, de minori præsumitur, prout

11 in delictis, pœnis, & similibus. †Extende; quia multa sunt Castra in Sabinis, quę erant nobilium de Romagna, quæ sunt libera ab immemorabili tempore, de quibus Bartol. *cons.* 72. *Ex facto propo-*

12 *nitur, in pr. lib.* 1. Vide, *Castra multa in statu Ecclesiæ libera. Concl.* 119. †Contrarium, q omnia Castra, & iurisdictiones Ciuitatum intra territorium Vrbis Romę præsumantur feudalia Romanę Ecclesię, quæ habuit donationem ab Imperio, à quo pendet omnis dignitas, & iurisdictio in Papam trāslata, & qui vult dicere liberum, & allodiale, dicit Romanam Ecclesiam negligentem, contra tex. in *cap.* 1. *de off. deleg.* & si vult dicere fabricasse Ciuitates, & Castra, non habet intentum respectu iurisdictionis; quia sunt in territorio Ecclesiæ, ita Abbas *dict. cons.* 82. *nu.* 3. *& seq. per tot. lib.* 1.

13 Vide, *Feudalia præsumuntur omnia Castra, & Princeps habet intentionem. Concl.* 174. †Amplia; quia nedum Papa habet fundatam intentionem in statu Ecclesiæ, sed etiam Rex in suo Regno, plene Abb. *cons.* 82. *n.* 7. *lib.* 1. quem refert, & sequitur Ruin. *cons.* 22. *n.* 7. *&*

14 *seq. lib.* 1. vbi plura cumulat, Rol. à Vall. *cons.* 89. *n.* 3. *lib.* 2. Castr. *dict. cons.* 179 *col.* 2. *v. si autem diceremus, lib.* 1. vbi allegat Specul. *de iurisd. omn. iud. col.* 1. *v. magis.* Vide, *Princeps supremus habet fundatam intentio-*

15 *nem in suo principatu. Concl.* 666. †Extende; quia quælibet prouincia habet fundatam intentionem in omnibus Ciuitatibus, Castris, & Villis prouinciæ de iure communi; ideo Præses prouinciæ potest exercere iurisdictionem, nisi de contrario priuilegio, vel immemorabili præscriptione contrarium doceatur. Anchar.

16 *cons.* 142. *in pr.* † Extende; quia ius vniuersale habens suos territorios comprehendit omnes particulares intra illos terminos existentes; ideo si constat de vniuersitate bonorum feudalium, seu emphyteuticorum, etiam particularia bona præsumuntur talia, si maior pars est talis. Cravet. *cons.* 434. *n.* 6. *cum seq.* quasi per totū

17 consilium. Vide, *Libertas præsumitur, nisi probetur seruitus. Concl.* 338. †Extende; quia Diœcesis pro territorio est Episcopo, & omnis Ecclesia de Diœcesi est, quæ intra illam est constructa. Abb. *d. cōs.*

18 82. *n.* 7. *lib.* 1. Castr. *d. cons.* 179. *col.* 2. *v. sed omnis Ecclesia, lib.* 1. †Extende etiam in Ciuitate; quia quicquid est intra fines Ciuitatis, præsumitur esse de iuribus Ciuitatis. Vide Mascard. *Concl.* 296. *quæ pro-*

19 *bentur esse Ciuitatis.* †Amplia, vt procedat, etiamsi constaret, quod Castra essent libera, & allodialia; quia quoad iurisdictionem in suos vasallos necessario habent à Papa, in cuius solo, & territorio ipsa Castra sunt; quia iurisdictio haberi non potest iure priuato, sed ex publico, & ius publicum originaliter consistit in Papa, & Imperatore. Castr. *d. cons.* 179. *In causa, quam Magnificus, col.* 5. *circa*

20 *f. v. secunda ratio, lib.* 1. sequitur Ias. in *l. si prius quam. n.* 42. *ff. de nou. opus. nunciat.* vbi, q concessio iurisdictionis semper sonat in feudū, & plenius Abb. *d. cons.* 82. *n.* 3. *& seq.* maxime *n.* 6. *& seq. lib.* 1. †Amplia, quia pōt Papa, Rex, vel alius supremus Princeps compellere possidentes Castra in confinio sui status ad exhibendum titulum, alias potest illos priuare; quia habet intentionem fundatam, nō obstante præscriptione, & quod de iure nemo compel-

21 latur. Roll. à Vall. *cons.* 89. *per tot. lib.* 2. vbi tollit contraria. †Amplia; quia nulla sunt priuilegia concessa omnia ab Imperatore in statu Ecclesiæ; & non sunt alleganda, neque obseruanda, Con-

22 clus. prox. præced. † Limita quoad dominium bonorum particularum. Vide plene per Mascard. *Concl.* 217. vbi ponit regulam affirmatiuam, ampliat multis modis in Principe, Prouincia, Regno, Ciuitate, & limitat.

Papa à die electionis recipit administrationem. Conclusio 67.

1 Papa †recipit Pontificatum, & administrationem à die electionis, licet de stylo, qui seruandus est, non incipiat Pontificatum, nisi à die coronationis. Ant. de Butr. *cons.* 43. *in prin.*

Papa aliquid faciendo non præscribit contra inferiores, & quando secus. Conclus. 68.

1 Papa †exercendo actum confirmationis Abbatis suppositi alicui inferioti Prælato nō potest præscribere, neque præiudicare inferiori Prælato; quia facit de plenitudine, quam habet in omnibus beneficiis, etiamsi per mille annos hoc faceret. Abb. *cons.* 101. *In quæstione, quæ vertitur, n.* 5. *& 6. v. ad secundum, lib.* 1. †Am-

2 plia in reseruatione Papæ; quia si reseruat beneficium ad temp°, vt solus Papa illud conferat, non currit tempus inferiori, neque contra eum præscribitur; quia Papa concurrit semper cum ordinario, ergo cum cesset negligentia inferioris, non sibi currit præscriptio. Abb. *d. cons.* 101. *n.* 6. *v. nec Papa, lib.* 1. † Amplia; quia Papa,

3 si facit aliquid de plenitudine potestatis, non præiudicat inferioribus in beneficialibus; quia cum sit absolute Dominus, non indiget aliqua acquisitione iuris: ita Innoc. in *c. bona, el secondo, n.* 2. *in fi. de postul. prælat.* vbi Abb. *n.* 22. *v. vnum tamen.* Bald. in *l.* 2. *n.* 24. *v. ite nota. C. de servit. aqua.* †Extende; quia collatio beneficii facta per

4 Papam non præiudicat iuri patronatus, neque inferioribus collatoribus, nisi constet, q Papa voluerit præiudicare, plene Decia. *cons.* 126. *In causa domini Francisci, col. pen. v. non obstat vltima collat. vsq. in fi.* Rota, vt per Cortam *decis.* 193. Put. *decis.* 47. *lib.* 1. *per tot.* †Imo

5 de stylo Papa consueuit opponere clausulas præseruatiuas iuris alieni, vel suspensiuas pro illa vice Put. *decis.* 357. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. †

6 Et maxime ex resignatione facta in manibus Papæ suspenduntur indulta. Put. *decis.* 49. de priuil. Vestan. *decis.* 39. *lib.* 1. Diuers. *de-*

7 *cis.* 128. †Extende; quia collatio Papæ de beneficio reseruato puta tanquam vacante in curia, non præiudicat inferioribus collatoribus, nisi pro illa vice. Æg. *decis.* 655. *in fi.* † Extende in tantum,

8 vt Papa in dubio non censeatur vnquam velle tollere ius quæsitum tertio. † Imo conferendo censetur semper conferre cum illis qualitatibus, quæ sunt in beneficio collato; ideo si sunt statuta

9 de optando, vel quod vltimus Canonicus censeatur inferior, Papa conferendo Canonicatum, censetur nolle præiudicare vllo modo, quin secundum statuta sit vltimus, nisi exprimat Marc. *decis. Delphin.* 1269. *n.* 5. *vsque in fi. lib.* 1. & plenius *decis.* 1259. *in fi.* † Et

10 confirmando priores manuales non censetur reuocare, vel alterare obedientiam sui Prælati; nisi ex certa scientia faciat, vel exprimat. Marcus *decis. Delphin.* 1076. *lib.* 1. †Et conferendo benefi-

11 cium in dubio non censetur præiudicare statutis, & fundationi beneficii Marc. *decis. Delphin.* 473. *in fi. lib.* 1. etiamsi motu proprio conferat. Marc. *decis.* 493. *n.* 10. *lib.* 1. † Limita; quia licet Papa non

12 præscribat, qñ aliquid facit de plenitudine potestatis, bene pōt præscribere tanquam priuatus, prout præscriberent alii priuati, videlicet spacio decem annorum inter præsentes cum titulo, & viginti inter absentes, ita Abb. *cons.* 94. *In quæstione, col.* 2. *n.* 1. *in fi. &*

13 *n.* 2. *v. & hoc hodie, lib.* 2. † Limita; quia Papa si præscribat contra Ecclesiam inferiorem, non præscribit minori spacio quadraginta annorum, licet sit tantum tempus concessum Ecclesiæ per Papā ex speciali priuilegio; quia regulariter sufficit præscriptio 30. annorum in aliis, Abb. *cons.* 101. *In quæstione, quæ vertitur, lib.* 1. *in fin.* †

14 Extende; quia si Papa concessit alicui Ecclesiæ particulari, vt nō præscribatur contra eam, nisi spacio centum annorum, Papa nō pscribet, nisi eodem spacio. Abb. *d. cons.* 101. *in fi. lib.* 1. Vide, *Quasi possessio acquiritur per vnicum actum, & quando secus. Concl.* 34. Vide, *Papa etiam priuatam personam habet, & in quibus. Concl.* 70.

Papa non potest dispensare multis casibus contra ius diuinum, & quando secus. Concl. 69.

1 Papa †non pōt dispensare cum Monacho, quod habeat proprium, sed bene pōt de Monacho facere non Monachum, & statu mutato poterit habere proprium, *c. cum ad monasterium, in fi. de statu Monach.* Old. *cons.* 172. *in pr. v. quod ergo, n.* 5. Ægid. *cons.* 16. *n.*

2 12. vbi late. †Extēde; quia Papa non potest dispensare cum monacha, vel monacho professis, vt contrahant matrimonium carnale; quia esset contra ius diuinum. Io. de Anan. *cons.* 91. *Illud certum, in pr. & in fi.* †Contrarium, quod imo Papa possit dispensare

3 cum monacho professo, vt contrahat matrimonium tenent infiniti, quos citat pro vtraque parte Fel. in *c. si quando, n.* 4. *in fi. & n.*

4 5. *de rescript.* vbi dicit hanc communem, & magis * communem; * quia Papa nedum cum monacho, sed cum constituto in sacris, imo cū omnibus generaliter hoc posset ex magna causa, & ponit exempla plurima, & licet Theologi aliqui contradicant, tñ prævalet opinio Canonistarum. †Extende contrarium, vt possit multo magis dispensare cum constituto in sacris, plene Dec. in *c. quæ in Ecclesiarum, n.* 46. *& seq. de constit.* vbi apost. in *v. monacho*, citat concord. Vide, *Papa quid possit circa matrimonia. Concl.* 54. *n.* 9. *& seq.* Amplia; quia licet Papa possit dispensare cum homicida, vt fiat persona Ecclesiastica; tamen non pōt concedere licentiam Ecclesiasticis, vt in bello etiam iustissimo effundant sanguinem humanum

manũ etiam manibus propriis. Bal. *cons.*432. *Ad bellum iustum, n.*3.
5 *lib.*5. † Contrariũ, q̃ neq; possit dispensare cũ homicida voluntario, tenent multi, quos refert Bologn. in *addit. ad cons.*59. *Io. de Anania, n.*7. † Amplia; q̃a Papa non põt concedere, q̃ Rex in Regno
6 suo habeat iurisdictionem in omnes clericos, & possit cognoscere de causis spiritualibus. Abb. in *c. literas n.*14. *restit. spoliat.* Fel. late in *c. Ecclesia S. Mariæ, n.*6. *de constit. & in c.*2. *de maior. & obedien. n.*3. & idem videtur velle Rota *decis.*10. *de consuet. in antiq.* alias 840. quæ duplicatur per Bisignet. *decis.*2. *eod. tit.* vbi, q̃ nec valet cõsue-
7 tudo contraria sciente, & patiente Papa. † Amplia; q̃a non potest dispensare contra quatuor Euangelia. Abb. *q.*1. incip. *Episcopus, col.*12. *n.*17. vbi, q̃ vbicunq; decoloratur status Ecclesiæ, non dispẽ-
8 sat. † Amplia; q̃a non dispensat contra statũ vniuersalem Ecclesiæ, q̃n decoloraretur status vniuersalis Ecclesiæ, multa exempla ponit Io. de Sylua in *tract. de iuramento in 2. part. per tot.* qui tract. est in 5. *vol. fol.*9. vbi late examinat quæstiõ de Æg. Bell. *cons.*16. *n,*12.
9 *& seq.* † Et ideo non põt facere statutum generale, q̃ omnes clerici contrahant matrimonium. Bellam. *d. cons.*16. quia esset contra
10 legem diuinam, vt probat *n.*12. † Declara; quia non põt Papa in vniuerso facere ea, quę decolorarent statum vniuersalem Ecclesiæ, sed in particulari bene põt; ideo non posset priuare omnes Episcopos, vel transferre, aliquos; sic non põt tollere omnes decimas, aliquas põt, ita Abb. in *1. quæst.* incip. *Episcopus col.*3. *n.*4. *v. se-*
11 *cundo principaliter.* † Amplia; quia nihil dispensat contra articulos fidei, sed bene circa alia multa, de q̃b. Dec. *cõs.*108. *In præsenti cõsul-*
12 *tatione, per tot.* † Amplia; quia Papa post mortẽ hominis nõ vtitur clauiũ potestate, q̃a mortuus non põt etiam ex auctoritate Papę baptizari, absolui, excõmunicari, vel dispensari. Anch. *cons.*409. *Viso & diligenter, n.*2. Intelligas tñ, vt prædicta procedant quoad damnatos, sed quoad existentes in purgatorio potest Papa illos adiuuare, & liberare per indulgentias in forma Ecclesiæ concedi consuetas, & etiam per modum suffragii applicãdo, & dispẽ-
* sando pro eis merita Christi, & Sanctorum, vt tenent omnes*
13 Theologi. † Amplia; q̃a in iis, in quibus de iure diuino inducitur peccatum, prout in furto, & similibus, Papa non põt dispensare sine pœnitentia, & restitutione. Alex. *cons*1. *n.*2. *lib.*2. Æg. Bella. *d. cons.*16. *n.*11. vbi distinguit, q̃n peccatum esset de iure diuino; sec9
14 si de iure positiuo. † Extende; quia Papa non dispensat contra ius diuinũ, etiam certo casu, q̃n venit cõmittendum peccatũ mortale; secus si non venit cõmittendũ peccatũ mortale. Alex. *d. cons.*
15 1. *n.*3. *lib.*2. † Et ideo Papa non põt dispensare, q̃ vsuræ sint licitæ, vel exerceãtur, quia sunt prohibitæ de iure diuino, veteri, & nouo. Alex. *cons.*93. *Repetitus, n.*7. *v. nec obstat, lib.*6. allegat tex. in *c. super*
16 *eo, de vsur.* † Quod dicitur de Papa, dicitur etiam de consuetudine contra ius diuinũ, vt valeat certo casu, si ex illo non venit cõmit-
☞ tendũ peccatũ mortale, alias secus. Alex. *d. cons.*1. *n.*3. *lib.*2. Vide. *Iudex criminalis secularis habet iurisdictionem in clericos multis casibus. Cõclus.* 453. *n.* 45. vbi plenius, q̃n valet consuetudo, vel non contra
17 ius diuinũ, vel libertatem Ecclesiasticam. † Idem in statuto contra ius diuinũ certo casu, vt valeat si non committitur peccatum mortale, alias secus. Alex. *d. cons.*1. *n.*3. *v. ad idem, lib.*2. vbi dicit verum, dũmodo statutum Domini temporalis nõ fiat super re spi-
18 rituali. † Restringe; quia vbicunq; de iure diuino aliquid est prohibitum generaliter, & certo casu, illud prohibitũ censetur permissum, prout in furto, vsuris, & homicidio; tunc superior põt
19 * permittere in illo casu permisso, ita Alex. *d. cõs.*1. *n.*3. *v. secundo principaliter. lib.*2. vbi dicit* cõmunem. † Restringe; quia p modũ tolerantiæ permittitur malũ, q̃ sine scandalo ꝓhiberi non põt. A-
20 lex. *d. cons.*1. *n.*4. *v. tertio hoc videtur, lib.*2. † Restringe; quia bene dispensat sup simonia in beneficialibus; quia est inducta ex constitutione Ecclesiæ, non autem est de iure diuino directe. Alex. *cõs.*
* 93. *n.*7. *lib.*6. vbi apost. in *v. Ecclesiæ*, dicit cõmunem* licet citet plu-
21 rimos contra, q̃ non possit; quia est de iure diuino. † Restringe, q̃n peccatũ induceretur non de iure diuino, sed de iure positiuo; q̃ tũc põt dispẽsare absolute. Alex. *d. cons.*1. *n.*2. *lib.*2. Ægid. Bell. *d.*
22 *cons.*16. *n.*11. *& seq.* † Amplia; q̃ nõ dispensat sup dissolutione matrimonii contracti, & consummati. Anch. *cons.*239. *& cons.*373. *n.*
23 5. † Restringe, nisi esset contractũ in casu ꝓhibito, vel contra ca-
24 nonicas constitutiones Anch. *d. cons.*373. *n.*5. † Restringe, nisi ambo vouerent religionem. Anch. *d. cons.*372. *n.*6. *& cons.*409. *n.*4. †
25 Restringe, nisi alter conuerteretur ad fidem, qui esset infidelis.
26 Anch. *d. cons.*373. *n.*6. *& cons.*409 *n.*3. *in fi.* † Amplia; quia Papa non dispensat contra ius diuinũ, ideo non dispensat in primo gradu affinitatis, quod frater ducat in vxorem illam, quæ fuit vxor fratris defuncti, quia est contra ius diuinũ. *Exodi cap.*18. ita Æg. Bell. *cons.*28. *n.*1. & 2. vbi tollit contraria, q̃ sit præceptum iudiciale, & sublatũ; quia dicit hoc esse præceptũ iudiciale ꝑpetuũ ab Apostolis, & Spiritu sancto reuelatũ, & dicit esse casum in *cap. Deus de diuor.* & Ægid. *d. cons.*28. *n.*10. *vsque in fi.* † Rationes adducit, quia
27 sola voluntas Dei facit iustũ; & ideo dicimus iustũ esse omne, q̃
ex voluntate Dei est; vel quia sic expedit propter bonũ obediẽtiæ seruandum; vel tertia ratio est, ne turpitudo fratris reueletur, qui est eadem caro cum vxore. Ægid. *d. cons.*28. *n.*2. *v. causa autem.*
28 † Contrariũ, quod in primo gradu affinitatis possit Papa dispensare; quia licet sit prohibitũ lege diuina. *Exodi cap.*18. tñ certo casu ab eadẽ lege Diuina fit modificatio. *Deuteronom. cap.*25. & non est tanta ratio; quia Papa dispensauit cum Liuonibus, vt *c. Deus qui, de diuor. in fi.* Ægid. *d. cons.*28. *n.*4. *& seq.* vbi *n.*6. quod Papa põt in casibus particularibus ex causa dispensare; licet non reperiatur
29 exemplũ, & non est ius diuinũ talis dispensatio; quia licet ius diuinũ ꝓhibeat contrahi matrimoniũ; non tñ ꝓhiberi dispẽsari. † Declara; quia Papa põt dispensare contra ius diuinum ex
30 causa rationabili, & magna, quæ concernat publicam vtilitatẽ, & vbi sunt exempla prædecessorũ, alias debet abstinere. Ægid. *d. cons.*28. *n.*4. *in fi. v. item probatur, cum seq.* vbi, quod dispensatio non est contra ius in casu particulari. † Declara; quia licet Papa possit
31 absolute dispensare in casibus prohibitis à iure diuino; si tñ expedit, vt quia immineret scandalum; & quia in loco obedientiæ, puta ad tollendũ scandalũ; quia multa permittuntur, vt scandalum tollatur. Io. Monachi in *c.*2. *de præben. in* 6. *n.*5. *in fin.* † Declara,
32 quia si est concessa, valet, si non est concessa, est abstinendũ. Ægid. *d. cons.*28. *in fi. v. ex præmissis.* † Extende; quia Papa non dispensat in-
33 ter patrem & filiam: imo neque inter ascendentem & descendẽtem, in tantũ, quod si Adam viueret, non posset vxoẽ ducere, & hoc ꝓpter honorem, ne ascendens reuelet, & deregat turpitudinem descendentis. Ægid. *d. cons.*28. *n* 4. & est* cõmunis, vt ibi. *
34 13. *v. nec obstat.* † Extende; quia licet inter fratrem & sororem ante legem esset matrimoniũ, post legem non fit dispensatio; quia ni-
mis est horror; & quia non reperitur dispensatũ. Ægid. *d. cons.*28. *n.*4. *in fi. v. de fratre vero.* † Limita; quia bene põt Papa ex causa con-
35 tra ius diuinũ dispensare, prout quod matrimoniũ non consummatum dirimatur, q̃ votum non obstet matrimonio, etiamsi sit solemne; idem in iuramento, & aliis exceptis articulis fidei.
Anch. *cons.*373. *per tot. & cons.*239. *per tot.* vbi latissime de plenissima potestate Papæ, etiam contra ius diuinũ. Æg. *d. cons.*28. *n.*5. *v.*
36 *quarto*, vbi de magis* cõmuni. Abb. *quæst.*1. incip. *Episcopus, col.*2. *n.* * *fi. v. ad idem.* Vide, *Papa quid possit circa matrimonia. Concl.*54. *nu.*9. †
Sed quod sine causa non possit Æg. *cons.*31. *n.*20. † Extende; quia
37 dispensat cum bigamo contra Apostolũ ex causa, & q̃n bigamus est im ꝓprius magis, de facili dispensat cum eo ad ordines. Anch.
38 *cons.*124. *Circa bigamos.* Ægi. Bell. *d. cons.*28. *n.*5. *v. quarto.* vbi de* cõ-* muni. † Extende etiã in iis, quæ sunt contra generalem statũ Ec-
39 clesiæ, quia ex causa dispensat. Abb. *d. q.*1. *col.*2. *in fi.* † Extende; q̃
Papa circa matrimonia contrahenda põt inducere impedimenta, vt impediant contrahẽda, & dirimãt cõtracta. Anch. *cons.*409.
40 *n.*3. *v. sed in oppositũ, & cons.*239. *in pr. & cons.*373. *Renocatur in dubium, n.*5. † Extende; quia põt matrimonia contracta; non tñ consum-
41 mata dirimere. Anch. *d. cons.*409. *n.*3. *v. item potest, & cons.*239. *impr.*
& est* cõmunis opinio secundũ Abb. in 1. *q.* incip. *Episcopus, col.*4.
42 *n.*7. *v. quarto arguitur.* † Etiã sine causa, q̃n pendent à canonica cõ-
stitutione, puta quia sunt in gradu ꝓhibito dispensati; quia põt Papa sine causa dirimere. Anch. *d. cons.*239. *n.*3. *& seq.* † Extende;
43 quia spõsalia põt dirimere etiã sine causa licet forte quoad Deũ non sint tuti, sed cũ causa, sic Anch. *d. cons.*239. *in fi.* causa autẽ legitima, si alter distrahit consummare matrimoniũ. † Extende;
44 quia imo contra ius diuinũ Papa dispensat, quandocunq; reperitur quandoq; fuisse dispensatũ; & tunc etiam causa prælimi-
tatur, q̃n dispensatio est in casu particulari. Abb. *d. q.*1. *col.*11. *n.*7. *v.*
45 *venio ad tertium.* vbi dicit * cõmunem. † Extende; quia in casibus* prohibitis à lege positiua nedum põt impedire, & dirimere matrimonia, sed etiam nulliter contracta conualidare, & prolem
legitimam à principio facere etiam mortuis parentibus; quia cũ istis, qui sunt nati in figura matrimonii, põt plenissime etiam in
46 terris Imperii dispẽsare, legitimare, & legitimos declarare. Anch. *d. cons.*409. *n.*4 *& seq. v. sed est etiam discutiendum.* † Limita; quia ca-
47 sibus, in q̃b. Papa nõ dispensaret, magis de facili dispẽsat, fieret consuetudo, quamuis irrationabilis, super illo prohibito cõtra-
ria, ita Alex. in materia vsurarum, *cons.*1. *n.*7. *v. quinto accidit, lib.*2.
48 † Limita; quia dispensat contra Apostolum, dummodo non lædat fidem. Ægid. *cons.*16. *n.*12. *cap. Lector* 34. *q.*1. † Limita; quia dis-
49 pensat Papa, quod quis obtineat duas Ecclesias Episcopales. Abb. *cons.*101. *Videtur primo, n.*6. *v. nec obstat, lib.*2. † Extende; quia
dispensat contra Concilium ad vacatura, & vacantia. Abb. in
1. quæst. in prin. † Extende; quia licet non possit in totum tollere
decimas,

decimas, quia debentur de iure diuino; tamen potest dispensando illas tollere in parte. Abb. *d.q.1.col.3. n.4.v.secundo principaliter.* Vide, *Limitatio, & moderatio dispositionis non dicitur contrariari. concl.355.* Vide, *Lex Diuina quando, & per quos possit distingui, vel non. concl.251.*

Papa etiam priuatam personam habet, & in quibus. Concluſ.70.

1 PAPA, † sicut alii Prælati. tanquam priuata persona potest habere bona patrimonialia, & propria respectu priuatæ suæ personæ, & in eis potest contrahere, distrahere, & se obligare, 2 sicut alii priuati. Gemin. *conſ.64.in pr.v.secundo præmitto.* † Amplia; quia in istis bonis propriis succedunt Papæ proximiores ab intestato, & cessante dignitate Papali bona ipsa retinet, prout alii. 3 Gemin. *d.conſ.64.in pr.n.2.v.nec in istis.* † Declara tamen; quia licet Papa expendat etiam de suo in augmento eorum, quæ sunt Patrimonii, prout fecit Papa Ioannes, qui decorauit mitram Papalem diuersis ornatibus; tamen id acquiritur dignitati. Gemin. *d.conſ.64. Pro declaratione quæſtionum per tot.* † Amplia; quia Papa etiam in feudo succedit, & per eius obitum aperitur feudum, sicut per obitum alterius, & in istis priuatis non acquirit Ecclesiæ Romanæ. Bal. *conſ.275. Quod pro regula, n.8. & 9.v.quid igitur de Papa, vsque in fin. lib.2.* Vide, *Feudum recipere possunt Papa, & alii. Concl.119.* † Amplia in præscribendo; quia potest vti priuatus præscribere, sicut alii priuati, quando non facit de plenitudine potestatis. Abb. *cons. 694.col.2.n.1.in fin. & n.2.v. & hoc hodie videtur. lib.2.* † Amplia, vt idē sit in Ciuitate, quæ viuit libera pupillari libertate, prout in ciuitate Tudertina, dum stetit in rebellione Romanæ Ecclesiæ; quia habebat bona patrimonialia priuata, prout habent aliæ vniuersitates, & personæ priuatæ; alia vero bona regalia, & fiscalia dicuntur publica; ideo reuersa ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ retinet sua bona particularia, reliqua restituit Papæ. Abb. *d. conſ.794.in quæſtione 4, in pr. lib.2.* † Extende, vt & acquisita durante rebellione eodem modo regulentur; quia si ipsa Ciuitas acquisiuit ex redditibus suis priuatis, dicitur sibi acquisiuisse iure particulari tanquam vniuersitas, & ista quæsita sibi retinet; si vero quæsiuit ex redditibus regalibus, seu publicis, aut fiscalibus, secus est; 8 quia acquisiuit patrimonio publico, & ista spectant Romanæ ecclesiæ post obedientiam. Abb. *d.conſ.94.in pr.lib.2.* † Et q̃ Princeps habeat duplex patrimoniū, vnum priuatum, prout habent alii priuati; aliud publicum, quod habet tanquam Princeps & appellatur fiscale. Alex. *conſ.6. Ponderatis, n.5.v.Princeps enim, lib.4.* vbi apost. *in v.duplex*, hoc admittit, sed aliam distinctionem adhiber, vt quicquid habet Princeps, sit priuatum, & procurator Principis sit tanquam priuati; secus in iis, quæ remanent Reipublicæ. † Infertur, quod varii officiales deputati à Principe ad diuersa negotia, possunt in illo negotio procuratorem substituere, non in alio, & vt valeat, debet constare, quod agatur de re spectante ad illud negotium sibi commissum. Alex. *d.conſ.6.n.2.in fi.* 10 *cum seq.v.secundo non obstat, lib.4.* † Et ad hanc diuersitatem applaudit *l.1.C. de compensatio.* vbi non fit compensatio de debito vnius officialis Reipublicæ cum credito alterius officialis eiusdem Principis; quia diuersæ stationes, & diuersa negotia. † Amplia in quocumque Principe; quia habere potest proprium patrimonium separatum à publico, & fiscali, vt de Marchione Estense Io. de Imol. *conſ.35.n.23.*

Papa an teneatur ad debita prædecessoris. Concl. 71.

1 PAPA † tenetur soluere debita prædecessorum facta pro ecclesia Romana. † Contrarium, quod imo consueuerint successores in papatu non soluere debita prædecessorum, & quod quia est impossibilis exactio à Camera Apostolica; ideo possunt creditores agere contra detinentes bona Cameræ ex causa lucrativa per actionem in factum, etiam si non habeant hypothecam Castr. *conſ.96. Circa ea, in fine, lib.1.* Declara, & Vide, *Principis contractus quando obliget successorem, vel non. Concl.691.*

Papæ plures eodem tempore qui fuerint. Concluſ.72.

1 GREGORIVS † Papa XII. & Ioannes Papa XXII. eodem tempore fuerunt creati, & segesserunt pro Pontificibus, quorū facta declarauit Concilium Constantiense valere per modum concordiæ in locis obedientiæ, in quibus fuerunt recepti. Gemin. *conſ.7. In casus positione, & per tot. conſ.* vbi, quod Gregorius priuauit nonnullos Cardinales & de aliis meminit Oldrad. *conſ.65.* & melius 85. vbi hortatur Gregorius Pontif. vt veniat ad residentiam in Romana Vrbe, postquam Petrus de Fornario intrusus in Papatu mortuus est. Vide Gemin. *conſ.88. in pr.* vbi dicit, q̃ primo fuit Innocentius VII. in sua obedientia nuncupatus, qui creauit Cardinalem Petrum Cretensem, quem Gregorius XII. priuauit Cardinalatu; & quod idem Petrus priuatus fuit creatus Papa Alexandro V. in Concilio Pisano, in quo Gregor. XII. & Benedictus XII. fuerunt priuati, & quod Alexandro V. successit Ioannes Papa XXII. quod consilium est repetitum *conſ.142.* sed est sine numero, vbi ponit sententiam Concilii Pisani priuantē ambos Papatu, videlicet Petrū de Luna, qui erat Benedictus XIII. & Angelum de Corario qui erat Gregorius XII. & ambos hæreticos esse declarauit. † Benedictus Papa XII. reputatus verus Papa in sua obedientia, & Ioannes Papa fuerunt eodem tempore & vterque obedientiam habuit secundum diuersa loca, quorum facta, & contentiones Concilium Constantiense sedauit, & approbauit sub Martino V. Gem. *conſ.65. per tot.* maxime *n.15.v.quoad secundum*, & Benedictus appellabatur Petrus de Luna, & fuit damnatus tanquam hæreticus in Concilio Pisano; ideo facta ab eo non sunt legitime facta nisi in iis, quæ sortita sunt effectum suum durante obedientia. † Innoc. VII. fuit schismaticus. Gem. 3 *conſ.88 in pr.* & de isto Innocentio VII. & Benedicto XIII. consuluit Zab. *conſ.150.* vbi ponit septem remedia ad sedandū schisma inter eos. † Benedictus XIII. qui appellabatur Petrus da Luna, fuit de anno 1409. die 5. Iunii declaratus hæreticus, & priuatus in Concilio Pisano, vt per Gem. post *conſ.141.* ponit sententiā. † Gregorius XII. qui appellabatur Angelus de Corario, fuit 5 priuatus eadem sententia, vt supra proxime. † Ioannes XXII. 6 fuit schismaticus, & successit Alexandro V. Gemin. *d.conſ.88. in pr.* † Castr. *conſ.419. Præmitto, lib.1.* narrat calamitatē populi Chri- 7 stiani, ex quo per 30. annos durauit schisma, & consuluit super promissione facta inter Gregorium XII. & Benedictum XIII. q̃ promiserunt in ciuitate Marsiliæ, videlicet Gregorius, quod ipse renunciaret Papatui, dummodo Benedictus pariter renunciet, & antiqui Cardinales hinc inde creati conuenirent Saonæ pro eligendo summo Pontifice, & dicit Castr. quod tenentur Cardinales se coadunare Saonæ, etiam si Gregorius non acceda; q̃ poterit cedere vbique, etiam si Gregorius prohibeat, & Ant. de Batr. in eodem casu idem consuluit, vt *in conſ. Castr.420. Viso puncto, & conſ.421. Videtur omissis*, quod est Matthæi de Matheſilanis, & Ioannis de Ganetulo, *lib.1.* vbi, quod schisma transit ex perseuerantia in hæresim, & quod potest conuocari Concilium. † Ad 8 de tamen, quod facta per eum, qui in obedientia reputatur Papa, valent: ideo si sunt plures Papæ; quia Itali Romano consueuerunt parere, valebunt dispensationes ab eo Italis cōcessæ. Bal. *conſ.477. Quæritur vtrum, per tot. lib.1.* † Clemens fuit origo schismatis, & alienauit quædam castra Diani, & alia in territorio Albæ, & concessit directum dominium Comiti Sabaudiæ, vtile Marchioni Manfredo de Busca, quæ possidebantur per ecclesiā Albæ, super quo Anch. *conſ.310. Tres Domini, n.3. & 4.v.descendo ad iura.* † Vide Anch. *conſ.281. Reuerendiſſimo in Christo Patri*, vbi scri- 10 bit Iordano Cardinali Vrsino, super promissione facta per Gregorium, & Benedictum contendentes de Papatu; quia quilibet promittit renunciare, si alius renunciaret, & quod tenentur, & sunt in mora, non obstante per plexitate; quia conditio pendens ex arbitrio debitoris habetur pro impleta. † Zabarella *conſ.150.* 11 *Super schismate inter Innocentium VII. & Benedictum XIII.* vbi, quod ad tollendū omnino schisma; quia est contra vnionem ecclesiæ, & articulos fidei ponit septē remedia: primū conuocatio Cōcilii, & p quos possit fieri: secundo, q̃ cōpromittant in confidentē iudicē; tertio, q̃ cōpromittant de iure, & de facto: quarto, q̃ vterq; cedat & eligatur alius; quinto, quod compellantur cedere etiā manu armata: sexto, quod ambo decernant vno moriente alter sit Papa, & q̃ prohibeatur noua electio omnib. Cardinalib⁹: septimo, q̃ alter alteri cōmittat vices suas donec vixerint, vtroq; in sua obedientia perseuerante, addit & vltimum *n.29.* per sortes. † Gem. *conſ.8. & conſ.88. & 142.* vbi de Innocētio VII. cui succesſit 12 Gregorius XII. & inter Gregorium & Benedictū fuit contentio de Papatu, & vtroque priuato per sententiā, electus est Alexander V. in Cōcilio Pisano, cui Alexandro succesſit Ioannes XXII.

Papa multoties expulsus, & Antipapa creatus. Cōcl. 73

PAPA † expulsus quandoque, & Antipapa creatus. Oldr. 1 *conſ.62.col.fin. n.6.v.nam Pater Sanctiſſime*, vbi narrat restitutionem Ecclesiæ factam per Carolum, deiectis Leone, & Adriano, item Leo IX. expulsus ab Vrbe, & creatus Benedictus, Otho intrusum cepit, & misit in exilium, Ioannes XII. fuit expulsus à quodam Patritio Crescentio, quē Otho III. restituit fugato Crescentio. & extirpata tota eius progenie, & creauit Gregorium V. quem Crescentius iterum expulit creato Ioan. Placentino, & iterum Otho ambos Crescentium, & Io. in Castro Sancti Angeli obsedit, & vtrumq; cepit, & mēbris mutilauit. † Et 2

Oldr.*cons.*65. vbi, quo modo sit procedendum contra Bauarum Imperatorem,& antipapam,& alios,& *cons.*85.vbi mortuo antipapa, videlicet Petro de Tornario, & cessante Bauaro, qui habuere Cardinales,Notarios,Officiales,& magnam curiam,precatur Papam, vt Sedem ad vrbem transferat.

Papæ acquisiuerunt temporalia, & de singulis. Concluſ.74.

1 PAPA † Clemens V.titulo donationis acquisiuit aquam quorundam fontium, qui nascuntur in territorio Castri de Carumbo, à nonnullis personis, stipulante Cardinale Pelagtua, & Notario.Oldr.*cons.*30. qui consuluit dictam donationem valere, licet ipse requirat consensum eorum per quorum fundos are-
2 qua conducitur. † Papa Ioannes XXII.emit Castrum de Variaco Comitatus Venaysini, pro qua empione imposuit subsidiũ charitatiuum, pro quo consuluit Oldr.*cons.*104.*Circa propositam*
3 *quæstionem.* † Papa Gregorius IX.acquisiuit 76.Castra,& Comitatum Valentinen.de quibus inuestiuit Comitem in feudum ligium, sed inuestitura fuit nulla, Comes se recognouit feudatariũ pretio scutorum, seu florenorum 158000. & non est de Re-
☞ gno, neque in Regno Franciæ, vt plene Aegi.Bella.*cons.*33.*n.*41.
4 *& seq.& cons.*40.*n.*33.*&* 34.Vide,*Auimonen. Ciuitas,statuta,consuetudines,& priuilegia.Concl.*560.† Papa Clemens VIII. acquisiuit Terram Neptuni cum pertinentiis à Contestabili Columna;itẽ Castrum S.Ioannis cum suis annexis à Marchione Aragona; itẽ recuperauit Ciuitatem Ferrariensem cum suis annexis, vti deuolutam,& prius infeudatam,& facta fuit recuperatio per viã belli,præmisso exercitu,& magno apparatu bellico;sed tandem Serenissi. Dux Cæsar Estensis eam dimisit celebrata concordia inter Papam & Sedem Apostolicam ex vna,& ipsum Serenissimum Ducem ex alia,& confirmata est pax in Italia, hoc modo, quam Deus conseruare dignetur per infinita secula.

Papa, & Consistorium olim audiebant causas. Concluſ.75.

1 PAPA † & Consistorium olim causas audiebant, & in Consistorio coram Papa tela iudicii obseruabatur.Oldr.*cõs.*244.*n.*14.*& seq.v.nunc autem ostenditur*, vbi, quod articuli dati fuerunt coram Papa,& in Consistorio,& *cons.*111.*Ad propositum in fin.* vbi dirigitur Papæ,& Cardinalibus,& *cons.*210. vbi in causa hæresis Papa coram Cardinalibus sententiauit, sed erat congregatio,& in causa consistoriali, Oldr.*cons.*184. vbi in fin. quod Papa ita sententiauit, & *cons.*272.vbi in fin. quod non potuit allegare in
2 Consistorio; quia Papa dixit,satis est. † Amplia;quia Auditores Rotæ etiam referebant in Consistorio. Ægid. Bellam.*decis.*658. *Auditor palatii*, alias 48.*de probat.*

Papa,& supremus Princeps non possunt contra iustitiam. Concl.76.

1 PAPA † non potest velle iniustitiam; ideo rectissima sententia ab ore ipsius debet prouenire,*c.quod ex ore.in pr.de priuileg.* Ro-
2 man.*cons.*521.*Circa propositam.n.*5.† Ideo non potest tollere defensionem oppresso;quia non est tantæ potentiæ, *clem.pastoralis, de reiud.*Rom.*d.cons.*521.*n.*5. vbi, quod in casu appellabili non potest cassare appellationem.

Papa,& Ecclesia non diuinant de occultis. Concl.77.

1 PAPA † & si teneat locum Dei in terris; tamen non potest diuinare de occultis.*c.Beatus* 22.*q.*2.Oldrad.*cons.*215.*Puncta breuia.n.*3.*v.& hoc pro tanto.*† Amplia idem in ecclesia, quæ non iudicat de occultis, *c.vt nostrum,vt Ecclesia St.benefic.* Gemin.*cons.*110.*n.*
☞ 8.*v.& si dicatur.* Vide,*Ecclesia non iudicat de occultis.Concl.*15.†De-
3 clara,nisi circa occulta ecclesia habeat media,per quæ sibi fiat fides de occulto, vt per Gemin.*cons.*110.*n.*9.*v.respondetur.*† Amplia
4 etiam circa ea, quæ respiciunt fidem;quia si quis est corde hæreticus, sed signo, verbo, neque scriptis aliquid fecit, non incidit in excommunicationem,neque in alias pœnas; quia Ecclesia nõ iudicat de occultis. Clar.*in §.hæresis.n.*23.*v.quæro, an occultus*, vbi
5 dicit communem.† Amplia;quia solus Deus est scrutator cordium, & iudicat de occultis,ideo ecclesia, & Papa non iudicant de occultis;quia hoc sibi non est concessum.Rom.*cons.*458.*Pro-*
6 *posita, circa fin.* †Extende; quia de iis, quæ conscientiæ alterius commissa sunt; standum est illi,& eius declarationi gl.*in c.statutum,§.assessorem,in v.relinquatur, de rescript.in* 6.quam communiter
** teneri dicit Rom.*cons.*458.*circa med.v.secundo idem.* Vide,*Diuinare de occultis nullus potest. Concl.*519.

Papa non comprehendit facta ab eo in dispositione generali. Concl. 78.

PAPA † in dispositione generali, vel clausula generaliter cessa non censetur comprehendere ea, quæ ipsemet facit in specie, quia in effuso sermone generali non veniunt,nisi ea,quæ sunt moris,& consuetudinis. Oldr.*cons.*198.*Circa primum,n.*3.*v. illud etiam non videtur.* † Amplia;quia Papa derogando generaliter constitutionibus Apostolicis non censetur derogare aliquæ constitutioni, sed solum constitutionibus prędecessorum.Gem. *cons.*36.*n.*3.*v.non obstat.*†Declara, nisi derogatio sit facta ex certa scientia; quia tunc bene comprehendit propriam constitutionẽ etiam derogatoriam.Gemin.*cons.*44.*circa fin.*† Extende;quia facultas si est data officialibus statuendi,reformandi,&c.non censetur data facultas reuocandi statuta facta ab eo qui deputat tales officiales, nisi sit dictum.Ioan.de Imol.*cons.*107.*nu.*3.*v.in contrarium.* Vide, *Reformatores electi quid possint, & quid sit reformari.* Concl.81. Vide,*Sermo generalis non comprehendit personam loquentis. Concl.*217. Vide,*Statutum non debet extendi ad non suppositos. Concluſ.*544.

Papa an possit sine Cardinalibus ardua. Concl. 79.

NON † potest Papa ardua solus explicare, sed cum Cardinalium consensu.Zab.*cons.*137.*n.*6.& 7. vbi adducit duas rationes,quia facta à Celestino Papa sine Cardinalibus fuerunt reuocata: secundo;quia negotia Papæ, vel Regni dicuntur negotia vniuersitatis; ideo requiritur consensus maioris partis procerum;& idem tenet Abbas in sua *q.*1.*Episcopus,n.*12.*in fi.* vbi,quod Collegium Cardinalium est in possessione,vel quasi,quæ multi operatur,allegat tex.*in c.per venerabilem, qui filii sint legit.in v.aut ambus* , vbi dicit posse ratione diuina substineri, etiam cessantibus pactis conclauium.Contrarium supra,*Papa absolute potest omnia.Concl.*49.*n.*81.*& seq.*† An autem gesta per Papam ardua sine consilio Cardinalium,tanquam nulla sint reuocanda. Abb.*in c. ex gestis,de cleric.non resid.* & ad ibi dicta se remittit in sua *q.*1.*n.*5. Declara,& vide plenius,*Papa non potest multa.Concl.*50.*n.*11.*&* seq. †Vide omnino Felin.&Dec.*in rubr.de constit.* vbi,quæ Papa possit solus,&quæ non,maxime Dec.*in* 2.*lectura*,vbi*n.*11.*&* seq.quod licet Papa solus possit creare Cardinales;non potest tamen creatos solus priuare,quod etiam ponit ibi apostilla allegando Marsil. qui hoc dicit *sing.*669.*iura volunt*, in fine.

Papa de quibus possit accusari, & deponi. Concl.80.

PAPA † de hæresi potest accusari, secundum communem * Theologorum, & Canonistarum, & Concilium est inde cõpetens secundum omnes,* Iul.Clar.*in §.fi.q.*35.*n.*4.*v.sed nota,* vbi,quod si hæresis non est notoria, debet moneri per Cardinales, vt se purget, & si pœnituerit , vlterius non inquiritur; si vero non vult se emendare, rogabunt Cardinales, vt conuocet Concilium,& si est negligens,conuocabunt ipsi Concilium.†Si vero hæresis Papæ esset notoria,Cardinales rogabunt,vt se corrigat,& si negligat, conuocabunt Concilium,& negligentibus Cardinalibus Prælati se ipsos congregabunt, & si Papa non vult emendare se, priuabitur, & traderur curiæ seculari Iul.Clar.ibi supra.†Si vero velit emendare se,nihilominus priuabitur Papa tu,quando notorie fuit hæreticus,& detruderur in monasterium,Iul.Clar. vbi supr.† Bene verum est, quod si Papa velit seipsum condemnare, tunc Concilium non condemnabit, & ita procedit *c.si Papa* 40. *distinct.*quod à nemine Papa iudicatur.Iul.Clar. *d.q.*35.*n.*4.*in fin.* † Extende, etiam si hæresis sit occulta, potest; quia Papa accusari; secus est de alio crimine occulto; quia non potest accusari. Abb.*cons.super Concilio Basiliensi, in* 3.*dubio,col.*3.*n.pr.v.secunda solutio, & n.*19.& plenius *in fi.v.restat,col.*3.*v.Nam vt prius,* vbi,quod non solum Concilium,sed Imperator potest exstituit, gere à Papa,vt fidem suam ponat in scriptis, allegat *c.satagendum* 25.*q.*1.† Amplia; quia Papa potest accusari de quocumque crimine notorio, per quod Ecclesia scandalizatur, si admonitus sit, incorrigibilis.glosst. fi.in *d.c.si Papa*,40.*distinct.* quam * communem,& ab omnibus teneri firmant plurimi, quos citat Iul.Clar. *d.§.fin.q.*35.*n.*3. † Contrarium magis * communiter teneri per Theologos docet idem Iul. Clar.*d.§.fi.q.*35.*n.*3.*v.contrariam*, vbi quod quæstio est ardua,& remittenda determinationi S.Matris Ecclesiæ. † Declara; quia si Papa scandalizat vniuersam Eccle siam, non valent talia gesta in scandalum vniuersale, & ei resistitur, potest secundum * omnes, vt idem Clar.*d.q.*35.*n.*4.*in fin.* Vide, *Concilium quando sit supra Papam,vel non , & in quibus. Concl.*513.

9 Vide, *Papa absolute potest omnia. Conclus.* 49. † Limita; quia extra hæresim Papa à nemine iudicatur, sed ipse iudicat omnes, *cap. si Papa, 40. distinct.* Castrens. *consil.* 420. *numer. secundo, lib.* 1. quod est Anton. de Butr. & *colum penultim.* dicit, quod isto casu hæresis Concilium 10 iudicat, & est supra Papam. † Extende; quia in tantum est verum, quod Papa non potest se subiicere Imperatori, vt ab eo iudicetur se- * 11 cundum * communem Iul. Clar. in § *fi. q.* 35. *num.* 5. † Extende; quia neque potest se subiicere Episcopo, neque Concilio, vt ab eis iudi- cetur extra crimen hæresis, & non valet talis subiectio, communem *12 * dicit Clar. *d.q* 35. *nu.* 5. † Extende; quia extra crimen hæresis Papa à nemine iudicatur, etiam si committat delictum, in quo cateruatim 13 plures secum ducat in gehennam ignis, *c. si Papa* 40. *dist* † Declara ta- men; quia quando Papa committit crimen notorium, & est incorri- gibilis, propter quod Ecclesia recipit scandalum, potest priuari, & iudicaria Concilio; & idem, si sunt plures schismatici de papatu con- tendentes, si non renunciant, vel concordent. Castr. *d. consil.* 420. *Viso * puncto, col.* 3. *in fi lib* 1. vbi dicit * communem, & est Anton. de Butr. & plenius Abbas consilio suo super Constantiensi Concilio.

Papiæ Ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia, Concl. 81.

hæredẽ,qui habuit iustã ignorãtiam. Io.de Im.*cons*37.*Visis.& cõsideratis per tot.*† Statutũ, ꝙ nõ valeat cessio facta de re,q̃ alius ter- 28
tius tenet,habet,& possidet,& ꝙ Potestas tueatur possessorem, nõ habet locũ in eo,qui habet solam detentationẽ, sed loquitur de iusto possessore, quia nõ fuit contentus dicere,*tenet*,sed adiecit,*habet, & possidet*, quæ verba iustã possessionẽ important. Ang.
Aret.*cons.*92.*In casu supradicto.n.*44. *& seq.* ꝙsque *in fi.ver.venio ad secundum.* & quia statutũ est correctoriũ iuris, quia quilibet potest
cedere,& vendere etiam rem alienã.† Laudũ habet exequutio- 29
nẽ paratã ex forma statuti Parmæ, & nulla exceptio admittitur
cõtra laudũ. Ang.Aret.*cons.*122.*Nulli dubium.n.*9. *& seq.* † Maritus 30
nõ potest legare quoquo modo directe,vel per indirectũ vxori vltra centum libras Parmensium,alias nõ valet, super quo Alex.
*cons.*57.*Perspectis.n.*3.*& seq.ver.tertio præsupponо.lib.*2.*& per tot.* vbi, ꝙ nõ habet locũ,si testator iubet hæredẽ suum nõ posse alienare, vel locare sine licẽtia vxoris, alias hæreditas deuoluatur ad causam piam, quia bene potest legare, ꝙ requiratur licẽtia ab vxore;
quia nõ est cõtra statutũ, & ponit multa similia,& tollit cõtraria,
quæ allegabantur.† Et de eodẽ statuto Alex.*cons.*26.*Viso,& consi-* 31
*derato.n.*3.*& seq.ver.secundo præsupponо.lib.*2.vbi, ꝙ nõ habet locum in cõfessione dotis facta constante matrimonio,quia licet expectet confirmationẽ à morte,vt valeat in vim donationis, tñ non
est ꝓprie relictũ, & statutũ nõ cõprehendit,nisi ex testamẽto,vel
codicillis,& vltima voluntate. † Statutũ de compromissis inter 32

coniunctos faciendis non habet locum in articulo iuris tantum, item, neq; post conclusum in causa, quia articulus est iuris, item, non habet locum, vbi agitur de tranlactione, vel de instrumento iurato, quia secundum eadem statuta habet exequutionem paratam, item non habet locum contra minorem, quando compromissum debet fieri de iure, & de facto. Alex. plene *cons.* 62. *In causa, & lite. lib.* 7. & *cons.* 37. *num.* 29. *lib.* 2. attestatur fuisse iudicatum Parmæ secundum suum consilium, quod non sit locus
33 compromisso, vt est instrumentum iuratum. † Statutum criminale, quod fur possit suspendi furca pro quarto furto, quando tria præcedentia ascendunt ad summam librarum 25. alias extra ordinem puniatur. Alex. *in cons.* 110. *Stante statuto per tot. lib.* 4. exponit, quod non sufficiat, quod computato quarto furto omnia ascendant ad libras 25. vbi plura adducit, quia Latinitas non admittit alium sensum, & quia in dubio interpretatio, quæ pœnam minorem imponit, sequenda est. Mas. *in l. si seruus. num.* 6. *ff. de cond. causa data.* Boss. *in praxi, tit. de furt. n.* 28.

Parochialis Ecclesia quæ dicatur. Concl. 93.

1 PAROCHIALIS † Ecclesia dicitur Ecclesia, quæ habet curam animarum sine prerogatiua, vel prælatione. Fed. de Sen. *cons.* 49. vbi, quod si haberet prærogatiuam, esset personatus, si collegium esset dignitas, & idem, si haberet aliud nomen, quod
2 sonaret in dignitatem, & idem dicit *cons.* 86. *per tot.* † Et parochialis proprie dicitur quasi partitio curæ, quia cuique curato datur certa pars ciuitatis, seu pars castri, per eum curanda. Abb. *in c. de multa. n.* 24. *in fi. ver. & parochia dicitur. de præben.* Rom. *cons.* 356. *n.* 2. *ver. dicitur enim.* vbi apost. *in ver. partitio.* dat concor. Vide, *Beneficia curata quæ dicantur. Concl.* 64. Vide, *Curatum beneficium quod dicatur. Concl.* 1101. † Amplia, vt imo vere & proprie dicatur parochialis Ecclesia curata, carens collegio, & prærogatiua, vt præferatur aliis Rectoribus simplicibus parochialium, licet alio titulo nuncupentur, vt plebs, præpositura, vel prioratus. Fed. de Sen. *d. cons.* 49. *per tot.* vbi, quod vidit verba collationis Legati ita declarantia in plebe, & latius *cons.* 86. *per tot.* vbi hoc expresse dicit in Decanatibus, præposituris, & prioratibus parochialibus, q̃ sunt rurales, & nõ habent dignitatẽ, vt vere sint parochiales, & in eis
4 habeat locum *c. licet canon. de elect. in* 6. † Limita, quia parochialis habens curam animarũ solo habitu, & non actu, quia nullos habet parochianos, nõ cadit sub dispositione *c. de multa. de præbend.* neq; *d. c. licet canon. de elect. in* 6. ita Fed. de Sen. *cons* 80. *nu.* 2. *ver. non obstat, quod dicitur.* & ideo proprie non est parochialis, vbi loquitur in plebanatu, & latius *cons.* 135. vbi loquitur in præpositura, q̃ non dicitur parochialis, nec curata, cum non habeat parochianos, etiamsi sepelire consueuerit, quia in ea non habet locum *c. de multa. de præbend.* & hanc partem approbat Abb. *d. c. de multa. in*
5 *fi. de præben.* † Limita, quod licet Ecclesia parochialis dicatur, etiamsi habeat dignitatẽ, vel collegium, tñ ꝓprie, & vere appellatione parochialis non venit talis parochia habens dignitatem, *c. statutum. de elect. in* 6. quem text. ad omnẽ dignitatem extendit Feder. *cons* 86. licet exẽplificet tex. solum de collegiatis, & Card.
6 *cons.* 30. *n.* 1. *in fi.* vbi, ꝙ vocatur dignitas, nõ autẽ parochialis. † Extende, quia si parochialis erigitur in cathedralem, licet non desinat esse parochialis, tñ non retinet nomen parochiæ, sed denominatur vere cathedralis, & appellatione cathedralis includitur, non autẽ appellatione parochiæ. Gemin. *cons.* 125. *n.* 12. *ver. ad*
7 *octauum. vsque in fi.* † Limita in parochiali, q̃ olim fuerit, quia si deuenit ad statũ, ꝙ nõ habeat parochianos, sed habeat solũ curam habitu, nõ dicitur parochialis, nec curata, nec cadit sub pœnis *c. de multa. de præben.* etiamsi habeat cœmiterium, in quo sepeliatur mortui, etiamsi habeat ius baptizandi, quia per ista duo non est parochialis, quia possunt de cõsuetudine cõpetere. Fed. de Sen. *cons.* 135. *Casus talis est, quidã per tot.* Abb. *in d. c. de multa. in fi. de præb.*
8 † Limita; quia licet parochialis etiam dicatur Ecclesia titularis, vt est prioratus sine conuentu, ẽt sine collegio, & sine ꝓrogatiua, etiãsi non habeat curã animarũ, tñ impropriè, & solo habitu, & non actu dicitur parochialis Ecclesia. Fed. de Sen. *d. cons.* 49. vbi, ꝙ vidit cõferri plebẽ, tanq̃ verã parochialẽ, ex quo nõ habebat
9 dignitatẽ, neq; personatum. † Limita; quia cura animarum, quæ inhæret parochiali, de iure spectat ad rectorẽ, si tñ parochia efficitur collegiata, tũc cura imminet collegio, nõ Prælato, & capiti collegii, ita Rom. *cons.* 325. *Quoad primũ. n.* 2. & 3. vbi, ꝙ cura nõ est
10 penes singulos, sed penes collegiũ. † Limita; qa Ecclesiæ, seu capellæ fundatæ sub plebe matrice habẽte baptisma nõ sunt propriè parochiæ, sed quoad qd, ideo nõ habẽt parochiale ius, neq; limites parochiæ, qa subsunt matrici, cui debẽtur decimæ, nisi sit præscriptũ. Cuman. *cons.* 149. *In quodã Castro. per tot.* maxime *in fin.*

Parochialis Ecclesia differt ab Ecclesia habente parochiam, & in quibus. Concl. 94.

PAROCHIALIS † Ecclesia differt ab Ecclesia habente parochiam, quia parochia est certus determinat⁹ locus, in quo certus populus alicui Ecclesiæ deputatus certis finibus limitatur, ita Ægid. Bellam. *cons.* 38. *n.* 8. Rom. *cons.* 356. *in pr.* Parochialis vero est Ecclesia habẽs ius cõsistens in cura animarũ ipsorũ parochianorũ, de quib. parochus presbyter tenetur Deo reddere rationẽ. Ægid. Bellam. *d. cons.* 38. *n.* 8. Vide Rom. *d. cons.* 356. *in pr.* vbi dicit, ꝙ † ad probandũ parochialẽ Ecclesiam fore plura ſunt necessario ꝓbanda, de quibus ẽt apost. prima, vbi dat concord. † Primo, ꝙ eadẽ locũ habeat certis limitibus constitutũ, in quo regatur populus ipsi Ecclesiæ deputatus, quia dicitur parochia, quasi partitio curæ, *c. Ecclesias.* 14. *q.* 1. vide, vnde Rector dicitur populũ regere, & consistit ius parochiæ in pluribus, q̃ plene tradit Rom. *d. cons.* 356. *in pr.* vbi apost. *in ver. partitio cura.* † Secũdo, q̃ parochiani Missam audiãt diebus festiuis in parochia; tertio, ꝙ Sacramẽta in ea ꝓcipiant; quarto, ꝙ ibidẽ sepeliantur; quinto, ꝙ præstẽt decimas, sexto, ꝙ faciant oblationes; septimo, ꝙ habeat ius baptizandi. Rom. *d. cons.* 356 *n.* 3. vbi, ꝙ hæc omnia ponit Io. Andr. *in rubr. de paroch.* † Declara tñ, quia si essent mortui omnes parochiani, non diceretur curata, ex solo ꝙ teneatur orare pro mortuis ibi sepultis, ratio est, quia in mortuis non cadit potestas clauiũ, quamuis eis ꝓsint opera charitatis, *c. à nobis. de sent. ex. co.* Roman. *d. cons.* 356. *n.* 4. † Et parochialitas est qualitas propria, & beneficialis, & nõ adhæret subiecto nõ simli. Ægid. *d. cons.* 38. *n.* 7. & 8. † Cura autẽ animarũ quandoq; spectat habitu & exercitio Rectori parochiæ, si tñ habet Vicariam perpetuam, q̃ auctoritate Episcopi habeat perpetuã dotẽ propriam, tunc cura habitu spectat ad Rectorẽ, & exercitio ad Vicariũ. Ægid. Bellam. *d. cons.* 38. *n.* 1. *cum seq. ver. alia est Vicaria.* † Extẽde, si Vicaria est perpetua, licet Vicarius sit perpetuus, vel temporalis, adhuc tñ dicitur beneficiũ, & confertur, & vacat, & exercitio dicitur habere curam animarũ, Rector vero Ecclesiæ dicitur habere solo habitu. Ægid. *d. cons.* 38. *n.* 1. *cum seq.* † Et ꝓterea nõ vocatur ꝓprie parochus, nis, q̃ solo habitu habet curã animarũ, ꝓut neq; dignitas habitu habẽs curã vocatur parochialis, neq; prioratus, quia solo habitu habẽt curã, qñ habẽt Vicariũ, vel qñ habet Ecclesia Capitulum. Ægid. *d. cons.* 38. *n.* 1. & *seq.* † Restringe, qñ Vicarius esset temporalis, & Vicaria ẽporalis; quia non est beneficiũ, nec habet tunc curã animarũ exercitio priuatiue ad Rectorẽ, sed habet illi in exercitio, vt capellanus, & in commendam, ideo tunc parochus habet curã habitu, & exercitio. Ægid. Bellam. *d. cons.* 38. *in prin. n.* † Et isti Capellani, ꝓ cura animarũ stipendiati simpliciter dicuntur, non autẽ titulati, licet habeant certam portionem Ecclesiæ, Ant. de Butr. *cons.* 3. *in prin.* vbi, ꝙ si assignatio est perpetua retinentium Ecclesiæ, nõ est ablq; causa remouibilis, tunc enim isti Capellani dicuntur intitulati, & beneficiati, quia cura habitu est in Collegio, & Capitulo, exercitio vero in Capellanis perpetuis, & dicit, ꝙ directũ titulũ habent Prior, & Capitulũ quasi titulũ vtilem habeant ista proprii Capellani, seu Vicarii, & subrogati perpetui. † Habitu ẽt dicitur parochialis, qñ nulli extant parochiani, vt quia vel mortui, vel recesserũt, sed si reuertantur, tunc incipit habitu, & actu esse parochia absq; aliqua superioris interdictoritate, quia sufficit, ꝙ semel auctoritas superioris intercesserit. Alex. *cons.* 74. *Viso puncto. in prin. lib.* 4. vbi *n.* 3. ꝙ parochialis habitu operatur incõpatibilitatem, & retinet sua priuilegia, sicut esset parochialis actu, & vacat prima per adeptionẽ secundæ, qñ parochiani sunt reuersi. † Vide tamen apostil. ad Alex. *d. cons.* 74. *in pr. lib.* 4. *ver. habitu.* vbi, ꝙ bene in impetratione, q̃ ambitiosa est, debet fieri mentio, quod parochia sit, & curata habitu, alias si vsu esset nulla, sed quod sit incõpatibilis, quãdo solum habitu habet curã, secus, & dicit omnes * ita tenere. Vide, *Vicarius perpetuus habet curã, secus, & dicit omnes. Concl. 194. & Concl. ibi prox seq.* Vide, *Prioratus conuentualis quid sit, & quotuus, vel temporalis curæ animarum quando dicatur, & ex quibus. Concl.* 706. *& Concl. ibi prox seq.*

Parochus solus habet in sua parochia iurisdictionem spiritualem. Concl. 95.

PAROCHVS † habet iurisdictionem in sua parochiali, ita q̃ alii fratres in illa parochia nõ possint ꝓcessionaliter efferre mortuum, qui elegit sepulchrũ in Ecclesia extra parochiam, & aliter faciãt, licitũ est parocho furripere, & tollere cruces, & alia processionalia monachis. Oldr. *cons.* 82. vbi multa licere in suo ꝓ defensione iuris, & *extrauagant. super catheduram. de sepult.* permit-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tens electionem sepulturarum in monasteriis liberam, non tamen concedit, quod deferant fratres corpus processionaliter.
2 † Contrarium de directo consuluit idem Oldr. *cons.225. Grauamina. ver. circa secundum. n.13.* vbi, quod concessio sepulturæ concessionem inducit, quod corpus possit processionaliter deferri,
3 quia ita est de consuetudine. † Declarat hanc contrarietatem Cardin. Zabar. *in clem. Dudum. de sepult. §. huiusmodi. circa fin.* quod secundum cõsilium sequitur ibi Anch. sed tamen dicit primum seruari de consuetudine, quia non leuatur funus, nisi iubente parochiano, qui etiam dicit primũ versum, *Subuenite, &c.* & quod
4 hoc est tutius. † Amplia, vt parochiali Ecclesiæ acquiratur, & subiiciatur Ecclesia de nouo ædificata cum Christi fidelibus ad eam confluentibus, quando est intra terminos iuris parochialis.
5 Cald. *cons. 421. in fi. ver. ad secundum.* alias *5. de relig. domib.* † Declara tamen; quia iure cautum non reperitur, in quo teneatur Capel. vel oratorium ædificatum intra parochiam, versus parochiam. Cald. *cons. 422. n. 1. in fi. ver. item sicut non reperitur.* quod est Petri de
6 Anch. alias *6. de relig. dom.* † Amplia; quia parochia habet iurisdictionem, vt intra suam parochiam non possit decantari Missa solemnis, nec fieri oblationes, quando istud tenderet in præiudicium parochiæ, nisi de licentia Papæ hoc fieret. Cald. *d. consil.*
7 422. alias *9. de relig. dom per tot.* maxime *n.2.* † Amplia; quia quælibet parochia habet suum territorium separatum, & diuisum, in quo non est licitum alteri parochiæ aliquid facere, quia dicitur data iurisdictio distincta. Calc. *cons. 34. n. 10. vsque in fin.* vbi multa dicit, per quæ probatur vnio duarum Ecclesiarum, quando mixtim vna exercet iurisdictionem in alia, & econtra.

Parochia vna potest habere plures Curatos. Conc. 96.

1 Ecclesia † parochialis potest habere plures Curatos in solidum, & exercentes curam eandem. Ægid. Bellam. *consil. 38.*
2 *n.12.* Vide, *Beneficiati ei plures ad eandem Ecclesiam, & eundem titulum an esse possint. Concl. 68.* Vide, *Cura animarum eiusdem Ecclesiæ an possit esse penes plures intitulatos. Concl. 1098.*

Parochiani in quibus subiiciantur Ecclesię parochiali. Concl. 97.

1 Parochiani † subsunt Ecclesiæ parochiali; quia in ea tenentur audire Missam singulis diebus Dominicis, & aliis so-
2 lemnibus. Rom. *cons. 356. n.3.* † Oblationes facere tenentur in ea intra Missarum solemnia diebus Dominicis, & solemnibus. Ro-
3 ma. *d. cons. 356. n.3.* † Sacramenta Ecclesiastica alibi sumere non possunt, nisi de licentia, & nisi certis casibus, *c. omnis vtriusque. de*
4 *penit. & remiss.* Rom. *d. cons. 356. n.3.* † Decimas personales soluere debent parochiæ, in qua habitant. Feder. de Sen. *cons. 253. in fin. in*
5 *6. addit. incip. parochiali.* Rom. *d. cons. 356. n.3.* † Sepeliri debent de iure in Ecclesia parochiali, quatenus puberes facti in alia Eccle-
6 sia non elegerint sepulturam. † Quartum funerum debet habere parochia, si parochianus elegerit sepulturã extra parochiam.
7 Feder. *d. cons. 253. per tot. & 254. à num. 5. vsque in fi.* † Ecclesia ædificata sub parochiali acquiritur, & supponitur parochiali Ecclesiæ, ideo populi sub ea sunt parochiani dictæ parochiæ, si vero non est sub parochia, acquiruntur Episcopo. Calder. *consil. 421.*
8 alias *5. de relig. domib. in fin. ver. ad secundum.* Vide, *Confessio peccatorum fieri debet semel in anno à quocunque Christiano. Concl. 689.* Vide, *Decimæ personales cui parochiæ, ex quibus solui debeant. Concl. 68.* Vide, *Missa quibus diebus, & in qua Ecclesia audienda. Concl. 278.* Vide, *Oblationes qui facere teneantur in Ecclesia, vel non. Concl. 13.* Vide, *Quarta funerum cui parochiæ ex pluribus debeatur. Conclus. 26.* Vide, *Sepeliri vbi quis debeat de iure. Concl. 189.*

Parochianis quomodo consulatur, si Sacramenta non possunt commode habere ab Ecclesia matrice. Concl. 98.

1 Parochiani † si ob impedimentum hyemis, vel alias perpetuum, vel ad tempus non possunt accedere ad Ecclesiam parochialem matricem, possunt obtinere ab Episcopo summa-
rie, vt alia Ecclesia ædificetur, cui obuentiones loci debitæ matrici applicentur pro victu rectoris, si Ecclesia matrix aliunde vi-
uere potest, *c. ad audientiam. el primo, de Eccles. ædifican.* Lap. *alleg. 67.*
2 *n.2. ver. sed quæro quomodo.* vbi *num. 6. ver. quæro.* dicit, quod Rector matricis cum eo, qui ædificabit Ecclesiam, habebit ius patrona-
tus. † Amplia, vt Episcopus possit prædictam erectionem nouæ Ecclesiæ ex causa prædicta facere, obuentiones applicare, &
3 Rectorem in ea instituere, etiam contradicente Ecclesia parochiali matrice. Lap. *d. alleg. 67. n.3. ver. quæritur ergo.* † Amplia, vt nedum obuentiones possit Episcopus applicare nouæ Ecclesiæ, quæ spectabant ad Ecclesiam matricem, sed etiam bona, &

possessiones loci parochianorum, quia spiritualia præponenda sunt temporalibus, ita Lap. ex mente Hostien. quem allegat *in 4. c. ad audientiam, el primo, de Eccl. ædif.* cuius opinionem veriorem dicit *d. alleg. 67. n.3. ver. quæro igitur.* quod intelligit imminente necessitate. † Amplia, vt etiam decimæ nedum personales, sed et-
4 iam prædiales possint ex necessitate assignari Ecclesiæ nouæ, quæ in loco parochianorum spectabant ad parochialem matricem incommodam, & hoc, quando aliter prouideri non potest. Lap. *d. alleg. 67. n.3. ver. nunquid. & n.4. & 5.* vbi tollit contraria iura, vt loquantur, quando noua Ecclesia non fieret ex necessitate, sed ex deuotione, & vbi pars curæ ei non applicatur.
† Amplia, vt parochiani possint conuenti super decimis soluen-
5 dis reconuenire Rectorem super præmissis prouisionibus Sacramentorum, sibi administrandorum. Lap. *d. alleg. 67. n.7. ver. sed quæro.* † Amplia, vt etiam possint parochiani conuenti super de-
6 cimis soluendis excipere de spolio Sacramentorum sibi denegatorum, & repellere Rectorem, donec restituat parochianos ad solita Sacramenta. Lap. *d. alleg. 67. num. 8. ver. sed pone.* vbi multa pulchra ponit. † Limita; quia si Rector matricis Ecclesiæ paro-
7 chialis vellet fundare nouam capellam, & illam dotare de bonis Ecclesiæ, & in ea ponere Rectorem manualem, & amouibilem, qui Sacramenta parochianis ministret, non potest compelli ad aliud, quia hoc de iure admitti[tur]. Lap. *d. alleg. 67. num. 6. ver. quæro nunquid in casu.*

Parochiani qui dicantur, vel non. Concl. 99.

Parochiani † videlicet parochiali Ecclesiæ suppositi, di- 1
cuntur omnes habitatores intra limites Ecclesiæ parochialis. † Amplia, vt etiam beneficiatus; vel etiam curatus Ecclesiæ 2
alienæ, si non facit residentiam in ea, sed sub aliena parochia habet domicilium, dicatur parochianus Ecclesiæ, in qua habet domicilium, licet faciat male non residendo, quia iniustum domicilium faciat subiectum parochiæ. Fed. de Sen. *cons. 254. Quæstio subsequens. circa fin. ver. hoc ideo dico.* sequitur Lap. *alleg. 63. num. 2.*
† Amplia, quia omnes etiam extranei sepulti in Ecclesia paro- 3
chiali efficiuntur parochiani perpetui, iuxta illud Psal. *Sepulchra eorum, domus eorum in æternum.* Abb. *cons. 99. Videtur primo. col. 2. in fi. ver. circa secũdum. & col. 3. lib. 2.* vbi, quod legatum factum, quod celebrentur tot Missæ non specificata Ecclesia, debent celebrari in Ecclesia, in qua est legans sepultus in dubio. † Declara ta- 4
men, si id commode fieri potest, quia non loca, sed merita sanctificant. Abb. *d. cons. 99. in fin. lib. 2.* † Limita; quia Canonicus vel 5
alius clericus cathedralis Ecclesiæ habitans in aliena parochia, vt resideat in cathedrali, non fit parochianus Ecclesiæ particularis, sed Ecclesiæ cathedralis, quia vbicumque quis remanet obligatus suæ parochiæ habitans in aliena non efficitur parochianus alienæ. Lap. *d. alleg. 63. n.4. ver. has allegationes.* refert opin. Calderin. quia cathedralis nedum est generalis, sed immediate parochia. † Contrarium tamen tenuit Lap. *d. allegat. 63. n.1. ver. in* 6
contrarium videtur. qui reprobatur à Cald. vt supra.

Parochiani in quibus admittantur contra suum parochum. Concl. 100.

Parochianvs † potest instare, quod suus parochus doceat 1
titulum Canonicæ institutionis, vt sit certus, quod possit canonice ligare, & soluere. Feder. de Sen. *cons. 103. in prin. & per tot.* vbi, cui incumbat probatio, an parochiano, an Rectori. † Am- 2
plia; quia possunt parochiani pro eorum interesse instare, quod Rector amoueatur, si est criminosus, vel dilapidator bonorum Ecclesiæ, *c. quoniam. de testam.* Feder. de Sen. *d. cons. 103. in prin.*

Participium quid sit, quid importet, & vnde formetur. Concl. 101.

Participivm † resoluitur in verbum, & tempus præsens de- 1
signat, & à verbo præsentis temporis formatur. Feder. de Sen. *cons. 145. n.8. ver. item alia ratione.* † Participium rem perfectam, & 2
adhuc extantem significat, & ideo si statutum dicat, quod bannitus possit impune interfici, intelligitur de bannito perfecte, qui etiam duret bannitus de præsenti tempore offensæ; quia participium denotat perfectionem actus, & durantiam. Bald. *cons. 402. Colligamus statutum. lib. 1. in princip.* vbi tamen modificat, dummodo ita apparenter de præsenti sit bannitus. † Quandoq; 3
participium formatur à tempore præterito, & tunc denotat rem esse perfectam, &, ideo si statutum dicat, quod mulier possit dare secundo viro omnia bona in dotem, exclusis filiis primi matrimonii, importat, quod dando in dotem filii censentur exclusi, quia participium, *exclusis*, denotat exclusionem perfectam sine ministerio hominis. Sign. Homod. *cons. 37. Factum sic proponi-*

4 *tur. n. 7. ver. primus actus.* † Et verba participii præteriti temporis non sunt apta ad tempus futurũ, ideo resoluuntur in præteritũ, & denotant rem perfectã. Alex. *cons. 28. Visis, & accurate. n. 5. lib. 1.*
5 † Non autẽ important conditionẽ. Bart. *l. 1. de cond. & demonstrat.*
6 † Contrarium, qñ participium præteriti temporis ponitur absolute. Bart. *in d. l. circa fi. ff. de cond. & demonst.* Ruin. *cons. 114. n. 4. lib. 3.*
7 † Participium vero futuri tẽporis facit semper conditionẽ. Bart. *in d. l. 1. ff. de cond. & demonstrat. n. 35. ver. quandoque participia. n. 34. & seq.* Ruin. *d. cons. 114. n. 4. lib. 3.* Alex. *cons. 2. Ex narratis. num. 15. ver. &*
8 *quod ita. lib. 4.* † Et idẽ de gerundio adiecto participio futuri temporis; quia importat cõditionẽ. Bart. *in l. si tu ex parte. in fi. ff. de acq.*
9 *hared.* † Extẽde; quia sicut relatiuum iunctum futuri tẽporis verbo, importat semper conditionem, ita etiam participium futuri temporis. Alex. *d. cons. 2. n. 15. lib. 4.* vbi, quod operatur idem, quã expressa conditio, quæ impedit natiuitatẽ obligationis, & actio-
10 nis, antequ conditio impleatur. † Declara, quia participium semper resoluitur in relatiuum illius temporis, quod sonat illud participium, ideo vel restringit, vel facit conditionẽ, prout tempus requirit. Alex. *cons. 7. nu. 16. & seq. lib. 7.* vbi, quod derogatio facta
l. gibus in cõtrarium facientibus, importat idem, ac si diceretur,
11 derogatur legibus, quæ faciunt in cõtrarium de præsenti tẽpore derogationis, & sic restringitur dispositio. † Participium futuri temporis importat secundũ aliquos necessitatẽ, prout Bald. &
* Ang. quos refert Ias. *in Rubr. de liber. & posthum. n. 23.* & hæc * communiter non tenetur, licet idẽ Ias. *Instit. de actio. §. præterea. n. 10.* dicit, q importet necessitatem, & plura adducit in textu, qui dicit,
12 Iudicẽ compellendũ, intelligi ex necessitate. † Alia opinio est, q participia futuri temporis resoluuntur per verbũ futuri temporis, & operatur cõditionem, vt si dicatur aliquid deuoluendum habere aliquam necessitatem, videlicet postq deuolutũ fuerit, videlicet si & cũ deuoluetur. Bart. *in d. l. 1. n. 35. ff. de cond. & demon.* Alex. *cons. 119. n. 3. lib. 1.* Ias. *in l. cẽturio. n. 43. ff. de vulg. & pupill. & cons. 55. n. 4. lib. 3. & cons. 115. n. 5. lib. 4.* vbi, q inducitur cõditio, q debet impleri præcise. Corn. *cons. 189. n. 7. lib. 4.* Rip. *respon. 26. nu. 23. in 2.*
Natt. *cons. 103.* ibi, *dotis restituenda*, videlicet cum restituetur. Ca-
13 cher. *decis. Pedemon. 171. n. 3. cum seq.* Alex. *cons. 2. n. 4. lib. 4.* † Et idem importat participium futuri temporis, quod importat verbum futuri temporis, cum relatiuo *quis*, vel *qui*, *quæ*, *quod*, vel *quid*. Vnde idem est dicere, *lego Stichum futurum meum*, vel, *lego Stichum, qui meus erit.* Bartol. *in d. l. 1. num. 35. ff. de cond. & demonstrat.* Corne. *cons. 189. Quanquam. n. 7. lib. 4.* vbi, q relatiuum futuri temporis formatur à suo verbo futuri temporis cũ relatiuo substantiæ, plenius Bartol. & alii *in l. centurio. ff. de vulg. & pupill.* videlicet Bart. *n. 25. in fi. ver. idem puto.* Ias. plenius *n. 43. ver. vltimo in quantum.*
Ias. *in cons. 55. Præsens quæstio. col. 5. ver. sexto pro ista parte. & cons. 65. col.*
14 *2. ver. sed præmissus. lib. 3.* Ruin. *cons. 160. n. 11. lib. 2.* † Et si est participium præsentis temporis, importat cõditionem euentualem videlicet cohærens, vel imminens exponitur, videlicet si cohæret, vel imminet, vel quatenus cohæret, ita Corn. *d. cons. 189. n. 7. lib. 4.*
15 † Vel etiam importat verbum præsentis temporis cum relatiuo substantiæ, prout verbũ *superuiuentes*, videlicet qui tunc superuient. Corn. *cons. 167. nu. 4. lib. 4.* Alex. *cons. 174. In causa, & lite. nu. 6. lib. 2.* & Paris. *cons. 21. n. 33. lib. 2.* vbi participium, *existentium*, videli-
16 cet qui existunt. † Idẽ in participio præteriti temporis, quia importat idem, q verbum præteriti temporis, cum relatiuo substãtiæ. Alex. *cons. 119. Viso processu. n. 3. lib. 1.* vbi apostil. *in ver. vt not.* quæ
17 dat concord. Ias. *in l. centurio. n. 43. ff. de vulg. & pupill.* † Idem generaliter in quolibet participio, quia resoluitur secundum suum verbum cum relatiuo substãtiæ. Ias. post alios *in d. l. centurio. n. 43.*
18 *ff. de vulg. & pupill.* ibi, *eligendos*, id est, qui eligentur. † Et importat conditionem; quia relatiuum iuncto futuro tempori importat
☞ conditionem. Ruin. *cons. 160. n. 11. lib. 2.* Vide, *Statutum circa bannitos impune interficiendos, quando, & quibus casibus. Concl. 468.*

Partium appellatio de quibus intelligatur. Concl. 102.

1 PARTIVM † appellatio intelligitur de principalibus, non autem comprehenduntur procuratores secundũ proprium
2 intellectum, Cal. *cons. 557.* alias *12. de verb. signif.* † Limita; quia appellatione partium licet non comprehendantur procuratores, tamen bene ex interpretatiuo intellectu, non autem ex proprio comprehenduntur in sibi commissis. Cald. *d. cons. 557.* alias *12. de verb. signif.*

Partis appellatione quid veniat circa quantitates. Concl. 103.

1 REI † appellatione venit totum in dubio, Bart. & alii *in l. de pupill. §. qui nuntiat. ff. de nou. oper. nuntiat.* Alex. *cons. 195. in princ.*
2 Ruin. *cons. 134. n. 12. lib. 3.* † Pars in dubio denotat medietatem, *c. 1. de decim. lib. 6.* & hoc, quando profertur simpliciter, & sine adiuncto. Bald. *cons. 326. Acturus petitione. nu. 2. ver. sequitur. lib. 2.* vbi, quod in iudicio nomen partis videtur obscurum, & ideo melius est exprimere. Bart. & alii, vbi Ias. *in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de nou. oper. nuntiat.* † Amplia etiam in restibus deponentibus simpliciter de parte, quia intelliguntur de parte dimidia. Bald. *cons. 54. Casus breuis. in fin. ver. vnde Bartol. consuluit. lib. 1.* † Amplia; quia agens nomine suo, & Titii, videtur pro vtili, quotquot sunt actores in dubio, *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. l. 1. C. si plures vna sen.* Socin. *cons. 16. n. 18. lib. 4.* † Limita; quia appellatione partis residui venit totum, quando pars non applicatur magis vni parti, quam alteri. Cast. *cons. 466. Viso compromisso. n. 4. ver. præterea non dicunt. lib. 1. col. 3. post med.* † Extende; quia partis appellatione venit totum, quando qualitas adiecta parti conuenit etiam toti, & quando non possumus dicere, quod magis de vna parte, quã de alia intellexerit ad tollendam incertitudinem. Cast. *cons. 431. Si quaritur. in fi. ver. nec obstat. lib. 1.* † Limita, si dicatur aliqua pars; quia comprehendit quamlibet modicam partem, ideo statutũ, vel lex disponens super aliquo exercitio, vel aliqua eius parte comprehendit quamlibet partem etiam minimam. Gemin. *cons. 6. n. 6. ver. similiter dicitur.* † Limita; quia partis appellatio, quando sumus in diuisione & distributione facienda pauperibus, intelligitur de minutis partibus, quia verbũ, *partiri*, importat decimam partem totius. Gemi. *cons. 20. n. 4. & 5. ver. sed puto alia de causa.* vbi, quod tali casu partitio per dimidiam tanquam indiscreta non valet. † Limita in iudiciis; quia appellatione partis non dimidia intelligitur, sed est verbum obscurum. Bald. *d. cons. 326. n. 2. ver. sequitur. lib. 2.* allegat glos. *in l. Pomponius. §. sed crimini. ff. de procurat.* † Limita in iis, quæ visibilia sunt; quia partis appellatione non venit medietas, sed pars ostensa; secus in iis, quæ consistunt in intellectu, ita Ias. *in l. de pupillo. §. qui nuntiat. nu. 2. ff. de nou. oper. nunc.* Vide, *Rei plures quando simul principales, vel fideiussores, aut vnus tantum. Concl. 108.*

Partus habetur in vtero pro nato, & quando secus. Concl. 104.

PARTVS † in vtero regulariter non habetur pro nato, nisi in iis, quæ concernunt fauorem partus, & ideo statutũ puniens pœna mortis facientem homicidium, non habet locum in eo, qui percussit mulierem prægnantem, ex qua percussione fecit abortum. Sign. Homod. *consil. 1. Statuto ciuitatis Cremona. pertur. maxime n. 4. ver. non probatur. vsque in fin.* † Amplia; quia statutum deferens certum lucrum cuicumq; capienti lupum, non habet locum in eo, qui cepit lupam prægnantem, quoad partus nondum natos. Guil. de Cun. *in l. qui in vtero. ff. de statu homin.* quem sequitur Signor. *d. cons. 1. n. 13. ver. sexto probat.*

Partus in vtero quando cognoscatur. Concl. 105.

PARTVS † in vtero mulieris septimo mense prægnantis tenenti opinione sciri potest, an sit masculus vel fœmina, ideo hæres institutus, si fœmina nascatur, potest vehementi opinione esse certus, quando fœmina sit nascitura, ideo hæreditas delata dicitur. Anchar. *cons. 354. Quidam Antonius. n. 4. & seq.* quod an sit verum, ignoro, licet repetat idem *cons. 392.* & idem etiam per omnia tenet Ant. de But. *cons. 78. n. 3. & per tot.* quod est D. Ioseph. de Bononia.

Partus quot mensibus nasci possit. Concl. 106.

MVLIER † potest parere in septimo mense, *l. septimo mense. ff. de stat. homin.* † Item in octauo mense, sed tamen talis partus octauo mense natus viuere non potest. Bald. *cons. 118. ad intelligentiam. circa fin. ver. & licet natus. lib. 1. & cons. 113. Proponitur, quod. in fi. lib. 5.* Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 89. n. 38. lib. 2.* † Extende; quia natus octauo mense cum non possit viuere, habetur pro non nato, ita Affl. *decis. 236.* Paris. *cons. 56. lib. 2.* Clar. *in §. testamentum. q. 45.* vbi dicit magis * communem *num. 3.* allegat Socin. *Iun. cons. 35. n. 12. lib. 2.* vbi, quod nec rumpit testamentum, & habetur pro non nato, secundum magis * communem. Crauet. *cons. 210. n. 5.* & non excludit substitutum, neque facit deficere conditionem fideicommissi, * communem dicit Socin. *cons. 275. n. 2. lib. 2.* † Contrarium, quod imo pro nato habeatur quoad succedere & actiuam & passiuam, si vixit per aliquod spatium, Bald. *d. cons. 128. nu. 2. ver. & ideo in quæst. lib. 1. & cons. 113. in fi. lib. 5.* Ang. *in l. quod dicitur ff. de liber. & posthum.* Corn. *in l. penul. C. de posthum. hered. instit.* Felin. *in c. sicut ex tuarum. in fin. de homicid.* Bertrand. *cons. 107. n. 5. lib...* Deci. *cons. 623. num. 3.* Alban. *in addit. ad Bart. in l. Centurio. n. 4. ff. de vulg. & pupill.* Bauer. *in §. 1. Instit. de exhered. liber.* Boer. *decis. 220. n. 2. & in fin.* vbi dicit male iudicatum per consilium Neapolis. Sfoiz. Odd. *in compend. subst. it. q. 2. art. 2. concl. 9.* vbi dicit vernacularem. Bursat. *cons. 63. num. 19. lib. 1.* vbi, quod sufficit, quod nascatur

tur viuus,etiamsi illico decedat,per *l.penul.C.de posthum.hæred.inst.* Cæpol.*cons.ciuil.*50.Paris.*cons.*146.*Circa articulum.in fi.lib.*4.† Declarat Socin.Iun.*cons.*35.*n.*38.*& seq.lib.*2. vbi,quod raro viuit natus octauo mense, quia deficit virtus, qua pasci possit, tamen 6 quando per se nascitur robustus,potest viuere. † Declara; quia asserenti natum octauo mense incumbit onus probandi.Bald.*in d.l.septimo mense.ff.de stat.hom.* Dec.*d.cons.*623.*in fi.* Mari.Solomon. *in l.Gallus.in prin.* & ibi Sforz.Garzi.*nu.*12.*ff.de liber.& posthum.* Aliat.*cons.*23.*nu.*5.*tom.*3.*lib.*9. Menoch.*cons.*284.*num.*3.*cum seq.lib.*3. 7 † Probatio tamen fit per coniecturas. Bart.*d.l.Gallus.in prin.ff.de* 8 *liber.& posthum.*Paris.*d.cons.*56.*n.*17.*lib.*2. † Restringe,dummodo coniecturæ à lege, vel à receptis auctoribus approbatæ sint.Me- 9 noch.*d.cons.*284.*n.*47. † Imo etiam plures imperfectæ probationes non iunguntur. Menoch.*d.cons.*284.*n.*47.allegat Dec.*in cap. veniens.il 1.de testib.* Caccialup.*in l.admonendi.num.*207.*ff.de iureiur.*

10 † Coniectura, quod sit natus octauo mense,est assertio matris. Affl.*decis.*236.*n.*4.Curt.Iun.*cons.*14.*n.*4.*lib.*1. sequitur Vrsil.*in ad-* 11 *dit.ad Affl.d.decis.* † Contrarium, quod non stetur assertioni matris,Ioseph.Ludouic.*conclus.*37.*ver.declaratur.* vbi dicit * commu- 12 nem. Mascard.*concl.*1146.*n.*22. † Adde tamen, quod sufficit talem partum momento vixisse, vt substitutio facta pupillariter posthumo, qui nascitur octauo mense, habeat locum ad fauorem piæ causæ.Bald.*d.cons.*128.*circa fi.ver.& licet natus.lib.*1.*&* 13 *cons.*115.*lib.*5.*per tot.*Ang.*cons.*51.*Simon Notarius.n.*3.*ver.natiuitas secundi.* vbi quod sufficit eum vixisse momento temporis minimo, late Dec.*cons.*623.*in fi.* & ita tenet hanc partem Boer.*decis.*220.*per tot.* 15 vbi dicit male iudicasse Senatũ Neapolis. † Contrarium, quod imo natus sexto vel octauo mensibus habeatur pro non nato, quia viuere non potest, Affl.*decis.*236. vbi, quod ita fuit iudica- 14 tum. † Declara; quia debet allegans natum in sexto vel octauo mense hoc probare. Dec.*d.cons.*623.*num.*2.*ver.& conclusio supra de* 15 *plano.* † Declara, vt non procedat, quando tenderet ad monstrũ, vel esset sectus de vtero, & substitutio esset partui nascituro; quia talis substitutio non haberet locũ. Ang.*d.cons.*51.*n.*3.*ver.natiuitas secundi.* Vide plene Franc.Marc.*decis.Delphin.*168.*quæritur ff. de modo probandi.per tot.lib.*2. Vide,*Partus extractus ex vtero non differt* 16 *à partu de se nato,& quando secus. Conclus.*107.*seq.* † Imo natus ante tempus abortiuo comparatur.Franc.Marc.*d.decis.Delphin.*168.*n.* 6.*lib.*2.*& decis.*951.*in fi.lib.*1.vbi enumerat menses,in quibus viuit 17 partus,& in quibus non. † Amplia; quia natus præsumitur potius in nono mense,quam in septimo, quando vxor aliquando abfuit à viro. Mascard.*Conclus.*805.*Filius natus ex vxore.* imo semper,quod dubitatur, quo mense sit natus, præsumitur in nono mense.Socin.Iun.*cons.*35.*n.*25.*lib.*2. Obstetricibus statur. Paris. *d.cons.*56.*n.*11.*& 22.lib.*2. Clar.*d.§.testamentum.q.*45.*in fin.* vbi dicit * communem,& * communem testatur idem Clar.*d.§.testamen-* 18 *tum.q.*45.*in fi.* † Sed tamen solis obstetricibus non statur, nisi alia concurrant. Bursat.*cons.*63.*n.*20. etiamsi deponant per verbum, *credo*,vel,*iudicio suo*,dummodo allegent causam; quia mulier passa sit multa sæua accidentia, vt per Mascard.*d.concl.*805.*n.*3.*&* 4. 19 vbi, quod non statur dicto matris. † Declara; quia non statur obstetricibus, nisi sit seruata forma, sub qua debent eligi periti. Menoch.*de arbitr.iud.cas.*114.*n.*27.*& seq.lib.*2.*& cons.*284.*num.*26. 20 *cum seq.* † Mors matris in puerperio vel partu probat natum in 21 sexto,vel octauo mense. Paris.*cons.*56.*n.*18.*lib.*2. † Contrarium, quod non sufficiat sola mors matris. Menoch. *d.cons.*248. *nu.*21. 22 † Amplia; quia etiam vndecimo mense potest nasci partus, & habet vitam, & dicitur legitimus, dummodo vel in decimo, vel per duos dies intrante vndecimo mense sit natus. Bart.& alii *in* 23 *l.sept.mense.ff.de stat.hom.* Socin.Iun.*cons.*35.*n.*6.*lib.*2. Vide,*Momentanea,& non durabilia non habentur in consideratione. Conclus.*309. 24 † Qualiter probetur natus in mense vitali decimo, vide infr.*n.*4.

Partus extractus ex vtero non differt à partu de se nato,& quando secus. Concl.107.

1 Partvs † extractus ex ventre matris etiam mortuæ nihil differt à partu de se nato; quia in eo tanquam nato purificatur conditio,ac si naturaliter esset natus. Bald.*cons.*128. *Ad intelligen-* 2 *tiam.in fi.ver.item scias.lib.*1.Vide Socin.*cons.*197.*lib.*2. † Contrarium tenet Ang.*cons.*51.*Simon Notarius.n.*3.*ver.natiuitas secundi. vsque in fin.* vbi, quod partus sectus non differt à nato de se in iis, quæ respiciunt fauorem partus; quia si est præteritus, rumpit testamentum, & alia facit, quæ natus; si vero partui edendo, vel nascituro est facta substitutio,secus est; quia non proprie est editus, neq; natus, sed extractus, & in con- onibus implemen- 3 tum debet esse verum, & proprium, n- tum. † Amplia, vt procedat, etiamsi esset natus in octauo mense, quo viuere non

potest; quia si est facta substitutio ventri, quandocunque decedenti intra ætatem testandi, habebit locum etiam in partu extracto viuo in octauo mense, quia sufficit,quod momento vixerit.Bald.*d.cons.*128.*circa fi.ver.& licet natus.lib.*1. qui loquitur,quando saltem emisit vocem, licet mortuus postea fuerit, & *cons.*113. *lib.*5.*in fi.* sequitur Dec.*cons.*623.*in fin.* vide omnino Soc.Iun.*consil.* 35.*vol.*2.*per tot.* vbi latissime. † Declara; quia partus extractus vel 4 natus in tanta debilitate, quod non potest emittere vocem, licet moueat membra aliqua, puta em- o spiritum, dicitur nasci mortuus, ita quod hæreditas n- defertur patri ex tali partu. Bald.*cons.*69.*Factum tale est.lib.*5. † Amplia; quia partus extractus 5 de ventre matris mortuæ succedit in feudo, & emphyteusi, sicut natus.Franc.Marc.*decis.Delphin.*168.*num.*3.*lib.*2. † Amplia; quia 6 rumpit testamentum, sicut posthumus. Franc.Marc.*d.decis.*168. *quæritur de modo.in prin.lib.*2. † Limita, quando esset sectus ante 7 tempus; quia tunc æq- iparatur abortiuo. Franc. Marc. *d.decis.* 168.*n.*4 *lib.*2. Soc.*d.cons.*35.*lib.*2. † Limita, quando totus esset se- 8 ctus, & euelleretur, alias secus, puta si ad monstrum tenderet, vel pars reperiretur. Franc.Marc.*d.decis.*168.*nu.*4.*& seq.& per tot. lib.*2. † Limita, quoad baptisma; quia non potest baptizari partus in ventre. Franc.Marc.*decis.*950.*lib.*1. sed bene potest bap- 9 tizari,si pars emitteretur,idem *d decis.*168.*lib.*2.latius *decis.*951.*lib.*1. *per tot.* † Et non debet venter matris aperiri,etiamsi partus mo- 10 reretur.Franc.Marc.*d.decis.*950.*lib.*1. Vide Concl.prox.seq. Vide, *Substitutio conditionalis non sortitur effectum, si conditio non extat. Concl.*849.

Partus qualiter probetur viuus vel mortuus natus. Concl.108.

Partvs † probatur mortuus natus,si quatuor testes depo- 1 nant extractum fuisse mortuum, licet duo deponant contrarium, quod imo extractus fuit viuus; quia viderunt illum mouentem membra; quia creditur pluribus testibus. Bald.*cons.*69. *Factum tale est.lib.*5.*per tot.* † Limita; quia partus natus in tali ex- 2 tremitate, vel extractus de vtero licet moueat membra, si non potest emittere vocem, non dicitur viuus,sed mortuus; quia ille vltimus spiritus motionis membrorum quandoq; fit post mortem,prout vidimus in iustitiatis. Bald.*d.cons.*69.*in pr.lib.*5.*per tot.* † Vide signa multa, quæ ponit Franc.Marc.*decis.Delphin.*950.*&* 3 951.*lib.*1.*&* 168.*lib.*2. † Limita; quia in dubio partus natus præsu- 4 mitur viuus; quia nemo præsumitur nasci mortuus. Bald.*d.cons.* 69.*n.*3.*&* 4.*ver.super alio punto.lib.*5.

Partus suppositi pœna. Concl.109.

Pater † instituens hæredem filium,qui erat partus suppositus,si ignorauit eum suppositum,non valet institutio,sed ha- 1 betur pro non scripto, & hæreditas defertur substitutis, & illis non extantibus, venientibus ab intestato; si vero pater sciuit,secus; quia auferetur tanquam ab indigno, & succedit fiscus. Sign. *cons.*111.*In quæstione.n.*12.*& seq.* & hanc dicit veriorem Corn.*in l.si pater.n.*6.*&* 7.*C.de hæred.instit.* licet contrarium forte habeat maiorem numerum sequacium; quia non cogitarũt distinctionem illam,quod quando error testatoris prouenit à scelere ipsius,tũc auferetur ab hærede,licet non fecerit ipse delictum. Fulg.ibi,*n.*2. † Contrarium tenet ibi gl.*in d.l.si pater.C.de hæred.instit.in ver.au-* 2 *ferendam.*quam ibi sequuntur Bart.& Dd. † Declara; quia si pro- 3 ximior, qui est à testatore substitutus filio, qui apparuit suppositus partus,licet ipse fuerit particeps partus suppositi;tamen non priuatur commodo succedenti; tum quia contra seipsum procurauit; tum quia pœna deportationis non inhabilitat à successione; & quia pœna non debet extendi vltra delictum. Sign.*d. cons.*111.*n.*15.*& seq.ver.venio ad secundum.* † Pœna suppositi partus 4 est deportatio, *l.*1.*in fin.ff.ad leg.Cornel.de falsf.* Sign.*d.cons.*111.*n.*18. † Contrarium; quia imo est pœna capitis,& vltimi supplicii,est 5 text.*in l.*1.*C.de falsis.*plene Boss.*de partu suppositi,in prin.* † Declara; 6 quia pœna mortis imposita *in d.l.*11.*C.de falsis*, potest intelligi de morte naturali, & de ciuili, videlicet deportationis, secundum qualitatem personæ,& delicti,ita Menoch.*de arbitr.casu*306.*n.*3. vbi pluresallegat. † Amplia; quia morte non extinguitur hoc 7 delictum,sed potest procedi post mortem, Boss.*de partu suppos.in prin.* † Contrarium dicit ibi Boss.quod tenentes primam opinio- 8 nem errant.† Declara,vt per Corn.*in d.l.si pater.n.*6.*&* 7.*C.de hæ-* 9 *red.instit.* quod licet fiscus non auferat ab eo, qui non deliquit, propter errorem testatoris;secus quando error processit à scelere; quia tunc fiscus aufert, & ita etiam tenet ibi Fulgos.in fin.

Partus suppositus qualiter probetur. Concl.110.

Probatvr † partus suppositus ex præsumptionibus,& ex 1 testibus sociis adiutoribus criminis,plene Mascar.*concl.*1147.

2 *per tot.* vbi plura. † Et quando præsumatur, vel non, plene Me-
3 noch. *lib.5. præsumpt.24. per tot.* † Amplia; quia etiam quod socius criminis non admittatur in testem, & non probet delictum; tamen admittitur ad probandum partum suppositum, qui fuit socius criminis, quando agitur ciuiliter. Ruin. *cons.*158. *lib.*5. & in eadem causa etiam consuluit Dec. *cons.*342. *In causa partus. n.*3. &
* quitur Cravet. *cons.*178. *n.*3. & omnes * citat apostil. ad Bertazol. *cons.*172. *ver. hinc Notarius* & concord. *cons.*110. ea ratione; quia est negotium, in quo alii testes de sui natura haberi non possunt.

Pascendi seruitus quando possit induci, vel non. Concl. 111.

1 LAici † non possunt per statutum vel consuetudinem inducere seruitutem iuris pascendi in bonis Ecclesiæ; imo talia statuta, & consuetudines tanquam contra libertatem Ecclesiæ, sunt nulla, & facientes sunt excommunicati. Bald. *cons.*363. *Vene-*
2 *rabili in Christo lib.*3. † Amplia; quia neque valet præscriptio laicorum sine titulo, vt liceat eis habere seruitutem iuris pascendi bona Ecclesiastica; quia si deficit titulus, deficit fides. Bald. *cons.*
3 363. *in prin. lib.*3. † Limita; quia viatores possunt impune animalia sua in herbis priuatorum etiam pascuorum depasci facere, item vuas comedere, dummodo non asportent. Couarr. *pract. quæst. c.*
4 37. *n.*4. *ver. octauo probatur.* † Limita; quia valet præscriptio immemorabilis, quod quis habeat ius pascendi in agro alieno. Anch. *cons.*255. *In causa, & quæstione. nu.*3. *& seq.* vbi loquitur in Villis qui-
5 busdam Taruisii. † Extende; quia non cessat ius pascendi ex probatione locorum vicinorum, quod Domini sunt, qui possident prædia; quia ex diuersis non fit illatio. Anch. *d. cons.*255. *n.*4. *& seq.*
6 † Declara; quia imo potest induci præscriptio iure seruitutis pa-
* scendi in agro alieno, secundum communem, * de qua Couarr. *pract. quæst. c.*37. *col.*3. *in fin. ver. tertio constat.* & è conuerso potest is, qui habet fundum subiectum pascuis, illum colere, & plantare, & acquirere exemptionem, & sufficiunt 40. anni, vt ibi Couarr.
7 in fin. † Dicit tamen, quod pro cultura agrorum non licet aliquando mutare statum, & quod Imperatores quandoq; in Italia reduxerunt vineas nimia quantitate inductas, & prata; quia magis expedit cultura grani. Couar. *pract. quæst. c.*37. *nu.*4. *ver. sed denique. in fin. cum seq.*

Pascendi seruitus dicitur prædialis, & quando personalis, & ad quos spectent pascua, & ius pascendi. Concl. 112.

1 PAscendi † seruitus dicitur prædialis, qñ principaliter inducitur ad fauorẽ habentium prædia vicina, licet sit etiã in consequentiam personalis, sed tamen nõ extinguitur cum persona. Calcan. *cons.*34. *n.*5. *& seq. ver. & est aduertendum.* vbi, q̃ debet diuidi per quotã prædiorũ, vt habentes plura prædia plus pascui cõ-
2 sequãtur. † Extẽde; quia si quis haberet pauca p̃dia, & vellet plura animalia, q̃ alii, depascere, potest cõpelli per iudicium diuiso-
3 rium, vt non excedat, ita Cravet. *cons.*60. *n.*3. vbi late. † Potest tñ esse personalis seruitus pascẽdi, veluti si cõcessio sonet in personã, vel fiat ei, qui nulla habet p̃dia; quia necessario est personalis.
4 Calcan. *d. cons.*34. *n.*8. † Regulariter pascua publica sunt cõmunitatum, & vniuersitatũ, non autẽ dominorũ habentium iurisdi-
5 ctionẽ, vt per Cou. *pract. q. c.*37. vbi plures allegat. † Extẽde; quia ius pascendi publicũ est etiam in agro priuato, qñ recollecti sunt fructus, & nõ potest prohiberi; quia q̃ tibi nõ nocet, & alteri ꝓdest, facile est concedendũ, sic arguit idẽ Couar. vbi supra, & ibi ponit alias q̃stiones, quid si bona sunt intra duas cõmunitates, &
6 quid si quis velit reducere ad culturã, & prata, an possit? † In cõtrarium tñ per plura arguit idẽ Couar. *pract. q. c.*37. *col.*2. *cum seq. ver. sed in hoc tractatu.* vbi probat multis argumẽtis, non esse verũ, q̃ pascua in bonis priuatorũ sint vniuersitatis; quia illud procedit in bonis, q̃ non sunt vitata, sed campanea, in quibus recollectis fructibus nihil ꝓcipitur; quia tũc procedit regula, in aliis se-
7 cus. † Declara tandẽ, q̃ in bonis campaneæ, in quibus non sunt vites, & nihil colligitur, nisi segetes, collectis fructibus quilibet potest depascere herbas naturales, & sic cõmunis est vsus, & hoc modo dicitur vniuersitatis; fallit, qñ domin⁹ esset solit⁹ vendere herbas, vel vti pro vsu suo, vel qñ bona essent vitata, oliuata, & reseruata; quia tũc non procedit, q̃ pascua sint cõmunia, vel si es-
8 sent prata reseruata, & in hoc statur cõsuetudini. † Et dominus Castri nõ habet aliquod ius, nisi q̃ ipse potest, prout alii incolæ, cũ moderamine sua animalia depasci facere, ita q̃ cum moderamine vtatur, alias non impediat, & debet habere tot animalia, quot habẽt duo incolæ, non vltra. Couarr. *d. c.*37. *in prin.* vbi late.
9 † Et ius pascendi potest p̃scribi 30. vel 40. annis, sicuti etiam ius
* prohibendi. Couar. *d. c.*37. *col.*3. vbi de * communi.

Pascere in agro alieno non licet, & quando secus. Concl. 113.

NEmo † potest in agro alieno pascere animalia sua, *l. Quintus.* 1
ff. ad l. Aquil. Alex. *cons.*35. *Viso processu. n.*7. *ver. & de iure constat.*
*lib.*4. † Restringe multis modis, de quibus per Cravet. *cons.*353. 2
per tot. quando extaret consuetudo, vel quando extaret necessitas, vt quia creuisset flumen, vel quando sunt pascua publica.
† Restringe, quãdo animalia habebant solitam custodiam pue-3
rorum; quia pœnam nõ debet dominus, licet damnum reficere teneatur. Cravet. *d. cons.*353. † Amplia; quia in concessione facta 4
per Principem alicui ciuitati de pascuis vniuersaliter nõ veniunt pascua prædiorum particularium, quæ tempore concessionis erant in dominio particularium; quia cum quilibet possit prohibere alium pascentem in prædio suo, non præsumitur Princeps velle tollere ius tertii. Alex. *d. cons.*35. *Viso processu. num.*5. *& seq. ver. item quod pascua lib.*4. Vide, *Pascua dicuntur esse vniuersitatum, &* *quando non. Concl.*115. Vide, *Princeps non præsumitur tollere ius terty, &* *quando secus. Concl.*685.

Pascendi, & lignandi seruitus, seu ius qualiter probetur. Concl. 114.

POssessio † iuris pascendi, & lignandi promiscue probata 1
per conuicinos in eodem loco non ostenso aliquo titulo per aliquem operatur, quod iudex debet pronuntiare vtrumq; illorum possessorum communiter, & pro indiuiso. Bart. *in l. si duo. col.*
fi. ff. vti possidet. † Ius pascendi & boscandi est quoddam ius vten- 2
di, quod potest competere pluribus in solidum; ideo agens priuatiue ad alios pro tali iure debet hoc deducere in libello. Cast.
*cons.*113. *In causa, qua vertitur. col.*2. *circa med. ver. posset etiam oppon.*
*lib.*2. † Imo debet hoc probare, alias si probat se habere ius pa- 3
scendi, eundi per viam, boscandi, & alia, quæ sunt facultatis, & competunt pluribus in solidum, & non probat priuatiue ad alios, nõ habebit priuatiue. Cast. *cons.*115. *In causa, qua vertitur. lib.*2.
† Acquiritur præscriptione 30. vel 40. annorum sine titulo pro- 4
bata scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur. Castr.
*d. cons.*113. *n.*3. *ver. sed respondetur. lib.*2. † Itẽ, si extat sententia de- 5
uotẽ agẽtis cũ possessione longi temporis cũ scientia, & patientia; quia satis probatur cõpetere ius pascendi, & eundi per viam; ideo datur possessorium retinendæ. Castr. *d. cons.*115. *in prin. lib.*2.

Pascua dicuntur esse vniuersitatum, & quando non. Concl 115.

PAscva † dicuntur esse vniuersitatum de iure communi; 1
licet habeant particularem superiorem, quia particularis superior nõ habet plus iuris, quam habeat Rex, vel Princeps vniuersalis, *l. sed Celsus. circa prin. ff. de contrah. empt.* ita Castr. per illum
text. *cons.*377. *Licet iudex colum.*2. *ver. præterea licet ista cessarent, lib.*1.
† Amplia; quia inter plures vniuersitates de pascuis contenden- 2
tes illa præsumitur domina, & debet manuteneri. quãdo pascua sunt in illius territorio, & possessio prætendentium præsumitur vi, vel clam. vt quia aliquando pignorati soluerũt pœnam. Cast.
*cons.*110. *In causa. quæ vertitur. n.*2. *& per tot. lib.*2. † Extende multo 3
magis, quando pascua sunt connexa, prout in vnica campanea; quia si actor fatetur conuentum esse dominum pro parte pascui, erit præsumendum dominium pro toto, actore aliter non probante. Castr. *d. cons.*110. *n.*2. *lib.*2. † Contrarium consuluit idem 4
coẽm, * quod non perditur. Vide, *Banniti, & relegati quorum actuũ sint capaces, vel non. Concluss.*13.*n.*20. & 21. & *n.*47. *& seq.* † Amplia; quia pater inhonestæ vitæ non habet filios in potestate. Bart. *in l. si vnus.* §. *filius familias. ff. de iniur.* vbi, quod pater non potest remittere iniuriam filio factã, quando est inhonestæ vitæ; quia nõ habet patriam potestatem. † Amplia; quia patria potestas soluitur 5
per votum religionis emissum à filio familias Fed. de Sen. *cons.*19. *Quæstio talis est, Scholaris, n.*2. *v.hinc est.* † Amplia; quia ordo sacer li- 6
berat filium ordinatum à patria potestate simpliciter, & secundum aliquos liberat quoad aliqua. Bart. *cons.*61. *Filius familias, n.*3. *v.hoc præmisso, lib.*1. vbi apostil. *in v.ordo sacer dotalis*, dat concord. & Bart. ibi *n.*4. tenet, quod liberatur quoad hoc; quia circa aduentitia, & quæ non sunt ratione Ecclesiæ, acquirit sibi, & non patri; ideo potest rogare testamentum, in quo pater instituitur. Vide, *Clericatus multa operatur. Concl.*376. † Amplia; quia emancipatio 7
facta per patrem de filio liberat eum à patria potestate. Vide, *Emancipatio quid operetur. Concl.*115.*n.*7. *& seq.* † Extende in tantum, 8
quod licet filius renunciet emancipationi; tamen non reincidit in patriam potestatem. *l.qui liberatus. ff. de adopt.* Corn. *cons.*228. *nu.* 6. *lib.*4. vbi, quod patria potestas non potest induci, nisi natura, & adoptione. † Amplia; quia filius, vel filia per ingressum religionis, & professionem liberatur à patria potestate, & efficitur 9
liber à patre; ideo non potest pater esse administrator bonorum filij, quem non habet in potestate. Alex. *cons.*78. *In causa & lite, in prin. lib.*7. † Extende; quia imo per ingressum religionis capacis 10
quicquid habet ingrediens transfert in monasteriũ, & monasterio acquirit. Alex. *d.cons.*78. *in princ. lib.*7. † Limita; quia filia per 11
contractum matrimonij non liberatur à patria potestate. Anch. *cons.*176. *Præmittendum est. in princ.* † Limita; quia clericatus non 12
eximit filium à patria potestate. Abb. *cons.*45. *Videtur primo, lib.*2. *in fi.* vbi dcit * communem. *

Patria dulcis, & pro ea pugnandum. Concl.133.

1 PATRIA † dulcis dicitur. & dulcissima. *l. qui habebat.ff.de leg.3.* Petr.Anchar.*cons.75. Viso diligenter,in princ.* maxime *nu.* 4. vbi loquitur de patria originis, & quod patria dulcis sit, & dulcior; & amabilior aliis,& ideo legata incerta circa locum reducuntur ad certitudinem, vt locus patriæ & domicilij intelligatur. Rom.
2 *cons.*408.*In posita, n.5. &* 6. † Extende; quia charitas patriæ præualet charitati paternæ; quia licitum est occidere patrē venien-
3 tem contra patriam. Pec. Anch.*d.cons.75.n.*4. † Extende; quia debet quis potius obedire patriæ,quam parentib.*l.veluti.ff.de iu-*
4 *stit.& iur.* Anch.*d.cons.75.n.*4. † Genuisse dicitur patria hominē,
5 sicut pater. Anchar.*d.cos.75.n.*4. † Exulare à patria durissimum
6 est,& ab omni humanitate alienum. Anchar.*d.cons.75.n.*3. † Et mandatum quantumcunque generale non includit, quod quis perdat ciuitatem,patriam suam. Anch.*d.cons.*75. vbi casus; quia est quædam exhæredatio , quæ non cadit sub mandato cum li-
7 bera quantumcunq; amplo. † Amplia;quia quilibet prætendit patriam suam esse præstantiorem aliis,dulcem,& amænam propter naturalem amorem. Barbat.inter consilia Alex.*cons.fin.n.*6.
8 *lib.*4. † Pro patria licitum est interficere fratrem proditorem patriæ,nec dicitur fratricida , sed laude dignus habendus est , qui pro patria bene se gessit. Bald. *cons.* 243. *Pro Ioanne , & cons.*244.
9 *Quo feruore,lib.3.in princ.& per totum.* † Amplia;quia ciuis tenetur suam ciuitatem defendere,& pro patria possunt domus,& fortalitia etiam Ecclesiarum , ac turres incastellari. Bald. *cons.*158. *in*
10 *pr.lib.*3. † Amplia; quia oppugnans patriam incidit in crimen perduellionis , & priuatur feudis , & bonis patriæ ipse, & filij. Bald. *consil.* 159.*n.6.v.superest ergo.lib.*3.

Patriam oppugnans quam pœnam incurrat. Concluſ.134.

1 OPPVGNATOR † patriæ non incurrit pœnā læsæ maiestatis; quia est pœna de per se; quia læsa maiestas non cadit, nisi in ciuitatem Romanorum. Bald.*cons.*58.*Punctus talis est,in fi.v.in contrarium,n.*3.*lib.*1. vbi maxime procedere asserit, qñ oppugnatio non tendit cōtra patriam,sed ciues, & factiones ciuium,& idem Bald.*cons.*59.*Licet eleganter,n.*2.*cod.lib.*1. Angel. *cons.*223. *Casus talis*
2 *est,in pr.* † Declara; quia licet crimen læsæ maiestatis in primo capite non committatur cōtra rempublicam, vel aliam ciuitatem præter Romanam;& ideo memoria mortui damnari non possit, si tamen extaret statutum ciuitatis ex constitutione Cæsarea, seeus esset. Ang.*cons.*223.*in pr.n.*2. qui loquitur in ciuitate Lucana.
3 Patriæ † magis debemus, q̄ parentibus; ideo sicuti licitū est impune frangere pacem pro defensione parentum; ita etiam pro defensione patriæ. Bart.*in q.*1.*Lucana ciuitatis,in ver.econtra,n.*17.*v.*
4 *septimo probatur sic.* † Limita;quia is, qui reuelat secreta reipublicæ suæ inimico reipublicæ, dicitur proditor, & sequax inimicorum, maxime, qñ tendit ad oppressionē reipublicæ; ideo potest impune occidi etiam à liberis,& parentibus,& atrocissimā pœ-
☞ nam meretur. Ang.*cons.*257.*Inter capitula,n.*4.*v.pro hac etiam parte,* Vide, *Pœna proditoris patriæ quæ sit,& an per iudicem posit minui.Concluſ.*226. Vide, *Fidelitas quotuplex,& quid sit.Concl.*333.

Patrimonialia bona multiplicia sunt. Concl.135.

1 PATRIMONIVM † multiplex, aliquod est proprium, vel aduentitium,quod potest libere vendi,alienari, permutari, donari,& adultus de eo potest testari, & codicillari pro libito suo, de quo loquitur *Instit.de rerum diuisio.*§ *si quis à non Domino.* Bald.
2 *cons.*308. *Ad euidentiam præmittendum, lib.3.in pr. & cons.*351. *In bonis feudalibus,n.*5.*v.ad euidentiam præmittendum,lib.*1. † Secunda qualitas bonorum patrimonialiū sunt castra,& iurisdictiones donata ab Impera:ore non in feudū,sed libere,& in proprium dominiū donatarij,& ista sunt castrensia, quia pleno iure sunt translata. Bald.*d.cons.*308.*n.*3.*in fin.v.secunda rerum qualitas,lib.*3.*& cons.*351.
3 *n.*5.*v.secunda rerum qualitas,lib.*1. † Tertia species rerum est feudum,quod est multiplex,& si est antiquum, non valet dispositio feudatarij, neq; testamentum; quia regulatur secundum inuestituram,& de natura sui pertinet ad agnatos,& non transit ad fœminas, Bald.*d.consil.*308. *num.* 4.*ver. tertia materia,lib.*3.*& cons.*
4 351.*n.*6.*v.tertia qualitas,lib.*1. † Patrimonium vnicum dicitur priuati, licet habeat bona in diuersis prouinciis, & locis; quia non potest propterea dici, quod habeat plura patrimonia, & diuer-
5 sa. Roman.*consil.*81.*Quod reliqua hæreditas, in princ.* † Restringe,in principe,& fisco; quia bene habet plura patrimonia diuisa,& v-
6 num non est aliud. Roman. *d. cons.*81. † Restringe in milite ex priuilegio; quia potest decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus; ideo diuidit suum patrimonium in plura. Roman.*d. cons.*81.*in princ.*

Patronus quæ onera possit iniungere iuri patronatus à principio,& quæ non. Concl.136.

PATRONVS † potest à principio in fundatione beneficij de consensu Episcopi sibi reseruare, nedum ius patronatus, sed 1
etiam censum perpetuum, Bald. *cons.*368. *Nunc venio ad merita,in princ.lib.*1.*v.sciendum est.* † Amplia; quia potest assignare censum, 2
vel pensionem perpetuam alteri Ecclesiæ, vel sibi & familiæ suę. Gigas *tract.de pensio.quæst.*6.*in fin.* † Extende; quia potest de con- 3
sensu Episcopi sibi reseruare fructus beneficij vacantis,dum vacat, vt spectent sibi, vel familiæ suæ. Gig.*d.q.*6.*in fin.tract.de pensio.* † Limita; quia patronus in donatione, & fundatione non potest 4
sibi reseruare ius conferendi; quia hoc est de iure Canonico prohibitum.*c.fin.de iure patron.* Ægid.*cons.*10.*n.*4.*v.primoeum*, & plenius *n.*9.*& seq.v.circa primū*, vbi loquitur in Decano donante Capellam, & ibi adducit multas rationes; quia nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat; & quia ius Episcopo competens sibi patronus non potest appropriare, & *n.* 13. allegat iura, tam in laico patrono, quā in Ecclesiastico, & *n.*17. *& seq.ver dus-*
*cundo, & n.*21. † Extende, vt neque possit præscribi tale ius con- 5
ferendi; quia est ius Episcopale, quod nō potest per inferiorem præscribi per patronos dotantes, Ægid.*d.cons.*10.*n.*5.*& seq.* vbi, quod requiritur titulus à superiore, & bona fides, & spatium 40. annorum.† Extende, siue patronus sit Ecclesiasticus, siue laicus, 6
item siue beneficium sit curatum, seu simplex; quia collatio non potest pertinere ad patronum, sed sola præsentatio, & non valet præscriptio contraria. Ægid. *d.cons.*10.*n.*5.*& seq.* † Extende, 7
quia sola possessio non releuat existentem in possessione conferendi; quia ius commune resistit; secus si ius commune non resisteret, & ita procedit *c.consultationibus,de iure patr.* Ægid.*d.cons.*10. *n.*8. *& seq. v. quarto principaliter.* † Extende; quia nedum non 8
potest ius conferendi sibi reseruare, sed multo minus potest alteri collationem dare, maxime in præiudicium Episcopi. Ægid. *d.cons.*10.*n.*10.*& seq.* & maxime *n.*13.*v.verum vt prædicta*, vbi allegat multa iura, tam in patronis laicis, quam Ecclesiasticis. † Ex- 9
tende; quia patronus potest solum præsentare instituendum ab Episcopo, non autem cōferre beneficia iuris patronatus, *c.illud, & c fin. de iure patron.* Abb. *cons.*96.*col.*1.*circa fin. ver. ad c.consuluit, lib.*2. † Limita; quia patronus vltra sibi permissa de iure nullo 10
modo sibi vendicare potest. Ægid. *d.cons.*10.*n.*13. *in fin.v.quinto principaliter.*

Patrono quæ debeantur ratione iuris patronatus, & quæ non. Concl.137.

PATRONVS † nihil potest percipere emolumenti ex beneficio iuris patronatus, nisi quatenus à principio in fundatione sibi reseruauerit de consensu Episcopi. Bald. *cons.*368. *Nunc venio ad merita.in princ.v.sciendum,lib.*1. † Limita;quia patrono debentur multa,nempe honor,emolumentum,præsentatio,prælatio,defensio, & alimenta , & hæc veniunt ex natura iuris patronatus Bald. *d.cons.*368.*circa princ.v.& notissima,lib.*1.

Patronus non potest præsentare seipsum, & quando secus. Concl.138.

PATRONVS † non potest præsentare seipsum ad beneficium iuris patronatus.*c.per vestras,de iur.patr.* Abb.*cons.*96.*Ad clarā-*
☞ *decisionem,in pr.lib.*2. Vide, *Præsentatus an computetur in numero præ-*
*sentantium.Concl.*595. † Amplia;quia non potest seipsum præsentare patronus, sed neq; potest per procuratorem. Rota in nouis. coram sanctiss. Clem. VIII. nunc sum. Pontifice in vna Valentina *decis.*185 *par.*2.incip. *Domini concluserunt*, vbi limitat, qñ firmandatum nō ab ipso solo, sed à pluribus; quia tunc valet, & cessant prohibitiones; quia sicuti vnus patronus præsentat alterum, ita procurator. † Limita; quia licet pater & filius sint vna & eadem persona; tñ quia illud est perfictionem; ideo licet pater patronus non possit præsentare seipsum; tñ potest præsentare filiū. Abb. *d.cons.*96.*in princ.lib.*2. vbi dicit * coēm. † Restringe; quia si ius pa- 1
tronatus est iniuste quæsitum, neq; filius potest à patre præsentari, *c.quia clerici,de iure patronat.* quem text. ita exponit Abb. *cons.* 96.*col.*1.*circa fin.v.non obstat,c.quia,lib.*2. † Restringe, qñ filius de 2
intruderet in beneficio iuris patronatus patris sine institutione Episcopi, *c.consuluit,de iure patr.* quem ita declarat Abb.*d.cons.*96. *col.*1.*circ.fin.v.ad cap.consuluit,lib.*2. vbi, quod patronus potest præ-
sentare

sentare dumtaxat, nō autem conferre Ecclesiam. † Limita; quia patronis discordantib. si præsentat pars vnum ex compatronis, ipse presentatus, qui non potest seipsum præsentare, bene potest cōsentire presentationi de se factæ, & ille consensus operatur, q vox sua connumeratur in numero præsentantium. Bero. *cons.* 5. *n.* 31. *v. secundo respondeo, lib.* 1. allegat Barbat. *cons.* 33. *lib.* 2. & alios.

Patronus quando debeat ali ab Ecclesia. Concl. 139.

1 PATRONVS † Ecclesiæ in necessitate constitutus debet ali ab Ecclesia sui patronatus, si Ecclesiæ suppetant facultates. Lap. 2 *alleg.* 51. *n.* 1. *v. patroni interest.* † Extende, siue patronus fundauerit Ecclesiam, siue dotauerit; quia si est in necessitate, ita vt non habeat, vnde se alere possit, recipit sufragium ab Ecclesia, cuius habet patronatum, *c. quicumq;* 16. *q.* 16. *c. nobis, de iure patronat.* Roman. *cons.* 344. *In casu, n.* 4.

Patronus beneficii multa potest, & quæ nō. Conc 140.

1 PATRONI † beneficii Ecclesiastici laici non arctantur ad obseruationē *c. quia propter. de electio.* quia cōstituunt procuratorē ad presentandum, etiam si sint præsentes. Lap. *alleg.* 8. *Præsentatus. n.* 3. etiam si non impediti. Fed. de Sen. *consil.* 104. *n.* 2. vb attestat' 2 de* cōmuni. † Cōpromittere possunt patroni, & cōmittere voces adinuicē, videl. vna pars alteri. Lap. *d. alleg.* 8. *n.* 3. allegat Fed. de Sen. *cons.* 65. vbi late tractat, qualiter sit procedendū ad electionem, qñ spectat ad vniuersitatem, & idem Fed. *d. cons.* 104. *n.* 2. qui 3 dicit* coēm opin. † Amplia, vt etiam valeat electio, vel præsentatio cōmissa p patronos laicos religioso, quia licet religiosus nō possit esse cōpromissarius, neq; procurator; ñ valet presentatio, vel electio, postq; illam facit. Fed. de Sen. *d. cons* 104. *v. tertio, vsq;* 4 *in fin.* † Agit contra Rectorē suæ Ecclesiæ, vt declaretur priuatus ſdm constitutionē, qua Rectores concubinarij ipso iure priuati sint; quia prosequitur ius suum. Lap. *alleg.* 11. tractat. vbi idē dicit 5 in parochianis. † Agit pro recuperatione bonorū Ecclesiæ male alienatorū; quia dicitur habere interesse; quia debet habere alimenta in casu inopiæ, si facultates Ecclesiæ suppetunt. Lap. *alleg.* 6 6. *n.* 13. *in fi. v. vnde etiam patroni, & n.* 14. *in pr. v. patroni interest.* † Opponere potest patronus quilibet contra psentationē, & electionem factā à maiori parte patronorū, etiam eo vocato, qñ respicit inhabilitatem præsentati, vel electi. Fed. de Sen. *cons.* 102. *col* 1. *v. ad secundum* & hoc ante confirmationē, vel institutionē factam; quia postq; transiuit in iudicatum, non admittitur pro criminib. ante institutionē cōmissis, & idem tenet ipse Fed *cons.* 129. *ver. ad* 7 *vltimum*, vbi is, qui dicitur religiosus, psentatus, & institutus non debet amoueri. † Amplia; quia possunt plures patroni pacisci, q valeat psentatio alternatiuis vicibus diuisa, coēm* dicit Bologn. 8 *in addit. ad cons.* 43. *Io. de Anania*, vbi, quod approbatur de iure ſdm *coēm. † Amplia; quia patronatus beneficij habet multas præ-
rogatiuas; quia dicitur defensor Ecclesiæ, *c. filius, vel nepotib.* 16. *q.* 7. 9 Gemin. *cons.* 45. *in prin.* † Honoratur in processionib. *c. nobis, de iure patronat.* Gemin. *d. cons.* 45. *in prin.* † Extende, vt ius honorandiæ 10 in Ecclesia possit competere ex cōsuetudine, etiam nō patrono, vt est Murinæ. Gemin. *d. consil.* 45 *per. tot.* † Alimentari debet ab Ecclesia patronata, si indiget, *d. c. nobis*, Gemin. *d. cons.* 45. *in princ.* 11 lius † habet præsentādi ad Ecclesiam Rectorem idoneum, dum vacat. Gemin. *d. cons.* 45. *in prin.* † Limita; quia patroni nō habent 12 custodiam Ecclesiæ patronatæ vacantis, *c. cum vos*, vbi gl. *in v. œconomus. in fi.* vbi Abb. *n.* 4. *de offic. ord.* Roch. de Curte *tract. de iur. patro. v. honorificum, in fi.* Lambert. *eod. tract. lib.* 3. *in* 6. *art. q.* 2. *prin.*

Patronus impubes an præsentare possit, & quādo, & qui præsentare possint, vel non. Concl. 141.

1 PATRONVS † etiam impubes potest præsentare per se, vel per alium, *c. exeo, de elect. in* 6. Fed. de Sen. *con.* 65. *Infrascriptæ quæstio-*
2 *nis, n.* 2. *v. quinta vero.* † Declara tamen, dummodo sit maior sep. ēnio; quia sicut contrahuntur sponsalia inter Ecclesiā, & præsentatū, ita debet præsentans esse habilis ad cōtrahendum spōsalia. Lap. *alleg.* 8. *n.* 2. & *alleg.* 76. *n.* 4. *v. hinc est. quod inter.* cōcor. Io. Cald. 3 *cons.* 431. alias 9. *de iure patr. circa med. v. cum igitur pupilli.* † Contrarium tñ, quod impubes non possit præsentare. Feder. *cons.* 102 *in princ. v. ad primum*, sed intellige de impubere minore septennio. Vide, *Præsentatio vt valeat, quæ requirantur. Concl.* 592. † Amplia, vt 4 idem sit in muliere patrona; quia ipsa poterit per seipsam, & per alium præsentare, *c. fin. de concess. præben.* Fed. *d. c. ns.* 65. *n.* 2. *v. quinta* 5 *vero in fin.* † Amplia, vt tutor, vel tutrix patronorum impuberum possit pro eis præsentare, & valet præsentatio. Fed. de Sen. *consil.* 102. *Nobilis quidam, in princ. v. ad primum.* Cald. *cons.* 430. alias 8. *de iure patro. & cōs.* 431. alias 9. *eod. tit.* † Amplia; quia infanti potest 6 competere ius patronatus; ideo non est locus iuri accrescendi contra infantem, vt totum ius competat maiori. Cald. *d. con.* 430. alias 8. *de iure patro.* vbi, quod præsentare potest tutor pro infante. † Contra limitationem imo impuberem posse præsentare, si 7 competat ius patronatus vniuersitati, & debeant vocati impuberes maiores septennio, licet quoad alios actus vniuersitatis vocentur solū maiores 14. annis, tenet Io. Cald. *cons.* 431. alias 9. *de iure patr.* † Amplia in tñ competere præsentationem impuberi 8 maiori septēnio, vt si concurrat psentatio pupilli impuberis maioris septēnio cum præsentatione tutoris, pferatur psentatus ab impubere. Cald. *d. cons.* 431. alias 9. *de iure patr. in prin. v. in contrarium.* † Limita; quia si præsentatio, vel electio spectat ad vniuersitatē, 9 vel populum; tunc impuberes, & mulieres, qui vniuersitatem gubernare non possunt, non etiam præsentant, neque eligunt. Hostien. *c. 2. de noui oper. nunciat.* quem refert, & sequitur Feder. de Sen. *d. cons.* 65. *n.* 2. *v. quinō vero, & cons.* 102. *in princ. v. sed in collegio.* vbi quod voces siltorum inhabilium, vel excommunicatorum, aut suspensorum recidunt in aliis habilibus de vniuersitate.

Patronus excommunicatus an possit præsentare, & quando. Concl. 142.

PATRONVS † est habilis ad eligendum, & præsentandum, & 1 valet præsentatio, etiam si sit excommunicatus excommunicatione minori, vel interdictus. Fed. de Sen. *cons.* 147. *in princ. ver. inter dicti vero.*

Patroni quando sunt plures, an omnes vocari debeant, vel non. Concl. 143.

PATRONI † habentes ius patronatus iure collegij omnes sunt 1 vocandi, alias non vocati possunt agere de cōtemptu, & cassari facere præsentationem. Fed. de Sen. *cons.* 102. *Nobilis quidam, in princ. v. secundo dico*, allegat *c. quod sicut, de elect.* sequitur Abb. *cons.* 76. *v. ad secundum dubium, lib.* 2. vbi, quod parochianis dicitur competere vt singulis; quia non faciunt collegium. † Amplia; quia i- 2 mo etiam qñ ius patronatus competit pluribus vt singulis de iure, vnus debeat alium vocare, alias contemptus, & non vocatus possit annullare præsentationē, etiam factam à maiori parte, eo non vocato. Fed. de Sen. *d. cons.* 102. *n.* 1. *v. secundo dico*, vbi, quod ita fit in consuetudo, licet iure cautum non reperiatur, sed *cons.* 104. *Primo quæritur, in princ.* dicit imo esse de iure, & quod nō vocati agunt ex contemptu. † Contrarium, quod imo, qñ competit ius patronatus pluribus vt singulis, possit maior pars præsentare non vocatis aliis minorem partem facientibus, dicit Feder. 3 *d. cons.* 102. *in princ. v. secundo dico*, vbi, quod non videtur iure cautum, q vocari debeant. Calder. *cons.* 143. *in fin.* alias 4. *de causa poss. v. confirmatur*, & duplicatur *cons.* 436. alias 15. *de iure patron.* Abb. *d. cons.* 76. *v. ad secundum*, vbi dicit hanc* coēm, & quod ranq; com- * munis seruaretur in practica, *lib.* 2.* coēm etiam dicit Crauett. * *cons.* 63. *in prin.* † Imo sufficit, quod maior pars sit non respectu omnium patronorū, sed respectu aliarum partium, qñ competit 4 vt singulis; ideo præsentatio à duobus patronis dicitur facta à maiori parte ex sex patronis, qñ alij quatuor patroni præsentarent singulariter, vel omnes præsentarent indignum, quia si est lapsum tempus ad præsentandum, vtroq; casu præualet præsentatus à duobus, qui est dignus. Fed. de Sen. *cons.* 147. *in fi. v. item casus talis.* Abb. *d. cons.* 76. *v. ad secundum, lib.* 2. qui maxime hoc asserit procedere, qñ etiam de hoc est consuetudo in loco, & simpliciter loquitur Crauet. *cons* 63. *in princ.* † Declara, vt licet possit maior pars nō vocatis aliis præsentare, qñ competit pluribus vt sin- 5 gulis, tamen debēt vocari in institutione, & ante institutionem. Crauet. *d. cons.* 63. *n.* 2. *v. benefateor*, vbi dicit* cōmunem. Vide, *Con-* * *temptus, qui debuit vocari, an annullet electionem. Concl.* 967.

Patronus annullat prouisionē beneficii sui patronatus sine eo factam, & quando secus. Concl. 144.

PROVISIO † beneficii iuris patronatus laicorum facta con- 1 tempto patrono est nulla. Bald. *consil.* 17. *Factum sic proponitur, n.* 2. *v. secundum dubium, lib.* 5. † Extende; quia electio facta contempto vno ex electoribus est nulla, & potest retractari; quia 2 plus nocet contemptus vnius, quam multorum contradictio. Oldrad. *cons.* 64. *Quodam Canonico.* † Amplia; quia prouisio beneficii iuris patronatus facta per Episcopum sine consensu pa- 3 troni est nulla. Cald. *cons.* 294. alias 2. *de rerum permut.* vbi etiam dicit procedere, licet patronus fuerit monitus, vt intra certum terminum consentiret. Vide plene, *Collatio beneficij iuris patronatus facta per ordinarium sine patrono quando valeat, vel non. Concl.* 438.

Vide, *Episcopus potest multa circa beneficia iuris patronatus. Concl.* 271.
4 † Limita tribus modis, de quibus incertus auctor post Regulas Socin. *Reg.* 4. *Patrono insscio*, primo, si pro vtilitate necessaria Ecclesiæ: secundo, si patronus est Ecclesiasticus: tertio, si patronus etiam laicus habet ex consuetudine, vel præscriptione.

Patroni si discordant, quando sit locus gratificationi, vel collationi. Concl. 145.

1 PATRONI † si discordant in præsentando, & sint pares in vocibus, Episcopus potest gratificari, quam partem velit, & illi adhærere, vel etiam prodidere per se. Bald. *cons.* 372. *Dominus Ambrosius, in fin. lib.* 1. *& consil.* 374. *Verba Dyni. in fin. lib.* 1. † Extende, vt idem sit, quãdo patroni vnum præsentarunt, postea alium; quia potest Episcopus instituere, quem velit ex duobus præsentatis.
3 Bald. *consil.* 17. *n.* 6. *v. sed tamen, lib.* 5. † Limita, qñ sunt dispares, quia præsentatus à maiori parte debet institui; quia præsentatio facta à minori parte est ipso iure nulla. Bal. *d. con.* 17. *Factum sic proponitur, in princ. lib.* 5. † Et qualiter fiat computatio maioris partis, quando ius præsentandi spectat vni, vel plurib. particularibus, & vniuersitati, & quomodo fiat computatio, & si vniuersitas diuisa est, & non potest facere maiorem partem, non facit vocem, plene Ruin. *cons.* 50. *pertot. lib.* 5. vbi dat plura exempla, quæ videas. † Extende in tantum, vt si Episcopus præsentatum à minori parte instituerit, nullum ius conferret; quia talis institutio esset ipso iure nulla. Bald. *d. cons.* 17. *n.* 2. *ver. secundum dubium, lib.* 5.
Vide, *Collatio beneficij iuris patronatus facta per ordinarium sine patrono an sit nulla. Concl.* 438. *& seq.*

Patrono quando tempus ad præsentandum currere incipiat. Concl. 146.

1 TEMPVS † currit patronis ad præsentandum à die scientiæ vacationis beneficij, *c. quia diuersitatem, de cõcess. præb.* Lap. *alleg.* 79. *in Dei nomine, n.* 8. *v. ad quartam*, vbi, quod ita intelligitur *c.* 2. *eod. tit.* vt scientia sit certa, non interpretatiua, & late Gemin. *cons.* 38. *n.* 12. *v. patroni, vsq; in fin.* vbi allegat decisiones Rotæ cõtrarias, sed dicit illas procedere in eo, qui tenetur inquirere de titulo; quia currit tempus à die, quo scire debuit; & ita loquitur *decis.* 13.
2 *de iure patron. in antiq.* alias 566. † Amplia, vt licet Episcopus apposuerit edictum priuationis eorum, qui habẽtes beneficia Ecclesiastica non docuerint de titulo intra certum tempus; quia licet sit iste priuatus; quia non docuit de titulo; tamen non currit tempus patrono, donec publice sciatur priuatio; quia licet edictum sit publicum; non tñ probatio priuationis. Lap. *d. alleg.* 79.
3 vbi est casus, *n.* 8. *v. ad quartum, & n.* 9. † Amplia, q̃ tempus currit patronis nedum à die notæ vacationis, sed etiam in prima constructione Ecclesiæ de licentia ordinarij à die cõstructæ, & completæ Ecclesiæ, licet nondum sit cõsecrata. Lap. *alleg.* 96. *v. ad primum, n.* 2. Fed. *cons.* 129. *v. ad secundum*, vbi, quod currit postq̃ Ecclesia est in esse, q̃ in ea celebrari posset. † Limita, quod patronus excusatur, si præsentauit Prælato, cui non debuit fieri præsentatio, & si facta fuerit institutio per eum, potetit præsentare per obitum talis instituti, nec habet locum deuolutio; quia non dicitur
4 negligens, nisi fueri in crassa ignorantia. Lap. *d. alleg.* 96. *n.* 2. *in fi. v.*
5 *ad secundum.* † Limita; quia patronus excusatur à deuolutione, quando præsentauit nõ idoneum; qui tamẽ fuit institutus; quia licet expectans concurrat cum præsentato, & probet non idoneum; tamen non est locus deuolutioni iuris patronatus. Gemi.
6 *d. consil.* 38. *n.* 9. *v. item si poneremus.* † Limita in debentib. acceptare ex gratia, & sic in gratiosis, quia currit tempus à die, quo sciuit, vel scire per inuestigationem potuit, *clem.* 1. *de conces. præb.* §. *fi.* quẽ
7 text. ita intelligit Lap. *d. alleg.* 79. *n.* 8. *in fi. v. nec obstat.* † Limita; quia impeditus casu fortuito propter guerram, vel aliud legitimum impedimentum præsentare, vel postulare, aut eligere intra tem-
* pus debitum excusatur; quia à die finis impedimẽti currit tempus Bald. *cons.* 469. *Sanctissimæ recordationis, lib.* 4. vbi loquitur in Priore Eremi Virgianoli, vt eo mortuo postulatio spectet de Abbate nouo ad Conuentum, & Abbatẽ Capituli regii intra mensem, alias lapso termino Abbas libere prouideat. Vide, *Negligens quis dicatur, vel non, & qualiter probetur. Concl.* 31.

Patroni intra quantum tempus debeant præsentare. Conc. 147.

1 PATRONI † Ecclesiastici habent sex menses ad præsentãdum ad beneficium sui iuris patronatus. Fed. de Sen. *cons.* 65. *Infrascriptæ quæstiones. n.* 2. *v. ad id, quod septimo loco.* † Laici vero habent
2 quatuor menses, *c. quoniam, & c. cum propter, de iure patro.* Abb. *cons.* 28. *In causa Communis, circa med. lib.* 2. † Amplia in tantum, vt præsentatio facta per procuratorẽ patroni laici intra quatuor menses sit nulla, si intra quatuor menses non docuit de mãdato. Lap. *alleg.* 22. *in prin.* † Amplia, vt tempus datum patrono laico currat, nedum à die notæ vacationis, sed etiam à die cõstructæ, & completæ Ecclesiæ de licentia ordinarii, licet nondum sit consecrata. Lap. *alleg.* 96. *v. ad primum.* † Declara tamen hanc vltimam ampliationem, vt non currat tempus patroni nisi postq̃ Ecclesia sit constructa, & in tali esse, vt in ea possit celebrari, quia antequam sit Ecclesia, & in ea possit celebrari, frustra præsentatur Rector. Fed. de Sen. *cons.* 129. *n.* 2. *v. ad secundum.* † Clerici vero, & laici
6 mixtim habentes ius patronatus habent omnes sex menses, pur habent clerici. Fed. de Sen. *d. cons.* 65. *Infrascriptæ quæstiones, n.* 2. *v. ad id, quod septimo loco*, vbi, quid si ius patronatus sit ex cõsuetudine, vel priuilegio. † Declara; quia tempus ad præsentandum renouatur, si fiat præsentatio intra tempus, & præsentatus teneãtur præsentationi; quia nouum tempus ex integro habent patroni. Anch. *cons.* 344. *in fin.* † Negligens dici non potest patro-
8 nus, donec durat tempus ad præsentandum. Abb. *d. cons.* 28. *circa med. v. nec dicti homines, lib.* 2. † Extende; quia imo si intra tempus statutum præsentauit patronus non potest dici in negligentia, si longe post non est facta institutio; quia non est præfixum tempus Episcopo ad instituendum. Abb. *d. cons.* 28. *in fin. lib.* 2.

Patronus quando priuetur; quia præsentauerit indignum. Concl. 148.

PATRONVS † præsentans indignum, vel prohibitum præsentari ex dotatione, & fundatione priuatur, qñ habebat scientiam. Ang. Aret. *consil.* 99. *Videndum censeo, n.* 18. *& seq. v. & est aduertendũ*, allegat Bart. *in l.* 2. §. 1. *ff. de optio. legat.* † Ampliã idem in eligẽdignum; quia priuatur iure eligendi pro illa vice. Vide, *Electiones quibus cassetur ob defectum eligentium. Concl.* 71. *& Concl.* 73. Vide, *Eligendi facultas quando, & ex quibus amittatur. Concl.* 85. † Limita; quia licet religiosus non possit præsentari ad beneficiũ seculare; si tñ sequuta est institutio, & est institutus laudabilis vitæ, & morum, non debet amoueri, nec patronus priuatus dici potest. Feder. de Sen. *cons.* 129. *in fi. v. ad vltimum.* † Limita in tñ, quod si institutio transiuit in iudicatũ, non admittitur accusatio contra institutũ super criminib. præcedentibus institutionem, quia censetur approbata persona. Fed. de Sen. *cons.* 102. *col.* 1. *in fi. v. ad secundum, & d. cons.* 129. *n.* 3. *v. ad tertium.* † Limita; quia patroni laici præsentantes indignum non priuantur iure præsentandi aliũ. Fed. de Sen. *cons.* 147. *in fi.* alleg. 1. *not. in c. cum nos, de offic. ord.* Archi. *in c.* 1. *de præb. in* 6. Vide, *Collator si indigno conferat, an priuetur iure conferẽdi. Concl.* 427. Vide, *Ius patronatus an perdatur destructa Ecclesia. Concl.* 620. Vide, *Priuilegium perditur per abusum. Concl.* 754. Vide, *Quasi possessio eligendi, vel præsentandi ex quibus perdatur, vel conseruetur. Concl.* 37.

Patronus negligens præsentare quando perdat ius patronatus. Concl. 149.

PATRONVS † negligens præsentare, & patiens præsentari per alium, sibi præiudicat quoad ius patronatus, qñ soli negligẽti competebat ius præsentandi. Fed. de Sen. *cons.* 102. *Nobilis quidã, circa fin. v. ad vltimum, & cons.* 147. *n.* 2. *v. item contumacia.* † Limitat, pluribus patronis; quia vno negligente, ex quo permittit alios præsentationem, tunc sibi negligentia non nocet in petitorio, nec in possessorio. Fed. de Sen. *d. cons.* 102. *in fi. v. ista quæstio*, vbi allegat rationem; quia compatroni non censentur, habuisse animum spoliandi alium compatronum, & *cons.* 147. *in prin. v. item casu tali.* † Extende generaliter in omni materia, quia quando is, qui exercet iurisdictionem, vel actum ad se spectantem, non excludit compatronum, ex quo negligens nõ potest prohibere exercentem actum sibi *communem. Vide plene Rol. à Valle *cons.* 80. *lib.* 2. vbi dicit *communem. Vide, *Præscriptio quando sit priuatiua, vel cumulatiua contra ordinarium. Concluſ.* 585. † Extende; quia imo patronus vnus solus præsentans conseruat ius patronatus negligenti compatrono. Abb. *cons* 54. *Videtur primo, v. nec obstat. & dicatur, lib.* 1. Vide, *Quasi possessio præsentandi ex quibus perdatur, vel conseruetur. Concl.* 37.

Patrono negligente præsentare ad quem collatio deuoluatur. Concl. 150.

PATRONVS † si negligat præsentare intra tempus sibi præfixũ à iure, collatio beneficij pro illa vice deuoluitur, & spectat ad Episcopum. † Amplia; siue procedat ex negligentia, siue ex discordia; quia idem est, si patroni discordant, & ob discordiã non præsen-

præsentent intra tempus debitum. Feder. de Sen. *cons.65.n.1.in fi. v.ad id quod dicitur quarto, & n.2.v.sexta dubitatio.* † Amplia, vt idem sit patrono existente suspenso, vel excommunicato; quia deuoluitur collatio ad Episcopum, ad quem spectat institutio. Fed. de Sen. *cons.102.in prin.v.sed in collegio.* † Declara; quia licet ob negligentiam patroni beneficium deuoluatur; si tamen beneficiũ confertur per ordinariũ ad præsentationem patroni longe post deuolutionem probatam, si concurrat impetrans Apostolicus, & institutus ad presentationem patroni, licet impetrans probet beneficium deuolutum longe ante prouisionem instituti; tamẽ institutus præfertur; quia præsumitur profacto Episcopi, ex quo potuit beneficium fuisse collatum semel, tanquam deuolutum, & iterum vacasse. Gemin. *cons.38.n.1.in fi.v.sed vt apparet, & n.2.3. & seq.* † Amplia, vt in tantum procedat, quod negligente patrono præsentare intra tempus debitum, Episcopus libere cõferre poterit, vt nec valeat contraria dispositio fundatoris. Bald. *con.1. n.6.v.sed nunquid, lib.3.* † Limita, quãdo institutio spectat ad inferiorem collatorem; quia tunc deuolutio fit ad Episcopum respectu iuris patronorum, vt ipse præsentet inferiori collatori; qa institutio debet spectare ad inferiorem, qui non fuit negligens, & ad eum collatio non deuoluitur; quia præscripsit ius instituendi, non conferendi. Lap. *alleg.67.n.6.v.huic solutioni,* vbi, quod ita determinauit Azo Nouel. de consil. Calder. & idem dicit *alleg.79.n.10.v.pro quarationc,* vbi iste Azo erat de Rannuchis.

Patronus potest præsentare alium, si primo præsentatus renunciat suæ præsentationi. Concl. 151.

1 PATRONVS † si præsentauit aliquem ad beneficiũ, qui renunciet præsentationi in manibus patroni, poterit alium præsentare loco primi, & beneficium non dicitur vacare per resignationem, sed vt prius, antequam is, qui renunciauit, præsentaretur; tamen valebit collatio facta ab ordinario, etiam si expressit vacationem per renunciationem. Gemin. *cons.52. per tot.* quod duplicatur *cons.119.* † Declara, vt procedat, dummodo primo loco præsentatus renunciet suæ præsentationi intra terminum, ita est casus Gemin. *d.cons.52.in princ.& 119.* & credo, quod intelligatur intra terminum, videlicet ante lapsum temporis ad præsentãdum de nouo à die primæ præsentationis. † Limita, si præsentatio esset facta lite pendente; quia licet præsentatus renunciet præsentationi, non potest patronus alium præsentare. Lap. *alleg.22.n.3.v.an præsentatione facta.*

Patronus Ecclesiasticus non potest variare in præsentatione. Concl. 152.

1 PATRONI † Ecclesiastici, vel collegium Ecclesiasticum habẽs ius præsentandi; non potest variare, prout laicus patronus; quia pinguius ius habẽt Ecclesiastici, quorum præsentatio quasi cuidam electioni æquipollet; & ideo habet locum pœna contra eos præsentantes scienter indignum, de qua *in c.cum in cunctis, de* 2 *elect.* Oldr. *cons.18.in fin.* † Amplia in tantum, vt electio facta iure singulari de vno fieri non possit etiam capitulariter de alio; quia 3 conscientia repugnat. Lap. *alleg.22.n.5.v.& idem agit.* † Amplia in tantum, vt electione facta in discordia, si vnus Canonicus ratificat præsentationem, vel electionem; non possit amplius agere de contemptu. Lap. *d.alleg.22.in fin.* allegat Calder. in quadam disputatione sua.

Patroni laici nõ possunt variare, sed cumulatiue alium præsentare. Concl. 153.

1 PATRONVS † laicus licet non possit variare in præsentatione, videl. duos eodem tempore in concursu præsentare, vel post primum præsentatum alium pariter in concursu præsentare; tñ potest accumulatiue plures præsentare, vt si primus non est idoneus, admittatur secundus. Lap. *alleg.79.In Dei nomine, n.4.v. item* 2 *non voluit, & alleg.8.n.2.* per text. *in clem. 2.de iure patro.* † Declara tamen, quod patronus plures potest accumulare, dummodo vltra duos non accumulet; quia pluralis loquutio contenta est 3 duobus, & variatio odiosa, & infinitas vitanda. Io. Calder. *cons.* 438. alias 21. *de iure patron.* † Contrarium tenet Bald. *cons.164. Quidam fuit, in fin.v.modo quæritur, lib.1.* vbi, quod potest variare, & ꝙ secũdo loco præsentatus præfertur, si est institutus ab Episcopo. Vide, *Præsentati si sunt plures ab eodem patrono laico, quis præferatur.* 4 *Concl.596.* † Amplia; quia in tantum est verũ, quod non possunt patroni variare etiam prætextu diuersi iuris sibi cõpetentis; quia si primo præsentarunt parochiani iure singulari vnum, non po-

terunt præsentare aliũ iure vniuersali. Lap. *alleg.22.an sufficiat, n.5. v.& idem agit,* & ibid. *n.4.* in procuratore diuersorum, qui diuersos præsentare non potest. † Amplia, vt in tantum sit verum, pa- 5 tronos laicos non posse diuersos ꝑsentare, nisi accumulatiue, vt ꝓcurator plurium patronorũ nõ possit diuersos ex diuerso iure, & diuersis patronis ꝑsentare. Lap. *d.alleg.22.n.4.* † Amplia; quia 6 si dati sunt duo procuratores in solidũ ad ꝑsentandum, & vnus fecerit ꝑsentationẽ, & ꝑsentatus presentationi renunciauerit, nõ valebit secunda præsentatio facta ab alio ꝓcuratore; quia fuit ꝓoccupatus, & in mandato non erat hæc clausula, *quod vnus eorum inceperit, &c.* Lap. *d.alleg.22.in pr.v.secundo dubitat, n.2.* † Amplia, si 7 semel esset facta præsentatio lite pendente; quia si præsentatus renunciat ꝑsentationi, non potest vlterior presentatio fieri. Lap. *d.alleg.22.n.3.v.an presentatione facta.* Vide, *Patronus potest præsentare* ☞ *alium si primo præsentatus renunciat. Concl.151.* † Amplia; quia non 8 potest patronus ꝑsentare diuersos, & accumulatiue vnus post alium, nisi cõcurrant in accumulata ꝑsentatione omnia vota eorũ patronorũ, qui primũ præsentarunt; & sic conueniant, ita ꝙ non sufficeret maior pars. Lap. *d.alleg.79.In Dei nomine, n.4.v.itẽ posito,* Et hoc, qñ ad vniuersitatẽ, vel ad plures patronos spectaret. Limita, † & declara, ꝙ licet possint accumulare laici patroni, & nõ 9 variare; tñ accumulatio non tenet & facta à maiori parte, nisi fiat ab eisdem, qui primũ ꝑsentarunt. Lap. *d.alleg.79.n.4.v.item posito.* † Limita, qñ secundo loco præsentatus à patrono laico esset in- 10 stitutus ab Episcopo; quia valet institutio, & primo ꝑsentatus nõ præfertur. Bald. *d.cons.164. Quidam fuit, in fi.v.modo quæritur, lib.1.*

Patronus monasterii monialium quid possit circa Abbatissam. Concl. 154.

1 PATRONVS † monasterii monialium præsentat Abbatissam, ꝙ suffici, quod sit idonea, & de gremio monasterii, etiam si aliæ reperirentur moniales magis idoneæ. Fed. de Sen. *cons.95. Super dubitationum in princ.v.in primis,* vbi, quod tñ patronus grauat cõscientiam suam non eligendo meliorem. † Remouere non po- 2 test patrona monasterii monialiũ Abbatissam, etiam si mereatur amoueri; quia ad patronum nõ pertinet priuare, neq; conferre, sed præsentare, *c.fi.de iure patr.* Fed. de Sen. *d.cons.95.n.9.v.item super eo.* † Amplia; quia potest petere, quod Abbatissa remoueatur, 3 si est digna remotione, *c.filius, 16.q.vlt.* Feder. *d.cons.95.n.2.*

Patronus monasterii monialium quid possit circa moniales. Concl. 155.

1 PATRONA † monasterii monialium potest præsentare moniales loco deficientium, quæ præsentatio fieri debet Abbatissę. Fed. de Sen. *cons.95. Super dubitationum, n.2.v.item super eo, quod quæritur, an in locum.* † Declara tamen, ꝙ potest presentare personam 2 idoneam sibi bene visam, etiã si aliæ reperirentur magis idoneæ; sed tñ tenetur præsentare personam, quæ sit de sua ciuitate, vbi est monasterium, *c.hortamur.71.dist.* Feder. *d.cons.95.n.2.* † Decla- 3 ra, quod talis præsentata si in fine anni ꝓbations non approbat pro idonea ab Abbatissa, potest repelli, & non admitti etiam inuito patrono, Fed. de Sen. *d.cons.95.n.2.v.sed in hoc est differentia,* allegat Io. Andr. *in c.decet, de reg.iur. in nouell. in fin. lib.6.*

Patronus monasterii monialium quid possit circa Capellanum, & alios ministros. Concl. 156.

1 PATRONA † monasterij monialium habet præsentationem Capellani ad monasterium. Fed. de Sen. *cons.95. Super dubitationum, n.3.v.item super eo, quod quæritur, an moniales,* vbi, quod põt Abbatissa opponere circa iuuentutem, & alia, quæ facerent suspectum, & non instituendum Capellanum. † Limita circa mi- 2 nistros, & seruiẽtes monasterio; quia deputatio istorum nõ competit patronæ monasterij, sed Abbatissæ. Fed. de Sen. *d.cons.95.n.3.in fin.v.item super eo, quod quæritur de familiaribus.*

Patronus post dotatum Hospitale non potest mutare statum illius. Concl. 157.

1 PATRONVS † fundans, & dotans Hospitale non potest post dotationem, & fundationem mutare Hospitale, vel beneficium semel destinatum ad vsum pauperum, vel vsum pium; quia desinit esse in potestate sua, sed sub ordinatione Episcopi. Oldr. *cons.209.col.2.n.6.v.non obstat, quod in contrarium,* qui loquitur in Hospitali. † Amplia, vt idem multo magis procedat in exequ- 2 toribus datis à fundatore; quia non etiam possunt mutare statum loci destinati ad vsum pium sine licentia Episcopi, habeant quamcumq; auctoritatem velint. Oldrad. *d.cons.209.n.7.v.secun-*

3 *do quia dato.* † Amplia, quod etiam in casu, in quo licet patronus, vel exequutor posset mutare statum Hospitalis, vel loci pij, & de gubernio clericorum secularium illud dare regularibus; tamen regulares non possunt capere possessionem sine licentia Episcopi, *c. ex frequentibus, de instit.* Oldrad. *d. cons.* 209. *n.* 7. *ver. tertio quia dato.* Vide, *Dos assignata loco construendo pio an possit commutari. Concluſ.* 796.

Patruus quis proprie dicatur, & qui patrueles fratres. Concluſ. 158.

1 PATRVI † appellatione in materia statuti correctorii iuris cõmunis intelligitur de fratre patris, non autem de fratre aui; quia ipse non est ꝓprie patruus, sed magnus patruus. Bal. *cons.* 12. *Casus talis est, statuto ciuitatis, lib.* 3. *in princ.* vbi loquitur in statuto ciuitatis Castelli excludente matrem à successione filij stante patruo, & dicit, quod contraria sentientes ex suo ingenio contra iustitiam extendunt statutum, & plenius idem Bald. *cons.* 258. *Item statuimus*, vbi ponit integrum statutum, *lib.* 3. latius Roman. *cons.* 411. *Quatuor sunt. n.* 7. *v. tertio principaliter*, vbi apost. *in ver. patruum*, dat concor. † Restringe, nisi secundum vulgarem loquutionem isti patrui magni appellarentur patrui; quia standum est
2 3 set vulgari sermoni. Bald. *d. cons.* 258. *in fin. v. solutio, lib.* 3. † Amplia, & declara; quia patruus proprie dicitur frater patris, auunculus vero dicitur frater matris. Fulg. *cons.* 45. *Quidam Franciscus, in princ.*
4 † Amplia, vt quod dicitur de patruo, cuius appellatione nõ venit in odiosis, & correctoriis patruus magnus, vt idem sit in fratre patruele; quia proprie est natus ex patruo fratre patris, non autem ex patruo magno. Bald. *d. cons.* 12. *n.* 2. *v. fratres etiam, lib.* 3. &
5 *cons.* 258. *n.* 2. *v. secundum hoc, lib.* 3. † Et de vtroq; vide Rom. *d. cons.* 411. *Quatuor sunt. n.* 4. vbi, quod in materia statuti, quod frater excludat sororem, licet sit fauore agnationis; tamẽ intelligi debet de fratre simpliciter ex eodem patre, non de fratre consobrino;
* quia non est simpliciter frater, & ibi apost. *in v. consobrini*, dat concord. plurimos, & dicit* communem, & Rom. *n.* 7. *& seq. v. tertio principaliter*, idem dicit de patruo; quia non habet locũ in patruo magno; quia non est simpliciter patruus, & ibi apostil. *in ver. patruum*, dat concord. † Amplia, vt quod dicitur de patruis; idem
6 sit de fratribus; quia appellatio fratrum in materia statuti intelligitur de fratribus proprie, & in primo gradu; nõ autem de fratribus patruelibus, seu cuginis, vel consobrinis. Vide plene *in v. Fratris appellatione qui veniant. Concl.* 450.

Patruus, & nepos ex fratre, an à pari procedant. Concluſ. 159.

1 PATRVVS † in successione patris, vel fratris non præfertur nepoti ex altero fratre. *Auth. vt fratrum filij. collat.* 9. quia filius tenet locum patris. Vide, *Filius patrem repræsentat, & in quibus. Con-*
2 *cluſ.* 352. † Limita in patruo, & nepote libertis, quia nepos non succedit cum patruo, sed patruus præfertur. *l. si libertus. ff. de bon.*
3 *libert.* Oldrad. *cons.* 224. *n.* 31. *v. non obstat. l. si libertus.* † Limita in tutela; quia patruus præfertur nepoti. *l.* 3. §. 2. *ff. de legit. tut.*

Pauper quis dicatur. Concl. 160.

1 PAVPERES † non dicuntur paupertate sordescere, qui habẽt actualiter bona sufficiẽtia ad sustentationẽ; quia nõ dicitur egere, qui habet sibi necessaria ad victum. Lap. *alleg.* 102. *In ciuitate Florentiæ, n.* 18. *in fi. v. nec est verum, & n.* 19. ꝙ intellige secundũ
2 dignitatem suam, vt ibi per eum. † Et pauper dicitur monasterium, quod habet, vnde substineat moniales, vel monachos, qñ vltra victum non habet, vnde subueniat necessitati, & fabricæ monasterij; ideo tali monasterio potest fieri distributio demandata à testatore per personã electam; secus, si distributio fieret à ministro legis, vt Episcopo, vel alio. Fed. de Sen. *cons.* 282. *per tot.* maxime *in fin. v. & si dicatur*, vbi, quod potius dicitur indigens, q̃ pauper monasteriũ habẽs possessiones, sed maiora onera, q̃ sint
3 redditus. † Et conuertenda in pauperes, & pios vsus possunt cõuerti in Ecclesia, & monasterio. Alex. *cons.* 104. *In causa, & lite. in*
4 *fin. li.* 4. † Arbitrio Iudicis cõmittitur, an quis ita pauper sit, vt excusetur à lapsu fatalium appellationis. Bald. *cons.* 5. *in fin. lib.* 1. Alex. *cons.* 37. *in pr.* vbi apostil. *lib.* 7. *& cons.* 91. *n.* 3. *eod. lib.* Soc. *cons.* 30 *el secondo, lib.* 4 Alex. *cons.* 58. *Viso testamento, in fin. lib.* 7. vbi apost. citat eundem Alex. *cons.* 213. *Ponderatis. n.* 8. vbi plena apost. *in v. pauper.*
5 *lib.* 6. † Et habens in redditibus centum aureos nõ dicitur pauper. Alex. *d. cons.* 191. *Repetitis, n.* 3. *v. secundo respondetur, lib.* 7. †
6 Tamen sdm̃ diuersa exempla mulier nõ dicitur pauper, quę habet scutos 500. Fulg. *cons.* 89. *in quæst.* 10. *n.* 4. *v. nec obstat, quod tertio*, I-
tem † pauper, qui non habet scutos 50. Florian. de S. Petr. *cons.* 31. *n.* 27. † Aliquando pauper dicitur, qui non habet scuta 100. in ꝙ valore. Floria. *d. cons.* 21. *n.* 27. † Declara; quia aut paupertas consideratur respectu certi actus, puta ꝙ soluatur Romæ certa quitas, & qui non potest, dicitur pauper; aut loquimur de paupertate indefinite, & statur arbitrio iudicis. Flor. *d. cons.* 21. *n.* 27. & *seq.* vbiq; iudex cõsiderare habeat. † Ad effectũ alimentorũ, an quis habeat, vnde alere possit, vel ne, ad hoc, vt debeant, vel non alimenta: Vide omnino Bald. *cons.* 30. *Sicut dixit, lib.* 2. vbi, quod attenduntur redditus, non ꝓprietas; quia quis non tenetur vẽdere ꝓprietatem, neq; ornamenta vestium, & similia, sed attenduntur redditus, veluti si quis recolligat vinũ superabundans pro pane, & aliis, vel quid simile, sequit Crau. *cons.* 199. *n.* 11. † Et qui non habet tm̃ quod viuat, dicitur pauper, vel qñ non potest explere officium suũ de suo. Alex. *d. cons.* 37. *lib.* 7. † Et quis dicatur pauper in genere, Alex. *cons.* 213. *Põderatis, n.* 8. *v. ergo debet elici, lib.* 6. vbi apost. *in ver. pauper*, allegat concor. † Pauper differt ab inope; quia paup dicit, qui patrũ habet; inops, qui nihil habet. Soci. *d. cons.* 30. *in fi. lib.* 4. Alex. *cons.* 91. *n.* 4. *v. præterea, lib.* 7. † Et verba multiplicata, ꝙ eligatur pauper, & egenus, operãtur magis, vt sit maior paupertas. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 4. *lib.* 7. † Egenus dicitur, qui nõ soluendo non est. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 4. *v. præterea videmus.* † Itẽ egenus dicitur, qui valde paup est. Alex. *d. con.* 91. *n.* 4. *v. præterea, lib.* 7.

Pauper an quis præsumatur, vel diues. Concl. 161.

QVILIBET † nascitur nudus & pauper, *c. licet ij*, 47. *dist.* Arct. 1
con. 66. *Viso puncto, col.* 6. vbi, quod qualitas diuitiarum repugnat naturæ, & non valet argumentum de præsenti ad præteritũ. Alciat. *reg.* 2. *præsumpt.* 27. *in pr.* † Et vbi qualitas requiritur, quod 2
tutor sit diues, illa non præsumitur, nisi probetur. Alciat. *d. reg.* 2. *præsump.* 26. *n.* 6. *v. aduerte tamen.* † Extende idem in eo, qui debet eligere diuitem; quia qualitas non præsumitur. Alciat. *d. reg.* 2. *præsumpt.* 27. *n.* 4. † Restringe; quia licet quis reperiatur deco-4
ctus, vel fallitus; tamen prẽsumitur, quod perueniet ad pinguiorem fortunam. Castr. *cons.* 239. *n.* 3. *v. nec obstat, lib.* 1. vbi, quod cessio iurium debet fieri etiam cõtra fallitum per creditorem fideiussori excipiendi; quia non est omnino inanis propter spem, ꝙ perueniat ad pinguiorem fortunam.

Paupertas qualiter probetur. Concl. 162.

PAVPERTAS † ad hoc, vt ꝓbetur, non requirit plenam probe-1
tionem tanq̃ habens negatiuam annexã, sed sufficit probare per publicam vocẽ, & famam. Oldr. *cons.* 277. *n.* 2. *v. in hoc enim articulo.* Bald. *cons.* 222. *Statuto cauetur. n.* 2. *v. subsequenter*, vbi, ꝙ probatur per famam, qñ est coniuncta cum scientia loquentium, *lib.* 1. Alex. *cons.* 37. *Consultus sum, lib.* 7. † Et statur arbitrio iudicis, 2
an talis sit paupertas, q̃ excuset pauperem. Bald. *cons.* 5. *lib.* 1. *in fin.* Alex. *con.* 213. *n.* 8. *lib.* 6. † Et est difficilis ꝓbationis, vt dicit apost. 3
ad Rom. *cons.* 245. *Ad primum, in fi. in ver. probantes*, vbi dat concor. † Amplia; quia ꝓbatur paupertas per testes vicinos affirmantes 4
talem non possidere, vel nõ habere alia bona, & ꝙ alia bona habere non posset, quin ipsi scirent. Rom. *d. cons.* 245. *Ad primũ, in fi.* vbi, ꝙ melius probari non põt. † Amplia; quia asserens aliquem
pauperem debet probare, & qualiter ꝓbetur. Rom. *d. cons.* 245. *in fin.* vbi, ꝙ probatur, qñ dicunt, quod sunt vicini, & sciunt, ꝙ non habet bona; quia habere nõ posset quin scirent. † Extende, quia paupertas ꝓbatur per testes dicentes, ꝙ incedebat, aut pauper male vestitus cũ paupere veste. Alex. *d. cons.* 37. *Consultus, per tot.* 7
vbi, ꝙ probatur conjecturis. † Extende; quia leuiorib. ꝓbat. 7
tionib. ꝓbatur paupertas. Alex. *d. cons.* 37. *in fin. lib.* 7. vbi apost. in *v. leuiorib.* dat concor. † Amplia; quia is ꝓbare debet paupertat. 8
vel diuitias, qui se fundat in paupertate, vel in diuitiis, vt colequatur aliquid. Alciat. *in reg.* 2. *præsum.* 26. *n.* 6. *& præsumpt.* 27. *in fi.* Vide 9
plene Mascar. *Concl.* 525. *Diuitem quem esse*, vbi in casu conuento ꝙ diuitem aliquẽ asserens debet ꝓbare, limitat, nisi constaret eum fuisse diuitẽ; quia etiam hodie psumeretur; nõ tamen ex diuitiis præsentibus præsumitur in præteritũ, & sufficit, qñ agitur de modico præiudicio, ꝙ testis probet aliquem habere in bonis valorem scutorũ 50. & sciat; quia vicinus est. † Limita; quia paupertas non ꝓbatur ad effectũ, vt principalis non sit soluendo, ex eo solo, quod quis pauper appellatur; quia hæreditas restituta perib. qui illã vendiderunt, si receperunt precij, præsumitur locupletati, si nõ apparet consumptio. Per. de Anch. *cons.* 5. *n.* 4. & 5. *v. secundo ad idem, cum seq.* Vide Mascard. *Concl.* 737. *Facultates alicuius non sufficere*, vbi qualiter probetur quis non esse soluendo. 10
† Extende, quia paupertas ꝓbata de præterito nõ est sufficiẽs de præsenti; quia quilibet psumitur acquirere. Pet. de Anch. *cons.* 5. *num.* 7.
36 Carthar. *tit. de exequut. sent. capit. bannit. n. 306.* † Declara, quod nõ valet tale decretum, vel statutum tollens defensionem, quæ est
37 de iure naturali. Bero. *d. cons. 198. n. 15. lib. 3.* † Declara restrictionẽ, vt etiã stante tali lege possit allegari noua cã, notoria, & apparẽs, vt quia prius offensus interfecerit fratrẽ delinquentis, vel quid simile, ita Bertaz. *cons. 151. n. 12. & seq.* allegat Bero. *d. cons. 198. n. 15. & 16. lib. 3.* & Bertaz. *vbi n. 18.* etiam restringit quoad principales, non quoad fideiussores, quia possunt nouã causam allegare. Vi-
☞ de omnino Eugen. Perusin. *cons. 82. n. 35. & seq.* Vide, *Facta multa*
38 *tenent quæ fieri de nouo prohibentur. Concl. 12.* † Declara, quia decretũ tollit nouam causam præsumptam à iure, sed non tollit causam veram, & probatam, Bero. *d. cons. 198. n. 16. lib. 3.* Mascard. *Conclus.*
39 *1131. n. 37.* † Declaratñ vltimã extensionem, & duos casus similes, vt constitutio sit localis tantũ, item ꝙ non habeat locum quoad illos, qui non promiserant ex noua cã, sed solũ quoad principa-

les promittentes, non possit allegari noua cã, vel quod intelligatur de cã dubia, non de vera, & apparenti, qa esset tollere defensionẽ. Mascar. *d. Concl. 1157. n. 56. & seq.* & quod requiratur facultas à summis Pontificibus allegandi nouam causam in principalibus, plene Vulpel. *de treuga & pace, q. 45 in fi.* vbi oẽs Bullas tollentes allegationẽ nouæ causæ enumerat. † Extende; quando noua cã excusat, etiã si proueniat à non comprehensis in pace, seu cautione, vt per Perusin. *tr. de cautio. de nõ offendendo, c. 13.* † Restringe, qñ noua cã haberet dependentiã ab antiqua, quia non excusat, si constat ex coniecturis, in dubio autem potius noua offensa præsumitur ex noua cã. Benintend. *dec. 65. in fi.* vbi plures allegat. † Vide omnino Bertaz. *cons. 151. per totũ.* † Restringe; quia noua cã non attenditur in præiudicium tertii. Moron. *q. 115.* Marc. *inter criminalia consilia, tom. 1. cons. 150.* † Restringe; quia noua causa non nocet fisco, quin pœna committatur conuentionalis ex iis, quæ late Vulpel. *de promiss. de non offend. q. 103. n. 4. & seq. v. sed recte aduerti.* vbi reddit rationem; quia fiscus nouam causam non dedit, & quia si concordarent partes, nihilominus fiscus pœnam haberet. Vide eum; quia allegat contrarium tenentes, tamen ratio nõ videtur bona; quia pax non fit cum fisco. † Restringe, quando noua causæ fuit semel satisfactum, prout si iniuriatus verbis dedit mentitam, quia si etiã offendit facto, non excusatur. Vulpel. *d. q. 48.* vbi, quod ita obtinuit. † Restringe; quia causa noua iniusta non releuat, qñ is, qui offendit, sciuit esse iniustam; quia tunc rupta est pax, ex quo est in dolo. Mascard. *d. Concl. 1157. n. 17.* Vulpel. *cons. 88. n. 1.* Vide, *Causa qualibet excusat à pœna. Concl. 152.* † Restringe; quia licet noua cã excuset à pœna conuentionali pacis
ruptæ: non tñ à pœna delicti. Moron. *de treuga & pace q. 113. inf.*
† Restringe, nisi essemus in pœna statuti contra rumpentem pacem; quia pœna incurritur si causa non est iusta. Mascar. *d. Concl. 1157. n. 18.* † Restringe, qñ causa noua erat incognita; quia non excusat. Moron. *de treuga, & pace, q. 115.* † Restringe, vt non procedat in causa affectata, quia est dolosa. Mascard. *d. Concl. 1157. n. 20 & 24.* Moron. *d. tr. q. 123. n. 10.* † Restringe; quia auctor nouæ causæ non excusatur ex ea. Moron. *d. tr. q. 122. per totũ.* † Restringe, qñ essemus in iis, quæ sunt de se mala, & de genere prohibitorum, ga non excusatur rumpens pacem, ex quo est in dolo. Curt. Sen. *cons. 55. col. 6. v. quintum,* alios allegat Mascard. *d. Concl. 1157. n. 21. & seq.* plenius Moron. *de fide, treuga, & pace, q. 114.* † Declara; quia rumor vanus, & facilis credulitas in prohibitis non excusat. Mascard. vbi supra, *n. 24. & seq.* † Restringe, dummodo is, qui offendit, sciat legat nouam causam, non dederit ipse causam nouæ rixæ, qui ad euitandas fraudes si dedit ipse causam, rumpitur pax. Clar. *§. fi. q. 47. n. 9. v. quæro nunc in fi.* † Dicitur autem noua causa, quæ non dependet ab antiqua, & maxime, quando per longũ tempus distat à prima pace. Sign. *d. cons. 5. n. 8. & seq.* & ideo *circa fin. quinto accedat*; vbi vult, quod res & persona, & occasio diuersa à prima inducat nouam causam. † Restringe; quia noua cã bene releuat, quando pax est facta super certa causa limitate; secus si generaliter, quia noua cã non excusat. Alex. *cons. 103. lib. 2.* Marsil. *sing. 507.* quos citat apost. ad Deci. *cons. 531. n. 7. v. Pax.* † Amplia, vt sicut pax ex noua causa non rumpitur, ita neque treuga. Mascar. *d. Concl. 1157. n. 74. & seq.* vbi *n. 76.* dicit magis * communem, dicitat infinitos, vide Ias. pro vtraque parte *in l. cum proponas. la secunda. C. de transact.* Dec. *d. cons. 531. n. 8. & seq.* vbi tollit contraria. & ibi apost. Viuius *commun. opin. 566. n. 2.* vbi de magis * communi, quæ etiam Bero. *cons. 200. n. 10. lib. 3.* Vulpel. *de pace, q. 47. & cons. 55. & 77.* & hanc partem tenet Alex. *in l. semel mora. ff. sol. matr. & in l. cũ proponas. C. de pact.* vbi Ant. de Alex. Deci. & Curt. Abb. *c. 1. de treuga.* Imol. *c. 3. de iureiur.* Corn. *cons. 217. & cons. 105. & cons. 175. lib. 1. & cons. 42. lib. 2.* Deci. *cons. 360.* Marsil. *cons. 83. & sing. 592. & infra. & cons. 42. lib. 2.* Deci. *cons. 360.* Marsil. *cons. 83. & sing. 592. & infra. xi. §. aggreditur, n. 87.* Paris. *cons. 165. lib. 4.* Mant. *cons. 169.* Grat. *cons. 105. lib. 2.* Beninten. *decis. 65.* Moron. *d. tract. parte 2. q. 12.* Magon. *dec. Luc. 100. n. 6.* Riminal. Iun. *cons. 299. n. 3.* vbi de magis * communi, & ita obseruari. † Contrarium tenere multi, quos citat ibi Mascard. *n. 75. & seq.* quos videas & hanc partem tenet Moron. *de pace q. 117. in pr.* Ias. *in l. cum proponas, la seconda. C. de transact.* Ial. *cons. 170. n. 5. lib. 1.* † Amplia; quia in dubio cã noua præsumitur, per quam nõ fit rupta pax. Paris. *d. cons. 165. n. 26. & seq. lib. 4.* Bero. *cons. 206. n. 6. lib. 3.* & plures adducit Mascard. *Concl. 1157. n. 9. & seq.* vbi dicit * communem allegando Bero. *cons. 198. n. 19. lib. 3.* Soc. Iun. *cons. 103. lib. 3.* Vulpel. *cons. 3. num. 14.* Bertaz. *cons. 4. n. 9. & cons. 147. n. 3. in criminalibus.* Ruin. *cons. 10. n. 12. lib. 4.* Vide Conclusionem proxime præcedentem, *n. 22.* † Extende maxime, quando pax fuit facta iam longo tempore elapso. Alexand. *cons. 115. n. 6. lib. 4.* Vulpel. *de pace qua ſt. 47. num. 3.* Hercul. *tract. de cautio ap. q. n. 8.* † Extende maxime, quando constat de causa nouæ offensæ, quia

quia potius ex noua causa, quã ex antiqua præsumitur facta offensio. Alex. *cons.* 115. *n.* 6. *lib.* 4. Mascard. *d. Concl.* 1157. *n.* 10. *& seq.* vbi, quod quælibet causa inducit præsumptionem potius ex noua causa, quam ex veteri ad euadendam pœnam, & ad inducendum delictum; quia semper fit interpretatio, quæ illud excludit. Rom. *cons.* 183. *in fi v. vltimo.* Deci. *cons.* 531. *n.* 10. Grat. *cons.* 73. *n.* 19.

62 *lib.* 2. † Imo sufficit, quod constet vere, vel præsumptiue, quod offendentes non habuerunt animum rumpendi pacem. Alex. *d.*

63 *cons.* 115. *Viso themate, in fin. v. fortius videtur. lib.* 4. † Declara, quando noua iniuria verbalis superueniret, secus si atrox iniuria facti: vide Cataldi. *inter consilia criminalia, cons.* 54. & distingue plene, vt

64 per Marsil. *sing.* 503. † Amplia; quia non dicitur rupta, quando nõ est verisimile, quod ex causa antiqua fuerit facta offensio, & nõ verisimili quasi dicitur non possibile. Deci. *cons.* 11. *n.* 5. *ad fin.* & ex non verisimili non potest sumi præsumptio. Crauet. *cons.* 75. *n.* 14.

65 † Rationem allegat Alex. *d. cons.* 115. *Viso themate, n.* 6. *lib.* 4. quia in

66 dubio interpretatio fieri debet in eo, quod mitius est. † Declara, quia præsumitur ex noua causa rupta pax, quando constat de cã, alias debet præsumi ex antiqua rupta, ita apostilla ad Rom. *d. cõs.* 183. *in fi. v. superuenienti*, vbi allegat, ita tenuisse Rotam Romanam coram d. Io. Paulo Prolomæo, vt in sua *dec. manuscripta* 113. incip.

67 *Parmen. censurarum.* Grat. *cons.* 73. *nu.* 19. *lib.* 2. Vide, *Noua causa non præsumitur. Concl.* 113. † Imo, quando est dubium, an causa noua interuenerit, puta quia probatur per vnum testem, & sic non plene adhuc præsumitur noua causa ad excusandam pœnam cõ-

68 missam. Soc. Iun. *cons.* 103. *Præsens consultatio. n.* 14. *lib.* 3. † Amplia; quia an causa sit noua, vel non, statur iuramento offendentis. Bertaz. *cons.* 4. *nu.* 14. Alex. *cons.* 19. *Viso processu, v. subsequenter, vol.* 1.

69 † Contrarium Cephal. *cons.* 15. *circa pr.* † Declara, vt procedat am-

70 pliatio concurrente facto per quod causa possit constare, sed an causa sit legitima, & noua, est dubium, quia tunc statur iuramento, plures allegat Cephal. *cons.* 34 *& cons.* 35. *numero nono.* Crau. *cõs.* 111. Mascard. qui pro vtraque parte allegat, & ita declarat *d. Con-*

71 *cl.* 1157. *n.* 64. *& seq.* † Declara secundo, quia est arbitrarium Iudici, an causa sit sufficiens, vel non, plene Mascard. *d. Concl.* 1157. *n.* 67. *& seq.* vbi infinita exempla ponit leuia, ex quibus Iudex potest sumere nouam causam. † Noua causa probatur per vnum

72 testem, & per famam; quia simul faciunt plenam probationem, Alex. *cons.* 19. *Viso processu, numero secundo v. quod autem sit probatum, libro primo.* Rom. *cons.* 183. *column. fin.* Alex. *cons.* 115. *n.* 15. *lib.* 4. vbi late. Moron. *tractat. de pace, q.* 113. *n.* 13. † Et probatur nedum plene,

73 sed etiam præsumptiue & semiplene sufficit. Alexand. *d. cons.* 115. *column. final, libro quarto.* Mascard. *dict. Concl.* 1157. *n.* 71. *& seq.* &

74 Vulpell. *de pace, quæst.* 46. *n.* 5. Hercul. *de caut. capit.* 13. *in fin.* † Et ex benignitate temporis causa noua præsumitur. Vulpell. *de pace, quæstio.* 47. Alexand. *cons.* 15. *n.* 6. *lib.* 4. Hercul. *de cautio. d. cap.* 13. *nu-*

75 *mero octauo.* † Imo videtur, quod sufficiat assertio eius, qui fecit offensam, quasi in iis, quæ pendent ab animo, stetur assertioni

76 iuæ. Alexand. *d. cons.* 19. *n.* 2. *v. accedit quia, li.* 1. † Contrarium Ceph.

77 *cons.* 35. *n.* 9. *& sequent.* vbi declarat, maxime *n.* 14. *& sequent.* † Declara, quia non statur iuramento etiam ambarum partium, nisi probetur factum, ex quo causa dubia resulter, Mascard. *d. Concl.*

78 1157. *numero* 64. † Et quod noua causa probetur per duos testes deponentes de confessione extraiudiciali eius, qui fecit offensam primam, vel causam nouam dedit concurrente facta, etiam si probetur ab eisdem testibus, qui deponunt de confessione extraiudiciali. Alexand. *cons.* 115. *num.* 9. *& seq. ver. vtrum autem, libro*

79 4. & maxime quando versamur in iis, quæ sunt difficilis probationis, maxime *n.* 13. † Extende, quia etiam mulieres admitti debent ad probandam nouam causam; quia etiam de iure ciuili admittuntur in causa criminali, & quia agitur de causa conuen-

80 tionali. Alexand. *cons.* 115 *n.* 14. *v. nec repelluntur, lib.* 4. vbi apostill. citat eundem Alexand. *cons.* 11. *num.* 5. *lib.* 1. † Imo, etiam si iusta causa, seu noua causa non esset probata, sufficeret sola fama de ea, vel etiam solus rumor, ex quo motus fuerit is, qui prætendit fregisse pacem, quia quælibet iusta causa excusat à pœna, etiam si non sit talis causa plene probata. Alexand. plene *d. cons.* 115. *Viso themate, num.* 14. *& sequen. vsque in fin. versic. quinimo dato, lib.* 4. allegat simile de iusta causa litigandi, quæ excusat ab expensis; & tamen non est probata plene iustitia causæ.

Pax facta pro absentibus quando rupta dicatur, vel non. Concl. 184.

PAter † si faciat pacem pro filio absente sub pœna, & filius 1
non habeat ratam pacem, sed contraueniat, licet non dicatur proditor, neque pacis fractor; tamen pœna committitur pro missa per patrem. Corn. *cons.* 40. *lib.* 2. Paris. *cons.* 109. *lib.* 1. & ita relatiue tenet Vulpell. *de treuga & pace, q.* 9. vbi remittit se ad dicenda suo loco; quia paciscens non potest obligare consanguineos, neque filios ignorantes. Vulpell. *quæstio* 61. *num.* 2. igitur per eos non dicitur rupta. Vulpell. *q.* 80. *n.* 1. Ruin. Iun. *cons.* 134. *n.* 21. *inter criminalia, lib.* 1. Nam cum nemo alium sine eius voluntate, mandato, vel ratificatione obligare possit; ideo vt pœnam violatæ pacis incurrat, necessaria est ratificatio secundum magis * communem Bero. *cons.* 199. *n.* 3. *& seq. lib.* 3. Hercul. *tr. cautel. de nõ offenden. c.* 15. *n.* 5. *vsque in fi.* Moron. *tr. de pace, q.* 135. *v.* bi, quod committitur quoad patrem promittentem pro filiis, sed non committitur quoad filios ipsos, qui non ratificauerunt. † Amplia; qua 2
facta pace pro se, & consanguineis vsque ad certum gradum, hinc inde stipulata, si vnus ex comprehensis ante ratificationẽ offendat vnum ex principalibus promittentibus pro absentib⁹, pœna committitur, si adest promissio pœnæ in euentum contrauentionis, vt quia voluit teneri ad pœnam. Vulpel. *de treuga & pace, q.* 53. *in fi. & n.* 3. † Extende idem, quod committatur pœna, et- 3
iam si vnus ex absentibus, antequam ratificauerit pacem, offendatur; quia pro eo, & ad eius fauorem facta est promissio. Castr. *in l. bonorum. ff. rem rat am hab.* Corn. *cons.* 40. *in pr. lib.* 2. † Contrariũ, 4
quod imo si offendatur, antequam ratam habuerit pacem, non committatur pœna; quia ante ratificationem non erat comprehensus in pace. Bald. *in l. fi. C. ad Maced.* Deci. *cons.* 225 *Magister Ioannes. n.* 11. *& cons.* 531. *Accurate, & diligenter, in fi. v. postremo.* Curt. Iun. *cons.* 52. *n.* 13. Socin. Iun. *cons.* 103. *Præsens consultatio. in fi. lib.* 3. vbi plures allegat. Boss. *tit. de pace. n.* 27. vbi, quod dicitur comprehẽsus potentia, non actu ante ratificationem, vide supr. in pr. Bero. *cons.* 199. *n.* 3. *& s. q. li.* 3. † Imo Deci. *d. cons.* 531. *in fi.* & Soc. *d. cons.* 103. 5
in fi. lib. 3. extendunt, quod procedat contrarium, etiam si Notarius sit stipulatus pro omnibus quorum interest; quia intelligitur eis quæsitum ius sequuta ratificatione. † Declara, quia si pax 6
est facta, & fuit promissum simpliciter pro absentibus, quod nõ offendent, sed obseruabunt sub pœna, res est clara, quod committitur in pœna, & maxime, quando adest iuramentum, & procedit tam in pœna pacis cõuentionali, quam in prætoria; & hoc aduersus promittentem, qui voluit, & potuit obligari, allegat Paris. *cons.* 164. *n.* 19. *lib.* 4. ibi, non simpliciter pro omnibus, & Gozadi. *cons.* 31. *per tot.* vbi pro vtraque parte, & respondet ad cõtraria, & isto casu nõ requiritur ratificatio, vt promittens teneatur. Hercul. *de caut. de non offendendo. c.* 15. *n.* 9. *& n.* 13. Moron. *d. tr. q.* 26. *in pr.* † Et si non ratificauerunt, prædicta procedunt; si vero ratifi- 7
cauerunt, quatenus primus promittens soluere compelleretur, eo casu repetet à contra facientibus; secus si ratum non habuerunt. Vulpel. *d. q.* 53. *n.* 3. † Declara igitur; quia cautela est, quod 8
absentibus fit notificatio; & tunc si expresse non contradicant, censentur ratificare. Hercul. *d. c.* 15. *n.* 13. Moron. *d. tr. q.* 26. *in fi.* † Et 9
quod sufficiat tacita ratificatio, vt supra; vt quia facta notificatione pacis non contradicunt, sed imo quando absentes, qui nõ interfuerunt, deposuerunt arma, censentur ratificasse tam pacẽ, quam treugam. Alex. *cons.* 47. *In causa, n.* 4. *& seq. v. & posito etiam, quod verum esset, lib.* 7. † Declara tamen; quia si aliqui consangui- 10
nei facientium treugam, vel pacem, non fuerunt nominati, neque aliquis pro eis interuenit, ita quod non tenentur; si tñ ratam habere voluerunt pacem tacite, vt quia acquieuerunt deponẽtes arma, talis ratificatio operatur, quod teneantur solum pro offensa à se ipsis facta, non autem pro offensa ab aliis facta, ita Alex. *d. cons.* 47. *per tot. lib.* 7. vbi, quod Legatus Bononiæ, & Antiani simul non potuerunt facere decretum, per quod quis teneatur pro offensa ab aliis facta; quia esset tollere ius alienum sine cã, & maxime parte non vocata. † Extende, vt imo procedat, etiam si 11
promiserunt de rato pro absentibus ipsi principales; quia licet absentes, qui non ratificauerunt, offendant se, potest agi ad pœnam contra principales per principales, & fiscum; & non obstat, quod agens nõ fecerit ratificare, ideo agere non possit; quia istæ ratificationes non solent fieri, vt dicit Corn. *d. cons.* 40. *lib.* 2. alias nulla pœna committeretur, & eum sequitur Gozadi. *d. cons.* 31. *n.* 16. *& seq.* vbi etiam respondet, quod non implementum ex nõ facto non tollit, quin alii, qui delinquunt faciendo, teneantur, quod ego fauore fisci admitterẽ, licet si pœna applicaretur parti, forte esset contrarium: nisi dicas, quod nihilominus tenentur pro facto alieno, etiam si nullus ratificet; quia sic se obligarunt,

& ita Vulpell.*d.q.53.n.3.*allegat Hippol.Rimin.*inter consilia criminalia cons.*134.*n.17.tomo* 1.sequitur Corn.Moro.*tr.de treuga,q.*138. *n.6.*addit Roland.à Valle.*cons.16.n.34.& 40.lib.*1.plurimos citat
12 idem Moron.*q.*1.22.*in fi.* quos videas. † Contrarium, quod imo non committatur pœna, si promiserunt sine tempore quod ratificabunt absentes, quia si facta omni diligentia noluerunt ratificare, non committitur pœna. Bart.*cons.*236.*Martinus, lib.*1. quia propter difficultatem implendi non committitur pœna, & est
* consilium Fed. de Sen. in ordine 122.& communiter* tenẽt oẽs
* vt dicit Vulpell.*d.q.53.n.3.v. aut promissum*, & est* communis, vt
13 supra in pr. †Declara; quia si promissio est facere, & curare cum effectu, prout de stylo, ita quod faciendo diligentiam non excusetur, alias voluit teneri; tũc obligatur, vel si adsunt similia verba
14 præcisa. Vulpell.*d.q.53.circ. fin.*† Vide omnino Mascard.*d.Concl.*
15 1157.*n.*110.*vsque ad n.*118.† Restringe, nisi verba pacis, vel fideiussionis sint actiue, & non passiue; quia verba sunt inspicienda.
16 Vulpell.*q.*80.† Ampliæ; quia si pax est facta pro absentibus, & ignorantibus sub duplici promissione & pœnæ de non offendẽdo, videlicet quod non offendent, & ratificabunt, sequuta ratificatione non liberatur promittens, quin teneatur vt fideiussor; quia si ante ratificationem absens offenderet, tunc teneretur de suo promittens; si post ratificationẽ offenderet, tenetur pariter, sed offendẽs obligatur ad pœnã legalem, & conuentionalẽ post ratificationem; ideo tenetur releuare principalem promittentẽ.
17 Vulpell.*q.*62.*& 63.in fi.* vbi ista decidit.† Limita igitur; quia absentes, qui non ratificauerunt; quoad se non frangunt pacem, etiam si post offensam fieret ratificatio; quia non est in tempore. Bero.*d.cons.*199.*n.*5.*lib.*3. vide infinitos, quos citat Moron.*de fi-*
18 *de, & treuga, q.*122.*n.*4.† Et quod necessaria sit ratificatio quoad absentes, vt rumpatur pax, quando quis fecit pacem pro se, & aliis. Moron.*d.q.*122.*in pr.* Patis.*cons.*109.*col.*1.*lib.*1. Corn.*cons.*167.
19 *n.*10.*lib.*3. Hercul.*tr.de caut.c.*6.*n.*16.† Contrarium, quod non sit necessaria ratificatio quoad absentes respectu pœnæ promissæ pro absentibus. Moron.*d.tr.q.*122.*n.*6. allegat Patis.*cons.*14.*n.*28. *lib.*1. Soc.Iun.*cons.*118.*n.*15.*lib.*2. Deci.*cons.*229. Rubeum.*cons.*127.
20 Guid.Pap.*q.*46.†Declara; quia si sciuerunt absentes, & non cõtradixerunt, censentur ratificasse. Deci.*cons.*58. Ruin.*cons.*174.*li.* 3. Roland à Valle *cons.*4.*n.*28.*& cons.*16.*n.*40.*lib.*1. cum aliis per
21 Moron.*de treuga & pace q.*122.*in fi.*† Limita, quia si factum est cõpromissum pro absentibus, pro quibus de rato, & arbitri condẽnauerint ad pacem faciendam intra certum tempus, quo elapso sit facta pax, si absens offendat, antequam sit notificatum laudũ, excusatur. Castr.*cons.*423.*Pro confirmatione.col.fin.lib.*1.

Pax si rumpatur, pœna conditionalis commissa quando præferatur, vel non. Concl. 185.

1 PAx† si fiat sub pœna conuenta in euentum, ruptæ pacis, si pax rumpatur, pœna commissa præferri debet emptoribus medii temporis inter promissionem & commissionem pœnæ; quia licet commissio esset in potestate venditoris; tamen promissio non erat in illius potestate, postquam erat promissa. Dy-
2 nus *cons.*4.*Quæstio talis est, Titius, in pr.* vbi est casus.†Amplia; quia testator, qui suppofuit bona sua fideicommisso, & prius promiserat pœnam pacis, si frangatur pax longe post mortem fideicõ-
☞ mittentis, pœna deduci debet tanquam æs alienum. Vide, *Hypothecarius creditor prior præfertur posteriori, & quando secus. Concl.* 129.

Pacis fractæ pœna quæ sit. Concl. 186.

1 FRactvra† pacis inter enormia crimina computatur. Cyrill.in *praxi.tit.de fideiuss.*§.7.*n.*5.allegat tex.*in c.nouit.v.licet au-*
2 *tem, de iud.*† Et vide plene Vulpell.*tit.de treuga & pace, q.*51. vbi ait multas pœnas fuisse impositas de iure communi, & in statu ecclesiæ extat Aegidiana constitutio, *lib.*4.*Rubr.*43. extensa per to-
3 tum statum ecclesiæ.† Et quia fractura pacis, fidei & honoris iacturam facit, quod maius est, quam pœna sola, quæ consistit circa bona. Vulpell.*q.*102.† Vide Rom.*cons.*365.*Quæritur primo in pr.*
4 *v.secundo quidem.*vbi de iure Canonico violantes pacem ecclesiæ, si dignitatem habeant secularem, vel Ecclesiasticam, denudantur, *c.qui contra pacem*, 24.*q.*1.*& in c.*1.§.*si clericus, de pace tenen.& eius*
5 *violat.* quod capitulum est *in vsib.feud.tit. de violat. pac.*† Et potest applicari partibus vt cõsuluit Deci.*cons.*380. plenius Cephal.*cõs.*
☞ 35.*n.*26.*& seq.*vbi, quod partibus, & fisco, & ecclesiæ, & in totũ,
6 & pro parte. Vide, *Pœna cui applicari debeat. Concl.*24.† Et expresse etiam supponit Vulpell.*de promiss. de non offendend.q.*103.*n.*3.*v. ve-*
7 *rum hæc omnia.*† Et an pœna legalis fractæ pacis tollatur per con-
* uentionalem? quod non, est communis* opinio secundum Vul-
8 pel.*de treuga & pace, q.*52.*in pr.* † Contrarium, quod imo tollatur, & rorus mundus ita seruet. Marsil.*cons.*61. Gramma.*cons.*35.*n.*56. Alciat.*cons.*55.*tomo* 1.*lib.*2. quos ita citat Vulpel.*d.q.*52.*n.*2.*& seq.*

† Declara; quia si pœna est promissa coram prætore, prout si eo? præsente fiat pax; tunc fit nouatio, alias secus. Vulpell.*de treuga & pace, d.q.*52.*in fin.*† Declara; quia quando pœna conuentionalis est maior, fit nouatio, secus, si minor. Vulpell.*d.q.*52.*per tot.*

Pacis fractæ pœna, à quibus, & quomodo exigatur. Concl. 187.

SI plures† promittunt pœnam pacis ruptæ, tenetur pro rata quilibet, si non est dictum, insolidum, ita quod plures hæredes vnius ex promissoribus tenentur solum pro rata, pro qua teneretur de functus, si viueret. plene Riminal. Iun.*cons.*306.*per tot.* Alex,*cons.*116.*Viso instrumento, lib.*4.*per tot.*† Extende; quia si duæ familiæ pacem faciunt sub pœna mille, ita quod vna medietas applicetur fisco, alia medietas parti obseruanti, puta ex parte offendentium sunt viginti, ex parte offensorum decem, medietas debita parti obseruanti debetur illis decem pro rata, & debet exigi ab omnibus viginti pro rata, qui contrauenerunt, licet vnus contrauenerit solus. Alex.*d.cons.*116.*Viso.per tot.lib.*4.vbi a post.*in v.pacem*, dat concord.† Declara tamen; quia bene committitur tota pœna, si vnus ex hæredibus promissoris offendit; quia si pax est pro hæredibus, tuitio est indiuidua personarum; ideo tota pœna exigitur. Riminal. Iun.*d.cons.*307. vbi casus, & dicit* communem.† Amplia; quia pax facta pro absentibus, pro quibus de rato, committitur etiam ante ratificationem, siis, pro quo est facta, contraueniat; quia ratificatio non consueuit fieri ab omnibus; ideo ne sit elusoria, promittens soluere debet pœnam, etiam si non sit sequuta ratificatio. Corn. plene *cons.*40.*li.* 2.*per tot.*† Pax rupta ab vno, vel pluribus qualiter exigatur, vide hanc quæstio. declaratam per Vulpellum *de treuga, & pace, q.*57. vbi, quod competit vna pœna, si vno conflictu plures offendit vnum, vel plures, nisi verba aliter sint concepta.† Etsi pœna est pro se, & hæredibus, vnus hæres offensus petit totam pœnam. Vulpel.*d.tr.q.*58.† Et è conuerso si per vnum ex hæredibus fiat offensa, tota pœna ab eo potest exigi, si ab aliis, pro rata tenentur hæredes, qui non offenderent. Vulpell.*q.*59. licet dicat controuersam.† Ego crederem, quod si bona sunt hypothecata, potest agi contra quemlibet insolidum.† Amplia; quia pœna promissa de non offendendo ab vna parte, si offendat, antequam alia pars præstiterit suam, committitur secundum Vulpell.*q.*81. quia dicit subesse contemptum, cuius ratione debetur, maxime credo verum, quando non fuit data sub conditione.

Pacis fractæ pœna qualiter probetur commissa. Concl. 188.

POena† fractæ pacis, vt dicatur commissa, requirit probationem claram & liquidam; quia est materia stricta, & odiosa. Deci.*cons.*531.*Accurate, in pr.* & est regulare in omni materia pœnali; quia requiritur plena probatio. Deci.*cons.* 289.*Domina Blasian.*2. vbi apostilla, vbi, quod fiscus in hoc non est priuilegiatus.† Extende; quia pœnalis causa dura est, & non transit ad hæredes, si non est dictum; quia omne omissum habetur pro omisso. Vulpell.*q.*87.*& q.*80.*in fin.* vbi, quod in pœnalibus non recedit à verbis.† Imo quod præstita fideiussio de non offendendo in vno territorio; non extendatur in aliud, idem Vulpel.*q.*89. †Amplia; quia si pœna est stipulata pro affinibus, & consanguineis vsque ad quartum gradum; non tamen obtinebit fiscus, nisi probet, quod offendens, & offensus sit in illo gradu, ita quod sufficit probatio, quod sint consanguinei, nisi gradus probetur. Deci.*d.cons.*531.*n.*3.*& seq.v. & dato.*† Et talis pœna non comprehendit consanguineos, & affines æquales vtriusque partis. Soc. Iun.*cons.*103.*in pr.lib.*3.† Amplia; quia vt pœna stipulata pro pace, pro se, & consanguineis vsque ad quartum gradum debet intelligi de consanguineis ex familia, qui sint masculi; quia ad eos spectat vindicta iniuriarum. Deci.*d.cons.*531.*n.*6. vbi apost.*in v.mascu-*
lis.† Extende etiam stante statuto, quod masculinum concipiatur pro fœmininum. Dec.*d.cons.*531.*n.*7.*v.& ista conclusio.*† Amplia; quia licet pax, & pacis substantialia, & essentialia recipiant publicam vtilitatem, vt fiant; cum tamen facta fuerit pax, durius interpretatio fieri debet, vt rupta dicatur, & pœna commissa; quia in dubio pro pace non rupta præsumendum est; quia licet interest delicta puniri, etiam interest pacis fœdera conseruare. Vulpel.*q.* 56.*per tot.*† Amplia; quia pœna non dicitur probata ex probatione nibus in contumacia sumptis contra principalẽ quoad fideiussoris, sed bene quoad fideiussor principalis. Vulpel.*q.*104. vbi* de comuni,† Restringe ni, qñ fideiussor põt relenari à pœ-
cipali cõtumace; qa nõ põt pati ipse, sed principalis. Vulpel.*q.* 104. vbi allegat plures, licet subsistat.† Restringe; qa licet cõtumacia contra principalẽ non releuet contra fideiussorẽ, bene in aliquo adiuuat, vt leuior probatio fieri possit. Vulpel.*d.q.*104.*inf.*

Pax

Pax pœnata non facit cessare promissionem de non offendendo, & in quo differant, Concl. 189.

1 SI datæ † sunt fideiussiones de non offendendo inter aliquos, licet inter eosdem fuit postea pax pœnata, non tamen cessat prima fideiussio, etiã si esset dictum, quod cessaret. Vulpell. *de pace, q.* 2 *30.* † Extende; quia per appositionẽ pœnæ conuentionalis pacis non est recessum à pœna ordinaria iuris communis, licet pœna conuentionalis esset maior; quia partes non possunt derogare iuri publico. Vulpel. *de pace, q.* 52. vbi ait secus esse, si statutum apponit pœnam pro eodem delicto maiorem, quam pœna 3 iuris communis, quia tunc tollitur. † Differentia tamẽ est in pace pœnata, & in fideiussione prætoris præcepto; quia si facta est pax de non offendendo facto, & in personam, rumpitur, si offendatur filius pacisc entis: non sicꝫ fideiussione de non offendendo data fisco, & curiæ, quia illa magis odiosa, & rigorosa, vt pœna nõ committatur, nisi ad amussim factum interueniat in propriam personam, ita Vulpell. *de treuga & pace, q.* 38. *in fin.* Vide, *Pax quid sit, & in quo differat à treuga & quæ requirantur ad pacem. Concl.* 171. † Alia differentia est; quia noua causa leuis magis excusat à pace rupta quam à cautione rupta, propter periculum 4 ne dicatur fractor pacis, & proditor, ita Vulpel. *de treuga & pace, q.* 48. *in fi.* Hercul. *de caut. c.* 26. *n.* 14. † Alia; quia in pœna pacis pro se, & hæredibus, si vnus hæres offendit, omnes tenentur: secus in propria stipulatione, quæ exigi debet ab offendente in iis, quę 5 sunt diuidua. Iaſ. *in l. eadem* §. *Cato. nu.* 55 *ff. de verbor obligat.* † Contrarium tamen propter absurdum tenet Vulpell. *q.* 60. sed tollitur absurdum, si hæres offendens teneatur in totum, & non pro rata; quia quatenus cohæredes soluerent, tenetur offendens re- 6 leuare. † Declara, vt per Alex. *cons.* 47. *In causa, nu.* 2. *& seq. v. posito autem lib.* 7. quia si datur fideiussio de non offendendo inter plures absentes, qui non dederunt mandatum, non tenentur pro contrauentione facta ab aliis, etiam si tacite ratificauerint pacẽ deponendo arma; quia solum tenentur pro offensa à se ipsis facta, non ab aliis, vbi quod decretum factum à Legato Bononiæ, 8 & Antianis non valet; quia aufert ius alienum. † Alia est; quia noua causa non rumpit pacem, licet fiat offensio ex noua causa, secus in treuga; quia temporalis est: Vide pro vtraque parte plene allegata per Vulpel. *tr. de ind. q.* 72. vbi soluit distinguendo, ꝙ ex noua causa potest, qui pacem fecit, offendere se, nõ qui treugam, intelligendo de treuga publica, quæ non debet ex causa 9 noua priuatorum frangi; quia non releuaret noua causa hoc casu. † Et argumentum de cautione prætoria ad pacem non valet 10 semper, vt dicit Vulpel. *de promissio. de non offend. q.* 73. † Alia; quia potest petere, & compellere ad cauendum is, qui causam dedit offendendo, si offert pro parte sua cauere, secundum magis* cõ- munem. Vulpel. *q.* 75. & tamen nullus compellitur ad pacem, cũ 11 pax debeat esse voluntaria. Vide, *Concordare litigantes quando compellantur, vel non. Concl.* 564. † Et pœnæ prætoriæ de non offendẽdo quas compelluntur consanguinei dare pro absentibus ignorantibus, non consueuere committi, nisi fiat notificatio per pro- 12 clama, quia ignorantes non rumpunt pacẽ. Vulpel. *q.* 61. † Claudicare potest cautio prætoria de non offendendo, vt vnus plus teneatur, quam alter secundum facultates, & arbitrium Iudicis. 13 Vulpell. *q.* 79. vbi ponit plura exempla. † Et quando partes sunt renitentes in præstanda cautione; tunc potest princeps, vel supremus magistratus decernere, quod habeatur pro præstita; qa per modũ legis potest hoc induci, & ita in statu Vrbini esse sta- 14 tutum edicto illius Principis dicit Vulpell. *q.* 81. † Et pœna pacis fractæ difficilius committitur, quam pœna fideiussionis de nõ of- 15 fendẽdo. † Et in pace interpretatio fit ex verisimili mẽte pacisc entiũ, in cautione ex mente ptoris. *l. in prætoris. ff. de prætor. stipulatio.*

Pax fracta dicitur multis casibus, licet pœna conuentionalis non debeatur. Concluſ. 190.

1 PAx † rupta dicitur, si fiat iniuria, & seu offensa socio meo in itinere: quia videtur facta mihi, vt pax sit rupta, licet pœna conuentionalis non debeatur; quia proprie in hunc casum non est promissa, ideo est in suis terminis tenenda. Vulpel. *de treuga & pace, q.* 41. *in fi.* vbi dicit indubitatum de pace fracta; secus de pœ- 2 *na* conuentionali commissa. Vide, *Delinquentes consentire dicuntur in pœnam delinquentibus impositam. Concl.* 189. † Extende etiam in casu conuerso; quia si socii eius, cum quo pacem habebam, me offendunt cum eo auxiliantes, pax dicitur rupta, etiam si ipsi ignorauerint pacem extare; & sunt violatores, licet pœna conuentionalis non debeatur. Vulpell. *d. tract. q.* 42. & est communis * opinio, vt per Clar. §. *fi. q.* 40. *in pr.* licet quoad ignorantiam dicat contrarium. Vide, *Ignorantia facti alieni, & proprii excusat, & iuuat in multis casibus. Coucl.* 16. † Imo quod qualitas de pace rupta quoad pœnam licet non extendatur ad auxiliantes; tamen qualitas, quæ est in maleficio, & personam committentis; bene aggrauat præstantes auxilium, *l. vtrum. ff. ad legem Pompe. de parricid.* ita Bart. *cons.* 66. *Ad declarationem, in fi. v. ad tertium, lib.* 1. vbi apost. *in v. de pace rupta*, allegat Corset. *tr. de præstant. Reg. q.* 41. *priuil.* 22. *in fi.* † Declara, vt plene per Mascard. *Concl.* 159. *Auxilium delinquentis, n.* 20. *& seq.* Vide, *Delinquens consentire dicitur in pœnam. Concluſ.* 189. *n.* 9. *& seq.* † Extende; quia pœna pacis fractæ quandoque de 5 iure imposita debetur, licet secus de conuentionali; quia in ea durius agitur, ex quo inducit naufragium honoris, & fidei. Vulpell. *q.* 102. † Adde contrarium, quod pœna facilius exigitur, quã 6 quod pax fracta dicatur; quia si duo simul concordes voluerunt digladiari, qui habebant pacem, non tollunt propterea pœnam fisco stipulatam ex eorum concordia. Vulpell. *de promiſſ. de non offend. q.* 103. vbi late. † Et idem, si duo inuicem aggrediuntur, & 7 non constat, quis primo sit aggressus alium, certe licet pax rupta non dicatur; quia non constat, quis primo aggressus sit alium; tamen pœna ab vtroque debetur; quia constat quoad fiscum, quod deliquerunt ambo; ideo pœna prætoria de non offendendo debetur. Vulpel. *q.* 106. quæ est finalis. Vide, *Pax non dicitur rupta. Concl.* 182.

Pacis conuentiones quæ reprobentur à iure. Concluſ. 191.

NON † valet pactum pacis, per quod vna partium prohibe- 1 tur ingredi ciuitatem, vel locum patriæ; quia ista sunt contra naturam pacis, & detrahunt facultati gratiæ principis. Vulpel. *de treuga, & pace, q.* 55. allegat Alciat. *cons.* 134. *tom.* 2. *lib.* 5. † Declara 2 tamen; quia valeret ad modicum tempus, eo quia cum hoc pacto fuit quis inductus ad pacem. Vulpel. vbi supra. † Extende; 3 quia non valet pactum, quod non liceat vni partium transire p viam domus, in qua habitat alia pars; quia non est vera pax, quæ non remittit rancorem. Anch. *cons.* 75. plene Moron *de treuga & pace, q.* 187. † Declara; quia bene potest Iudex hoc præcipere par- 4 tibus. Moron. *d. q.* 187. † Amplia; quia non valet pactum, neque 5 pœna, neque pœna contra leges. Vide, *Pœna imposita à priuato contra leges non debetur. Concl.* 207. † Extende; quia non valet pactum, vel 6 indulgentia pro futuris delictis; quia est contra publicam vtilitatem. Corn. *cons.* 159. *n.* 5. *lib.* 3.

Pax Constantiæ qualis, & quid ex ea conferatur. Concluſ. 192.

PAx † Constantiæ inita inter Imperium & ciuitates Italiæ, in 1 qua Imperator concesserit merũ imperiũ ipsis ciuitatibus, non est perpetua secundum aliquos, sed temporalis ad 30. annos, licet sit opinio contraria. Bal. *cons.* 300. *Ad euidentiam, n.* 3. *v. sed est sciendũ, lib.* 5. Alex. *cons.* 1. *Ponderatis, n.* 2. *v. non obstat etiam, dũ dicebatur, lib.* 5. dicit, ꝙ pax Constantiæ est perpetua, sed obligationes factæ versus ciuitates Lõbardiæ fuerunt ad 30. annos, vt indicta pace Cõstantiæ, in fi. allegat Bal. hoc tenentẽ *in c.* 1. *de natura feudi.* 2 † Et saltẽ non obligat Imperiũ tanquã inita in vim contractus; ideo capitula possunt ab Imperatore mutari. Sign. Homod. *cons.* 70. *In q. vertente, n.* 12. *v. sed per partem aduersam*, imo quod Imperator possit concedere in feudum Comitatus, & de illis infeudare non obstante pace Constantiæ. Alex. plene *d. cons.* 1. *Ponderatis, n.* 17. *v. præmissis tamen non obstantibus, lib.* 5. sequitur Soc. Iun. *cons.* 126. *n* 8. *li.* 3. † Extende, quia etiã Dux inuestitus de ciuitate Regii ab 3 Imperatore, quæ ciuitas est sub pace Constantiæ, põt concedere in feudũ villã territorii dictæ ciuitatis, & valet cõcessio, maxime, qñ non est in magnã diminutionem Ducatus. Alex. *d. cons.* 1. *Ponderatis, n.* 17. *v. præmissis tamen non obstantibus. li.* 3. *& n.* 18. † Contrariũ 4 dicit Plot. *cons.* 24. *n.* 37. vbi; ꝙ est in vim contractus, & Imperator in præiudiciũ ciuitatum non potest reuocare iurisdictionẽ concessam. † Declara; quia in illis ciuitatibus, in quibus Imperator 5 semper retinuit superioritatem, & iurisdictionẽ, post pacẽ Cõstantiæ remanet dominus, & potest inuestituras facere de ciuitatibus, & de castris, & villis. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 25. *lib.* 5. vbi loqtur 6 de inuestitura Regii facta Duci Ferrariæ. † Cõceditur ex ea omnibus ciuitatibus in ea nominatis, quod habeãt iurisdictionẽ in castris, & villis in eorũ territorio existẽtibus. Alex. *d. cons.* 1. *Ponderatis. in pr. v. præterea per pacem. lib.* 5. vbi *n.* 15. *v. non obstat, quod per pacẽ*, dicit, quod debet constare, quod castrũ, vel villa, quod hodie non est de territorio, fuerit tunc tempore pacis, & idem repetit 7 *cons.* 16. *in pr. lib.* 5. † Et propterea defensores ciuitatum, & maxime Lombardiæ dicuntur habere merum, & mixtum imperiũ in ciuitatibus ipsis, maxime Lombardiæ, vigore dictæ pacis Cõstãtiæ. Alex. plene *d. cons.* 16. *In causa, & lite in pr. lib.* 5. vbi apostilla in

8 *ver. ciuitatum.* dat concord.† Declara; quia ipsa pax Constantiæ concedit ciuitatibus merum, & mixtum imperium, & Regalia, quatenus solitæ fuerint exercere, licet non legitimo titulo exercuissent, ita Alex. *d. cons. 16. n. 3. in fi. v. posset etiam responderi, lib. 5.*

Peccatum omnino vitandum, & multa specialia sunt concessa, vt vitetur peccatum. Conclus. 193.

1 PECCATVM† debet omnino vitari, & ideo nulla dispositio, statutum, lex, consuetudo, vel priuilegium valet, per quæ inducitur peccatum. Fed. de Sen. *cons. 275. 277. & 278. per tot.* vbi late,

2 Vide, *Consuetudo nutritiua peccati non valet. Concl. 815.*† Et ratio peccati vitandi expressa in lege, prout *in c. fin. de præscript. in 6.* operatur, quod fit extensio in correctoriis, & in omni dispositione ad euitandum peccatum, & dispositio loquens de contractu habet locum in quasi contractu, & loquens de re corporali extenditur ad incorporalia, & omnia, in quibus ratio peccati euitandi subest. Alex. *cons. 51. Videretur, n. 4. v. & pro hoc facit lib. 5.*†

3 Amplia; quia licet prædo sit manutenendus in possessione sua; tamen quando agitur de matrimonio contra aliud matrimonium, fit separatio thori, non obstante possessione, quando matrimonium non fuit contractum in faciem ecclesiæ per existentes in possessione ad tollendum peccatum. Gem. *cons. 76. in pr. v. super dubio.*

4 †Amplia; quia licet Iudex non teneatur impartiri officium suum, nisi petenti; tamen vbi subesset ad remouendum peccatum, debet ex officio separare thorum, & tollere occasionem peccati. Gem. *d. cons. 76. in pr. v. Imo quod plus est*, vbi idem dicit in iis, quæ cõcernũt præiudicium animæ. Vide, *Officium suũ Iudex non impartitur,*

5 *nisi petatur, & quando secus. Concl. 111.*† Amplia; quia in dubio licet non præsumatur delictum, neque inducatur pœna, tamen secus est ad obuiandum peccato, & periculo animæ; quia vbi agitur, an sit peccatum, vel non, in dubio inclinandum est pro peccato, vt tollatur peccatum. *c. iuuenis, desponsal.* Anch. *cons. 243. Christianissime, in fin.* vbi, quod tutius est abstinere ab actu dubio, per

6 quem possit peccatum subesse. Vide, *Absoluere non debet Iudex in dubio multis casibus. Concl. 42.*† Extende; quia vbi agitur de illaque anda anima à peccato, materia stricta extenditur fauore animæ, vt tollatur peccatum. Rom. *cons. 285. Omnia. in fi.* vbi apostilla in

7 *verb. animarum.*† Contrarium; quia quando sunt diuersę opiniones, qui facit secundum vnam opinionem, non peccat; quia varia intelligentia tollit peccatum. Alex. *cons. 1. nu. 9. v. vltimo pro hoc*

8 *adduco. lib 2.*† Declara in legibus humanis, secus in foro conscietiæ, vbi agitur de peccato, ita apost. ad Alex. *d. cons. 1. n. 9. in v. non*

9 *peccat, lib. 2.* & Decian. *cons. 8. n. 5. v. quia facile, lib. 1.*† Amplia; quia licet iuramentum metu, vel dolo extortum sit nullum, intelligi debet sequuta absolutione per Iudicem ecclesiasticum, & licet

10 sint opiniones, tamen ista tanquam turior est tenenda; quia remouet peccarum. Fulg. *cons. 121. in pr.*† Amplia; quia etiam prætextu publicæ vtilitatis non est peccandũ. Anch. *d. cons. 243. in fin.*

11 †Imo vbi agitur de publica vtilitate, & de peccato inducendo, prosternitur publica vtilitas; quia absurdum diceretur vtilitatẽ humanam præferri legi diuinæ, quæ non admittit peccatum. A-

12 lex. *cons. 53. Quæritur an stante, n. 10. & seq. lib. 5.*† Amplia; quia restituere male ablatum quisque tenetur; quia sine restitutione non

13 dimittitur peccatum, *c. peccatum, de reg. iur. in 6.* Vide, *Restituere male ablatum quilibet tenetur, alias non. Concl. 303.*† Amplia; quia vbi agitur de peccato secundum ius diuinum, neque Papa potest dispensare, quo minus pœnitentia agatur, & restitutio fiat. Alex.

14 *d. cons. 1. n. 2. lib. 2.*.. † Extende; quia licet Papa possit cum clerico dispensare super effusione facta sanguinis humani; non tñ pót

15 dare licentiam effundendi sanguinem humanũ clericis. Bal. *cons.* 432. *Ad bellum iustum. in pr. lib. 5.*† Restringe; quia vbi agitur de peccato mortali secundum ius positiuum, in quo Episcopus, & inferior non dispensat, bene potest Papa hoc casu dispensare. Alex.

16 *d. cons. 1. n. 2. lib. 2.*† Amplia; quia nullum præceptum, siue arbitrorũ, siue Iudicum, quorumcumque obligat ad peccandum, & potest superni. Abbas *cons. 64. Venio ad primum, col. 2. in pr. v. quod autem*

17 *hoc Iudum, lib. 1.*† Extende, quia imo in Papa, & quolibet Principe cessat plenitudo potestatis, quando ex ea inducitur peccatũ.

18 Aegid. Bellam. post alios *in c. non liceat Papæ n. 2. 12. q. 2.*† Extende; quia lex, vel statutum inducens peccatum non valet, neq; debet seruari; ideo lex, vel statutum, quod præscribi possit cum titulo,

19 non potest loqui, si adest mala fides; quia induceret peccatum. Abbas *cons. 76. In presenti, in fi. lib. 1.*† Idem, si statutum disponat, q fiat exequatio sententiæ in die feriato in honorem Dei; quia non

20 valet; quia contra legem diuinam induceret peccatum absurdũ, & illicitum, etiam si ad augendum, & extensionem actus iam creati, plene Alex. *d. cons. 53. Quæritur, n. 10. & seq. lib. 5.*† Amplia; quia pro saluanda vita alterius non licet mentiri, & pro quocũque pio opere non licet peccatum facere. Alex. *cons. 49. nu. 3. lib. 4.*

†Amplia; quia procedit etiam si eo, qui potest prohibere peccatum, & non prohibet, quia se facit socium, & fautorem criminis & fraudis, plura Alex. *cons. 51. Cum dicatur, n. 6. lib. 4.* quia non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, vbi videas multa similia.† Limita; quia quandoque peccatum toleratur, vt maius malum euitetur. Alex. *d. cons. 1. n. 7. lib. 2.* Vide, *Permissa sunt multa prohibita per modum tolerantiæ. Concl. 401.*

†Limita ex causa necessitatis meræ; quia peccatum non est peccatum, ex quo lex non obligat eo casu, Anch. *d. cons. 243. n. 4.* Vide plenissime, *Necessitas non habet legem. Concl. 19.*

peccatum generat mortem. Concl. 194.

PROPTER† peccata veniunt aduersa, plene Marsil. *sing. 530.* *propter peccata*, vbi ponit aliqua, & quod partus ex adulterio potius præsumitur, quam ex matrimonio, quando constat de vtroque, si est editus non sanus, propter peccatum præsumitur aduersum.† Et animæ alligatæ peccato dantur multa specialia, vt quanto citius liberetur. Rom. *cons. 499. In præmissa, n. 6. v. secunda, quia.* vbi apost. concord. *in v. præiudicium.* † Et propterea iura introduxerunt, quod excommunicatus declararetur talis; quia citius procurabit animæ suæ absolutionem, cum videtur se priuatum commercio hominum. Rom. *cons. 482. n. 5. v. ego dico.*† Et tanto grauiora sunt peccata, quanto infelicem animam diutius detinent occupatam, *c. fin. de consuet.* cum suis concord. de quibus ibi gl. *in v. diuinis.* Vide, *Consuetudo nutritiua peccati non valet. Concl. 815.*† Et apostata non potest excusari ex diuturnitate apostasiæ, sed bene grauius accusari. Rom. *cons. 268. In casu proposito, in fin.* vbi allegat concord. Vide, *Periculum vbi maius, ibi cautius agendum. Concl. 281.*

Pecorum appellatione quid veniat. Concl. 195.

PECORVM† appellatione veniunt boues, & quadrupedes. *l. 1 legatis seruis. §. pecoribus. ff. de leg. 3. Instit. de lege Aquil. in pr.* vbi Aret. *v. nota, quod equi.*

Peculium ex quibus pater filio concedere censeatur. Concl. 196.

PATER† aliquid negotians nomine filii, quem habet in potestate, censetur filio concedere in peculium; si vero filius esset emancipatus, censetur eidem filio donare. Bald. *cons. 470. Notandum est, in pr. lib. 5.*

Peculium filiifamilias mortuo patre cuius sit. Conclus. 197.

FILIVSFAMILIAS† habens peculium viuente patre, mortuo patre tenetur illud communicare aliis fratribus, nisi à patre prælegetur. Bald. *cons. 470. Notandum est. in pr. lib. 5.*† An peculii aduentitium, vel profectitium concessum per patrem in administrationem filio, & quando possit confiscari, vel pro condemnatione in exequutione capi, aut pro ære alieno filii exoluendo obligari, plene Rom. *cons. 154. Iudicium contra Ant. n. 3. v. secundo principaliter.* Vide, *Confiscatio bonorum operatur multa. Concl. 718.* Vide, *Pater obligatur filio, seu pro filio ad multa. Concl. 120.*

Pecunia habet multa singularia, & quæ. Conclus. 198.

PECVNIA† habet multa singularia, quæ non insunt in aliis rebus. *l. singularia. ff. si cert. petat.*† Emens ex pecunia pupilli, etiam nomine proprio acquirit pupillo. *l. si ex pecunia. C. de rei vendic.* secus, si emat ex rebus pupilli, vel ex pecunia redacta ex rebus pupilli. Bald. *cons 53. Remanentibus in communione lib. 1.*† Succedit pecunia in locum cuiuslibet rei; quia ad hoc artificialiter est inuenta, non sic in aliis rebus, nisi in vniuersalibus. Bald. *d. cons. 53. n. 2. ver. item pecunia, lib. 1.*† Mutuare possunt sibi ipsi tutor pecuniam pupilli, & Prælatus pecuniam ecclesiæ, & hoc est speciale respectu pecuniæ. Bald. *cons. 298. Hac materia altioris, lib. 1. num. 4. ver. imo plus.*† Latissimum verbum est, *pecunia*, ideo pecuniæ appellatione veniunt fructus, maxime quando apponitur dictio vniuersalis (quæcunque pecunia.) Angel. *cons 331. An in restitutione, col. 2. in pr. v. Nam verbum pecuniæ, & in fin. ver. item consul.*† Pecunia dicitur fideiussor futuræ necessitatis, & ideo dicitur vtcunia hominis. Bald. *in l. receptitia, num. 9. C. de constit. pecun.* †Omnes obediunt pecuniæ, & per ipsam omnia æstimantur. Petr. de Anch. *cons. 243. Christianissime, & Illustrissime, num. 4. versic. quarto.*

†Pecunia debita in vna causa potest conuerti in aliã causam abs-

que

quenumeratione. Alexan. *cons.23. Consideratis,n.2.v. attento,quod pecunia, lib.7.*

Pecunia dicitur consumpta per immixtionem, & quando. Concl.199.

1 PECVNIA † vsuraria soluta per socerum marito trãsit in dominium mariti, & dicitur consumpta per solam immixtionem
2 fictã cum pecuniis mariti. Fed. de Sen. *cons. 63. n.2. v. posito ergo.* † Amplia ic in pecunia furata, vel aliena; quia per immixtionem dicitur consumpta, *l.si alieni. ff. de solutio. l.non omnis. in fi. ff. si cert. pet.*
3 † Amplia; quia pecunia vectigalium exacta per publicanum, & depositata penes nummularium dicitur obligata vsque ad consumptionem, ea cõsumpta per commixtionem obligatur nummularius. Bald. *cons.252. Ordo rei gestæ, circa pr.* & clarius in *fi. lib 3. v-*
4 *bi,* q commixtione reconciliatur solutio. † Amplia; quia imò pecunia, ex quo est de iis, quæ seruando seruari nõ possunt. *l. lex, quæ tutores. C. de administr. tut. l.1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebell.* id circo per triennium dicitur consumpta, vel consumpta præsumitur. Corn. *cons.105. Viso, col fi. lib.3.* in tantum, quod qui vult dicere contrariũ,
5 debet probare. Alex. in *l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cert. pet.* † Limita; quia pecunia non præsumitur consumpta, & allegans consumptionem debet probare. Alex. in *d. l. non omnis. §. si pupillus in fi. si cer-*
6 *pet.* † Extende, vt nec præsumatur consumpta per triẽnium, sicut consumpti præsumuntur fructus; quia licet gl. in *l. vnica. C. si aduersus vsucap.* videatur tenere cõtrarium; tñ non hoc firmat in pe-
7 cunia, dum allegat tex. in *d. l. lex quæ tutores. C. de admin. tut.* † Nec obstat, q pecunia dicatur esse de iis, quæ seruãdo seruari nõ pos-
* sunt, & vsu consumuntur. *§. constituitur. Instit. de vsufructu.* glo. & * Doct. in *l.1. §. quæsitum. ff. ad Trebell.* Cor. *cons.105. lib.3.* Soc. *cons.249. col.pen. lib.2.* Paris. *cons.25. col.fi. lib* 2. quia hoc est verum ad hoc, vt dicatur fructuosa, & in ea possit sine cautione constitui vsusfructus, sed quod possit seruari, & reddi, vt aurum, & argentum, res est sine dubio, vt Bar. *d.l.1. § fuit quæsitum, n.3. ff. ad Trebell.*

Pecuniæ appellationẽ quid veniat. Concl. 200.

1 PECVNIA † est, per quam omnes aliæ res æstimantur. *l. si ita fidetussorem accepero. ff. de fideiussor.* Alex. *cons.124. In causa. & lite, n.4. v. pecunia. lib.2.* Bal. *cons.53. Remanentibus, n.2.* vbi, q ad hoc artificia-
2 liter est inuenta, *lib.1.* Soc. *cons.220. col.2. in pr. v. quæ quidem ratio.* A-
lex. *cons.79. n.8. lib.5.* † Et propterea cum omnes res pecunia æstimentur, ipsa pecunia, alia res à specie æstimata non videtur; ideo licet arbitrator non possit arbitrari, q alia res detur pro re, bene
3 potest arbitrari, quod pecunia detur pro re. Alex. *cons.79. Elegan-*
ter, n.8. & seq. lib.5. vbi a post. in *v. pecuniam.* dat conc. † Pecuniæ ap-
4 pellatione venit omnis pecunia. Dec. *cons.381. Visis iis, n.2.* † Et qd veniat appellatione pecuniæ, Alciat. in *l. pecuniæ nomen. ff. de verb. si-*
gnific. Corn. *cons.229. Licet claram. lib.4.* Cephal. *cons.14. n.27. v/g. in fi.* vbi, quod veniunt iura, & actiones ad pecunias competentes, a
5 vbi in fi. quod in legatis sumitur stricte. † Largo modo sumpto vocabulo veniunt omnia, quæ ad pecuniam reduci possunt. *l.*
6 *nam quod. in fi. ff. ad Trebell.* † Et venit pecunia appellatione bonorũ mobilium. Dec. *d. cons.381. n.4. & cons.472. n.7.* Tiraquel. *de retract.*
7 *lignag §.1. gl.7. n.103.* † Contrarium Corn. *cons.49. In præsenti consul-*
tatione, lib.3. Declara, vt per Dec. *d. cons.472. n.8.* † Restringe, quia non venit in legato auri & argenti. Dec. *d. cons.381.* vbi casus. Vide
8 plenius in *v. Legatum de omnibus bonis de domo testatoris quid contineat, vbi non. Concl.120.* vbi habet multas restrictiones, quibus pecunia
9 non venit appellatione mobilium. † Declara; quia pecunia reputatur inter res mobiles, quæ seruando seruari nõ possunt; & ideo
10 ficiunt bona pupilli, quæ seruando seruari non possunt, distrahi queunt; ita etiam pecunia; nisi esset destinata ad emptionem rerum stabilium, vel nisi esset redacta ex alienatione bonorum sta-
bilium. Tiraquel. *d. tract. de retract. lignag. §.1. glo.7 n.103. cum sequ.* † Amplia; quia pecuniæ appellatione largo modo omnia, quæ ad pecuniam reduci possunt, continentur. gl. fi. in *l. pecuniæ nomine,*
11 quæ est 222. *ff. de verb. signif.* † Imo omnis res, & totum patrimoniũ pecuniæ appellatione venit. Rebuf. in *d. l. pecuniæ appellatione, la-*
12 *quarta. ff. de verb. significa. in pr.* vbi, quod etiam venit actio. † Aliquã-
do capitur pro eo, quod consistit in pondere, aliquando pro pecunia numerata. Rebuff. vbi supra in 2. & 3. *notabili,* & hoc vltimum de pecunia numerata intelligitur, vbi additur verbũ, *summa pecuniarum,* vel sumus in materia statuti, vel materia odiosa,
13 nisi dispositio eluforia reddatur. † Generaliter secundum subiectum materiam intelligi debet, vel secũdum communem vsum loquendi. Rebuf. *d. l. pecuniæ la quarta. ff. de verb. signif. col.3. v. ego puto.*

Pecunia quando, & qualiter recipiat hypothecam, vel non, etiam consumpta. Concl. 201.

PECVNIA † exacta per publicanũ ex vectigalibus, sicuti alia bo- 1
na publicani remanent fisco, & principi hypothecata, & obligata Bal. *cons.360. Conclusio facti, in pr. lib.1.* quod duplicatur *cons.*
252. Ordo rei gestæ, ante med. v. publicanus post quam. lib.3. † Extende, vt 2
procedat, etiamsi pecunia per publicanum deponatur penes nũmularũ, vel alium; quia remanet obligata. Bal. *d. cons.360. in pr. v.*
& si publicanus, lib.1. & cons.252. in pr. lib.3. † Extende, vt etiam pu- 3
blicanus, & alius consumens pecuniam alienam teneatur actione vtili, qñ factus est locupletior; quia vtilitas succedit loco rei.
Bal. *d. cons.360. in pr. v. sed si pecunia, lib.1. & cons.252. ante med. v. sed, &*
si pecunia, lib.3. † Amplia; quia creditor posterior fisco exigẽs à de- 4
bitore pecuniam, etiamsi consumpserit eam, põt reconueniri à fisco, & tenetur exactam restituere, licet in hypotheca regulari-
ter non cadat hypotheca. Affl. *decis.191.* † Amplia; quia vbicunq; 5
certum corpus pecuniæ potest demõstrari, in eo cadit hypotheca, aliàs si consumpta est, & non põt demonstrari, secus. Cast. *cõs.*
96. Circa ea, quæ col.3. v. tertio principaliter, lib.1. † Declara tñ; quia et- 6
iamsi pecunia sit consumpta, & non possit demonstrari, si est cõsumpta ex causa lucrativa, & consumens est factus locupletior,
hypothecaria conuertitur in condictionem sine causa. arg. *l. rogasti. §. si. ff. si cert. pet.* Cast. *d. cons.96. col. si. v. item non obstat, lib.1.* † Imo 7
creditor Cameræ Apostolicæ, vel alterius personæ, potest actionem in factũ exercere contra omnes habentes bona sui debitoris ex causa lucrativa. Cast. *d. cons.96. in si. v. plus videtur dicendũ, lib.1.*
† Limita regulariter; quia hypotheca non cadit in pecunia; ideo 8
si debitor soluat posteriori creditori, nõ põt primus creditor repetere à secundo, qui exegit. Affl. *d. decis.191 per totam,* & quitur
Paris. *cons.69. lib.2.* Gram. *quæst.1.* † Declara; quia multi sunt casus, 9
in quibus pecunia cadit in hypotheca, & põt hypothecaria exerceri in pretio, & sic in pecunia, prout in vniuersalibus, in quibus
pretium succedit loco rei, & in particularibus in subsidium, qñ res perempta, vel præscripta, Alex. *cons.70. Videretur, n.4. v. quo ad*
tertium, lib.5. Vide, *Pretium in quibus succedat loco rei. Concl.490.*

Peculatus crimen quale, & eius natura. Concl. 202.

CRIMEN † peculatus est circa vsurpationẽ pecuniarũ, & rerũ 1
publicarũ, & est pœna mortis. *Inst. de publi. iud. § item lex Iulia*
pecula. Clar. in *§. fi. q.68. n.3. v. officialis.* † Pœna peculatus est depor- 2
tationis, & amissionis bonorũ, *l.3. ff. ad leg. Iul. pecu.* quandoq; est
pœna quadrupli, *l. pen. ff. eod.* & quandoq; arbitraria, maior, & minor secundum qualitatem, *l. sacrilegii. ff. eod.* † Et q sit pecuniaria 3
in quadruplũ, *l.4. § sed & qui pecuniam, ff. ad leg. Iul. pecul.* Curt. Iun.
cons.19. n.13. v. imo etiam. Decian. *tom.2. lib.8. c.28. n.18. & c.31. n.5.* † 4
Præscribitur hoc crimen per lapsum quinquennii, *l. peculatus. ff. ad*
l. Iul. pecul. Azo in *summa C. eod. tit. n.3.* Gigas *de crim. læsæ maiest. lib.1.*
q.29. v. accusatio vero peculatus. † Et currit hæc præscriptio non à die 5
scientiæ, sed à die cõmissi delicti; q a omnis præscriptio habet tẽ-
pus continuũ, gl. in *rub. ff. de diuer. & temper. præscript.* Mars. in *praxi,*
§ constante, n.85. vbi de * cõmuni. Bossius loquens de hoc crimine, *
tit. quomodo proced. per actio. in delict. n.22. Clar. *in d. §. fi. q.51. n.5. v. sed*
quæro, vbi dicit magis * cõmunem, q præscriptio delictorũ currit *
à die delicti, non à die scientiæ. † Et currit contra ignorantẽ, Soc. 6
cons.110. Suppositis, lib.4. vbi plura hinc inde Alex. in *l. fi. n.2. & seq. C.*
de dolo. & est communis * opinio, vt dicit Sylua. *cons.7. in pr.* prout *
etiam de communi * Mar. *d. praxi, §. constante, n.85. & 86. & 89.* † * 7
Etiamsi delictum esset occultum. Sylua. *d. cons.7. n.3.* † Restringe 8
de iure Canonico; quia non præscribitur sine bona fide præscribentis, & scientia eius, contra quem, sed procedit in foro animæ
quoad pœnitentiam. Thob. Non *cons.105. n.21. & seq.* quod ego non credo verum; quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, & vbi agitur de peccato, seruatur ius Canonicum, sed
forte illud quoad bonam fidẽ habentis alienum, sed non quoad scientiam eius, contra quem. † Et quod non præscribatur delictũ 9
de iure Canonico, est tex. in *c. ecce, 24.q.1. gl. in c. admonere, 33.q.2. in*
ver. pœnitentia. † Declara; quia procedit in foro conscientiæ, De- 10
ci. in *c. licet causam, de probatio. num.77. & seq.* vbi Abb. *num.30. ver.*
quoad secundum. Imol. *num.19. circa fi. ver. in ea gloss.* Felyn. *num.38.*
Boer. *decis.26. num.7. & seq.* Capel. Tholosan. *decis.188.* † Non 11
habet locum hoc crimen contra eum, qui reddidit rationem, & fuit liberatus. Cephal. *consil.192. numer.12. & sequentib.* † Et 12
si dolosa esset redditio, non potest agi de dolo post biennium, *l. final. C. de dolo.* Cephal. *dict. consil.192. numer.20.*

13 † Limita; q̃ crimen peculatus nõ habet locũ in eo, qui pecunias
Cõmunis in vsus suos conuertit, nisi sit Cõmunitas libera. Cast.
14 *d.cons.141.n.4.lib.1.* † Extende; quia imo lucrum, quod facit exactor ex pecunia Communis, quam tenetur restituere nõ statim,
sed certo termino, lucratur sibi. Dec. *cons.6.col.2.v. secundo ista con-*
15 *clusio, & in fi.* vbi distinguit tres casus. † Extende; quia is, qui habet
pecuniam à priuato pro certo vsu, & expendit pro se, non tenetur pœna furti; quia in eum est translatum dominium pecuniarum; quia non tenetur reddere eandem pecuniam; secus si esset
deputatus ad custodiam tantum. Cast. *d.cons.141. Visa quadam, n.4. v. quarto videndum, lib.1.* Cast. *cons.366.n.6.* vbi dicit idem, & citat
Castr. vbi supra, & alios.

Pedagium quid sit, & an prohibitum, vel permissum, & quæ pœna imponatur. Concl. 203.

1 PEDAGIVM † est ius reale cohærẽs territorio ad vtilitatẽ fisci, & est de regalibus, & reseruatis principi; ideo nõ cõpetit, nisi habentibus fiscũ. Bal. *cons.243. Ius percipiendi, lib.5. in prin.* Vide, *Regalia*
2 *quæ esse dicantur, & ad quem spectent. Concl.82.* † Et ius colligendi pedagium est ius reale, q̃ cohæret territorio, in quo pedagiũ leuetur; quia cum sit iurisdictio; ergo cohæret territorio. Bal. *cons.289. Quia consuetudo, n.2.v. secundo præmittendum, lib.4.* adde, q̃ non trãsit, nisi cum vniuersitate; quia iurisdictio non transit, nisi cũ vniuersitate. Bal. *cons.322.n.2. lib.4.* quia licet cohæreat territorio, & solo; non tñ cohæret ad vtilitatem soli, sed ad vtilitatem fisci. Bal. *cons.119.n.2. & 3.v. secundo præmitto, lib.4.* & q̃ pedagium cohæreat territorio ad vtilitatem fisci, & nõ ad vtilitatẽ soli. Bal. *d.cons.243.*
3 *Ius percipiendi, in pr. lib.5.* † Restringe, nisi castrum haberet fiscũ de per se ex priuilegio, vel consuetudine; quia tunc talis iurisdictio colligendi pedagium cohæret territorio, prout de consuetudine habent Ciuitates Italiæ, & multa Castra. Bald. *d.cons.243. Ius perci-*
4 *piendi, lib.5. per tot.* † Et trãsmittitur ꝓprietas, & possessio, vel quasi colligendi pedagia hæredibus. Bal. *d.cons.289.n 2. lib.4.v. & hoc ap-*
5 *paret.* † Amplia; q̃ non venit in generali cõcessione, nisi expresse sit dictũ; q̃ concedi non consueuit. Bal. *d.cons.243. in pr. lib.5.* Vide, *Iurisdictio quando, & ex quibus censeatur concessa, vel vendita. Concl.*
6 547. † Amplia; quia salis redditus licet sit portitoriũ, & non pedagiũ, ꝓprie tñ venit appellatione pedagiorũ, & multo magis appellatione vectigaliũ; quia omne, q̃ fisco spectat, continetur sub
7 nomine vectigalium. Cuma. *cons.162. Visa copia, in pr.* † Spectat pedagiũ ad feudatarium, non ad dominum directum; quia respicit
8 vtilitatem, & est onus reale. Signor. *cons.108.n.11. & seq.* † Pedagia colligentes debent tenere itinera tuta; vnde si fiat aliqua robbaria in territorio domini exigentis pedagia, tenetur ipse restituere, vel malefactorem exhibere, secundũ Archid. in *c.si quis peregri-*
9 *nos.33.q.3.* quem sequitur Bal. in *c.1.§. conuenticula quoque, de pace iur.*
firm. † Prohibita est exactio pedagii, & exigẽs sine causa vera, vel putatiua incidit in crimen atrox. *ff. ad l. Iul. de vi publica, l.fi.* Bal. *d.cõs.*
10 289. *n.5.v. iis igitur, lib.4.* † Et solutiones factæ à subditis domino suo per decenniũ an inducant titulũ, vel extorsionem præsumptoꝝ, vide Alex. *cons.124. Super primo*, cum apostillis ibi pro vtraq;
Vide, *Onerum impositio regulariter prohibita, & quando permissa. Concl.*
11 134. † Amplia; quia præsumitur dolus in eo, qui exigit pedagiũ sine causa contra legem; ideo non excusatur. Bal. *d.cons.289.n.6. lib.*
12 4. † Amplia; quia ius colligẽdi pedagiũ est prohibitum, nisi sit ex priuilegio Principis, vel ex consuetudine, seu præscriptione immemorabili; quia itinera debent esse libera. Bal. *d.cons.340. Si pa-*
ter, n.3.v. super eo, quod. lib.5. vbi, quod ciuitates, & nobiles non possunt noua pedagia imponere. Vide, *Pedagia à quibus possint imponi,*
13 *& exigi. Concl.204.* † Limita, q̃ exigitur secũdum legem, vt quia sit vel ex priuilegio, seu consuetudine. Bal. *d.cons.289.n.6.v. quan-*
14 *doq; secundum legem, lib.4.* quia licita est exactio sine pœna. † Extẽde; quia bonæ fidei possessor, vel habens publicam famam ꝓ se, vel etiam possessionem maiorum suorum in exactione pedagii non præsumitur in dolo, sed debet manuteneri, donec causa sit cognita, nec potest inquiri, vel puniri tanquam criminosus. Bal.
15 *d.cons.289. per tot. lib.4.* † Extende; quia iustus error excusat à pœna criminali exigentem pedagia. Bald. *d.cons.289.n.5. lib.4.* Vide,
Datia, & gabellæ an sint permissa, vel prohibita. Concl.26.

Pedagia à quibus possint imponi & exigi. Concl. 204.

1 PEDAGIA † nõ possunt colligi, neq; imponi p inferiores Principes; quia sunt de regalibus; & quia transitus viarũ vnicuiq;
est liber. Bal. *cons.11. In causa passagii, lib.2.* & quod sint de regalib⁹, Bald. *cons.420. Verba Principis. n.5.v. non tamen, lib.4.* Castr. *cons.166.*
Nulli dubiũ, n.2.v. videndum est, lib.1. Vide, *Principi soli quæ reseruata*
se dicantur. Concl.695. † Et ideo ciuitates, & nobiles per eorum territoria non possunt imponere noua pedagia, aliàs possunt ꝓhiberi, ne exigant; quia liberũ debet esse iter viarũ. Bal. *cons.340. si*
pater, n.3.v. super eo, lib.5. Vide, *Datia, & gabella an permissa, vel prohibita. & à quibus imponantur. Concl.* 26. Vide, *Vectigalia noua imponi non*
possunt, nisi à Principe supremo. Concl.32. † Amplia; quia licet pedagia possit colligi priuilegio, vel consuetudine, & nõ soluentes casũ in cõmissum; tñ extra territoriũ nõ est licitũ colligere, neq; possunt res capi ob cõmissum extra territoriũ, etiãsi sub eode Principe sint territoria separata. Bald. *d.cons.340.n.3.v. sed nunquid pos-*
quam, lib.5. Vide, *Delinquens in vno territorio an sit tutus in alio territorio, vel non. Concl.183.* † Limita, nisi quis habeat ex priuilegio Principis. Bal. *d.cons.11. in pr. lib.2. & cons.289. Quia consuetudo, in pr. lib.4. & cons.340. n.3. lib.5.* † Probatur autem priuilegiũ etiam ꝓ homines discretos, qui deponunt se vidisse, & legisse priuilegiũ. Bald.
d.cons.11.v. secundo præmittendum, lib.2. † Limita, nisi quis vigore consuetudinis immemorabilis collegerit pedagiũ; quia præsumitur titulus à Principe. Bal. *d.cons.11. lib.2.* qui dicit maxime hoc procedere in Italia, & *d.cons.289. in pr. lib.4.* Signor. *cons.108.n.8.* vbi loquitur in Principe Sabaudiæ. Vide, *Consuetudo circa datia, & gabellas. Concl.846.* † Imo contra Principem põt hæc consuetudo allegari per feudatariũ, quasi ipse concesserit, q̃ est immemorabilis. Signor. *d.cons.108.n.9.* qui loquitur in Iacobo principe contra dominum suũ Comitem Sabaudiæ. † Declara; quia ius colligendi pedagiũ acquiritur præscriptione immemorabili, seu consuetudine, cuius initii memoria non extat; sciente tñ Principe, vel Locumtenente Principis. Bald. *d.cons.340. Si pater fil. o. n.3.v. super*
eo, quod quæritur, lib.5. † Et ista consuetudo, seu præscriptio immemorabilis exigendi pedagia dicitur quædam tacita concessio facta à Principe. Cast. *cons.166. Nulli dubium. n.2.v. quæ quidem conce-*
sio, lib.1. † Restringe tñ, quia licet consuetudo sit præscripta collegendi pedagiũ per aquam; non tñ poterit colligi per terram. Bal.
d.cons.340.n.4.v. sed nunquid, si consuetudo, lib.5. † Extende; quia ꝓ pedagium est legitime præscriptum, siue per terram, siue per aquam, siue simul per terram, & aquam, nedum potest colligi, sed etiam res incidunt in cõmissum ob fraudem commissam. Bald.
cons.340. in fi. ve. sed quid si est, lib.5. † Concessio pedagiorum fit a Principe expresse, & tacite; expresse per litteras, quibus statur. Cast. *d.cons.166.n.2.v. quæ quidem concessio, lib.1.* † Tacita concessio exactionis pedagii resultat ex vsu tanti temporis, cuius non extet memoria, & ista tacita non debet plus operari, quàm expressa. Castr. *dict. cons.166.n.2.v. item potest esse, lib.1.* † Fœmina de iure communi est incapax iuris exigendi pedagia, sicuti est incapax feudi; quia de similibus ad similia procedimus arguendo. ex quo beneficium Principis est circa ea, quæ sunt de regalibus. Cast. *d.*
cons.166. col.2.v. secundo breuiter, lib.1.

Pœna dicitur multis casibus, & exemplis. Concl. 205.

PŒNA † dicitur multis casibus, & exemplis. † Deuolutio collationis, & prouisionis beneficii est quædam pœna; ideo non extenditur de casu ad casum. Cald. *cons.65. in pr.* aliàs *1. de simplic.*
negl. prælat. † Nullitas gratiæ inducta ex taciturnitate, vel subreptione dicitur pœna; ideo non habet locum, nisi in casibus expressis. Cald. *cons.66.n.3.v. ad secundum*, quod est *vnicum. de fil. presb.*
† Exclusio à potestate agendi dicitur pœna; ideo si statutum excludit non soluentes gabellas, & taleas à iudicio, dicitur pœnale, & ideo restringẽdum. Gem. *cons.62.n.8.v. super tertio, n.9.* † Annullatio actus celebrati contra legem est pœna, & quando est tanta legis prohibitione sit nullitas; si verò aliter, quàm per legem, tunc non est pœna. Ias. in *l. non dubium n.7. C. de legib.* † Onus pro bandi translatum in aliquem contra ius est pœna. Alex. *cons.8.*
In causa, & lite, n.4.v. quod autem, lib.1. † *Punitur* verbũ inducit pœnam. Anch. *cons.440. In quæst. n.4.* † Priuatio successionis ob non petitum tutorem dicitur pœna; ideo ad hæredes non transmittitur actio non intentata. Anch. *d.cons.440. n.4.* Vide, *Pœna immi-*
in omittendo, quam in committendo, & quando secus. Concl.257. Vide
Priuationis pœna habet locum, & in quibus. Concl.717. † Et priuatio æquatoris si intra annum non exequitur, ex quo est damnum, & pœna, nõ habet locum contra ignorantem. Rom. *cons.228. in pr.*
vbi apost. in *v. pœna est*, quæ dat concord. quod est pœna. † Expromissatio proprie pœna dicitur. Roman. *cons.236. Ve præmissa consulta-*
tio, in princip. vbi apostill. in *ver. pœna.* † Caducitas emphyteutæ dicitur pœna; quia diminuitur eius patrimonium; ideo declaratur contra emphyteutam, quod cecidgit, stricte interpreta-

tur, quia agitur de pœna. Abb. *consil.67. In causa, quæ, n.4. v. præterea.*
12 *Abb. lib.2.* † Contumacia dicitur pœna, & delictũ & dolus. Vide, *Contumacia quid sit. Concl.* 1017.

Pœna propriè quid sit. Concl. 206.

1 PŒNA † propriè non dicitur, qñ aliquid proprium non abest, neque abfuturũ est. Old. *consil.16. in 1. q.v. & licet tale præceptum.*
2 Cassad. *decis.3. super regul. tit. de reseruat. n.4.* † Et pœna dicitur mensura culpæ, Fed. de Sen. *consil.63. in fi. v. non obstat*, & vbi non est culpa, ibi non est pœna. Bald. *consil.250. In quæstione domini Milani, n.10. v. quia igitur lib.1.* vbi, quod propterea antiqui fraudem pœnam
3 appellabant. † Amplia; quia nullitas non dicitur proprie pœna, tex. & gl. in *c. fi. de electio. in 6. gl.2.* Io. Andr. in *reg. odia, de reg. iur.* vbi, quod non est proprie pœna; qa non minuit patrimoniũ, & quod nõ sit pœna, tenet Rebuff. in *nouiss. part.1. decis.578. n.3. &* 4. vbi, q decretũ irritans ligat ignorantes quoad nullitatem actus, sed nõ
4 quoad pœnam, & ita Rota tenet; quia nullitas non est pœna. † Contrariũ, quod sit pœna annullatio actus. Cassad. *d. decis.3. super reg. tit. de reseru. n.9.* vbi ꝓ vtraq; sed explicite hoc dicit Alex. *consil.*
5 *36. n.13. lib.4.* vbi apost. in *v. pœna* dat conc. plures. † Declara; quia nullitas actus causata ex omissione solẽnitatis non dicitur pœna, secus si ex alia causa. Alex. *consil.90. Omissis, n.3. & seq. lib.3.* vbi, q ita sunt intelligendi, q dicunt pœnã esse nullitatem actus: & ideo si
6 nullitas oritur ratione ꝓhibitionis factæ, est pœna, vt dicit Alex. vbi supra, & ante eũ Zabar. in *clẽ. 1. de conces. præb.* Cassad. *super regu. de reseru. d. decis.3. n.9.* vbi plures citat, & vide apost. ad Alex. *d. consil.*
6 *90. n.3. in v. pœna*, quæ citat conc. † Declara; quia annullatio actus non est ꝓprie pœna, neq; irritatio actus est pœna naturalis contrahentiũ, quia non minuit patrimoniũ eorũ. Cassad. *d. decis.3. n.*
7 4. vbi plures allegat, maxime Fel. in *c. cognoscentes, de constitutio.* Vide Conclus. prox. præced. † Amplia; quia pœna, & mulcta differũt in multis, & vnũ non importat aliud, licet qñq; impropriè vnũ pro alio ponatur, *l. si qua pœna. ff. de verb. signific.* † Extende; quia
8 pœna latior est; quia potest esse pecuniaria, & corporalis; mulcta autem non põt esse, nisi pecuniaria. Bart. *d. l. si qua pœna, n.7. v. quæro, statutum, ff. de verb. sigmfic.* & est tex. in *l. aliud, la secõda. §. inter multam, ff. eodem.* † Amplia; quia pœna est nomen generale, & cõprehendit confiscationẽ partis bonorũ, *l. si quis aliquid, la seconda, §. si*
10 *quis instrumentum. ff. de pœnis.* † Extende; quia imo cõtinet confiscationẽ particularẽ, & vniuersalẽ, *Instit. de public. iudic. §. item lex Iulia, il primo, in fi.* ibi, *pœnã autem eadẽ lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum, si humiles, &c.* & in *c. Felicis, de*
11 *pœnis in 6.* † Declara tñ; quia confiscatio nõ censetur concessa, nisi in specie Princeps concesserit; ideo in concessione iuris imponendi pœnas non veniret confiscatio, *l. prohibitum. C. de iure fisci, lib.10.* Guido Pap. *decis.341.* supra *col.2. v. nec prodest.* sed si non agatur de iure confiscandi, sed de emolumento pœnarum, & confiscationũ percipiendo per conductorem, vel officialem, non ha-
12 bet locũ, qñ non agitur de iure confiscandi, sed de iure confiscationũ factarũ percipiendi, facit Alex. in *l. diuortio, §. si vir in fundo,* 12 *n.10. & seq. ff. solut. matr.* † Limita; quia pœna est nomen generale, & omnium delictorũ coercitio: mulcta est specialis peccati, cuius animaduersio hodie pœna pecuniaria est, & pœna nõ irrogatur, nisi à lege, vel alio iure specialiter pro delicto imponatur, & põt esse pecuniaria, personalis, & irrogationis infamiæ, vt ea sunt tex. in *l. aliud, la seconda, ff. de verb. signific. in §. inter multam.*

Pœna imposita à priuato contra leges non debetur. Conclus. 207.

1 REGULA † est, quod præceptũ legis improbatum, & pœna adiecta à priuato contra leges non valet, & non cõmittitur, si contra fiat, *l.1. C. de iis, quæ pœnæ nomi. Instit. de legat. §. fi.* ibi, *legibus interdicta.* Vide, *Molestare prohibitus sub pœna quando pœnam incurrat, vel*
2 *non. Concl.306.* † Et pater, q tenetur sine onere relinquere filio legitimã, si inducit pœnã contra filiũ, quatenus non agnoscat onus impositũ, põt nihilominus non agnoscere & pœnã nõ debet. gl. in *l. Rayhaldus. in v. adiicions*, vbi Couar. *§.1. n.7. de testam. fol.141.* Iaf. in *l. si quando. §. & generaliter, n.4. C. de inoff. testam.* Bart. in *l.1. C. de iis, quæ pœne nomine.* Crau. *consil.200 n.5. & seq. & n.7.* Cephal. *consil.393.*
3 *n.110. & seq.* Gabriel. *consil.125. n.8.* Natta *consil.470. n.17.* † Extende; quia prohibitus alienare sub pœna, si aliena ꝓ pua legitima, non incurrit pœnam; quia legitima non recipit prohibitionem. Bero.
4 *consil.93. in secundo dubio, n.18. cum seq. lib.2.* Paris. *consil.43. n.17. & 29. lib.3.* † Contrariũ tenet Cephal. *consil.155. n.87. & seq.* qui tñ se declarat, qñ nõ in pœnam inducitur priuatio, sed vt bona cõseruẽtur in familia; quia non priuatur legitima, sed residuo vltra legitimam, si contraueniat, qñ in legitima solũ instituebatur in casu contrauentionis. † Mandans ædificari Ecclesiam cum prohibitione, quod non recognoscat Episcopũ, vel non subsit Episcopo, & si recognoscat, incidat hæres in pœnam, tenetur Ecclesiam ædificare, & Episcopũ recognoscere, & non incurritur aliqua pœna. Ripa in *l. nemo potest, col. fi. ff. de legat.1.* Fel. in *cap. cum venerabilis, n.33. de exceptio.* Couar. in *c. tua, col. fi. de testam.* Vasqui. *de succes. creat. lib.1 §.7. n.17. fol.92.* Vsuræ ꝓhibitæ sunt omni iure, & omnis pœna adiecta, quæ tenderet ad idem. Vide, *Pœna adiecta quantitati nõ exigitur. Concl.249.* † Testator, qui facit legatũ alicui de certa re, 6
& si contingat reuocari, ex nunc inter viuos donat talem rẽ, vel vendit, non põt sibi imponere hanc pœnam, vel necessitatem; ideo non valet; quia in fraudem legis, quæ vult, q non possit impediri libera facultas testandi, & legandi, ac etiã reuocãdi legata, & testamẽta, plene Ruin. *consil.178. Quæritur de iuribus, lib.1. per tot.* vbi respondet ad omnia contraria. † Trebellianica, quæ non põt 7
ꝓhiberi in filiis primi gradus, nõ põt etiam sub pœna. Vide, *Trebellianica põt prohiberi in filiis primi gradus, & quando secus. Concl.386.* † Et generaliter, q non põt fieri dicte ẽte in pœnam, & fraudẽ le- 8
gis pure, non põt etiam sub conditione, vel dispositione cõditionali, videl. si hoc nõ fecerit, eo casu priuo, vel solũ instituo, vel lego. Ruin. plene *d. consil.178. n.9. lib.1.* vbi ponit plura exẽpla, p quę nõ valet dispositio hominis cõtra ea, quæ disponit lex, vel ꝓ bono publico, vel pro bonis moribus, vel quia lex prouidet ipsa cõtra voluntatẽ, vt aliqd omnino fiat. † Cõmunio, quæ perpetuo 9
non põt præcipi, neq; conueniri; quia tollit liberã facultatem testandi, si conueniatur etiã cum iuramento, & sub pœna, & cõditione, si diuisio petatur, non valeant aliæ terminatæ, nõ valet, neq; obligat, plenissime Ruin. *consil.54. per tot. lib.1.* vbi idẽ in ꝓcuratore nõ reuocabili, in supplemẽto legitimæ, in administratione concessa ꝓpetuo, in redditione administrationis, qa si sunt ꝓpetuo ꝓmissa cum iuramento sub pœna; possunt tn sine pœna reuocari. † Pactũ de hæreditate viuentis nullũ, & pœna adiecta in 10
casu inobseruantiæ nulla; qa contra legẽ, & bonos mores. Osas. *decis. Pedemont. 100. n.41. & seq. v. nec contraria.* † Feudũ, vel emphy- 11
teusis, aut fideicõmissum debitũ hæredi ex prouidentia suorum maiorũ, si p testatorẽ fuit alienatũ, & mandet non posse emptores molestari sub pœna, non incurritur pœna, etiamsi sit hæres; qa non incurrit pœnam appositã, & põt contrauenire. Menoch. *consil.104. n.54.* Gram. *decis.93. n.69. & seq.* Cuma. *consil.163. Guarnerius, in fi. v. ad quartum.* plenissime *decis. Pedemont.* dicit * cõmunẽ 180. * *per tot.* vbi *n.5.* dicit, quod qñ iussus, vel præceptum testatoris tẽdit ad priuandũ hæredem, eo quod sibi debetur à lege, vel ex ꝓuidentia hominis, non tenetur approbare. Vide, *Hæres iussus sub pœna quando pœnam incurrat non implendo. Concl.55.* † Amplia; qa nõ 12
valet etiam pœna promissa de obseruando contractu contra leges, prout de obseruãda donatione facta per patrem filio in potestate, quæ nõ valet. Decian. *consil.3. n.28. v. quo vero, lib.1.* † Extẽde; 13
qa pœnæ adiectio in factis contra leges non facit actum licitũ, neque obseruandum. Portius Imol. *consil.16. n.69. & seq.* † Amplia; 14
quia qui promittit sibi frangi os, vel lacerari corpus impune, etiamsi adiiciat pœnam, si faciat contrarium, põt nihilominus impune agere. & potest Iudex punire de delicto; quia nemo est dominus membrorum suorum. Bart. in *l.1. §. vsque adeo, n.2. v. sed quæro. ff. de iniur.* Alex. in *l. quãuis, col.2. circa med. ff. de in ius voc.* Vide, *Pacta quando seruanda, vel non. Concl.4. n.30.* † Extende; quia non valet 15
pactum, neque consuetudo Pisana, quod offendens alium debeat se ponere in manibus offensi, qui possit facere cicatricem in manu, vel facie; quia est contra ius. Bart. *d. l.1. §. vsque adeo, in fi. ff. de iniur.* † Extende; quia non valet pactum, quod facit rusticus ciui, 16
quod si eum inueniat in vinea sua, possit illum bastonare impune. Bart. *d. l.1. §. vsque adeo, n.2. de iniur.* vbi apost. ponunt casus similes. † Extende; quia non valet pactum, vel pœna pacis, quod non 17
possit offendens venire vnquam ad ciuitatem, vel locum; quia est species bannimenti, & tangit iurisdictionem Principis; secus, si esset forte ad tempus. Vulpel. *de treuga & pace, q.55.* Vide, *Pacis conuentiones quæ reprobentur à iure. Concl.191.*

Pœnam non meretur, qui facit lege permittente. Conclus. 208.

NON † meretur pœnam is, qui facit actum à lege permissum, *l.* 1
Gracchus. C. de adulter. † Extende; quia is, q ꝓmisit sub pœna 2
nõ molestare per se, vel aliũ, & de euictione ꝓ dato, & facto suo cum iuramento, non tenetur, si facit restitutionẽ instrumentorũ domino, p quæ res euincitur; quia facit actũ licitum, cuius contrariũ esset peccatum; ideo non venit in generali promissione, &

pœnam

3 pœnam non incurrit. Io. de Im. *cons.* 82. *In casu præmisso per tot.* † Extende; quia dominus rei, qui amisit naturalem, & retinet ciuilem, potest naturalem recuperare, & non dicitur spoliare, neq; pœnã incurrit, qñ sine violentia; quia facit lege permittente, Io. de Im.
4 *cons.* 124. *In causa, quæ vertitur in fi.* † Amplia; quia offendens banpitum, vel alium, qui lege permittente potest offendi, nõ meretur pœnã. Bart. in *l. vbi pactum, vel transactio, col. pen. v. statuto. C. de transact.* † Extende; quia Archiepiscopus offensus lege permittente,
5 vt quia contra Statum, & Rempublicam fuit machinatus, non facit incurrere offendentes in pœnam interdicti, de qua in *clem.* 1. *de pœnis*, ita Hieron. de Tortis *consilio suo, quod est post consilia Ant. de Butr. n.* 10. vbi, quod imo accusatio, vel inquisitio facta contra tales facientes, lege permittente, dicitur calumniosa, & illicita.
6 † Amplia; quia prohibitus molestare sub pœna, excusatur, si facit molestiam licitam. Dec. *cons.* 581. *Viso puncto, in* 2. *dubio. nu.* 9. &
7 *seq.* vbi latissime. † Amplia; quia imo qui fecit, quod credidit sibi licere, non venit puniendus. *l. quis sit fugitiuus*, § *apud Celsum, v. idem Celsus. ff. de ædilit. edict.* Hieron. de Tortis *d. cons. suo post consilia Ant.*
8 *de Butr. n.* 10. *v. præterea qui fecit.* † Extende; quia imo is, qui aliquo modo excusatur à pœna, non potest dici totaliter deliquisse.
9 Hieron. de Tortis *d. cons. n.* 10. *v. accedat.* † Amplia; quia is, qui promisit de rato pro minore, videlicet, quod maior factus ratificabit, si minor non ratificat; quia dicit se læsum, promittens de rato non tenetur. Anch. *cons.* 337. *Visa facti narratione*, refert & sequitur Ias. in *l. si pacto, quo pœnam, in fin. C. de pact.*

Pœna vna, non plures, pro eodem delicto multiplicato imponi debet, & quando secus. Concl. 209.

1 STATVTVM † disponens, q̃ pro singulo verbo iniurioso imponatur certa pœna, si quis idem verbũ iniuriosum pluries incõtinenti protulit, dicendo alicui, *latro, latro*, non habet locũ, nisi p̃ vna pœna. Bald. *cons.* 361. *Quid am dixit, circa pr. v. quandoque verba significant, lib.* 4. Bart. *cons.* 108. *In qu. lib.* 1. vbi apost. in *v. verba iniuriosa,*
2 dat conc. † Amplia, vt procedat, etiamsi verba multiplicata sonantia idem delictũ, & eãdem iniuriam essent dicta simpliciter, & repetita qualificate, prout *latro, magnus latro, pessimus latro*; quia adhuc vnica pœna debetur. Bald. *d. cons.* 361. *circa med. v. quandoque significant, lib.* 4. quia qualitas non inducit pluralitatem delictorũ: idem si dixit, *sozzo, brutto, malfatto idolo*; id est, *spurce. fœde. malefice, idolum.* quia sonant in vnũ verbũ, & vnã iniuriam. Bart. *d. cons.* 108.
3 *col.* 2. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit, qñ verba multiplicata sunt dubia, an importent idẽ delictũ, vel diuersum; quia in dubio idem importare debent. Bal. *d. cons.* 361. *post med. v. quandoque sunt talia, lib.*
4 4. † Extende multo magis, qñ possunt interpretari in bonũ, & sine delicto; q̃a sic debent interpretari, licet etiam possint importare iniuriam. Bart. *d. cõs.* 108. *circa fi. v. nunc videamus, lib.* 1. † Amplia;
5 quia pœna p̃ eodem delicto vnica esse debet, licet quis ex cursu equi offendat hominem pluribus vulneribus; q̃a vnicũ est delictũ. Bal. *cons.* 443. *Coram vobis, n.* 22. *ve. venio ad secundum lib.* 4. Vide, *Vulnerans forsitan non tenetur pro pluribus vulneribus vnico ictu factis, &*
6 *quando secus. Concl.* 382. † Amplia; quia pœna, quæ imponitur præstanti auxiliũ homicidæ, non multiplicatur, si quis præstitit auxiliũ pluribus, qui vnũ homicidiũ cõmiserunt; quia non dicuntur plures homicidæ, sed omnes tenentur de vno homicidio, si non constat, quis interfecerit, & si constat, ille solus tenetur. Dynus *cons.* 41. *Quæstio talis est, continetur. n.* 6. *v. in secunda quæstione. vsque in fi.* Bart. *cons.* 233. *Lege municipali, lib.* 1. vbi, q̃ connexitas facti operatur, quod vnica sit pœna. † Amplia; quia si quis cõmiserit plu-
7 ries adulteriũ, puta continuando per annos, punitur solũ tanquã * adulter vnica pœna. Bart. *cons.* 222. *Antonius, lib.* 1. & cõmunem * dicit Clar. in § *adulterium, n.* 10. *lib.* 5. & vide apost. ad Bart, *d. cõs.* 222.
8 *in v. Antonius, & in l. nunquam plura, v. item oppo. ff. de priuat. delict.* † Extende, vt procedat in omnibus delictis cõmissis in eadem re, & inter easdem personas; quia est vnicũ delictũ; quia eadẽ est spe-
9 cies. Bart. *d. cons.* 222. *lib.* 1. † Declara, vt procedat extensio, qñ primũ delictũ durat; secus si esset soluta pœna, vel lis est contestata super primo, & tunc multiplicatur pœna, si multiplicatur idem
10 delictũ. Bart. *dict. cons.* 222. *in fi. lib.* 1. † Amplia in furto continuato tota nocte furando plures res; quia dicitur vnicũ ad effectũ pœnæ furtarũ. Clar. in § *furtum, n.* 14. quia debent esse distincta tem-
11 pore, vt sint plura ad multiplicandam pœnam. † Limita; quia qñ sunt plura facta, & plura delicta; quia si sunt species diuersæ delictorũ; tunc multiplicatur pœna, prout multiplicantur delicta.
12 Bart. *d. cons.* 222. *circa fi. v. aut plura lib.* 1. vbi distinguit latissime. † Limita, qñ verba iniuriosa multiplicata sonarent in diuersum delictũ, & diuersam iniuriam facerent; quia tunc plures pœnæ sunt imponendæ, vt si esset dictum, *latro, adulter, homicida.* Bald. *d. cons.* 361. *in pr. lib.* 4. † Extende; quia si plura verba sunt multiplicata, quorũ aliqua tendunt ad idem per diuersam expressionem, pronuntur pro vno verbo; quatenus verò ad diuersam iniuriam, tot sunt iniuriæ, quot verba iniuriosa ad diuersam iniuriam tendentia, plene Bart. *d. cons.* 108. *per tot. lib.* 1. Vide Conclus. prox. seq.

Pœna vnica pro eodem delicto imponitur; ideo semel condemnatus non potest iterum condemnari. Conclus. 210.

CONDEMNATVS † semel pro eodem delicto non potest vlterius condemnari, qñ est vnicũ crimen, & idem factum. Bart. in *l. senatus. ff. de accusat.* L. *ap. alleg.* 36. *n.* 8 *v. munquid.* Bart. *cons.* 199. *Tuscus, in fi. lib.* 1. Vide, *Condemnatus semel pro eodem delicto non potest vlterius condemnari, & quando secus. Concl.* 573. † Amplia; quia qñ plures actiones cõpetunt tendentes ad vindictam contra eundem, tunc vnica debet imponi pœna; secus si vna tendit ad vindictam, alia non, prout in fure, qui non liberatur à restitutione furti, etiã si suspendatur; secus si cõcurrunt plures pœnæ ad vindictam; q̃a vna tollit aliam. Bald. *cons.* 203. *Præsupposito statuto, in fi. v. dicet aliq, lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam, qñ agitur contra diuersos, quasi maleficio; quia si villa tenetur pro derobatoribus in territorio tanquam ex quasi delicto, capto delinquente, etiam non soluendo, si ad vindictam suspenditur, villa liberatur; q̃a omnes pœnæ tendunt ad vindictã, & ad idem. Bald. *d. cons.* 203. *in fi. n. respondeo.* † Amplia; quia si concurrunt plura delicta, quorũ quodlibet sufficit pro confiscatione bonorũ, vnica confiscatio fieri pot. Bald. *cons.* 79. *Dauanti da voi, n.* 5. *v. tertio dubitatur lib.* 2. Vide, *Pena, quando respicit plura, nõ committitur in totum. Concl.* 214. † Declara, q̃
sunt inspicienda verba legis, vtrum distincta sint loco, & tempore, & an lex consideret vnũquodq; delictũ de per se, quia tũc ex multiplicitate delictorũ multiplicantur pœnæ. Bal. *dict. cõs.* 79.
in fi. n. 8. *v. quinto dubitatur, lib.* 2. † Amplia; quia si statutũ dicat, q̃
quod de qualibet percussione, ex qua sanguis exiuerit, soluatur tanta pœna, licet ex vna percussione sanguis exierit ex tribus locis; tñ vnica cõmittitur pœna. Bald. *cons.* 351. *Statuto cauetur, lib.* 2. vbi ponit pro vtraq; parte, sed hanc partẽ tenet, licet dicat Perusii vtramq; partem fuisse obseruatam diuersis tẽporibus. † Amplia in delictis, quæ sunt præparatoria ad alterũ secundũ naturã actus; quia semper vnũ est delictũ; secus, si nõ esset præparatorius secundũ naturam. Soc. *cons.* 62. *n.* 10. *lib.* 1. † Extende; quia qñ plura sunt delicta, & sequitur homicidiũ, pœna homicidii absorbet alias pœnas delictorũ tendentiũ ad homicidiũ. Bart. in *q.* 1. *Statuto cauetur. v. contra. in fi.* † Et idem, qñ vnũ delictũ tendit ad finem, alterius; quia principale attenditur. *l. illud ff. ad leg. Aquil.* † Declara, totam istam materiam, vt plene per Bart. *cons.* 10. *Duo sunt pauca.*
vbi in statuto puniente pro insultu in libris 50. & pro vulnere centũ, si quis insultauit, & vulnerauit, quod debeat puniri, & pro insultu, & pro vulnere, arguit, & ponit multa iura, postea arguendo contra, q̃ insultus confunditur in delicto vulneris; quia est præparatorius, & multa adducit, tandem dicit, q̃ Accursius, & Cinus de Suza. consuluerunt, quod vnica pœna, & quod ista opinio est ex quadã æquitate grossa, & bursali, cõtraria opinio est Dyni & sequaciũ, quam de iuris subtilitate veriorem affirmat, & hãc post. in *v. Duo sunt.* † Declara plenius, vt per Clar. in *practica criminali*
fi. q. 64 *n.* 1. *v. suas.* distinguendo plures casus, qñ quis plura vulnera intulit cuminteruallo, & de singulis vulneribus, & delictis separatis puniri debet, & hoc nõ est dubiũ, & omnes fatẽtur. † Secundus casus est, qñ plura vulnera fuerunt illata, & inculcata, & continuata, & gl. in *l. nunquam plura. ff. de priuat. delict.* & multi quæ eã sequũtur, dicunt, quod vnica pœna punitur. † Contrarium tenet Bart. in *d. l. nunquã plura. ff. de priuat. delict.* vbi, q̃ illa gl. est contraria tex. & destrueret mundũ, si esset vera, & hanc cõ. * Soc. *cons.* 63. *n.* 9. *lib.* 1. sequitur Clar. *d.* § *fi. q.* 84. *n.* 2. *v. sed Bart.* vbi dicit magis cõmunem. † Declarat Iacob. de Aretio in *l. apud Labeonem* § *furtium. ff. de iniur.* quia si statutũ punit vulnerantẽ, prima opinio p̃cedit; si statutũ imponit pœnam pro quolibet vulnere, procedit contrariũ, & hanc cõmunem * dicit distinctionem Clar. *d. q.* 84. *n.* 2. *v. cæterum Iacob.* † Infertur quoq;, quod percutiens Clericum plurib° p̃cussionibus continuatis vnicam incurrit excõmunicationẽ, & hanc * cõmunem, & ex cõsuetudine seruari dicit Clar. *d. q.* 84. *n.* 2. *v. ex hac opinione*, vbi citat alios. † Tertius casus est, qñ ex vnico ictu puta forcina intulit duo vulnera, vel plura, & sit opiniones * cõmunes, quod p̃ vulnere; imo quod p̃ singulis vulneribus, alii distinguũt, vt supra proxime, & vbique * communiores; tertiam opinio; tamen Clar. *dict. qu.* 84. *n.* 3. *v. hac autem omnia*, tertiam opinionem

*tionibus dicit, quod semper vidit seruari *opinionem Bart. ℭ ℘ solo vulnere puniatur, ideo Iudex se informabit de obseruantia,
17 & illam seruabit. †Quartus casus est, qñ sunt plura delicta separata diuersi generis, & si committantur diuersis temporibus, singula sunt punienda; si verò incontinenti, per maius tolluntur, & confunduntur minora; exemplũ; extat statutũ puniens in centũ portans arma, aliud puniens facientem insultũ in centum, aliud puniens vulnerantem in centũ; certe qui vulnerauit, licet fecerit insultũ, & portauerit arma, in sola pœna vulneris punitur, & hãc
18 **cõmunem dicit Clar. *d. §. fi. q.* 84. *v. alius est casus.* vbi citat plures *de *cõmuni attestantes. †Extende; quia ꝓcedit in eo, qui aggressus est alium animo vulnerandi, postea mutato proposito, vt occideret, occidit, sufficit pœna vltimi supplicii & confiscationis, per quam confunditur pœna vulneris: ita Clar. *d. q.* 84. *n.* 5. *v. sed*
19 *pone*, vbi, ℭ ita obseruatur in practica. †Quintus casus est, si plures occidunt hominem, licet sit vnicũ homicidiũ, ex quo deli-
* berate omnes concurrunt, omnes tenentur, *communem dicit
* Clar. *d. q.* 64. *in fi.* allegat Natt. *cons.* 79. *n.* 10. de *cõmuni attestan-
20 tem. †Declara tñ; quia ex consuetudine delinquendi, & ex reiteratione delictorũ augetur pœna, & ita seruatur Clar. *d. q.* 84. *n.*
21 6. *sed hic incidenter.* †Declara alio modo, vt per Bart. plenius *cons.* 222. *Antonius commissit, lib.* 1. quem videas; quia opus esset illũ trãscribere, & non curo. †Restringe; quia licet insultus sit præparatorius ad vulnera illata, vel homicidiũ, & ideo confundatur cum maiori delicto subsequuto; si qñ insultus fuit in vno territorio, & homicidiũ, seu vulnera in alio, separatur accessorium à principali, & punitur per vtrumq; Iudicem. Bald. in *c.* 1. §. *iniuria. de pace iuram. firm. in vsib. feud.* quẽ sequitur Fracisc. Aret. *cons.* 10. *Casus ta-*
23 *lis, n.* 2. *v. secundo dico.* † Amplia in delictis multiplicatis tendentib⁹ ad eundem finem; ideo inducens plures testes falsos vnica pœnã falsi tenetur. Bart. in *l. inficiando.* §. *infans, n.* 3. *v. quando committitur. ff. de furt.* qui loquitur in delictis momentaneis, qñ tendunt ad eundem finem; idem, si plures termini ex cauantur, secus si ad diuersos effectus; & idem in pluribus partitis falsò conscriptis ad
24 eundem effectũ. Soc. *cons.* 62. *n.* 8. *lib.* 1. † Declara, nisi diuersis tẽporibus essent plures testes inducti falsò, vel plures termini e-
25 uulsi. Soc. *cons.* 62. *In præsenti consultatione, n.* 8. *& seq. lib.* 1. † Amplia in delictis habentibus causam successiuam dependentibus ab animo; quia etiam si fiat continuatio, est vnũ, veluti si spoliaui aliquem, & possedi longo tempore, vel fui hæreticus longo tempore, vel furatus sum continuatiue, ita Bart. *d. l. inficiando.* §. *infans,*
26 *n. quadam sunt delicta. ff. de furt.* † Restringe in iis, quæ non dependent ab animo, sed magis ab actu, vt portare arma, & quot vicibus fiat, tot pœnæ debentur. Bart. *d. l. inficiando.* §. *infans, n.* 3. *v. quæ-*
27 *dam sunt, in quibus. ff. de furt.* † Idem in iis, quæ habent successionẽ et reiteratione, vt ℘ non vendatur, nisi tantũ quælibet mensura, vendens pluries incurrit plures pœnas. Bart. *d. l. inficiando.* §. *infans,*
28 *n.* 4. *ff. de furt.* † Limita, qñ delictum, pro quo pœna ciuilis imponitur, habet perseuerantiam; quia pœna capitalis efficitur. *l.* 1. *&*
29 *dig. gl. C. de superexact. lib.* 10. † Limita, nisi plures condemnationes essent factæ in contumaciam; quia vtranq; soluere compellitur condemnatus, & sibi imputandum est, si nõ opposuit. *l. sepulchri,* & ibi Bart. *in fi. ff. de sepul. viol.* ℭ mirabile esse dicit ibi Alex. in apo.
30 † Limita; qñ plures pœnæ tendentes ad diuersos effectus essent impositæ, prout in fure, qui reddit furtũ, & quadruplum, etiamsi
31 suspendatur; quia actiones non tendunt ad idem. Bald. *cons.* 203. *n. fi. lib.* 1. † Limita, qñ diuersæ pœnæ pro eodem delicto imponũtur ab eadem lege; quia omnes imponũtur; secus si ex diuersis legibus; quia maior confundit minorem. Bald. in *l. placet, n.* 5. *& seq.*
32 *& ex hoc insurgunt. C. de sacrosan. Eccles.* & ibi apost. † Extende; ℭ imponitur pœna excõmunicationis, & confiscationis bonorũ ab eadem lege; tunc põt coram Episcopo excommunicari, & excõmunicatus non euitabit pœnam confiscationis, si coram seculari accusatur, nec è contra, *d. l. placet, C. de sacros. Eccles.* vbi Barb.
33 in apost. *v. de excommunicatione*, vbi, ℭ debet remitti primo ad Ecclesiasticum Iudicem. † Limita; quia pœna multiplicatur, qñ delicta sunt diuersa, & diuersæ dantur actiones, & inter diuersas pSonas. Bald. *cons.* 459. *Insultu, & percussione, lib.* 2. vbi, quod si statutum punit concitantem ad arma in certam pœnam, & aliud pu-
34 nit vulnerantem, si quis faciens insultũ vulnerauit, & concitauit ad arma, debet duplici pœna puniri. † Limita; quia qñ agitur de vindicta publica, & sunt plura facta, quæ pro vno facto habẽtur, plures pœnæ imponuntur. Bart. in *quæst.* 15. *Statuto ciuitatis, in fi. pr.*
35 *v. Nono, iuncto fi. quæst. v. non obstet nona ratio.* † Limita, qñ plura delicta cõmittũtur ab eodem; quia punitur tanquam de diuersis criminibus, licet vna pSona, & idem, qñ ex vno facto descendunt vt plura crimina; quia est in electione actoris, ex quo delicto velit pœnam. Bart. *d. q.* 15. *in fi. pri. ve. de. iimo probo sic.* † Declara tñ, qui [a] 36
procedit limitatio, quando plura facta sunt principalia, aliàs secus, vel quando vnum factum non venit ad perfectionem alterius. Bart. *d. quæst.* 15. *in fi. ver. Non obstat decima.*

℘ Pœna debet ꝯmensurari delicto. Concl. 211.

PŒNA † ex culpa & delicto debet cõmensurari, *c. felicis.* §. *illud autem de pœnis in* 6. Crau. *cons.* 46. *n.* 15. vbi, si delictum est paruũ, pœna debet esse modica, & è conuerso. Menoc. *de arbitr. q.* 90. *n.* 38. Probus in *addit. ad Ioan. Monach. d. c. felicis. n.* 12. vbi dicit, ℭ pœna est mensura culpæ, & quod paria debent esse mensura, & mẽsuratũ, q. iustitia nihil aliud est, nisi æqualitas, *c. cum quidam, de iureiur. in* 6. vbi, ℭ ex quantitate contemptus metitur Deus pœnã reatus. † Et inde solet dici, ℭ in quo quis peccauit, in eo torqueri 2
debet. *Lex facto.* §. *Iulianus Longinus. ff. de vulg. & pupill.* † Et quatuor 3
sunt consideranda in imponenda pœna; videlicet pSona, causa, locus, & tempus, semper æquitate seruata. *c. fi. de transact.* vbi gl. fi. † Amplia; quia vbi delictũ non est, non debet esse pœna, Crauet. 4
cons. 311. *n.* 2. *l. sancimus. ff. de pœn.* Cast. *cons.* 208. *Visa quadam lib.* 1. *in fi.* † Et ideo solet dici, ℭ pœna corporalis nunquam imponi debet, 5
vbi cessat dolus. Crau. *cons.* 3. *n.* 15. † Et vbi non est saltem culpa, ibi 6
non põt esse pœna. Crau. *cons.* 4. *n.* 23. † Amplia; quia pœna arbi- 7
traria Iudici põt mortem naturalem importare, qñ talis pœna est condigna delicto. Crau. *cons.* 220. *n.* 14. † Amplia; quia in pœ- 8
nis capitalibus, & corporis afflictiuis requiritur dolus; ideo cessante dolo non est locus ex sola culpa pœnæ ordinariæ, sed extraordinariæ. Alex. *cons.* 160. *Visis narratis, n.* 3. *& seq. lib.* 7. † Extẽde; 9
quia etiã ex modico dolo, & magno dolo augetur, & minuitur pœna. Alex. *d. cons.* 160. *n.* 8. *v. confirmo, lib.* 7. † Amplia; quia creſcẽ- 10
te culpa crescere debet & pœna, *cap. cum tanto. extra. de consuet.* † 11
Contrarium dicit tex. in *l. si quis diuturno ff. de pœn.* † Declarat Bart. 12
in *extrauag. qui sint rebelles, in v. crescit*, vbi, quod in culpa intrinseca, per quam imponitur pœna, sicuti crescit culpa, crescit & pœna, *d. c. cum tanto. de cõsuet.* de iure autẽ ciuili si actus extrinsecus habet continuationem culpæ, prout in eo, qui continuat in rebellione diutius, pœna augetur, nisi sit tanta pœna imposita in prima culpa, quæ non possit augeri, prout si pœna mortis naturalis est imposita in actis delictorum, quæ non habent tractum successiuũ, prout in homicidio, pœna ex lõgo tempore minuitur. † Amplia 13
in tantum pœnam commensurari delicto, vt si minor delinquat in tali ætate, ℭ nõ possit puniri, non põt seruari in carcere, vt puniatur, post quã effectus fuerit maior, & capax pœnæ. gl. in *l. sciant qui in v. moritur. C. de legit. hared.* quam communem *dixi. Clar. in * *praxi crimin.* § *fi. q.* 60. *n.* 5. *v. sed nunquid.* † Amplia; quia ius naturale, 14
& ciuile abhorret, quod pro vulnere, ℘ quo non sequitur mors, vulnerans puniatur pœna mortis naturalis, etiamsi sit cõtumax; quia sententia talis tanquam notorie iniusta, & iniqua, non prębet aliquam excusationẽ, vt talis bannitus, & condemnatus possit impune interfici. Alex. *d. cons.* 77. *Visis dubitationibus, lib.* 3. vbi, ℭ manifesta iniustitia tollit bonam præsumptionem, quam lex habet de Iudice. † Amplia in tantũ pœnam debere commensurari 15
delicto, vt delictum maius non debeat habere minorem pœnã, quam habeat delictum minus; & ideo sicuti adulterium est maius delictum, quàm stuprũ; quia de iure communi pro adulterio imponitur pœna mortis, pro simplici stupro secus; ideo remissio pœnæ facta mulieri adulteræ, vt detrudatur hodie in monasterium, *Auth. sed hodie. C. de adulter.* debet etiam habere locũ in mulierẽ cõmittente stuprũ, ne sequatur, quod maior pœna sit stupri, ℭ minus est, quàm adulterii, ℭ maius est, & dicit Alex. ℭ ista nõ est extensio legis, sed declaratio, quæ inest. †Limita; quia pœna prę- 16
cisa imposita à lege tàm pro vno delicto maiori, quàm pro alio minori, non regulatur secundum delictum, sed secundum legẽ. Vide, *Rationis diuersitas, &c. Concl.* 36. Vide, *Pœna quando respicit plura, non committitur in totum, & quando secus. Concl.* 214.

Pœna debet tenere solos auctores, & delinquentes, & quando secus. Concl. 212.

REGVLA † est, ℭ vbi non est culpa, ibi non est pœna. *l. sancimus.* 1
ff. de pœn. & ideo vbi non est delictum, non est pœna. Bartol. in *quæst.* 8. *per Italiam, ver. contra, n.* 5. *v. secundo probo sic.* † Pœna de- 2
bet imponi solis delinquentibus; quia delicta solos auctores tenent delictorum, *capit. quæsiuit de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* Cardin. Zabar. *cons.* 44. *in princip.* Rom. *cons.* 487. *In casu præsenti, in princip. & per tot.* Vide, *Hæres non tenetur ex delicto defuncti, & quando secus. Conclus.* 68. † Et ex delicto vnius alter grauari non debet, 3
& mora debet soli morosо nocere. Castrens. *cons.* 116. *Viso compromisso. column.* 2. *vers. cum mora, libr.* 1. Vide, *Mora debet nocere morosо,*

4 *moroso, non è contra. Concl.* 380. † Regulã facias generalem, q̃ ex delicto vnius alter non tenetur. *l. de pupillo. § si plurium. ff. de noui oper. nunciat.* Cast. *cons.* 424. *Quia scio, nu.* 7. *v. & generaliter, lib.* 1. vbi dicit

☞ hoc clarũ in iure, & *d. cons.* 116. *v. cum mora, lib.* 1. Vide, *Dominus quã-*
5 *do teneatur ex delicto subditi, vel serui, aut non. Concl.* 615. † Extende; qa ex delicto tutoris, vel curatoris non obligatur pupillus, si ad eũ
6 nihil peruenit, Cast. *cons.* 424. *n.* 6. *v. primo quia, lib.* 1. † Ex delicto
7 procuratoris non tenetur dominus. Cast. *dict. cons.* 424. *n.* 6. *lib.* 1. † Ex delicto Prælati non tenetur Ecclesia. Castr. *dict. cons.* 424. *n.* 6.
8 *lib.* 1. † Ex delicto magistratus non tenetur ordo decurionũ. Cast.
9 *dict. cons.* 424. *n.* 6. *lib.* 1. † Ex delicto decurionum non tenetur vni-
10 uersitas. Cast. *dict. cons.* 424. *n.* 6. *lib.* 1. *& n.* 7. † Item ex delicto administratorũ, & præsidentium non punitur vniuersitas. Old. *cons.*
11 66. *An ex delicto, in pr.* † Declara; quia prædicta procedunt, q̃n delinquunt extra officiũ; secus si in officio, in quo sunt positi, puta exigendo plus debito, vel si peruenit aliquid ad dominum. Cast. *d.*
12 *cons.* 424. *n.* 6. *v. nec obstat, lib.* 1. & plenius *n.* 3. *v. ex quo dico.* † Extẽde; quia ex delicto vnius ciuis non tenetur vniuersitas. Cast. *d. cons.*
13 424. *n.* 7. *lib.* 1. † Ex delicto serui non tenetur dominus ignorans, & ad quem nihil peruenit, nisi vt exhibeat pro noxa, si põt. Cast.
* *d. cons.* 424. *n.* 7. *lib.* 1. *v. nam & ex delicto*, & hanc cõmunem* omniũ opinionem Curt. Iun. in *l.* 1. *n.* 13. *C. de seru. fugit.* plenissime Clar. in
14 * *prax. crimin. § fi. q.* 86. *in pr.* de cõmuni & magis cõmuni *. † Ex delicto filii pater non tenetur. Castr. *d. cons.* 424. *n.* 7. *lib.* 1. & hanco-
15 * mniũ* cõmunem dicit Clar. *d. q.* 86. *n.* 3. *v. secundo infertur.* † Extende; quia de iure cõmuni neque potest fieri exequutio in legitima
* filii contra patrem ex delicto filii, cõmunem * dicit Clar. *d. q.* 86.
16 * *n.* 3. vbi apost. in *v. neque pater*, vbi plures citant de* cõmuni. † Extende; quia neq; potest fieri exequutio in peculio aduentitio fi-
lii, licet tota proprietas sit filii. Clar. *d. q.* 86. *n.* 3. *in fi. v. quinimo*, vbi
* dicit cõmunem, *& plenius in *q.* 78. *n.* 12. *& seq. v. sed quid in aduen-*
17 *titiis.* † Declara, seu restringe; quia quicquid facit filius occasione patris, patre præsente, censetur factum de eius voluntate. Curr.
DOLVS †debet probari in delinquẽte, vt sit locus pœnæ corporali, ideo is, qui inquiritur ꝓ delicto, ꝓ quo debet mittari, non põt condemnari, si nõ constat de dolo. Zabar. *cons.* 94. *in pr.* Gram. *cons.* 68. *n.* 2. †Amplia; quia nunquã est locus pœnæ vltimi supplicii, vel corporis afflictiuę, vbi cessat dolus, & lata culpa, & ideo vbi quis inter opiniones dubias errauit, non põt esse dolus, neq; lata culpa, etiamsi sit Doctor, sed solũ leuis & leuissima quæ nõ affligit corpus, sed extra ordinẽ est arbitraria. Alex. *cons.* 19 *Circa primum, n.* 9. *in fi. cum seq. v. & posito, lib.* 7. vbi apost. in *v. dolo* citat Alex. *cons.* 109. *n.* 5. *lib.* 1. †Imo ꝙ nunquam sit locus pœnę capitali, & corporis afflictiuæ, qñ cessat dolus, & inest sola culpa, quia tũc debet imponi pœna extraordinaria, plene Alex. *cõs.* 160. *Visis narratis, n.* 3. *v. sed præmissis, lib.* 7. plene Clar. in *praxi crim.* §. *fi. q.* 84. *in pr.* vbi dicit hanc esse regulam, & cõmunem * opinionem.

4 †Extende, vt ꝓcedat in omni alia pœna corporis afflictiua quæ nõ põt imponi cessante dolo, Clar. *d. q.* 84. *in pr. v. sed certe.* †Extende, vt ꝙ dicitur de pœna corporali, quæ sine dolo non põt imponi, idem sit in pœna infamiæ. Clar. *d.* §. *fi. q.* 84. *n.* 1. *in fi. v. quæ autem*

5 * *dicta sunt*, vbi dicit * cõmunem. † Declara; quia ex sola culpa non punitur eadem pœna, qua puniretur ex dolo, sed bene præcedẽte culpa põt ꝓ delicto puniri pœna personali, sed minori, quam

6 * si adesset dolus, cõmunem * dicit Clar. *d. q.* 84. *n.* 1. *v. pro culpa vero.*

7 †Amplia; quia qñ quis ex publico delicto venit condemnandus (quia cuilibet licitũ est accusare,) efficitur infamis, & est corpo-

8 ralis pœna, idcirco requiritur dol⁹. Zabar. *dict. cons.* 94. *in pr.* †Amplia in pœnis bãnimentorũ; quia vt habeant locũ, requiritur dolus. Franc. Marc. *decis.* 395. *n.* 2. *lib.* 2. vbi, ꝙ is, qui emit granũ cariori pretio, quã bannimenta permittant, excusatur, si erat granum

☞ pulcherrimũ, & ad seminandũ emerit; quia cessat dolus, Vide, *Bannimenta & crida qualiter intelligenda. Concl.* 2. † Amplia; quia in

9 pœna falsi requiritur dolus, ex quo falsum non põt esse sine dolo. Anch. *cons.* 24. *n* 11. *cum seq.* Vide, *Falsitas quando non sit punibilis.*

10 *Concl.* 90. †Amplia in periurio; quia non punitur, neq; incurritur

11 periurii sine dolo. Clar. in §. *periurium, n.* 9. *v. excusari potest.* †Amplia in homicida; quia statutũ nõ habet locũ, nisi sit dolosus homicida, ideo si in ludo permisso cõmittatur homicidiũ sine dolo nõ punitur. Anch. *cons.* 283. *Iure stricto, in fi. Zabar. cons.* 44. *Pro domi-*

12 * *no Christoph.* n. 2. Clar. *d.* §. *fi. q.* 84. *in pr. v. & ex hac concl.* vbi dicit * cõmunem, & omniũ recentiorũ opinionẽ. † Amplia; quia cau-

☞ sa quælibet excusat à dolo. Vide, *Causa quælibet excusat à pœna. Con-*

13 *clus.* 152. †Amplia, vt procedat etiam in pœna statuti, ꝙ homicidium cõmittens puniatur pœna mortis naturalis; qa debet intelligi, qñ homicidiũ cum dolo fuit cõmissum, alias nõ, plene Alex.

14 *cons.* 109. *Visis. & vt oportet. n.* 5. *v. tertio principaliter, lib.* 1. vbi plena adpostilla dat plurimos conco. † Amplia; quia pœna corporalis nõ põt imponi de inquenti, etiamsi scientia probatur ex eo, ꝙ in loco esset res notoria, vel fama publica; quia licet puniri possit pœna pecuniaria ex præsumpta scientia legis prohibentis, non tñ põt corporaliter puniri. Crau. *cons.* 193. *n.* 8. *v. aduerte tamen*, vbi ali-

15 os citat. apost. ad R⁹. *cons.* 127. *in v. famam.* †Extende, quia ad hoc, vt sit locus pœnæ corporali, requiritur dolus, ideo ex bulla, & constitutione etiã impressa, & non publicata nõ põt inferri mors contenta in extrauaganti, plene Hieron. Gabriel. *cons.* 178. *lib.* 2. *n.*

16 *26. & seq. & nu.* 53. *in fi. cum seq.* dicit esse solidissimũ fundamentũ, maxime in constitutione facta à solo Pontifice sine consistorio,

17 & consensu Cardinaliũ. † Contrariũ, quod sola impressio legis inducat scientiã, & liget. Thob. Noni. *cons.* 93. *n.* 9. † Declara forte quoad hoc, vt liget quoad pœnam ciuilem, non autem quoad

18 personalem, vt supra in ampliatione, licet Gabriel. *d. cons.* 178. *in fi. lib.* 2. videatur tenere, quod solũ operatur actus ciuilis validitatem, seu nullitatem, non tñ pœnam. † Declarat secundo, *n.* 47 &

19 *seq.* qñ fuit vsu recepta, licet non publicata, quo casu ignorantia non excusat. †Extende, vt procedat, etiamsi extrauagans constituio esset superiis, quæ de se essent prohibita de iure cõmuni;

20 quia si augetur pœna iuris, adhuc requiritur publicatio, plures ad hoc citat Gabr. *d. cons.* 178. *n.* 27. *lib.* 2. † Contrariũ tenent Dec. *c. de constit.* & alii, *n.* 13. vbi, ꝙ is, qui dat operam rei illicitæ cen-

21 setur consentire illud, quod sequitur extra intentionem. † Declarat Gabr. *dict. cons.* 178. *n.* 47. *& seq.* ꝓcedere, qñ illud, quod se-

22 quitur, cadebat in dolo. † Amplia; quia imo etiamsi adit dolus minor, quã dolus ordinarius, tunc pœna capitalis, & ordinaria minuitur, exemplũ: Pupillus doli capax cõmittit homicidium ex dolo, quamuis non excusetur à delicto, tñ negari non põt, quin dolus talis sit minor, quam in adulto, ideo est causa legitima dispensandi, & pœnam ordinariam cõmutãdi: sic & in maiore, qui habuit aliquã iustam excusationem, ita Alex. *cons.* 160. *Visis narratis, n.* 8. *v. confirmo etiam, l.* 7. † Limita; quia sufficit, quod delin- 23
quens sciat delictum, ignoret pœnam; quia tenetur etiam, si pœna alteraretur propter socium delinquentem, quia & ipse censetur consentire pœnæ alteratæ. Vide, *Delinquens consentire dicitur in pœnam delinquentibus impositam. Concl.* 189.

Pœnarum capitalium maior quæ dicatur, & quot sint capitales pœnæ. Concl. 223.

POENA †furcarũ est maior, quã sit pœna decapitationis, licet 1
vtraq; mortem inferat naturalem, & ideo milites, qui debent perdere vitã, de consuetudine decapitantur, non autem suspendũtur. Bald. *cons.* 426. *Præmittendum est, in pr. lib.* 1. *& n.* 4. *&* 5. vbi, ꝙ suspensi non sepeliũtur. † Cognoscitur causa, an dicatur capitalis 2
vel ne, ex qualitate pœnæ; quia licet delictũ sit capitale, quia imponitur de iure cõmuni pœna capitis, si tñ à statuto alteratur in pœnã pecuniariam, non erit capitalis. Signor. *cons.* 182. *n.* 2. † Tres 3
sunt species capitaliũ pœnarũ: Prima est mors corporis, ꝙ multis modis infertur. Cuma. *cons.* 139 *Homicidium, n.* 17. Alex. *cons.* 121. *Viso processu, n.* 2. *lib.* 7. hoc maxime, *n.* 6. vbi cũq; agitur de morte naturali, illa est maior pœna, & obtinet primatũ; quia alia maior nõ reperitur. Gabr. *cons.* 174. Vide, *Pœnarum genera plura, & quæ. Concl.* 220. † Secunda pœna capitalis est metalli, quia damnatur in me- 4
tallũ, & multiplex est, licet omnes damnati in metallũ perdant ciuitatem, & libertatem. Cuma. *dict. cons.* 139. *n.* 6. *v. secunda pœna*, & quod sit secunda pœna maior, dicit Gabr. *d. cons.* 174. *n.* 17. vbi, ꝙ non dicuntur deportati in metallũ, sed damnati. † Quandoque 5
tñ damnantur in metallũ, non vt sint dãnati metallo, sed vt seruiant damnatis in metallũ, & si perpetuo, perdunt ciuitatem, & libertatem, si ad tempus, perdũt libertatem tantũ. Cuma. *d. cons.* 139. *n.* 6. *v. alii autem damnantur.* † Hodie pœna triremiũ est loco de- 6
portationis in metallũ. Capic. *decis.* 153. *n.* 3. quia non est amplius in vsu hæc pœna metalli, sequitur Gabr. *d. cons.* 174. *n.* 17. † Et hæc 7
secunda capitalis est, vbicunque perditur libertas. Alex. *cons.* 121. *Viso processu, lib.* 7. *n.* 2. *v. quia cum pœna capitalis.* † Tertia pœna capi- 8
talis est deportatio in opus publicũ, sed non in metallũ, & isti pdunt ciuitatem, sed non libertatem. Cuma. *d. cons.* 139. *n.* 6. *v. tertia*

☞ *pœna.* Vide, *Deportationis pœna quæ sit, & quid operetur. Concl.* 197. † Ista pœna hodie, vbi non sunt insulæ, non est in vsu Capic. *d. decis.* 9
153. *per tot.* maxime *n.* 2. † Hodie loco deportationis exiliũ. Cuma. 10
d. cons. 139. *n.* 6. *v. pœna igitur dicti Sandri.* Gabr. *d. cons.* 174. *n.* 17. † Vel 11
est pœna exilii, vt dicit Alex. *d. cons.* 121. *n.* 2. *lib.* 7. † Declara; quia ex 12
pœnis capitalibus impositis in dubio semp de minori est intelligendũ. Cuma. *d. cons.* 139. *n.* 6. Alex. *cons.* 104. *Statutum loquens, n.* 2. *lib.* 1. vbi apost. in *v. exilium, & cons.* 115. *In causa inquisitionis, n.* 7. *lib.* 3. vbi, ꝙ ex quo plures sunt pœnæ capitales, qñ lex imponit pœnã capitalem, intelligitur de exilio & sic de minori, non autem de morte naturali, & plenius *cons.* 121. *Viso processu, n* 2. *lib.* 7. † Carceris 13
perpetui pœna est loco pœnæ deportationis, tñ minor est, quam pœna vltimi supplicii. Lud. Bologn. in *addit. ad cons.* 1. *Io. de Anan. n.* 18. *in fi.* † Quarto modo dicitur pœna capitalis, qñ est successiua 14
ad non capitalem, veluti si quis condemnetur in pœnam pecuniariam, & si non soluerit intra quinque dies, in pœnam vltimi supplicii, nam dicitur pœna capitalis, si nõ doceat soluisse in termino, vel probetur, quod non soluit. Signor. *cons.* 181. *n.* 3. *& seq. v. in oppositum.* † Damnabantur olim rei ad bestias, sed hodie nõ est 15
in vsu; quia eius loco successit decapitatio naturalis. Clar. §. *fi. q.* 67. *n.* 4. *v. non est etiam.* † Interdicebaniur aqua, & igni, in cuius lo- 16
cum hodie succedit deportatio. *l.* 1. *& 3. ff. ad leg. Iul. peculat.* † Præ- 17
cipitabantur ex saxo Tarpeio, in cuius locum hodie succedit decapitatio seu suspensio furcarũ, quia abiit in dissuetudinem præcipitatio. *l. si diutino in fi. ff. de pœn.* Clar. *d.* §. *fi. q.* 67. *n.* 5. *v. item præcipitatio.* † Damnabantur etiam in metallũ, siue ad opus metalli, cui⁹ 18
loco hodie pœna triremiũ est inducta. Clar. *d.* §. *fi. q.* 67. *n.* 7. † De- 19
portabantur etiã in insulã, quę pœna non põt per magistratus exerceri, nisi sit deputata certa insula, in qua fiat deportatio secundum * cõmunẽ. Bened. de Plumbi in *l.* 1. *n.* 18. *C. de hæred. instit.* Clar. * *d.* §. *fi. q.* 67. *n.* 8. *v. deportatio, in fi.* † Succedit nunc loco deportatio- 20
nis decapitatio, & sic pœna mortis. Rom. *singul.* 568. *scis quod relegati*, & alios etiam citat Clar. *d.* §. *fi. q.* 67 *n.* 8. vbi tñ ipse contrariũ tenet. † Contrariũ, quod imo loco deportationis succedat ban- 21
num perpetuum. Crau. *cons.* 220. *n.* 13. Gram. *voto* 19. & alii plures, quos citat, & sequitur Clar. vbi supra, vbi quod nunquam contuleret, quod Iudex faceret mori reum, qui deberet deportari.

22 † Vide tñ, quia in plurib⁹ locis hæc pœna deportationis habet locum, & maxime Neapoli, & alibi, vbi sunt insulę, Clar. *d.* §. *fi. q.* 23 67. *n.* 8. *in fi.* † Relegabantur etiam rei, sed hodie recessit; quia succedit exilium loco relegationis, seu confinatio in certo loco. Clar. §. *fi. q.* 67. *in fi.* Vide, *Relegatio quid sit, & quis possit relegare. Concl.* 24 130. † De iure Canonico fit detrusio in monasterium loco huius pœnæ; quia non potest ponere Ecclesiasticus in exilium, licet contrarium seruetur de consuetudine. Clar. *d.* §. *fi. q.* 67. *n.* 9. *in fi.* Vide, *Capitalis causa quando dicatur. Concl.* 43.

Pœna amputationis membri quando habeat locum. Concl. 224.

1 POena † abscissionis membri fuit incognita de iure antiquo, *ff.* & C. sed fuit inducta de iure authẽticorum, & ratio; quia antiqui non volebant habere homines mutilatos, & inutiles, vt so- * lum comederent, ita Clar. §. *fi q.* 69. *in pr.* vbi de * communi, licet 2 dicat fuisse cognitam per legem 12. Tabularum. † Et hæc pœna 3 non dicitur capitalis proprie. Clar. *dict.* §. *fi. q.* 69. *n.* 2. † Amplia; quia hæc pœna abscissionis manus non habet locum, qñ condemnandus non habet, nisi vnicam manum, ne corpus omnino * reddatur inutile, cõmunem * dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 69. *n.* 5. Vide, *Ma-* Ⓕ *nus abscisio quando facienda, vel non. Concl.* 77. † Limita; quia sunt 4 multi casus, in quibus mutilatio, & abscissio membri est pro pœna à lege imposita, relenatiue Clar. qui alios citat. §. *fi. q.* 69. *in fi.* & allegat Gandi. *in tit. de pœnis reorum*, qui ponit multos casus, *n.* 52. de manu, & *n.* 53. de pede, & *n.* 54. de oculo.

Pœnam delinquentium in maiestatem Diuinam, & circa Diuina, & Religionem. Concl. 225.

1 FVres † nocturni rerum sacrarũ, vel frangentes templa manu facta viui exuruntur, vel furca suspendũtur, aut ad bestias damnantur tanquam sacrilegi. *l. sacrilegi. ff. ad l. Iul. pecul.* Petr. de An- 2 char. *cons.* 15. *n.* 4. *v. in contrarium.* † Crucem in marmore, vel solo ex silice humi faciens pœna mortis damnatur. *l.* 1. *C. vt nemini li-* 3 *ceat signum Saluat.* † Periurans per capillos, vel verenda Dei pœna capitali punitur; quia per patientiam contumeliæ creatoris respublica læditur, & fames, pestilentiæ, & terræmotus fiunt. Pet. de 4 Anchar. *d. cons.* 15. *n.* 5. † Offendens sacerdotem, vel iniuriam faciens in ipso cultu diuino, vel alibi pœna capitali punitur. Petr. de 5 Anchar. *dict. cons.* 15. *n.* 6. † Concutiens, & impediens processionẽ 6 cum litaniis pœna capitali punitur, Petr. de Anch. *d. cons.* 15. *n.* 8. † Iudæus proiiciens immunditias super cruce, vel figura Saluatoris, dum fit processio, pœna vltimi supplicii condemnari debet. Petr. de Anch. *d. cons.* 15. *per totum*, vbi casus.

Pœna proditoris patriæ quæ sit, & an possit minui per iudicem. Concl. 226.

1 PRoditor † patriæ punitur. Vide, *Patriam oppugnans quam pœ-* 2 *nam incurrat. Concl.* 134. † Amplia, vt etiam conscii, qui non re- 3 uelarunt, puniantur. † Limita; quia conscius proditionis patriæ, Ⓕ qui non consensit, neque reuelauit proditorem, mitiori pœna punitur, quando effectus non est sequutus, & causa subsit, quare non reuelauit, puta quia contra fratrem, vel consanguineum. Bal. *cons.* 34. *v. circa secundum, & per tot.* quod est Bald. & Iacobi de Holanis, & *cons.* 35. *lib.* 1.

Pœna mortis ob delictum non consummatum quando imponatur, vel non. Concl. 227.

1 POena † mortis regulariter de generali consuetudine non imponitur pro delictis attentatis, & non consummatis, ideo is, q confecit venenum, vt venenaret aliũ, si non consummauit delictũ, non tenetur pœna venefici, quæ est mortis, sed pœna erit ar- bitraria iudici citra mortem, & mutilationem membri. Bal. *cons.* 2 437. *Cecchus consecit, per tot. lib.* 3. † Amplia idem in homicida; quia si solũ tractauit de homicidio faciendo, & non perfecit, non tenetur de homicidio de consuetudine, vt imponatur pœna mortis, sed debet imponi pœna pecuniaria. Bal. *d. cons.* 437. *circa pr. lib.* 3. vbi, q statuta generaliter requirunt consummationem delicti, & q ita de consuetudine seruatur. Ang. de Perus. *cons.* 14. *n.* 3. *v. de* 3 *secundo.* † Amplia; quia vbicunque pœna homicidii imponitur à statuto, debet intelligi de homicidio vero, & consummato. Bal. 4 *d. cons.* 437. *circa pr. lib.* 3. Ang. *d. cons.* 14. *n.* 3. *v. non est eundum.* † Limita, vt non procedat, quando delictum est attentatũ, & non consummatum, sed tamen modus attentandi non stetit in finibus principii remoti, & sic solius tractatus, veluti si quis dedit venenum ad bibendum, sed non interfecit; nam ex quo fecit, quod potuit, tenetur pœna mortis ordinaria. Bal. *cons.* 437. *circa pr. v. est enim in delictis, lib.* 3. vbi, quod est duplex principium, remotum, & propinquum, & ex propinquo tenetur; quia est subſtantiale ad effectum delicti. † Limita in pœna assassinii; quia tam assassinus, quam mandans tenentur, & pœna mortis puniri debent quando attentarunt, & deuenerunt ad actum proximum, licet non sit sequutum assassinium. Angel. *d. consil.* 14. *per tot.* vbi loquitur in eo, qui iuit cum gladio paratus, sed non inuenit. Vide, *Assassi-* Ⓕ *num quid sit, & quæ pœna imponenda. Concl.* 537. Vide, *Conatus non puni-* Ⓕ *tur, nisi sequatur effectus. Concl.* 544. Vide, *delictum attentatum, & consummatum qualiter puniatur. Concl.* 167. Vide, *Pœna mortis ob delictum* Ⓕ *non consummatũ quando imponatur. Concl.* 227. Vide, *Veneficus quæ pœna puniatur. Concl.* 69. Vide Mascard. *Concl.* 138. *n.* 8. vbi relatiue citat plurimos ponentes casus, in quibus pœna ordinaria ponitur pro solo conatu, licet non sit sequutus effectus.

Pœna mortis naturalis in quibus casibus habeat locum. Concluſ. 228.

ABortvm † procurans pœna mortis punitur. *l. Cicero. ff. de pœn.*; prout si puella prægnans potionibus abortũ procurat, nam si partus est animatus, punitur pœna mortis, si vero non animatus, pœna extraordinaria, * cõmunẽ dicit Clar. *in fi.* §. *q.* 68. *in pr.* † Ite- Ⓕ in eo, q mulierẽ prægnantem percussit; quia si partus moritur, & percussio fuit dolo malo, punitur pœna vltimi supplicii, magis cõ- munẽ * dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 68. *n.* 2. Adulteriũ punitur pœna mor- Ⓕ tis. Vide, *Adulteriũ quando cõmittatur, & quæ sit pœna. Concl.* 222. † A- Ⓕ scendẽs cum scalis de nocte domũ alienam punitur pœna mortis. Bal. *in l. fi. circa fi. ff. de rerum diuis.* Gram. *decis.* 36. *per totam. & num.* 13. licet Clar. *dict.* §. *fi. q.* 68. *n.* 4. dicat pœnam esse nimis rigorosi, quia solũ scala aggrauat delictũ, allegat videdũ Afflict. *decis.* 276. Mantua. *cons.* 31. *n.* 2. *lib.* 2. Blasphemantes puniũtur pœna mortis. Vide, *Blasphemans quæ pœna puniatur. Concl.* 95. † Carceratus fugiens Ⓕ fracto carcere. Clar. §. *fi. q.* 21. *v. tertio autem.* Vide, *Carcerati infugi-* Ⓕ *entes quæ pœna puniantur. Concl.* 88. † Castrans seipsum, vel alios cas- strati faciens sine necessitate punitur pœna capitis. *l.* 4. *in fi. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Clar. in §. *fi. q.* 68. *n.* 7. *v. castrans*, vbi, q membra genitalia dicuntur nobilia, & habent proprias operationes, & mutilans illa punitur tanquam inimicus naturæ. † Custos carce- rũ cognoscens mulierem honestam in carcere; item si est in cul- pa, quod carceratus pro crimine capitali aufugiat, punitur pœna mortis. Clar. *dict.* §. *fin. q.* 68. *n.* 8. *v. custos.* Vide, *Custos carcerum delin-* Ⓕ *quens punitur multis modis. Concl.* 1122. † Diuidentes prædã cum ag- gressoribus viarũ sunt comburendi *l. si quis à barbaris*, vbi Bart. C. *de re milit. lib.* 12. Clar. in *dict.* §. *fi. q.* 68. *n.* 9. *v. diuidentes*, vbi, quod A- gozzini, Birruarii cum furibus participantes sunt suspendendi, vel comburendi. † Eximens de manibus iustitiæ condemnatum ad mortem, vel confessum, seu conuictũ de aliquo crimine, pu- nitur pœna capitis. *l. quicunque. ff. ad leg. Iul. maiestat.* Clar. in *d.* §. *quæst.* 68. *n.* 10. vbi dicit magis * cõmunem. † Imo, etiamsi pro de- bito ciuili quis eximat de manu familiæ, suspenditur, vt per plu- ra exẽpla tradit Clar. *d.* §. *fi. q.* 68. *n.* 10. & Romæ extant Bullæ sum- morum Pontificũ. † Extrahens aliquem per vim de Ecclesia pœ- nitur pœna mortis tanquam reus criminis læsæ maiestatis. *l. fidei. C. de iis qui ad Eccles. confug.* Clar. declarat §. *fi. quæst.* 30. & *quæst.* 68. *n.* 11. † Extrahens mulierem honestam matremfamilias de domo sua pro debito, & ducens ad carceres punitur pœna mortis. *l.* 6. *C. de offic. diuers. iud.* Clar. in §. *fi. q.* 68 *n.* 12. † Pro crimine autem non possit capi in domo, & carcerari. Clar. *d.* §. *fi. q.* 28. *v. quæro igitur.* † In Falsum testimonium dicens, per quod aliquis condemnetur ad mortem, punitur pœna mortis. Clar. in §. *falsum, v. testis, qui falsum.* & *q.* 68. *n.* 14. † Famosi latrones, & grassatores viarum furca tu- spenduntur. Clar. §. *fi. q.* 68. *n.* 14. & *in* §. *furtum, v. scias tamen.* † Fur, q qui furatus fuit in casu fractæ pacis Constantiæ vltra quinq; so- lidos. Clar. in *d.* §. *furtum. v. sed quæro, & in* §. *fi. q.* 68. *n.* 15. † Hæretici si puniuntur pœna mortis. Clar. in §. *hæresis. v. sed quæro.* † Homicidæ si puniuntur pœna mortis. Clar. in §. *homicidium, v. sed quæro.* † Hostis si puniuntur pœna mortis. Clar. in §. *homicidium, v. sed quæro.* † Hostibus vendens ferrum, vel frumentum, aut sal, vel alias merces pu- nitur pœna mortis. *l.* 1. *& 2. C. quæ res expor. non poss.* Clar. *d.* §. *fi. q.* 68. *n.* 18. & *q.* 77. *v. Christiani delerentes.* † Imaginem Christi, vel Sanctorũ rũ percutiens, aut frangens vel vulnerans punitur pœna mortis Boer. *decis.* 301. *põt n.* 18. Clar. in *d.* §. *fi. q.* 68. *n.* 19. vbi dat plura exẽ- pla qñq; mortis, qñq; amputationis manus. Boer. *d. decis.* 301. *n.* 8. Fran. Mar. *decis.* 509. *in fi.* † Officialis, q publicos prouent̃ fiduciæ- hibit, punitur pœna mortis, *Inst. de pub. iud.* §. *qtũ lex Iul. peculatus* Clar. *dict.*

* *d.§.fi.q.68.n.30.v.officialis*, vbi, quod in dubio officialis præsumitur licite acquisiuisse secundum * communem. Vide, *Officialis reddituum principis acquisiuisse præsumitur de suo, & quando secus. Concl.95.* †Plagiarius, qui pueros, vel seruos furatur, punitur pœna mortis, *l.fin.C.ad leg.Flauiam de plagiar.* quæ pœna procedit in eo, qui est solitus, quia si habuit animum celandi punitur pœna * mortis, alias secus. Clar.*d.§.fi.q.68.n.31.v.plagiarius*, vbi dicit *cõmunem.† Priuatum carcerem exercens punitur pœna mortis. *l. 1.C.de priuat.carcer.* Clar.*d.§.fi.q.68.n.32.v priuatum carcerem*, vbi declarat. Vide, *Carcer priuatus prohibitus, & quæ sit pœna. Conclus.94.* †Puerum vel puellam corrumpens vltimo supplicio damnatur perfecto flagitio, imperfecto flagitio deportatur in insulam. *l.1. §.qui puero.ff.de extr. ord. crimin.* & lenones, seu mediatores vltimo supplicio puniuntur, vt ibi. † Declara; quia *d.l.1.§.qui puero* habet locũ, quando adhibitis artibus, & lenocinio interpellatur puer, vel puella; quia est species violentiæ. Decian. *in tr. crimin. lib.8. c. 15.n.6.* vel quando vis fuit adhibita. Io. Franc. Tor. *cons.203.nu.2. inter consilia criminalia.* † Osculum illatum mulieri honestæ cum violentia puniri potest aliquando pœna mortis, vt contigit Mediolani, prout refert Bossius *tit.de extraordin.crimin.n.3.* vbi, quod Io. Triuultius fecit decapitari Gallum, qui per vim osculatus fuit mulierẽ nuptam. † Sed quod puniatur pœna extraordinaria arbitrio iudicis, consideratа qualitate facti, & personarum. Afflict. *dec.276. Seremissime Rex*, plene Decian. *in tr. crimin. l.8.c.15.n.7. & seq.* vbi q̃ pœna est arbitraria, siue cum vi, siue sine vi, & clarius *c. 17.n.19.* allegat Corn. *cons.175. in 3. dubio. lib.3.* Crau. *cons.220.n.13. & 224.n.2.* & Clarus *§.fi.q 83.n.6.* Menoch. *de arbitrar. casu 287. n. 2.* Vulpel. *cons 30.n.8.* † Iudex punitur pœna mortis, si falso facit alqd confiteri, vt innocens puniatur ad mortem. Clar. *d.§ fi.q. 68.n.22.* † Idem, si iudex per iracundiam, vel corruptelam innocentem condemnauit ad mortem. Clar. vbi sup. † Idem, si iudex indebite torturam intulit. Clar. *d.§.fi.q.68.n.22.* † Lenones, & lenæ puniuntur pœna mortis. Auth. *de lenonibus §.præconizamus*, licet de consuetudine non seruetur, sed fustigantur cummitra, vel alia pœna extra ordinem puniuntur, vt male dicat Clar. *d.§.fi.q. 68.n.23.v.lenones.* Læsæ maiestatis crimen punitur pœna mortis. Clar. *d.§.fi.q.68.n.24.* † Libelli famosi auctor videlicet, qui ad infamiam alterius contra veritatem fabricauit, punitur pœna mortis, plene Clar. *d.§.fin.q.68.n 25.v.libelli*, vbi, quod non est in vsu, sed fustigatur, vel torquetur, aut mittitur ad triremes. † Extende, qui legens, & non lacerans libellum, & non denuncians incidit in pœnam mortis. Clar. vbi supra, vbi ponit plura exempla deo, qui fecit apocham, vel composuit contra officiales, vel alios priuatos; quia puniri debet. † Medicus adhibens malum medicamentum, vt infirmus moriatur, punitur pœna mortis Clar. *d.§.fi.q.68.n.25 in fi.v.medicus.* † Milites multis ex causis capite puniuntur. *l.desertores.ff.de re mil.* relatiue Clar. *d.§.fi.q. 68.n.26.v. milites.* † Monialem carnaliter cognoscens, vel attentans, vt rapiat, & cognoscat, vel cum ea matrimoniũ de facto contrahens, punitur pœna mortis. Clar. *d.§.fi.q.68.n.27.v.monialem.* † Mulier, quæ proprio seruo, vel animali bruto se supposuit, pœna mortis punitur. Clar. *d.§.fi.q.68.n.28.v.mulier.* † Muros ciuitatis rumpẽs, vel transcendens punitur pœna mortis *l.fi.ff.de rerum diuis.* † Declara, quia procedunt prædicta solum in muris Vrbis Romæ, aliarum vero ciuitatum pœna est extraordinaria. Roland. à Valle *cons.84.n.23. lib.2.* nisi tempore belli hoc fieret, quia tunc etiam in aliis vibibus, & castris esset pœna mortis, & ita seruari dicit Clar. *d.§.fin.q.68.n.29.v.muros.* † Proditor punitur læsa maiestate, & pœna mortis, Clar. *d.§.fi.q.68.n.33.v.proditor.* & ibi vide apost. quę distinguit triplicem proditorem esse. † Raptores mulierum puniuntur pœna mortis, *l. vnica. C.de raptu virgin.* Vide, *Raptor mulierum quis dicatur, & qua pœna puniatur. Concl.6.* Sacrilegi puniuntur pœna mortis. Vide, *Sacrilegus quis dicatur, & eius pœna. Concl.6.* † Seditiosi pœna mortis puniendi. *l.3.§.item si quis auctor, ff.de sicar.l.1. C.de seditio.* Clar. *§.fi.q.68.n.36.* vbi dicit habere locum, quando tractatus præcessit tumultum, secus si ex accidenti, allegat Iaf. *cõs. 167. lib.4.* Deci. *cons.256.* Gramm. *voto 19.* † Se ipsum occidere volens punitur pœna mortis, etiam si non sequatur effectus, quia * fuit impeditus, cõem * dicit Clar. *§.fin.q.68.n.37.* vbi tamen dubitat stante generali consuetudine, quod conatus non puniatur pœna mortis. Vide, *Homicidia sui ipsius qualiter puniatur. Concl.152.* † Sodomita punitur pœna mortis. *l.cum vir. C.ad l.Iul. de adulter. Auth.vt non luxur. homines contra natur.* Vide, *Sodomiticum crimen detestabile operatur multa mala, & eius pœna. Concl.316.* † Sortilegi, & malefici puniuntur pœna mortis, sed de iure non seruatur. Clar. *in d.§ fi.q.68.n.40.* † Transfuga, vel fugiens ad hostes punitur pœna mortis. *l.si quis aliquid ex metallo. §.transfuga.ff. de pœnis*, quod intelligit Clar. *d.§.fin.q.68.n.41.* quando dolose, alias secus, imo extendit, etiam si non perficit, quia solus conatus punitur in hoc genere, & dicit * communem. † Tutor corrumpens puellam, cui datus est tutor, punitur pœna mortis. Clar. *§.fi.q.68.n.42.* & plenius *§.fornicatio v.cum pupilla.* † Vastatores, & incisores vinearum, & arborum puniuntur pœna mortis vt latrones. *l.2.* vbi gl. *ff.arbo.furtim cæsarum.* Clar. *d.§.fi.q.68.n.43.v. vastatores*, vbi, quod de consuetudine pœna extra ordinem puniuntur. Venenum malũ scienter faciens, vel dans ad aliquem occidendum punitur pœna mortis. Vide, *Veneficus qua pœna puniatur. Concl.69.* † Violator sepulchrorum, & armata manu extrahens cadauera, vel ossa mortuorum punitur pœna mortis, *l.3.§.aduersus.ff.de sepul. violat.* Clar. *§.fin.q.68.in fin.* vbi, quod non est in vsu. † Incendiarii, qui ob inimicitias, vel prædam intra oppidum incendia committũt, pœna mortis puniuntur. *l.capitalium. §.incendiarii.ff.de pœnis.* Clar. *in §.fin.q.68.n.20.* vbi declarat non procedere in tugurio, & re parua. † Item, qui comburit aceruum frumenti positum iuxta ædes. *leg.qui ædes.ff.de incend.rui.naufrag.* Natta *cons.42. & seq.* Clar. *d. §.fi.q.68.n.20.* vbi extendit in fœnili, & aceruo fœni, quando dolo malo, secus si lata culpa, vel casu, vel si in tugurio. † Declara secus esse, quando incendium non fit dolo malo, sed lata culpa, vt Clar. vbi supra. † Iniuriam faciens officiali tempore syndicatus punitur pœna mortis, quod intelligit Clar. *d.§.fin.q.68.n.21.v. iniuriam faciens*, non procedere, quando Iudex ipse iniuriaret querelantes, vel alios, qui ipsum iniuriassent.

Pœna veneficorum qualis, & quando habeat locum, vel non. Concl. 229.

POena † veneficii maior est pœna homicidæ, quia grauius est homine venenare, quam simpliciter occidere. Bald. *cons.437. Cecchus confecit venenum. lib.3. in pr.* † Vltimum supplicium mortis imponitur pro pœna ipsi, qui venenum præbuit alicui, quia siue sit mortuus is, qui recepit venenum, siue non, pœna est imponẽda. Bald. *cons.437. circa pr. lib.3.v.est enim in delictis, lib.3.* † Restringe, quando solum tractauit de venenando, quia si non venit ad actum, puniri debet solum pœna extraordinaria exilii, vel fustiũ, vel pecuniaria. Bald. *d.cons.437. lib.3. per tot.* † Restringe, etiam si deuenit ad actum dando aquam decoctam cum mercuriali, seu argento viuo, quia si paucam dedit, statur peritis in arte, qui si referant mortuum non esse ex illa potione parua, & dans potionem fateatur mortuum ex illa, non debet puniri pœna mortis, sed pœna extraordinaria, plene Alex. *cons.115. lib.3. per totum.* Vide, *Veneficus qua pœna teneatur. Concl.69.*

Pœna vltimi supplicii ex quibus verbis inducatur. Concl. 230.

POena † vltimi supplicii inducitur, vbicumque lex aliquẽ animaduersione puniri iubet; quia (animaduerti) importat animatũ corpus in totũ, vel in partem tollere. Petr. de Anch. *cons. 15.n.8.v. & pondero verbum.* † Amplia; quia si lex imponit pœnam capitalem, in dubio de morte ciuili intelligitur, secus si lex disponat cũ pœna capitali etiã confiscationẽ omnium bonorum; q̃a intelligitur de morte naturali, vel quando de morte naturali semel fecit mentionem, plene Farinac. *q.19.n.6. & seq.* vbi à principio quæstionis ponit plures casus. † Amplia; q̃a si lex, vel decretũ Principis imponit pœnã æris, & personæ arbitrio domini, verba importãt pœnã vltimi supplicii in Principe, secus in alio inferiore. Bal. *cons.262. Decretũ domini, n.3.v. tertio est præmittendũ, vsque in fi. lib.2.* vbi, q̃ arbitriũ Principis hoc casu pœnam mortis põt arbitrari. † Amplia; quia si lex mandat grauissime puniri, intelligitur de pœna mortis naturalis. *l.eos.§.fi ff.de falsis, iuncta l.2 C.de eunuch.* vbi gl. & Doct. Lucas de Penna *in l.1.C.vt nemo ad suii patrocin. lib. 10.col.2.in fi.v itẽ alias pœna.* † Amplia; quia verba, quod contra reũ insurgant leges, armentur iura gladio vltore, important vltimũ supplicium. *l.cum vir. C.de adulter.* † Amplia, vt idem importẽt verba grauissima seueritate puniatur. *l.fi.C.de iis, quæ ex publica collatio.li. 10.* & ibi Luc. de Penna, & alii per *d.l.2.C.de eunuch.* † Amplia; q̃a pœna gladii idem est, videlicet gladio feriatur, gladio puniatur, vel gladio animaduertatur Farinac. *d.q.19.num.9.* vbi dicit * communem, & contrariũ dicentes loquuntur de potestate gladii, nõ de pœna. † Amplia; q̃a pœna vltimi, vel sæuissimi, aut grauissimi, seu amarissimi supplicii intelligitur de pœna mortis naturalis. Farinac. *d.q.19.n.10.* † Idem in pœna laqui, suspendii, vel fureæ; quia est mortis naturalis. Farinac. *d.q.19.numero 11.* † Declara, quia lex mandans dari supplicium, si non addit, vltimum, vel sæuissimum, aut grauissimum, seu amarissimum, non importat pœnam mortis. Farinac. *q.30.numero 5.cum seq.* † Limita; quia si statutum impo-

imponit venefico pœnam capitis, non importat necessario vltimum supplicium; quia multæ sunt pœnæ capitales. Alex. *cons.* 12 115.*v.tertio principaliter,lib.*3.*n.*7.† Extende, vt procedat, etiam si statutum dicat, quod sit pœna capitis, quia intelligitur de ciuili morte, non de naturali. Alex.*d.cons.*115.*n.*7.*lib.*3. Vide, *Pœna odiosa quæ requirat,vt habeat locum.Conc'.*213.

Pœna talionis contra quos habeat locum, vel non. Concl.231.

1 POena † talionis ita habet locum contra Episcopum, vel aliũ superiorem accusantem subditum suum, vt teneatur se obligare ad illam, quemadmodum si subditus accusaret Episcopũ; quia in hoc disparitas status nihil operatur. Oldr.*cons.*46.*Videtur, quod Episcopus.* vbi idem de marito & vxore, presbytero & diacono, & similibus. † Amplia; quia pœna talionis habet locum in 2 omni accusatore, quando agitur de delicto publico, etiam crimine læsæ maiestatis; ideo accusans debet puniri eadem pœna, qua accusatus, si fuisset culpabilis, quando accusator succumbit, si vero delictum sit priuatum, tunc pœna est arbitraria Iudicis officio imponenda. Alex.*cons.*11.*Circa primum,n.*4.*v.super secundo,* 3 *lib.*1. † Extende in tantum, vt nec princeps absolute in accusatione criminis læsæ maiestatis possit imponere silentium, ne accusatus agat contra accusantem, & si hoc faciat, potest haberi recursus ad superiorem tanquam contra denegantem iustitiam. Alex.*d.cons.*11.*n.*5.*v.super tertio,lib.*1. Vide, *Iudex quando, & quibus* 4 *possit denegare iustitiam.Concl.*394.† Amplia; quia falsus testis examinatus super delicto accusati ad pœnam infligendam tenetur ad pœnam talionis. Alex.*cons.*55.*In causa inquisitionis, lib.*7.*per tot.* ideo punitur eadem pœna, qua puniretur accusatus, si delictum esset verum, secus si non deposuit falsum directe ad pœnam; qa 5 punitur pœna extraordinaria, vt ibi.† Amplia, in crimine falsi, quia accusare volens instrumentum productum de falso nedum tenetur se inscribere ad pœnam talionis, sed etiam iurare, prout in *l.fin.C.de fide instr.* quando petit exhiberi instrumentum, quod 6 falsum dicere intendit, & ibi Bar.Bald.& alii.† Amplia; quia ista pœna continet in accusatorem eandem pœnam, quam passus fuisset reus, si vera fuisset accusatio, & hoc, quando per calumniã 7 accusauit. Clarus §.*fi.q.*81.*in pr.*† Extende, vt procedat, etiam si accusator sit persona magis honesta, quam reus; quia eadẽ pœna * puniti debet, etiã si ratione personæ suæ minorẽ pœnã pro ipso delicto pati deberet. Clar.*d.q.*81.*n.*2. vbi dicit * communem. Vide, *Accusator quando teneatur,vel non se inscribere ad pœnam talionis.* 8 *Concl.*166.†Limita; quia pœna talionis non habet locum, quãdo procedit per inquisitionem, & ideo valet inquisitio sine in- 9 scriptione. Io.de Anan. *cons.*1.*in fi.pr.*† Extende; quia licet accusatus de falso petierit accusantẽ se inscribere ad pœnam talionis, dum inquiritur, si potens tamen non se inscripsit, non tenetur, licet inquisitus absoluatur; quia si non est in vsu non tenet. Ang. & Arimin. post eum *in tr. maleſi. v.& ad querelam,v.secundo requiri-* 10 *tur.*† Limita; quia pœna talionis non habet locum, quando excipitur de falso ciuiliter; quia licet arguens de falso criminaliter teneatur se inscribere, & iurare, vt *l.fi.C.de fide instr.* fallit, quando excipiendo ciuiliter falsum proponitur. Castr.*d.l.fi.* ex mente Bal. 11 *ibi n.*4.*v.& hoc.C.de fide instr.*† Limita; quia pœna talionis nunquã habet locum contra eum, qui non est vere calumniator, sed lolum præsumptus, vt quia non plene probauit, quia tunc non tenetur pœna talionis, sed solum pœna iniuriarum, & ad expensas, ita Menoch.*de arbitr.casu*321.*n.*33.*&*34.per totum casum. 12 †Limita; quia imo hodie pœna talionis est sublata, & recessit ab 13 aula. Menoch.*de arbitr.casu*322.*n.*3.*per* §.*pœna Inſtit.de iniur.*† Cõtrarium; quod non sit sublata de iure, sed solum de consuetudine, quia delicta remanebant impunita, ne accusatores ponerent se in tanto discrimine, fuit remota illa subscriptio. Iul. Clar.*in* §. * *fi.q.*81.*n.*3.*v.sed quæro,* & ita omnes * tenere dicit Farinac.*q.*16.*n.*3. 14 †Declara tamen; quia licet sit sublata pœna talionis, potest tamẽ calumniator pœna falsi condemnari. Alex.*cons.*11.*n.*7.*v.posset etiã,* *lib.*1.sequitur Menoch.*d.casu*322.*n.*5. vbi, quod pœna arbitraria, 15 & extraordinaria potest puniri.† Imo, quod licet sit sublata pœna talionis de consuetudine quoad solemnitatem subscribendi; non tamen est sublata pœna calumniatoris etiam corporalis. Clar.*d.q.*81.*in fi.in* §.*fi.* qui dat plura exempla calumniantiũ, qui 16 fuerunt puniti.† Declara; quia pœna talionis est sublata de consuetudine, præterquam in duobus casibus, videlicet, quando reus interrogatus, an velit vti accusatione, respondet, quod sic, secundo, quando accusator fuit etiam examinatus vt testis, istis duobus casibus pœna ordinaria talionis imponitur, in aliis casibus extraordinaria potest tantum condemnari. Farinac.*d.q.*16. *n.*3.*& seq.* vbi late declarat. Vide, *Iustitia omnibus indifferenter ministranda Concl.*640.

Pœnæ fori Ecclesiastici, & iuris Canonici quæ sint. Concl. 232.

POena † triremium est de iure Canonico, siue perpetua, siue ad tempus. Clar.*in* §.*fi.q.*67.*n.*7.*v.item damnatio,* vbi tale quid loquitur.† Et pœna corporis afflictiua, prout fustigatio, vel verberatio est de iure Canonico. Steph. Aufrer.*in clem.*1.*de offic.ordin.* *n.*112.*v.sed ex præmissis,* vbi etiam ponit pœnã exilii, seu banni alterius.† Carcer perpetuus est pœna iuris Canonici. Clar.*d.*§.*fi.q.*67.1 *n.*7.† Deportatio licet recesserit ab aula in locis, vbi non sunt insulæ, si ecclesiastici hanc pœnam exercent. Clar.*d.*§.*fin.q.*67.*n.* 8.*v.deportatio.*† Detrusio in monasterium est pœna ecclesiastico- tum, quæ succedit loco relegationis. Clar.*d.*§.*fi.q.*67.*in fi.*† Etlium, seu bannum non exercetur de iure communi per ecclesiasticos, licet de consuetudine seruetur contrarium. Clar.*d.*§.*fin.q.* 67.*in fin.*† Aut pro delicto procedit per accusationem, & pro crimine graui clericus potest deponi, & priuari beneficiis, aut per inquisitionem, & pœna minuitur, adeo quod depositio est arbitraria, sed bene beneficiis potest priuari, vel alia pœnã puniri. Abb.*cons.*25. *Attingam ista dubia. col.*2.*in fin.v.nunc venio,lib.*1.licet est de iure ciuili, vt ibi. Vide, *Inquisitio quid sit, & in quo differat ab* ¶ *accusatione.Concl.*175.† Extende; quia etiã si agatur de crimine lemoso, de iure Canonico inquisitus non efficitur infamis, neque remanet suspensus, secus si per viam accusationis. Abb.*d.cons.*25. *col.*2.*in fin.v.nunc venio,lib.*1.vbi, quod secus est de iure ciuili quia siue per inquisitionem, siue per accusationem à pari procedunt.† Restringe; quia nulla est differentia, siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem, quando ex tali delicto vltra pœnã etiã post peractã pœnitentiam per delinquentem remanet priuatus exequutione suorum ordinũ, prout simonia, & homicidiũ, & similia. Abb.*d.cons.*25.*col.*2.*in fin.v.nunc venio,lib.*1.† Declara, seu restringe, qũ delinquens fatetur delictum; quia tunc differentia, an per accusationẽ, vel inquisitionem procedatur, non releuat, sed semper pœna ordinaria puniri potest. Abb.*d.* *cons.*25.*in fi.v.sed nihilominus,lib.*1. vbi, quod compellitur petitore in confessione.† Pœna igitur latrocinii est pœna depositionis ab officio, & beneficio, *c.cum non ab homine,de iud.* imo etiam debet detrudi clericus in monasterium, *c.tua,de pœnis,* quando pro accusationem proceditur.† Extende; quia pro omni graui delicto imponitur eadem pœna, ideo licet furtum sit minus, quã latrocinium, si tñ furtum est magnum, imponitur eadem pœna secundum * cõem, de qua Abb.*d.cons.*25.*col.fi.v.sed aduertendum,lib.*1.* bi, quod furtum dicitur graue delictum ex quantitate, & circumstantiis, puta si summa est centum scutorum, si in loco, vel tẽpore sacro, si pecuniæ erant Commissarii Apostolici destinatæ in beneficium Papæ.† Extende etiã in Rei gioso delinquente, qui licet deponatur, & priuetur, non tñ liberatur à iugo seruitutis religionis, sed omnibus commodis, & honoribus, ac voce priuatur, vt seruiat perpetuo tanq̃ detrusus. Abb.*d.cons.*25.*col.fi.n.*2.* *sed dubiũ est.li.*1.†Declara; quia potest minui pœna per Episcopũ, vel alium superiorem regulariũ delinquentiũ. Abb.*d.cons.*25.*in fi.v.sed dubiũ est,lib.*3. Vide, *Ecclesia quas pœnas imponat, & de multiplipœna.Concl.*17.† Amplia; quia imponit pœnam pecuniariam eo per modum mulctę, vel diffinitiuæ sententiæ tam laicis in casibus, in quibus sunt de foro ecclesiæ, quam clericis, quas debent applicare vsibus publicis, vel piis, aut Romanæ ecclesiæ, nisi ipse indigeant, & debent euitare, ne pro auaritia faciã, plene Steph. Aufrer.*in clem.*1.*de offic.ordin.n.*110. *& seq.v.querit insuper.* vbi late.† Qualiter autem punire debeat Iudex eccles. dicas, quod pro leuibus delictis pœna pecuniaria moderata, pro grauibus delictis pœna depositionis, pro grauioribus pœna etiam quandoq; carceris perpetui, & si sunt grauissima delicta, potest vel ad carceres perpetuos, vel etiã curiæ seculari tradere, ita Steph. Aufrer. *d.cle.*1.*de offic.ordin.n.*113.*& multis seq.v.occasione præmissorũ,* vbi ¶ semper melius est a guide misericordia, quam de seueritate, & pro delictis fornicationis maxime miserendum est, quando nõ adest mala qualitas, vbi, quod præceptum castitatis posset relaxari non valentibus continere, dicit tamen *n.*120, quod fuit tractatum de hoc in Concilio Basilien si, sed nihil resolutum.

Pœna si duplicatur per statutum, qualiter fiat duplicatio. Concl. 233.

POena † apposita per statutũ si duplicatur in certis casibus ob certas qualitates, duplicatio fit in simplo tantum. Bal.*cons.* *Non est pœna,lib.*2. Bar t.*cons.*41.*Statuto ciuitatis,lib.*3. vbi, ¶ contra-

luit cum Baldo, & Offredino sapientibus viris, & legum Doctoribus in casu statuti Assisii.† Et quod in pœna dupli computetur simplum Ang. *consil.* 291. *Visa petitione, n.* 3. *col.* 3. *in pr.* Alex. *consil.* 198.
3 *Viso processu, in fi. n.* 11. *lib.* 7. *v. quia certum est de iure.*† Limita, nisi duplicatio fieret post primam duplicationem ex certa qualitate, quæ superueniret post, quia tunc duplicatur pœna cum suo augmento, secus si qualitas inducens augmentum non superuenit, * post Bart. *in l. sanctio legum. ff. de pœn.* quem communiter * sequuntur assessores, vt inquit Bald. *d. consil.* 103. *in fin. lib.* 2. Vide, *Statutum circa pœnas duplicandas pro certis delictis. Concl.* 617.

Pœna statuti quando tollat pœnam iuris communis, vel non. Concl. 234.

1 STATVTVM† imponens pœnam derogatiue iuri communi facit cessare pœnam iuris communis. *l. qui cum vno. §. qui post. ff. de remilit.* Bald. *consil.* 250. *In quæstione domini Milani, n.* 12. *v. quædam alia,*
2 *lib.* 1. & duplicatur *consil.* 382. *lib.* 5. *n.* 16.† Amplia; quia in omnibus pœnis corporalibus per impositionem minoris pœnæ censetur recessum à minori, quia æquitas scripta præfertur rigori scripto.
3 Bal. *d. consil.* 250. *n.* 12. 7. *quædam alia lib.* 1. *& consil.* 282. *n.* 16. *lib.* 5.† Cõtrarium tenet Bart. *consil.* 32. *Factum tale, in pr.* quod est Bart. & *consil.* 33. *inpr.* quod est Franc. Tigrini; & *consil.* 34. quod est Andreæ de monte Viano, & Baldi, *lib.* 2. vbi, quod statutum primum imponens pœnam 300. pro blasphemia, non tollitur per secundum statum imponens pro blasphemia pœnam centum, sed vtrumq; valet & intentata pœna secundum statuta debetur minor pœna,
4 secus si expresse intentetur maior pœna.† Amplia etiam in legibus; quia si de iure nouo imponatur pro adulterio pœna relegationis, quæ erat pœna mortis, censetur recessum à pœna mortis, ex quo non possunt ambæ pœnæ habere locum, vt relegetur, & moriatur. Cuman. *consil.* 154. *Visis inquisitione, n.* 3. *& seq. v. hoc autem*
5 *admisso.*† Amplia; quia vbicumque statutum imponit pœnã pecuniariam assistenti delicto ex proposito, cẽsetur recedere à pœna iuris communis, quæ est dubia, an eadem sit cum delinquente, ideo iudex omittit pœnam iuris, & amplectitur pœnam statuti, Rom. *consil.* 117. *Hæc præmissa prope fi. v. operatur ergo,* vbi apostilla
6 *inv. omissa.* dat concord.† Amplia; quia per pœnam statutariam semper censetur sublata pœna iuris communis. Dec. *in c. de causis,*
* *n.* 14. *de offic. deleg.* vbi dicit communem, * imo magis communẽ dicit Clar. *in praxi crimin. §. fi. q.* 85. *n.* 3. *v. contrarium,* vbi dicit, quod totus mundus hanc sequitur, & seruat, vbi citat infinitos de
7 magis * communi, & obseruantia attestantes.† Contrariam tamen opinionem tenet Bart. *in l.* 1. *ff. vi bonor. rapt.* quem sequuntur * plurimi, & etiam est communis * opinio, vt per Clar. *d. q.* 85. *n.* 5. *v.*
* *debet etiam,* vbi dicit, quod aliqui dicunt, quod indigeret decisio-
8 ne Cæsarea.† Extende; quia multo magis procedit ampliatio, qñ iudex semel imposuit pœnam statuti, quia non posset velle redire ad pœnam iuris, etiam si esset maior. Clar. *d. q.* 85. *n.* 5. *in fi. v. &*
* *hac conclusio,* vbi dicit * cõem.† Limita, vt non procedat, quando statutum, vel nóua lex imponit pœnam cumulatiue, quia tunc non est recessum à pœna antiquiori. Bald. *d. consil.* 250. *n.* 12. *v. aut*
10 *noua lex disponit, lib.* 1. *& consil.* 382. *n.* 16. *lib.* 5.† Limita in eodem statuto; quando absolute imponuntur duæ pœnæ; quia vna sufficit. Bald. *d. consil.* 250. *n.* 12 *v. aut disponit soluta, lib.* 1. *& consil.* 382. *n.* 16. *lib.* 5.
11 †Extende multo magis in diuersis statutis, quia soluta non potest pro coniuncta. Bald. *d. consil.* 250. *n.* 12. *lib.* 1. *& consil.* 382. *n.* 16. *lib.*
12 5.†Extende; quia vbicumque plures pœnæ sunt impositæ, si fiat executio in vna, cessat in alia, nisi vna veniat expresse cumulatiue ad alham. Bald. *d. consil.* 250. *n.* 12. *lib.* 1. *& consil.* 382. *n.* 16. *lib.* 5.

Pœna delinquentium quando tollatur, vel non per cõsensum eorum, qui passi sunt delictum. Concl. 235.

1 POENA† vendentis rem duobus à statuto imposita, & commissa remitti debet, quando primus emptor consensit secundæ venditioni, & secundus non fuit circumuentus; quia sciebat primam venditionem. Bald. *consil.* 240. *Præsupposito statuto in fi. lib.* 2.
2 †Amplia, quia pœna pro vulneribus debet remitti in totum, quando vulneratus consensit, si non sunt illata ab homine, sed à quadrupede currente etiam cum homine equitante. Bald. *consil.* 443. *Coram vobis, n.* 3. *v. circa tertium, lib.* 4.

Pœna extraordinaria quando imponenda, & ad quid se extendat. Concl. 236.

1 POENA† extraordinaria imponitur, & inducitur à iure in duobus titulis, alter est *de extraordinar. crimin.* alter *de crimine*
stellionat. ita Clar. *in praxi crimin. q.* 83. *n.* 2. *v. in hac autem materia,* vbi
2 ponit multos casus, in quibus certa non imponitur pœna.† Iudex ex imperitia iudicans tenetur parti arbitrio iudicis, secundũ
* communem. Clar. *d. q.* 83. *in pr. n.* 2. *v. iudex.*† Impostura facien- *3
tes prout fraudatores, qui vendunt falsa pro bonis, vel qui fingunt esse tales, qui non sunt, vt decipiant, pœna extraordinaria puniuntur. Vide exempla per Clar. *d. q.* 83. *n.* 3. *v. si quis imposturam.* vbi, quod quandoq; etiam pœna mortis puniuntur.† Vim 4
publicam, seu priuatam inferentes hodie pœna arbitrio iudicis puniuntur Clar. *d. q.* 83. *n.* 4. vbi, quid sit vis publica, quid priuata, vbi de * communi.† Testari aliquem compellens (quando * 5
solus metus verbalis interuenit) punitur arbitrio iudicis, secus si cum armis, vel adhibita violentia. Clar. *d. q.* 83. *n.* 5. *v. compellens.*
†Osculum inferens mulieri honestæ per vim punitur pœna ex- 6
traordinaria, quandoque tamen pœna vltimi supplicii fuit illata. Vide exempla per Clar. *d. q.* 83. *n.* 6. *v. osculum.* vbi damnat, quod pro solo osculo violento puniatur pœna mortis.† Vide plenius 7
Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *c.* 15. *n.* 7. *&* 8. vbi dicit pœnam esse arbitrariam, si cum vi, vel sine vi, & iterum *c.* 17. *n.* 19. allegat Corn. *consil.* 175. *in tertio dubio, lib.* 3. Grau. *consil.* 220. *n.* 13. *& consil.* 224. *num.* 2. Vide Bossi. *tit. de extraord. crimin. n.* 3. qui declarat.† In Marchia est 8
constitutio rigorosa ad euitandum malitiam; quia osculata mulier non repetit maritum ex consuetudine, & vt tollatur dolus, quia aliqui osculantur honestas puellas, vt per indirectum sibi nubere compellantur, puniuntur autem grauissimis pœnis.† Ex- 9
ponentes partum pœna extraordinaria puniuntur, licet sit adhibenda distinctio, quando mulier honesta exponeret, vt infamiam, & forte mortem euitaret. Clarus *d. q.* 83. *n.* 7. *v. partum.*
† Citantes ad valsem Iosaphat, vel alias superstitiosas inuentio- 10
nes adhibentes, vt deterreant, pœna extraordinaria punitur. Clar. *d. q.* 83. *n.* 8. *v. puntur etiam.*† Facientes iniuriam, & infamiam 11
cõtra bonos mores, vt si quis stercore alium in facie offenderit. Clar. vbi supra *n.* 9. sed certe secundum qualitatem personarum grauius puniuntur.† Terminos amouens pœna extraordinaria 12
punitur secundum distinctionem Clar. *d. q.* 83. *n.* 10. *v. terminos.*
†Aliquæ etiam sunt pœnæ arbitrariæ, quæ solent imponi in foro 13
conscientiæ à sacerdotibus, vt quæ in ducuntur à iure Canonico, & istæ non spectant iudicibus, sed sacerdotibus. Clar. *d. q.* 83. *in fin.* dum dicit, abierunt in desuetudinem intelligas quoad iudices seculares, ad quos nullo modo pertinent. Vide alios casus,
Arbitrio iudicis multa committuntur. Concl. 471.† Generaliter quan- 14
do statutum, vel edictum imponit pœnam super iis, quæ de iure communi non sunt prohibita, licet similia statuta sint in tota prouincia, & agatur de puniendo forense, si scluit statutum, punitur pœna statuti, si ignoratur, non punitur, si dubium, mitioti pœna punitur & sic pœna extraordinaria, Clar. *§. fi. q.* 85. *n.* 3. *v. ego tamen.*
†Et quando delictum est attentatum, & non consummatum, 15
etiam si sumus in atrocioribus, quando non deuenit delinquẽs ad actũ proximũ, semper pœna erit extraordinaria. Clar. *ind. §. fi. q.* 92. *n.* 2. *circa fin. v aut non punitur,* licet in atrocissimis possit esse pœna grauior.† Item, qñ delictum est ex leuissima culpa, nunq̃ 16
habet locum pœna ordinaria, sed extraordinaria. Bald. *consil.* 144. *Præsupposito, n.* 2. *v. item si aliqua, lib.* 1. vbi loquitur in operariis, q incenderunt syluam alienam conducti, & *consil.* 132. *Nisi probet, li.* 4. vbi loquitur in incendio.† Item pœna extraordinaria tenetur quis, 17
alio, etiam stante statuto, quod pater pro filio, dominus pro seruo, quia valet quoad pœnã pecuniariam, & extraordinariam tantũ, secus quoad pœnam corporalẽ, nisi in crimine læsæ maiestatis in primo capite. Clar. *q.* 86. *num.* 4. *v. scias tamen.* vbi de * communi. *
† Item dans consilium ad delictum, vel exhortans, aut persua- 18
dens, licet distinguatur, quod non punitur, quando delinquens alias erat facturus, quia non punitur, intelligas, pœna ordinaria, sed bene punitur pœna extraordinaria, & mitiori, ita Clar. *§. fi. q.* 88. *in pr.* vbi dicit * communem.† Item assistens delicto, & homi- *19
cidio armatus, quando non constat, quod scienter, seu ad malũ finẽ, torquetur super veritate, vel pœna extraordinaria punitur. Clar. *§. fin. q.* 90 *n.* 8. *v. quæro, nunquid,* & non mirum, quia est ex præsumptionibus solis.† Pœna ordinaria non põt imponi convicto 20
de crimine, quando fuit tortus; & substinuit. Clar. *in §. fi. q.* 64. *n.* 8. vbi, quod debet fieri protestatio, quod sine præiudicio cõuicti criminis, & quod appareat in actis, alias purgarentur indicia, & saltem pœna ordinaria puniri non posset, & idem repetit *nu.* 58.
†Contrariũ quod imo etiam pœna ordinaria possit cõdemnari, 21
19 fraudem vsurarũ. Ang. *cons.* 312. *Prout patet, n.* 7. Vide, *Pœna adiecta quantitati non exigitur, vt suspecta vsurarum, & quando secus. Conc.* 249.
3 † Amplia, vt ꝓcedat in eo, qui est cõdemnatus ad certam quantitatem soluendã intra mensem, & si nõ soluerit, manus sibi amputetur, quia post mensem non põt soluere pecuniam, sed manꝰ ipsi debet amputari. Dec. *d. cõs.* 12. *in prin. v. & simili hoc tradit.* De-
4 clara; † quia licet nec condemnatus, neq; iudex possint eligere solutionem in pecunia, tñ bene fiscus potest hoc eligere, & velle pecuniam potius, q̃ mutilationem membri, quia censetur apposita pęna fauore fisci. Dec. *d. cons.* 12. *col.* 3. *n.* 3. *v. non obstat, ꝙ not. Bart.*
5 † Amplia; quia imo pœna legis, q̃ inducit caducitatẽ contra emphyteutam non soluentem Ecclesiæ intra bienniũ, vt nouata, si
6 apposita sit pœna certa, si non soluerit, vel si debet ex cõuentione augeri canon; quia vt recessum à pœna legali per conuentionalem. Anch. *cons.* 420. *Quidam ser Antonius, n.* 2. *& v. ad secundum.*
Contrarium † tenet alius consulens ibi *in d. cons. Anch.* 420. *n.* 6. *v.*
in 2. *dubio*, vbi ét si adesset clausula, *rato remanente pacto*, non censetur recessum à pœna legali per conuentionalem. † Declara; quia si dictum, ꝙ non sit locus pœnæ caducitatis, sed sit locus pœnæ
7 conuentę, res est clara, & valet pactũ, Fulg. *cons.* 7. *in pr.* max. *n.* 5.
8 † Amplia; quia si ꝓcedens obligatio est ex causa lucrativa, tunc cõmissa pœna fit nouatio. Bart. *in l. ita stipulatus, n.* 27. *v. erit octaua*
9 *solutio ff. de verb. obl.* † Contrarium tenet Anch. reprobando Bart. *cons.* 265. *Quod donatio*, vbi, ꝙ pœna ex mora cõmittit̃, ideo debet
10 nocere non ꝓdesse moroso. † Restringe ampliationẽ, vt nõ procedat, qñ esset translatum; quia cõmissio pœnæ etiã in donatione facta Ecclesiæ non potest nouare dñium translatum. Anch. *d.*
11 *cons.* 265. *n.* 3. *v. vltimo aduertendum.* † Amplia; quia distinguitur inter ꝯractum bonę fidei, & stricti iuris; quia sicuti datur purgatio moræ in contractu bonæ fidei, secus in contractu stricti iuris; ita nouatio inducitur in contractu stricti iuris per adiectionẽ pœnæ Ant. de Prato veteri *inter cons. Alex.* 49. *Paucis, n.* 15. *in fi. cum seq.*
12 *v. præter considerato*, & max. *n.* 22 *cum seq. lib.* 4. † Declara tñ; quia nouatio, q̃ inducitur per adiectionem pęnę, procedit post pœnã cõmissam, non ante; quia videntur duæ obligationes, vna pura, alia cõditionalis; puta promisi soluere decem per totũ mensem Iulij, & si non soluero, ꝓmitto pignus sub pœna 20. certe lapso mense Iulij, quia adest dies certa cõmittitur mora, vt tenear dare pignus sub pęna 20. in hoc non adest dies, si nõ fiat interpellatio, non est locus pœnæ, & interim donec pęnę sit locus, nõ est facta nouatio, & possum soluere 10. vt cesset pœna. ita Alex. *d. cons.* 49. *n.* 21. *& seq. v. vlt. pondero, lib.* 4. vbi notandũ, quia multi erant credentes ꝯrariũ. † Limita; quia adiectio pœnæ non inducit nouationẽ, ideo si obligatio fiat de cõsignando sale vsq; ad certã quãtitatẽ pro libris mille habitis, si nõ cõsignauerit, teneat̃ restituere libras mille habitas, & amplius duc. 60. intra 4. menses, nõ censetur inducta nouatio, quin ꝑ al peti possit. Cum. *cõs.* 143 *Ser Petrus,*
13 *n.* 3. *v. ceterum.* † Limita, qñ pœna non adiicitur ad trãslationem
14 dispositionis, neq; ad nouationẽ, sed ad augendã moram, quia tunc ꝑ solutionẽ moræ non fit liberatio. Bal. *cons.* 309. *Punctus, super*
quo petitur, vbi loquit̃ in legato facto sub pœna, quia hæres soluẽdo pœnã non liberat̃ *lib.* 4. Ang. *con.* 295. *Punct. test. in pr.* † Limita,
15 vt non ꝓcedat, qñ adiicitur pœna minor, q̃ sit prima obligatio, quia tunc debet soluere vtrunq;, vt si condemnatio fiat ad 100. soluenda intra 10. sub pœna quanti pluris; nam condemnatio continet vtrumq;, videl. 100. intra 10. dies, & 125. post 10. dies. Cal. *cons.* 200 alias 4. *de re iud.* alleg. gl. singularẽ & non alibi *in l. reser. § si pact ff. de pact.* & duplicat *cons.* 531. alias 2. *de pœn.* † Limita,
16 vt non ꝓcedat, si is, ad cuius beneficiũ adiicitur pœna, velit potiꝰ id, ꝙ est in obligatione, & ꝙ est debitũ. Bal. *in l.* 1. *C. de iis, quæ pœnæ*
nomine, col. 6. *in* 2. *q.* quẽ sequit. Deci. *cons.* 12. *in pr. v. sed iis non obstantib. n.* 2. vbi multa similia ponit. † Extẽde, etiam si pœna ꝓueniat
17 ex laudo, vel sententia, ꝙ soluat centum intra certum terminũ, alias adiudicata sint talia bona, quia ét post moram creditor potest velle potius centum q̃ bona. Dec. *d. cons.* 12. † Declara tñ; ga
18 in practica seruatur, ꝙ creditor nõ possit obtinere exequutionẽ pro centum post moram, & adiudicationem bonorum nisi declaret, & intimet debitori. † Limita, qñ constat, ꝙ pœna pro mo-
19 ra est inducta ad fauorẽ creditoris, veluti si quis se obliget ad fructus, vel interesse fone moræ in soluendo; quia potest creditor petere creditũ, & pœnam ratione moræ, nec potest retardari solutio hoc casu, ꝓtextu, ꝙ debitor offerat interesse. Ang. *cons.* 295.
in pr. vbi, si non est actum ꝙ non possit peti pro certo tẽpore, petitio fieri potest. † Extende in legato facto de 300. super certis 20
bonis designatis ad voluntatem legatarij cũ onere, ꝙ donec hæres sit morosus legatarius habeat fructus bonorũ, quia põt petere satisfieri, & habebit fructus pro rata. Ang. *d. cons.* 295. *in pr.* vbi
casus. † Restringe, nisi iam legatarius accepisset fructus ꝓ certo 21
futuro tempore, quia non possit agere pro eo tẽpore. Ang. *d. cõs.*
295. *in pr. v. idem si futuri temporis.* † Declara; quia pœna adiecta so- 22
lutioni purę, & debitæ de ꝓsenti operat̃ dilationẽ cõcessam debitori, si pęna habet tẽpus annexũ; nam si quis condemnatur ad
100. soluenda intra 10. sub pœna quanti pluris, intra 10. non põt compelli ꝓp terminum pœnalẽ adiectum ét si sine pœna deberet statim soluere. Cal. *d. cons.* 200. alias 4. *de re iud. & cons.* 531. alias
2. *de pœ.* † Et idem est in omni dispositione, in qua pœna cõditio- 23
nalis, & seu condemnatio est potestatiua, quia cõdemnatus soluere intra quadrimestre, ꝙ datur condẽnatis, non põt compelli
ante. Cal. *d. cons.* 200. alias 4. *de re iud. & cons.* 531. alias 2. *de pœ.* † Ex- 24
tende, in tm, vt licet supersit tãmodicũ tẽporis, vt sit impossibile soluere, adhuc tñ non potest fieri exequutio, nisi elapso integro tẽpore. Cal. *d. cons.* 531. *in fi.* alias 2. *de pœ.* & est add. Dom. Gem. vbi
loquit̃ in coacto ad se faciẽdũ ꝓmoueri intra annũ sub pœna, qa
potest expectare vltimum momentum, anteq̃ pœnam incurrat.

Pœna compromissi quando committatur, si laudum non impletur. Concl. 253.

PRomissio † facta per minorem compromittentem de im- 1
plendo laudo non committitur, si minor petit restitutionem in integrum non implendo laudum, quando in specie non est renunciatũ restitutioni in integrum. Bal. *cons.* 225. *Verba dicunt, lib.*
2. Vide, *Pœna quando respicit plura, non cõmittitur in totum. Concl* 214. ℳ
† Restringe, vt non procedat, qñ dedit fideiussores, qui promi- 2
serunt, ꝙ minor implebit laudum sub pœna, quia per restitutionem in integrũ non excusantur fideiussores ex quo intra tẽpus statutũ non soluit. Bal. *d. cons.* 225. *v. in contrarium, lib.* 2. † Imo pœ- 3
na fideiussorũ, qui dati sunt in cõpromisso cõmittit̃, si nõ impleẽtur laudata, postq̃ facta est intimatio laudi fideiussoribus. Fulg. *cons.*
160. *in fi. & Gor. per tot.* † Declara tñ; quia si cõmittitur pœna semel 4
laudũ, seu cõpromissum tollitur, nisi adsit clausula, *rato manente*
pacto. Bal. *cõs* 341. *Sequitur videre, li.* 3 † Amplia; quia si est ꝓmiſsũ nõ 5

contrauenirilaudo etiam cum iurto, potest contraueniri, & petiri ductio stante enormissima lesione. Soci. *cons.* 85. *Viso compromisso, n. 4. lib. 1. & cons. 220. Viso, n. 7. lib. 2. v. quinimo.* Deci. *cons.* 11. *n.* 6. quia
* iurtum secundum* eorum non tollit reductionem data enormissima lesione per prædicta, & Deci. *cons.* 39. *Iuridicam, & cons.* 60.
6 *Viso themat.* † Declara; quia requiritur absolutio à iurto à iudice
7 Ecclesiastico. Anch. *cons.* 198. *In pr.* † Amplia; quia petens reductionem laudi non incurrit pœnã, qñ laudum continet vnicum capitulũ, & facta fuit reformatio illius capituli. Bal. *con.* 382. *Quãdo plura capitula. lib. 4. in pr.* Vide, *Reductio ad arbitrium boni viri non habet locum multis casib. & quando secus. Concl.* 73. Vide, *Compromittes*
8 *quando dicatur contrauenire, vt cadat in pœnã. Concl.* 526. † Extende, vt ꝓcedat, etiã si petita reductione lata sit sententia reformatoria in parte, & in parte confirmatoria laudi; quia ẽt si impugnetur sententia ab eodẽ, qui petiit reductionem, non incurrit pœnã. Bart. *in l. mulcta testamento non cõmittitur, in pr. ff. de cond. & demon.* Bal. *in l. fi. C. de arbitr.* & est ratio, quia q̃libet causa excusat, quominus committat pœna cõpromissi, plene Alex. *cons.* 32. *Opportune, n.* 8. *v. pro*
9 *hoc facit, lib.* 2. vbi apost. *in ver. pœna*, dat plures conc. † Extende, vt idem sit, qñ laudũ cõtineret plura capitula connexa, & reformatio fieret in aliquo, quia in cõnexis sufficit, ꝙ fiat reformatio in a-
10 liquo. Bal. *cons.* 382. *in pr. lib.* 4. † Et maxime ꝓdicta procedunt, qñ extat statutum, ꝓut Regii, de quo Alex. *cons.* 32. *Opportune, n.* 7. *in*
11 *fi. v. postremo, lib.* 2. † Restringe, vt non procedat, qñ laudum continet plura capitula separata; quia licet fiat reformatio quoad aliqua, & quoad aliqua non, tñ cõmittitur pœna in totum. Bald. *d.*
12 *cons.* 382. *in pr. & per tot. lib.* 4. † Contrarium tenet Io. Andr. *in add. ad Spec. in tit. de arb. §. & sequitur.* quẽ citat Bal. *d. cons.* 382. *ante med. v.*
* *est verum, quod quidam lib.* 4. vbi, quod ista * opin. est æqua, ꝙ non cõmittitur pœna, si habuit iustam causam litigandi, & petẽdi reductionẽ, & idem per plura tenet Fulg. *cons.* 171. *Gerardus de Arad. n.* 3. *v. mihi tamen. col. pen. v. sq. in fi.* vbi loquitur, qñ etiam succubuit in reductione petita; quia sufficit iusta causa litigandi. Alex. *d. cõs.* 32. *n.* 8. *lib.* 2. Io. de Imol. *cons.* 5. *n.* 4. vbi si excusat ab expẽsis, multo magis à pœna cõpromissi, plures cõcordantes ad doctr. Io. And.
13 citat Alex. *cons.* 119. *Quæritur, n.* 12. *v. itẽ iusta causa excusat à pœna com*
promissi, lib. 2. † Vide de veritate doctrinæ Io. Andr. Alex. *d. cons.*
119. n. 19. v. non obstat, lib. 2. vbi dicit, ꝙ declarat eam Bal. *in l. non solum. ff. de rei vend.* vt ꝓcedat in eo, qui petit reductionẽ laudi, quia
14 reductio habet similitudinẽ cũ appellatione, secus in eo qui principaliter agit, vel petit, vbi dat plures conc. † Secũdo dubitat de
veritate d. doctrinæ ibid. *d. cons.* 119. *n.* 19. *v. vel potest dici, lib.* 2. vbi
citat concordantes, licet non insistat, neq; deliberet super hoc.
15 † Tertio declarat, ꝙ procedit, qñ habet iustã causam reclamãdi, alias secus; quia si cessat iusta causa, non ꝓcedit, veluti si quis, ꝓmisit nihil amouere, donec fuerit super amotione laudatũ, quia
si laudũ esset nullũ, vel ab eo reclamatũ, quaten' amoueat, incidit in pœnã, quia cessat iusta causa. Alex. *d. cons.* 119. *n.* 20. *v.* 2. *prin.*
lib. 2. vbi *n.* 21. *&* 22. ꝙ licet ꝓsumatur pro laudo, illud est in dubio, secus si certum apparet, ꝙ est nullũ, vel si pendet reductio; quia
16 tunc non ꝓsumitur ꝓ eo, vbi apost. *in v. laudo*, dat conc. † Extẽde; quia imo pœna cõpromissi committitur per eũ, qui petiit reduci laudũ, licet succubuerit in totũ, & ꝓtres conformes, quia si habuit iustã causam litigandi, excusatur. Fulg. *cons.* 171. *n.* 3. *v. sq. in fin.*
vbi, ꝙ ista est æquior, quia in dubio, ꝓ reo & eo, qui tractat de dãno vitando; quia in benigniorẽ partẽ, quia pœnæ ꝓsequutio est odiosa, & quia est disputabilis q̃stio, & oritur iusta causa, quia est
dubia, vel si petens reductionẽ habuit consilia prudentũ pro se.
17 † Extende ẽt in Hebræo, qui petiit reductionẽ arbitrij, & succubuit, quia non ꝓbauit, quia nõ incurrit pœnã, ex quo q̃libet causa excusat, & maxime, quia ante cõpromissum Hebræ' habebat sñtiam condemnantẽ Christianũ. Io. de Im. *cons.* 5. *In casu ꝓmisso,*
18 *per t.* † Extende; quia vbi iusta causa excusat ab expensis, multo
19 magis excusat à pœna cõpromissi. Io. de Im. *cons.* 5. *n.* 4. † Amplia; quia pœna non cõmittitur, nisi semel, licet dictũ sit, ꝙ toties cõmittat, quoties fuerit cõtrauentũ contrafactũ, vel omissum; qa
si quis decies fuit interpellatus nõ tenet' ad pœnã decies, quia interpellatio nõ est, q̃ faciat cõmittere pœnã toties, sed causæ contrauentio, & causa cõtrauentionis, q̃ est Alex. *cons.* 18. *Circa dubia,*
* *n.* 6. *v super alio dubio, v. sq. in fi.* vbi recitat plures * opin. & hãc tuet,
20 *lib.* 7. † Amplia; quia pœna cõpromissi non cõmittitur per ctrauentionẽ, anteq̃ sit acceptatũ ab arbitris. Alex. *con.* 34. *Viso themate, n.* 4. *v. fortificantur, lib.* 1. ꝙ cõpromissum non dicitur ante acce-
21 ptationẽ. Vide, *Compromittens quando dicatur contrauenire, vt cadat in pœnam. Concl.* 526. † Amplia; quia pœna cõpromissi non cõmittit per contrauentionẽ, qñ alia pars primo cõtrauenit. Rom. *cons.*
155. *Præmissum laudũ, n.* 7. *v. vlt. dum quæritur, & cons.* 244. *Pro euidẽtia,*
in pr. sub n. 2. vbi apost. *in v. fallere*, dat conc. quia frãgenti fidẽ, &c.
Alex. *d. cons.* 32 *n.* 9. *v. plus dico. lib.* 2. † Extende, ẽt si intervenit iurtum.
Rom. *d. cons.* 244. *n.* 2. vbi apost. *in v. interuenerit*, dat conc. Alex. *d.*
cons. 32. *n.* 9. *lib.* 2. † Declara; quia ꝓdicta ꝓcedunt quoad pœnã
parti applicandã, secus si fisco. Vul. *tr. de pace. q.* 102. *n.* 6. & tavider
loqui Rom. *cons.* 258 *circ. fi.* † Amplia; quia nõ incurrit pœna cõpromissi, licet recurrat ad principẽ supplicando ꝓ alio iudice, si
in continenti desistit. Ale. *d. cons.* 34. vbi est casus. *li.* 1. † Extende, ꝙ
multo magis, qñ non constat, ꝙ recursus ad principẽ fuerit positus cõpromissum, & incumbit onus ꝓbandi allegãti ctrauentionẽ.
Ale. *d. cons.* 34. *lib.* 1. *in pr.* † Extẽde; quia qui ꝓmisit nõ contrauenire
laudo in iudicio, nec extra, nec p viã supplicationis principis sub
pœna, nõ incurrit pœnã ex sola impetratione supplicationis, sed
requiritur rescripti impetratio, & ꝙ eo vsus sit, *c. cæterũ, §. verum, de rescr.* Cast. *in l. si quis maior, col.* 1. & ibi Ias. *in* 7. *not. C. de trans.* Alex.
d. cons. 34. *Viso themate, v.* 3. *prin. lib.* 1. Card. *cons.* 25. *in causa, v. discutendum est.* Vide, *Contrauenire quando ex dicatur voluntate testatoris. Conc.*
1015. † Amplia; quia per solam supplicationẽ potest cõcedi Princeps
cõtra cõpromissum nõ incurrit pœna. *l. si quis maior. C. de trans.* quia
requiritur supplicatio, & interpretatio cũ effectu. Ale. *d. cons.* 34.
n. 3. *lib.* 1. † Amplia, quia ꝓ pœna cõpromissi nunq̃ incurritur, qñ se-
mel paritũ compromisso in totũ, ꝓut si laudetur, ꝙ vnus vendat
alteri; nam si vendidit, licet cõtraueniat vẽditioni, non hẽt loci
pœna laudi, & cõpromissi, sed pœna instrti venditionis. Castr.
cons. 423. *Pro cõfirmatione. in fi. lib.* 1. vbi ponit exemplũ de pace ludata, si facta fuit, est n. locus pœnæ pacis ruptæ nõ pœnæ cõpro-
missi. † E conuerso si laudata est pax ab arbitro ẽt per verba, q̃ fit
pro facta, anteq̃ fiat, non est locus pœnæ pacis ruptæ sed pœnæ
cõpromissi, quarenus laudũ sit validũ. Castr. *d. cons.* 423. *col. fi. nec*
quib. li. 1. † Amplia; quia pœna cõpromissi non incurrit ꝓ citatio-
nem emanatã, si citatus non cõparuit, & damnũ passus non est.
Alex. *d. cons.* 34. *n.* 4. *li.* 1. † Amplia; quia condemnatus in 200. & si
soluerit intra 8. dies 100. sit liberatus, non tenetur, nisi ad 100.
quia alia 100. videtur pro pœna. Bart. *in l. quid tamen, § fi. ff. de arb.*
sequit' Ias. *in §. curare, col.* 10. *Inst. de actio.* † Declara, vt ꝓ Castr. nisi
constaret imo esse verũ debitũ in tota summa, *in l. si quis, ad fi. Cal-*
Fale. † Extende; quia si arbiter condemnat Titiũ in 100. versus
Seium, & cõdemnat Seium in 50. versus Titiũ sub pœna soluẽdi
intra certũ terminũ Titius soluendo 50. liberatur; quia cõpensatio in aliis 50. sibi debitis hẽt vim solutionis ad euadendã pœnã
Cast. *in l. Iulian. ff. de cond. & dem.* † Amplia; quia qñ vtrag; pars nõ
seruat laudũ, & contrauenit, nulla partiũ incurrit pœnã, huelinquendum respiciat factũ, siue nõ factũ, ita Bar. *con.* 230. *insi. iuncta quæ*
fi. ibi *in v. non feci sti, li.* 1. Ale. *cons.* 32. *n.* 3. *v.* 3. *quia, & n.* 9. *v. plus dico. lib.*
2. vbi extendit, siue petens pœnã primo cõtrauenerit, siue etiam
post; quia fit cõpensatio. Vide, *Mora quãdo introduci non possit. Conc.*
376. † Amplia; quia pœna cõpromissi nunq̃ incurritur, qñ com-
promittens habet iustã causam; quia laudum non est purũ, pura
laudũ condẽnat partes ad calculandũ, & ad portandũ libros nostra 10. dies in manib. calculatoris eligendi, vel in loco eligendo;
quia si calculator non est electus, neq; locus, nõ potest pœna incurri. Ale. *cons.* 18. *Circa dubia, n.* 2. *& seq. v. super.* 2. *lib.* 7. † Extende, ꝙ
vt ꝓcedat, ẽt si alia pars, ꝓtestata fuit cõtra ipsum, qui neglexit interpellando, ꝙ debeat in manib. talis electi portare libros; quia
nõ tenet' illi credere, nisi simul notificet electionẽ fuisse factam
tempore ꝓtestationis. Ale. *d. cõs.* 18. *n.* 2. *& seq. v. super* 2. *li.* 7. & *n.*
n. 4. *v. pro hoc etiã*, vbi in apost. *in ver. sid.* † Imo si laudũ continet
eligantur calculatores, qui possint videre libros, & locus in quo
libri sunt reponendi, nõ sufficeret intimare, ꝙ calculatores sunt
electi, & ideo in manib. eorũ portari debeant libri; quia nõ incurritur pœna ex quo locus nõ est electus iuxta formã laudi, & ideo
ꝓtestatio tanq̃ vaga, & obscura non releuat. Ale. *d. cons.* 18. *n.* 4. *&*
5. *v. quoad* 3. *lib.* 7. † Amplia; quia pœna cõpromissi appolita de les-
uando laudo habet tres cõditiones; prima est si ferat' laudi; qua
si non fertur, non committitur: 2. si feratur ad fauorẽ partis, cui
ꝓmittitur pœna; quia si nõ fertur ad sui fauorẽ, sua nõ põt interesse: 3. ꝙ laudum sit validũ, quia si esset nullũ, pœna non posset
cõmitti, ita Cast. plene *cons* 95. *Considerandũ est, per tot. lib.* 1. *in pr. v.*
breu. † Aliã conditionẽ inesse dicit Ale. *cons.* 32. *n.* 7. *v. postremo, li.*
si ferat' laudum iustũ, alias ꝓmittens parere laudo ferẽdo, vel ho-
mologans illud sub pœna debet intelligi, si ferat' iustũ, alias pœnã
nõ incurrit, licet sit iuratũ. † Declara tñ; quia qñ laudũ est latum
ad fauorẽ partis per ẽtis pœnã, & est validũ, tunc bene petit pœnã
licet sua non interfit; p tex. *in l. cum pœna. ff. de arbit.* secus est si defi-
ciat vnũ de trib. supradictis, ita Cast. *d. cons.* 95. *n.* 3. *v. nec obstat les*
cum pœna, li. 1. † Amplia igitur; quia cõtrauenies laudo nõ incurrit pœnam, si laudum est nullũ, vt quia latum extra compromissi-

Extra-

42 Extende, † vt procedat, etiam si laudum nullũ à partibus fuisset ratificatũ; quia vltra quod ratificatione non cõualidatur. Rom. *cons.155. Præmissum laudum, n.4.* vbi plena apostil. *in v. ratificari*, dat conc. infinitos, non ẽt cõmittitur pœna ex ratificatione, si ctra-
43 ueniat, nisi sit expressa in ratificatione, quia pœna compromissi non censetur repetita in ratificatione. Rom. late *d. cons.155. n.5. v. Quoad quartum, cum seq.* vbi late, & ibi apost. *in v. repetita*, dat conc.
† Limita; quia pœna promissa in cõpromisso de exequendo, & implendo laudo cõmittitur, si nõ impletur laudum, & interpellatus fuit negligens, quia non poterit purgare moram post illius cõmissionem. Bal. *cons.207. Factum, super quo, li.5.* Vide, *Mora an possit purgari, vel non, est materia Brocardica. Concl.377.* † Extende; quia
44 si laudũ cõdemnat vnã partium ad aliquid soluendũ, vel implendum intra certũ tempus, & ille non implet interlapso termino, cõmittitur pœna ctra eum, qñ in laudo essẽt dictũ, q̃ si nõ obser uent laudũ, sit nullũ, quia morosus, & dolo suo non implẽs, nõ põt allegare nullitatẽ. Cast. *cons.116. Viso compromisso, in pr. li.1.* qui loquitur, qñ ille ratũ habuit; quia ex laudo cẽsequutus est laudata
45 ad lui fauorẽ. † Extende; quia cõmittitur, qñ quis per tres ſtrias succubuit, quia laudũ fuit confirmatũ. Fulg. *cons.158. Dominalina, in fi. v. dubitatur postr.* † Contrariũ, qñ habuit iustã causam
46 litigandi, tenet Fulg. *cons.171. n.3. vſq; in fi.* vbi, q̃ ista æquior, & verior; quia odiosa est pœn & pro reo, & eo, qui tractat de damno
47 vitando. † Extende; quia ꝓcedit tam in pœna promissa per principales, q̃ per fideiussores; quia cõmittitur pœna, postq̃ sunt in-
48 terpellati, & morosi. Fulg *cons.160. Ioan. & Gorus, per tot.* † Extẽde, etiam si pœna essẽt adiecta dationi; quia saltem vsq; ad inteſſe
49 passum debetur. Fulg. *d. cons.160. n.2.* vbi, q̃ fiadest iurtum, & dies cõmittur in totũ. † Et q̃ pœna cõpromissi debeatur in totum,
50 quia legalis dicitur. Anch. *cons.148. in pr.* & Cast. *con.329. Quod Nanes, in fi.* vbi, q̃ inspicitur, an interſit, vel non cõmittat, & est subscriptum à Cast. & Nello de S. Gem. *lib.1.* † Extende, maxime qñ verba laudi sunt resolutiua, puta q̃ soluat, vel aliquid impleat, alias adiudicatio sit nulla. Castr. *cons.116. Viso cõpromisso & laudo. in*
51 *antiq.* † Extende; quia si arbiter terminũ assignauit in laudo, & ante terminũ agitur, siue directe, siue per viã cõpensationis excipiendo, cõmittit pœna laudi, quia cõpensare est soluere. Cast.
cons.329. Quod Nanes, per tot. vbi tollit cõtraria, *li 1.* & est subscriptũ
52 ẽtã Nello, & conc. Fel. *in c. suborta, de re iud.* Marſ. *sing.208.* † Declara; quia requiritur interpellatio, qñ non ratificauit laudũ, sed illud ratum habuit, vt quia cõsequutus est laudata ad sui fauorem, & non soluit ipse, q̃ debeat intra terminum iuxta laudum,
53 tunc cõmittitur pœna, sic Cast. *cons.116. in pr. & per tot. lib.1.* † Declara; quia ignorans laudũ non incurrit pœnam, nisi facta notificatione. Bal. *cons.230. Domine Iacobe, lib.1.* vbi apost. distinguit; aut ignorantia prouenit ex impedimẽto iuris, & non incurrit pœnã, etiam si tempus habet certum initium à die laudi; aut ex impedimento facti, vt quia non fuit præsens, tñ non negatur, quin scire
54 potuerit, & currat tẽpus, sed tñ datur restitutio in integrũ, si vero non habet initium, vt quia dictum intra 15. dies, & indistincte ignorans non incurrit pœnam. † Limita; quia cõmittitur pœna compromissi, si quis promisit sub pœna nõ amouere depositum, donec fuerit laudatum, quia si amouet, licet nulliter fuerit laudatum, cõmittitur pœna: & idem, si pendente reductione laudi amouerit, quia contrauenit, plene Alex. *cons.119. Queritur, n.14. v.*
Sed in non obstantibus, vſq; in fi. vbi tollit omnia contraria, *lib.1.* Vide, *Pœna pro facto alieno promissa quando committatur, vel non. Conc.251.*

Pœna commissa quando euitari possit ex pœnitentia, vel non. Concl. 254.

1 POENA † legalis cõmissa per contrauentionẽ euitatur, quandocunq; ante sẽtiam ille, qui ex facto cõmisit pœnam, desistat alio facto. Ang. *cons.4. Visis omnib. n.4. v. de 3.* Vide, *Mora an*
2 *possit purgari vel non, est materia Brocardica. Concl.377.* † Restringe in
3 *casu l. in cri. C. de ur. om. iud.* Ang. *d. cons.4. in fi.* † Amplia; quia minor euitat pœnã cõmissam per restitutionem integrum. Ful. *cons.223. circ.*
4 *fin. cetera namq;.* † Amplia; quia pœnæ ꝑceptorũ sine causa factorũ, vel sine causæ cognitione nõ solent exigi, sed potius cõponũtur, vel remittunt, maxime si graues sunt, quia ad terrorem sunt.
Iacob. à S. Georg. *in tr. feud. v. dictis, vasalli promiserunt, n.9. & seq.*
5 † Amplia; quia pœna promissa in contractu de non cõtraueniendo non cõmittitur per solam supplicationem; quia requirit supplicatio, & impetrat locum effectu, q̃ sit contra Alex. *cons.34. Viso*
6 *tibe. n.3. li.1.* qui loquit in pœna cõpromissi. Vide, *Pœna compromissi quando cõmittatur, si laudum non impletur. Concl.253.* † Extende; quia
7 neq; per citationẽ cõmittitur pœna, si citatus non cõparuit, neq; aliquid passus est. Alex. *d. cons.34. n.4. li.1.* † Amplia; quia pœna nõ cõmittitur per supplicationẽ Principi, si pœnitentia ductus impetrans reuocauit confessionẽ Alex. *d. cons.34. in pr. li.1.* † Limita, 8
in pœna conuentionali, quia lite contestata nõ põt euitari p pœnitentiã. Ang. *d. cons.4. n.4. v. de 3.* † Declara, nisi ꝓbabilis ignorãtia excusaret, vt si longo tẽpore quis posset tanq̃ obliuiosus excu- 9
lari. Ang. *d. cons.4. in fi.* † Limita, in pœna q̃entionali ex mora cõmissa, cui dies certa est apposita, q̃ interpellet, quia nõ dat purga- 10
tio moræ, sed statim incurritur pœna. Ang. *cons.291. Visa petitione, n.3. v. descendendo igitur.* † Limita; quia pœna q̃entionalis semel cõ- 11
missa pp cẽtrauentionẽ contractui iurato, non põt purgari ex pœnitentia. Bar. *in l. si insulam, n.20. v.5. quaro. ff. de ver. obl.* † Ideo q̃a- 12
ueniens transactioni iuratæ semel incidit in pœnã, ita q̃ non põt purgari mora. Ang. *cons.326. Exth. & ex actis, n.3. in fi. v 2. probatur.*
† Limita, qñ pœna est q̃entionalis, & ꝓmissum est non contra- 13
uenire sub pœna, quia ex quo verbũ, *cõtrauenire*, est pingue, ex sola supplicatione ꝓ cõtraueniendo inducit incursus pœnæ, q̃ purgari non põt. Ang. *d. cons.326. n.2. v. licet igitur.* † Limita, qñ pœna con- 14
uentionalis est cõmissa p contrauentionẽ in iis, q̃ sunt momẽtanea, quia non datur purgatio vllo modo. Bar. *in d. l. si insulã, n.21.*
v.6. quaro. ff. de ver. obl. † Restringe, vt nõ ꝓcedat in iis, q̃ habẽt tra- 15
ctum successiuũ, & momento non finiuntur; quia pœna cõmissa per contrauentionẽ põt purgari de sistendo. Bart. *d. l. si insulam, n.*
21. ff. de ver. obl. † Declara restrictionẽ, vt ꝓcedat in cõtractu bonæ 16
fidei, secus est in cõtractu stricti iuris; quia ẽt in successiuis, sicut in momentaneis pœna per cẽtrauentionẽ semel cõmissa non põt purgar. Ang. qui plene declarat, & tollit cẽtraria *in cons.326. n.3. v.*
ascendamus igitur. † Restringe limitationẽ in multis casib. qui no. 17
in auth. nouo iure. C. de pœ. iud. qui male iud. qui casꝰ sunt speciales sdm
Ang. *d. cons.326. n.3.* † Restringe; quia pœna cõmissa põt euitari p 18
remissionẽ. † Idẽ, si fiat cõpromissum de iure & de facto sup dif- 19
ferentiis quorũ occasione pœna est cõmissa, quia cũ sit q̃dã trãsactio, cẽsetur remissa. Fulg. *cons.202. in fi.* † Declara, nisi sit expres- 20
sum, q̃ cõpromissũ cẽseatur solũ de aliis differẽtiis, nõ de pœna; quia tũc non esset remissa, neq; cõpromissa. Fulg. *d. cons 202. in fi.*
Vid. *Pœna cõpromissi quãdo cõmittatur si laudũ non impletur. Conc.253.*

Pœna potest minui per iudicem ex causa, & quando. Concluſ. 255.

PŒNA † grauior potest ꝓ iudicem minui, & imponi minor ex 1
causa, ita vt semel cõdemnatus mitiori pœna ex causa amplꝰ condẽnari non possit. Bal. *cons.34. Casus talis est, Guido v. circ. secundum, lib.1.* q̃ est Bal. & Iacob. de Isolan. Vide, *Absoluere in dubio nocentem melius est, quam condemnare innocentẽ, & qualiter procedat. Conc.*
41. † Declara, dũmodo simus in dispositione iuris cõmunis, sen- 2
tentia sit diffinitiua, & iudex fecerit mentionẽ de causis saltẽ per enunciationẽ ꝓcessus, in quo appareãt causę. Bal. *cons.35. Si fumus*
in iure communi, lib.1. Fulg. *cons.123. in fi.* & cõm* dicit Clar. *in §. q.* *
85. n.10. v. vlterius, alleg. Deci. *c. de causis, n.22. in 5. not. de off. deleg.*
† Extende, vt ꝓcedat etiã in pœna statutaria, quia iudex ex causa 3
potest illam minuere. Aret. *in c. qualiter, & quando, el secondo, n.24.*
de accusat. vbi dicit* cõm, & Couar. *lib.2. var. resolu. c.9. n.8.* & alii * *quos citat Clar. d. q.85. n.10. v. siue etiam agatur.* vbi dicit* cõm. *
† Contrarium respectu pœnę statuti, quia licet iudex detrahere 4
non debeat tñ si detrahit, valet sententia pro qua ꝓsumitur. Bal.
cons.59. Licet eleganter, n.4. v. item detrahere, lib.1 Fulg. *cons.123. in fin.*
Declarat † Clar. *d. q.85. n.10. v. sed hæc quidem conclusio*, vt procedat 5
in officialibus, & iudicib. maioribus; quia ex causa possunt minuere pœnam iuris cõmunis & statuti, siue causa sit cohærẽs delicto, siue extrinseca, sed minores magistratꝰ, & iudices bene possunt minuere pœnã ex causa cohærente delicto, sed ex causa extrinseca non possunt incõsulto principe, & sine eius licentia, & dicit hanc esse limitationẽ cõm, nisi cõsuetudo esset in contrarium, put in Francia, vbi q̃ de consuetudine omnes pœnæ sunt arbitrariæ iudicib. † Contrariũ, quia imo ẽt si non sit de maiorib. 6
iudicib. ex causa possit augere, & minuere pœnam. Cou. *var. resol. lib.2. c.9. n.7. & 8. v.11. & v.12.* vbi plene. † Declarationem intelli- 7
gas, dummodo ante sententiã fiat hæc diminutio ex causa, secus post sententiam, cõm* dicit Clar. *d. q.85. n.10. v. scias etiam.* De- *
clara, † ẽt quia iudex debet exprimere causam in sententia pp 8
q̃ mouetur ad minuendam pœnam, sed tñ sufficit causa generalis, videl. *iustæ de causis animum nostrum mouentibus.* absq; eo, quod in specie exprimat causam, & hanc cõm* dicit Clar. *d. q.85. n.10.* *
v. præterea debet iudex. † Amplia; quia pœna seditionis potest minui, 9
vt mitius puniantur pp dignitatem, vel quia minus deliquerit, vel quia non fuit deuentum ad effectum, vel propter lasciuiam, non ex proposito *l. capitalium. §. solent. ff. de pœ.* Bald. *cons.59. Licet eleganter, n.3. lib.1.* † Amplia; quia pœna minuitur propter multitudinem 10
delin-

delinquẽtium, ne magna strages fiat. *l. aut facta, § fi. ff. de pœn.* Bald. *eod. cons. 59. n. 3. lib. 1.* Vide, *Multitudini parcendum, & multicudo habet multa specialia. Concl. 428.* † Amplia ꝓpter nimiam iuuẽtutem delinquẽtis. Bald. *d. cons. 59. n. 3. in fin. lib. 1.* Vide, *Delinquentes puniri non possunt multi, & quando, & ex quibus excusentur. Concl. 188.* † Amplia, vt in omnib. casibus, in quibus pœna arbitraria imponitur, possit iudex minuere pœnam, & ea minuta se mel non possit amplius ꝙri de eod. delicto. Bald. *d. cons. 59. n. 4. vsq; in fi.* vbi, ꝙ rebelles ẽtra cõmune Florentię condẽnati in caput sine cõfiscatione bonorũ, non debent in cõfiscatione puniri, ex quo pœna erat arbitraria per statutum, *lib. 10.* † Amplia; quia vbicumq; pœna ex causa minui debet, non potest de iure imponi pœna corporalis, sed tñ de consuetudine non seruatur. *Clar. q. 83. n. 10. in fi. v. item scias.* & ꝙ ita seruatur per Senat. Mediolani, & Cõsilium Neapol. Cla. *q. 20. n. 6. in fi. v. & hæc opin.* † Amplia, vt imo omnis pœna dicat arbitraria iudici, ẽt si certa imponitur pœna à statuto, quia ex causa potest iudex illã augere, & minuere expressa causa. Ful. *cons. 123. Præsupposito statutis, cir. fi.* Vide, *Iudex ex officio potest multa. Conc. 395.* † Amplia; quia licet pœna homicidij sit pœna mortis, tñ est in facultate iudicis non cõdemnare ad mortẽ, sed relegare homicidã. Gram. *vot. 23. n. 21.* † Declarat Ale. plene *cons. 160. Visis narratis, n. 3. & seq. v. sed præmissis non obstantib. lib. 7.* vbi, ꝙ si cessat dolus ex sola culpa in pœnis capitalib. & corporis afflictiuis cõmutat pœnam ordinariã in extraordinariã, quia quælibet causa excusat à dolo, qui requiritur in pœna capitali. † Extẽde; quia imo ẽt si adsit dolus in delinquẽte, sed dolus sit diminutus, minuit pœna capitalis & corporis afflictiua. Alex. *d. cons. 160. n. 8. v. confirmo, lib. 7.* Vide, *Pœna est commensuranda delicto. Concl. 211.* † Amplia, qñ condemnatio fieret ex solis præsumptionib. quia nunq; pœna ordinaria corporalis imponitur, sed extraordinaria. Bos. *in pra. tit. de conuictis, nu. 40. & seq.* Vide, *Delictum probatum ex quibus non excusetur, neq; tollatur. Concl. 176.* † Extende, ẽt si agatur de pœna pecuniaria; quia ex solis ꝓsumptionib. nunq; ordinaria imponit, sed moderanda est. Bos. *d. tit. de conuict. n. 43. & seq.* Vide, *Pœna extraordinaria, Conc. 236. n. 31. & seq.* † Extende, ex confessione qualificata, puta delinquẽs dicit occidisse ad sui defensionẽ, certe licet lex reiiciat qualitatẽ defensionis, nisi ꝓbetur, tñ condẽnatio fit in mitiori pœna; quia super ꝓsumptione iuris, & facto dubio fertur sententia. Bos. vbi supr. *n. 57. & seq.* † Extende; quia mitius punitur homicida insultatus; quia licet interficiat fugientẽ insultantẽ, vel excedat modũ defensionis, mitius punit. Bos. *tit. de hom. n. 88. & seq.* vbi latissime. † Extende; quia, ꝓuocatus vel iusto dolore, aut iracundia cõcitatus, vel insultatus, si percutiat vel ẽt interficiat ꝓuocãtem etiam extra necessariam defensionẽ, ẽt si modum inculpatę tutelæ excedat, mitiori pœna punitur, plura Fel. *in c. dilecti filij. n. 12. & seq. v.* 2. *declaratio. de except.* † Extende; quia vbicumq; dolus ordinari requisitus ad homicidiũ, vel aliud delictũ, non interuenit, iudex põt minuere pœnã. Alex. *cons. 114. Post redditũ, n. 9. lib. 2.* & dicitur minor dolus, qñ aliqua iusta causa concurrit ẽt in ꝓhibitis. † Et receptans bannitũ consanguineũ ꝓpter causam cõsanguinitatis triremes transmitti; quia inutilis esset, ideo necessaria pœna põt cõmutari; quia causa subest necessaria. Clar. *d. q. 85. in fi. v. non omitto etiam.* † Extende; quia ẽt honestatis causa, ꝓut in muliere, q̃ ex vsu Senat. Mediolani publice non torquetur, sed pœna cõmutatur in pecuniariam, vel alias, *d. q. 85. in fi.* † Declara tñ; quia istæ cõmutationes non debent fieri sine consultatione ſupioris. Clar. *d. q. 85. in fi.* ꝙ ita seruatur Mediolani. † Amplia; quia ẽt põt * iudex augere pœnã, & maioré imponere ex causa, ita * cõuniter teneri dicit Clar. *§ fi. q. 39. in fi.* licet dicat, ꝙ iudex male facit. Vide, *Iudex ordinarius potest, & habet multa in facultatib. & quæ non possit. Conc. 396.* † Extende; quia imo est de iure, ꝙ in pecuniariis pœna grauior imponitur nobili & diuiti, in corporali grauior imponit pauperi, & plebeio, q̃ nobili, ita Clar. *in § fi. q. 60. n. 24. v. prodest ẽt.* † Amplia; quia iudex, qui in aliquib. criminib. post certũ tẽpus, vel de causa procedere non potest, ꝓcedens super alio crimine, si delinquens sit grauatus aliis criminib. de quib. ꝓuiri non põt, bene poterit iudex grauioré pœnam imponere pro delicto, ꝓ quo potest punire; q̃ si esset illud solum delictũ. Cla. *§ fin. q. 51. n. 7. v. vnum tamen.* vbi dicit * cõm, ꝓut etiam cõm. * dicit *q. 39. in fi. v. pro complemento.* † Extende; quia iudex potest pœnã furis augere, si plura furta fecit primo, & fuit ꝓ illis absolutus, vel gratiat⁹, aut ẽt condemnatus; quia nihilominus ꝓ tertio furto põt suspẽdi, & alia cõputantur, vt per Cla. *in § furtũ, n. 10.* vbi ſtãte ſtatuto distinguit, sed ꝙ aggrauent pœnam, nulla sit distinctio. † Et ꝙ trina notatio delinquentis importet priuationẽ, & augmentum pœnæ, possit ex aliis ꝓcedentib. delictis condẽnari, est de iure cõmuni, ideo statutũ attendi deber. Rom. *cons. 236. Vt præmissa consultatio, in pr.* vbi apost. *in v. delinquentem* dat conc. † Declara; quia ſ. n dicta procedunt, qñ condemnatus de dilicto ſoluit pœnã, vel qñ delinquẽs, licet fuerit absolutus, fuit; quia forte ꝓcipũ est ꝓ inquisitionẽ: nam istis duob. casib. adhuc remanet delictum, q̃ debet cõnumerari pro vno delicto, qñ iterum deliquit, vel pluries, vt possit pœna augeri, si vero fuit plenarie absolut⁹ à delicto primo, & secundo, quia ex quo non durat, neq; habet effectum annotatio seu inquisitio delicti, nõ debet fieri cumulatio, ita plene Rom. *d. cons. 236. n. 2. v. præmissis tamen non refragatib.* vbi apost. *in v. absolutus* dat cõn. & Rom. ibi multa allegat, q̃ inseruiunt proli-mitatione. † Extende; quia pœna augẽt ex cõtinuatione in delicto habente tractũ successiuum, & qñ secus, Vide ſup. *Pœna debet commensurari. Conc. 211.* Vide, *Inferior non potest factũ superioris iudicare, & quando secus. Concl. 20.* Vide, *Iura transgredi quando liceat. Concl. 491.* Vide, *Pœna mitior quando eligenda, vel secus. Conc. 259.* Li-mita; † quia iudex qui sine iusta, & rationabili causa pœnã mino-rẽ imponit criminib. quã à lege vel statuto sit statuta, est infamis, & debet puniri ea dẽ pœna, quã erat puniendus reus. Cla. *d. § fi. n. 10. v. caueant tamen iudices*, vbi dicit, ꝙ Rex Carolus I. Siciliæ fecit furca suspendi quendã iudicem, qui condemnare debuit homicidam in pœnã mortis, & condemnauit solũ in pœnã amputationis manus. † Limita; quia non põt minuere pœnam, qñ pœdit ad accusationẽ, secus si ꝓ denunciationẽ, vel inquisitionem, item, qñ delictũ est plene probatum, ita Socin. *Reg. 15. Pœna legalis regulariter per iudicem minui, vel mutari potest*, vbi limitat, vt supra.

Pœna nõ transit ad hęredes, & quando secus. Con. 256.

PŒNA † non transit ad hæredes, licet sit commissa, qñ actio nõ est intẽtata. Vide, *Hæres non tenetur ex delicto defuncti, quando secus. Concl. 68.* † Extende; quia licet substitutus non perendo tutorẽ infanti, cui est substitutus, intra annũ perdat successionẽ, tñ si actio contra eum non est intentata, non potest per hæredẽ intentari. Anch. *cons. 440. In quæstione, quæ vertitur. n. 4.* † Extende; quia licet donatio reuocari possit ꝓpter ingratitudinẽ, tñ si donator viuens non intentauit actionem, cẽsetur remissile. Anch. *d. cons. 440. n. 4.* Rip. *in l. fi. C. de reuoc. don. q. 64.* Tiraq. *in l. si vnquã, in ver. susceperit liberos, n. 216. & seq. C. eod. tit.* † Amplia; quia pœna criminalis non transit ad hæredes delinquẽtis mortui. Clar. *in § fi. q. 51. n. 12. v. quæro nunc*, vbi, ꝙ mors extinguit delictũ. Vide Soc. *Reg. 13. Pœna ex delicto contra hæredem non transit, l. 1. C. ne ex delicto defuncti*, vbi restringit quinq; modis: 1. si est à lege: 2. si ope exceptionis: 3. qñ non est mera pœna: 4. qñ delinquens confessus: 5. etiam in tormentis. † Restringe in criminib. exceptis, ꝓut hæresis, læsæ maiestatis, repetũdarum, peculatus, homicidij suſcipitus ob cõscientiam sceleris cõmissi. Clar *d. § fi. q. 51. n. 13. v. sunt tamen*, vbi dicit * cõem. † Restringe in delictis, in quib. pœna imponitur ipso iure; quia ad effectum confiscationis bonorum transit pœna ad hæredes, cõm * dicit Clar. *d. § fi. q. 51. n. 14. v. scias etiam.* Re-ſtringe † in casib. in quib. põt post mortẽ dãnari memoria delinquentis, dummodo fiat intra quinq; annos Clar. *d. § fi. q. 51. n. 14. in fi. v. credo tamen.* † Amplia; quia vbicunq; quis condemnatur in contumaciam lite non contestata pœna ad hæredes non transit. Bar. *cons. 91. Factum tale, lib. 2.* Vide, *Contumacia delinquentis quando probet delictũ, vel non. Concl. 1020.* † Amplia; quia regula est, ꝙ pœna non transeunt ad hęredes delinquentis de iure ciuili, *l. 1. ff. de pœn. deli.* † Contrarium de iure Canonico; quia pœnæ delinquentis transeunt ad hæredes, cõm * dicit Clar. *in d. § fi. q. 51. n. 16. v. plurius quæro.* etiam si lis non fuisset cõtestata, vt ibi dicitur. † Declara; quia qñ hæres non tenetur, siue de iure ciuili lite contestata, siue de iure Canonico lite nõ contestata, nunq̃ tenetur vltra vires hæreditarias, siue confecerit inuẽtarium, siue non, cõm * dicit Clar. *d. § fi. q. 51. n. 17. v. scias tamen.* † Amplia; quia non põt dis declarare emphyteutã cedidisse, qui mortuus est, neq; è cõuerso si dñs mortuus nõ declarauit caducitatem, non potest succedere ex persona defuncti declarare; quia pœna non transit ad hęredes. Cassad. *decis. 2. & 3. de locato*, & cõm * dicit Ruin. *cons. 35. n. 28. lib. 1.* plene Gabriel. *de crim. con. clus. 35.* vbi dicit * cõm vtroq; cau. Vide, *Emphyteuta debet declarari cecidisse. Conc. 190. n. 22. & fol.* † Extende, vt idem sit in caducitate feudi causata, vel ob delictum, q̃ vel aliam causam, quia si dominus sciuit, & non inquietauit, non potest inquietare hæredes vasalli, nec; successor domini potest inquietare vasallum, ita Abb. *cons. 3. Nitar. col. 8. v. innona quæstione*, lib. 2. Franc. Aret. *cons. 14. Viso, & diligenter, in fin. v. sed remanet vna dubitatio sub n. 20.* Alex. *cons. 189. In causa, & lite, in prin. n. 3. lib. 6.* vbi apoſt.

* apost *in ver feud.* & coẽm *dicit Clar.*in* §. *feud. q.* 46. vbi citat plu-
*14 rimos de *cõmuni attestantes. † Declarat Abb. procedere extẽ-
sionem, qñ Dominus sciuit caducitatem, & non inquietauit, se-
cus si ignorauit, vel etiam si sciuit, & non potuit inquietare; quia
vel morte prẽuẽrus, vel fuit alias impeditus. Abb. *d. cons.* 3. *col.* 8. &
seq. v. in 9. *q. lib.* 2. Franc. Aret. *d. cons.* 14. *in fi. v. sed remanet.* Alex. ple-
nius *d. cons.* 189. *n.* 6. & *seq. v. imo fortius, lib.* 6. & plenius Cla. *d.* §. *feu.*
15 q. 64. vbi dicit *coẽm. † Extẽdit, etiam si sciuit, & non inquieta-
uit, qñ caducitas, & deuolutio feudi esset ipso iure, puta ob alie-
nationem, quia tunc etiã ad hæredes, & ctra hæredes transit de-
uolutio nisi dñs per aliquẽ actum tacite remisisset. Abb. *d. cons.* 3.
16 *col.* 9. *n.* 7. *v. item ponit Bal. lib.* 2. Franc. Aret. *d. cons.* 14. *in fin.* † Cõtra-
rium tenet Clar. *d. q.* 64. *n.* 2. *v. quid si culpa*, vbi dicit *coẽm, quod
non transit ad hæredes domini, qui non declarauit, qñ sciuit in
17 vita sua. † Declarat Clar. *d.* §. *feud. q.* 65. qñ delictum esset noto-
rium, & inexcusabile, alias secus; quia si delictũ esset excusabile,
requiritur sententia, imo plus dicit, ꝙ non posset feudum auferri
ab hærede vocato, qui non est in culpa, & ꝙ ita consuluit, etiã
18 si caducitas ꝓueniat ex pacto. Vide eum. † Ratio, ꝙ non trãsit
pœna deuolutionis ad hæredes est; quia reuocatio feudi vel em-
phyteusis est quẽdam ꝓsequutio iniuriæ, quę non datur hæredi,
neq; contra hæredẽ, ita Abb. ex mente Bald. & Io. And. quos al-
19 legat. *d. cons.* 3. *col.* 9. *in pr. sub n.* 7. *lib.* 2. † Extẽde, quia ea quę de dño
versus vasallum dicta sunt, eadẽ seruari debeant in vasallo, qñ
dñs propter delictum, vel alias priuaretur feudo; quia si nõ que-
relauit viuẽs ipsum dñm, cẽsetur remisisse, nisi stetisset; quia non
habuit tẽpꝰ, licet sciret, vel nisi ignorasset, vel nisi caducitas esset
20 ipso iure causata. Fr. Aret. *d. cons.* 14. *in fi.* † Extende, etsi adsit pa-
ctum, & iuratum. Corb. *de caus. priu. ob non solutum, ampliat.* 45. *n.* 7.
21 Contrarium Decia. *cons.* 4. *n.* 20. *lib.* 1. Cla. *in d.* §. *feud.* † Restringe,
qñ dominus ignorasset caducitatẽ, qui mortuus est. Cassad. *decis.*
2. & 3. & Gabr. *de crim. concl.* 35. *n.* 4. Abb. *cons.* 3. *col.* 8. *v. in nona qua-
22 stione, lib. 2. Cla. *d.* §. *feud q.* 64. vbi dicit *coẽm. † Idem qñ sciuit,
sed non habuit tempus declarandi, & conquerendi. Gab. *d. concl.*
35. *n.* 6. Abb. *d. cons.* 3. *col.* 8. *v. in noua quæstione. lib.* 2. Fran. Aret. *d. cons.*
23 14. *in fi. v intellige.* Alex. *d. cons.* 189. *n.* 7. *lib.* 6. † Restringe in caduci-
tate causata; quia alienauit emphyteuta, quia tunc nõ dicitur pœ-
nam omittendo, sed in cõmittendo, ita Gabr. *de iure emphyt. con.* 3.
vbi pro vtraq; & pro restrictione dicit Zas. & Iac. allegatos dice-
*re omnes *ita tenere, & licet dicat Rui. *cons.* 35. *n.* 28. *lib.* 1. attestari
*de cõmuni *in contrariũ, non loquitur in caducitate causata in
faciendo, sed in omittendo. Abb. *d. cons.* 3. *col.* 9. *n.* 7. *v item Bal. lib.*
24 2. vbi alleg. Bal. *in c. Imperialem.* §. *insuper. de prohib. feud. alien.* † Con-
trarium tenet absolute Corb. *tract. de iure emphyt. de caus. priuatio. ob
alienat. ampliat.* 53. vbi dicit, ꝓcedere, etsi adsit pactum cõuentio-
nale, & iuratum, quod cadat, vbi ꝙ à parte iudicantur, vel non sol-
25 uere, vel irrequisito dño alienare. † Contrarium Decian. *d. cons.*
4. *n.* 20. *lib.* 1. vbi late; Ias. *in l.* 2. *n.* 15. *C. de iure emphy.* vbi ꝙ maius est
26 delictum in faciendo, & sic alienando, q̃ non soluendo: quia est
omissio. † Restringe, qñ Ecclesiæ Prælatus solus sciuisset, seu ẽt
canoné recepisset, quia si habet Capitulũ, non potuit solus ꝓiu-
27 dicare, ita Ias. *l.* 2. *n.* 130. *C. de iure emphyt.* † Restringe, in casu con-
uerso, qñ mortuus est feudatarius, qui deliquerat, quia bene po-
terit dns declarare caducitatẽ contra hæredem delinquentis, qñ
esset ipso iure ꝓiuatus, vel ex pacto in inuestitura apposito. Cla.
in d. §. feud. q. 65. vbi dicit *coẽm, sed tamẽ ipse tenet restrictionẽ,
28 qñ caducitas esset notoria, & nõ excusabilis, alias secus, & dicit,
ꝙ ita consuluit. † Restringe; quia dns, qui in vita sua non inquie-
tauit feudatarium suũ, qui cõmisit feloniam, licet cẽseatur remi-
sisse feloniam, ita vt ad hæredes nõ transeat, tñ secus est, si fuit in
vita cõquestus de vasallo, quia tunc ad hæredes transit pœna fe-
loniæ, ita And. de Isern. *in c.* 1. §. *porro, quæ prima caus. benef. amit.* quẽ
29 refert & sequit Alex. *d. cons.* 189. *n.* 4. *v. hoc aperte voluit, lib.* 6. Vide,
Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de iure emphyt. concl.* 3. *Caducitatem incursam tem-
pore prædecessoris. † Amplia; quia pœna adulterij non potest intẽ-
tari per hæredẽ mortuo marito, si maritus viuens sciuit, & tacuit.
Vide regulam cum limitationibus, extẽsionib. & declarationib.
apud eundem Gabriel. *de crimin. conclus.* 35. *n.* 8. & *seq.* Abb. *consil.* 3.
30 *n. v. nam secundũ verum intellectũ, col.* 8. *lib.* 2. plene Alex. *d. cons.* 189.
in causa, & lite, lib. 6. vbi declarat. † Amplia; quia ingratitudo cõ-
missa per donatariũ ctra donantem, per q̃ potest reuocari dona-
31 tio, non transit ad hæredes, *l. fi. C. de reuoc. don.* † Declara, nisi esset
cœpta lis, & multis modis, de quib. *in v. Donatio reuocatur ex causa
32 ingratitudinis. Concl.* 711. *n.* 4. & *seq.* † Amplia, quod dicitur de pœ-
na, idem sit in actione personali, & instantia; quia non transit ad
successores, & quando secus. Vide plene Socin. *in Reg.* 2. *Obligatio
personalis*, vbi limitat quinq; modis, qñ est inchoata, vide eum.

† Limita; quia pœna transit ad hæredes, qñ agitur de pecuniaria, 33
vel de bonis, si delinquẽs moritur post cõclusum in causa. Alba.
cons. 90. † Extende; quia eo casu probato crimine tenentur hære- 34
des nedum restituere bona, sed etiã fructus perceptos, sdm̃ *cõ- *
munem, de qua idem Clar. §. *fin. q.* 51. *n.* 14. *v. tenentur q̃s.* † Extẽde, 35
vbi dicat, etiam si ante mortem delinquentis nõ sit sequuta de-
claratio criminis, coẽm *dicit Clar. *d.* §. *fin. q.* 51. *n.* 14. *v. adde, quod.* *
† Contrarium seruari Mediolani dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 51. *n.* 14. *v. ad- 36
de, quod*, vbi bona spectã proximioribus, qñ non est facta declara-
tio criminis, licet dicat ipse, quod hoc nõ seruaret, qñ memo-
ria potest damnari post mortem delinquentis. † Declara tamẽ; 37
quia in omnibus casibus, in quibus pœna transit ad hęredes, de-
bet intelligi, dummodo intra quinquennium à die mortis delin-
quentis fiat sdm̃ *coẽm, *d.* §. *fin. q.* 51. *n.* 14. *in fin. v. scias autem.* † De- *38
clara, nisi esset statutum, prout Pistorij, quod mortuo delinquẽ-
te contra hæredem nulla fiat exactio pœnę; quia statutum debet
seruari, si tñ iam cæpisset soluere partem, tunc statutum non lo-
quitur eo casu, & est locus iuri cõmuni. Rom. *cons.* 195 *per tot.* Li-
mita, † in crimine peculatus, videl. in administratione reipublic. 39
qui bona, vel res publicas subtraxit; quia etiã post mortẽ potest
puniri, *l. fi.* vbi *omnes, *ff. ad l. Iul. pecul.* Clar. *d.* §. *fi. q.* 51. *v. sunt tamen.* *
† Limita per viam exceptionis; quia exceptio est ꝓpetua. Ang. 40
cons. 340. *Magister Iacobus, in pr.* & *supr. n.* 4. † Limita; quia pœna 41
pecuniaria petita in iudicio cõtra defunctum transit ad hæredes.
Rom. *cons.* 195. *In casu præmisso, in prin.* & ideo lite contesta transit
ad hæredes. Ang. *d. cons.* 340. *Magister Iacobus, in prin.* vbi loquitur
in mulcta. † Limita; quia licet pœna non transeat, bene transit 42
actio, quod teneatur exonerare conscientiam defuncti, & resti-
tuere debeat hæres male ablatum. Vide, *Hæres non tenetur exonera- 43
re animam defuncti, & quando secus. Concl.* 42. † Limita; quia licet pœ-
na doli non transeat ad hæredem, qui non participauit de dolo,
tamen quando prouenit actio contra defunctum ex contractu,
vel quasi, bene transit ad hæredem. Castr. *cons.* 412. *Viso facto, col. si.
lib.* 1. Vide, Ant. Gabr. plene *lib.* 7. *tit. de crim. concl.* 35. *Pœna non de-
clarata contra authorem non potest contra hæredem declarari.* Vide, *Hæ-
res non tenetur ex delicto defuncti, & quando secus. Concl.* 68.

Pœna leuior in omittendo, quam in committendo, & quando secus. Concl. 257.

DELICTVM † in omittendo dicitur ex leuissima culpa indu- 1
ctum, ideo pœna ordinaria non imponitur. Bald. *cons* 144.
Præsupposito Communis Papiæ, n. 2. *v. item, & si aliqua, lib.* 1. & idem re-
peut *cons.* 132. *Nisi probetur. lib.* 4. Vide, *Pœna ipso iure non committi- 2
tur, vel incurritur, & quando secus. Concl.* 238. *n.* 18. † Amplia; quia lex
Aquilia non habet locum quoad pœnam contra omittentem.
Bald. *d. cons.* 144. *n.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia minores, & impuberes, 3
qui alias non excusarentur à pœna delicti cõmissi, bene excusan-
tur, si pœna imponitur pp negligentiam, vel omissionem. Ang.
de Perus. *cons.* 63. *Nobilis miles, in fi. v. concludo.* † Amplia; quia faci- 4
lior est purgatio moræ in omittendo commissæ, q̃ in faciendo.
Ang. *cons.* 326. *Ex themate, n.* 3. *v. descendamus igitur.* † Amplia; quia 5
ex omissione oritur dumtaxat dolus præsumptus, ex cõmissione
oritur vetus, & manifestus. Alex. *cõs.* 103. *n.* 13. *li* 1. † Extende; quia 6
licet dolus futurus remitti nõ possit, si tñ remittatur ꝓ verba am-
pla, tunc censetur remissus dolus ex omissione, non ex cõmissio-
ne. Decian. *cons.* 177. *In causa, quæ proponitur, per tot. lib.* 1. † Amplia; 7
quia pœna in omittendo nunq̃ incurritur, nisi ꝓcedat monitio;
secus, si esset in faciendo. Affl. *decis.* 370. *in* 2. *dub.* Vide, *Primari ne-
mo potest, n. si præuia trina monitione. Conc. 718. † Amplia; quia em- 8
phyteuta ob canonem non solutum non cadit ipso iure, sed dño
volente, & declarante sdm̃ *coẽm, sed qñ delinquit in faciendo, *
vt quia alienauit, bene cadit ipso iure, Ias. *in l.* 2. *nu.* 6. *v.* 5. *noto cum
seq. & n.* 15. *C. de iure emphyt.* vbi tenet, ꝙ ob canonem non solutũ
facta declaratione bene cadit ipso iure. † Extende; quia dolus in 9
omittendo non infringit sententiã, in committẽdo bene infrin-
git. Cach. *decis.* 71. *n.* 39. † Limita; quia imo pœna pp negligentiã, 10
& sic in omittendo, operatur priuationem in officialibus & aliis
deputatis ad aliquod munus, vel officium. Rom. *cons.* 80. & ibi a-
post. *in ver. item & iustitia*, quæ dat exempla, & conc. † Extẽde; qa 11
iudex negligens magis peccat in negligendo, q̃ in committẽdo:
Chass. *in consu. Burg fol.* 51. *in fi. n.* 73. *v. sed quia dicitur*, vbi ꝙ Episco-
pus non reuocans clericum delinquentem à iurisdictione secu-
PERIVRVS † non probatur quis, licet constet eum iurasse 1 aliquid facere, vel implere certo tempore per lapsum temporis, nisi etiam doceatur ipsum non impleuisse. Innoc.*in c.super iis. n.*10.*ver.sed quid dices.de accusat.* Bart.*in l.in illa.la* 1.*nu.*4.*& seq.ff.de verb.oblig.* Oldr.*cons.*291.*n.*7.*circa fin.* Fed. de Sen.*cons.*23.*in fin.ver.* *non obstat.quod not.Innoc.* Rom.*cons.*290.*n.*4. † Amplia in tantum, 2 vt etiamsi constaret de non implemento in termino, excipiens de periurio non habeat fundatam intentionem, nisi constet de suo interesse. Socin.*cons.*253. Crescent.*decis.*190. † Amplia, vt 3 idem sit in excommunicato; quia licet probetur excommunicatio lata sub conditione nisi intra certum tempus aliquid fecerit, & lapsum sit tempus, non propterea excommunicatus probatur. Innoc.*in c.proposuit.in fi.de cler.excom.* Rot.*in nou.decis.fin.in fin. de doi.& contum.* † Limita, nisi ille idem, cui facta est promissio, 4 vel præstitum est iuramentum, ageret; quia tunc bene præsumitur non impleuisse, nisi contrarium doceat. Oldr.*d.cons.*291.*n.*7. Alex.*cons.*131.*n.*2.*lib.*4. † Limita; quia periurus necessario probatur test s, qui examinatus cum iuramento in primo examine dixit vnum, in secundo examine dixit totum contrarium. Deci. 5 *cons.*188.*Latatus sum.n.*7.*& seq.ver.similiter non obstat.* vbi *nu.*9. dicit communem.* Rol. à Valle *cons.*73.*n.*17.*lib.*1. Boss.*de indic.à num.* * 149.*vsque* 158. Clar. §.*fin.q.*21.*ver.scias tamen.cum seq.* Farinac.*q.*45. *num.*28. Vide, *Negatiua facti promissi non impleti quando præsumatur. Concl.*29.

Periurium excusatur multis modis. Concl. 294.

PERIVRIVM † vt puniri possit, requiritur dolus; & ideo fit 1 impunitum, si probetur, quod non adfuit dolus, * commu- * nem vtramq; conclusionem dicit Clar.*in* §.*periurium.n.*9.*ver.excusari.* † Extende; quia excusatur periurium propter difficultatem implendi iuramentum, communem * etiam dicit Clar.*d.*§. * 2 *periurium.n.*10.*ver.item excusatur.* † Extende, quando periurium 3 alicui non nocet, neq; potest nocere; tunc non est punibile, nisi in foro animæ, communem * dicit Ias.*in l.si duo patroni.*§.*si quis* * *iura erit.il secondo,in prin.ff.de iureiur.* Io. de Amic.*cons.*19.*in fin.* Bero.*q.*134.*nu.*9. quos citat attestando de communi * Clar.*d.*§.*per-* * *iurium.n.*11.*ver.potest.* † Extende, quando iuramentum esset te- 4 merarium, & illicitum; quia non tenetur quis seruare tale iuramentum, & non punitur vt periurus. Clar.*d.*§.*periurium.n.*7.*ver. caterum.*

Periurus non punitur multis casibus. Concl. 295.

PERIVRVS † in causa capitali non punitur; quia non com- 1 pellitur dicere contra seipsum in causa criminali; ideo habet solum Deum vltorem, & peccat in foro conscientiæ. Clar.*in* §. *periurium.n.*12.*ver.scias etiam.* † Extende in iuramento decisorio, 2 quod defertur in iudicio à parte parti; quia licet falsum iurauerit, non punitur, sed habet Deum vltorem. Clar.*d.*§.*periurium.in* *fin.* vbi dicit * communem, & plenius *in* §.*fin.q.*45.*n.*10.*ver.quid* * *ergo.* vbi allegat Bero.*q.*534.*num.*3. & alios; dicit tamen, quod si conuincitur de mendacio, potest torqueri non ex periurio, sed ex mendacio.

Periurus non agit, neque auditur contra proprium iuramentum, & quando secus. Concl. 296.

PERIVRVS, † qui venit contra suum contractum iuratum, 1 non potest agere. Anchar.*cons.*382.*Retento ordine.n.*14. *& seq.*

ver.

ver.descēdo ad quintum. vbi, quod exceptio periurii in casu *d.l.si quis*
2 *maior.* perimit actionem ipso iure. † Et quod is, qui venit contra
proprium iuramentū, tanq̄ periurus non audiatur. Ant.de Butr.
☞ *in c.intelleximus.in fin.de iud.* Affl.*decis.322.per tot.* Vide plures *in ver.*
Reductio ad arbitrium boni viri non habet locum multis casib. Conclus.73.
3 *n.7.* †Extende; quia procedit, etiamsi reus quoq; effectus sit per-
iurus; quia licet possit excipere, & in pari causa doli, vel periurii
melior sit conditio rei; tamen forte non audiretur volens exci-
pere de periurio, ita Anch.*d.cons.382.n.14.& seq.* vbi, quod semp
auditur reus excipiens; quia melioris conditionis est in hoc, sed
an id quoq; procedat in obiiciendo periurium alteri, in q̄ ipse
4 quoq; incurrit, est dubium. †Extende, etiamsi iuramentum esset
dolo vel metu extortum; quia debet prius absolui à iuramento,
alias repellitur, *c.ad aures.* vbi Innoc.Io.Andr.& alii, *quod met.caus.*
☞ Vide, *Absolutio à iuramento quando necessaria, vel non. Concl.*58. † Am-
5 plia; quia incurrit pœnas *l.si quis maior. C.de transact.* Vide, *L.si quis*
☞ *maior.* in quibus casibus habeat locum, vel non. *Conclus.*284. vbi
6 declaratur. † Extende; quia periurus incurrit multas pœnas, de
☞ quibus Iaf.*in l.si duo patroni.§. si ff.de iureiur.* Vide, *Excommunicatus*
*quando repellatur à iudicio, vel non. Concl.*457. *cum Conclus.ibi prox.seq.*
7 † Limita; quia periurus admittitur, & facit actum validum cōtra
iuramentum multis casibus, p̄out in eo, qui iurat, non reuocare
testamentum; quia si reuocat, & facit aliud, valet reuocatio, &
aliud testamentum, licet efficiatur periurus. Castr.*cons.*259. *Circa*
8 *primum.n.2.ver.circa tertium.lib.2.* † Extende; quia valet statutum,
quod iurans non petere reductionem laudi possit nihilominus
petere, & iurans nō appellare possit appellare, & valebit appel-
latio, & reductio petita, licet petens efficiatur periurus. Castr.*d.*
☞ *cons.*259.*n.2.lib.2.* Vide, *Iuramentum non impedit actum contrarium,*
*& quando secus. Conclus.*512. Vide, *Testator potest facere aliud testamen-*
*tum validum, non obstante iuramento. Concl.*151.

Periurus peracta pœnitentia efficitur habilis, & quando secus. Concl.297.

1 PERIVRVS † peracta pœnitentia efficitur habilis, vt possit
docto de pœnitentia etiam promoueri ad ordines, *c.fin.de*
2 *temp.ordin.* Feder.*cons.23.n.4.circa fi.ver.sed iterum contra.* † Limita;
quia periurus non efficitur habilis ad testimonium peracta qua-
cunq; pœnitentia; quia per pœnitentiam non purgatur crimen
falsi, *c.testimonium.de testib.* Fed.de Sen.*d.cons.23.n.4.in fi.ver.sed ite-*
3 *rum contra.* † Limita; quia periurium etiam peracta pœnitentia
relinquit cicatricē; quia inducit infamiā, q̄ excludit à dignitate;
ideo collatio facta periuro est nulla, secundum Fed.de Sen.*cons.*
4 50. *Quæritur, an collatio.* † Contrariū, q̄ imo collatio facta periuro,
nō sit nulla, sed annullanda, tenet Lap.*in addit.ad d.cons.*Feder.50.
allegat Io.Andr. post Compostel.*in c.Capitulum.de rescript.* in gl.
☞ magna. Vide, *Infamia ex quibus tollatur, vel non. Concl.*115.

Permissa censentur omnia, quæ non sunt prohibita, & è conuerso. Concl.298.

1 PERMISSA † esse censentur omnia, quæ non sunt prohibi-
ta. Oldr.*cons.*228. *Quod fratres.in princ.* Petr.de Anch.*cons.*243.
Christianissime.in prin. Alex.*cons.*57.*n.2.lib.*1. Bellon.*cons.*53.*n.*1. Edi-
2 ctum † de hæredibus instituendis est permissiuum; quia prohi-
bet certas personas hæredes instituī; ergo reliqui omnes non
prohibiti censentur permissi. Iaf.*cons.*37. *In quæstione præmissa.col.*2.
3 *ver.confirmantur prædicta.lib.*3. † Item edictum de sponsalibus est
prohibitorium certarum personarum; ergo generaliter est per-
4 missorium. Iaf.*d.cons.*37.*col.*2.*circa fi.ver.sic etiam edictū lib.*3. † Am-
plia; quia prohibitio alienationis facta ad certum tempus indu-
☞ cit permissionem extra illud tempus. Vide, *Fideicommissum non*
*potest alienari, & quando secus. Concl.*183. *ver.limita, quando prohibitio.*
Vide, *Limitatio legis loquens in vno casu non habet locum in alio. Concl.*
5 356. † Et generaliter, quando lex vel statutum prohibet aliquid
fieri intra certum tempus, post dictum tempus censetur permit-
tere, vt per Aret.*in l.si ita quis.ff.de vulg.& pupill.* vbi etiam Iaf.Bart.
*in l.statu liberum.ff.de leg.*2. Bald.*in l.post mortem. C.de fideicom.* Extē-
☞ de per plura exempla, de quibus *in ver.Limitatio legis loquens. Conc.*
6 356. † Amplia; quia illud, quod nō reperitur prohibitum à lege,
non debet superstitiosis prætensionibus præsumi prohibitum.
Surd.*cons.*173.*n.*72.*& cons.*222.*n.*5. vbi adducit alia; quia erubesci-
mus, cum sine lege loquimur, & ad idem Crauet.*cons.*353.*in prin.*
7 † Declara, nisi rario naturalis esset in contrarium; quia dicitur
8 ibi lex, vbi ratio dictat. Surd.*d.cons.*222.*n.*17. † Amplia; quia in ab-
solute permissoriis, quod non reperitur à iure prohibitum, cen-
setur permissum, *c.2.de transact.* Calder.*cons.*52. *An si dati sunt.in pr.*
9 quod est 6.*de elect.* † Amplia; quia absolutio ab excōmunicatio-
ne inflicta à canone censetur permissa Prælato immediato, & in-
ferioti, quando à canone nō est reseruata alteri, Calder.*cons.*38.
alias 6.*de sent.excom.* per *c.nuper.eod.tit.* † Amplia; quia ludæis cen- 10
sentur permissæ vsuræ, quæ non reperiuntur prohibitæ. Alex.*d.*
*cons.*57.*n.2.lib.*1. vbi, quod qui dicit prohibitas, probet; quare-
gula est, quod omnia censentur permissa; & idem dicit Anch.*d.*
*cons.*243.*n.2.* licet in fin. maxime *n.*7. ostendat contrarium, quod
etiam Hebræis vsuræ sunt interdictæ contra Christianos. † Am- 11
plia; quia in iudiciis bonæ fidei omnia censentur permissa, quæ
nō reperiuntur prohibita. Petr.de Anch.*cons.*48. *Quæstio asserit.*
*n.*3. † Extende in beneficiis; quia omnia censentur permissa, quæ 12
non apparent prohibita. Petr.de Anch.*d.cons.*48.*in fin.n.*3. † Am- 13
plia; quia edictum de testibus est permissorium; ideo qui non re-
peritur expresse prohibitus testificari, est idoneus testis. Anchar.
*cons.*178. *Visis, & diligenter. in princ.* Iaf.*cons.*37.*col.*2. *ver.confirmatur.*
*lib.*3. † Idem in edicto de testamentis; quia aliquæ personæ sunt 14
prohibitæ testari, reliquæ omnes sunt permissæ; ideo edictum
per se est permissorium. Iaf.*cons.*37.*col.*2.*ver.confirmatur.lib.*3. † Idē 15
in alienatione rei suæ; quia quilibet potest alienare, nisi reperia-
tur prohibitus. Vide, *Alienatio est permissa regulariter. Conclus.*293.
Vide, *Alienatio fideicommissi. Concl.*259. vbi prohibitio ad tempus
alienandi, vel inter certas personas inducit permissionem extra
tempus, & quoad alias personas. † Amplia; quia vnusquisq; præ- 16
sumitur idoneus ad officium, in quo assumptus est, & qui dicit
contrarium, debet probare. Cephal.*cons.*48.*n.2.& seq.* † Limita; 17
quia cōtraria regula est, q̄ quicquid nō reperitur cōcessum, cen-
setur denegatū. Anch.*cons.*207. *In quæstione suprædicta.n.*3. † Etcō 18
uentionales pœnæ omnes dicūtur prohibitæ, quæ nō reperiun-
tur permissæ. Ant.de Butr.*cons.*70.*n.*3. vbi, q̄ pœna super matri-
monio contrahendo apposita reprobatur. † Et collegia omnia 19
censentur ,phibita, nisi quatenus reperiātur p̄missa, *l.1.C.de colleg.*
illicit. † Extēde; quia ,pcedit in iudiciis, stipulationibus, arbitriis, 20
& priuilegiis. Anch.*d.cons.*207.*n.*3. Vide Concl.prox.seq.

Permissa ad tempus censentur prohibita post tempus, & econtra. Concl.299.

STATVTVM † Perusinū disponēs, q̄ testes examinati contra
magnates non possint reprobari, nisi intra octo dies à die pu-
blicationis, & q̄ intra mensem possit Potestas eos inquirere, nec
aliquid dicit, an post mēsem possit, vel nō, cēsetur ,phibere; quia
p̄missa ad tēpus censentur ,phibita post tēpus, licet nihil dicatur.
ita Bart.*cons.*100. *A Domino Cyno. n.4.in fi.& 5.ver.super secundo lib.1.*
vbi ponit multa similia de muliere p̄gnāte, q̄ intra 30 dies pos-
test ,pnuntiare se prægnantē, appellatio permissa intra decē dies,
restitutio intra quadriennīū; & tamen post terminos non valent,
licet nihil dicatur; & dicit hāc esse regulam iuris. Vide, *Prohibitio*
*alienare sub pœna ad certū tempus quādo incurrat. Concl.*901. † Extēde 1
in pacto facto emphyteutæ, vt possit nō soluendo purgare moram
intra quinquenniū; quia lapso quinquēnio si stat per biennīū q̄
nō soluat, cadit; quia p̄missum ad tēpus cēsetur ,phibitū post tē-
pus. Bart.*cons.*161. *Proponitur.n.*3.*lib.*1. † Intelligas secundū p̄missa; 2
quia q̄n sumus in ,phibitis, q̄ permittūtur certo tēpore, procedit
conclusio sine dubio; sed si essemus in iis, quæ sunt de genere p̄-
missorū, an facta permissione intelligatur inducta ,phibitio post
tēpus, esset videndum, an inclusio vnius sit exclusio alterius, de
qua conclusione vide, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Conclus.*51. 3
† Et deputatio ministri ad tempus facit, q̄ post tēpus non est mi-
nister. Angel.de Aret.*cons.*3. *Videtur.n.4.ver.sed concessa.* † Amplia; 4
quia p̄missa ad tēpus cēsentur denegata ad tēpus, *l.Imperator. ff.de*
postul. Castr.*cons.*142. *Videtur dicendum.in prin.ver.nam aliquid.lib.*2.
† Extēde in statuto prohibēte fœminas succedere, donec extent 5
masculi; quia ,phibet ad tēpus extātibus masculis, quibus cessan-
tibus fœminę admittūtur. Bart.*in l.si § si ff.ad S.C.Tertull.* vbi inc.
Vide, *Statutū circa successionē excludens filias fœminas, donec supersint*
*filij. Concl.*665. † Declara; quia q̄n sumus in prohibitis de sui natu- 6
ra, permissio ad tēpus operatur ,p illo tempore, postea restituī-
tur ad suam naturā ,phibitam, & à conuerso in permissis prohi-
bita ad tēpus, lapso tēpore prohibitionis res reuertitur ad suam
naturam permissionis. Vide, *Alienatio fideicommissi, & rei prohibita.*
*Concl.*259. *n.*6.& 7. † Sed vide; quia refert secundum aliquos an 7
permissio fiat à principio in re ,phibita, vt *in ver. Licentia in prohi-*
*bitis qualiter intelligatur. Concl.*352. † Amplia in casu contrario; quia
prohibita ad tēpus cēsentur permissa post tempus. Alex.*cons.*57. 8
*Ponderatis.n.*7. *ver.quia qui prohibetur.lib.*3. Vide Concl.prox.seq. 9
† Amplia; quia si debitori datur electio in debito alternativo ad
tempus, post tempus ipsa electio spectat ad creditorem, & è
conuerso, *l.statu liberum. §. Stichum.ff.de legat.*2. vbi Bartol. Bald. &
cæteri. Tiraqueil. *de retract.lignag. §.*24. *glos.1.nica, num.*9. & seq. † De-

11 † Declara tamen, vt per Aret. *in l. eum qui certarum. §. 1 n. 3. circa fin. ver. concordia istarum opinionum. ff. de verb. oblig.* vbi postquam pro v- * traq; parte allegauit, dicit * communem, quod lapso termino electio transfertur in alium, & qui illam habebat, per lapsum termini illam perdit; sed antequam alter, in quem confertur, acceptauerit; quia res dicitur integra, potest eligere, & purgare moram: secus si res non sit integra; quia alter acceptauerit; allegat text. *in l. cum quidam. la seconda, circa med. ff. de legat. 2.* & ibi gl. *in ver. vnique. si vno.* sed certe ille text. secundum Bart. ibi in fin. procedit in electione personarum, non rerum; ideo videas: quia etiam Bald. ibi videtur tenere, quod *in d. l. statu liberum.* erat certus terminus præfixus. *in l. cum quidam.* incertus, vel nullus terminus; ideo facilior purgatio morę est, quare declaratio Aret. dubia est. Vide, *Electio in debito alternatiuo est debitoris, & quādo secus. Conc. 102.*

Permisso, vel concesso aliquo omnia necessaria censentur permissa. Concl. 300.

1 QVANDO † aliquid conceditur, omnia censentur concessa, sine quibus illud concessum non posset effectum suum 2 sortiri, *l. 2. ff. de iurisd. om. iud.* † Et idem in prohibitis, quia censentur prohibita omnia, per quæ peruenitur ad illud, *l. oratio. ff. de sp̄o- 3 sal.* † Amplia; quia si Papa concedit Capellæ constructæ intra parochiam, etiam sine licentia Episcopi, vt in ea Missæ celebrari possint, censetur etiam concedere, quod parochiani ad audiendam Missam accedant, & voluntarias oblationes faciant; quia spiritualia sine temporalibus esse non possunt. Calder. *cons. 422.* 4 alias *6. de relig. domib.* † Amplia; quia Veneti, qui permiserunt nauigationem Ianuensibus in gulfo Venetorum, non possunt prohibere applicationem nauigantium ad portus proprios; quia aliàs nauigatio esset inutilis. Angel. *cons. 290. Thema est tale. n. 6. ver.* 5 *descendamus igitur. & n. 7.* † Extende in vsufructu concesso; quia omnia censentur concessa, sine quibus vsus fructus stare non po- 6 test Ang. *d. cons. 290. n. 7. ver. concesso vsufructu.* † Extende in pactis; quia licet pacta non extendantur de vna re ad aliam; tamen benè fit extensio, quando aliter non posset pactum principale stare, quia veniunt consequutiua ex necessitate. Ang. *d. cons. 290. n.* 7 *8. ver. expradictis apparet.* † Amplia; quia concessa licentia veniendi ad locum, censetur etiam concessa licentia standi in loco, & recedendi ab eo. Ang. *d. cons. 290. n. 7. ver. ideo dicunt Doct.* † Amplia; quia permissa concertatione ludi saxorum inter pueros de consuetudine, etiamsi extet statutum contrarium vsu non receptum, censentur permissa vulnera, & percussiones, quæ ex ludo veniunt, sine pœna. Petr. de Anchar. *cons. 283. Iure stricto. n. 2. & seq.* Alex. *cons. 8. n. 9. lib. 6.*

Permissa sunt multa prohibita per modum tolerantiæ. Concl. 301.

1 VSVRÆ † fuerunt permissæ Iudæis cum alienigenis, quamuis prohibitæ ad euitandum maius malum, vt dicit Alex. ex mente B. Thomæ *cons. 1. n. 4. ver. & dixit B. Thomas. lib. 2.* vbi. quod si sine scandalo non possunt coerceri, sunt tolerandi vsurarii, & 2 *cons. 2. n. 7. ver. & hac permissio. lib. 2.* † Libellus repudij vxorum fuit permissus populo Hebræo, ne vxores occiderēt, & sic ad vitan- 3 dum maius scandalum. Alex. *d. cons. 1. n. 4. lib. 2.* † Meretrices publicæ permittuntur, vt maius scandalum, & maius peccatum euitetur. Anch. *cons. 243. Christianissime. in pr.* Alex. *d. cons. 1. n. 7. in fin.* 4 *lib. 2.* † Generaliter, quando aliquid prohibetur, si de consuetudine prohibitio non recipitur cum venia, relinquendi sunt suo ingenio, qui non possunt corrigi, ne peiores fiant, 4. *distin. 6. deni-* * *que.* Petr. de Anchar. *cons. 283. Iure stricto. n. 2.* Alex. *cons. 2. n. 7. ver. &* * *hac permissio. lib. 2.* Vide, *Tolerandæ sunt multa, licet de se non sint licita. Concl. 323.* Vide, *Tolerantia quid sit, & operatur multa. Concl. 324.*

Permutatio quid sit, & quotuplex. Concl. 302.

1 PERMVTATIO † est contractus innominatus; ideo locus est pœnitentiæ re integra. Castr. *cons. 241. In quæstione. in princip.* 2 *lib. 1.* Alex. *cons. 16. Viso d. themate. in prin. lib. 2.* † Et ideo de iure ciuili cum sit locus pœnitentiæ, & sit pactum nudum, non datur ac- 3 tio. Alex. *d. cons. 16. Viso. in prin. lib. 2.* † Restringe; quia bene iure Canonico ex pacto nudo, & ex permutatione datur actio, secū- * dum communem * opinionem, & communē practicam. Alex. *d. cons. 16. Viso d. themate. in prin. lib. 2.* † Et ideo de iure ciuili cum sit locus pœnitentiæ, & sit pactum nudum, non datur actio. Alex. *d. cons. 16 Viso. in prin. lib. 2.* † Restringe; quia bene iure Canonico ex pacto nudo, & ex permutatione datur actio, secūd

Permutatio beneficiorum in cuius manibus facienda. Concl.304.

1 PERMVTATIO † beneficiorum spectantium ad collationem inferioris collatoris debet fieri in manibus Episcopi, qui permutationem authorizabit consentiente inferiore collatore, non autem fieri debet in manibus inferioris collatoris. Fede. de
2 Sen. *cons.*156.*n.*3.*in fin.ver.item quando collatio.* † Et in manibus Papæ potest fieri permutatio quorumcumque beneficiorum; quia est ordinarius, etiamsi beneficia sint regularia. Calder. *cons.*293.
3 alias 1.*de rerum permut.* † Declara tamen, quod si fiat permutatio beneficii, cuius electio spectat ad collegium, vel præsentatio ad patronos laicos, & fiat in manibus Episcopi sine consensu habentium ius eligendi, vel præsentandi, erit nulla, Calder. *consil.* 294.alias 2.*de rerum permut.*

Permutatio beneficiorum fauorabilis, & sustinetur collatio, quæ ex alia causa esset nulla. Concl.305.

1 FAVORABILIS † permutatio est censenda, non ambitiosa, & non restringenda, sed adiuuanda, & late interpretanda. Feder. de Sen. *cons.*73. *Factum tale est.n.*2. *ver.item collatio illa quæ fit.* late Calder. *cons.*293. alias 1.*de rerum permut. & in princip. & per tot.* vbi, quod est potius iustitiæ, quam gratiæ; ideo non est ambitiosa, nec ex taciturnitate intrat subreptio, prout in literis prouisio-
2 nis, quæ sunt ambitiosæ. † Contrarium, quod sit odiosa, & restringenda; quia est contra conclus.*c.maioribus.de præb.* tenet Calder. *cons.*294.*n.*2.*ver.& quod permutationes.* alias 2.*de rer.permut.* vbi loquitur in permutatione facta sine consensu electorum, vt non
3 valeat. † Amplia, vt propter fauorem valeat collatio ex causa permutationis facta per Legatum inter compermutantes obtinentes alia beneficia etiam curata non facta de illis mentione, quæ collatio esset nulla, si esset facta ex alia causa. Feder. de Sen.
4 *d.cons.*73.*Factum tale per tot.* vbi est casus consilii. † Extende, vt idem sit in permutatione facta in manibus Papæ de reseruato non facta mentione reseruationis; item per obtinentem alia beneficia non facta mentione de eis; quia est valida. Calder. *d.cons.*
5 293.alias 1.*de rerum permut.* † Permutatio beneficiorum ecclesiasticorum non fit, nec præsumitur facta, nisi ex vtilitate beneficiorum, *c.quantum.de rer.permut.* Fed. de Sen. *d.cons.*73.*circa med.ver. item permutatio.* imo regulariter fit permutatio propter vtilitatẽ, vel necessitatem Ecclesiarum. Calder. *d.cons.*293. alias 1.*de rerum permut.* imo non fit, nisi propter vtilitatem vtriusque Ecclesiæ.
6 Gemin. *cons.*105.*n.*5.*ver.item permutationes beneficiorum.* † Extende in tantum permutationem beneficiorum fieri pro vtilitate, vel necessitate Ecclesiarum, vt possint beneficiati hac ratione compelli ad permutandum. Calder. *d.cons.*293.*in prin.ver.hinc est, quod.*
7 † Extende, vt hac de causa, licet non valeat permutatio benefi-
* cii iuris patronatus sine consensu patroni, secundum * communem; tamen intelligitur ad effectum validitatis, & coadiuuandę permutationis, sed si nollet consentire patronus, poterit ordinarius ex causa perficere permutationem sine patrono. Gemin.
8 late *cons.*50.*per tot.* † Amplia; quia etiam permutatio beneficiorum habet effectum sine noua collatione, ex sola auctoritate superioris interposita in ipsa permutatione, secundum Innoc. *in c. inter.de præb.* Archid. *in c.vnic.de rer.permut.in* 6. quos refert Fed. de Sen. *d.cons.*73.*in fin.& cons.*62.*n.*3.*ver.præterea si verum.* vbi sub du-
9 bio, si verum. † Contrarium tenet consuetudo, vt per Lap. *in addit.ad Feder.cons.*62.*in ver.Innoc.* & etiam videtur dicere Feder. *d.*
10 *cons.*73.*in fi.* quod secundum iura noua ita disponatur. † Amplia; quia consuetudo optandi non habet locum in præbendis permutatis. Feder. de Sen. *d.cons.*62.*Verius videtur.per tot.* vbi est casus
11 consilii. † Amplia; quia literæ Papales concessæ expectantibus non impediunt, nec capiunt beneficia permutata, *d.c.vnic.de rer. permut.in* 6. Fed. *d.cons.*62.*n.*3.*ver.præterea video.* Calder. *d.cons.*293.
12 *col.*1.*ver.hic est etiam.* alias 1.*de rer.permut.* † Amplia; quia permutatio facta de canonicatu in collegiata cum clericatu in curata facta expressione canonicatuum valet; quia in materia fauorabili canonicatus cõtinet clericatũ. Fed. de Sen. *d.cons.*73.*per tot.* vbi est
13 casus consilii. † Limita in permutatione facta per constitutum in articulo mortis; quia non est honesta, neque secura. Feder. de Sen. *cons.*65.*in fin.ver.ad id, quod vltimo.* qui loquitur, vt det caute-
14 lam, quod beneficium non vacet per obitum. † Limita in permutatione beneficiorum vnitorum perpetuo alicui mensæ; quia non valet, etiamsi nondum sit incorporata possessio mensæ, cui est facta vnio. Feder. de Sen.

*cons.*200.*nu.*2.*ver.praterea.*

Permutatio beneficii si non habet effectum, non inducit vacationem, & quando secus. Concl.306.

RESIGNATIO † facta ex causa permutationi; non inducit vacationem beneficii permutari, si ex aliqua causa non fortiatur effectum. Oldrad. *cons.*275.*n.*3.*ver.circa secundum.* † Contrarium tenet Fed. de Sen. *cons.*156. *Punctus talis.* vbi, quod beneficia permutata vacant; sed tamen superior tenetur ex necessitate conferre permutantibus, & quod non currit tempus superiori, nec expectãtes possunt capere talia beneficia permutata; tamen habens fructus beneficiorum vacantium habebit fructus beneficiorum resignatorũ ex causa permutationis ante collationem, quia vacant, vbi respondet ad contraria, & hanc partem videtur tenere Calder. *cons.*90. alias 10.*de offi.legat.* quod duplicatur 300. alias 8.*de rerum permut.ver.sed multum facit.* quia prius resignantur, postea conferuntur, & *cons.*294.*col.*1.*ver.constat enim.* alias 2.*de rer. permut.* & quod in permutatione beneficiorum inducatur vacatio, & collatio. Gemin. *cons.*45.*n.*3.*ver.iis præmissis.* quia collatio & permutatio beneficii patronatus non valet sine patrono. glos. 1.*de rer.permut.lib.*6. quod declara vt per Gemin. *cons.*50.*n.*1. vt dicitur vacatio, sed non talis, vt patronus possit quem maluerit presentare. † Amplia in tantum, vt is, qui permutauit, si spli eiun-
tui beneficium sibi datum in permutatione, potest propria auctoritate redire ad suum primum. Oldr. *d.cons.*275.*n.*3.*ver.ad istius corroborationem.* † Contrarium tenet Fed. de Sen. *d.cons.*156.*in pr.*
† Declara, vt non procedat in eo, qui permutauit in manibus ordinarii Ecclesiam Collegiatam cum beneficio non reseruato; quia si euincatur beneficium non reseruatum, permutans non reuertitur ad Collegiatam. Fed. de Sen. *cons.*112.*n.*4.*ver.primo difficilius.* vbi, quod bene Papa p viam nouæ collationis restituit ad Collegiatam; sed tamen ex collatione ordinarii nõ potest ad illud redire. † Declara, quod permutantes reuertũtur ad sua beneficia, si permutatio est nulla absq; culpa permutantium. Gemin. *cons.*45.*in fi.n.*13.*ver.ad sextũ.* † Limita in permutatione priuilegiorum regularium sine licentia Abbatis; quia quando nõ sunt liberi à claustro, non valet, neq; datur illis regressus, sed remanent priuati. Fed. de Sen. *cons.*200.*in prin.* Vide, *Priores regulares monasteriales sunt, & quando possint permutare vel non tales prioratus. Concl.*[illegible].
† Limita in permutatione beneficiorum generaliter reseruatorum; quia si permutantur in manibus Legati, vel Episcopi, beneficia vacant, sed non possunt cõferri permutantibus; ideo quia ignorantia iuris non excusat, debẽt adire Papam, vt perficiat permutationem, & non possunt isto casu redire ad sua beneficia. Fed. de Sen. *cons.*112. *Amice charissime.n.*2. *ver.quæro secundo.* † Limita, permutatione Ecclesiæ Collegiatæ cũ alia Collegiata; quia cum non possint conferri per Episcopum, bene possunt renuntiari & vacant; quia valet renuntiatio. Feder. de Sen. *d.cons.*112.*n.*3. *tertio posito.* vbi idem dicit, si permutatur parochialis cum Collegiata; quia quoad parochialem vacat, & potest conferri; si cum Collegiata; & sic claudicaret permutatio. † Declara tamen has duas limitationes, quod per Papam debet compleri permutatio, etiamsi vigore permutationis prædictæ administrauerint, rans in iure; quia excusat ignorantia iuris, vt quis non perdat, cet non excuset, vt quis lucretur. Fed. de Sen. *d.cons.*112.*n.*3.*vlt. quæritur tam in primo.* † Restringe declarationẽ, vt non procedat si violenter se in beneficio permutato miscuisset, vel si, postquam sciuit, non abstinuit à perceptione fructuum; quia tunc non significatur permutatio, ex quo perdit ius suum. Feder. *d.cons.*112.*n.*4. *ver.sed contra.* † Limita; quia si permutatio non sortiatur effectum, requiritur noua collatio, in tantum, quod si in permutatione requiritur consensus Capituli, & interuenit, debet etiam intervenire in collatione de nouo facienda. Feder. de Sen. *cons.*156.*n.*2. *fin.ver.multa ex iis.* Vide Concl. prox. seq.

Permutari non possunt beneficia reseruata in manibus inferiorum, licet permutata vacent. Concl.307.

BENEFICIA † generaliter reseruata non possunt permutari in manibus inferioris collatoris, vel etiam Legati, nisi habeat in facultatibus. Fed. de Sen. *cons.*112. *Amice charissime.in prin.* vbi, quod nec error communis excusat; quia error iuris non excusat, concor. Calder. *cons.*295. alias 3.*de rer.permut.* vbi in fi. quod ita declarauit Benedictus Papa, quam declarationem etiam Feder. *d.cons.*112.*in prin.* ponit. † Amplia; quia licet permutantes possint, tamen beneficia vacant; ideo debet adiri Papa, vt compleat permutationem; quia aliter non possunt permutantes redire ad sua beneficia. Fed. de Sen. *d.cons.*112.*n.*2. *ver.quæro secundo.* † Amplia in tantum, vt licet permutatio fiat de beneficio reser-
uato cum alio beneficio nõ reseruato; tamen quoad reseruatum valet

valet resignatio, & vacat, sed non valet collatio; ideo sequuta euictione beneficii non reseruati, qui resignauit reseruatum, non potest ad illud redire; quia debet conferri per Papam. Fed. *d. conf.* 112. *circa fin. v. venio.* † Limita; quia bene valet permutatio beneficii reseruati in manibus Papæ, etiam si de reseruatione non fit facta mentio. Cald. *conf.* 293. alias 1. *de rerum permut. col.* 1. *v. hinc est.*

☞ Vide Conclusionem præcedentem.

Permutari quæ beneficia non possint, & è contra, & an requiratur æqualitas valoris. Concl. 308.

1 CANONICI † habentes ius ad primam præbendam non possunt permutare istud ius ad rem; & si possent, non debent hoc facere in manibus exequutoris, sed in manibus ordinarii. Fed. de Sen. *conf.* 156. *n.* 3. *v. & nunquid recepti.* † Amplia; quia Prio-
2 res, & alii regulares non liberatiã claustro non possunt permutare prioratus sine licentia Abbatis; & si permutant, non valet, & perdunt ius, quod habent, neque illis datur regressus. Fed. de
3 Sen. *conf.* 200. *impr.* † Amplia; quia beneficia vnita perpetuo alicui mensæ, vel dignitati non possunt permutari, etiam si permutatio nondum fuerit sortita effectum; quia proprietas beneficiorum vnitorum dicitur effecta propria illorum beneficiorum, quibus vnio perpetua est facta. Fed. de Sen. *d. conf.* 200. *n.* 1. *v. sed*
4 *posito sine veri præiudicio, vsque in fi.* † Amplia; quia non valet permutatio beneficiorum spectantium ad electionem Collegii, vel Capituli sine consensu eligentium, Cald. *conf.* 294. alias 2. *de rerũ permut.* vbi loquitur in permutatione facta in manibus ordinarii.
5 † Extende, vt procedat, etiam si Episcopus, vel eius Vicarius pfiisset certum terminum, vel præcepisset electoribus, vt consentirent; quia adhuc non valet talis permutatio, si non consentiũt.
6 Cald. *d. conf.* 294. alias 2. *de rerum permutat.* † Amplia, vt beneficia iuris patronatus laicorum non possint permutari in manibus Episcopi sine consensu patronorum. Cald. *d. conf.* 294. alias 2. *de rerum permut. circa fi. v. item si electores.* Gem. *conf.* 45. *n.* 3. *v. iis præmissis*, & quod debeat Episcopus vocare patronos in permutatione
7 beneficii, Anch. *conf.* 279. *Quæstio proponitur.* † Declara tribus modis; quia valet permutatio beneficii iuris patronatus, quando est exprescriptione, quando patronus solum habeat honorantiam; vel quando patronus postea consentiret. Gem. *d. conf.* 45. *n.* 5. *v. sed*
8 *non sic. & n.* 6. *&* 7. † Declara, vt licet beneficia iuris patronatus nõ possint permutari sine consensu patroni laici; tamen si non vult consentire, potest Episcopus libere ex causa permutationis con-
9 ferre. Gem. *conf.* 50. *per tot.* vbi allegat Anch. & alios. Amplia, † vt non valeat permutatio facta in manibus Episcopi de præbendis, quarum inuestitura spectat ad Capitulum, si consensus Capituli non interuenit. Cald. *conf.* 295. alias 3. *de rerum permut. in fin. v. item*
10 *si dicit.* † Amplia; quia non valet permutatio facta per Episcopũ de præbendarum parte, per quam mutatur status præbendarũ, nisi interuenerit consensus Capituli. Cald. *conf.* 296. *circa fi. v. item*
non valuit, alias 4. *de rerum permut.* vbi, quod non ligat successores.
11 † Declara tamen, quod valet talis permutatio præbendarũ, hoc est domus, & horti præbendarum inter Canonicos Collegiatæ, quando interuenit consensus Capituli, & Prælati Collegiatæ,
12 & ligat successores. Cald. *conf.* 303. alias 11. *de rer. permut.* † Amplia; quia non valet permutatio partis præbendarum, quando alter permutantium fuit deceptus vltra dimidiam partis suæ præben-
13 dæ. Cald. *d. conf.* 296. alias 4. *de præben. per tot.* † Declara tamen, q secus esset, si fieret permutatio ecclesiæ, & tituli sine dismembratione bonorum; quia licet permutatio fieret de Abbatia habente iura Episcopalia, & valoré 300. scutorũ, cũ prioratu nõ habẽtem Episcopalia; & habente solum valorem scutorum 150.
14 valet permutatio; & non rescinditur; quia fit pro vtilitate Ecclesiarum. Cald. *conf.* 298. alias 6. *de rerum permut.* † Limita, quia beneficia commendata; & ad nutum collata, possunt permutari cum
15 illo onere. Io. Andr. *in clem. quia regulares, de suppl. neg. Prælat.* Fed. de Sen. *d. conf.* 156. *n.* 3. *v. & nunquid habens.* † Limita; quia plura beneficia possunt permutari cum vno solo beneficio. Fed. de Sen.
16 *d. conf.* 156. *n.* 3. *v. & nunquid habens.* † Extende, vt procedat, etiam si permutatio fiat de plebe cum duobus aliis, quorum vnum sit
17 curatum, alterum sit simplex. Gemin. *conf.* 45. *n.* 7. *v. super secundo.*
18 † Limita, quia beneficia regularia possunt permutari inter regulares in manibus Papæ. Cald. *conf.* 293. alias 1. *de rerum permut.* † Limita; quia permutatio beneficiorum indistincte admittitur, ideo sicut simplex beneficium magni valoris potest permutari cum alio simplici, vel non simplici minoris valoris; ita etiam è contra beneficium habens dignitatem, & iura Episcopalia maioris valoris, potest permutari cum alio minoti beneficio, & valet permutatio; quia non reperitur prouisum contrarium. Cald.
19 *conf.* 298. alias 6. *de rerum permut.* † Limita; quia permutatio valet de beneficiis Curatis cum auctoritate Episcopi, qui tamen debet examinare, an expediat ecclesiis ista permutatio rectorũ. Anch. *conf.* 278. *Quæstio proponitur.* † Declara; quia in omnibus casibus, 20
in quibus permutatio admittitur, Episcopus debet semper adhibere cognitionem, an expediat ecclesiis permutatio personarum, item, quod æqualitas seruetur; ideo potest etiam in permutatione titulorum ex causa reseruare pensionem alteri expermutantibus pro necessitatibus, & valet. Anch. *d. conf.* 278. *Quæstio proponitur, per tot.* maxime *in fi.*

Permutatio beneficiorum non confert, nisi ius, quod habẽt permutantes, licet titulũ conferat. Concl. 309.

PERMVTATIO † beneficiorum facta inter eos, qui ius non ha- 1
bẽbat in beneficiis permutatis; quia vacauerant per promotionem eorundem permutantium non valet, neque confertur aliquod ius in beneficiis permutatis, nisi ius, quod primo habebant permutantes. Fed. de Sen. *conf.* 200. *Quod permutatio, impr. v.*
sed posito. Gem. *conf.* 21. *n.* 11. † Amplia, vt idem sit, quando ius defi- 2
cit solum vni ex permutantibus; quia non valet permutatio, quæ non potest fieri de re aliena. Fed. de Sen. *conf.* 112. *circa fin. v. vltimo, & difficilius.* Gemin. *d. conf.* 21. *in fi. n.* 12. † Amplia, vt licet beneficia 3
collata ex causa permutationis spectarent ad collationem conferentis ex causa permutationis, & vere vacarent, quando facta fuit permutatio, ex alia tamen causa, quam ex causa permutationis; tamen permutantibus non acquiritur ius in præiudicium conferentis, nisi ex sola causa permutationis. Feder. de Sen. *conf.*
164. *per tot.* † Amplia, vt imo nec conferatur ius, quod habent p- 4
mutantes, quando conferens non contulisset ex verisimili mente, si sciuisset vnionem, puta quod beneficium sit vnitum mensæ Episcopi, vel monasterii, vel dignitati perpetuo; sed tamen possessio & fructus nondum sunt consolidata, certe si fiat permutatio de tali beneficio, non facta mentione dictæ vnionis, nõ valebit permutatio; quia proprietas beneficii erat iã vnita. Fed.
de Sen. *d. conf.* 200. *n.* 2. *v. præterea.* † Amplia, quia is, qui non habet 5
Canonicum titulum in beneficio, licet pacifice illud possederit, non potest illud permutare; quia si ius non habet, non potest illud in alium trãsferre. Cald. *conf.* 301. alias 9. *de rerum permut.* † Li- 6
mita; quia permutatio beneficii facta cum auctoritate Episcopi confert titulum Canonicum obtinens beneficium ex permutatione, absque eo, quod probet titulum sui auctoris, à quo habet
ex permutatione. Cald. *conf.* 302. alias 10. *de rerum permut.* † Decla- 7
ra; quia permutatio fit, & perficitur ex sola collatione, non autem ex præsentatione patroni laici. Gemin. *conf.* 50. *n.* 2. *v. item vbi*
ius est exorbitans.

Permutatio fraudulenta quando dicatur, vel non. Concluſ. 310.

PERMVTATIO † beneficiorum præsumitur dolosa, & facta in 1
fraudem expectantium, quando infirmus ex causa permutationis resignat beneficium simplex procurato, pingue pro tenui, & consanguineo suo, vel amico, ideo non valet. Anch. *cons.*
385. *Licet pridie, per tot.* maxime *à n.* 5. *vsque in fi.* † Restringe; quia p- 2
cedunt ista, quando expectantis gratia extingueretur, puta quia haberet ius vel ad beneficium permutatum, vel ad primam vacaturam, secus si non consumitur; ita Anch. *conf.* 388. *Titius permutauit, n.* 3. *v. iis non obst. an.* † Restringe, quando non esset plene pro- 3
batum, quod pingue cum paruo. Anch. *d. conf.* 388. *n.* 5. † Restrin- 4
ge, quia sola disparitas non arguit fraudem; quia posset esse ratione affectionis particularis, vel aeris, vel amœnitatis. Anch. *d.*
conf. 388. *n.* 5. *& seq. v. præterea & tertio.* † Infirmitas, vt arguat frau- 5
dulentam permutationem, requiritur, quod sit grauis, & quod hoc articuletur, & probetur, alias non sufficit. Anch. *d. conf.* 388.
n. 6. *& seq. v. restat igitur.* † Extende, vt procedat, etiam; si resignans 6
ex causa permutationis decesserit intra tres dies. Anchar. *d. conf.*
388. *n.* 7. *& seq.*

Permutatio beneficiorum quando sit subreptitia, vel non. Concl. 311.

NON † est subreptitia permutatio facta per religiosos in curia 1
non facta mentione religionis; quia permutatio non est ambitiosa, sed iustitiæ; ideo cessat subreptio. Cald. *conf.* 293. alias
1. *de rerum permut.* † Amplia; quia permutatio beneficii reseruati 2
valet in manibus Papæ, non habita mentione de reseruatione generali. Cald. *eõf.* 293. *col.* 1. *v. hinc est, quod tenet*, alias 1. *de rerum per-*
mut. † Amplia; quia non est subreptitia permutatio in manibus 3
Papæ; etiam si permutans non expressit alia beneficia, quæ obtinet. Cald. *d. conf.* 293. *col.* 1. *v. itẽ tenet*, alias 1. *de rerum permut.* Fed. de
Sen. *conf.* 73. *col. fi. v. item permutatio.* Vide, *permutatio beneficiorũ fa-*

uorabilis, & substinetur collatio. Con. l.305. Vide. *Permutari non possunt beneficia reseruata in manibus inferiorum. Concl.307.*

Perpetuum quando dicatur, & quot modis. Conclus. 312.

1 PERPETVVM † dicitur, quod semper durat, seu continue, *l. seruitutes. ff. de seruitut.* Cald. *cons.562.* alias 17. *de verb. significa. in pr.* Alex. *cons.60. circa fin. lib.1.* vbi quod habet multas significationes secundum subiectam materiam. Vide, *Antiquum qualiter, &*
2 *quando aliquid dicatur. Concl.341.* † Quandoque perpetuum dicitur, quod durat ad vitam hominis, *l.1. ff. pro socio.* Fulg. *cons.156. n.*
3 *4. circa fin. v. vel exponentius.* Alex. *cons.86. n.2. lib.1.* Vide plenius in Conclusione proxime sequente. † Quandoque dicitur perpetuum, quod durat vsque ad 30. annos. Cald. *d. cons.562.* alias 17. *de verb. significat.* Alex. *cons.60. Omisso multiloquio, circa med. v. & per hoc*
4 *apparet, lib.1.* † Item perpetuum dicitur concedi, donec pensio
5 soluatur, *Instit. locati. §. adeo.* † Similiter donec comparuit. *c. ex lit-*
6 *teris, de constit.* Vel donec † pœniteat ? dicitur esse perpetuo in peccato. Cald. *d. cons.562. v. interdum dicitur*, alias 17. *de verb. signifi-*
7 *cat.* † Perpetuum etiam dicitur vsque ad tertiam generationem.
8 *§. emphyteusim, auth. de non alie. aut permut.* † Item quæ trãsit ad successores, dicitur locatio perpetua, etiam si transeat cum pacto
9 renouationis, *c. nulli, de reb. Eccl. non alienan.* † Perpetua concessio dicitur facta dignitati, quæ nunquam moritur. Cald. *d. cons.562. in*
10 *fi.* alias 17. *de verb. significat.* † Arbitrarium est, quando aliquid dicatur perpetuum, vel modicum tempus. Cald. de vtroque *d. cons.*
562. v. interdum vsque ad tertiam alias 17. *de verb. significat.* & secundum subiectam materiam diuersimode arbitratur iudex. Alex.
11 *d. cons.60. circa med. v. cum ergo perpetuum. lib.1.* † Ad decem annos dicitur perpetuum quandoque, Fulg. *cons.156. n.4.* vbi, quod statutum disponens perpetuo posse peti reddi rationem societatis, etiam si sit reddita, intelligitur intra decem annos, vel ad vitam
12 sociorum, non autem semper. † Ad centum annos extenditur perpetuum, & non vltra. Alex. plene. *d. cons.60. Omisso multiloquio,*
circa fin. v. cum ergo perpetuum, lib.1. & per totum cons. Vide, Dictio, *perpetuo*, quid importet. *Concl.326.*

Perpetuum non dicitur ad vitam hominis, & quando secus. Conclus.313.

1 PERPETVA † non dicitur donatio facta ad vitam, sed tempo-
2 ralis, *l. iubemus. §. sane C. de sacrosan. Eccl.* † Amplia, quod feudũ non dicitur perpetuum, quod non transit ad hæredes. Oldrad.
3 *cons.226. n.3. v. tertio notorium.* † Amplia; quia licet perpetuum dicatur legatum factum alicui ad vitam suam, quando agitur de præiudicio Ecclesiæ, & idem in concessione ad vitam, vt *in c. hoc*
ius. 2. q.2. in v. perpetua, tamen non dicitur perpetuum legatum factum monacho mendicanti respectu monasterii, licet sit perpetuum quoad monachum. Fed. *cons.12. Fratres prædicatores. n.4. v. &*
4 *licet perpetuum*, vbi quod multis modis accipitur, & facit *cons. Fed.*
52. *in fi. v. item non obstat.* † Item in exemptione personali ad vitam; quia dicitur perpetua. Alex. *cons.86. In causa dationum, lib.1. n.*
5 2. † Amplia; quia non dicitur perpetuum, quod non transit ad
6 hæredes. Oldr. *cons.226. n.3.* † Limita; quia perpetuum dicitur legatum factum conuentui; vel ciuitati quod durat centum annos. *l. fin. C. de sacrosan. Eccl.* Fed. de Sen. *cons.12. n.5. v. accipiatur.* A-
7 lex. *cons.60. Omisso multiloquio. per tot. lib.1.* † Limita in legato facto ad vitam alicuius personæ; quia quoad illam personam dicitur
8 perpetuum. Fed. *d. cons.12. n.5. v. licet enim.* † Declara tamen; quod concessio ad vitam alicuius licet dicatur perpetua quoad eum, in cuius vita durare debet; tamen ista perpetuitas est secundum quid, & non simpliciter, ideo non veniret in dispositione, quæ debet esse perpetua proprie, Fed. de Sen. *cons.52. Quidam Prælatus,*
9 *in fi. v. item non obstat.* † Limita in concessione ad vitam facta ab ecclesia, seu de bonis ecclesiæ; quia dicitur perpetua, & requirit solemnitatem, quæ requiritur in alienationibus perpetuis. Fed.
10 de Sen. *cons.143. in pr. v. item concessio.* † Contrarium tenet idem Fed. *cons.295. v. credo contrarium, vsque in fin.* quod imo concessio precaria facta ad vitam non sit perpetua, neque requirat solemnitates, sed debet seruari ab eo, qui concessit, nisi sit læsus; vel
11 deceptus. † Limita; quia emphyteusis concessa communitati, vel ciuitati dicitur perpetua, & durat solum vsque ad centum
annos. Alex. *d. cons.60. col 1. in fin. v. benefacit, lib.1.* Vide, *Legata annua facta ciuitati, vel Ecclesiæ quamdiu durent. Concl.* 86. Vide,

Precaria concessio bonorum Ecclesia ad vitam facta valet, & quando secus. Concl.473.

Perplexitas quæ sit, & dicatur. Concl.314.

PERPLEXITAS † est quidam terminus reddens actum nullum ex necessitate, vt quando duæ, vel plures insurgunt dispositiones, & vna destruit alteram & mutuo se impediunt, ideo ad euitanda perplexitas, & licitum est ab ea arguere, vt cessat omnino. Oldr. *cons.108. Titius veniens, v. circa secundam.* † Et ideo si quis testatur hoc modo; quia instituit fratrem, & fecit multa legata, & disposuit, quod non possit hæres adire, nisi prius sint satisfacta omnia legata, oritur perplexitas; quia si hæres non potest adire, ante quam soluantur legata, & de iure legata non debentur, nisi adita hæreditate, nasceretur perplexitas; quia vnũ destruit aliud, ideo intelligendum est, ne adeat per apprehensionem bonorum, sed aditio non prohibetur propter intentionem testatoris. Oldrad. *d. cons.108. n.2. v. circa secundam.* † Simile, quando testator legat vsum fructum vxori, & ea mortua, & finito vsufructu instituit consanguineum hæredem; videtur perplexitas, quia vxor debet capere de manu hæredis, hæres non potest esse, nisi finito vsufructu, qui non potest habere initium; igitur vnum destruit aliud, id circo vt substineatur actus. Dyn. *cons.3. Quæstio talis*, allegat multa, & tandem dicit vxorem esse hæredem, & Bald. *cons.*
80. *per tot. lib* 4. plenius *cons.290. Factum tale est, lib.3.* Ang. *cons.* . *Donatus, col. pen.* † Maxime, si adsunt verba, dominam, & vsufructuariam. Bal. *d. cons.290. lib.3. circa fin.* † Vel saltem improprie-
tur vsus fructus vt sit materialis. Bal. *cons.274. Ad euidentiam, in-*
lib.4. † Vel erit procuratrix defuncti vsufructuaria & capiet ea. Bal. *cons.456. circa si. lib.4.* † Vel institutio est pura quoad proprietatem, quoad vsumfructum conditionalis, ideo vt mens seruetur, & perplexitas euitetur, admittitur quælibet solitio Bal. *cons.*
26. *Videretur dicendum, lib.5.* † Simile, si testator instituit ne potens in re certa, & prohibet illum plus petere posse, nullo existente hærede vniuersali, oritur perplexitas, & repugnantia, quæ reddit testamentum nullum; quia licet institutus in re certa exiens accrescendi efficiatur hæres vniuersalis, hic non potest; quia prohibetur ius accrescendi; quia plus petere nõ potest; igitur remanet legatarius, & testamentum sine hærede non valet, ita Bart. *cons.156. Titius, per tot.* maxime *n.3. v. præterea, lib.1.* vbi error impresoris dicitur prolixitas, sed in *cons.81. Iacoputius. n.3. v. præterea quando, lib.2*, quod est Bar. & Franciſci Tigrin. dicit perplexitas & clarius Collegium Pisanum *cons. Bart. 82. q.col. 2 post med. v. nam-*
tas enim testatoris, lib.2. vbi quod voluntas quæ continet perplexitatem, & sic repugnantiam, non valet. *l. si Titius. ff. de condit. in-*
stitut. & hæc omnia repetit Bart. *cons.177. Matthiolus. n.4. v. præterea. lib.1.* † Aliam perplexitatem in personis ponit *l. Aequissimum. ff. ad Tertull.* vbi auus habens filium & ex eo nepotem, emancipauit nepotem, qui diues moritur ab intestato, si mater petit hæreditatem, excluditur à patre, si pater, excluditur ab auo, si auus, excluditur à matre, & sic oritur perplexitas, dicit ibi tex. quod melius est conseruare ius aui, quod emancipatione amiserat, et acquirate, & sic succedit auus. † Aliam perplexitatem potes addu-
cere ex illis duabus regulis contrariis, quæ inuicem se destruũt, vna, si non valet, quod ago vt ago, valeat vt valere potest; alia est contraria, quod potui nolui, quod volui implere nequiui, de ijs bus plenissime *in v. Brocardum.* quod potui nolui. *Concl.133.* Si-
simile format super statuto Bononiæ Anch. *cons.134. Decisi. quo-*
dam. statutum Bononiæ excludit matrem defuncti stante agnato masculo vsque ad quartum; item stante agnato remotiori, & sorore, soror excludit agnatum remotiorem, moritur filius ex-
te matre, agnato intra quartum gradum, & sorore ex vno latere, si mater petit, agnatus excludit, si agnatus petit, soror ex vno latere eum excludit, si soror ex vno latere petit, mater excludit, cuius erit hæreditas? & dicit agnatie ex duobus: primo, quia excludendo matrem excludit ad sui, non alieni fauorem; ideo ostat in locum matris, & excludit sororem ex vno latere: secundo, quia dicit statutum Bononiæ in ordine, primo de agnato excludente matrem disponit, ideo sicut in rescriptis ordo attenditur, ita in statuto. † Contrarium videtur tenere idem Anch. vbi pro-
nit casum statuti Bononiæ inter auiam, patruum, patrueles, & sororem vtrinque coniunctam, & sororem ex vno latere, & dicit patruus, & patrueles ex statuto excludunt auiam, quæ habet solum vsumfructum; auia excludit sororem vterinam, & concurrit cum sorore vtrinque coniuncta de iure communi; quia statutum hoc casu non loquitur, soror vero vtrinque coniuncta secundũ statutum diuidit cum patruo, & patruelibus; quid si exstant cõsistiti? & dicit, quod fiet diuisio secundum statutum; quia diuidetur proprietatem, soror, & patruus in parte patrui, auia habebit vsumfructum secundũ statutũ; in parte vero sororis, quia statutũ non

non loquitur, erit locus iuri cõmuni, & vendicabit à sorore me-
13 dietatẽ partis illi obuentæ. Vide eũ. † Aliam firmat Aegid. Bella. *cons.33.n.34.v.quarto sic.* de tribus prouisis, & expectantibus de beneficio contendentibus A. primus in data impetrans B. secundus in data, & habens gratiam motu proprio, &c. cum clausula, *anteferri*, vltimus in data; nam A. in data primus vincit B. & B. in data secundus vincit C. quia clausula, *anteferri*, non habet locum contra gratiam motu proprio B. & ipse C. propter clausulam, *anteferri*, vincit A. & sic oritur perplexitas; quia si vinco vincentẽ te, multo magis vinco te, & soluit, quod attenditur mens Papæ deducto termino inducente perplexitatem, vide eum, quia ob-
scure loquitur, allegat *c. auctoritate, de excess. Prælat. lib.6.* Vide, *Repugnantia non admittitur, sed potius annullatur actus, & quando. Concl. 203.* Vide, *Vincens vincentem te multo magis vincit te. Concl.208.*

Perseuerantia actus requiritur, vt effectum producat, & quando secus. Concl. 315.

1 NON † sufficit actum fuisse cæptum, nisi fuerit consummatũ, vt effectum producat; quia requiritur perduratio. Crau. qui ponit infinita exempla *cons.182. Videtur, quod iudicium, in pr.*
2 † Et venditor non dicitur tradidisse, & defendisse rem venditã emptori, si facta traditione non perseuerauit effectus, donec saltem pensionem & fructus perceperit tempore conuento. Cald. *cons.5. de locato*, alias 283. *v. præterea sicut venditor.* vbi idem dicit in
3 locatore. † Et negans à principio aliquid; si antequam fiat ex aduerso probatio, confiteatur, non habetur pro negante, vt perdat commodum tanquam negans, ex quo non perseuerauit. Alex. *cons.83. in causa & lite inter n.3. lib.1.* Rom. plene *cons.59. Ad discutiendum, n.9.v. quoad vltimum* & plenius *cons.70.n.4.v. quoad ter-*
* *tium*, vbi apost. *in v. reuocauit*, dicit * communem, & citat plurimos. Abbas *cons.17. In quæstione, in pr. lib.2.* † Et non dicitur venisse, qui comparuit, & ante horam recessit. Vide, *Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit. Concl.75.* plura ad hoc Marsil. *cons.122, in pr.* vbi infinita similia adducit. † Et non dicitur paruisse præcepto de dis-
5 gombrando is, qui habito præcepto disgombrauit, sed postea reuersus est in possessionem; quia dicitur spernere præceptum, si non perseuerat in disgombratione. Bart. *in l. sicut. §. superuacuum, num.2. ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluitur, n.2.* sequitur Negus. *de pign. parte 3. membro 2. num.16.* vide Castr. *in l. Titio centum, in pr. ff. de*
cond. in deb. vide, quæ posui ad Bart. Vide, *Effectus iuris attendendus,*
6 *vel potius effectus facti. Concl.52.* † Sed tamen declara, vt per Lanfr. de Orian. *tr. de arbitr. in vlt. parte, q.41.* vbi, an condemnatus disgombrare ex laudo sub pœna incidat in pœnam, si disgumbra-
7 uit, sed postmodum statim de nouo occupauit. † Amplia; quia ad hoc, vt sit locus pœnæ legali propter contrauentionem, non sufficit cõtrauentio, si ante sententiam desistitur, secus est in pœna conuentionali. Curt. *in repetit. l. si quis maior. in fi. C. de transact.*
8 Abb. *cons.17. In q. in pr. v. secundo principaliter li.2.* † Et qui producit, vel vtitur instrumento falso, vel testibus falsis, qui ex forma statuti perdere debet causam; intelligitur, si illa non fabricauit, quatenus non perseueret vsque ad sententiam; quia si desistat ante sententiam, non incurrit pœnam. Alex. *cons.108. Viso proces-*
9 *su. n.7. v. plus dico, lib.6.* † Declara; quia ante sententiam intelligitur de sententia, quæ facit rem iudicatam; ideo in causa appellationis potest desistere, sicut morosus, qui potest moram purgare vsque ad sententiam, illam purgat in causa appellationis. A-
10 lex. *d. cons.108. n.7. & seq. lib.6.* † Et quod non sufficiat ei, qui supplicauit contra iuramentum, quod renunciet rescripto ad euadendam pœnam *l. si quis maior.* quæ est conuentionalis, late Pam-
* pil. *in d. l. si quis maior. C. de transact. num.27.* vbi de * communi.
11 † Extende; quia stante statuto, quod quicumque traxerit subditum extra potestariam, incurrat certam pœnam, non habet locũ per solam citationem, nisi perseuerauerit faciendo contestari item; quia licita est pœnitentia ad euitandam pœnam legalem re integra. Bar. *in l. quæsitum. ff. ad Turpill.* quia tali casu nõ dicitur age-
12 re, vel trahere, sed velle agere; & velle trahere. *l. amplius non peti. ff. rem vxor. hab. l. in seruitutem. §. petiisse. ff. de bon. liber.* † Extende; qa statutum Bononiæ imponens pœnam librarum vigintiquinque ei, qui petit exequutionem sententiæ, cuius appellatio pendet, non habet locum, si petiit exequutionem, & perseuerauit etiam in causa appellationis, dummodo non vsque in finem iudicii. A-
lex. plene *cons.59. Viso titulo, in fi. n.19. v. postremo etiam videtur, lib.4.*
13 † Amplia; quia ea, quæ momento durant, non sunt in consideratione. Marsil. *in l. fin. n.156. & seq. ff. de iurisdict. omn. iud.* vbi ponit plura exempla, quæ videas, & in fine adducit, quod parum, & nihil æquiparantur, & quod pœnam non incurrit prohibitus fa-
14 cere aliquid, si facit, & non durat. † Amplia; quia is, qui impugnauit, seu impugnat testamẽtum, priuatur commodo, quod potest ex eo consequi, quod intellige, nisi ante sententiam desistat ab impugnatione. Cast. *cons.31.n.2.v. circa secundum, li.2.* † Amplia; quia licet is, qui negat id, quod est causa sui priuilegii perdat priuilegium, hoc est verum, si perseuerauerit; secus, si reuocauit. antequam aduersarius probauerit contrarium. Ias. *in l. sed hoc ita. §. quod autem ff. de re iud.* Vide, *Effectus attenditur potius, quam verba. Concl.50.* Vide, *Impugnans aliquid non potest se fundare ex eo, & è con-*
uerso. Concl.57. Vide; *Momenta nea nõ sunt in consideratione. Concl.309.* Vide, *Pœnitentia quando excuset à pœna dicti. Concl.262.* Vide, *Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit. Concl.75.* Vide, *Verba cum effectu sunt intelligenda. Concl.90.* † Limita in iis, quæ momento implentur, prout
16 si feratur laudum, quod Titius teneatur locare fundum Seio sub pœna mille, si locauit, impleuit; vnde, licet post locationem ipse locator vendat rem locatam, & emptor non velit stare locationi, non propterea locator tenetur ad pœnam laudi, quæ fuit extincta statim facta locatione, sed bene tenetur ad pœnam in locatione contentam, seu ad interesse. Bart. *cons.181. Præcepit arbiter. lib.1.* vbi apost, dat concor. † Declara totam hanc materiam; quia
17 si pœna laudi esset pro locatione successiua ad tot annos, tunc duraret pœna laudi, si impleretur tempus locationis, sed si est solum, vt locet, dicitur impleta conditio, si locauit, sic loquuntur multa contraria, quæ adducit Bart. *d. consil.181. per tot. lib.1.* Vide, *Conditionem semel extitisse sufficit, & quando secus. Concl.598.*

Personarum diuersitas ex multis colligitur. Concl. 316.

PERSONARVM † diuersitas consideratur ex multis: Primo ex 1
statu; quia aliqui sunt liberi, alii serui, alii ingenui, alii libertini; item aliqui integri status, aliqui diminuti. Bart. *in extrauag. ad reprimendum in v. Status.* † Secundo ratione dignitatis differunt; 2
quia aliqui habent dignitatem cum administratione, alii sine administratione, alii nobiles à natiuitate, vt filii Senatorum, alii ignobiles, & viles personæ. Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum, in v. dignitatis.* † Tertio ratione conditionis; quia aliqui masculi; aliq 3
fœminæ, aliqui maiores, aliqui minores. † Quarto ratione diuer- 4
sitatis patrimoniorum, ideo fratres hæredes patris, & deinde etiam hæredes sororis, si compromittunt tanquam hæredes patris, non censentur compromisisse tanquam hæredes sororis, & laudum latum non præiudicat eis hoc casu in hæreditate sororis, licet sit generale. Ang. Aret. *cons.71. Viso dicto themate per totum.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Persona vna potest habere iura diuersarum personarum. Concl. 317.

VNA † & eadem persona potest habere diuersa iura, & re- 1
præsentare diuersas personas; & eo casu non est tractanda tanquam vna persona, sed tanquam plures. Lap. *allegat. 99. Commune Florentiæ*, vbi ponit plura iura, & exempla ad hoc. Cald. *cons. 229. in fi.* alias 7. *de præben.* Bald. *cons.167. Titius vendidit. circa fin. v. ad hoc facit, lib.1.* vbi, quod perinde est, ac si essent plures personæ. Castr. plene *cons.250. Quod ista fuit, in pr. lib.1.* allegat tex. *in l. tutorem. ff. de iis, quibus vt indign. & cons.313. Notandum, in pr. eod. lib.1.* Vide, *Consensus quãdo non noceat consentienti, qui alias noceret. Concl.753.* Vide, *Hæres adeundo simpliciter confundit suas actiones. Concl.52.* Vide, *Personarum diuersitas ex multis colligitur. Concl.316.* † Declara; quia 2
est generale in omnibus quod vbi diuersa iura non repugnantia concurrunt in eadem persona, finguntur duæ personæ. Lap. *d. alleg. 99. circa fin. v. & generaliter*, vbi Bart. plene in sua *q.15. Statuto ciuitatis, in pr. v. quarto probatio sic.* † Declara, vt procedat regula, quã- 3
do plura iura compatibilia concurrunt in eadem persona, & sunt singula principalia de se, secus si sunt principalia, & accessoria, Bart. *in d. q.15. Statuto ciuitatis, col. fin. v. non obstat quarta ratio.* † Am- 4
plia, quod vnus habens duo officia in sua persona, quæ officia singula habent eadem priuilegia, debet habere priuilegia duplicata, prout haberent, si essent duo. Lap. *d. alleg. nu.99.* vbi est casus de officialibus Florentiæ. † Extende, quia exercens duas ar- 5
tes habentes diuersas constitutiones, & diuersa statuta, tenetur obseruare constitutiones, & consuetudines vtriusque artis. Roman. plene *cons.422. Iste Franciscus, per tot.* vbi apostilla *in verb. de duobus*, dat concord. & ibi Rom. docet, quod licet sit vna persona, repræsentat tamen duas personas duarum artium. † Extẽde; 6
quia habens Ducatum, & Comitatum, ex quibus recognoscit diuersos superiores, licet vna sit persona; tamen in Ducatu repræsentat vnam personam, in Comitatu aliam. Roman. *d. cons. 422. circa fin. v. quarto*, vbi dicit esse * communem conclusionem. *
† Amplia; quia qui gerit duplex officium, duplex salarium ha- 7
bere debet; quia finguntur plures personæ. Rom. *cons.25. Viso facto per tot.* vbi plena apost. dat concor. vbi de garzone apothecæ

effecto Notario; quia vltra salarium conuentum pro ganzone debet satis fieri pro salario instrumentorum, quæ rogauit pro a-
8 potheca; quia diuersum officium est. † Amplia; quia Legatus potest repræsentare duplicem personam, si habet ius conferendi iure legationis, & iure specialis priuilegii Apostolici, & non di-
9 citur eadem persona. Cald. *d. cons.* 229. alias 7. *de præben.* † Extende, vt procedat regulariter in omni persona, quæ aliquid potest facere nomine suo, & nomine alieno, vt non dicatur eadem persona, sed diuersæ personæ, respectu eorum, quæ gerit diuerso iu-
10 re, Cald. *d. cons.* 229. *circa fi. v. nec obstat*, alias 8. *de præben.* † Amplia, vt procedat etiam passiue; quia eadem persona potest obligari, tãquam principalis pro se, & etiam tanquam fideiussor pro aliis respectu eiusdem negotii, Bald. *cons.* 454. *Quoad punctum, lib.* 2. *in pr.*
11 † Amplia; quia eadem persona possidens iure hæreditario bona empta, quæ erant supposita fideicommisso restituendo ipsi hæredi, non vt hæredi, sed tanquam tertiæ personæ potest retinere bona, vt fideicommissarius, & agere tanquam hæres de euictione, cõtra eum, qui vendidit dicta bona, vt pretium consequatur.
☞ Cuman. *cons.* 33. *Quidam ponamus.* Vide, *Euincere à se ipso quilibet po-*
12 *test. & diuersis respectibus. Conclusio.* 364. † Extende in casu conuerso; quia eadem persona potest esse obligata ad aliquid nomine suo, & velle retinere tanquam hæres ex alio iure. Ang. Aret. *cons.*
13 81. *In themate supradicto, n.* 35. *v. nec obstat quartum.* † Amplia in supremo Principe, qui in suo regno habet etiam Comitatum; quia debet esse, & reputari Rex, & Comes, ita vt tanquam Comes subsit Regi, prout alius, ideo ipsemet diuersis respectibus sibi est superior, & inferior. Rom. *cons.* 422. *Iste Franciscus. n.* 2. *v. quarto*
14 *ad idem facit.* † Amplia, quia mater tutrix filiorum si aliquid negat etiam cum iuramento; non tamen sibi præiudicat in iure suo, quin super re neg ita possit se fundare; quia duplex persona ibi repræsentatur, tutoris, & propriæ personæ. & vnum non infert
☞ aliud, Bal. *cons.* 394. *Quod Notarii collegii. n.* 2. *v. super secundo lib.* 4. Vi-
15 de, *Officium suum nemini debet esse damnosum. Concl.* 94. † Amplia; q. a Notarius testando potest scribere, & rogari de suo testamẽto, q. valebit, quia duplicem habet personam, tanquam testator, & tãquam Notarius. Sign. Homod. *cons.* 66. *Factum tale est col.* 3. *v. præ-*
16 *terea cum hic tractatur.* † Amplia, quia obligatus tueri aliquem, vel cedere iura contra omnes, tenetur etiam cedere cõtra seipsum, licet hinc inde detur exemplum. Ia. *cons. in l. fratre à fratre, n.* 23. *& seq. ff. de cond. indeb.* Vide, *Cessio iurium quid operetur, vel non. Concl.* 205.
17 † Amplia; quia depositarius Cameræ Apostolicæ potest vti priuatus emere iura contra Cameram, & cessante dolo valet contractus; quia duplicem personam repræsentat. Castr. *d. cons.* 250. *in*
18 *pr. lib.* 1. † Extende in eo, qui habet ius conductionis & ius intraturæ, quæ iura sunt diuersa; vnde cedens iuri locationis non cẽ-
19 setur cedere iuri intraturæ. Castr. *cons.* 313. *per tot. lib.* 1. † Amplia; quia exequutor ad compellendum potest esse exequutor, etiam si ipse sit vnus ex iis, qui debent compelli, si vult agnoscere bonã fidem; quia põt plures personas repræsentare, dummodo sibi nõ
20 imperet. Anch. *cons.* 154. *Quæstio super qua, n.* 3. *seq.* † Extende; quia si tutor pupilli sit etiam socius, vel debitor, tunc duplicẽ repræsentat personam. Signor. *cons.* 121. *in pr.* vbi, quod in eo procedit ar-
21 gumentum de tanquam tali. † Amplia in hærede cum beneficio legis & inuentarii; quia potest tanquam creditor ex persona sua consequi, & agere contra hæreditatem, quã obtinet cum inuentario quo ad omnes effectus, ita Rolan. à Valle *tr. de inuent. in* 10.
* *vtilitate. fol.* 105. *n.* 7 & hãc dicit magis *cõem *n.* 8. reprobato Cyn.
22 Bart. Salyc. & Fulg. vt ibi. † Contrarium Cyn. Bart. Salyc. & Fulg. *in l. debitori. C. de pact.* quod imo extinguitur actio substantialiter, ne possit idem agere contra se ipsum, sed quod remanet quoad
23 effectum saluum ius hæredi; ideo retinere potest. † Amplia; quia vna persona potest esse exequutor laudi, & sententiæ, & iudex appellationis, seu, reductionis, & si extat statutũ, quod exceptio requirens altiorem indaginem non impediat exequutionẽ, debet exequi, postea cognoscere, prout si essent duo iudices; quia eadem persona repræsentans duo officia iudicatur, vt duæ personæ diuersis respectibus. Castr. *cons.* 255. *Primo, & ante omnia. col.*
☞ 1. *in fi. lib.* 2. Vide, *Effectum diuersum quando eadẽ res habere possit. Concl.*
24 54. † Amplia, vt idem sit in rebus; quia eadem res potest diuersis respectibus esse vnum, & aliud, vt in feudo, quod potest esse an-
☞ tiquum, & nouum. Vide, *Feudum potest esse antiquum, & nouum di-*
25 *uersis respectibus. Concl.* 17. † Et is, qui potest plures personas repræsentare, si compareat in iudicio tanquam persona habens certã qualitatem, iudicium sibi nõ nocet extra illam qualitatẽ. Rom.
26 *cons.* 88. *Tribus rationibus, in pr.* † Idem in compromissis factis ab vno tanquam hærede patris; quia extra hæreditatem paternam non debet nocere compromissum, sicut iudicium. Rom. *d. cons.*
88. *in pr.* † Et valet argumentũ de tanquã, vt si tanquã certa p̃sona: me obligaui, non extenditur extra illam personam. Sign. Homod. *cons.* 227. *n.* 3. † Limita in officiis; & dignitatibus incompatibilibus. Vide, *Officia duo quis regulariter gerere non potest. concl.* 97. ☞
† Limita in vocibus electionum; quia licet quis habeat duo of- 29
ficia, tamen circa electionem non habet, nisi vnam vocem, etiã si officiis duæ voces competerent, quando essent in duabus personis. Bald. *cons.* 344. *Et pro ista, in fin. v. quare enim, lib.* 5. vbi, quod ratio reddi non potest. † Limita; quia in eodem subiecto non 30
potest esse actio, & passio, ideo nemo potest esse debitor, & creditor, *l. debitori. C. de pactis*, vbi Cyn. Bart. Salycet. & Fulg. qui volunt, quod hæres confecto inuentario nõ agit; quia licet saluum sit ius sibi in habenda ratione æris alieni, non tamen agit, ne in 31
eodem subiecto sit actio, & passio. † Contrarium, quod imo hæres cum beneficio possit agere prout alius pro suo credito. & nõ sit extincta sua actio; tenent Bald. Castr. Alex. Ant. de Alex. & alii, quos Rol. à Valle *tr. de inuentario. fol.* 105. *in* 10. *vtilitate. n.* 7. vbi
dicit, magis * communem. † Declara ig tur; quia potest hæres cũ * 32
beneficio obtinere dari curatorem hæreditati tanquam iacenti, & agere pro suo credito. Chassan. *cons.* 22. *n.* 14. quem sequitur Roland. vbi supra. † Declara; quia licet plures teneant, quod in 33
eadem persona non possint cadere contraria, videlicet actio, & passio, sed bene diuersa; quia repugnantia in eodem subiecto stare non possunt. Bald. *in c. ex litteris, n.* 5. *de probat.* & alii tamen illud intelligitur considerata solum corporali persona, secus si accedat intellectualis consideratio, vt considerentur tanquam plures personæ. ita Tiraq. plene *de nobilit. c.* 28. *n.* 11. *& multis seq. &*
de retract. lignag § 1. *gl.* 18. *n.* 21. *& seq.* vbi citat infinitos. † Et ideo 34
non valet legatum factum hæredi, quia non potest esse debitor, & creditor, quod limita, & declara, vt per Ia. *in l. plane. §. duobus, n.*
5. *& seq. ff. de leg.* 1. Fulg. *cons.* 99. *in pr.* Vide, *Legatum factum hæredi nõ* ☞
valet, & quando secus. Concl. 67. † Extende idem in legato facto alicui, 35
cui de re legatari; quia non valet eadem ratione, quod qualitas procedat; & fallat, Ia. *cons. in l. huiusmodi. §. si Titio. n.* 14 & 15. *de leg.* 1.
† Extende; quia non valet obligatio patris ad fauorem filii exi- 36
stentis in potestate in profectitiis, neque fideiussor obligatur; quia quicquid acquirit filius, patri acquirit, ideo actio & passio in patre esse non potest, vt sibi debeat. Sign. *cons.* 126. *per totum,*
† Restringe; quia bene potest quis donare, & cedere grauato re- 37
stituere certa bona, & valebit cessio, & donatio; quia licet non possit contra se ipsum agere. & pati; tamen valebit vt liberatio. Fulg. *cons.* 100. *Testator in suo, in fi.* vbi idem dicit in creditore legãte suo debitori; quia resoluitur in liberationem. † Limita; quia 38
licet sit regula, quod habens diuersa iura, quæ si essent in diuersis personis, parerent diuersos effectus, idem sit in eadem persona, tamen hoc intelligitur, si remanet eadem ratio, quæ in diuersis personis, alias secus. Soc. *cons.* 93. *Circa primum n.* 8. *v. & hoc confirmatur, lib.* 1. † Limita in alimentis; quia semel debentur, ideo ali- 39
mentandus ex pluribus iuribus debet semel alimenta percipere. Zab. *cons.* 53. quod est subscriptum à Baldo, maxime sita est consuetudo.

Personæ appellatione quid veniat, & comprehendatur. Concl. 318.

PERSONÆ † appellatio intelligitur de persona animata, ideo non venit Hospitale, neque locus pius, vel ecclesia in dispositione laicali onerosa. Bald. *cons.* 132. *Casus quidam. circa fin. v. primo*
quia, lib. 3. † Amplia; quia personæ appellatione de propria significatione non venit Communitas. Rom. *cons.* 195. *In casu pramisso,*
n. 3. plenius *cons.* 400. *Quæritur. an statutum, n.* 4. *& seq.* vbi apostilla *in verbo, existimo*, dat concord. *& cons.* 436. *in pr. vsque ad n.* 5. † Extende; quia dispositio pœnalis loquens per verbum, *si quis fecerit*, non comprehendit vniuersitatem in pœnalibus, & odiosis, secus in fauorabilibus. Hieron. de Torris *cons. suo, quod est post cons.*
Ant. de Butr n. 10. *v. & quando text. loquitur.* † Extende in statuto lo- 4
quente de præscriptione personali, seu contra personam negligentem petere; quia non habet locum contra vniuersitatem; quia materia est odiosa, in qua appellatione personæ non venit Communitas. Rom. *d. cons.* 195. *n.* 3. † Extende; quia in statutis, & aliis dispositionibus exorbitantibus appellatione personæ non venit vniuersitas, vel collegium. Rom. *d. cons.* 400. *n.* 4. vbi, quod non venit in statuto, quod inter personas omnes fiat compromissum. Alexand. *cons.* 216. *Nec arguendi. num.* 11. *versic octauo, lib.* 2.
† Extende; quia in derogatione odiosa non venit collegium, & vniuersitas DD. Auditorum Rotæ, etiam si sit dictum, quod deroget priuilegiis concessis personis in genere, vel in specie sub qua-

sub quacũque forma. Rõ. *d. cons. 436. Quod indultum, n. 2. & seq.* vbi
7 *n. 4. & seq.* aliud est persona, aliud collegiũ, seu vniuersitas. † Extende; quia in crimine læsæ maiestatis iura, quæ loquuntur in personam Imperatoris, non possunt habere locum in ciuitate libera, prout Lucana ciuitas; quia in odiosis non venit vniuersitas, vel collegium appellatione personæ, etiam si adsit similitudo
8 rationis, quia habet iura Imperatoris. Soc. *cons. 275. lib. 2.* † Extende; quia in statuto disponente per verbum, *si quis*, vel per verba personalia nunquam includit collegium, Vniuersitatem, vel Communitatem, aut Capitulum, plenissime Calcan. *cons. 1. n. 2. &*
9 *seq.* vbi infinita exempla ponit. † Extende; quia clausula, *& quoslibet alios*, non comprehendit Vniuersitatem. Fel. *in c. eam te, n. 15. de re-*
10 *script.* † Idem; quia appellatione hominum certi loci nõ venit vniuersitas, sed particulares homines. Felin. *d. c. eam te, n. 15. de reser.*
11 Extende; † quia reuocatio omnium priuilegiorum concessorũ quibuscumque personis non comprehendit Vniuersitatem, Commune, Collegium, vel Capitulum. Alex. *cons. 216. Nec arguendi, n. 11. v. octauo, lib. 2.* vbi apostilla *in verbo, personarum*, dat con-
12 cord. † Extende in mandato procuræ dato contra quamcumque personam; quia non extenditur ad Vniuersitatem, Commune,
13 vel Collegium. Alex. *cons. 216. n. 11. v. octauo, lib. 2.* † Declara; quia licet appellatione personæ non veniat Vniuersitas, Communitas, Capitulum, & similia, bene sub lata significatione vocabuli veniunt, & ideo in materia fauorabili, vel etiam odiosa extendibili, vel ex eo, quia disponens, si de hoc fuisset interrogatus, respondisset, vel quando ratio est expressa, quæ militat in vniuersitate, prout in persona, vel ab absurdo vitãdo, vel si ageretur de publica vtilitate, appellatione personæ venit Vniuersitas. Alex.
14 *d. cons. 216. n. 31. & seq. v. ad octauum, lib. 2.* † Restringe maxime in Vniuersitatibus villarum; & castrorum, quæ potius accedunt rei priuatæ, quam rei publicæ; quia sub lata significatione continẽtur magis de facili appellatione personæ, quam Vniuersitates ciuitatum, quæ dici possunt respublicæ. Alex. *d. cons. 216. Nec ar-*
15 *guendi, n. 35. & 36. v. sed ita est, lib. 2. iuncto n. 11. v. & ideo.* † Restringe in fauorabilibus, & multis casibus, quibus per extensionem cõtinentur, de quibus Fel. *d. c. eam te, n. 15. in 3. & 4. declaratione, de rescr.*
16 † Restringe, quando adesset dictio vniuersalis, *qualibet*, vel, *quæcumque persona*. Alex. *d. cons. 216. n. 35. lib. 2.* licet *n. 11.* alleget contraria, plenius *cons. 17. In causa, & lite, in fin. n. 6. lib. 6.* vbi dat alia similia in officio iudicis, quod non venit sub nomine actionis, nisi adsit dictio vniuersalis, *quæcumque actio*; quia impropriam conti-
17 net. † Restringe; quia improprie, & per repræsentationem bene venit Communitas; quia est ficta persona, ideo large sumpto vocabulo continetur, idem Rom. *cons. 195. n. 3. & cons. 400. n. 3. & in fin.* vbi quod in fauorabilibus ex extensione potest venire, & *cons. 436. n. 2. & n. 5. in fin.*

Personalia iura quæ dicantur, quæ à persona non separantur. Concl. 319.

1 PERSONALIS † dicitur iurisdictio voluntaria; quia non cohæret territorio, sed personæ; ideo sequitur personam, & inhæret personæ, sicut character in anima. Cald. *cons. 468. ante med. ver.*
2 *probatur tertio*, alias *3. qui filii sint legit.* † Character in anima imprimitur inseparabiliter. *l. 3. ff. pro soc. cum ibi not.* † Lepra sequitur, le-
4 prosum, not. *in l. ex ea ff. de postul.* † Excommunicatio sequitur excommunicatum. Cald. *d. cons. 468. v. probatur tertio*, vbi omnia põ-
5 dicta ponit, alias *3. qui filii sint legit.* † Actiones directæ personales
6 inhærent ita personæ; vt cedi nõ possint. † Iura Episcopalia quoad superioritatem, & præeminentiam cedi non possunt, *c. cũ ve-*
7 *nerabilis*, vbi gl. *de censib.* † Iura patroni in liberto quoad quædam semper remanent penes patronum. Cald. *d. cons. 468. v. probatur*
8 *tertio*, alias *5. qui filii sint legit.* vbi prædicta omnia ponit. † Declara tamen; quia in dubio potius reale dicitur, vel præsumitur, quam personale pactum, quod declara, vt per Crau. *cons. 929. per totum.* vbi videtur restringere in casu obligationis, vt minor sit obliga-
9 tio. † Prohibitio testatoris inter filios, quod non possint diuidere, & si diuidant, quod debeat ille, qui plus consequeretur ex dotibus maternis, vel alias alteri communicare, quia vult omnino eos æqualitatem seruare, dicitur personalis; ideo non habet locum mortuo filio inter patruum & nepotem filium mortui.
10 Castr. *cons. 304. Super primo, in pr. lib. 2.* † Item prohibitio alienationis facta certæ personæ nominatæ dicitur personalis, & persona non egreditur. Castr. *cons. 340. Quia supra in narratione, in pr. lib. 2.*
11 vbi, quod prohibitio facta filiis non extenditur ad nepotes. † Fideicommissum non extenditur de persona ad personam neque de casu ad casum. Vide *Fideicommissum factum primo hæredi non transit ad secundum. Concl. 253.* † Precarium, Vsusfructus, legatum
12 annuum, & alimenta sunt de sui natura personalia, & non transeunt ad hæredes; nisi sit expresse dictum; quia tunc transeunt. Bart. *cons. 96. Dico partes, n. 4. lib. 1.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Personalia quæ dicantur, vel non. Concl. 320.

PERSONALIA † sunt, quæ non transeunt ad hæredes; ideo pac- 1
tum, quod non transit ad hæredes, dicitur personale, plura Cephal. *cons. 352. n. 3. & seq. lib. 3.* Decian. *cons. 1. n. 67. lib. 2.* † Diuisio 2
inducens renunciationem fideicommissi personalis dicitur; qa diuidentibus præiudicat, non autem descendentibus vocatis ex fideicommisso. Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 101. v. hoc præsup-*
posito. ff. de verb. oblig. * vbi dicit * communem. Deci. *cons. 323. in fin.* *
Natta *cons. 470. n. 10. in fin. cum seq.* Vide, *Diuisio lucri, & damni qua-*
liter fiat inter operarios socios. Concl. 538. † Artificia, & artes dicuntur 3
personalia, & ideo iura intraturæ, quæ conceduntur artificibus, dicuntur personalia; quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis; & ideo non sunt alienabilia, nisi quoad commoditatem, prout dicimus de vsufructu. Castr. *cons. 243. Super primo. li.*
1. in pr. vbi tenet contrarium, quod imo sit reale, prout seruitus realis, quæ vendi potest, *li. 1.* † Declara; quia res, quæ põt esse per- 4
sonalis, & realis, prout intratura apothecæ propter artem; quia applicatur personæ artificis, & etiam rei, videlicet apothecæ, potius iudicatur realis, & alienabilis, si extat consuetudo, quod possit alienari. Castr. *d. cons. 243. col. fi. lib. 1.* † Amplia in pacto, & 5
omni dispositione personali; quia persona non egreditur; quia est personale, *ff. solut. matr.* † Extende in consuetudine ad fauorẽ 6
Venetorum inducta, quod ius retractus non habeat locum in bonis venditis per Venetos; quia non habet locum, nisi in personis Venetorum. Castr. *cons. 349. Consuetudo, per tot. lib. 2.* † Exten- 7
de in obligatione; quia si personalis est, non transit ad successorem. Rom. *cons. 417. In casu proposito, n. 7.* vbi, quod si est ex liberalitate, censetur personalis, etiam si ipsa obligatio principalis sit facta habito respectu ad rem, quæ transit ad successorem, vbi apostilla *in v. successoris.* Vide Conclusionem proxime præcedentem. Vide, *Actiones directæ personales ita inhærẽt ossibus, &c. Concl. 97.*
Vide, *Actio personalis contra quos non competat. Concl. 99.* Vide, *Pacta*
personalia ad quos se extendant. Concl. 10. † Limita; quia multa sunt 8
personalia, sed quia sunt in rem scripta; transeũt ad successores. Tiraq. *de retract. lignag. §. 8. gl. 5. n. 8.* † Declara tamen; quia perso- 9
nalia, prout obligatio ex liberalitate, licet sit realis habito respectu ad rem, quæ transit ad successorem; non tamen transit ipsa obligatio personalis. Rom. *cons. 417. n. 7. v. hos nobiles*, vbi apostilla fin. *in v. successoris*, dat concord.

Personatus in quo differat à dignitate. Concl. 321.

PERSONATVS † minor est, quam dignitas: quia est quidam 1
honor sine administratione, & inter dignitatem, & personatum magna est differentia. Oldr. *cons. 150. In Ecclesia Valentina, n. 3.*
v. secundo est attendendum. Fed. de Sen. *cons. 49.* vbi, quod dignitas habet collegium, vel conuentum, personatus habet quandam prærogatiuam inter non habentes dignitatem, vt in processionibus, vel vocibus dandis personatum habens præferatur simplicibus parochialium Rectoribus. † Limita; quia dignitas, & 2
personatus sunt synonyma, & vnum pro alio sumitur in materia larga, & fauorabili. Oldr. *d. cons. 150. v. si autem sumitur large, n. 3.* Feder. de Sen. *cons. 25. num. 2. in fi. inv. videtur saluo.* Vide, *Officia quando*
dignitati, vel personatui æquiparentur, & quid sit. Concl. 92.

Persuadens quando teneatur, vel non, & quid operetur persuasio. Concl. 322.

PERSVADENS † alicui, vt vendat pro tanto pretio, vel locet; 1
quia res non valet plus, si decepit, tenetur; quia præsumitur dolose. gl. fin. in fine *in l. item si pretio. §. fi. ff. locat.* Vide, *Affectatio o-*
peratur multa, vt affectans perdat priuilegiũ, & quando secus. Concl. 237.
† Et persuasio, ac sollicitatio facta per patrem filiæ ad renuncian- 2
dum patri dicitur callida machinatio, quæ infert dolum; ideo filia absolui debet à iuramento, nõ obstante decreto iudicis; quia nimia læsio probat sollicitationem, persuasionẽ, machinationẽ, & dolum. Castr. *cons. 174. Contra superius consulta in pr. & per tot. lib.*
1. Crauet. plene *cons. 192. num. 11. & seq.* † Amplia; quia si Nota- 3
rius persuasit donantem ad donandum; quia poterat reuo-

care ad lui placitum & sit inter viuos, succurritur donanti, ne ex persuasione decipiatur. Crau. *cons.* 192. *n.* 13. vbi plura exempla ponit; quod succurritur ei, qui fecit actum persuasione aliena sibi nociuum. Vide, *Credulus nimis esse debet nemo, & quando secus. Con-*
4 *cl.* 1071. † Amplia in stupro, vel alio delicto facto ex persuasione callida alterius; quia dicitur cum violentia; ideo seducens blanditiis puerum, vel puellam, & stuprans dicitur violenter stuprasse, vt pœna mortis puniatur, Vide omnino Decian. *tr. crimin. tomo* 2. *tit. de raptu, c.* 7. *lib.* 8. *n.* 7. *& c.* 15. *tit. de stupro. n.* 7. vbi pulchra, quando; & in quibus procedant à pari violentia, & callida per-
5 suasio. † Amplia, quia donatarius, qui amico suo persuasit, vt mutuaret scuta 300. donatori; quia habebat tot bona, quod erat tutus, mortuo donante si vult tueri bona, tanquam sibi donata:
* quia tenetur soluere, vel actione mandati, *l.* 1. vbi oēs *Doctor. ff. mand.* ex quo ex dicto rogitu inferente ad mandatum censetur remanere obligatus, vt fideiussor debitori ad soluendum. *l. diligenter est, l. si remunerandi, §. si tibi. ff. eod. tit.* vbi Doct. tam antiqui, quam moderni. Roffred. *in tr. libell. sub rubric. de actio. mand. n.* 1. Azo. *in summa, tit. mandati, n.* 3. vel tenetur actione de dolo, quæ est subsidiaria, cum appareat dolose extortum dictum mutuum, adhoc, vt donans non venderet bona iam donata in præiudiciū donatarii deprecantis dictum amicum, vt mutuaret; quo casu cum persuasio non sit vera, & persuadens consequatur lucrum saltem in conseruando sibi bona donata, dicitur dolus probatus, *l. & eleganter, §. fin. cum lege seq. ff. de dolo,* vbi Bart. & consequenter tenetur de dolo, & maxime; quia creditor tractat de damno vitando, donatarius de lucro captando; tamen iura dicto donatario reualendi se contra bona donantis, si quæ adsunt, remanēt
6 illæsa. † Amplia; quia si superior, vel is, qui potest imperare, persuadet, vt aliquid fiat ab eo, qui imperare potest, censentur incu-
7 tere metum. Castr. *cons.* 146. *lib.* 1. Vide, *Preces maiorum præcepta inferioribus dicuntur. Concl.* 484. † Amplia; quia testamentum factū, & institutio ad preces & ad suasiones alterius non valet, puta si testator interrogatus, an vellet instituere Seium hæredem, dixit, quod sic, quia nisi constet, quod prius tractauerit de illo instituendo; & ordinauerit fieri testamentum, non valet. Crau. *cons.* 515.
8 *n.* 15. *& seq.* † Amplia; quia non valet reuocatio testamenti, in quo pia causa erat instituta, etiam si instituantur venientes ab intestato, quando constat, quod suasionibus testator motus fuit ad reuocandum. Ang. *in l. non enim. ff. de inoffi. testam. & in l. fi. C. si quis ali-*
9 *quem testa. prohib.* vbi dicit se obtinuisse. † Declara tamen, quando motus fuit Testator falsis suasionibus; secus si veris, ita declarat
10 Crau. *cons.* 515. *n.* 6. † Amplia etiam in prodigo interdicto; quia si emptori recusanti emere persuadet interdictionem nullam, & ostendat super hoc consilium iurisconsulti, dicitur excusatus, & persuadens in dolo, vt tanquam decipiens, & non deceptus reputetur. Castr. *cons.* 248. *Visis, & ponderatis, col.* 2. *v. plus dicitur, lib.* 2.
11 † Amplia; quia religiosi prohibentur persuadere ingredientibus monasteria, & religiones, vt aliquid relinquant monasterio, seu religioni, ne videantur propter bona admisisse. *Clem. exiui, §. dubitauerunt, & §. cum etiam. de verb. signif.* Abb. *cons.* 63. *Vt veritas, col.*
12 *pen. n.* 8. *v. & quamquam. lib.* 2. † Restringe; quia non est prohibita persuasio pro cultu diuino, pro studio religiosorum, & pro necessariis persuadere, quod detur monasterio, vel legetur, & quatenus esset prohibitum, non tamen datio ex persuasione facta redditur nulla, maxime, quando est in casu permisso; quia persuasio est prohibita, non datio. Abb. *d. cons.* 63. *col. pen. n.* 8. *v. ad primum, lib.* 2.

Pertinentiarum appellatione quid veniat. Concl. 323.

1 PERTINENTIARVM † appellatione veniunt non solum ea, quæ consistunt in possessione, sed etiam quæ consistunt in iure, & iurisdictione. Bald. *cons.* 420. *Verba principis, n.* 4. *v. tamen etiam præmittendum, lib.* 1. *& cons.* 245. *Villa, vel Castrum, lib.* 3. vbi, quod iurisdictio castri cadit in venditione Castri facta cum pertinentiis.
2 Alex. *cons.* 23. *Viso processu, n.* 5. *& 6. v. & constat, lib.* 5. Vide, *Iurisdictio quando, & ex quibus censeatur concessa. Concl.* 547. † Vide Gabriel. *tit.*
3 *de verb. signific. concl.* 10. vbi ponit reg. cum ampl. & limit. † Et veniunt appellatione pertinētiarum affixa rei, de qua agitur; item ea, quæ proprio vsui rei sunt destinata, licet non affixa. Bald. *l. cæterā, §. item hoc prohibetur, in fin. ff. de leg.* 1. & ibi Alex. *in §. hoc senatus, in fi.* Iason *in l. beneficiū. ff. de cōstit. pr. n.* 10. Rubeus Alexādr. *cons.* 61.
4 *Tota difficultas, n.* 5. Alex. *cons.* 223. *Visis verbis dicti testamenti, lib.* 2. † Et pertinentiarum nomine veniunt ea, quæ statuto, vel consuetudine, aut lege deputata sunt; vt accedant, & castro non deputatur territorium & iurisdictio; nisi ab hominibus. Bald. *d. cons.* 420. *n.* 5. *lib.* 1. *& d. cons.* 245. *lib.* 3. *per tot.* Decian. *cons.* 123. *n.* 27. *lib.* 3.
† Item veniunt ea, quæ de consuetudine, vel lege, aut communi vsu loquendi destinata sunt. Castr. *cons.* 143. *in fine, lib.* 1. vbi apostilla dat concord. † Extende, siue ista pertinentia, quæ veniunt 6
de iure communi, vel municipali, aut consuetudine, sint corporalia, siue incorporalia, etiam si veniant sub nomine alicuius ecclesiæ, vel rei. Socin. *reg.* 17. *Pertinentiarum appellatione*, in prima ampliatione, vbi limitat tribus modis, quos videas. † Et dicun- 7
tur pertinentiæ appendices, seu accessoriæ res ad castrum, vel aliud corpus, vt per Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 36. *num.* 4. *glos.* 3. Alexand. *consil.* 23. *num.* 6. *lib.* 5. † Et sunt triplicis speciei; quia quæ- 8
dam accedunt per viam necessitatis, quædam per viam æquitatis, quædam per viam naturalis inhærentiæ. Bald. & Præpos. *in c. dilectus, de appellat.* Brun. *de augmento, prima conclus. prine. num.* 25. † Declara; quia multum refert, an in venditione, vel concessione 9
exprimantur principaliter quædam corpora; quia licet postea dicatur, cum pertinentiis, corpora expressa non veniunt, sed solum accessoria, quæ sunt de pertinentiis, quæ debent probari pertinere, vt sint pertinentia. Alexand. *consil.* 14. *numer.* 5. *& seq. lib.* 7. vbi apostil. *in ver. ipsum.* † Amplia; quia appellatione pertinen- 10
tiarum venit etiam cura Ecclesiæ, & pupilli; ideo qui habet liberam institutionem in Ecclesia cum pertinentiis, dicitur habere curam ecclesiæ. Cald. *cons.* 551. alias 6. *de verb. signific.* Vide, Clau-
sula. *cum iuribus, & pertinentiis*, quid importet. *Concl.* 308. † Am- 11
plia; quia clausula solita Notariorum, *cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis*, comprehendit solitas seruitutes reales. Vide, *Seruitus qualiter constituatur, & acquiratur. Concl.* 221. † Amplia; quia le- 12
gata domo veniunt appendentia, & annexa. Alexand. *cons.* 223. *Visis verbis, per tot.* vbi declarat, quod pertinentiæ sunt destinata ad vsum domus per testatorem tempore mortis testatoris, per totum, & *num.* 4. *lib.* 2. *& cons.* 54. *num.* 4. *lib* 3. vbi, quod veniunt annexa. Vide, *Destinatio facta per patremfamilias quid operetur. Concl.* 13
227. † Amplia; quia appellatione domus cum pertinentiis venit apotheca, & taberna, conclaue, stabulum, hortus, & alia annexa domui secundum vsum vendentis, vel legantis. Alex. *cons.* 223. *per totum. lib.* 2. *& cons.* 204. *lib.* 6. Vide, *Domus an & quando vna de-*
catur, vel plures, & quid contineat. Concl. 619. † Amplia; quia concef- 14
so poderio cum pertinentiis veniunt boues aratorii, ita probat tex. *in l. si cui fundum, & instrumentum, iuncto tex. in l. instrumenta* ibi, *præterea boues domiti. ff. de fundo instruct.* Angel. *in l. item si fundi. §. fin. ff. de vsufruct. & quemadmodum quis vtatur.* Cæpol. *de seruit. vrban. prædio. c.* 4. incip. *circa quam, v. item legato vsufructu.* † Amplia in ce- 15
stro; quia si concedatur cum iuribus, & pertinentiis specificatis, puta pascuis, syluis, molendinis, probantur omnia intra territorium esse pertinentia. Crau. *cons.* 54. *Quæritur primo, num.* 9. Vide, *Feudalia præsumuntur omnia castra, & Princeps habet intentionem fun-*
datam. Concl. 174. † Et in istis vniuersalibus verbum, *pertinere*, vel *pertinentiarum*, habet latissimam significationem, vt comprehendatur omne ius corporale, & incorporale non solum de præsenti, sed etiam de futuro. Decian. *cons.* 123. *numer.* 28. *lib.* 3. 16
† Extende; quia concesso castro, & territorio, ac iurisdictio- 17
ne cum pertinentiis veniunt molendina; & omnia, quæ erant domini castri. Decian. *d. consil.* 123. *numer.* 28. *& 29. lib.* 3. Riminal. Iun. *consil.* 19. *in princip. & numer.* 45. *cum sequent. lib.* 1. † Et nedum 18
molendina, sed furni, & prædia, quæ sunt domini castri. Cauet. *cons.* 893. *numer.* 5. vbi etiam *numer.* 4. dicit venire, licet non sit dictum de pertinentiis, iurisdictione, mero, & mixto imperio in concessione castri facta à Principe. † Contrarium quoad alia 19
bona, etiam si sint domini castri iure particulari, nisi verba sint prægnantia cum integro statu. Riminal. Iun. *dict. cons.* 19. *numer.* 45. *& seq. lib.* 1. Vide, *Territorii appellatione quid veniat, vel non.* 20
Concluſ. 48. † Et omnia bona, omniaque iura accessoria ad rem de qua agitur, veniunt appellatione pertinentiarum. Crauett. *consil.* 345. *numer.* 9. *& sequentibus.* † Et veniunt fouææ, horti, vi- 21
ridaria, & similia. Crauett. *consil.* 480. *numer.* 5. *versic. quarto consi-*
dero. † Extende, imo quod etiam si venient bona particula- 22
ria ex verbis generalibus cum iuribus, & pertinentiis in concessione castri, debeat ille, cui fit concessio, probare, quæ, & qualia bona cadant in concessione. Roland. à Valle *dict. consil.* 82. *numer.* 13. *lib.* 2. *cum sequentibus*, Crauett. *consil.* 293. *colum.* 4. *ver-*
ficul. istud argumentum, & consil. 54. *num.* 9. † Contrarium, quod in- 23
telligatur quoad iurisdictionem, nisi probetur, *dict. consil.* 54. *numer.* 9. sequitur cum aliis, quæ allegat Crauett. *dict. consil.* 54. *numer.* 9. sequitur Riminald. Iun. *dict. consil.* 19. *numer.* 49. *vbi* 1. vbi alios allegat, & hanc communem * dicit Bello. *consil.* 10. *num.* 11. † Et quod ita non probent talia verba, tenent plures, quos adducit Crauett. *consil.* 54. *num.* 9. Menoch. *cons.* 498. *numer.* 35. *& seq.*

Declara

25 Declara† quia concesso castro cum iuribus, & pertinentiis specificatis, prout cum Syluis, montibus, pratis, &c. talia verba ‚pbant contra concedētem, & inuestitū, ac habentes causam ab eis; nō
26 tñ contra tertios possessores. Crau. *dicto cons.* 54. *n.* 9. † Declara; qa verba, *cum pertinentiis*, resoluuntur, quæ pertinent, vel quatenus pertinent; ideo qui dicit aliquid pertinere, debet probare. Crau. *cons.* 193. *n.* 4. *in fi. n.* 5. Rol. à Vall. *cons.* 2. *n.* 21. *cum seq. lib.* . secus si dictum esset, vendo castrum cum omnibus prædiis, quæ sunt intra territoriū; quia cōtineret omnia prædia Riminald. Iun. *cons.* 19.
n. 23. *lib.* 1. Bello. *cons.* 10. *n.* 11. *& seq.* vbi latissime, & ita etiam Crau.
cons. 54. *n.* 9. apost. *ad cons. Alex.* 14. *lib.* 7. *in v. ipsum.* allegat Alex. *cons.*
27 55. *n.* 18. *lib.* 4. *& lib.* 6. *cons.* 222. Menoch. *cons.* 498. *n.* 38. † Declara; quia castro non accedunt de iure, nisi ea, quæ ab homine, vel cōsuetudine sunt deputata; ideo qui dicit aliquid de pertinentiis castri esse, probare debet. Crau. *d. cons.* 480. *n.* 3. Riminald. Iun. *d.*
28 *cons.* 19. *n.* 26. *lib.* 1. † Vide omnino Crau. *in cons. pro genero, n.* 425. *cum*
29 *seq.* vbi distinguit septem casus, & in singulo determinat, quæ veniant, & cui incumbat onus probandi, vide eū. † Declarat apost. ad Alex. *d. cons.* 14. *lib.* 7. *in v. ipsum.* vt veniant ea, quæ habet in sequelam castri feudalis, quæ sunt feudalia, alia non feudalia non
30 veniūt. † Restringe; quia ex clausula generali in concessione castri cum iuribus, & pertinentiis non veniunt bona particularia, tanquam quid diuersum. Natta *cons.* 405. *n.* 2. Curt. Iun. *cons.* 140. *n.*
11. Alex. *d. cons.* 14. *Abunde, in fi. n.* 6. *v. hoc patet ex eo, lib.* 7. vbi apost. *in*
v. ipsum. declarat, & idem Alex. *cons.* 55. *n.* 19. *lib.* 4. Crau. latissime
31 *cons.* 54. *n.* 9. † Et quæ verba sint necessaria, vt veniant bona particularia in concessione castri. Curt. Iun. *cons.* 41. *n.* 17. R ola. *cons.* 82.
32 *vol.* 2. † Amplia; quia appellatione pertinentiarum castri veniunt etiam ea, quæ sunt alienæ iurisdictionis, si sunt solita accedere.
33 Tiraquel. *de tract. lignag.* §. 36. *gloss.* 3. *n.* 5. † Extende; quia donato palatio cum pertinentiis venit fundus etiam in diuersa curia existens, quando is, qui præest palatio, de cōsuetudine percipit fructus illius fundi. Cast. *cons.* 143. *Visis. & ponderatis, in fi. lib.* 1. & attē-
34 ditur in pertinentiis communis vsus. † Amplia; quia concesso castro cum iuribus, & pertinentiis venit iurisdictio. Rom. *cons.* 444.
35 *n.* 6. *& seq.* † Amplia; quia quicquid continetur intra confines datos, & spectat ad legantem, vel vendentem, venit in legato, & vē-
36 ditione. Alex. *cons.* 54. *Ponderatis verbis, in pr. lib.* 3. † Amplia, † seu declara; qa concesso castro cum iuribus, & pertinentiis multum refert, an iura, & pertinentiæ specificentur, vel non; quia si specificātur, prout si dicitur: *cum pratis, terris, &c. iuribus, & pertinentiis*,
prata, & terræ præsumuntur de pertinentiis, aliàs secus, ita vide-
37 tur declarare Crau. *cons.* 54. *n.* 9. vbi pro vtraque allegat. † Contrarium tenet Menoch. *cons.* 498. *n.* 36. *& seq.* vbi, quod concesso castro cum iuribus, & pertinentiis solam continet iurisdictionem, non prædia, & terrena, quæ allodialia præsumuntur, etiamsi sunt recognita cum castro; quia non censentur feudalia, sed allodia-
38 lia Riminald. Iun. *cons.* 90. *n.* 22. *& seq.* Imo † etiamsi sunt specificata bona vna cum iuribus, & pertinentiis, non veniunt in concessione tanquam feudalia. Curt. Iun. *cons.* 158. *col. fi. v. tertio possunt in-*
39 *telligi.* Afflict. *decis.* 267. Menoch. *cons.* 498. *n.* 37. *& seq.* † Declara; quia si bona expressa terminantur vniformiter cum castro, censentur feudalia, aliàs secus. Crau. *dicto cons.* 54. *n.* 9. *in fi.* Menoch. *d.*
40 *cons.* 498. *n.* 37. *& seq. lib.* 5. Imo, † quod siue sint terminata bona, siue non, præiudicet contrahenti, & habentibus causam ab eo, nō
41 autem tertio. Crauet. *d. cons.* 54. *n.* 9. *in fi.* † Limita, quia si eximitur monasterium cum pertinentiis, intelligitur de omnibus, quę pleno iure pertinent ad monasterium. Cardin. Zabarell. *cons.* 47. *Re-*
quirende pater, n. 4. Limita; † quia appellatione iurium, & pertinentiarum non veniunt aliæ res particulares, quando venditio est particularis; quia veniunt solum accessoria, & vna res particula-
ris non est accessoria alteri. Soc. *cons.* 47. *In primo præsentis consulta-*
tionis, n. 3. *& seq. v. sed iterum fortius, lib.* 1. & idem tenet Bald. *dict. cons.*
24. *lib.* 3. vbi distinguit in venditione rei vniuersalis, vt veniant omnia, quæ ad corpus vniuersale spectant; secus si venditio est
43 corporis particularis; & idem quasi per omnia dicit Socin. *d. cons.* 47. *lib.* 1. plene Roman. *cons.* 444. *n.* 6. *v. quamobrem dicendum.* † Extende; quia si venditio est particularis bonorum propriorum, non veniunt bona communia, etiam quod sit dictum, *cum iuribus*
44 *& pertinentiis.* Soc. *d. cons.* 47. *in pr. lib.* 1. † Extende in legato fundi cum iuribus, & pertinentiis, seu fundi instructi; quia non venit pecunia à colono debita. Alex. *cons.* 68. *col.* 1. *lib.* 6. quia pecunia, &
reliqua colonorum non sunt de iis, quæ perpetuo sunt apta esse
45 in fundo. Extende, † vt procedat, etiamsi esset dictum; *cum iuribus, & pertinentiis, excepto palatio*; quia licet exceptio firmet regulā
in contrarium; tamen non ampliat. Soc. *dict. cons.* 47. *n.* 2. *v. sed con-*
46 *tra predicta, lib.* 1. Alex. *cons.* 14. *Abunde, lib.* 7. *per totum.* † Restringe in venditione rei vniuersalis, vt in castro, & vniuersitate bonorum; quia si dicitur, *cum iuribus & pertinentiis*, veniunt omnia accessoria. Soc. *dict. cons.* 47. *n.* 3. *& seq. v. sed iterum lib.* 1. Restringe, † quando 47
pretium esset tale, per quod includerentur; quia multum confert ad interpretationem contractus. Soc. *dicto cons.* 47. *n.* 7. *v. præterea si probabitur, lib.* 1. † Limita; quia clausula, *cum iuribus & perti-* 48
nentiis, restringitur ad ea, quæ sunt de natura contractus, vt solum veniant iura, & pertinentiæ eorum, quæ in contractu deducuntur. Soc. *d. cons.* 47. *n.* 6. *v. præterea magis ad propositum, lib.* 1. Paris. *cons.*
20. *n.* 71. *& 73. lib.* 1. *cum seq.* † Limita; quia pertinentiarum appella- 49
tione etiam in castro, & re vniuersali non veniunt bona, quando in specie de bonis expresse disponitur; quia tunc expressum facit cessare tacitum. Crauet. *cons.* 480. *In transactione, n.* 4. *& per tot.*
vbi ponit multas limitationes. Soc. *cons.* 47. *col.* 2. *v. sed pro solutione,*
lib. 1. Alex. *cons.* 14. *n.* 5. *lib.* 7. † Extende; quia pertinentiarum ap- 50
pellatione etiam in rebus, & corporibus particularibus nunquā veniunt ea corpora, de quibus facta est specialis mentio, vt si dictum sit, *vendo bona culta, & inculta, nemora, quæ sunt communia cum*
Titio, & cum omnibus iuribus, & pertinentiis, &c. non possunt venire nemora, de quibus facta est mentio particularis; multo minus quæ non sunt cōmunia cum Titio; quia pertinentiæ debent esse eiusdem qualitatis, & non expresse specificatæ; quia specificatio operatur, quod sunt species expressæ, non autem pertinentię accedentes. Alex. plene *d. cons.* 14. *Abunde, n.* 5. *& seq. per tot. v. non obstat*
etiam. lib. 7. Limita; † quia clausula, *cum iuribus, & pertinentiis*, licet 51
possit continere multa: tamen nihil probat, nihil probetur; quia illud participium resoluitur, id est, quatenus pertinent, vel si quę pertinent; quia importat relatiuum. Crau. *cons.* 293. *col.* 4. Rimin.
Iun. *cons.* 90. *n.* 24. qui citat alios. † Limita, quando dictio, *pertinē-* 52
tiarum, ponitur per modum accessorii, videlicet cum pertinentiis; quia solum veniunt pertinentiæ stricte, & per consequentiā accessorie, Rimin. Iun. *cons.* 19. *n.* 22. *lib.* 1. allegat Ruin. *cons.* 45. *in pr.*
lib. 1. Secus, † si venditæ etiam sunt pertinentiæ; quia magis inclu- 53
duntur ea, quæ sunt de natura rei Paris. *cons.* 20. *n.* 71. *& 73. lib.* 1. † 54
Limitat Soc. *d. Reg.* 16. *pertinentiarum appellatione quatuor modis, &c.*
quia non veniunt quæsita iure speciali: item in dote Ecclesiæ: tertio, quando qualitas petitoris aliud suaderet: quarto in Ecclesia quoad ius Episcopale, vide eum, qui declarat. † Limita; 55
quia vendito, vel concesso castro cum iuribus, & pertinentiis nō veniunt res speciales, & bona specialia in castro, vel territorio, sed sola iurisdictio, quæ cohæret Castro. Alexand. *cons.* 14. *num.* 6.
lib. 7. plene Menoch. qui plurimos allegat *cons.* 498. *num.* 36. *lib.* 5.
Vide plenissime, *Castro vendito sine imperio quid veniat. Concluſ.* 122.
in prin. vsque ad num. 39. Vide, Clausula, *cum iuribus, & pertinentiis*, quid importet. *Concluſ.* 308. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de verb.*
significat. Concl. 10. *pertinentiarum appellatione.*

Pertinere, vel Spectare quid importet, Concluſ. 324.

Pertinere † est verbum latissimum, *l. verbum illud pertinere, ff. de* 1
verbor. significat. gloss. *in cap. inter dilectos, de fide instrum.* Franc. Aret. in *cons.* 6. *Viso, num.* 8. *ver. venio nunc ad secundum.* Vide, *Libellus*
quando petitorium concernat, vel possessorium. Concluſ. 316. † Et ideo per 2
tale verbum in libello, *rem ad se pertinere*, intelligitur de omni iure, & omne ius deductum. Ial. *in l. centurio, col. pen. ff. de vulg. & pupil.*
in tantum, quod siue pertineat iure possessionis, siue iure dominii, siue etiam iure actionis personalis. Aret. *d. cons.* 6. *n.* 8. *& seq.* † 3
Imo etiam sub verbo, *pertinere*, venit ius de futuro nondum causatum, dummodo ex causa de præsenti, & idem *in v. spectare.* Fran.
Aret. *d. cons.* 6. *nu.* 9. *ver. ego autem.* † Etiamsi ius competat mediate, 4
vel immediate, censetur comprehensum sub illo verbo, *pertinere*,
gloss. *in l. cum mater, in ver. pertinere. iuncto text. ff. de inoffic. testam.* ita
Franc. Aretin. *dict. cons.* 6. *nu.* 9. *ve. nam ista est regula.* vbi, quod illud dicitur ad me pertinere, quod pertinet, siue ex causa immediata, siue etiam ex causa mediata non multum remota. † Declara, 5
quod dicitur, causam mediatam non multum remotam haberi pro immediata, procedit, quando est deducta in esse vtraque, ita Franc. Aret. *d. cons.* 6. *nu.* 10. *ver. confirmatur.* † Extende; quia li- 6
cet si quis petat rem tanquam ad eum pertinentem, & sibi illam restitui, censeatur deduxisse petitorium solum. Alexand. *cons.* 96.
Consideratis iis. & cons. 159. *In causa, in prin. lib.* 5. sequitur Dec. *cons.*
62. tamen quia verbum, *pertinere*, est latissimum, & comprehendere potest omne ius tam ratione proprietatis, quam possessionis, censetur intentatum etiam possessorium glos. *in l. si quis in-*
tentione ambigua. & ibi Bart. *ff. de iud.* quem alii sequuntur ibi, Alex.

cons.43. Visis,col.1.lib.4. Ias. *in l.naturaliter. § nihil cõmune.ff.de acquir. possess.n.184.* Soc. *in l.rem, quæ nobis,in 7.q.pr.ff eod.gl. in cap.inter dilectos,in v.pertinere, extra de fide instrum.* Ias. *in l. centurio.in pen.col.ff.de vulg.& pupill.* Pract. Papien. *in forma libelli,in actione reali.in v.spectat,*
7 *& pertinet.* Canonistæ *in cap.fi.in v.pertinet.de elect.in 6.* Contrariũ † tenet Bartol. *cons.15. Visa accusatione.in pr.lib.2.* quia verbum, *pertinere,* latissimum est,& nisi dicatur, iure dominii, vel possessionis, intelligitur ex personali obligatione; ideo non valeret accusatio pro damno dato,nisi exprimatur, iure dominii, vel possessionis.
8 †Extende;quia verbum *pertinere,* comprehendit,siue de iure cõmuni, siue de iure speciali,ex priuilegio,vel cõsuetudine,seu etiã
* ex delegato,vt per* omnes *in c.cum ad sedem.de restit.spol.* Ias. *d.l.cen-*
9 *turio,col.pen.ff.de vulg.& pupill.* †Declara,nisi addantur verba,quæ faciunt resoluere in petitorium, vt si dicatur, *pertinere ratione domi-*
* *nii, vel quasi, directi, vel vtilis.* Soc. *cons.112.lib.4.in pr.* vbi dicit magis* communem:idem,si dicatur, *ad se pertinere libere.* Alex. *cons.96.col.2.& cons.159.in pr.lib.5.* Dec. *d.cons.62.col.2.* vbi addit,quando petitur restitui rem ad se pertinentem,non possessionem. † Restringe, quando coniecturæ essent in contrarium, vel si inæqualitas
10 resultaret. Franc. Aret. *d.cons.6.n.9. circa med.v.sed tamen ius non ob-*
11 *stantibus.* † *Spectare,* idem importat,quod *pertinere.* Ias. *d.l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acquir.poss.ff.* Papiens. *in forma libelli, in actio.*
☞ *reali, in ve.spectat,& pertinet.* Franc. Aret. *d.cons.6.v.ego autem.* Vide, Dictio, *pertinere,* quid importet. *Concl.327.*

Perusina Ciuitas, facta, statuta, consuetudines, & priuilegia eius Concl.325.

1 PERVSINA † Ciuitas olim fuit libera, & viuebat populariter, sed fuit primo subiugata à Rege Laudislao, successiue à Brachio de Montone,& vltimo deuenit in dominium Ecclesię. Ab.
2 *cons.61. Videtur primo.lib.2.* vbi in facto, quod ibi præmittitur,hæc narrãtur. Ciuitas † Perusii concessit, dum esset libera, Senẽsibus, vt essent exempti à gabellis omnibus,& haberentur pro ciuibus Perusinis, quatenus similẽ exemptionem Senenses concederẽt Perusinis, prout factũ fuit; sed postquam Perusini venerunt sub iurisdictione,non fuit seruatũ priuilegium Senensibus,& Senẽses non seruarunt Perusinis. Abb. *d.cons.61. Videtur primo. lib.2.per tot.* vbi consuluit pro Senensibus, vt non teneantur ad obseruantiã, ex quo Perusini non possunt ipsi obseruare Senensibus, pro-
3 pter subiectionem. † Guerrã fecerũt Perusini cum Ecclesia Romana tẽpore Baldi, vt ipse attestatur in suo *cons.243. Quidam nobi-*
4 *lis,n.2. in fi.lib.1.* † Miserunt Pisas ad Carolũ Imperatorem quatuor pro Ambasciatoribus, Bart. & Theũ de Michilettis, vt Ang. *cons.319. in fi.* vbi ponit cognomẽ Bart. de Legeriis, & idẽ affirmat Bar. *in extravag.ad reprimendum, in v.Reges.* vbi ponit priuilegia quædam
5 obtẽta super absolutione à læsa maiestate sub Bulla aurea. † Obsessa fuit ciuitas à pestifera societate Alba, vt inquit Bal. *cons.274.*
6 *Factum tale est, Ballinus, lib.1.* † Potens dicitur populus Perusinus; ideo non põt eligi Potestas, vel protector Castri Ecclesię Romanæ; quia Ecclesia propter potentiã populi Perusini nõ posset libere administrare iustitiã. Bart. *cons.136. Capitaneus, lib.1.* sequitur
7 Alex. *cons.106.n.14.lib.2.* † Assisiũ fuit in guerra cum Perusinis,& fuit inter eos facta pax de anno 1322. de mense Aprilis, in qua Assisienses se supposuerunt Perusinis. Bart. *cons.92. In quæst.n.7.* vbi,
8 quod istud est notoriũ, *lib.1.* † Perusina Ciuitas est de statu Ecclesiæ, & Imperator hodie nullã habet in ea præeminentiã, sed Papa, stante maxime donatione Constantini facta Ecclesię Romanę. Florian. de S. Petro *cons.26.n.29.v.nunc videndum.* quod est collegii Bononiæ,& Cast. *cons.467.n.3.v.quæritur, lib.2.* vbi, quod Imperator iurat *in clem.1. de iureiur.* nullam exercere iurisdictionẽ in
9 statu Ecclesiæ. † Perusina ciuitas olim de iurisdictione Imperii est trãslata ex donatione in Ecclesiam Romanã, ideo hodie Imperator etiam ratione vniuersalis præeminentiæ nullã habet iurisdictionem in ea, Cast. *d.cons.467.n.6.v.nunc videndum.lib.2.* & apertius probat *in eodem cons.n.3.col.5.* vbi dicit, quod ex quo Imperator iurauit, nullam habere iurisdictionẽ in statu Ecclesiæ Romanę, vt *in clem.1. de iureiur.* res est clara; & dicit, quod illud dictũ; *diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet;* bene applicatur; quia Impe-
10 riũ Ecclesię est Iouis, cum quo nihil Cæsar põt prętendere. † Gubernator Perusii dicitur præses in prouincia, & habet potestatẽ Legati de latere; ideo põt punire Canonicũ regularem de sacrilegio, & furto; non tamen cõmittit causas summarie, neque põt auferre ius vnius partis, & dare alteri; quia solus Papa hoc facere
11 põt. Abb. *cons.25. Attingam ista, per tot.lib.1.* † Ecclesia Cathedralis Perusii est regularis, & habebat Canonicos regulares. Feder. de Sen. *cons.19.col.2.n.4 v.pone exemplum magis sensibile.* Abb. *cons.25. Attingam ista, per tot.lib.1.* vbi, quod habebant portiones pro præbẽ-
12 dis, vt ibi. † Et quod Episcopalis Ecclesia habebat olim Capitulum, & Canonicos regulares S. Augustini, qui habebant Canonicatus sine præbenda, sed in portionẽ; quia de prædiis cõmunibus assignabatur cuilibet Canonico certa portio bonorum ad laborari faciendũ. Abb. *cons.25. Attingam istã dubia. lib.1.* vbi dicit, quod quidam Canonicus derobauit cẽtum aureos Comissario Apostolico deputato ad colligendum munus faciendũ Papæ,& dicit, quod põt priuari Canonicatu; non tñ liberatur à condẽ-
& seruiture conuentus, sed bene priuatur voce, & omnibus cõmodis; maxime quia fuit furtũ graue factum in hebdomada sancta, & de pecuniis destinatis Papæ. † Archipresbyter Perusinus prætendit iurisdictionem in Canonicos, sed Abb. *d.cons.25. in pr. lib.1.* dicit, quod de iure cõmuni nullam habet contentionam iurisdictionem, sed vel ex priuilegio, aut consuetudine põt præ-
dere, & si habet titulum coloratũ, præscribere potuit 40. annis, sine titulo requiritur tempus immemorabile. † Exequtor Ep. habet Episcopus, & Clerus Perusinus contra exemptos, vt cõpellantur soluere procurationes, & subuentiones Legatorum Sedis Apostolicæ, non obstante quocunq; priuilegio, & concessione Benedicti XII. cuius literæ inseruntur per Fed. de Sen. *cons.151. Benedictus Episcopus.* vbi, quid importet talis deputatio, & an sit perpetua. † Statutum Episcopi Perusini, quod non residentes per duos menses continuos sint ipso iure priuati beneficiis, in quib. tenentur residere. Fed. de Sen. *cons.182. per tot.* super quo consulit, quod ligat existentẽ extra diœcesim, & non residentem. † Episcopalis constitutio est Perusii, quod citatus contumax si peiptoriam contumaciam sustineat, patiatur primũ decretum, & intra 30. dies non recuperauit, excludatur, donec ius sit cognitũ. Bal. *cons.260. In ciuitate Perusii,* vbi ponit verba constitutionis, & *cons.261.lib.5.* vbi, quod non habet locum, qñ intentatur officium iudicis. † Statutũ, quod dentur singulo anno libræ centum pro eleemosyna Ecclesiæ S. Francisci, super quo Bart. *cons.139. Statuta Cõmunis Perusii.lib.1.* vbi, quod Priores, donec plene sint exequti, non sunt functi officio suo; ideo si in re destinata non possunt exequutionẽ eleemosynæ facere, possunt in alia exequi. † Statutũ Perusii, quod omnia bona, & credita describantur in catastro Cõmunis, vt soluantur onera sub certa pœna, non habet locum contra eũ, qui pro eodem credito habet plures obligatos, licet vnicũ creditũ. Fed. de Sen. *cons.299. Dominus Perusii, per tot.* † Statutũ est Perusii disponens, quod possessiones subditorũ non debeant quocunque alienationis titulo transferri in aliquem non subiectum, nec allibratum in libris æstimi dictæ cõmunitatis; constituens omnes possessiones possessas p tales esse censuales quoad solutionẽ collectarũ impositarũ, & imponendarum per dictã Cõmune, & quod dictæ collectæ intelligantur esse ordinariæ, & tributum ordinariũ, & omnis collecta imponenda habeatur pro nunc pro imposita, vt per Cald. *cons.444.* aliàs *2. de censib.in pr.* vbi an afficiat Ecclesias, & an sit contra libertatem Ecclesiasticã, & concludit, quod indigeret declaratione summi Pontificis, & consiliũ collegii Doctorũ Perusii. Bart. *in l.rescripto. §.fi.ff de munr. & honor.* videtur tenere, quod valeat, sed *in cons.180. Si aliqua ses-sio.lib.1.* tenet contrariũ; quia solus princeps inducere põt consuetudinem ordinariam, cum quibus ad Ecclesias bona transeant, & hęc est cõmunis opinio. Ias. *in l.placet,n.19. C.de sacrosanct.Eccles.* † Sacrificia Perusinorum est catastrũ eorum; ideo illud custodiunt tanquã sacrariũ, & rem sanctissimam, & vitam ciuitatis. Bald. *cons.194. causa est, in fi.lib.4.* vbi, quod catastratus inter comitantes nõ debet catastrari inter ciues, licet sit natus in ciuitate sine deliberatione magna. † Conseruatores monetæ & alii officiales, & milites dicti officii quale salarium habebant antiquo tempore, Bal. *cons.402. Ad euidentiam.* vbi, quod ex arbitrio eis dato à Cõmuni Perusii possunt sibi, & ministris augere, *lib.3.* † Priores, & Camerarius Perusii non possunt tollere perpetuo effectum rei iudicatæ per statutum, sed ad tempus sic, Bal. *cons.396. Pro parte Zanu. lib.3.* † Statuerant in possessione committendi causas summarie, & de facto, Bart. *cons.82. Punctus quæstionis. in prin. lib.1.* vbi videtur innuere, quod ciuitas Castelli esset sub reformatione Priorum Perusii. Consuetudo † est Perusii, quod valeat prorogatio facta exequtoribus ad distribuendum pauperibus post annum per Episcopum etiam in præiudicium, & contra suam constitutionem synodalem. Bald. *cons.207. Occurrit dubium. ante fi.v.& facit. lib.3.* † Ligam, & confœderationem consueuerunt facere Perusini cum Florentinis ad defensam, & si ex causa licita, apparenter, sed occulte sonabat contra Imperium; & ideo non cuitabant pœnam vt dicit Bartol. *in extravag. qui sint rebelles, in ver. occulte, & in ver. machinantur.* † Salem dat ciuitas Perusina diuersis castris, & exemit habitatores Clusii Perusini. Bald. *consil.241. Punctus super eo consilium. libr.4.* vbi sunt capitula, seu ordinamenta vulgaria.

Clusi

27 Clusi † Perusini fructus locati fuerunt olim per officiales Com-
28 munis Perusii. Bal. *cons.*153. *Officiales Communis, lib.*4. † Habet capellam sancti Herculani, cuius capellanū officiatorem deputat populus, & vnus deputatus à populo pōt amoueri à Priorib⁹, & Camerario, si esset male meritus, & fructus eleemosynæ capellæ debētur ꝓ tempore illis, qui officiarunt. Bal. *cons.*18. *Posito pro constanti, lib.*5. † Priuilegiū habent Perusini ex conuentione, & statu-
29 to Tudertino, quod homines tam de ciuitate, quàm comitatu Perusino habentur ꝓ ciuibus Tudertinis. Bal. *cons.*29. *Ordinamentum est, lib.*5. vbi, ꝙ idem priuilegium est etiam è conuerso ꝓ Tu-
30 dertinis. † Abbas maior monasterii dominatus fuit, vel gubernauit ciuitatem Perusii; quia Bal. *cons.*64. *Punctus Paulutius, lib.*5. ponit, ꝙ cassauit Abbas quædam de libro ciuilitatis, sed quod postea Priores illū restituerunt. † Collegium, seu domus Sapientiæ
31 fuit Perusii fundata à Cardinale de Capociis, viro doctissimo, ꝙ exequutores deputauit Episcopū Perusinū, & Priorem Montis oliueti simul, ealege, ꝙ numerū scholariū minuere non possint.
32 Bal. *cons.*123. *Reuerendissimus pater, lib.*5. † Statutū circa gabellas, ꝙ si quis extraxerit, asportauerit, vel transierit contra formā statuti, & non soluerit gabellā pro zafferano, cadat in pœnā certæ quātitatis, requirit omnia copulatiue concurrere; ideo nō habet locū in eo, qui portat ad ciuitatem proprium zafferanū quoad pœnā, licet teneatur ad gabellā. Bal. *cons.*229. *Proponitur in facto, lib.*5. vbi, ꝙ attendenda est consuetudo, & quod pœna gabellæ nō incurritur per eū, qui sine dolo, & ex simplicitate incidit in cōmissum.
33 † Statutū est Perusii ꝙ non liceat appellare à pronuncia de exequendo, neq; ab exequutione, ꝙ statutum habet locum, etiamsi lata sententia de exequendo fiat renouatio per successorem sine citatione. Bal. *cons.*35. *Præmisso verbis, lib.*5. secus esset, si à successore
34 alterius tribunalis; quia requireretur citatio. Cōsuetudo † est Perusii, ꝙ limicella per territorium Perusinum transeuntia, vt est Cayna, & similia sint priuata; & ideo licitum est vnicuique in eis facere clusas, & molendina, non præiudicando iuri ab alio possesso per prius. Bal. *cons.*464. *Quatuor sunt, n.*5. *& per tot. lib.*4. *v. ter-*
35 *tio videndum.* † Consuetudo Perusii super concertatione cum lapidibus, & saxis grossis est; ideo, si sequatur homicidium, nō punitur; quia concertatio publica auctoritate permittitur. Petr. de
36 Anch. *cons.*283. *Iure stricto, n.*3. *& seq.* † Stylus, & consuetudo Notariorum Perusii est, ꝙ in compromissis apponitur clausula: *quod compromittentes iuraruntnon reclamare, & quod arbiter posit enormiter ledere.* Ang. Aret. *cons.*87. *In causa, & themate, in pr.* sed *n.*31. *& seq. ver. nec obstant allegata*, dicit, ꝙ procedit in compromissis in arbitratorem tantum; quia est quædam transactio, non autem in cōpro-
37 missis in arbitrum, vel de iure. † Castrum Podii Aquilonis est de territorio Perusino vna cum castro Emiliano, quæ castra olim erant imperialia, nunc Ecclesiastica, super quibus Alex. *cons.*24. *lib.*
38 5. & extat recognitio Comitum facta versus Cōmune Perusii de anno 1440. die 14. Maii. † Contra libertatem Ecclesiæ statuerūt Perusini, quod omnes habentes locationes à Collegiis quibuscunq; etiam Ecclesiasticis, & piis locis possint renunciare locationibus, & non teneantur ad aliquid, & nullus iudex habeat iurisdictionem, neque de hoc faciat iustitiam, super quo Bart. *cons.*
39 287. *Domini Priores. lib.*1. *& cons.*31. *lib.*2. consuluit, ꝙ nō valet, & est contra libertatem Ecclesiæ, & tollit omnia contraria, & licet allegetur *c. nouerit. de sent. excom.* tamen per modestiam tacet, quod essent excōmunicati, dat remedium, quod Ecclesiastici interpellent Priores, vt prouideant de iudicibus competentibus, & si negligunt, iurisdictio contra laicos deuoluitur ad Episcopū, & Papā
40 etiam extra statum Ecclesiæ. † Statutū Perusii est, per quod cassantur, & annullantur omnia statuta contra libertatē Ecclesiasti-
41 dicta. Cald. *cons.*444. aliàs 2. *de censib. in pr.* † Statutum est Perusii, quod magnates, videl. Comes, vel Marchio, vel natus de prole militari ex linea paterna non possit acquirere cessionem iurium contra populares, ꝙ statutum valet, etiamsi acquirerent ab Ecclesiis; quia non possunt. Fed. de Sen. *cons.*85. vbi ponit verba sta-
42 tuti, & consuluit ꝙ validitate, & super eo est *cons.*84. ciusdem Fed. † Statutum Perusii super molituris, ꝙ molendinarii non possunt accipere, nisi vnam cuppam ex qualibet hemina faciente 15. cuppas à Kalendis Martij vsq; ad Kalendas Nouembris; alio vero tēpore possunt accipere vnam cuppā ex qualibet hemina 20. cuppatū, & non plus. Fed. de Sen. *cons.*211. vbi, ꝙ fuit facta constitu-
43 tio de anno 1339. † Statutum, ꝙ confessio & promissio filiifamilias sine patre non valeat etiam cum iuramento, est Perusii, super quo consuluit Fed. *cons.*272. ꝙ non tollit iuramentum, sed bene operatur exceptionē, vt agens teneatur tale iuramentum remittere. † Statutū, quod spurii possint hæredes instituti, & eis legari, prout legitimis, est Perusii, super quo, ꝙ non valeat, tanquā nu-
triens peccatū, consuluerunt Fed. de Sen. *cons.*275. Iacob. Butrig. *cons. Fed.*276. Recuperius de S. Miniato. *cons. Fed.*277. & Paul. Butrig. *cons. Fed.*278. & Flor. de S. Petro *cons.*26. ꝙ est Collegii Bononiæ. Cast. plenissime *cons.*467. *per tot. lib.*2. vbi, ꝙ non valet, neque gubernator, qui iurauit seruare, teneturad obseruantiā, & clausulæderogatoria nihil operatur; imo iudex Ecclesiasticus pōt cōpellere, vt tollatur; quia est nutritiuū peccati. † Vide, *Statutū circa spurios habilitatos ad successionem parentum. Concl.*654. Statutū † circa cōpromissum faciendum Perusii, dum cōfert electionē iudici, intelligitur prima vice & aliis, donec electio sit valida; ideo facta electione absentis, vel suspecti pōt alius eligi. Bald. *cons.*144. *Factum sic proponitur. lib.*4. † Item, ꝙ habens instrumentum guarētigiatū contra suum debitorem, possit illū ad meram voluntatē suam capi facere, poterit etiam non citato debitore ipsum facere capi; quia modificatur citatio, non tollitur, ex quo debebit postea citari, & causa discuti. Alex. *cons.*225. *Ponderatu, n.*7. *lib.*6. allegat Ang. Imo. & Cuma. *in l. si sic ff. de leg.*1. † Statutum Perusii circa successionem fœminarū dotatarū disponit, ꝙ si qua mulier fuerit, vel erit dotata à patre, vel auo materno, vel paterno, vel à fratre, non possit, nec debeat reuerti ad successionem prædictorū, vel alicuius eorū, donec superuixerit aliquis filius masculus ex ipsis, saluo testamēto, & vltima voluntate prædictorū, ꝙ obseruetur, & saluo, quod fœminæ possint venire ad successionem parentū, & fratrū, & aliarū personarū, si hæredes masculi nō superfuerint, remittendo dotes suas in hæreditate. Bal. *cons.*69. *Cum statutū ciuitatis, lib.*1. vbi ponit verba statuti, & dicit super eo cōsuluisse Collegiū Florentinū, ꝙ nō excludit, sed suspēdit successionē fœminarū; & ideo filia præterita dicit testamentū nullū, qñ filius postea decessit; & idem Bal. dicit hoc esse verū, & *in cons.*68. *per tot. eod. lib.*1. quod est *cons. Bart.*11. *Proponitur, quod, lib.*1. vbi apost. prima in fi. dicit *cōmunem. † Contrariū tenet Fran. Albergot. in apost. ad Bart. *d. cons.*11. *lib.*1. *in v. proponitur.* & Bart. *cons.*20. *lib.*1. quod credo Collegii Florentiæ, vbi dicit Bal. *cons.*69. *lib.*1. *v. in contrariū.* quod cōsuluit in dicto casu, in quo etiā Bal. *cons.*36. *lib.*3. Anch. *cons.*220. *n.*6. dicit, quod Collegiū Senarū pro hac parte consuluit. Imo † extat statutū, quod fœmina dotata nō succedat dotanti, nec descendētib. ex eo, quod operatur, vt si mortuo patre relictis duobus fratribus filiis vnus eorū moriatur, extante matre, sorore, & altero fratre, mater habebit vnā portionē, frater duas, videl. pro se, & sorore exclusa. Bal. *cons.*157. *Girius habens. lib.*5. † Declaratū; ꝙ a filia bene pōt non acceptare legatū dotis in testamento, vt consequatur legitimā, etiā stante statuto (prout est Perusii) quod sit contenta dote; quia non intelligitur de dote in testamento legata. Bal. *d. cōs.*157. *circa med. v. modo statim. lib.*5. vbi recitat opiniones, & hanc tenet. † Idem Bal. *cons.*394. *Punctus talis est, lib.*3. vbi, quod non excluditur neptis post mortem aui nata, etiāsi sit dotata ab auo; quia plures fictiones non concurrunt, vt detur neptis ante matrimoniū, & antequam nata sit, & *cons.*404. *Punctus talis est, eod. lib.*3. vbi, quod statutum non habet locū. † Statutū est Perusii, quod instrumenta confessionata, in quib. promittitur de confessione coram iudice facienda, exequutioni mandentur. Bal. *cons.*15. *Omnis assessor. in pr. lib.*2. Item, † quod si quis nomine alterius stipuletur, quæratur actio sine successione. Bald. *cons.*15. *lib.*2. *& cons.*10. *eod. lib.*2. vbi ponit verba statuti, & quod dictum statutum operatur, vt volens agere ex instrumento ab alio facto ad sui cōmodum non possit impugnare, neq; factum, neq; personam. † Item, quod exercentes artem cambiorū teneantur idonec cauere de legaliter exercendo dictam artem; ideo fugiente de cocto eo, qui talem artē exercebat, possunt fideiussores conueniri coram consulibus artis. Bal. *cons.*170. *Quia fideiussores. lib.*4. Item, † quod cambiatores teneantur in solidum in iis, quæ pro bancho, vel societate sunt scripta. Bal. *cons.*428. *Cum sæpe contingat. lib.*2. vbi ponitur, qualiter procedatur via exequtiua contra campsores, & est scriptū integrum statutum. † Item, quod si actor vult concedere iuramentum reo, teneatur iudex compellere ad iurandū, vel referendū, & qualiter procedat, si discordant actor, & reus in modo iurandi. Bal. *cons.*447. *Statuto Perusii. lib.*3. vbi, quod est arbitrariū iudici. † Statutū Perusii circa insinuationes donationū dispo-
nit, quod intra sex menses donatio debeat produci cora iudice insinuationis. Bal. *cons.*167. *Quidam Franciscus, n.*5. *in fi. v. præmisso ergo. lib.*5. † Item circa assignationes, & registrationes testamentorū disponit, quod testamenta intra certū tempus assignari debeant; quo termino lapso possit peti cassatio, & ea petita cassetur; si vero nō est petita cassatio, possit semper assignari, ꝙ statutū habet locū, etiamsi fuit petitū, quod declaretur nullū; quia ista est cassatio petita. Bal. *cons.*144. *Statuto Communis Perusii, lib.*5. † Itē statutū ꝙ Pizzegaroli nō possint emere aliqd victualiū ante horam nonam.

44 ✠ 45 46 47 48 49 50 51 52 52 53 54 55 56 57 58 59

nonam, non habet locum circa spelcam, & hordeum, & alia victualia animalium, sed solum habet locum circa ea, quæ sunt pro victu humano per excellentiam. Bal. *cons.*192. *Quidam nomine, lib.*5.

60 *per tot.* †Item circa successionem filiarum fœminarum, quod stare debeant contentæ, si aliquid quouis relicto titulo à parentib⁹ relinquatur, & non habet locum, si pater relinquat filię id, q̃od ipsa habet ex beneficio statuti, prout quod in viduitate possit reuerti in domum patris; quia habetur pro præterita. Bal. *cons.*414.

61 *Dictum statutum Perusii. lib.*5. † Statutum circa appellationes ciuitatis Perusii ponitur per Bal. *cons.*486. *Item est ordinamentum. per tot. lib.*2. vbi late disputat super duobus statutis, & concludit, quod appellatur semel, & in omni causa de Potestate ad iudicem appellationum, & econtra, quando sententiæ non sunt confirmatoriæ, vbi multa pulchra dicit, & in simili super statuto Tuderti,

62 idem Bal. *cons.*476. *Viso puncto. lib* 2. † Statutum, & reformationes Perusii si dant facultatem filio Notarii, vt possit instrumenta rogata per patrem exemplare; tunc non requiritur in exemplatione citatio partis. Alex. ex mente Baldi, quem allegat *cons.*106. *Vi-*

63 *sis, col. fi. n.*18. *v. nec ad hoc obstat. lib.*5. † Statutum circa criminalia est Perusii, quod receptantes bannitos puniantur in libris centum, & quod Syndici castrorum teneantur denunciare maleficia sub pœna librarum 200. Bal. *cons.*394. *Statuto ciuitatis Perusii, lib.*1. vbi, quod primum statutum applicans pœnam centum librarum pro medietate Communi, & pro alia medietate denunciatori, vel accusatori, habet locum, vt applicetur etiam Syndico denunci-

64 anti ex necessitate officii propter verba statuti includentia denunciatores. † Item, quod testes recepti contra magnates nõ possint reprobari, nisi intra octo dies à die publicationis, valet; quia est ex causa, ex quo facerent reprobationem propter potentiam; ideo inducit præsumptionem iuris, & de iure, & non possunt accusari; ergo neque ex officio inquiri; quia vbi cessat accu-

65 satio, cessat inquisitio. Bart. plene *cons.* 100. D. *Cyno; in pr. lib.*1. vbi apost. dat conco. †Et istud statutum permissiuum ad tempus, videlicet intra octo dies. post tempus est prohibitiuum. Bart. *d. cõs.*

66 100. *n.*4. *& 5. v. super secundo, lib.*1. † Et licet adsit aliud statutum, q̃ de omnibus criminibus possit Potestas inquirere intra decem annos; tamen non trahitur ad causas habentes specialem dispositionem; quia in hoc species generi derogat, non econtra. Bart.

67 *d. cons.*100. *n.*6. *v super tertio, lib.*1. vbi apost. *in v. statutum*, dat conc. † Item statutum, quod in die Veneris sancti dentur quinque condemnati fratribus de Pœnitentia gratis, dummodo habeant damnati pacem ab offensis. Bart. *cons.*167. *Quod minister, lib.*1. *per tot.* vbi, quod condemnati pro blasphemia si sunt confessi, & absoluti de peccato, dicuntur habere pacem; quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus, & ibi apost. *in v. quod minister.* dat conc.

68 & dicit, quod Episcopus, & parochus possunt facere pacem pro Deo, & Christo; quia ministri Dei sunt. † Item, quod possit Potestas inquirere de violentiis illatis, quod statutum non habet locum contra adulterantem, vel rapientem mulierem. Bal. *cons.*171.

69 *Quæritur, vtrum, lib.*4. vbi obscure, & forte corrupte legitur. † Item Perusina constitutio contra cessantes, & fallitos, quod non valeat reductio crediti cum eis facta per creditores, in odium cessantium præsumitur facta, ideo non habet locum, si desiit esse cessans; quia cessat causa odii; item constitutio non comprehendit confirmatas per sententiam, neque iuratas. Rom. *cons.*404. *In*

casu. per tot. vbi pro vtraq; & hanc tuetur, vbi apostilla dat conc.

70 † Item, quod non possint officiales nomine Communis donare insignia, neque aliquid aliud officialibus de quo Bal. *cons.*53. *Item prouiderunt, & cons.*54. *Statuto cauetur, lib.*2. vbi, quod non habet locum talis prohibitio finito officio, neque in officiali singulari-

71 ter benemerito. † Item, quod contumax positus in banno habeatur pro confesso pro delicto, de quo inquiritur. Bart. *cons.*100. *A domino Cyno. in* 4. *dubio, n.*7. *& seq. vsque in fi. lib.*1. vbi, quid operetur hæc ficta confessio, & *cons.*116. *Statuto, lib.*1. vbi, quod non operatur ista probatio ficta contra patrem, vel tertium, plenius *in* 3. *q.*

72 *Perusina.* vbi distinguit. †Quod si quis commiserit homicidium, bona sua destruantur; idem, si dederit auxilium, consilium, & fauorẽ. Bart. *d. cõs.*116. *Statuto Perusinæ Ciuitatis, in pr. lib.*1. vbi, quod intelligitur de bonis homicidæ, vel auxiliũ dantis; quia illa verba *sua*, sunt possessiua, vt ibi *n.*6. *& 7. v. circa secundum.* vbi, quod

73 statutum est odiosum; ideo debet restringi. † Aliud statutum est, quod si filius, vel filia maritata cõmiserit maleficium, quod pater teneatur pro filio soluere pœnam vsque ad eam quantitatem, quæ contigerit filio de bonis paternis diuidendo bona inter patrem & filium, seu filios, ita quod medietas sit patris, alia medietas omnium filiorum, super quo Bart. *d. cons.*116. *Statuto. in pr. lib.*1. vbi, quod disponit conditionaliter, si filius commiserit maleficium, & non habet effectum, nisi probetur conditio sortita effectum; vnde licet ex eodem statuto contumax habeatur pro confesso, operabitur contra delinquentem, sed non contra patrem, vel tertium; & idem plenius concludit in *sua quæst.*3. *Perusinæ ciuitatis, per tot.* vbi vnde cum fundamenta pro vtraque, & ita distinguit, & ibi plenissime, quando ficta confessio, & sententia lata contra delinquentem præiudicet patri & tertio, & ibi apost. *in v. Perusinæ.* quæ dat conc. † Obseruantia, & stylus Perusiæ fuit vna, super interpretatione statuti, quod pro qualibet percussione cũ sanguinis effusione soluatur tanta pœna; quia si ex vna percussione exiuit sanguis ex pluribus locis, quandoq; vna pœna, quandoque plures fuerunt solutæ. Bald. *cons.*251. *Statuto cauetur lib.*2. †

Banniti possunt impune interfici, vel minori pœna puniatur interficiens, tale statutum factum dicitur fauore publicæ vtilitatis. Bart. *cons.*107. *Visis omnibus, in pr. lib.*1. & licet etiam sit in odium bannitorum; tamen dicitur fauorabile. Bart. *cons.*188. *in fi. lib.*1. † Pro-

uidet hoc statutum Perusii, quod bannitus ex vulnere cum sanguinis effusione possit impune interfici; aliquis fuit bannitus: quia percussit cum gladio in personam cum effusione sanguinis, nec aliquid dicitur de vulnere, prout statutum requirit, fuit ille interfectus in banno, dicit Bar. quod impune; quia licet nihil de vulnere expresse constet, constat virtualiter; quia cum gladio in personam non potest percuti cum sanguine, quin fiat vulnus. † Et istud statutum criminale est Perusii, quod exbannitus occasione robbariæ stratæ. vel falsitatis, vel quia cognouit per vim virginem maritatam, vel aliam mulierem bonæ conditionis, vel qui membrum alicui debilitauerit, vel mutilauerit, seu percusserit aliquem in facie: vnde signum remansit, & qui percusserit in aliqua corporis parte, ita quod vulnera fecerit, & sanguis exuerit, talis possit vbicunque, & à quocunque impune offendi realiter & personaliter. Fed. de Sen. *cons.*58. vbi ponit verba statuti, & cõsuluit super eo, & quid importent verba statuti, quod quis possit impune offendi. Feder. *cons.*271. *v. item hæc verba statuti.* † Item statutum criminale Perusii, quod accusatus, & condemnatus pro aliquo delicto non possint appellare, vel reclamare, vel de nullitate dicere, qualiter intelligatur vna cum multis aliis statutis ad hoc factis, late Bald. *cons.*119. *Statuto cauetur, lib.*2. vbi verba singulorum statutorum ponit, & dicit, quod si sententia est nulla, licet iudex non possit audire contra sententiam: tamen non exequitur eam. † Item statutum, quod sententia lata sine citatione ad

sententiam, valet, si constat de crimine; quia licet non valeat statutum tollens defensionem, & citationem *clem. pastoralis, de re. iu.* bene valet, quando causa fuit discussa, vel facta citatio ad excusandum à tali crimine. Alex. *cons.*225. *Ponderatis n.*12. *v. corroborantur. lib.*6. † Item, quod turbans aliquem in possessione condemnetur in libris cẽrum, procedit, quando turbatio est cum dolo, aliàs secus. Bald. *d. cons.*119. *n.*3. *v. item in isto statuto. lib.*2. † Item, quod fiat remissio pœnæ accusato, si concordauit partem super crimine. Bal. *cons.*27. *Punctus. super quo, & cons.*30. *Præsupposito vera, lib.*4. vbi, quod non habet locum in maleficiis, super quibus non potest concordari de iure communi. † Item circa damnum, in accusationem non possunt accusari in vno libello à 20. soldi infra, nisi tres de eadem familia, aliàs accusatio non valet. Bald. *cons.*245. *Ausi fuerunt, lib.*4.

Pestis excusat in multis, & qualiter probetur. Concluſ. 326.

PESTIS † operatur, quod citatus ad locum pestiferum non teneatur comparere. Corn. *cons.*131. *n.*6. *v. vbi etiam lib.*4. † Amplia; quia operatur, quod valet contractus mulierum sine solemnitate proximiorum, & aliorum; quia de facili non possunt adhiberi maxime si contrahens est infirmus, vel consanguinei sunt in loco territorii non suspecto. Corne. *d. cons.*131. *n.*2. *v. quæ conclusio. lib.*4. † Extende; quia existens in loco pestifero dicitur esse in periculo mortis. Corne. *dict. cons.*131. *n.*5. *lib.*4. † Probatur pestis ex testibus, qui fuerunt in loco pestifero; quia præsumuntur scire, & informari, maxime si reddunt scientiam, vel res sit notoria. Cor. *d. cons.*131. *In hac consultatione, n.*3. *v. probatur enim, lib.*4.

Petens plus debito qua pœna puniatur. Concluſ. 327.

PETENS † debitum solutum, vel plus debito condemnatur in triplum. Fulg *cons.*179. *ver. ad tertium.* † Imo pœna est *l. vnica. C.* de plus petit. † Amplia; quia etiam statutum Lucanum imponens pœnam petenti debitum solutum habet locum in hærede, qui scit, propter verba statuti, nisi iustam habeat ignorantiam, quæ non possunt verificari, nisi in hærede, licet de hærede nõ loquatur. Fulg. *d. cons.*179. *Dubia, super quibus, n.*1. † Statutũ Fauentię, & constitutio Quincię Romandiolę puniunt petentẽ plus debito ablatio

testæ ignorantiæ, vt cadat à toto creditio, quod petiit, & in super condemnatur Camera in tantundem, quantum illud plus petitum importat. Castr. *cons.* 463. *In causa vertente, n.* 3. *v. cecidit ergo* 5 *lib.* 2. Amplia; † quia petens plus debito non constituit in mora negantem, & morosum etiam pro parte debita. Doctor. *in l. qui* ☞ *solidum, ff. de leg.* 2. Vide, *Mora quando introduci non poss. t. Concl.* 376. Amplia; quia pœna petentis debitum solutum est pœna stellionatus. Vide, *Stellionatus crimen & pœna quando, & in quibus locum ha-* 6 *beat, vel non. Concl.* 691. Amplia; † quia ad expensas litis tenetur, 7 qui plus debito petiit. Fulg. *d. cons.* 179. *v. in quarto.* † Extende; quia etiam cessionarius postquam sciuit ex confessione cedentis debitum solutum, si prosequitur litem, tenetur ad expensas post scientiam, ante scientiam tenetur cedens. Fulg. *d. cons.* 179. *v. in* 8 *quarto.* † Amplia; quia petens cautionem de pluribus, ex dolo etiam petens plus debito punitur pœna *l. unicæ, C. de plus petitio.* & non admittitur pœnitentia etiam de iure Canonico. Soc. *Reg.* 5. 9 *cautionem de pluribus*, vbi restringit quatuor modis. † Limita; quia confitens sponte plus petiisse, vel debitum solutum petiisse euadit pœnam *l. unicæ, C. de plus petitio.* sed non euitat pœnam, de qua 10 in *§. tripli. Instit. de actio.* † Limita in eo, qui petit centum, & probat solum de quinquaginta, vel petit rem totam, & probat de parte; quia pro parte probata potest obtinere, & quomodo, & an sit in expensis condemnadus. Guido Papæ *decis.* 27. Vide, *Actori sauen-* 11 *dum, & in quibus. Concl.* 120. † Et quod petens plus debito non debeat in totum succumbere, sed obtinere pro vero credito. Bart. *in l. qui vas. in pr. ff. de furt.* gl. Bart. & alii *in l.* 11. *C. si aduer. rem iud.* vbi notabiliter dicunt, quod creditor plus debito petens obtinebit pro summa veri crediti, maxime, quando sumus in separabilibus & diuiduis; secus in inseparabilibus, & indiuiduis, secundum Iasonem post alios *in l. si non sortem*, §. *si centum, ff. de condict. indebit.* Soc. *in l. certi condictio.* §. *quoniam. ff. si certum petat.* Dec. late *in regul.* 12 *cum amplius, ff. de regul. iur.* Alex. *cons.* 208. *n.* 7. *lib.* 7. vbi reddit rationem; quia non mutatur substantia in totum. † Ratio est; quia in separabilibus, & diuiduis vtile per inutile non vitiatur, *l. sancimus, C. de donation. Iaf. in l. qui rem. col. pen. C. de sacrosanct. Eccles. & in §. plus* 13 *autem, Instit. de actio.* Alex. *cons.* 38. *Consideratis iis, col. final. vol.* 2. † Declara tamen; quia tali casu quoad expensas non condemnatur debitor in expensis, sed ambo sunt absoluendi; quia vterq; obtinet, vt per gloss. & Doctor. *in l. generaliter*, §. *sin autem non rite, in v. dispendii. C. de rebus cred.* quæ gl. licet videatur reprobata per Doctores maxime modernos, *in l. properandum*, §. *sin autem alterutra, C. eod.* & per Canon. *in c. finem litibus, de dolo. & contum.* Guido Pap. *decis.* 137. *sed quid dicamus, in secundo dubio.* Alex. *cons.* 212. *In causa, vol.* 7. tamen pro opinione glos. inoleuit practica, quod passim iudi- 14 ces ob mutuam victoriam ambas partes absoluunt. † Limita, qñ fuit procurator generalis, qui absente domino petiit plus debito; quia non potest facere incidere dominum in hanc pœnam. 15 Alex. *d. cons.* 208. *n.* 8. *v. pœna aut. lib.* 7. † Limita; quia petens plus debito non punitur pœna stellionatus, nisi ex dolo petierit, & ideo qui habuit iustam causam petendi, non punitur. Alex. *cons.* 73. *In causa. n.* 7. *v. tertio principaliter, lib.* 6. & non perdit creditum, quæ est 16 pœna, quando sine dolo petiit, vel exegit. Alex. *cons.* 83. *Viso pro- cessu. n.* 3. *v. nec similiter, lib.* 6. † Extende idem, quando procurator petiit plus debito; quia non potest facere incidere dominum in 17 pœnam. Alex. *d. cons.* 73. *v. quinimo, n.* 8. *lib.* 6. † Item si quis habens plures obligatos ab omnibus petit, & nisi declaret, quod vnica solutione sit contentus, dicitur petere plus debito, & incidit in 18 pœnam statuti. Cast. *cons.* 203. *Quantum ad secundum. lib.* 2. † Item, si vxor fuit tutrix filiorum, & habens in manibus bona pupilli ma- ioris quantitatis, quam importet legatum sibi factum à marito, petat legatum. Cast. *cons.* 463. *In causa vertente. col.* 3. *v. præterea suppo- sita, lib.* 2.

Petens vnum, & probans aliud debet succumbere, & quando secus. Concl. 328.

1 IVDEX † non potest pronunciare de alia re, vel aliquo facto, nisi de iis, quæ petita sunt, & probata principaliter, *l. de qua re, in pri. ff. de iud. iuncta l. vt fundus ff. communi diuid.* Fed. de Sen. *cons.* 159. *Sem-* ☞ *per alia non obtinet. Concl.* 244. Vide Regulam cum ampliat. & limit. per Felin. *in c. licet Heli. de Simon.* Vide, *Sententia debet esse conformis* 2 *libello. Concl.* 135. † Amplia; quia petens per errorem vnum credens petere aliud non potest obtinere, sed datur absolutoria reo ab obseruatione iudicii, *§. si quis aliquid pro alio. Instit. de actio.* Feder. de 3 Sen. *d. cons.* 159. *col.* 1. *in fi. v. modo lege cauetur.* Amplia; † quia articulans fraternitatem veram, vt quia dixit fuisse, & esse fratres, si probat quasi possessionem, & tractatum, non obtinet. Specul. *de teste*, §. 1. *v. sed pone egi.* † Declara; quia articulans aliquid taxatiue, & 4 restringens se si probat aliud, non obtinet; secus si se non restringit, vt quia articulauit veram fraternitatem, & quasi possessionem. Cast. *cons.* 151. *Viso puncto, in pr.* † Restringe; quia etiamsi quis 5 se restringat ad aliquid probandum vere; si tamen probat illud alio modo, obtinet, si ex illo modo resultat præsumptio iuris, q̃ sit eo modo, quo articulatur. Castr. *d. cons.* 151. *in pr. lib.* 1. *v. præterea etiam.* † Limita, nisi in incidentibus; quia iudex de eis cognoscit, 6 & idem in emergentibus, *l.* 1. & 2. *C. de ordin. iud. & l.* 2. *C. de ordin. cognit.* Fede. de Sen. *d. cons.* 159. *n.* 2. Vide Felin. plene *in cap. suborta.* vbi ponit reg. cum octo fallentiis. *de re iud.* † Declara tamen, vt in- 7 cidens debeat habere causam, quæ sit nata ante litem contestatam, & quod de eo ante litem contestatam sit oppositum, aliàs non, prout est in pacto de non petendo, in iureiurando, & similibus. Fed. *d. cons.* 159. *n.* 3. *v. nam vt de principali.* † Limita, quando in 8 libello est clausula: *omni meliori modo*: quia iudex potest super probatis, & non petitis ferre sententiam. Capic. *decis.* 96. *n.* 8. Limita, † quando iudex potest summarie, & sola facti veritate inspecta 9 iudicare. Vide, *Sententia debet esse conformis libello. Concl.* 135.

Petitio remedii legis est necessaria, vt sit locus remedio legis. Concl. 329.

STATVTVM † disponens, quod citatus non audiatur certis casi- 1 bus, nisi præstita cautione, intelligi debet, dummodo petatur formiter in prima comparitione. Ang. de Perus. *cons.* 61. *Quæritur, & quæsti. n.* 5. *& 6. v. nec obstat*, vbi, quod non sufficit, si petatur post primam comparitionem per modum replicationis. Extende † in 2 statuto Bononiæ, quod in causa conuentionis & reconuentionis debeat dari cautio; quia intelligitur, si fuerit petita. Alex. *cons.* 96. *Visis narratis, in pr. lib.* 4. vbi apost. *in v. petita.* dat plures concor. † Et 3 idem in statuto, quod appellans, vel petens restitutionem in integrum debeat cauere; quia etiamsi addatur, quod alias processus factus sit nullus, intelligitur, si petatur. Alex. *dict. cons.* 96. *in pr. lib.* 4. † Declara; quia si statutum mandat caueri, alias processus sit 4 nullus, distinguitur; aut statutum requirit cautionem ob publicam vtilitatem; & tunc debet omnino caueri, & processus erit nullus, etiamsi non fuit petita; si vero statutum respicit priuatam vtilitatem, & sic fauorem partium, debet peti, aliàs processus nõ est nullus. Alex. *d. cons.* 96. *in pr. v. confirmo per id quod. lib.* 4. allegat Gemin. *in c. statutum, in princ. de rescript. in* 6. & ibi gloss. Extende; † quia statutum formam dans dilationibus in causa dandis in- 5 telligi debet, si petantur dilationes. Alex. *cons.* 181. *In causa, & lite, n.* 5. *v. ad primum respondeo, lib.* 6. † Amplia in statuto Castelli man- 6 dante, quod Priores teneantur committere causam appellationis ab interloquutoria sub certa pœna; quia intelligitur, si petatur ab appellante, aliàs desertio currit. Angel. *cons.* 140. *Quidam Matthæus.* vbi loquitur in statuto ciuitatis Castelli. † Amplia plu- 7 ribus modis, de quibus per Iaf. *in l. vniuersa, C. de precib. Imper. offer.* vbi ponit plura remedia, & exempla, in quibus petitio est necessaria. † Amplia; quia licet iudex, vt superior teneatur in causa ap- 8 pellationis, vel recursus sententiam, vel laudum nullum, vel iniustum reformare, intelligitur, si petatur à parte. Io. de Anan. *cons.* 26. *In causa nobilium, n.* 9. *v. tertio quia.* † Amplia; quia vt consilium 9 debeatur, necessario debet petiab eo, qui vult conse qui consilium, etiamsi lex, vel homo præcipiat aliquid fieri cum consilio. † 10 Amplia in collatione bonorum à testatore ordinata, vel aliàs debita; quia debet intelligi, si petatur. Alex. *cons.* 110. *Circa primum, n.* 7. *v. præterea posito lib.* 3. † Declara; quia sunt duæ regulæ, seu 11 Conclusiones contrariæ: vna, quod obligatus facere aliquid certo termino teneatur offerre, etiamsi non petatur; alia, quod non teneatur offerre, sed neque facere, nisi petatur, vel interpelletur, plura exempla pro vtraque ponit Socin. *Reg.* 21. *poss. ssor bonorum. ver. quarto fallit*, tandem declarat, q̃si extat dies certa præfixa; quia dies interpellat pro homine, tenetur offerre, etiamsi non petatur; secunda opinio procedit, quando dies certa non est apposita. † Declara totam istam materiam; quia regula est, quod 12 quando quis tenetur, vel obligatur aliquid facere sub pœna, vt incurrat pœnam, debet interpellari ad faciendum, ita procedunt multa exempla, qui cumulat Marsil. *singul. suo* 341. *Ille, qui tenetur, in pr.* vbi, quod semper inest clausula: *si petatur beneficium legis, vel id, ad quod tenetur*; tamen; quando concurrit obligatio particularis, & statutũ, vt quis sub pœna teneatur aliquid facere; tunc nõ requiritur interpellatio, neq; petitio remedii, ita limitat Marsil. *d. singul. in fi. v. teneas tamen.* Vide, *Actus irritandus non dicitur nullus. Concl.* 145. *n.* 4. *& seq.* Vide, *Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Concl.* 252. Vide, *Consilium debet peti ad hoc, vt debeatur. Concl.* 767.

Vide,

Vide, *Dispositio legis, vel statuti habet locum si petatur. Concl.*500. Vide ☞ *Officium suum iudex impartiri non debet, nisi petatur. Concl.*111. Vide, *Statutum circa cautiones, & fideiussiones præstandas. Concl.*479. Limita

13 †in statuto prohibente procedi contra reum ad inquisitionem, nisi dato die vtili ad deliberandum (prout Mediolani) quia non intelligitur, si petatur. Signor. *cons.*155. *in pr. per tot.* maxime *n.*14. *v. præterea non obstat*, vbi dicit regulam in contrarium, *l. omnia, in pr. ff.*

14 *de leg.*2. † Limita; quia licet creditor, qui obtinuit dilationem ex rescripto principis, teneatur satisdare, si petatur, non aliàs, *l. vniuersa. C. de precib. Imper. offer.* secus est; quia imo ipse debet illam offerre, qn illam obtinuit, postquam erat ad iudicium vocatus, vel lata sententia, item, quando fuit carceratus, & ipse instat relaxari; quia tunc licet non petatur, tenetur illam offerre, aliàs non auditur. Alex. *cons.*205. *Visis iis, n.*3. *& seq. v. respondeo primo, lib.*2. vbi *n.* 4. dicit idem in eo, qui passus est missionem in possessionem ex primo decreto; quia si vult recuperare, debet offerre satisdatio-

15 nem. †Limita quatuor modis, de quibus Soc. *d. Reg.*21. *possessor bonorum.* videlicet, quando certa dies est appositæ secundo, quando obligatus facere esset cum iuramento: tertio, quando verba sunt geminata: quarto, quando illud requiritur fieri tempore actus; quia istis casibus non requiritur petitio.

Petitorium quando, & ex quibus dicatur intentatum. Concl.330.

1 PETITORIVM †necessario dicitur intentatum, quãdo quis petit declarari bona ad se spectare, quando concludit se possidere. Signor. *cons.*250. *n.*3. *in fi. v. item secundo.* Alex. *cons.*184. *Viso pro-*

2 *cessu. n.*6. *& seq. v. præterea, lib.*5. † Amplia; quia is, qui deducit dominium, vel quasi ad se spectare, dicitur potius p. titorium, quã

3 possessorium intentare. Corn. *cons.*23. *n.*15. *lib.*1. † Declara; quia si testes probant, bona ad Titium spectare, & pertinere, dicitur probatio ambigua, & non concludens; quia possunt spectare a-

4 lia ratione, quam dominii. Alex. *cons.*89. *n.*3. *v. sed ista verba. lib.*5. † Amplia; quia ad cognoscendum, an quis intentauerit Saluianum, quod est possessorium, an hypothecarium, quod est petitorium, inspici debent libelli verba; quia si facta est mentio dominii, censetur intentatum petitorium. Cast. *in l. rem alienam, in fi.*

5 *ff. de pignor. actio.* † Amplia; quia semper dicitur intentatum petitorium, quando dicitur, quod bona pleno iure spectant ad petentem. Alex. *d. cons.*89. *Excellentissimi, in pr. lib.*5. † Amplia; quia co-

6 gnoscitur petitorium à possessorio intentatum; quia quando petitur restitutio rei cum fructibus, est necessario intentatum petitorium; quia fructus non petuntur in possessorio; & quia petitio restitutionis rei respicit petitorium; petitio vero restitutionis possessionis respicit possessorium; ideo qui narrat defunctum iusto titulo, vel bona fide possedisse, & actorem hæredem esse, bona occupari à reo; ideo declarari se esse hæredem, & reum condemnari ad restitutionem bonorum cum fructibus, necessario intentasse dicitur petitionem hæreditatis, non autem possessorium. Alex. *cons.*184. *Viso*

7 *processu, n.*6. *& seq. v. præterea.* maxime *n.*8. *& 9. lib.*5. † Extende; quia petitio hæreditatis non datur ei, qui post mortem testatoris vti hæres semel possedit; quia amplius non sunt res hæreditariæ, sed hæredis facta apprehensione, sed competit spolium: si tamen petiit bona sibi restitui, non autem possessionem, non intentauit

8 spolium, sed petitionem hæreditatis, quæ non competit. Alex. *cons.*185. *In causa appellationis. n.*3. *v. eis non competit, lib.*5. † Amplia; quia semper, quod intentatur hypothecaria, vel pignoratitia, siue agendo, siue retinendo, dicitur intentatum petitorium, non

9 possessorium. Alex. *cons.*78. *Clarissime, in pr. n.*2. *v. confirmantur. lib.*3. †Regulariter, quando petitorium intentatur, probari debet dominium ex parte agentis, possessio ex parte rei, *l. in rem actio. in pr. ff. de rei vendicat.* ☞ Vide, *Libellus quando concernat petitorium, vel possessorium. Concl.*316. Vide, *Possessorium ante petitorium terminatur. Concl.* 446. Vide, *Rei vendicatio non datur, nisi ratione dominii. Concl.*114.

Petrarcha, & eius laudes, & vita. Concl. 331.

1 PETRARCHA † diuinus vates, & orator dicitur, cuius vita nostrum seculum illustrauit: opera vero futura cuncta secula de-

2 corabunt, dicit Zabarell. *cons.*79. *in pr.* † Fuit Archidiaconus Parmæ de anno 1350. mortuus est de anno 1374. & habuit domos, & patrimonium in ciuitate Parmæ, & eius hæres fuit spoliatus ab Archidiacono successore prætextu, quod Ecclesia esset hæres: contrarium consuluit Zabar. ad fauorem hæredis, *d. cons.*79. *per tot.* ex quo antequam esset Archidiaconus, habebat domos, & patrimonium.

Pia causa quæ dicatur, vel non. Concl.332.

PIA † causa dicitur, quando vere, & simpliciter contemplatione piæ causæ aliquid relinquitur. † Et quæ dicatur pia causa, &

de priuilegiis eius vide Soc. *in tract. fallent. Reg.*330. *Priuilegia pia causa.* vbi multa. † Et donatio facta Ecclesiæ in dubio pro salute animæ debet iudicari facta, & sic est in causam piam. Cald. *cons.* 327. alias 8. *de donat.* maxime *circa med. v. item quia sitenemus.* † Et in dubio propter Deum facta præsumitur, nisi alia causa appareat. Mascard. *Concl.*555. *Donatio Ecclesiæ.* † Idem, si legatum fiat proanima; quia dicitur pia causa. Alex. *cons.*209. *Statutis, in pr. lib.*2. † Legatum factum Ecclesiæ dicitur ad pias causas. Rot. *cons.*231. *Quoad primum, n.*5. vbi apost. *in v. causas*, dat conc. † Et legatum factum fratribus Prædicatoribus, vel Minoribus dicitur ad piam causam. Fed. de Sen. *cons.*17. † Et libertas legata dicitur pia causa, & sufficiunt duo testes, prout in pia causa, Alex. *cons.*76. *Ponderatis. n.*16. *lib.*3. † Amplia; quia institutio hæredis facta in bonis testatoris distribuendis pro Deo, & pro anima testatoris dicitur ad piam causam. Fed. *d. cons.*217. *per tot.* † Amplia in legato pro anima, vt dicatur factum ad piam causam. Fed. de Sen. *cons.*194. *in fi.* Cald. *cons.*20. *de constit. n.*1. *in fi. v. item relict. a pro anima.* Castr. plene *cons.*167. *Præsupposita, n.*2. *lib.*2. Alex. *d. cons.*209. *in pr. lib.*2. † Extende; quia substitutio facta ad fauorem societatis, vt eroget elemolynas pro anima testatoris, dicitur facta fauore piæ causæ. Dec. *cons.*181. *per tot.* † Amplia; quia pia causa dicitur, quãdo schola laicorum habens annexum Hospitale pauperum est substituta, vel instituta. Bald. *cons.*407. *nu.*4. *in fi. vs. nec dubitandum. lib.*2. † Amplia; quia institutio, vel substitutio ad fauorem monasterii religiosorum dicitur pia causa. Dec. *cons.*427. Soc. Iun. *cons.*42. *lib.* 1. † Amplia; quia causa dotis est pia causa simpliciter, latissime per Calcan. *cons.*13. *per tot.* quod etiam est subscriptum à Martino Laudense, & Iacobo Puteo, vbi ponit multa specialia piæ causæ. Io. de Anania *cons.*57. *Visis, in pr.* † Extende, vt etiam quarta, quæ debetur vxori indotatæ in bonis mariti, dicatur pia causa. Soc. *cons.*121. *n.*20. *lib.*4. † Extende dotem esse piam causam, siue dos legetur à patre, siue ab extraneo, licet legata ab extraneo maiorem habeat pietatem. Io. de Anan. *d. cons.*57. *Visis, & considerat. in pr.* † Imo in dubio legatum dotis factum pauperi mulieri censetur in causam piam, communem* dicit Dec. *cons.*120. *n.*4. † Extendein tantum, quod licet soluatur gabella de omni contractu, non debet solui de contractu dotis; quia pia est causa. Io. de Anan. *d. cons.*57. *in pr.* Contrarium † dicit Dec. *d. cons.*120. *Pro tenuo, n.* 4. *& seq. in fi.* vbi, quod dos relicta pauperi mulieri ab extraneo præsumitur intuitu pietatis, & est pia causa: si vero relinquatur consanguineo, præsumitur relictum causa consanguinitatis potius, quam pietatis, nisi sit expressum, quod causa pietatis legatur. † Reprobatur Dec. per apostil. in fin. quę allegat Ias. *cons.*27. *lib.*2. & dicit esse verius. Declara; † quia si legatur etiam à connecto, qui non tenetur dotare, dicitur pia causa, quando pauper legatur. Vide, *Legata ad pias causas quæ dicantur, vel non. Concl.*316. † Declara saltem hoc esse indubitatum, quando dos est mulieris pauperis. Calcan. *d. cons.* 13. licet ipse hoc non teneat: quia non cauetur, & quod non sit pia causa, quando mulieri datur dos relinquitur. Dec. *cons.*348. *De duobus, n.*5. qui alios allegat, pone Ias. *in l. cum is, qui §. si mulier ff. de condict. indebit.* Natta plene *cons.* 613. vbi, quod non est, nisi sit pauper. Imo † siue sit mulier inops, siue diues, causa dotis est pia causa. Tiraquell. *de priuileg. pia caus. in præfat fol.*3. *v. sed aduerte.* Corne. *cons.*50. *num.*15. *lib.*1. dicit dotem piam esse causam, quando viget matrimonium, aliàs secus † Ias. *dict. l. cum is, qui. §. si mulier, in prin. ff. de condict. indebit.* dicit, quod est pia causa, si promittitur dos à matre, vel sorore. † Amplia; quia causa carceratis est causa pia. Cauett. *cons.*3. *num.*10. † Amplia; quia subsitutio societatis marangonorum cum onere faciendi celebrare Missam pro anima testatoris dicitur in piam causam facta. Alexand. *cons.*38. *Viso themate, lib.*1. *per totum.* † Amplia; quia institutio Hospitalis ædificandi dicitur pia causa, etiamsi non construeret; quia commutatio fieret in aliam piam causam. Anchar. *cons.*337. *De efficacia, num.*9. *& sequent.* vbi, quod inspicitur destinatio animi testatoris. † Extende; quia institutio pauperum Christi dicitur facta ad piam causam. Io. de Ana. *cons.* 57. *in prin.* † Extende; quia institutio Hospitalis profani, & laicorum dicitur pia causa; quia est locus pius secundum veritatem: sed dato, quod non esset pius locus; quia in eo pietatis opera exercentur, dicitur in piam causam erogatum, & non deducitur Falcidia, neque Trebellianica; quia pium legium est concessum causæ, & non loco. Castr. *cons.*167. *per totum. lib.*2. Alex. *cons.*209. *Statutis in prin. lib.*2. † Et ideo legatum factum tali Hospitali pro anima dicitur in piam causam dupliciter: primo, quia pius locus est

esth ospitale: secundo, quia pro anima. Alex. *d. conf.* 209. *in pr. lib.* 2.
31 † Amplia; quia causa pupillorum est pia, *l. vnica. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* Cast. *conf.* 100. *n.* 3. *v. sis tamen & aliis, lib.* 1. & a post.
32 ibi allegat Bal. *conf.* 465, *lib.* 1. † Extende; quia causa dicitur pia, q̃n relinquitur, vel donatur pauperi, vel pauperibus, aut cõtemplatione paupertatis. Alex. *conf.* 125. *Viso themate*, plenius *conf.* 126. *In hac hæsitatione, per tot. lib.* 4. vbi plene de statuto Bononiæ, quod dicit 10 solidi pro libra debeantur fabricæ sancti Petronii, de omnibus legatis, & donationibus ad pias causas, vbi, quod dominus, q̃ instituit filiũ spiritualem suum seruitorem pauperem, debet
33 soluere; cum pia est causa. † Et est arbitrarium iudici, quis sit pauper, vel non. Alex. *d. conf.* 126. *n.* 8. *v. sexto adduco*, vbi, q̃ statur arbitrio iudicis, vel arbitrio vulgi, & qui nõ habet, nisi scutos 50. vel
34 qui non habet, vnde possit viuere, nisi laboret. † Amplia; quia legatum factum filio dicitur pium; quia nulla maior pietas, quam illa, quam pater in filiũ exercet, ita consuluit Ant. de Prato vete-
35 ri. † Contrarium tenet Fran. Aret. *conf.* 12. *In causa Nicolai. n.* 2. *& seq.* vbi dicit; q̃ eadem pietas est relinquere parentibus à filiis, quæ est, quod è conuerso filiis legetur à parentibus; & tñ legatum factum matri per filiũ non est pium; quia detrahitur Falcidia, quæ non detraheretur, si esset pium, nisi mater esset paupercula; quia tunc esset pium. Franc. Aret. *d. conf.* 12. *n.* 3. *& seq.* vbi reprehendit Ant. de Prato veteri, quod scribat opiniones ita exorbitantes, & adducit Bal. *in Auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid.* dicẽtem, quod
36 relictum factum filio monacho dicitur pium; quia monachus, non quia filius. † Declara; quia maior fauor debetur causæ piæ, quam filiis extra legitimam, in legitima secus; quia magis fauetur
37 filius. Fran. Aret. *d. conf.* 12. *n.* 5. *v. non obstat.* † Declara; quia filius spiritualis licet contrahat agnationem spiritualẽ, quę maior est carnali; tñ si pauperi, vel causa pietatis donatur, vel legatur ei, erit pia causa. Alex. *conf.* 125. *Visor themate, per tot. lib.* 4. vbi idem dicit in filio adoptiuo; quia non contrahit aliquam coniunctionẽ sanguinis,
38 & idem repetit *conf.* 126. *n.* 19. *& seq. lib.* 4. † Amplia; quia legatum factum pauperibus, vel pauperi dicitur pia causa. Alex. *conf.* 158.
39 *Viso testamento, n.* 9. *v. an dicta dispositio intelligatur, lib.* 7. † Extende, vt procedat, etiamsi fiat pauperi consanguineo testatoris; quia reuera dicitur ex causa pia, Alex. *d. conf.* 158. *in fi. lib.* 7. vbi quis dica-
40 tur pauper, vel non, dicit, quod statur arbitrio iudicis. † Limita, quod non dicitur pia causa, si pietas simulatur, puta si diuiti pro anima aliquid relinquitur; quia pietas non stat in nomine pietatis, sed in substantia veritatis, vt *C. demendican. valid. lib.* 11. *l.* 1. Lap. *allegat.* 91. *n.* 4. *in fi. v. si enim pietas.* Petrus de Anch. *conf.* 25. *Videtur pri-*
41 *ma facie, n.* 5. *v. præterea aduertendum.* † Et codicilli facti ad fauorem vxoris, etiamsi testator dicat codicillari pro anima sua, non dicuntur ad piam causam; ideo requiritur sufficiens numerus te-
42 stium, videl. quinque. Bal. *conf.* 8. *Licet mulieres, lib.* 5. † Et testamentum, vel legatum factum ad fauorem priuati, qui non laborat inopia, non dicitur ad piam causam, licet dicatur, quod amore Dei testator hoc facit; quia talia verba nihil operantur contra veri-
43 tatem. Bal. *conf.* 230. *Testamentum, de quo lib.* 5. † Et exequutor ad distribuendum pauperibus non põt distribuere vni mille marcas prætextu paupertatis; quia excedere diceretur conuenientiam
44 pauperis; ideo non valeret, quia non esset facta secundũ inopiã. Bal. *conf.* 162. *n.* 2. *v. secundo quæritur. lib.* 5. † Et alimenta licet dici possint causa pia; prout dos, intelligitur, q̃n pauperi, & inopi legan-
45 tur, non si diuiti, plura Natta *conf.* 613. *per tot.* † Donatio facta cõsanguineo amore Dei non dicitur in piam causam, vt valeat absenti, nisi constito de paupertate consanguinei donatarii, ita Tiraquel. *de priuil. pia causa priuil.* 115. & gl. Bal. & Cast. *in l. illud. C. de sacros. Eccles.* vbi, quod verba amore Dei nõ faciunt esse causam piã,
46 si non est. † Limita; quia fraternitates seculariũ non sunt pia loca, & relicta eis facta non dicuntur ad pias causas. Corn. *conf.* 18. *Circa hanc consultationem, col.* 2. *n.* 5. *v. quinto, lib.* 4. Bal. *conf.* 255. *Quidam fœnerator, in fi. lib.* 3. *v. præterea fauore, & conf.* 99. *Punctus talis*, vbi, quod hæres grauatus restituere istis deducit Trebellianicam, *lib.*
47 *4. cui cap. v. item nec. dicit.* Petr. de Vbald. *in tract. de quarta Episcopa.* Innoc. *in c. officii, de test.* Vide, *Ecclesiasticæ personæ quæ non sint, neq;* gaudeant priuilegio fori, & *Clericatus. Concl.* 28. † Contrarium, quod imo substitutio facta de confraternitate dicatur pia causa; quia
48 omnia sunt loca pia, in quibus pietas exercetur. Abbas *conf.* 32. *Circa duo, col.* 2. *v. substitutio vero, lib.* 3. † Extende; quia neq; sunt capaces distributionis faciendæ in pauperes Christi tales societates battutorum; quia non sunt pia loca, nisi habeant Ecclesiam annexã, vel nisi sint societates destinatæ ad distribuendas eleemosynas pauperibus; quia tunc bene essent pia loca. Bal. *conf.* 162.
49 *Quidam Franciscus. n.* 4. *v. quarto quæritur. lib.* 5. † Extende; quia bona talium societatũ mere laicorum possunt alienari, prout alia bona; quia prohibitio, & solemnitas requisita in bonis Ecclesiæ nõ habet locum in istis. Ang. *conf.* 384. *Paxinus quondam, per tot.* Bald. *in auth. hoc ius porrectum, v. secundo quæro. C. de sacr. Eccles.* vbi dicit se ita consuluisse. † Extende; quia licet de relictis ad pias causas nõ detrahatur Trebellianica, bene detrahitur de relictis factis istis societatibus secularibus. Io. de Im. *in d. c. officii, de test.* Bal. *in l. illud, quæ.* 10. *C. de sacros. Eccles.* Cast. *conf.* 295. † Extende; quia huiusmodi fraternitates seculares dicuntur profanæ personæ, & profana colloquia, non Ecclesiastica. Fed. de Sen. *conf.* 47. & ideo Episcopus non habet quartã de relictis istis societatibus, sicut nec de relicto singulari personæ. Bal. *conf.* 134. *Factũ super quo. lib.* 2. Vide, *Quarta debita Episcopo quando debeatur, & ex quibus. Concl.* 21. †
52 Extende; quia non tenentur ad decimas impositas à summo Pontifice Ecclesiis, & piis locis, vt p Laurentiũ de Rodulphis in quodã suo consilio incip. *factum sic se habet societas aliqua*, & ita fuit cõsultũ per plures excell. Doct. pro societate S. Antonii loci montis S. Sabini, inter quos erat D. Marian. Soc. dum erat aduocatus consistorialis. † Limita; quia legatũ factum mulieri ad vitam, &
53 postea Ecclesiæ non dicitur pium quoad mulierem, & suum cõmodũ. Cald. *conf.* 337. alias 8. *de testam. v. sed posito, quod istud legatum*, ideo non valet quoad mulierem, & ea viuente non debetur Ecclesiæ, sed post mortem secus. Bal. *conf.* 230. *Testamentum, de quo, circa fi. lib.* 5. † Declara tñ; quia Trebellianica, quæ non deducitur ex
54 legato ad piam causam, non etiam deducetur isto casu, q̃n est facta prima institutio, vel substitutio fideicõmissaria, & post mortẽ primi hæreditas in paupe[illegible]ribui debet. Cald. *conf.* 369. *in fi.* qui dicit *veriorem, & æq[illegible]m ac cõmunem, alias 40. de testam.* † Contra istam declarationem tenet Bald. *conf.* 407. *In quæst.*
55 *circa pr. v. secundo est videndum, lib.* 1. vbi, quod si substitutio est facta inter duos institutos, & ambobus deficientibus sine filiis substituatur pia causa dicit, q̃ primus substitutus ex sua substitutione deducet Trebellianicã contra piam causam, videl. hæredes eiusdem primo substituti. † Restringe limitationẽ, vt non procedat
56 ad effectũ, vt monasteriũ habeatur loco filii; quia si duo sunt instituti fratres, & inuicem substituti, si primo alter decedat sine filiis, & vltimo ambobus decedentibus sine filiis substituatur pia causa, si primus ingreditur monasteriũ, & decedat, certe monasteriũ non habetur loco filii, sed succedet superstes nõ ex se, sed quia pia causa vltimo vocata facit cessare monasteriũ. Bal. *d. conf.*
57 407. *n.* 4. *v. tertio videndum, lib.* 1. † Limita; quia licet legatũ alimentorũ sit pia causa, maxime, q̃n pauperi, tñ debent legari in testamento solemni, alias non sufficit testamentũ coram duobus testibus *l.* 1. *C. de fideicom.* † Limita; quia q̃ dicitur, piam causam non
58 ligari statutis laicorũ, intelligi debet de pia causa vera, & stricta, non autem de pia causa, qua vtitur pater donando filio; quia nõ proprie pia est causa. Cuma. *conf.* 29. *post med. v. nec obstat.* † Limita,
59 quia opus fabricæ, q̃n ab ordinario Episcopo non est confirmatũ, non dicitur pia causa. Bal. *in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccles.* † Restringe, q̃n per opus, & fabricam acquiritur Ecclesiæ; qa
60 dicitur pia causa. Anch. *conf.* 172. *In causis, & quæstionibus, n.* 3 †
61 Limita; quia non omne, quod pietatis causa fit, dicitur pia causa; vt in ea non seruetur ius ciuile, nam licet ea, quæ spiritu Dei aguntur, non subiaceant legi humanæ, intelligi debet de illa pietate, quæ diuigitur principaliter in Deum, ita Corn. *conf.* 50. *Videtur in hac n.* 14. & 15. *lib.* 1. vbi loquitur in dote donata; quia licet dos sit pia
62 causa, tamen si donatio non est insinuata, non valet. † Limita generaliter; quia pia causa non dicitur, q̃n legatur diuiti, etiamsi dicatur, amore Dei, & pro anima: & idem si legatur consanguineo amore Dei, vel pro anima. Alex. *conf.* 125 & 126. *lib.* 4. maxime *n.* 6.
63 *v. quinto per hoc.* † Declara tamen ex mente beati Thomæ 2. 2. *q.* 32. *in fi.* quem refert Alex. *d. conf.* 126. *n.* 7. *lib.* 4. quia relictum ad piam causam dicitur factum diuiti, quando indiget secundum statum suum, sed si non indiget, præsumitur ex causa amicitiæ, & si est consanguineus, ex causa consanguinitatis.

Pia causa habet specialia, vt admittat multa prohibita. Concl. 333.

CLERICVS † & mulier licet non possint esse procuratores pro laico in causa seculari; tamen ratione piæ causæ admittũtur, qui alias non admitterentur. Fed. de Sen. *conf.* 270. *in fi.* allegat *ca.* 3. *de postul.* cum gl. in ver. *ista verba, in fi.* † Amplia; quia licet condi-
2 tio non debeat impleri ciuiliter, sed naturaliter; tamen fauore piæ causæ fideicommissum factum alicui, si decesserit sine filiis ex proprio corpore nascituris, euanescit, si grauatus restituere ingreditur religionem; quia monasterium habetur loco filii, & talis conditio tollitur. Corn. *conf.* 18. *col.* 5. *n.* 17. & 18. *lib.* 4. Bart. *conf.*
3 1. *lib.* 1. *& in l. si ita quis.* §. *fi. ff. de Leg* 2. † Declara tamen, nisi piæ cau-

sæ sit relictũ fideicõmissum; quia tunc priuilegium non intrat, vt
4 * per Corn. *d. cons.* 18. *n.* 9. *lib.* 4. vbi dicit * cõmunem. † Amplia; quia
licet legatum sub conditione, puta donec extiterit filia testatoris
hæres instituta non debeatur ea mortua, f uore piæ causæ debe-
tur propter mentem. Signor. *cons.* 206. *In quæstione præmissa. per tot.*
5 † Amplia; quia quælibet dispositio generalis nunquam præiudi-
* cat, neque comprehendit piam causam secundũ communem *
opinionem, de qua Crau. *cons.* 3. *n.* 10. latissime Calcan. *cons.* 13. *per*
tot. quia quæ spiritu Dei aguntur, non subiacent regulis iuris. So-
☞ cin. *cons.* 121. *n.* 29. *lib.* 4. Vide, *Pia causa habet multa priuilegia. Conclus.*
6 334. † Extende; quia nõta speciali digna sunt respicientia piam
causam, ideo ius Canonicum, & positiuum prohibens vsurariũ
testari sine cautione, non habet locũ si testatur ad piam causam.
7 Anch. *cons.* 29. *Quæstio talis. n.* 4. *& seq.* † Amplia; quia licet rei suæ
quilibet sit moderator, & arbiter, & possit apponere conditio-
nem quam velit; tñ donatio Ecclesiæ ædificandæ pro dote ex
pacto non põt reuerti ad dotantem, vt Ecclesia certo casu priue-
tur, ne indotata remaneat, Anch. *cõs.* 197. *n.* 5. *& seq. v. venio ad aliud.*
8 † Amplia; quia agere potest quilibet pro pia causa sine mandato.
Specul. *tit. de instr. editio.* §. *nunc aliqua, v. sed non ne quilibet de populo.*
Rom. *in auth. similiter, C. ad leg. Falcid.* vbi dicit notandũ perpetuo.
9 Fel. *in c. fi. de accusat.* † Extende; quia quilibet de populo põt agere,
vt pia legata exequantur; & pia causa suum consequatur. Roma.
cons. 69. *Viso quæstionis themate, in pr. n.* 3. *v. secundo principaliter*, vbi a-
10 post. *in v. de populo*, dat conc. & idem Rom. *cons.* 428 *n.* 11. † Amplia;
quia legatum pium si non mandatur exequutioni intra annum,
deuoluitur exequutioni intra annum, deuoluitur exequutio ad
11 Episcopum loci, Lap. *alleg.* 88. *Matthæus, nu.* 3. *v. prima pœna.* † Am-
plia; vt legatum factum piæ causæ, si non põt in illam causam piã
implicari, fieri debet implicatio in aliam piam causam. Lap. *d. al-*
leg. 88. *n.* 5. *v. item quod si dicta*, & hoc est speciale in legato ad piam
☞ causam, vt ibi *in fi. alleg.* 506. *n.* 7. Vide, *Legatum pium ad certam cau-*
12 *sam quando & quomodo commutandum. Concl.* 115. † Declara tamen;
quod commutatio debet fieri in eandemmet causam in alio lo-
co; veluti si in vna Ecclesia fuit legatum factũ de cõstruenda ca-
pella, & non possit in ea fieri cõmutatio, erit de vna capella, non
autem de alio opere pio in alia Ecclesia. Lap. *d. alleg.* 88. *n.* 6. *v. ad*
secundã, & *n.* 7. *vsque in fi.* vbi dicit hoc de iure Canonico; secus,
13 forte secundum Legistas. † Et legatum pro anima; & pium non
fit caducum, quamuis non contingat secundum ordinationem
testatoris, *l.* 2. *ff. de manum. vind.* Dec. *cons.* 182. *& cons.* 186. Rom. *in*
auth. similiter. C. ad leg. Falcid. Alex. *cons.* 209. *n.* 5. *& n.* 16. *lib* 2. Abb.
cons. 64. *n.* 6. *lib.* 2. Sebastia. de Medic. *in opusculo suo pia causa*, vbi
14 plura cumulat. Tiraquel. *de priuil. pia causæ priuil.* 38. † Amplia; quia
argumentum valet à libertate ad piam causam; ideo disposita p
libertate militant pro pia causa. Fulg. *cõns.* 22. *n.* 2. Rom. *cons.* 428.
15 *In terminis. n.* 2. † Extende in casu contrario Tiraquel. *de legib. con-*
nubial. gl. 8. *quæst.* 18. *n.* 166. vbi quod maior causa pia est libertatis
causa, sed non credo verum; quia illa, quæ respicit remissionem
16 peccatorum, vti quid spirituale, dicitur magis pia. † Amplia; quia
non patitur detractionem Falcidiæ legatum ad piam causam.
☞ Old. *cons.* 111. *Quidam in fi.* Vide, *Legata ad pias causas quæ dicantur, vel*
17 *non. Concl.* 105. † Amplia; quia legata post mortem descendentis,
quæ habent tacitam conditionem, *si sine filiis decesserit*, debentur
fauore animæ, etiamsi decedat cum filiis, quando est particulare.
18 Petr. de Anch. *cons.* 46. *Prima facie videretur.* † Amplia; quia debe-
tur legatum factum piæ causæ ante aditam hæreditatem ex ob-
seruantia, licet de rigore iuris forte sit contrarium. Lap. *alleg.* 92.
n. 4. *in fi.* Cald. *cons.* 355. *in fi.* alias 26. *de testam.* & Bal. *cons.* 319. *Præ-*
mittendum est. circa fi. v. si autem quæratur, lib. 5. Vide, *Legata non valent*
☞ *neque debentur, nisi adita hæreditate. Concl.* 52. Vide, *Legata pia debentur*
19 *omnino, & non sunt caduca, & quando secus. Conclus.* 109. † Extende;
quia legatũ factum in certæ personæ valet fauore piæ causæ. Bal.
20 *cons.* 188. *Punctus primo quæritur, lib.* 5. † Amplia; quia valet testamẽ-
tũ ad piam causam coram duobus testibus factum. Fed. de Sen.
cons. 217. *per tot.* Fed. *cons.* 298 *n.* 2. *v. item non obstat, quod dicitur.* Cald.
cons. 355. *in pr.* alias 26. *de testam.* Abb. *in cap. relatum, de testam.* plene
☞ Alex. de Næuo. *cons.* 14. *n.* 2. Vide, *Testamentum ad pias causas quam*
21 *solemnitatem requirat. Concl.* 116. † Declara, vt non procedat, qñ a-
liud testamentum esset factum solemniter, maxime si in primo
22 pia causa esset instituta. Old. *cons.* 119. *circa fi.* † Extende, quia licet
testamentum, & legata in eo facta reddantur nulla, si hæres de-
cessit ante testatorem; quia non potest valere testamentum sine
hærede, qñ testator sciuit, vel ignorauit; tamẽ bene valent lega-
ta ad piam causam, si testator ignorauit mortem hæredis. Rom.
23 *cons.* 428 *In terminis, in pr.* vbi prima apostilla dat conco. † Amplia;
quia licet filius familias non possit testari, codicillari, neque lega-
re etiam cum consensu patris, sed solum donare causa motus *p.*
tam is. §. 1. ff. de donat. causa mort. tamen bene potest fauore piæ cau-
sæ, *cap. licet, de sepult. lib.* 6. Fed. de Sen. *cons.* 294. *per tot.* Vide, *Filius-*
familias quid possit circa vltimas voluntates cum consensu patris. Cõc. 305.
† Amplia; quia si possessio Ecclesiæ alicui concedatur ad vitam
pietatis causa, non requiritur solemnitas aliqua. Fed. de Sen. *cons.*
295. *circa fi. v. item facit, quod not. allegat.* 16. *q.* 1. *cap. possessiones.* † Am-
plia; quia valet donatio inter virum & vxorem facta, vt donan-
ri° piæ causæ, & Deo dare possit, *l. si spõsus. §. concessa. ff. de donationib.*
inter vir. & vxor. Feder. de Sen. *d. cons.* 298. *n.* 2. *in pr.* † Amplia; quia
conditio, quæ debet regulariter impleri vere, & naturaliter, fu-
uore piæ causæ; impletur etiam per fictionem, & modum ciuili.
l. si ita quis vbi Bart. & alii *in §. fi. ff. de leg.* 1. vbi substitutio facta al-
cui, *si decesserit, sine filiis*, quæ intelligitur de naturalibus, verifice-
tur in monasterio, quod loco filii habetur fauore piæ causæ. † Exten-
de; quia imo legatum factũ per patrem donec filia hæres in-
stituta vixerit, debetur etiam filia mortua ab extraneis hæredib°
ex mente fauore pię causæ. Signor. *cons.* 206. *per tot.* † Amplia; quia
solemnitates iuris ciuilis, neque forma debet seruari in testamẽ-
tis ad pias causas, nisi sit solemnitas respectu habilitatis personæ,
vel respectu rei, vt sit contra bonos mores. Cald. *cons.* 355. *per tot. a-*
lias 26. *de testam.* quod duplicatur 173. alias 7. *de testib.* Vide, *Testa-*
mentum ad pias causas quam solemnitatem requirat. Concl. 116. † Extendo si
statutum mandans mulierem non posse testari sine cõsensu ma-
riti; non habet locũ in testamento ad piam causam. Bal. *cons.* 93.
Super dictis, in fi. lib. 2. † Idem, si mãdat testamenta, & instrumenta
registrari; quia non valet contra piam causam. Alex. plene *consil.*
209. *Statutis, per tot. lib.* 2. vbi dat multa similia. † Amplia, quia do-
natio non requirit insinuationem fauore piæ causæ. Calder. *cons.*
322. alias 3. *de donatio.* Vide, *Donatio quando insinuanda, vel non. Cons.*
646. † Amplia; quia restitutio pro male ablatis dicitur pia causa, p
apost. ad Alex. *cons.* 38. *n.* 4. *v. precibus. lib.* 1. † Amplia; quia fauore a-
nimæ potest beneficiatus aliquid legare de fructibus beneficii
non collectis in præiudicium successoris, si consuetudo hoc hi-
bet. Cald. *cons.* 329. *vltra med. ver. Hostien. distinguebat.* alias 2. *de quæst.*
cleric. Vide, *Animæ fauore multa specialia introducuntur. Cons.* 338. † A-
Amplia; quia quilibet sine mandato agere potest pro pia causa,
vt impleantur debita piæ causæ; Rom. *cons.* 428. *In terminis, n.* 11.
tertio ad idem, vbi apost. *in v. adimpleantur.* citat eundem Rom. *cons.*
69. *Viso. n.* 3. † Amplia; quia valet testamentum, & legatum filiis.
milias ad piã causam patre consentiente de bonis aduentitiis, q
non valeret. Cald. *cons.* 339, alias 10. *de testam.* Fed. de Sen. *cons.* 294.
per tot. & cons. 298. *in fi. v. mihi vero.* † Amplia; quia valet legatũ fi-
ctum ad piam causam, etiamsi eo modo, quo legatur, non possit
habere locum; quia fit commutatio, vel applicatio in causam p
ximam, vel similem, nec propterea annullatur. Calder. qui cit
multa exempla *in cons.* 343. alias 14. *de testam.* & idem, si non fuit
ciat pro illa causa, quia fit commutatio. Vide, *Legata pia quando in*
vno vsu ad alium sint commutanda. & qualiter. Concl. 114. † Amplia; q
substitutio facta verbis directis, quæ non solet obliquari, neque
fieri fideicommissaria. Old. *cons.* 125. *n.* 3. tamen fauore piæ causæ
& ne corruat, obliquatur. Cald. *cons.* 338. alias 9. *de testam.* quia
quitur in pia causa, licet non dicat hoc esse fauore piæ causæ
Extende; quia sicuti miles potest directo substituere puberi, q
etiam pia causa substituta directo puberi capit iure directo. Ab
bas *cons.* 32. *Circa duo, n.* 1. *cum seq. v. secundo principaliter, lib.* 2. † Ex
tende; quia licet non valeat substitutio directa pupillaris, m
præcedat institutio pupilli, & aditio hæreditatis. Old. *cons.* 171. *in*
pr. tñ fauore piæ causæ, si substituitur monasterium filio in certi
bonis, si filius in pupillari decesserit, in quibus etiam hæredē mo
nasteriũ instituit, mortuo pupillo habebit monasterium omnia
bona, etiam legitimã filii. † Extende; quia licet, si fiat institutio, q
substitutio, si decesserit sine filiis, & vltimo loco pia causa fit hæ
stituta, licet substitutio euanescat; si substitutus primo loco de
cedat viuente instituto, vt [illegible] Old. *cons.* 141. tñ ex quo pauperes
& pia causa nunquam mo[illegible]ur, isto casu non expirat, sed mo-
tuo instituto vltimo loco sub stituti pauperes admittuntur. Bald.
cons. 216. *Verba testamenti, in fi. lib.* 1. quod videtur durum, & non
credo verum, licet hoc ipsum expresse teneat Dec. *cons.* 181. *n.* 3.
Ruin. *cons.* 139. *n.* 13. *lib.* 3. Soc. Iun. *cons.* 42. *n.* 17. *& 18. lib.* 1. *vbi* Bal.
cons. 167. *Thema proponitur. lib.* 2. quod duplicatur *cõs.* 264. *Casus pro-*
supponitur, lib. 5. Castr. *cons.* 13. *Super primo. n.* 5. *lib.* 1. † Contrarium per
plura tenet Paris. *cons.* 74. *n.* 18. *& seq. lib.* 3. † Extende; quia substi-
tutio pupillaris, quæ non excludit, matrem bene excludit, figu
causa est substituta, Alex. *cons.* 38. *Viso themate, n.* 4. *lib.* 1. vbi apost.
in v. precibus. † Extende; quia substitutio piæ causæ facta hæredi
si decesserint sine filiis, vno decedente sine filiis pia causa admi-
tituo

titur, etiamsi supersit persona dilecta. Alex. *d.cons.38. per tot. lib.1.*
44 † Extende; quia licet substitutio requirat, quod nominetur persona substituti, secus ad piam causam; quia exequutores dati pro anima ad distribuendum, censentur hæredes. Bart. *cons.3. Titius, n. 2. v. sed pone, & cons.25. Viso testamento, in pr. & cons.38. in fi. & cons.56.*
45 *n.1. lib.1.* † Amplia; quia non valet statutum laicorum inducens nouam probationem, vel solemnitatem circa legata, & dispositas ad pias causas. Cald. *cons.23. An testamentum, de constit.* Abb. *in c. relatum. de testam.* Vide, *Statutum laicorum circa pias causas quando valeat, vel non. Concl.622.* † Extende; quia statutum, quod vltima voluntas non possit probari, nisi per instrumentum, non habet locum in testamento ad piam causam. Io. de Anan. *cons.57. circa pr. v.*
47 *hoc præmisso.* † Extende; quia statutum prohibens testari, vel alienari non posse sine certa solemnitate, non habet locum contra
48 piam causam. Bal. *in l. generali, circa fi. C. de sacr. Eccles.* † Legatū fauore animæ, & factum in piam causam non recipit interpretationem, quæ illud minuat, sed absolute est præstandum. Cald. *cons.*
342. alias 13. *de testam. in fi.* vbi legatum pro incertis relictum pauperibus absolute debetur, etiamsi apparent illi à quibus est ablatū; quia hoc legatum est vltra particularem restitutionem fa-
49 ciendam illis, qui apparerent. † Extende; quia repetitio, quæ induceret legati annullationem, non est facienda; quia vtile est testatori, quod legatum pium habeat effectum. Bal. *cons.232. Propo-*
50 *nitur in facto. circa med. v. sed hic posset, lib.5.* † Extende; quia debetur à quocunq; hærede, etiamsi sit nominatim factum à tali hærede.
Bart. *cons.204. in fi. lib.1.* Vide, *Legata quando censeantur relicta ab hærede, & non à fideicommissario vniuersali. Concl.91.* † Amplia; quia licet obligatio facta absenti nemine recipiente possit reuocari re
51 integra, tñ secus est fauore piæ causæ; quia depositum factum p vsuris restituendis, & nemine acceptante non pōt reuocari. Bal.
52 *cons.3. Inprimis videndum. in pr. lib.1.* † Amplia; quia Trebellianica non detrahitur, neque Falcidia ex substitutionibus, vel legatis
*ad pias causas. Abbas *cons.52. n.4. v. ex iis infero, lib.2.* vbi dicit *cōmunem. Bart. *cons.6. Viso testamento, in fi. lib.1. v. nam rogate,* vbi di-
53 cit veram opinionem. † Amplia; quia legatum annuum factum pauperi, si illud petierit, debetur etiam pro præterito tempore, licet non petierit, q̄n hæres ex dolo tacuit, & hoc fauore pię cau-
54 sæ. Bal. *cons.235. Bart. legauit. lib.1.* † Legatum rei alienæ, quod non valet, nisi legans sciat rem legatam esse alienam, valet fauore piæ
55 causæ, etiamsi ignoret. Rom. *cons.235. Quoad primum, n.5.* † Amplia; quia testamenta, & dispositas ad fauorem piæ causæ sunt substinenda, quia tutior via est pro pia causa inclinare. Bald. *cons.216.*
56 *Verba testamenti, in fi. lib.1.* † Et omnis solemnitas, omnesq; regulæ iuris ciuilis cessant in testamentis & dispositionibus ad pias causas, ideo solum ius gentium seruatur. Abb. *cons.32. n.1. & seq. lib.2.*
57 † Et substinetur testamentum fauore piæ causæ, etiamsi testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. Abb. *d. cons.32.*
58 *cons.1. in fi. v. item potest quis, lib.2.* † Et debentur legata, licet non sit hæreditas adita. Abb. *d. cons.32. col.2. in pr. v. nec vitiantur legata. lib.*
59 *2.* † Imo valent etiam non lecta, neq; publicata; quia sola voluntas attenditur, non solemnitas pro pia causa. Io. de Anan. *cons.57.*
60 *per tot.* maxime in fi. vbi late Bologn. in apo. † Amplia; quia fideicōmissa licet non debeantur sine restitutione verbo, vel facto; tñ fallit fauore piæ causæ. Bart. *in l.1. C. de sacr. Eccl. n.71.* Alex. *cons.*
61 *57. in fi.* & plenius *cons.82. lib.2.* † Amplia; quia possessio licet non probetur ex probatione dominii, tñ secus est fauore Ecclesiæ: quia si constat de dominio illius, præsumitur possessio. Bald. *cons.*
62 *377. Otho prætendens, circa med. v. si autem constaret, lib.1.* † Argumentum valet de libertate ad piam causam, & è cōtra. Rom. *cons.235.*
63 *n.5. v. secundo, quod,* vbi apost. *in v. argumentum.* † Declara; quia non valet è conuerso; quia plus fauetur pię causę. Vide, Alex *cons.158.*
Viso testamento, n.5. & seq. lib.7. vbi quod cōmendatio testatoris facit hæredi de seruo non confert libertatem, quia sunt incerta &
64 generalia verba, tñ fauore piæ causæ possunt reduci ad certitudinem, & datur actio, & disponunt. † Amplia; quia modus, vel conditio apposita per testatorem ad fauorem piæ causæ censetur ex causa finali, ita quod aliter nō erat testator facturus, & hoc
65 fauore piæ causæ. Bal. *cons.219. Pepus Nicolutii. col.2. v. amplius considerandum, lib.2.* † Amplia; quia legatum ab instituto non censetur repetitum à substituto, fallit fauore alimentorum, & piæ causæ.
66 *Ial. in l. licet Imperator. ff. de leg.1. & cons.95. lib.1.* † Amplia; quia legatum crediti factum fauore piæ causæ per testatorem operatur, q̄
potest pia causa agere sine cessione; licet secus, si fiat alteri, & nō
67 piæ causæ; quia requiritur cessio. Bal. *cons.151. Casus, quædam; lib.3. n.2. v. secundo quæritur.* † Item, si res legata alienetur, reuocatur legatum pium, prout alia, si tamen eadem res redimatur, fauore piæ causæ legatum conualescit, non sic in aliis legatis. Natta *cons.*

613. n.4. Vide, *Legatum ex quibus dicatur reuocatum. Concl.138.* † Amplia; quia præteritio filii licet reddat testamentum nullum; tñ se- 68
cus est fauore piæ causæ, q̄n potest reduci ad causam intestati; qa tunc filius habebit legitimam, & reliquum habebit pia causa; secus si non posset reduci ad causam intestati, vt quia testator dixisset quod non volebat intestatus decedere. Bal. *cons.110. Quidā Ianus. lib.4.* Vide, *Præteritio filii facta à patre reddit testamentum nullum ipso iure. Concl.641.* † Amplia; quia captatoria voluntas non valet 69
regulariter; sed bene valet fauore piæ causæ. Abb. *cons.32. Circa duo, n.3. lib.2.* vbi dicit * cōem. † Extende; qa incertitudo dispositionis vitiat, ne agi possit ex incerto, secus fauore piæ causæ; quia *70
reducitur ad certitudinem arbitrio iudicis. Alex. *cons.158. n.5. & seq. v. quantum vero. lib.5.* Vide, *Captatoria voluntas quæ dicatur. Concl.* 71
62. n.30. & seq. † Amplia; quia exequutores plures dati simpliciter, qui non possunt exequi regulariter vnus sine altero, fauore animæ, & piæ causæ exequi potest vnus sine alio, & in solidum. Bal. *cons.220. Quod de consensu. in fi. lib.5.* † Amplia; quia fideicom- 72
missarius ad piā causam capit propria auctoritate; quia in eum transeunt iura, & actiones. Vide; *Fideicommissarius non capit hæreditatem propria auctoritate, & quando secus. Concl.268.* † Amplia; quia 73
officiū suū non requisitus impartiri potest Episcopus fauore piæ causæ. Bald. *cons.154. Habeatis consilium, in fin. lib.4.* † Amplia; quia 74
incertitudo non vitiat legata ad piam causam. Fel. *in c. si cautio, v. secundo fallit, de fide instr.* Afflict. *decis.337.* Tiraq. *de priuil. piæ caus. priuil. 55. & 56.* vbi plurima. † Amplia; quia solemnia iuris non attē- 75
duntur, quando agitur de fauore pię causæ, sed veritas. Bald. *cons.*
118. *Casus sub tali forma, v. allegatur etiam.* & ideo in receptione testium pro legato piæ causæ sufficit quælibet receptio. Bal. ibi *n.*
6. v. super sexto lib.5. Vide, *Testamenta non publicata quando; & qualiter publicanda. Concl.109.* † Doti equi, aratur pia causa. Tiraq. *de pia cā* 76
priuil.158. † Caduca non fiunt legata pia; vt hæredi debeantur, 77
vel remaneant. Fel. *d.c. si cautio fallentia 2.* Afflict. *decis.337.* Tiraq. *de priuil. piæ causæ priuil. 55. & 56.* † Amplia; quia in dubio piæ causæ 78
fauendum est. *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* Sign. *cons.206. in fi.* Petr. de Anch. *cons.46. n.2.* Alex. *cons.121. in fi. lib.2. & cons.71. Visa, n.4. lib.6.* vbi *n.14.* quod in claris non recedimus à verbis. † Ex- 79
tende; quia ecclesiæ, & piæ causæ fauetur in dubio, vt verba dubia, probatio, & dispositio dubia pro ecclesia, & pia causa interpretetur Ang. Aret. *cons.41. In hoc themate, n.23. & seq.* maxime *n.*
26. † Amplia; quia in generali dispositione nō comprehenditur 80
pia causa etiam per æquiparationem. Crauet. *cons.3. n.10.* vbi de
*communi; qui loquitur in carcerato. Calcan. *cons.13. n.4.* qui loquitur in dote. † Amplia; quia licet quilibet possit rei suæ addere 81
modum, vel conditionem, quam velit; tamen si dotetur ecclesia in annuo censu cum onere adiecto, & pacto, quod si onus non impleatur, census non debeatur, sed reuertatur ad dotantem, nō valet hæc priuatio fauore ecclesiæ, ne sine dote remaneat. Anch. *cons.197. Subtiliter, & ad plenum n.5. v. venio ad aliud, vsque in fin.* vbi, quod ecclesia compellitur implere onus, sed nō potest dote priuari. † Extende; quia census præteriti cum sint pro causa pia assi- 82
gnati, etiam si onus non sit impletum, & Ecclesia pro præteritis priuetur, applicatio debet fieri in aliam causam piam, non autē lucratur debitor hæres. Anch. *d. cons.197. n.8. v. sed præsupposito vsq; in fi.* † Vide tamen Anch. *cons.199. in fi.* vbi quod legatum factum 83
de annuo redditu Fratribus mendicantibus incapacibus nō debetur; quia incapaces, sed neque in piam causam commutatur, licet sit ad pias causas factū, vbi; quod habetur pro non scriptū. † Amplia; quia gabella, quæ debet solui de omni contractu; non 84
soluitur de contractu ad pias causas, neq; de contractu dotis; qa est pia cā. Io. de Anania *cons.57. in pr.* † Amplia; quia derogatum 85
nunq̄ censetur piæ causæ ex generali prouisione, nisi expresse sit dictum; ideo statutum inducens successionem non priuat vxorē indoratam quarta sibi data ob inopiam, & piam causam. Sign. *cons.231. per tot.* & idem *cons.235. n.3. & seq.* vbi idem loquitur in restitutione minoris, quæ nunquā censetur sublata, nisi sit dictum; quia miserationis cā conceditur; & idem, vbi agitur de priuilegio miserabilis personæ; quia nō censetur derogatū, nisi expres- 86
so dicatur. Salic. *in l. vnica, in fi. C. quando Imper. inter pupil. in fi.* Vide, *Miserabiles personæ habent multa specialia, & quando secus. Concl.274.*
† Extende; quia licet compensatio debiti voluntarii nunq̄ induca-
tur, nisi appareant coniecturæ, quod legatū sit animo cōpensandi, tñ vt inducatur compensatio dotis, quæ est pia cā, vel alimentorū, requiritur expressa, & indiuidua mentio, quod animo compensandi. Sign. *cons.176. n.9. & seq. v. in oppositum,* maxime in fine. Vide, *Expressio indiuidua, & specialis quando requiratur, vel non.* 87
Concl.652. † Amplia; quia renūciari non pōt priuilegio concesso miserabili personæ, & piæ causæ. Salyc. *in l. vnica, in fi. C. quādo Im-*

88 *per. inter pupill. in fin.*† Amplia; quia tacens, qui in onerosis habetur pro contradicente, fauore tamen piæ causæ habetur pro cõtradicente
89 sentiente. Rom. *cons.*311. *n.*4. vbi apostilla *in v. inducat.*† Amplia; quia indebitum legatum, vel aliud solutum piæ causæ non repetitur. *Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu, §. fin.* plene Roman.
90 *cõs.*428. *in terminis, n.*2. *v. in proposito*, allegat tex. *in l. cum in. §. si mucõs.*428. *in terminis, n.*2. *v. in proposito*, allegat tex. *in l. cum in. §. si mulier. ff. de cond. indeb.*† Amplia; quia donatio facta absenti valet fa-
91 uore piæ causæ. Vide, *Donatio debet fieri præsenti. Concl.*637. *n.*16. *& seq. & in v. Donatio ad piam causam. Concl.*686.† Amplia; quia inofficiosa donatio facta piæ causæ, sicut facta filiis, licet re, & consilio
92 sit inofficiosa, non reuocatur, nisi vsque ad legitimum. Vide, *Donatio inofficiosa quando, & qualiter valeat. Concl.*685.† Vide quindecim specialia pro pia causa, quæ ponit Calcan. *cons.*13. *n.*4. *& seq.* Primum mulier fideiubens iuuatur Velleiano, fallit ad piam causam. 2. Fideiussor nudo pacto non obligatur, secus ad piam causam. 3. Alteri nemo stipulatur, fallit fauore piæ causæ. 4. Pactũ futuræ successionis valet ad pias causas, quod alias non valeret. 5. Donatio, quæ reuocatur per susceptionem liberorum, fauore piæ causæ facta reuocatur solum vsque ad legitimam. 6. Prohibita alienatio, & donatio potest dari in dotem; quia pia est causa. 7. Idem, quando à testatore, idem in vasallo, & est 8, 9. Exceptio non numeratæ pecuniæ est perpetua fauore piæ causæ. 10. Testamentum valet coram duobus testibus etiam non rogatis. 11. Mulier potest esse testis in testamento ad pias causas. 12. Ex defectu voluntatis valet tamen ad pias causas. 13. Insinuatio non requiritur. 14. Minor, qui non potest, nisi certa forma alienare alienat in piam causam sine forma. 15. Item obligat se mulier, & minor, & testantur ad piam causam remoto statuto, quod non valet. Vide Socin. *Reg.*32. *priuilegia piæ causæ.* vbi ponit priuil. 72. quæ videas.
Vide, *Ecclesiarum priuilegia, &c. Concl.*7. Vide Conclusionem proxime seq.

Pia causa habet multa priuilegia. Concluſ. 334.

1 FAVOR† filiorum, & piæ causæ æquiparantur. Castr. *in l. & in epistola. C. de fideicom.* Corn. *cons.*112. *n.*16. *lib.*2. Dec. *cons.*182. *n.*8. Ial. *cons.*111. *lib.*1. *& cons.*95. *lib.*2. imo, quod plus piæ causæ, quam
2 filiis fauendum sit in iis, quæ sunt debita filiis à parentib. Alex. *cons.*190. *Plura, n.*26. *lib.*6.† Extende; quia licet tacita pupillaris non excludat matrem. Bart. & Doct. *in l. precibus. C. de impub.* tamẽ pia causa substituta excludit matrem. Ang. Castr. Alex. Socin. &
3 Iason *d. l. precibus.* Alex. *cons.*138. *n.*1. *lib.*3. Tiraq. *de pia causa priuil.* 69.† Pium legatum potest peti tam coram iudice Ecclesiastico, quam laico, licet reus sit mere laicus. Alex. *cons.*170. *Circa primũ, in pr. lib.*2. Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Concl.*293.† Exequutores licet non habeant ius agendi, fallit in exequutoribus ad le-
4 gata pia, vel pias causas; quia possunt agere. Alex. *d. cõs.*170. *circa primum, n.*2. *v. secundo præsuppono, lib.*2.† Exequutor censetur datus
5 ad piam causam, quando res deuenit ex legato ad aliquem, de qua testator mandat fieri aliquid in piam causam, licet nihil sit dictum de exequutore. Alex. *d. cons.*170. *in pr. n.*2. *v. tertio præsuppono, lib.*2.† Fauor libertatis, & fauor piæ causæ æquiparantur, &
6 dispositum in libertate procedit in pia causa. Alex. *cons.*190. *Plura, n.*15. *v. fauor libertatis, & Ecclesiæ, lib.*6. & iterum ibidem *n.*25.† Idem in fauore concesso militibus; quia maior fauor debetur piæ
7 causæ. Alex. *d. cons.*190. *n.*26. *in fi. v. fallit ad pias causas, lib.*6. Idem in fauore dotis concesso; quia magis piæ causæ. Alex. *d. cons.*190. *n.*
8 28. *v. ad confirmationem, lib.*6.† Amplia; quia substitutio facta, siue directa, siue obliqua hæredi instituto, si decedat sine filiis, quod bona distribuantur pauperibus, fauore piæ causæ valet, etiam si hæres institutus moriatur viuente testatore; quia illa verba, *si decedat sine filiis*, intelligi possunt omni tempore, & fauore piæ causæ ita sunt intelligenda Bald. *cons.*167. *Thema proponitur, n.*4. *v. sed ponamus vsque in fi. lib.*2.

Pia causa non habet priuilegium multis casibus. Concl. 335.

1 PIA† causa non habet priuilegium in bonis patris, aut matris concurrentibus filiis legitimis & naturalibus, quibus hæreditas magis debetur, quam piæ causæ, ita per plura decidunt Menoch. & alii, quos allegat *tr. de præsump. lib.*4. *præsumpt.*189. *nu.*
2 121. & seq. vbi *n.*130. dicit magis* communem.† Restringe, vt nõ procedat dictum B. Augustini, quando non agitur de auferendo toto à filio, sed delegato particulari facto pro anima post mortem filii hæredis; quia debetur etiam si relinquat filios. Petr.
3 de Anchar. *cons.*46. *Prima facie videretur.*† Imo excepta legitima magis fauetur piæ causæ, quam filiis. Iason *cons.*1. *col.*2. *lib.*1. Castr. *in l.*1. *C. de condit. insert.* Deci. *in l.*2. *n.*98. *ff. de re iud.* Vide, *sup. Legitima non potest minui per fraudem parentum, & quando secus. Concl.*188.
† Et ideo quando pia causa est substituta, non subintelligitur conditio, *si grauatus sine filiis decesserit.* Ruin. *cons.*3. *n.*23. *lib.*2. quia magis animam suam præsumitur quis diligere, quam filios. Ruin. *cons.*122. *in pr. lib.*3.† Contraria opinio, quod imo magis fauetur Ecclesiæ & piæ causæ, quam filiis, quando non agitur de auferendo toto à filiis tenent plures quos citat Menoch. *de præsumpt. lib.*4 *præsumpt.*189. *n.*130. *& seq.* vbi plura adducit, & tandẽ declarat *n.*139. vt plus piæ causæ faueatur, quando pro restitutione male ablatorum, vel pro anima sua redimenda, statur legat, alias si simpliciter, secus. Vide, *Legitima non censetur renunciatũ, seu derogatum. Concl.*214. vbi habes concord. pro declaratione. Declara infra *Concl. seq. n.*3. *ex cons. Ant. de Butr.*25. *n.*6.† Amplia; quia licet in dubio pro ecclesia, & pia causa sit iudicandum; tamen vbi contraria præsumptio inducit de iure communi contrarium, pia causa, & ecclesia non habet priuilegium; quia non reperitur lex hoc dicens. Bald. *cons.*410. *Verba dicunt circa med. v. ex hoc colligitur. lib.*1.† Imo vbi verba sunt clara, non recedimus à clara dispositione. Alex. *cons.*81. *Visa. n.*24. *in fin. v. similiter, lib.*6.† Amplia; quia valet statutum, quod statutibus filiis mater non possit testari, neque disponere etiam ad pias causas, nisi de decem pro quolibet centenario. Cald. *cons.*20. *An statutum cuitatis, de constit.* quod intellige, vt dixi *in v. Lex humana à Deo dicitur procedere, &c. Concluſ.* 250. *n.*2.† Amplia, quia solemnitas respectu habilitatis personæ, & rei habet locum etiam in testamento ad piam causam, vt ille, quod impubes, & incapax non testetur, neque contra bonos mores, & super re prohibita, secus quoad solemnitatem, & formam iuris ciuilis. Calder. *cons.*355. alias 26. *de testam. v. posset aque restingui.*† Amplia, quia conditio respiciens plures institutos, vel si decesserint sine filiis, construatur altare, non operatur, licet vnus decedat sine filiis; quia donec alter supersit, conditio non est purificata. Cald. *cons.*333. alias 4. *de testam.*† Amplia; quia res prohibita alienari; quia est subiecta restitutioni; non potest etiam legari per institutionem ad piam causam. Calder. *cons.*331. alias 2. *de testamen.*† Amplia; quia filius familias de bonis non castrensibus, vel quasi, non potest testari etiam ad piam causam sine consensu patris. Cald. *cons.*339. alias 10. *de testam.* Fed. de Sen. *cons.*398. *in pr.* Vide, *Filius familias quid possit circa vltimas voluntates cum consensu patris. Concl.*365.† Amplia, quia hæres pupilli deducit legitimam, pupilli etiam contra legata ad pias causas. Cald. *cons.*345. alias 6. *in fin. de testam.*† Extende; quia legata ad pias causas nullo modo possunt minuere legitimam filio debitam: etiam si agatur de legitima aucta per statutum. Cald. *cons.*15. *de constit. & cons.*361. alias 32. *de testamen. in fin.*† Amplia; quia relictum pro anima, vel ad piam causam non censetur pro obligatione relictum nisi esset factum præsenti; quia in hoc pia causa non habet priuilegium. Cald. *cons.* 362. alias 33. *de testam.*† Amplia; quia vsurarius prohibitus testari, neque potest ad piam causam testari. Bald. *cons.*225. *Quidam fenerator, n.*8. *v. dicendum est, lib.*3. Vide, *Vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione de vsuris restituendis. Concl.*342.† Amplia; quia pia causa non habet priuilegium, vt valeat directa substitutio facta omni tempore hæredi postquam adiuit, prout in multe. Bald. *cons.*456. *Punctus inter alia, circa med. v. item non obstat, lib.*4. vbi, quod non reperitur lex; quæ faueat piæ causæ in hoc; sed tamen dicit, quod esset opinio æqua; si posset teneri.† Amplia; quia non dicitur pia causa, vel ob piam causam donatio facta monasterio simpliciter, non expresso, quod pro anima, & ideo ficut reuocatur donatio facta vniuersaliter per superuenientiam liberorum à donatario priuato; ita etiam à monasterio, quando donans non est ingressus monasterium, Bald. *cons.*215. *Punctus quidam donauit, lib.*5.† Amplia; quia licet in dubio pro pia causa, non tamen in claris fit extensio contra voluntatem. Ang. *cons.* 328. *Anastasius, n.*5. *v. nunc ad secundum.*† Extende; quia contra piã causam, & legatum pro anima fit interpretatio ad euitandum absurdum, vel contrarietatem, vel frustratoriam dispositionem, quæ insurgerent, si pro pia causa fieret interpretatio. Card. Zab. *cons.*49. *per totum.* maxime *n.*3. *& seq. & cons.*50. *n.*2.† Extende; quia rectio recti sermonis, & expositio secundum veram Grammaticam, si non potest compati cum pia causa; fit interpretatio contra piam causam. Card. Zab. *d. cons.*49. *in fin.*† Extende; quia pia causa non auditur contra, vel præter voluntatem defuncti, & voluntas colligitur ex proprietate verborum. Castr. *cons.*321. *Pijs & ponderatis, in pr. li.*2.† Amplia; quia sic fauendum est piæ causæ, vt aliis non fiat iniustitia, *c. ex parte, de foro comp.* Castr. *cons.*100. *n.*3. *v. iustamen, & aliis, lib.*1. Abbas *cons.*27. *Videtur primo in fin. lib.*1.
† Amplia; quia pia causa non admittit absurdum, imo ad tollen-
dum

dum absurdum interpretatio sit contra piam causam, & dicitur absurdum, quando oritur contrarietas in eadem dispositione, vel si dispositio redderetur frustratoria ; vel quid simile. Card. Zab. *d.cons.49.per tot.* maxime *n.3.& seq.*

Piarum causarum concursus operatur, vt magis pia prævaleat. Concl. 336.

1 PIA † causa, & fauorabilis, si concurrat cum alia pia causa, & fauorabili, in dubio magis pia prævalere debet. Fed. de Sen. 2 *cons.233.in fi.v. item non obstat, quod recuperatio.* † Amplia, in successione filiorum in bonis patris, & matris; quia magis fauendum est filiis, quam piæ causæ. Cald. *cons.* 20. *de constit.* vbi quod valet statutum, quod mater non possit relinquere piæ causæ, stantibus filiis, nisi decem pro centenario, & est dictum beati Augustini *in c.quicumque, 17.q.4.* Ant. de Butr. *cons.25.num.4.v.item nec consuluit.* quod intellige vt dixi *in Concl.præced.n.*8. Vide, *Pia causa non habet* 3 *priuilegium multis casibus. Concl.*335. † Declara: quia pia, & magis pia causa est filiorum, quando sumus in iis, quæ filiis sunt necessaria; quia istud ex charitate ordinata magis est debitum filiis, in eo autem, quod supereſt, secus est; quia non reperitur cautum, 4 quod sit pia, nec magis pia, Ant. de Butr. *cons.* 25. *num.6.* † Imo quod magis fauendum sit piæ causæ, quam filiis in iis, quæ non sunt debita descendentibus per parentes, prout legitima; alimenta, & similia. Alex. *cons.*190. *Plura.nu.26.v.& pro hoc adducit.li.* 5 6. † Plus dicit Alex. *cons.* 4. *Attentis, nu.*10. *ver.accedit, lib.*7. quod omnia priuilegia testandi patri inter filios magis competunt si testamentum fiat ad piam causam; quia semper quod non agitur 6 de auferenda legitima filiis, magis fauetur piæ causæ. † Amplia; quia semper fauendum est piæ causæ, quæ nititur iure communi, quando alia pia causa nititur iure speciali; quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, Corn. *cons.*18. *num.9.lib.*4. vbi fauore piæ causæ ingressus monasterii euanescere facit fideicommissum relictum, ii sine filiis grauatus decede- 7 rit; secus si causæ piæ rest tutio debet fieri. † Duplex est pia causa; vna est, quæ concernit animam; alia, quæ concernit corpus, & concernens animam dicitur, quando agitur de sacramentis, de Missis, eleemosynis, & similibus; quæ vero respicit corpus, est sepultura cadaueris honorifica, & præfertur illa, quæ respicit ani- 8 mam. Castr. *cons.*186. *Super primo, n.3. in fin.v.nec obstat, lib.*1. † Expensæ, quæ superabundant, applicantur piæ causæ, quando legatum respicit piam causam pro anima, si vero respiciunt corpus, applicantur hæredi. Castr. *d.cons.*187. *circa fin.v.nec obstat, lib.*1. 9 † Anima igitur instituta, vel legatum pro anima sua, semper importat piam causam, ita Bart. *cons.*25. *Viso testamento. in pr.lib.*1. vbi apost. *in v.sua,* dicit esse notabile, quod omne relictum pro anima dicitur ad pias causas. Vide, *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. Concl.* 760.

Piæ causæ in dubio fauendum, & quando secus. Concl. 337.

1 SVMMA † ratio est, quæ facit pro anima, & [illegible]one; ideo piæ causæ fauendum est, *l.sunt personæ.ff. de* [illegible] *& sumpt. funer.* 2 † Et ideo in dubio semper iudicandum est pro pia causa. Alex. 3 *cons.*190. *in fi.& cons.*204. *n.*17. *lib.*6. † Et quando sumus in diuersis opinionibus, illa prævalet, quæ fauet piæ causæ. Rom. *in auth. similiter. C. ad leg. Falcid.* Asinius *d.l.sunt personæ, in fin. ff. de relig. & sump. fun.* Alex. *d.cons.*204. *Perspectis. n.* 12. *v. tum etiam, quia hoc* 4 *modo, lib.*6. † Et vbicumque testator, vel disponens verisimiliter pro anima ita disposuisset, censetur disposuisse, *l.Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu.* vbi Bart. & Iaſ. Curt. *cons.*51. *col.*2. † Et relictum piæ causæ fauet animæ defuncti, & causa pia magis priuilegiata præfertur vtilitati alienæ. Alex. *d.cons.*204. *Perspectis n.*10. *v. deniquę si videamus, lib.*6. *&n.*11. vbi ponit exemplum, quando pia causa est substituta, excludit matrem etiam si sit tacita pupillaris; 6 quæ est in vulgari expressa. † Extende in probationibus; quia verba dubia in dubio pro pia causa interpretantur. Vide, *Anima fauore multa specialia. Concl.*333. Vide. *Fauendum Ecclesiæ, & piæ causæ. Concl.*87. Vide, *Religioni fauendum est & piæ causæ. Concl.* 134. Vide, *Pia causa habet multa specialia. Concl.*333. *num.*76. *& seq.* Limita multis modis supra *v. Pia causa non habet priuilegium multis casibus. Concl.*335.

Pia loca quæ sint. Concluſ. 338.

1 LOCVS † relictus per laicum ad vsum pauperum sine auctoritate Episcopi cum expressa dispositione, quod sit locus profanus non Ecclesiasticus, & quod gubernetur per laicos, erit tamen pius locus, & habebit immunitatem, prout Ecclesia, ab 2 oneribus laicorum. Anch. *cons.*129. *Super primo.* † Vide tamen Abbatem *in c.officii, ad fi. de testam.* vbi, quod priuata persona non potest facere locum pium, *c.nemo, de consecr. distinct.*1. *c.ad hæc, de religio. domib.* † Differt tantum à loco pio cum auctoritate Episco- 3 pi in duobus; quia in eo non potest celebrari, item, quia iura spiritualia non accedunt, in reliquis omnibus non differt à loco pio cum auctoritate Episcopi. Anch. *d.cons.*129. *n.*3. † Et ideo habet eadem priuilegia ab oneribus laicorum, quæ habet ecclesia. 4 Anch. *d.cons.*129. *n.* 4. *& seq.* † Item visitari potest ab Episcopo ad 5 effectum, vt in casu negligentiæ prouideat dispositionem ordinatam exequi, non ex alia causa. Anch. *d.cons.*129. *nu.*8. *v. descendo.* † Non tamen potest ab Episcopo conferri, neque collectari, ne- 6 que potest Episcopus exigere quartam, neque aliud. Anch. *dict. cons.*129. *in fin.* † Et quæ dicantur pia loca. Angel. Aret. *in §. sacra. Instit. de rerum diuis.* gloss. ordinaria *in c.quidam,*18. *q.*2. Cardin. post 7 glo. *in clem.*2. *de præben. & in clem.*2. *de religio. domib.* Castren. *cons.* 18. † Pia loca dicuntur omnia, in quibus exercentur opera pietatis. 8 Abb. *in c. de iis, de testam.* † Hospitalia dicuntur pia loca, quando 9 auctoritate Episcopi sunt erecta, alias secus. Vide Ant. Gabriel. *lib.6. tit. de Pia causa. Concluſ.* 2. *Hospitale an dicatur pius locus.* † Fabri- 10 cæ Ecclesiarum, & operæ, & societates dicuntur loca pia. Alex. *cons.*23. *& cons* 40. *lib.*3. † Limita; quia confraternitates laicorum 11 non sunt pia loca, & quando secus. Vide Ant. Gabriel. *lib.6. tit. de Pia causa. concluſ. prima Confraternitates.* † Limita, quia oratorium 12 priuatum non dicitur Ecclesia, imo nec reputatur pius locus. Abb. *in c.fin. in princip. de censib.* Dec. *consilio* 48. *Reuerende Pater.*

Pia loca in quibus æquiparentur Ecclesiæ. Concl. 339.

PIA † loca æquiparantur Ecclesiæ in hoc, quod eadem solem- 1 nitas quæ requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ, requritur etiã in alienatione Hospitalis, & pii loci. Alex. *cons.*4. *Viso processu, n.*5. *v. quod autẽ dictus, lib.*3. † Amplia; quia pia loca sunt munia 2 ab omnibus grauaminibus laicorum, sicut Ecclesia, & ideo si testator legauit pium locum, puta domum, & hæreditatem suam ad vsum pauperum, etiam quod sit laicalis locus, disponendo, quod laici gubernent illum locum, erit tamen pius locus, & exemptus, & bona non transeunt cum onere. Anchar. plene *cons.* 129. *Super primo dubio.*

Pictauensis Ecclesiæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. 340.

STATVTVM † habet confirmatum Ecclesia Pictauensis, quod 1 sint duæ curiæ, quarum quarta pars emolumentorum sit Decani, & Capituli, sed tamen quod Episcopus possit habere vnam curiam vltra duas prædictas liberam pro se. Oldrad. *cons.*187. *per tot.*

Pignoratitia actio personalis, & quando secus. Concluſ. 341.

PIGNORATITIA † actio dicitur actio personalis. † Limita in 1 contractu fæneratitio; quia dicitur in rem scripta, secundum 2 veriorem opinionem, quæ seruatur, ne detur materia fraudandi, Bald. *cons.*118. *Benedictus, & Codeus, n.*2. *v.& scias, lib.*1. Vide, *Vsurarii bona an sint hypoth. ea pro vsuris restituendis. Concl.*359.

Pignorata quando cadant in legato generali, vel particulari. Concl. 342.

SI quis † legat suas massaritias domus Titio, veniunt massari- 1 tiæ pignoratæ, quando testator habuit animum, quod reuerterentur in domum; prout si sunt ad vsum domus destinatæ, secus si vendidisset domum; ad quam destinabantur, *l.ex facto. §. rerum. ff. de hæred. instit. ibi. si sunt reuersuræ, &c.* † Amplia, multo ma- 2 gis in legato particulari, quia imo res legata à testatore, licet sit pignorata, debet redimi ab hærede; Soc. *Reg.*4. *Hæres rem legatam à testatore regulariter luere tenetur* limitat tribus casibus; quando esset pignorata facto, vel fauore legatarii, & tertii, & quando legatum esset vniuersale, tunc hæres luere non tenetur.

Pignori obligari quæ possint, vel non. Concl. 343.

PERSONA † libera non potest detineri, neque obligari in pi- 1 gnus; ideo obligatus cedere pignus nõ excluditur exceptio-

ne cedendarum; si debitorem captum relaxari consensit, quasi non possit cedere iura capti debitoris. Bald. *cons.* 242. *Super primo, in fin. v super tertio, lib.* 5.

Pignus conuentionale quomodo constituatur, & eius natura. Concl. 344.

1 DEBITOR † potest constituere pignus conuentionale quibuscumque verbis, & etiam sine scriptura contrahi potest, *l. contrahitur, ff. de pignor.* Negus. *de pignor. in* 1. *membro* 3. *partis pr. n.* 3.
2 & 5. † Extende; quia etiam res stabilis ex conuentione potest per debitorem dari creditori in pignus. gl. *in l. si seruus. C. quod cum eo.* & ibi Bald. & alii. Iason *in l.* 1. §. *per seruum corpor aliter, n.* 7. *ff. de acq.*
3 *possess.* † Et pignus constituitur nedum in testamento, sed in contractu. Alex. *cons.* 173. *Viso themate, n.* 3. *v. & in testamento, lib.* 2. allegat *l. Lucius ff. de alim. legat.* † Natura pignoris est, vt eius dominiu remaneat penes debitorem constituentem pignus, *l. pignus. C. de*
4 *pign. actio.* gloss. notab. *in l. benignius. ff. de legib.* Vide, *Pignoratitius contractus quando dicatur, & eius natura. Concl.* 355 † Et soluto debito vel saltem legitime oblato, & deposito, nascitur debitori, vel eius hæredi actio ad recuperandam rem pignoratam, *l. si rem alienam.* § *omnis. ff. de pignor. actio.* vbi Bart. & Docto. Bart. *in l. si mater.*
5 § *eandem. ff. de excep. rei iudic.* Vide, *Pignus oblatione, & consignatione facta à debitore liberatur. Concl.* 351. † Extende, etiam si creditor bona pignorata vendidisset; quia contra emptorem, & possessorem competit rei vendicatio, *l. si cum venderet, in princ. ff. de pignor.*
6 *act.* Negus. *in tr. de pign. in* 2. *membro.* 7. *partis pr. n.* 6. † Et non solum contra tertium possessorem emptorem, sed etiam contra vendentem, & eius hæredes, seu particulares successores. Bart. *in l.* 1. §. *si hæres. ff. ad Trebell.* Areti. *cons.* 112. *v. de successore etiam singulari.* An-
7 char. *cons.* 44. Soc. *cons.* 82. *lib.* 3. † Extende; quia non solum recuperat bona pignorata, sed etiam fructus ipsorum, si sunt fructuosa, etiam si agat contra singularem successorem. Bald. & Doct. *in l.* 2. *C. de pign. actio.* Declara, nisi pignus est venditum
8 in casu permisso. Vide, *Pignus prætorium non potest vendi, & quando secus. Concl.* 347. † Possidet autem rem pignoratam habens eam in pignus, & non solum possidet naturaliter, sed etiam ciuiliter. Iason *d. l.* 1. §. *per seruum corporaliter. ff. de acq. possess.* nisi esset conuentum, quod haberet nudam detentationem. Et ad quæ teneatur possidens pignus, Vide, *Pignus possidens tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & de quibus non teneatur. Conclus.* 345. Fructus suos non facit habens rem pignoratam, sed compensat cum sorte. Vide, *Pignus habens compensat fructus in sortem, & quando secus. concl.* 345. Vide, *Pignoratitius contractus, & eius natura. Conclus.* 355. Vide plenius Negus. *de pign. & hypothec. parte* 3. *princ. membro* 1. vbi quomodo constituatur, & quis possit constituere pignus conuentionale, & quibus remediis possit vti habens pignus conuentionale. Vide, *Hypotheca in contractu operatur multa. Concl.* 119. Vide duas Conclusiones proxime seq.

Pignus possidens tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & de quibus non teneatur. Conclus. 345.

1 CREDITOR † possidens rem debitoris pignoratam ex conuentione tenetur de dolo, & culpa, quæ etiam lata, & etiã de leui. Deci. *in reg. contractus. num.* 2. *ff. de reg. iur.* plene Florian. à
2 sancto Petro *cons.* 11. *num.* 7. † Et propterea si vendidit pignus minori pretio quam reperiret, dicitur in dolo, Fulgos. *cons.* 126. *n.* 2.
3 † Idem si habens plura pignora, quorum pars sufficeret ad satisfactionem, si vendat omnia, vel etiam si viliora possent sufficere, vendit meliora; quia dicitur in dolo, vel culpa. Bald. *in l. creditoris. ff. de distract. pign.* † Extende; quia creditor tenetur reficere
4 pignus conuentionale, alias teneretur de commisso ex dolo;
5 vel lata culpa, aut leui. Negus. *d. tr.* vbi supra. † Amplia, quia Hebræus habens res pignoratas, si fuerunt derobata pignora, debet ipse probare derobationem, quæ tamen probatur per signa, vt si murus fractus fuerit, si ostium ruptum, & apertum, eo ipso
6 probatur furtum. Florian. *d. cons.* 11. *in pr.* † Restringe; quia probato furto non releuatur à culpa lata, vel leui, nisi doceat, quod adhibuit omnem diligentiam, quam quilibet rebus suis adhibuisset, & hoc casu admitti debent illi de domo etiam Hebræi;
7 si alii haberi non possunt. Florian. *d. cons.* 11. *per tot.* † Declara; quia si sine culpa habentis pignus fuit deperditum, deperditio nocet domino pignoris; quia debet soluere pecunias Iudæo præstitas super pignore, & peti etiam perditionem pignoris, Florian. à sancto Petro *d. cons.* 11. *n.* 7. allegat tex. *in l. pignus. C. de pign*
8 quod videtur durum. † Limita in pignore prætorio; quia solum tenetur de dolo, & lata culpa, non de leui. Deci. *d. l. contractus, n.* 2. *ff. de reg. iur.* Negus. vbi supra. † Limita; quia creditor habens pignus à debitore non tenetur de casu fortuito, *l. quæ fortuito. C. de pignor. actio. l. contractus,* vbi Deci. & alii *ff. de reg. iur.* & ideo incursus militum, & bellum excusat, si pignus perit, *in l. si merces. §. vis maior. ff. locati,* quia factum superioris dicitur casus fortuitus, *l. Lucius. ff. de euictio.* Alex. *cons.* 220. *lib.* 2. Bal. *d. in d. l. qua fortuitis. C. de pignor. actio.* vbi quod vis latronum, & exercitus dicitur casus fortuitus. † Extende; quia quando pignus casu fortuito est perditum, puta incendio, ruina, terræ motu, incursu latronum, sufficit, probare casum fortuitum, licet non probetur perditio pignoris in specie. Florian. de sancto Petro *d. cons.* 11. *in pr.* † Extende, vt vt procedat, etiam si habuisset facultatem vendendi pignora debitore concessam; quia cum non obligetur ad vendendum ex necessitate, sed intelligatur, si voluerit, non tenetur de casu fortuito. Deci. *cons.* 12. *per tot.* sequitur Cagnol. qui attestatur vidisse ita iudicari *in l.* 1. §. 1. *num.* 77. *ff. si quis ius dicenti non obtemper.* & propterea non potest dici in mora, si non fuit vsus facultate vendendi pignus quando ad sui fauorem est concessa. † Declara in extensionem, vt non procedat, quando talis facultas respiceret etiam fauorem debitoris, cui restituendum esset pretium, quod vltra sortem, & vsuras ex pignore vendito percipi potuisset, & in istis terminis procedit *consil. Parisii* 91. *lib.* 1. quod prima facie videtur aduersari, & ita in hac materia considerandum dicit Iason *in l.* 1. *n.* 6. *v. nota diligenter. ff. quis satisd. cogan.* Bellon. *cons.* 45. *in princ.* † Limita multis modis, *vt in v. Actio mixta hypothecaria, & contra quos, & quibus detur. Concl.* 105. *& in v. Hypothecaria aucat possessionem, & quæ veniant in hoc iudicio, vel non. Concl.* 126.

Pignus conuentionale potest vendi, vel pignorari, & quando secus. Concl. 346.

REGVLA † est, quod pignus conuentionale, seu res pignorata vxori, vel alteri vendi potest iure creditoris, seruata forma iuris vel statuti, nec datur reuocatio aduersus emptorem, etiam si fiscus ageret. Fulg. *consil.* 126. *Quidam nomine per totum.* † Videtur, quod debitor sit in mora, *l. cum soluendi,* vbi Bart. & *in l. fin. ff. de distract. pign.* text. cum gloss. *in l. debitores, & in l. si conuenerit. ff. de pignor. actio.* † Extende, etiam si dolo malo vendidit creditor minori pretio; quia si emptor non participauit dolum, sed bona fide emit, non potest molestari, nisi facta excussione contra principalem. Fulg. *d. cons.* 126. *n.* 2. † Bene tenetur vendens de dolo. 4
† Sed si sine dolo vendidisset creditor, tunc non tenetur, nisi ad restitutionem pretii, *l.* 2. *C. si vend. pign. agat.* vbi Bald. & Salyc. qui dicit, quod compensat pretium cum suo credito. † Et vendens 6
pignus iure creditoris non tenetur de euictione, *l.* 1. *C. credito. euict. pign.* † Amplia; quia creditor habens instrumentum guarentigiatum contra debitorem, quod habet exequutionem peratam, talis debitor habetur pro condemnato; & perinde est, ac si contra eum commissa fuisset exequutio per iudicem; quo casu creditor non tenetur aliter expectare; postquam venit tempus solutioni destinatum, sed licite, & iure permittente potest ad alienationem pignoris peruenire. Alexand. *cons.* 72. *numer.* 6. *lib.* 2. † Et quando habens pignus possit illud vendere de iure communi. Bald. *cons.* 238. *Ad veritatem, lib.* 1. *& cons.* 256. *lib.* 4. & *cons.* 269. *lib.* 5. † Amplia; quia pactum, quod creditor lapso certo termino possit vendere pignus, valet. Vide; *Pactum expressum, & tacitum in quibus differant. Concl.* 5. † Extende, etiam si fuit conuentum, quod venditio possit fieri absque vlla denunciatione, vel citatione, vel intimatione, & absque subhastatione publica, seu priuatim absque vlla iudiciali solemnitate; quia debet obseruari gl. *in l. creditor hypothecam. C. de distract. pign.* Bart. *in l. Titio §. fin. ff. ad municip.* Salyc. Castr. & Alexand. *in l. si conuenerit. ff. de pignoract. pign. in c. de pact. pignor. numer.* 5. Mudæus *in tractat. de pign. in c. de pact. pignor. numer.* 10. † Amplia; quia creditor, qui lapso certo termino ex conuentione potest pignus vendere, non compellitur inuitus vendere, *l. quamuis. ff. de pignor. actio.* † Restringe in casu *l. inter creditorem. ff. de fideiussor.* secundum Castren. *in dict. l. quamuis. ff. de pignor. actio.* sequitur Socin. *consil.* 273. *colum.* 5. *lib.* 2. † Restringe; quia licet non compellatur vendere, bene compellitur ad instantiam debitoris ostendere illi cui debitor vendere vellet, recepta tamen à debitore idonea cautione indemnitatis. Doctor. *in lege à diuo Pio.* §. *sed & illud,* vbi Iason *ff. de rei iudic.* Bald. *in l. inciuile, ff. de bon. author. iudic. possid.* & *in l. ordo, colum. fin. C. de execut. rei iud.* per tex. *in l. quamuis. C. de pignor. & in authen. hoc ita C. eod.*

Restringe;

Restringe, quando facultas vendendi respicit fauorem etiam debitoris. Vide Conclusionem proxime præcedentem. Et quãdo potest vendi pignus, statur iuramento creditoris, quantum vendiderit. Vide, *Iuramento asserentis quando & quibus casibus stetur, & quibus non. Concl.* 531. † Amplia; quia creditor habens pignus cũ facultate illud vendendi lapso certo tempore, potest illud libere vendere lapso tempore absque vlla interpellatione. gloss. *in l. creditor. C. de distract. pignor.* † Extende; quia potest vendere si vult, non tamen compellitur. Castr. *in l. quamuis. ff. de pignor. actio.* nisi in casu *l. inter creditorem. ff. de pignor. l. à diuo Pio. §. quod si res. ff. de re iud.* est bene verum, quod si vult satisfieri, tenetur bona pignorata, vel in tenutã capta accipere insolutum, per text. *in d. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud.* Vide, *Creditor agẽs ad venditionem bonorum debitoris quæ posit. & ad quæ obligetur. Concl.* 1060. † Extende; quia creditur creditori habenti facultatem vendendi pignus à parte, vel à iudice, pro quanto pretio vẽdiderit, & si dicat maius pretium non reperisse, statur illi, donec contrarium probetur, *l. fin. C. de iure dom. impetr.* vbi Doct. requirunt iuramentum creditoris, quod nulla machinatione vsus fuerit. Declara † tamen; quia si vendatur pignus viliori pretio, quam valeat, & potuit vendi, tenetur ad refectionem damni, gloss. *in l. mater.* in gl. magna, *v. item si tu vendidisti paruo. C. de rei vendic.* quam ibi Bartol. & alii sequuntur: facit regula qui causam damni dat. de qua *in ver. Damnum causans ipsum damnum dedisse videtur. Concl.* 6. † Et si pignus distractum esset consumptum, consequitur interesse dominus pignoris. Bart. & Doctor. *in l. stipulationes nõ diuiduntur, in pr. ff. de verbor. obligat.* † Restringe; quia debet vendere ad electionem debitoris, ita quod si haberet plura pignora, & posset sibi satisfieri ex venditione aliquorum, non debet vendere omnia, & si posset ex vilioribus, nõ debet vẽdere meliora, aliàs diceretur indolo, & teneretur ad interesse, secundum Bartolum *in l. creditoris. ff. de distract. pignor.* gloss. & Doct. *inl. quam diu. C. eod.* Negus. *de pignor. in 1. ver. quinto limit. 2.* Vide, *Adiudicatio bonorum de quibus bonis, & qualiter fiat. Concl.* 199. † Limita; quia pignus conuentionale non potest vendi, nisi debitor sit in mora, vel per interpellationem, vel per lapsum termini solutioni appositum, alias venditio est nulla, *l. cũ soluenda.* vbi Bartol. & alii. *ff. de distract. pignor.* Negus. *de pignor. in 1. membro. 6. partis num. 1.* Vide supra, *Pignus conuentionale potest vendi. Concl.* 346. *n.* 1. & quod licentia vendẽdi nihil operetur, nisi post morã, vel nisi interueniat denũciatio. Rot. Flor. in motiuis die 5. Martii, 154. † Declara; quia si non est data facultas creditori vẽdendi pignus, licet sit debitor in mora, non potest vendi pignus, nisi facta denunciatione debitori, *l. si conuenerit, & l. 1. ff. de pignor. actio.* & not. *in l. creditor. C. de distract. pignor.* si vero ex pacto habet facultatem vendendi, lapso tempore potest vendere absque aliqua denunciatione seu interpellatione, gloss. *in d. l. creditor. C. de distract. pignor.* Bart. *in l. creditor.* quæ est fin. *ff. eod. tit.* † Limita, quãdo in tractu terminum ad redimendum pignus esset oblatum pretium per filium debitoris, vel per procuratorem, licet de mandato non constet tunc, si reuera erat procurator. Fulgos. *d. consil. 127. per totum.* maxime in fine. Extende; † quia si lapso termino ad vendendum pignus; quia non fuit redemptum in tempore conueuto, dominus citatus offert velle soluere, & redimere facto calculo, si procedatur ad venditionem non citato domino ad calculandum, & soluendum, venditio erit nulla, vel saltem reuocãda. Castr. *consil. 156. 7 visis actis col. 2. ver. secundo probo, lib. 2.* † Limita; quia res mobilis data in pignus à tertio, & nõ à domino cum pacto, quod vendi possit, nõ præiudicat domino, quin possit vendi etiam à quocunque, si vendatur. Fulgos. *d consil. 127. in pr.* † Extẽde etiam in re suppositia fideicommissario; quia licet grauatus possit pignorare rẽ ad vitam suã cũ onere, vel pacto, quod possit vendi, intelligi debet ad vitam grauati, alias potest fideicommissarius rẽ pignoratã, & venditã vẽdicare. Castr. *consil. 156. col. 2. ver. secundo probo, lib. 2.* quia resoluto iure datoris, resoluitur & accessoris. Vide, *Fideicommissum non potest alienari, & quando secus. Cõcl. 283.* † Limita; quia res magni valoris pignori data promodico pretio, cum pacto, quod possit vendi pro isto modico pretio, si intra illud tempus non redimatur, non potest vendi, & si vendatur, non valet pactum, quin vendens teneatur ad supplendum pretium. Fulgos. *dict. consil. 127. Cum Titius, versicul. tertium quia.* vbi hoc dicit verum, quando est magna læsio. Vide, *Pactum legis commissoria operatur multa, Concl. 276.* Extende † maxime, quando venditio pignoris facta fuit tertio, postea cessit vendenti illud ius emptionis; quia præsumitur sibi ipsi vendidisse, & emptorem supposuisse. Fulgos. *dict. consil. 127. num. 2.*

Pignus prætorium non potest vendi, & quando secus. Concl. 347.

PIGNVS † prætoriũ licet non possit vendi, tamẽ potest pignorari. Bald. *cons. 341. Proposito statuto, in fin. ver. super secũdo, lib. 5.* Limita; † quia potest missus in possessionem in hypothecaria facere vendere pignus, & adiudicari. Cou. *variar. resolut. lib. 3. c. 18. nu. 4.* 1 2

Pignus datum pignori potest à domino vendicari. Concl. 348.

PIGNORATA † habens plura iocalia pro 500. scutis, si illa alteri pignorauit pro 1000. & dominus soluat 500. suo creditori, potest vendicare iocalia à tertio, qui habet in pignus pro 1000. quia per solutionem 500. ius pignoris fuit resolutum, *l. solutum. §. soluta. ff. de pignor. actio. Item liberatur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur.* & resolutio afficit etiam habentem secundo loco in pignus, *l. debitor, §. fin. ff. de pignor. actio.* vbi, quod facta solutione à primo pignorante, secundus non habet retentionem. *l. grege, §. cum pignor ff. de pignor.* Nam tamdiu datur actio secundo creditori quamdiu in causam pignoris manet res eius qui dedit, *l. 1. C. si pignus pignori dat.* vbi, quod resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, *l. ex vectigali. ff. de pignor.* † Extende; quia secundus creditor habens in pignus à primo creditore rem sibi pignoratam, habet solum vtilem actionem; quia res non est sibi obligata, sed ius pignoris primi creditoris. Saly c. *in d. l. 1. C. si pign. pignor. dat. sit, in fin.* Bart. *in l. 2. eod. tit.* † Pignus rei meæ datum à tertio potest vendicari à me à quocunque possessore. Fulg. *cons. 127. Cum Titius, in pr.* Vide, *Rei vendicatio non datur, nisi ratione dominii. Concl.* 114. 1 2 3

Pignus quando possit vendi habita fide de pretio, vel non, & ad quæ venditor teneatur. Concluſ. 349.

CREDITOR † habens pignus, & facultatem vendendi potest vendere habita fide de pretio, quãdo esset cõsuetudo in loco, vel quando aliter præsenti pecunia non potest vẽdi, *l. elegãter, §. si vendiderit.* & ibi Castr. *ff. de pign. actio. l. si pignori. §. fin ff. eod. titul.* Extende; † quia potest vendere habita fide de pretio. Alexãd. *in l. à diuo Pio. §. sed quid si emptor, col. 4. ff. de re iudic.* † Extende; quia si creditor, qui bona fide vẽdidit habita fide de pretio, molestatur in illo pluri, quod valet pignus, exceptione submouetur; quia vel tenetur expectare, vel liberatur creditor vendens cedendo actionẽ contra emptorem, *d. l. eleganter, §. si vendiderit ff. de pignor. actio.* vbi Castr. Restringe, † quando dolose habuisset fidẽ de pretio; vt quia præsenti pecunia potuit vẽdi; quia tenetur de suo, ex quo de alieno nõ potest facere gratiam. Castr. *d. l. elegãter, §. si vẽdiderit. ff. de pign. actio.* Amplia; † quia creditor, qui vendidit pignus, si non potest de pretio satisfieri casu fortuito, videlicet sine culpa sua, potest reuerti ad primæuam actionẽ; puta si casu emptor, qui erat bonus, & tutus, decoxit. Castr. *d. l. eleganter. §. si vendiderit, in fi. ff. de pign. actio.* † Restringe secus esse, si culpa aliqua potest vẽditori adscribi. Castr. vbi supra. Vide, *Vendere qui non possint habita fide de pretio. Concl.* 67. 1 2 3 4 5 6

Pignus in dubio præsumitur, & quando secus, Concluſ. 350.

SI † debitor condẽnatus in exequutione iudicati in personali assignet bona creditori, cẽsetur in dubio iure pignoris, nõ autem dare in solutum. Afflict. *decis. 373. per totam.* † Extende, etiã si res data simpliciter esset pro tanto pretio, quantũ valet; quia adhuc in dubio præsumitur potius in pignus, quã in solutũ data, vt per Afflict. *d. decis. 373.* licet ibi Vrsil. in apostill. in hoc dicat cõtrarium. † Extende; quia vbicunq; fiat traditio rei nõ præcedente titulo habili ad transferendum dominium, semper traditio censetur facta causa custodiæ, gl. *in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. 2.* quãnotandã dicit ibi Bart. † Contrarium, quãdo fiscus assignat tanta bona condẽnati vxori pro dote, vel creditori, quod in dubio cẽseatur potius transferre dominium, & possessionẽ, quã dare in pignus, ex quo præcedit causa habilis ad trãslationẽ dominii. Socinus *consil. 60. num. 3. lib. 1.* & quia verbũ, *assignauit*, importat translationem dominii, & possessionis. Vide, *Fiscus in bonis condemnati repræsentat condemnatum licet proprie non sit hæres. Conclusion.* 347. † Amplia; quia si per socerum fuit adiudicatum prædium genero pro residuo dotis, stantibus pluribus coniecturis de modicitate pretii pacto de redimẽdo, & quod socer remanserit in possessione, dicitur potius vera, & effectualis pignoratio 1 2 3 4 5

secundum voluntatem, & mentē cōtrahentium, quæ potius quā verba, attendi debet, & propterea solutiones postea factæ debēt primo cedere in solutione fructuū debitorū propter onera matrimonii ad rationē quinq; pro cēntenario, prout moris est, & successiue sortis, & si quid restaret, debet solui, & dari retētio bonorum, donec reliqua soluātur. † Amplia; quia quando res plus valet, quā quantitas pro qua fuit tradita, semper in dubio datio cēsetur potius iure pignoris, & hypothecæ, quam in solutum, & an præscribatur iuri offerēdi, & quāto tempore, Alex. in simili *consil.* 156. *Viso instrumento, col.* 1. *&* 2. *lib.* Socin *cons.* 93. *Circa primū. col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. vbi dicit idem in fortioribus terminis, quando erat facta æstimatio bonorū. † Et istud est regulare, q̄ res pignorātur semper pro minori pretio, quā valēt. Purpur. *cons.* 349. *n.* 5. *lib.* 1. Ias. *in l. si res obligata, n.* 16. *ff. de leg.* 1. † Extende; quia imo, quando conuentum est, quod si nō soluerit debitor dotē filiæ in certa quātitate, puta centum intra certū tempus, teneatur assecurare generū super domo, & illā assignare pro cautione, & postea pro exequutione p̄missionis det socer domū genero iure proprio, & in perpetuū cēsetur in pignus, etiā si sonet in vēditionē; quia præsumitur erratum. Alex. *consil.* 156. *lib.* 6. & idē dicit Socin. *cons.* 93. quia datio facta etiam per viam vēditionis, ab eo, qui tenetur cautū facere, censetur, in pignus, & pro cautione, etiā si interuenit æstimatio; quia causa demōstrationis cēsetur, si res deterioraretur. † Amplia; quia pignus præsumitur, si socer promittit genero in dotem scut. 600. hoc modo in pecunia intra certū tēpus, alias promittit dare in solutū tā ā ratā prædii, quæ iuxta æstimationē fiēdā ascēdat ad scuta 600. Nam lapso termino si assignat certam ratam prædii maioris valoris 600. puta 900. & gener per multos annos possedit mortuo socero, qui interim per laudū eadem bona, & residuum bonorum alteri filiæ adiudicauit cū onere soluendi genero scuta 600. prima coniectura est; quia nō fuit facta æstimatio, & nō transit dominiū. Alex. *cons.* 33. *n.* 5. *&* *cons.* 176. *in pr. lib.* 6. & vide, *Venditio. Concl.* 49. Secūda; quia bona erāt maioris valoris. Purpur. *cons.* 349. *n.* 5. *lib.* 1. Tertia, quia ex dismēbratione prædium valde deteriorabatur. Vide, *Declaratio contractus, & mentis dubia. Concl.* 92 Quarta; quia socer de eo contraxit, vt pignorato. Quinta; quia semper stetit ad æstimū soceri, & præsumitur dominus ex æstimo. Socin. *consil.* 89. *lib.* 1 Mascard. *conclus.* 543. & quia posuit ad suū æstimū gener, solum lata sententia ad sui fauorē quæ videtur probare cōtra descriptentē pro præterito. Mascar. *concl.* 542. *n.* 17. Itē quia post tēpus gener recipit scuta 100. vnde videtur recessisse à promissione præcedenti. Alex. *cons.* 100. *lib.* 5. Socin. *cons.* 104. *n.* 8. Itē quia sic interpretando filiæ æquales sunt, alias secus. Soc. *cons.* 98. *lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 116. Cephal *cons.* 733. *n.* 16. *&* *seq.* † Contrariū prius tenuerant in eadem causa dd. tres Rotæ, vt in motiuis 4. Maii. 1584. & alii duo Rotæ 1588. moti; quia traditio præsumitur ex causa præābulo, *l. quædam mulier ff. de rei vend.* Socin. *cons.* 13. *Insignis Doctor, lib.* 4 *n.* 28. Neuiz *cons.* 80. *n.* 25. Crauet. *cons.* 106. *n.* 10. & verbū cōsignare, potest importare dominii translationem. Bart. *in l. si constante, nu.* 93. *ff. solut mart.* & quia extabāt plures cōiecturæ æqualitatis seruādæ, possessionis, & perceptionis fructuū, confessionis extraiudicialis. † Declara; quia quando res est hinc inde dubia; quia sunt coniecturæ hinc inde, attenditur, quod magis expedit doti. Bal. *cons.* 293. *n.* 2. *li.* 1. Corn. *cons.* 15. *in fin. lib.* 2. Vide, *Æstimatio facit venditionem, & quando secus. Concl.* 671. † Declara; quia si præcedit titulus purus, præsumitur cōsignatio ex titulo præābulo; secus si sit cōditionalis, puta facta mēsuratione, & æstimatione. Alex. *cons.* 33. *li.* 6. Cagn. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend. n.* 173. Alex. *cons.* 86. *n.* 3. *li.* 6. Curt. Sen. *cons.* 22. † Declara; quia si possessio est acceptata per creditorem, præsumitur pignus, etiā si precedat titulus, secus si præcedēte titulo sit tradita per debitorē. Alex. *cons.* 56. *lib.* 6. † Limita, nisi recipiens bona simpliciter tradita declarasset, quod in solutū accepit, vel nisi esset pro verolore facta traditio, vel nisi longissimo tēpore possedisset, ita Vrsil. *in addit. ad decis.* 373. & allegat *decis. Afflict.* 368. † Limita; nisi essemus in pacto de retrouendēdo; quia si emptor rē tradidit, & venditor pretiū restituit, licet venditio nō fuerit facta, seu retrouenditio, nō tamē censetur obligatus restituere fructus, cum nō habeat dominium; quia nihil est durius, quam quod rē, & pretiū habeat, ita Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. n.* 63. *&* *seq.* vbi re-bat Ias. *cons.* 117. *lib.* 1. & approbat Socin. vt ibi *n.* 80. *&* 81. † Limita, quādo adesset pactum legis commissoriæ, quod est regulariter improbatum, vel pactum redimendi intra certum tempus; quia in dubio præsumeretur adiudicatio, vel datio insolutū. Purpur. * *d. cons.* 349. *per totum* vbi *n.* 5. dicit * communem, quod pactum legis commissoriæ non conuenit pignori; quia de iure est improbatum. *lib.* 1.

Pignus oblatione, & consignatione facta à debitore liberatur. Concl. 351.

DEBITOR † offerens, & consignans debitū suo creditori habenti pignus taliter liberat ipsum pignus, vt illud possit repetere pignoratitia actione, *l. alienare, § si creditorem ff. de pignor. actio.* Feder. de Sen. *cons.* 226. *Quæstio videtur in princ.* † Amplia, vt in tātū sit verū, vt prior creditor nō possit impedire oblationē factam secundo creditori à debitore, etiam si primus creditor ipse quoq; offerre vellet; quia si consensit dationi pignoris, quoad secūdum creditorē, nō potest offerre, & quo ad debitorē nō potest impedire; quia sua nō interest, ex quo erit tutus super pignore. Fed. de Sen. *cons.* 226. *per tot.* vbi, quod bene potest primus facere sequestrare pignus, ne barattetur, si debitor est suspectus. † Amplia; quia etiā filius debitoris, vel alius tertius habēs mandatū, si offerat creditori habēti pignus, impedit, ne possit vēdere, qñ actualiter obtulit, & deposuit pretium, licet de mandato nō constet tunc tēpore oblationis, si reuera erat procurator. Fulg. *cons.* 127. *Cum Titius per tot.* maxime *in fin.* † Amplia; quia etiā contra emptorē, & singularē successorem datur rei vēdicatio. Vide, *Pignus quomodo constituatur, & eius natura. Concl.* 344. Idem in eo, qui habuit pignus à primo, qui habebat in pignus. Vide, *Pignus datum pignori potest à domino vendicari. Concl.* 348. † Amplia; quia pignus liberatur dando aliud pignus æque idoneum etiam inuito depositario glos. *in l. si Titio. ff. de pignor.* † Amplia; quia si creditor agat contra debitorem ad venditionem pignoris iuxta cōuenta, & debitor compareat, & offerat velle redimere, & soluere quicquid debet facto calculo, si vendatur pignus non citato iterum ad calculandum, & soluendum, alienatio est nulla. Castr. *cons.* 56. *Visis actis, col.* 2. *ver. secundo probo. lib.* 2.

Pignus prætorium, & iudiciale quid sit, & in quo differant. Concl. 352.

PIGNVS † prætorium est quæcūq; missio in possessionē facta à iudice propter contumaciā. Ang. de Aret. *cons. Quo ad primū, nu.* 11. *&* *seq per tot. ver. capio tertiam.* † Et ideo missio ex primo decreto in possessionem, quæ fit contra contumacē dicitur pignus prætoriū. Alex. *cons.* 53. *Quæritur. n.* 5. *lib.* 5. vbi, quod pignus cōuentionale non potest dari insolutū sine pignore prętorio; & ideo si prætoriū pignus est nullum: quia data missio nō citata parte, vel die feriata in honorē Dei, secundū decretum erit nullum, & nō potest per sententiā secundi decreti cōfirmari; quia patiter nulla est, sed bene per principē potest cōfirmari. Et de isto pignore prętorio quid, & quale sit, & cuius effectus, & quæ remedia cōpetat, pleniss. Negus. *tract. de pign. par.* 3. *in* 2. *memb. vbi videas.* Vide, *Missio in possessionē ex primo decreto vt valeat quæ requirantur. Cōcl.* 283. *ii duab. Cōclus. ibi seq.* † Pignus vero iudiciale quod fit ab eode iudice ex causa iudicati, puta in executione sentētiæ, vel instrumentice ex causa iudicati, puta in executione sentētiæ, vel instrumenti, aut alterius obligationis exequibilis, *l.* 2. *&* *l.* 4. *C. qui potio. pigno.* Angel. Aret. *d. cons.* 8. *n.* 14. *&* *seq. ver. sed tamē iu nō obstantib. & de isto iudiciali pignore quid, & quale, in quibus differat à prętorio, & cuius effectus sit. Negus. de pignor. in* 3. *parte principali in* 3. *mem. per tot.* Vide, *Missio ex secundo decreto. Cōclus.* 286. *cū multis concl. seq. & seqq.* Differunt † pignus iudiciale, & prætoriū; quia sunt diuersis titulis: de iudicali est titulus, *si in causam iudicati pignus cedet. & seqq.* Differunt † pignus iudiciale, & prætoriū; quia sunt diuersis titulis: de iudicali est titulus, *si in causam iudicati pignus captum sit. de* ptorio est titulus, *de prætorio pignore*, & ideo cū sint diuersa nomina diuersi effectus, de vno ad aliud nō infertur. Angel. Aret. *d. cons.* 8. *n.* 15. *ver. quod differt. cū seq.* vbi *n.* 16. dicit, quod iudiciali seruatur *l. à diuo Pio. § in venditione, & § si pignora. & § si per rebus, cum aliis seq. ff. de re iudic.* & in prætorio seruatur *l. cū prætor & l. in cui § 1. ff. vt in possess. legat. & l fin. C. de bonis aut h. iud. possid.* & prout cōtinuū. Secunda; † quia in pignore prætorio nō possidens, sed detinet missus in possessionē ex primo decreto, & debet verificare creditū, vt perueniatur ad secundū decretū; in iudiciali secundum quā habeat rē iudicatā, nō tenetur verificare aliud, sed sumere satisfactionem. Ang. Aret. *d. cons.* 8. *n.* 17. *&* *seq. ver. ex quibus infertur.* Tertia, † quia in iudiciali summatim solū cognoscitur, an res capta sit debitoris, & auditur tertius possidens, vel se opponēs, & fit venditio, vel adiudicatio: non autē admittūtur aliæ exceptiones sublatæ per rem iudicatā: in prætorio admitti debent omnes exceptiones, prout in personali, & reali. Angel. *dict. consil.* 8. *n.* 20. & *seq. ver. etiam sequitur illud.* Vide, *Decretum primum quid sit, & quæ operetur. Conclus.* 111. *cum Conclus. ibi proxim. seq.* Vide, *Decretum secundum quid sit, & quibus casibus interponatur. Concl.* 113.

Pignus receptum non præiudicat in residuo, & quando secus, & præsumatur idoneum. Concl. 353.

1 CREDITOR † recipiens pignus à debitore suo, sibi non præiudicat in residuo vltra pretium pignoris, *l. creditor.* vbi Soc. *ff. si* 2 *cert. petat.* † Extende; quia creditor in 200. si petat centum à suo debitore, non liberat eum à residuo, Bart. *in l. si cum dos. ff. rerum* ✠ *amot.* Vide, *Liberatio debitoris ex quibus præsumatur, vel non. Concl.* 332.
3 Restringe † in Hebræis, & aliis fœnerantibus; quia ex quo super pignore mutuant, si non est pignus idoneum, sibi præiudicant, gl. quam etiam sequitur Soc. *in d. l. creditor. ff. si cert. pet. at.* quæ dicit etiam hoc seruari in ciuitate Venetiarum. Corn. *conf.* 166. *n.* 5. *lib.* 4. † Restringe in ciuitate Venetiarum de consuetudine; quia habens pignus non potest constituere debitorem in mora. Soc. *d. l.* 5 *creditor ff. si cert. pet.* Corn. *d. conf.* 166. *n.* 5. *lib.* 4. † Amplia; quia habẽs carceratum debitorem non prohibetur agere contra bona ✠ illius, & econtra. Vide, *Creditor potest exequi facere contra debitorem* 6 *pluribus modis. Concl.* 1063. † Limita; quia in dubio alio non apparente pignus præsumitur idoneum: & ideo non probato contra- 7 rio præsumptio subsistinetur. gl. *in l.* 2. *C. de pignor.* † Extende; quia non potest creditor habens pignus capi facere debitorem vti suspectum de fuga. Bald. *d. l. creditor.* vbi Soc. *ff. si cert. pet.*

Pignus habens compensat fructus in sortem, & quando secus. Concl. 354.

1 HABENS † aliquid pignoratum tenetur computare fructus rei pignoratæ perceptos, & qui percipi debuerunt, in sortem principalem, *l.* 2. *C. de pignor. actio.* Ang. *conf.* 243. *Multi consortes, in fi.* Sign. *conf.* 251. *n.* 6. plene Natta *conf.* 535. *n.* 3. *& seq.* Hiero. Gabriel. ✠ *conf.* 151. *in pr. & per totum.* Vide *Conclusionem proxime seq. n.* 4. Exten- 2 de † idem in pensione domus habitatæ per creditorem. Gabriel 3 *d. conf.* 151. *in fin.* † Amplia, vt procedat ille text. etiam si creditor habeat pignus ex quacunque causa, ita Fed. de Sen. *conf.* 194. *In dubiis matrimonialibus, in fin.* qui loquitur in pignore dato pro ar- 4 tha matrimonii futuri. † Amplia, vt procedat nedum in pignore vero, & expresso, sed etiam in præsumpto; quia si non constat de dationein solutum, præsumitur pignus, & compensat fructus in sortem. Afflict. *dec.* 368. *in pr.* † Amplia; quia non valet statutũ cõtrarium disponens; quia inuitaret ad delinquendũ. Bald. *conf.* 32. 6 *statutum, quod inducit. lib.* 5. † Contrarium in statuto dante fructus dotis, de quo Gabriel *d. conf.* 151. *n.* 4. vbi, quod prius compensan- 7 tur fructus dotis. † Amplia sex modis, de quibus Neguſ. *de pign.* 8 *part.* 5. *membro* 5. *in pr.* † Amplia; quia hoc est verum in conscientia, etiam si contractus sonet in venditionem, quando reuera erat 9 pignus. Ang. *d. conf.* 243. *in fin.* † Amplia, vt procedat, etiam si longissimo tempore emptor simulatus, qui habuit in pignus, possederit; quia non currit præscriptio, sed tenetur fructus compen- 10 sare, & restituere. Sign. *conf.* 251. *n.* 6. † Amplia, vt procedat etiam in datione in solutum simulata; quia si est potius datio in pignus ex coniecturis, compensantur fructus in sortem. Curt. Iun. *conf.* 11 53. *in fin. v. ex præmissis.* † Extende, vt procedat etiam stante statuto Florentiæ, quod ex sola tenuta vult creditorem lucrari quinq; pro centenario; quia procedit solum in tenuta iudiciali, non autem extraiudiciali, vel ex conuentione, quia non debet extendi, cum exorbitet. Bart. *in l. omnes populi. in* 5. *q. pr. ff. de iustit. & iure.* & conuentio non potest recipere interpretationem à statuto, q̃ e- 12 lusoriam redderetur; quia nullus faceret tenutam iudicialẽ, cũ expensa si posset ex conuentione. † Amplia, vt procedat, etiam si 13 longissimo tempore possederit pignus. Crau. *conf.* 646. *in fi.* vbi *n.* 9. dicit ratione, quia possidens pignus non sibi, sed domino pos- 14 sidet tam ratione fructuum, quam proprietatis. † Extende, etiã si non obtulit debitor creditori satisfactionem. Ruin. *conf.* 48. *n.* 4. 15 *lib.* sequitur Crau. *d. conf.* 646. *in fin.* † Extende in omni pignore prætorio, vel iudiciali; quia licet missus ex primo decreto in hypothecaria efficiatur possessor, sicut in reali; tamen in hoc differt; quia missus in reali post annum lucratur fructus; sed missus 16 in hypothecaria etiã per mille annos non lucratur fructus; quia 17 gal. *de pignor. parte* 3. *in* 2. *membr. n.* 8. † Amplia, etiam si efficiatur possessor ex statuto; quia adhuc restituit fructus, & non præscri- 18 bit vllo tempore. Natta *conf.* 535. *n.* 3. *& seq.* † Extende, etiam si fructus consistant in pecunia. Natta *conf.* 536. *in pr.* † Extende; quia 19 imo tenetur nedum ad perceptos, sed ad omnes, qui potuerunt percipi is, qui detinet rem pignoratã ex pacto. Natta *d. conf.* 536. *in fin.* † Amplia vt procedat etiam in successore mariti; quia licet maritus non teneatur cõputare fructus rei pignoratæ in sortem; secus in hærede mariti. Gabriel. *conf.* 161. *n.* 5. *&* 7. † Limita sex modis per Neguſ. *d. tract. at. de pignor. part.* 5. *membr.* 5. *num.* 11. *&* *seq.* Vide *Conclus. proxim. seq. num.* 7. Limita, † nisi pignus cum fructibus percipiendis expresse esset datum pro arrha; quia comis- 20 so pignore, & arrhis committuntur etiã fructus ex pignore prouenientes. Fed. de Sen. *d. conf.* 194. *in fin. v. secundo potest.* † Limita, 21 quia valet pactum, quod habens castrum pignoratum deducat expensas guardiæ, & custodiæ castri ex fructibus; quia hoc casu non computabit in sortẽ, nisi id, quod supererit deductis expẽsis Custodiæ. Cumanus *conf.* 19. *Quidam nobilis, n.* 4. *v. ad secundũ.* Limita † in casu notabili, qñ habẽs vtile dominiũ pignoraret do- 22 mino directo eandẽ rem, in qua habet directũ dominiũ. Rom. *sing.* 329. *Creditor comput at.* vbi apostilla dat concor. Neguſ. *de pign.* 23 *in* 5. *par. membr.* 5. *n.* 3. *in* 4 *limit.* † Extende, nisi habens rem pignoratam pro pecunia sua subiuerit labores, & expensas; quia pro rata facit fructus suos ad mensuram eius, quod est passus. Rom. *sing.* 542. *Regula est.* vbi plena apostilla, plene Boer. *decis.* 44. *n.* 24. Neguſ. *de pign. in* 5. *part. membr.* 5. *n.* 13 *limit.* 3. † Extende; quia licet 24 quis teneatur compensare fructus perceptos ex re pignorata, vel ex re, quam possidet ratione pignoris, & hypothecæ; tamen fallit, qñ passus est damnum ex pecunia sua, vel qñ perdidit lucrũ in solito ponere pecunias ad lucrũ; quia compensat prius in dãno passo, vel lucro amisso, ita Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.* 373. *n.* 5. Neuiz. *conf.* 77. *Bene enim cuncta, n.* 23 Ruin. *conf.* 162. *n.* 16. *& seq. lib.* 3. Gabriel. *conf.* 151. *Clarissimum est, n.* 7. *in fin. cum seq. v. concludo igitur.* Ruin. *conf.* 53. *n.* 23. *vsque in fin. li.* 2. plenissime Menoch. *conf.* 110. *n.* 49. *& seq. lib.* 2. Neguſ. *de pignor. in* 3. *par. in* 2. *membr. n.* 12. qui loquitur, etiam si ex forma statuti habenti pignus debeantur quinque pro centenario; quia si plus lucraretur, debetur supplementum; qa statutum ad augendum inductum non debet operari diminutionem. † Contrarium tenet Alciat. *conf.* 380. alias 113. *l.* 5. *tom.* 25 2. ea ratione; quia si potuit, vel debuit facere adiudicare rem, & nõ fecit, fuit in mora, ex quo erat in sua facultate; ergo, quod etiã videtur de mente Cou. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 4. & vide alia in simili, *in v. Lucri cessantis ratio quando habenda, vel non. Concl.* 454. ✠ † Declara; qa in muliere ratione dotis suæ, etiã si habeat pignus, 26 procedit extensio, prout Neguſ. *d. tr. membr.* 5. *par.* 5. *in fi.* & idẽ repetit *in* 2. *membr.* 3 *partis n.* 17. † Declara; quia Alex. *conf.* 76. *Visis,* 27 *per tot.* appellat hunc contractum francandi consuetudinarium, *lib.* 5. & dicit, quod non est locatio, neque venditio, sed consuetudinarius. † Extende; quando res est pignorata pro tanto, quan- 28 tum valet; quia habetur pro alienata, ita vt censeatur reuocatum legatũ, nisi sit maiorũ suorũ. Tiraq. *de vtroque retr. in præfat. n.* 36. vbi, quod qñ non est spes luitionis, dicitur alienata, & vendita res, cõem *dicit *in lib.* 2. *commun. opin. tit. de pignor. n.* 76 *fol.* 345. Extende * † stante statuto, quod debeantur marito septem pro centenario 29 pro dote; quia solũ imputat fructus, qui excedunt septẽ p̃ cẽtenario in sortem. Gabriel. *conf.* 151. *n.* 4. Afflict. *dec.* 268. *in pr.* Extende † etiam in marito, cui nomen debitoris est datũ in dotẽ; quia 30 si mulier habet pignus pro debito dotis in hypothecaria, vel ex conuentione, maritus compensat fructus primo loco in suo interesse, & fructib. dotalibus, postea in sortem. Ruin. *conf.* 53. *n.* 23. *& seq. lib.* 2. *vsque in fin.* vbi distinguit; secus si quantitas data sit in dotem, non autẽ nomẽ debitoris, sequitur Gabr. *d. conf.* 151. *per tot.* vbi distinguit. Extende; † quia potest etiã pacisci inter creditorẽ 31 & debitorẽ, quod post morã debitor teneatur adinteresse creditori habenti pignus fructuosum, & q̃ fructus compensentur cũ interesse, & ita fuisse iudicatum iuridice ostendit Menoch. *conf.* 110. *n.* 49. *& seq. lib.* 2. † Et vbicunque permissæ sunt vsuræ, seu in- 32 teresse de iure Canonico, potest pactum interuenire, quod non computentur fructus in sortem. *dec. Pedemont.* 143. *n.* 3. † Declara; 33 quia si interesse deduceretur certum in pactum, vt ante moram deberetur, vel tantum certũ deberetur; tunc non valeret pactũ; & idem, si fructus rei pignoratæ essent certi; secus si incerti, & vsuræ sint licitæ, vel interesse; quia eo casu valeret, ita declarat Menoch. *d. conf.* 110. *n.* 8. *& seq. iuncto n.* 49. *vsque ad* 59. vbi latissime *lib.* 2. & citat plurimos. Extende, † quia procedunt prædicta etiã cõ- 34 tra minorẽ, quando mora esset cum auctore suo maiore causata; quia etiam creditor in præiudicium minoris luciatur fructus rei pignoratæ. Menoch. *d. conf.* 110. *n.* 56. *& seq. lib.* 2. † Limita in marito 35 possidente, seu habente rem pignori pro dote, vel hypothecatã pro dote; quia propter onera matrimonii lucratur fructus rei hypothecatæ, seu pignoratæ, neque compensat in sortem. Alex. *conf.* 156. *Viso instrumento n.* 3. *in fin. & n.* 4. *v. Licet in primo instrumento. lib.* 6. Limita, † qñ debitor faceret pactum creditori, q̃ post certã 36 dilationem, si non soluerit, possit creditor propria auctoritate capere, & in solutũ retinere pro iusto pretio. *l.* 1. *C. de pact. pignor. l. si fundum,* §. *fin. ff. de pignor.* Bartol. *in l. creditores. col.* 5. *v. vlterius. iuxta prædicta quæro, C. de pignor.* quia isto casu censetur datio in solu-

tum,

tum, quæ quando fit, de re certa facit emptionem, *l.eleganter.in pr.ff.de pign.actio.* Bart. *in l.libera.C.de sent.& interloqu.om iud.* Aret.
37 *cons.160.Longa est ista consultatio, col.7.*† Restringe, vt non procedat, nisi sequuta fuerit æstimatio dictorum bonorum, maxime propter verba, *pro iusto pretio in pacto apposito*; quia æstimatio facit transferri dominium, *l.vetustissimam, C.de iure domin.impetr.* quia æstimatione non facta censeretur retinere iure pignoris, & non
38 faceret fructus suos. Declara† restrictionem, vt non procedat, quando essemus in vetustissima possessione, puta si creditor per centum annos possedisset, patiente, & sciente debitore, vel eius hærede, quia tunc licet non appareant bona appretiata per pertos; tamen præsumitur appretium ex lapsu tanti temporis. Af-
☞ flict.*decis.368.* allegat Bald. *in l.si quis ex aliena, ff.de acquir.hæred.* Vide, *Fructus rei pignoratæ extenuant sortem, & quando. Concl.504.* Vide Casus 37. in quibus habens pignus lucratur fructus, de quibus Socin. *Reg.3. Accipere aliquid vtra sortem.*

Pignoratitius contractus quando dicatur, & eius natura. Concl.355.

1 CONTRACTVS† dicitur pignoratitius, licet sonent verba in venditionem, quando continet contractus pacta, quæ non conueniunt venditioni, sed pignori, puta quod emptor non teneatur compensare fructus in sortem. Bald. *cons.118. Benedictus, &*
2 *Codetus.per totum.lib.1.* Sign. *cons.251.n.5.*† Et talis contractus venditionis simulatæ, quæ reuera est pignus, dicitur vsurarius, & simulatus: ideo ex eo non transfertur dominium, sed compensat fructus perceptos in sortem. Alex. *cons.54. Circa primum.per totum,*
3 *in pr.* maxime *n.3.v.si ergo lib.6.*† Et non dicitur vsurarius contractus pignoris; imo est licitus, nisi conuentum esset de lucrandis fructibus rei pignoratæ; ideo testis deponens contractum vsurarium; quia fuit conuentum, quod venditio esset pignus, non probat, nisi in pignore esset conuentum de lucro fructuum. Bald.
4 *cons.192. Quidam nomine Ioannes, lib.4.*† Amplia; quia in contractibus pignoratitiis quicquid percipitur in fructibus, compensatur in extinctionem sortis principalis, quando constat quod erat
☞ pignoratitius. Bald. *cons.133. Si in rei veritate. lib.4.* Vide *Conclusionē prox. præced.*† Extende in tantum fructus minuere sortem in con-
5 tractu pignoris, vt non valeat pactum contrarium. Bal. *cons.369.*
6 *In Dei nomine, Amen, Anno Domini, in fin. lib.2.* †Extende, etiam si pignus sit celebratum sub colore emptionis; quia si potest constare quod sit pignus, sunt compensandi fructus in sortem, etiā quod velit habēs pignus compensare in aliam causam; quia cō-
7 pensatio debet fieri in istam. Bal. *cons.133.li.4.*† Limita in emptore pignoris ab eo, qui habebat in pignus; quia si bona fide emit, non tenetur ad fructus consumptos naturales, quos ratione cul-
8 turæ lucratur. Bald. *cons.118. circa fin.v.illi, qui emerunt, lib.1.*† Extēde, vt multo magis lucretur industriales, prout sunt pensiones, quæ sunt fructus industriales. Bal. *d.cons.118. In fi.lib.1.* Vide, *Pignus*
☞ *quomodo constituatur, & eius natura. Concl.344.*

Pisarum Ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl.356.

1 PISANI† guerram habuerunt cum Ianuensibus, & fecerunt treugam per multos annos, cum obligatione, quod Pisani nō possent recapitare bannitos Ianuenses. Ang. *cons.261. per totum.* vbi, quod intelligitur de bannitis tempore concordiæ, non post.
2 Item† cum Florentinis, contra quos habuerunt guerram colligati cum Senensibus, & cum Duce Mediolani. Ang. *cons.391. Sugati.per alios.per totum.*† Nobiles, & potentes asserit esse Pisanos, &
4 Senenses. Ang. *d.cons.391.n.6.*† Guerram habuerunt cum Senensibus, & fecerunt pacem, super que confuluit Rom. *cons.459. In proposita consultatione, per totum.* vbi, quod ciuilitas quam habebāt Pisani in ciuitate Senarum, & propter bellum amiserunt, non est recuperata ex pace sequuta; quia in capitulis nulla mentio fit de
5 hoc. Fuerunt† Pisani grauati soluere Communi Florentiæ de anno 1411. omni mēse florenos bis mille, postea de anno 1513. fuerunt habilitati ad soluendum flor. triginta quinque millia intra triennium, vt *in cons.Castr.233. Reformatio* quod est Nelli de S. Geminiano, & *cons.234.* quod est Pauli de Castro, & *cons.235.* quod est eiusdem, vbi, an Pisani ex remissione partis dictæ impositionis teneantur soluere operæ Florentiæ vigore constitutionis, quod habentes gratias soluant certum quid, vide; quia disputatur, an remissio fit gratia, & *cons.233.& 234.* quod non, *in cons.235.* quod
6 sic, & tenentur soluere. Habent† consuetudinem contrariam Florentinis in eo, quod non requiratur citatio in laudo arbitratoris; quia Florentini seruant contrarium, & licet Pisani subsint Florentinis; tamen prævalet Pisis eorum consuetudo tolerata per superiores, & secundum eam debet iudicari. Rom. *cons.6. Li-*
cet mihi.per totum. maxime *in fin.*† Archiepiscopus Pisarum ex priuilegio habet facultatem doctorandi, & sede vacante talis facultas competit Capituli Vicario, & Capitulo, emolumenta vero debent reseruari successori, quando sunt debita ratione iurisdictionis doctorandi; secus si essent munera, & donaria; quia tunc Capitulo spectarent. Alex. plene *cons.110. Adeo grauis.per totum.n.*
6. vbi reddit rationem; quia omnia, quæ competunt Prælato, & eo mortuo transeunt ad Capitulum sede vacante: ideo testamentum successori, ne Capitulum propter emolumenta differat electionem Prælati, *c.quia sæpe, de electionib.in 6. & clem.statutum. eod. tit.* si vero Prælato competit aliquid ex priuilegio; mortuo eo mortuo reuertitur ad concedentem, nō autem transit ad Capitulū. Gabella† debetur de dotibus ex statuto Pisano super quo Deci. *cons.457. In cā gabellæ per totum.* vbi, quod non debetur ab eo, qui contraxit extra territorium Pisarum matrimonium, in quo soluta gabellam semel; quia duplici onere non grauantur, & quod est odiosa gabella, & in dubio iudicandum est, non deben.† Statutū est Pisis, quod vxori non possit maritus relinquere vltra 15. libras annuatim, de quo Bal. *cons.204. Testator legauit, li.1.* vbi, quod valet, & si plus legatur, non debetur, & duplicatur *lib.5. cons.43.* Et de eodem statuto plene Anchar. *cons.79. Subtiliter, & sucinte. maxime in fi.* vbi quod est seruandū. Vide plene *in v.Statutum, circa legata prohibens legari certis personis qualiter intelligatur. Concluſ.38.*
†Declarat, seu restringit Alex. quod istud statutū in vxore nō habet locū, si Pisana facit testamentum extra territoriū, & de bonis existentibus extra territorium Pisarum; quia valet. Alex. *cons.155. Visotitulo, n.4. v. item & quoad modum lib.7.* vbi allegat plura consilia super hoc. Contrarium tenet apostilla ad Alexan. *d.cons.155. n.4. lib.7. in v. facultatem.* vt procedat restrictio quoad solemnitatem, non quoad facultatem.† Item quod sententia debeat ferri secundum consilium sapientis, quod statutū operatur, quod iudex omnino sequi debet consilium, & non potest opponi dellius iniustitia, nisi contineret expressum errorem iuris, vel facti, qui ex actis posset colligi. Castr. *cōs.232. In causa quæ vertitur.n.5.7. item non obstat, lib.1.*† Item quod de omni controuersia vertente inter pupillum, & hæredes tutoris, qui administrauit bona pupilli, fiat compromissum, super quo Bal. *cons.362. Multum refert.li.*
2. vbi, quod requiritur, quod constet de ista qualitate, quod fuerit tutor, & administrauerit ad hoc, vt statutū habeat locū.† Item quod maritus lucretur medietatem dotis vxoris mortuæ sine liberis, & sine iudicio, videlicet testamento, quod non habet locū in muliere nupta extra territorium; quia attenditur domicilium mariti secundum * communem. Alex. *d.cons.155. Visotitulo, n.pr. lib.7.* vbi dicit * communem.† Et non habet locum etiam in nupta sub dito, nisi vtrumque requisitum habeat, quod sine filiis, & sine testamento. Alex. *d.cons.155. n.5. & seq. lib.7.* Item† statutū circa successionem matris, vt tertiam partem habere debeat bonorum etiam contra testamentum filii, & de aliis successionibus vide Bald. *cons.428. Domina Ioanna.* vbi, quod est fauorabile, quia tendit ad conseruanda testamenta; & ideo loquens in filio tenetur habet locum etiam in filia, *li.3.*† Item statutum, quod maritus non censeatur donare vxori guarnimenta, & iocalia, quæ excedāt solidos 40. nisi clare constet. Alex. *dict. cons.155. n.9. vers. terea etiam posito, lib.7.*† Item quod filiæ fœminæ dotatæ non habeāt parti stantibus masculis, quod procedit etiam ex testamento; quia si pater præteriit fœminas dotatas instituens masculos, valet testamentum, etiam si filiæ in æqualiter sint dotatæ, & habuerint minorem dotem, quam importet legitima, Bal. *cons.ſi. Cum in causa Pisani, in pr.lib.3.* quod est Christophori de Castil. & *cons.326.* quod est Iacob. de Ilolanis. *eod.lib.3.*† Item statutū, quod fratri decedenti ab intestato succedat frater. Bal. *d.cons.ſi. n.2. tertio, & vltimo.lib.3.* vbi, quod appellatione fratris non includitur nepos ex altero fratre.† Statutum Pisarum loquens in personis comprehendit Pisanū vbique existentem, nisi esset ciuis effectus Florentiæ. Vide, *Statutū non habet locum contra subditum delinquentem extra territorium. Concl.543.*† Directura solui debet ab appellatoribus secundum statutum Pisarum, super quo Castr. *cons.94. per totum. lib.1.* vbi, quod debetur ab obligatis in solidum pro integra summa.
Cōpromittere† tenentur coniuncti in tertio gradu de comunibus litibus, & quæstionibus vertentibus inter eos in arbitratores, & cōes amicos, qui de plano ex bono, & æquo remotis dilationibus diffiniāt, & quod per eos fuerit diffinitū obseruent, & nō possint dici de nullitate, nec peti reductio ad arbitriū boni viri. Bar. *in 2. Pisanæ ciuitatis.* vbi, ꝙ si vēditor obligatus de euictione immutus ab emptore, suscipiat litem, & defensionem contra fratrem venditoris euincentem, est locus compromisso, non obstante, quod alieno nomine tueatur; quia vēditori spectat commodū, & incom-

& incommodum litis; & quia dicitur procurator ad rem suã, & sic est in principali, qui suscipit defensionẽ fideiussoris, vide decẽ fundamenta pro vtraque, sed ita soluit, & idem Bart. in contingenti facto consuluit *cons.29. Consiliũ Pisanæ ciuitatis, lib.2.* vbi idẽ, quod in quæst. & ibi dantur concor. † Statutum Pisarum vult, ℣ in casibus omissis recurratur ad ius commune, de quo iure intelligatur, postquam Pisani sunt effecti subditi Florentinorum, an de iure communi imperiali, an de iure ciuitatis dominantis, & Rom. *cons.218. Præsens casus.* quod intelligitur de iure Florentinorum, vbi apostilla magna *in v. tenentur*, citat pro vtraq; plurimos, & tenet contrarium; quia non potuerunt diuinare, neque cogitare de statutis Florentinorum tempore, quo propria statuta condiderunt, & per alia iura. † Possunt banniti impune offendi, & dicitur bannitus, qui est descriptus in tabula bannitorum. Bal. *cons.142. Per d. Pisanum, lib.4.* vbi, quod si interficiatur gratiatus, qui non est deletus de libro bannitorum, interficiens est exemptus à pœna, si ignorauit gratiam. Consuetudo † est, quod ciuitas Pisana in festo S. Mariæ Pensis Augusti dimittit 20. carceratos, quos donat Misericordiæ, qui carcerati sint ex causa capitali. Bald. *cons.142. lib.2.*

Pisaurensis ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia eius. Concl 357.

PISAVRVM † est ciuitas Ecclesiæ; ideo in ea ius canonicum seruatur, nisi quatenus per iura municipalia aliter sit dispositũ. Cuman. *cons.154. Visis inquisitione, in pr.* † Fuit familiæ de Malatestis, videlicet magnifici Galeatii, ad cuius stipendia tanquam domini Pisauri stabant multi, inter alios quidã Ondadeus. Fulg. *cons.197. Zungus Ondidei,* & idem Fulg. *cons.203. Visis instrumento.* vbi ponit tempus, videlicet 1411. & Paul. de Castr. *cons.100. In cã mihi commissa per d. Malatestam d. Pisauri, lib.1. & cons.427. Viso, & diligenter. in pr. lib.2.* vbi, quod erat d.p. de Malatestis Episcopi Patracensis. † Et habebat Malatesta hanc ciuitatem in Vicariatum ab Ecclesia Romana, vt dicit Castr. *cons.20. lib.2. n.3. in fin.* vbi, ℣ non poterat concedere Hebræis vsuras, neque capitula, quod venderent pignora lapso anno non vocatis dominis pignorum, & dicit quod solum æquiparatur Præfecto, vel Prætori, prout Episcopi, & Legati, qui non statuunt contra ius. † Iste Malatesta mortuus fuit de anno 1429. & eius filii fuerunt expulsi de ciuitate per quinque, vel sex annos postmortem patris. Castr. *cons.442. Visis, & diligenter prope fin. lib.2.* vbi per totum consilium de vsurpatione pratorum Episcopatus facta per Malatestam, vt faceret in eis viridarium. † Ciuitas Pisauri antiquo tempore communionem habuit cum Comitatinis; quia ipsi Comitatini communicarunt ciuibus datium Buccarum: ciues vero communicarunt Comitatinis duas tertias quatuor datiorum ciuitatis, videlicet datium pensæ bestiarum, beccariæ, & vini ad spinam; postea euenit, quod ciues remiserunt Comitatinis datium buccarum, & Comitatini remiserunt datium pensæ, & bestiarum; in datio vero vini, & beccariæ perseuerarunt Comitatini orta lite, quod teneantur remittere omnia datia data in compensam, replicant Comitatini non posse fieri, & quod redeant ad antiqua, si velint, alias sibi præiudicarunt, & ita consuluit Castr. *cons.427. Viso, & diligenter, per totũ. lib.2.* vbi, quod debuerunt intra annum contradicere, si erant grauati. *per l. qui se grauantes. C. de censib. lib.11. & l. forma. S. fin. ff. de censib.* vbi Bart. æquiparando Vicarios ciuitatũ ecclesiæ censitoribus, & peræquatoribus, ita terminat, nisi habeat iustam causam impedimenti. † Habet statutum, quod donationes non valeant, nisi insinuentur, & registrentur certa solemnitate data; quod statutum non habet locum in donationibus factis piis, quando aufertur beneficium iuris communis. Fulg. *cons.104. Quædam domina Lucia. per totum.* † Statutum Pisauri de dotibus nõ restituendis præmortua vxore cum filiis, operatur, quod vxor non potest substituere filiis in dote, neque onus iniungere; quia censetur priuata factione testamenti circa dotem. Fulg. *cõs. 203. Visis instrumento. per tot.* vbi, quod habet locum, si vnica filia exter, licet loquatur per verbum *superstitibus filiis.* † Quod pro leui, & leuissima culpa incendii teneatur ad emendationem dãni disponit statutum Pisauri, quod intelligitur, si modo constat de leuissima in faciendo. Alex. *cons.50. Visis, & opportune, in pr. v. secundo fortificantur, & per tot.* maxime *n.10. lib.1.* † Statutum prædictum quod verba statuti non recipiant interpretationem, & qualiter intelligatur. Alex. *d. cons.50, n.2. & n.11. lib.1.* vbi, quod recipit interpretationem nedum literalem, sed etiam sensatam, vt tollatur absurdum, vt ius commune non corrigatur, vt ius tertii indebite non tollatur.

Piscandi ius est iuris publici, & qualiter prohiberi possit. Concl. 358.

IVS † piscandi in flumine publico iuris publici est; ideo omnibus licitum de iure gentium, *l. fin. ff. de vsucap.* † Et est de Regalibus, quæ supremo Principi sunt reseruata, *c. vnico. quæ sint regalia.* Aegid. Bella. *cons.7. n.1.* † Extende; quia in omnibus aquis publicis licitum est vnicuique piscari, & pisces, quos capit, facit suos, etiam si sint stagna, & lacus; etiam ante domum alienam, vt plene Ang. Aret. *cons.23. In hac causa, in pr.* † Extende; quia etiam si capientes pisces teneantur vendere, & compelli possint ad vendẽdum; tamen interim, donec vendiderint, sunt domini piscium vẽdendorũ. Ang. Aret. *d. cons.23. n.4. v. & licet piscatores, vũ seq.* † Limita, quia ius piscandi potest præscribi per superiorem spatio 10. vel 20. annorum, si duo interueniant, quod solus præscribens possederit, & quod aliis volentibus piscari prohibuerit, & prohibiti acquieuerint, ita Agid. Bell. *d. cons.7. per tot.* vbi est casus, ℣ Episcopus Auinionen. præscripsit ius piscandi in flumine Castri sui Barbentanæ, in quo habet iura Regalia; quia prohibuit, & subditi acquieuerunt. † Contrarium tenet Io. Fabr. *Instit. de rer. diuis. n.2. & seq.* vbi, quod ea, quæ sunt iuris publici gentium, non præscribuntur, sed bene induitur in eis acquisitio ex consuetudine, puta si vnus possideat solus: & aliis prohibeat sciente, & patiente populo, quod etiam admittit Aegid. *d. cons.7. n.9. v. tertia solutio.* † Limita; quia in vallibus priuatorũ nemo põt inuito domino piscari, sicuti neque in agro priuato inuito domino nemo potest venari. Ang. Aret. *d. cons.23. n.6. & seq. v. quia in vallibus alienis.* † Pisces igitur dicuntur, & fructus tertiæ sunt; & ideo si locãtur piscationes, pisces sunt fructus suæ conductionis; prout etiã dicimus idẽ de venationib. locatis; quia animalia dicuntur fructus conductionis. Ang. Aret. *cons.23. In hac cã, n.3. & seq.* vbi loqtur de vallib. Comacli locatis. Extende; † quia regulantur, put alii fructus; quia si sunt à solo separati, sunt vsufructuarii, & coloni, seu conductoris nummis secundum * cõem; ita etiam pisces piscati, & conseruati in viuariis durante vsufructu, & cõductione sunt vsufructuarii, & conductoris. Ang. Aret. *d. cons.23. n.10. & seq. v. nec obstat.* vbi *n.13. & 15.* dicit * communem. Vide, *Princeps quid posit in subditos suos. Concl. 678.* Vide, *Venationes sunt de iure gentium. ideo non possunt prohiberi. Concl. 41.*

Pistorii ciuitas, eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 359.

PISTORIVM, † & Aretium factæ sunt de territorio Florentiæ à terrendo; quia Florentini terruerunt; ideo sunt subiectæ. Ioa. Andr. *in c. vt animarum. § statutum, de cõstit. in 6.* sequitur Ruin. *cõs. 1. n.2. in fin. lib.4.* licet contrarium de ciuitate Aretii consuluerit Soc. *cons.7. per tot. lib.1. & cons.74. n.8. eod. lib.* Fel. *c. postulasti. n.10.* vbi, quod est recommendata non subdita; ideo remanet libera. † Et quando Florentini fuerunt effecti domini ciuitatis Pistorii reuocarunt statuta condita à populo Pistorienſi, & dederunt noua statuta, in qua reuocatione non continentur statuta respicientia priuilegia operæ dictæ ciuitatis, quia in generali reuocatione non veniunt; imo tanquam concessa non subditis nõ possunt reuocari. Castr. *cons.146. Super primo, lib.1.* † Declara; quia ciuitas Pistorii fuit effecta omnino subdita Florentinis quoad iurisdictionẽ, & introitus, sed postea de anno 1420. & 1440. fuit restituta plenarie, vt dicit Soc. *cons.302. Videbatur primo, in pr. lib.2.* † Subiectio fuit de anno 1401. & cassatio statutorum, renouatio statutorum veterum concessa fuit de anno 1417. & tenentur singulo triennio obtinere confirmationem, quæ cũ sit bursalis, licet non fiat; tamẽ valent statuta quoad Pistorienses, licet possint compelli ad confirmandum. Castr. *cons.256. Videtur manifeste, lib.2.* † Papa Alexander habitabat in ciuitate Pistorii, & gabellæ erãt Communis tempore, Anch. *cons.402. Pluribus rationibus, n.3. & per totum.* vbi, quod propter recessum Papæ inopinatum debetur remissio conductori. † Feriati dies in honorem Dei obstant, ne possint confici instrumenta, & facta non valent, nisi sint pacis, vel treugæ, vt *in Rubric. 70. de instrumentis non conficiendis, lib.2.* ℣ statutum etiam ad concordias, & transactiones extenditur, vt sint permissæ propter similitudinem rationis. Vide, *Feriati dies nõ præsumuntur, sed iuridici. Concl. 99.* Statutum † Pistorii est, quod is, cui fit datio in solutum iudicialis de re alteri obligata, teneatur intra annum restituere pro eodem pretio illi creditori, cui prius erat obligata, si offerat, & ad idem possit compelli successor eius cui facta est datio, vel adiudicatio. Dyn. *cons.32. Quæstio talis est, ordinamus. per totum.* vbi, quod potest agere creditor, & offerre tam contra eum, cui facta est adiudicatio, quam contra emptorem, & quod etiam potest conueniri solus is, cui fuit facta adiudicatio, licet vendiderit intra annum alteri. † Contrarium tenet idem

idem Dynus in materia dicti statuti, q̃ omnino debeat agi contra cũ qui possidet facta venditione intra annum per eũ, cui fuit facta adiudicatio, ita quod is, qui vendidit nõ possit cõueniri, vt
9 *cons.35 Martinus accepit in solutum.per tot.* † Statutum Pistorii de cõsensu præstito à muliere ipsam ligat, si cum solemnitatibus consensit alienationi bonorũ sibi hypothecatorũ, etiã si alia bona
10 mariti non extant. Castr. *cons.41. Visis & consideratis, lib.1.* † Item, q̃ mater excludatur à successione filii ab amita, quod statutum erat antiquum & renouatum post subiectionem factam Florentinis, & debet seruari, non obstante, quod statutũ Florentiæ con-
11 trariũ disponat. Castr. *cons.256. Videtur.lib.2.* † Item statutũ est Pistorii, quod mater excludatur à successione filii decedentis ab intestato, quod non habet locum, si filius erat impubes, & inte-
12 stabilis, niti cõmunis vsus loquendi sit in contrariũ. Ang. *cons.26. Statutũ excludens.* † Itẽ, quod laudũ arbitri mandetur exequutioni, sicut sententia, & instrumentũ guarentigiatũ, dumodo non sit latum extra compromissa, super quo Florian. à sancto Petro
cons.17. consuluit, quod laudũ latum præsentibus partibus, & homologantibus extra compromissa non valet, etiam si adsit pactum, quod nihil possit excipi, etiam quod extra compromissa
13 esset laudatum. † Item donatio non valet supra summam librarum 70. nisi sit insinuata, quod statutum habet locum etiam in renunciatione, quam facit filia patri de bonis maternis. Ang. de
14 Perus. *cons.59. Quidam pater familias. in fin.* † Item, quod fœminæ nõ succedant stantibus masculis, sed fœminæ dotentur, super quo Ant. de Butr. *cons.9. per totũ.* maxime in tertio dubio, vbi, q̃ mens statuentium fuit prouidere, ne hæreditates in alienas transeant
15 familias. † Item, quod legata exequutioni mandentur contra quoscunque possidentes, & detinentes legata, quod statutum non habet locũ contra tertiũ possessorẽ. Ang. *cons.263. Statuto Pi-*
16 *storiensi.* † Item donatio inter viuos vniuersalis fieri non potest, & facta non valet prohibente statuto, quod dicit esse contra ius cõe. Ang. *cons.283. Statuto Pistoriensi. per totum.* vbi, quod habet locũ solũ in donatione, puta proueniente ex liberalitate; secus, si
17 esset facta reseruato vsufructu, vel inter viuos post mortem; q̃a non est pura, sed ex cã mortis. † Item, quod pro oneribus Communis Pistorii bona sint hypothecata, & ad hunc effectũ censeantur donata Communi, quod statutũ valet, & est conforme iu-
18 ri communi, ac operatur, quod ecclesia, & pia loca, in quibus bona laicorũ peruenerunt, tenentur ad talia onera; quia bona trãseunt cũ onere suo. Petr. de Anch. *cons.303. Hoc statutũ Cõmunis Pi-*
18 *storii, per totã.* † Gabella solui debet pro dote in ciuitate Pistorii; quia statutũ hoc disponit, quod intelligitur, si contrahitur matrimoniũ in ciuitate vel territorio; secus si extra, ita Soc. *cõs.302. in*
19 *pr.* maxime *n.2.* quod est subscriptũ à Felino, Roberto Strozzio, Angelo Nicolino, & aliis. † Extende; quia statutum prædictum, licet velit, quod soluatur gabella, etiã si matrimonium consummatum sit extra territoriũ; quia vt minus lædat, debet intelligi
20 de eo, quod fuit contractũ in ciuitate, vel territorio, & consummatum extra territorium. Soc. *d. cons.302. n.2. lib.2.* † Extẽde maxime, q̃n extra territoriũ Pistorii gabella fuit soluta in territorio superioris, prout Florentiæ; quia nunq̃ est de intẽtione superioris velle aliquid in sui præiudicium concedere. Soc. *cons.302. n.5. &*
21 *seq. v. tertio, & vltimo. lib.2.* † Statutũ, & gratia concessa Pistoriensibus, quod forenses non possint acquirere stabilia in eorũ territorio, non comprehendit ciues Florentinos; quia non sunt forẽ-
☞ ses, sed superiores. Vide, *Statutum est attendendum, & facit recedere*
22 *à iure communi. Concl. 439. v. & in contingẽtia.* † Statutũ Pistorii *rubr. 97. de muliere decedente intra quinquennium, & rubr. 99. de muliere habente filios.* (licet alias fuerit in magna cõtrouersia.) an si decedat post quinquennium relictis filiis ex primo matrimonio, maritus lucretur totam dotem, vt tenet Deci. *cons.19. & cons.353.* an vero
23 restituenda sit filiis, vt tenet Ruin. *cons.63. & 64. lib.3.* † Statutum Pistorii, quod nullus forensis possit acquirere stabilia in territo-
☞ rio Pistorii, non comprehendit Florentinos superiores. Vide *in*
24 *v. statutũ est attendendum, & facit recedere à iure communi. Concl. 439. & supra n.21.* † Statutum Pistorii criminale, quod iudex possit inquirere suppressis nominibus denunciantium est contra ius cõe; ideo odiosum, & si fieri potest, in dubio censeri debet correctũ ex reformationibus. Anch. *cons.190. Plura contra processum. in princ.*
25 Quod † post mortẽ condemnati nulla possit fieri exactio pœnæ contra hæredes, super quo Rom. *cons.195. In casu præmisso, per totũ.* vbi, quod habet locum, etiam si pars esset exacta de contentis in sententia, quando sunt capitula separata; secus si eadem pœna
26 pro parte esset exacta; quia eo casu statutum non loquitur. † Itẽ, quod nemini fiat ius bannito, super quo Florian. *cons.24. per totum.* vbi, quod statutum habet locum in omni parte iudicii, in qua superueniat bannum; quia non potest iudex facere iniuriam bannito, alias puniretur, & habet locum, etiam si sit collegium, & communitas; item siue ad accusationem, siue ad inquisitionem & idem dicit *cons.25. n.6. & seq. v. quoad secundum.* † Item statutum, q̃ quod pater possit agere pro iniuria filii stante alio statuto, quod non fiat ius bannito, non potest pater pro filio agere criminaliter; secus ciuiliter. Florian. *d. cons.25. in pr.*

Placentiæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 360.

DECRETVM † Principis, Comitis Virtutũ, fuit factum Placentiæ, quod castra, & fortalitia non possint vendi sine licentia Principis, & nisi seruata certa solemnitate sub certa pœna, & q̃ alias venditio sit ipso iure nulla. Bal. *cons.112. Præmisso quodam.lib. per tot.* vbi, quod non habet locum in castris diruptis, de quibus non extat memoria, licet castra dicantur. † Vectigalia exigit Placentia ex antiqua statutorum suorum confirmatione, secũdum Bal. *cons.366. Verba rescripti per tot.lib.3.* † Officiales duos habet ciuitas Placentiæ, videlicet iudicẽ Cerui, & iudicẽ Grifoni, de quibus, & eorũ iurisdictione Sign. *cons.227. per tot.in pr.* † Deanno 1406. Ciuitas Placentiæ habuit bellũ, & Placentini multi in ciuitate Papiæ se reduxerunt, inquit Castillio. *cons.23. in pr.* † Statutũ est Placentiæ, quod nulla persona audeat quoquo modo alienare aliquas res immobiles, vel iuris dictiones intra Placentiã, vel districtũ existentẽ alicui non existenti de ciuitate Placentiæ vel districtus; quod si fiat alienatio, ipso iure minime teneat. Bal. *cons 349. Statuto Placentiæ, per tot.* vbi, quod non habet locũ in institutione hæredũ, *lib.1.* Item, † quod libellus non possit mutari, q̃ & qualiter intelligatur. Sign. Homod. *cons.41. Omissa narratione in pr.* † Item, quod quicunque nixus fuerit committere adulterium, capite puniatur, super quo Bald. *cons.356.* dicit intelligi, dumodo fecerit omnẽ conatũ, & perseuerauerit, *lib.1.* & dicit, quod non habet locũ in eo, qui proiecit mulierẽ in terrã, si dum ipsa acclamauit, aufugit. † Itẽ, quod vendens eandẽ rẽ duobus incidat in pœnã 25. librarum tradat rem primo emptori, & pretium secundo. Bal. *cons.240. Præsupposito statuto.lib.2.* vbi, quod non habet locũ, si primus emptor ratam habet secundam venditionẽ, quia secundus emptor sciebat primã venditionẽ. Vide, *Vendens rẽ duobus* ☞ *qua pœna puniatur. Concl.63.* † Statutũ circa donationes, quod non valeat donatio, quæ excedat valorẽ 25. libratũ, nisi corã iudice, & quinq; testib. fuerit insinuata, q̃ nõ habet locũ in donatione ex cã; quia non est proprie donatio. Sign. Homod. *cons.8. Quæstio præsupponitur per tot.* † Statutũ, quod venditio habeatur pro limitata si vendens stetit in possessione per tres annos, nõ respicit figuorẽ vendentis, sed odiũ; ideo non obligat ecclesiã agentem ad bona emphyteutica alienata; quia licet alienans possederit cum precario nomine emptoris, non põt allegare beneficium statuti contra ecclesiã. Fulg. *cons.2. Petrus tenetur, n.2. v. nec Ecclesia.* † Statutũ circa dotes, quod si vxor moriatur ante maritũ, & filios nõ relinquat, maritus lucretur pleno iurẽ dotẽ, & si maritus decedat ante vxorẽ, vxor lucretur donationẽ propter nuptias, q̃ statuti non habet locũ, si ambo simul moriantur. Sign. Homod. *cons.9. Quæstio præsupponitur in hac forma.* † Et circa donationẽ propter nuptias, quod non fiat vltra 50. libras, & circa sponsalitia largitus non vltra 10. libras, & si moritur maritus cũ filiis, habet solũ vsufructũ, & tenetur fideiubere de restituendo. Castil. *cons.11. n.3. & seq. v. in secundo.* vbi, quod si vltra, donatio nõ valet. † Itẽ, quæ tabulæ & menta omnibus iuris remediis debeant exequutioni demãdari. Sign. *cons.141. in pr.* vbi, quod non habet locũ, q̃n laudũ est de folio vendo alibi, & nõ stat per debitorẽ. † Et quod nõ detur appellatio, reclamatio, supplicatio, neque querela, vel reductio, super quo idẽ Sign. *d. cons.227. per tot.* maxime in fi. vbi ponit verba Statuti, & dicit, q̃ non tollit nullitatẽ. † Statutũ Placentiæ, q̃ legatarius vsusfructus omnium bonorũ restringatur ad alimenta maritales vxoris est odiosum, & contra ius cõe; ideo non habet locũ in nocero, & nuru; quia verba nõ conueniunt. Sign. *cons.179. n.3. & seq.* † Itẽ, quod quilibet vendens bis eandẽ rẽ incidat in pœnã, & quia non habet locũ, si defunctus, & exequutor venditorũ, q̃a licet exequutor repræsentet defunctũ, & iudicetur eadem persona; tamen non vere; quia sunt duæ personæ. Sign. *cons.205. In præmissa in pr.* † Item statutũ Placentiæ, quod hæres siue ab intestato, siue ex testamento adita hæreditate habeatur, & intelligatur possessor, habet locũ anteqũ alius possidere cœperit, vt hæres postq̃ alius possidet, impossibile est, quod fingat super impossibili, quod sine apprehensione possideat alio possidente. Sign. *cons.188. Casus continens, in pr.* vbi late. † Extende; q̃a non habet locũ in hæreditate impuberis; q̃a nõ decedit, q̃rie intestatus. Sign. *d. cons.188. nn.4.* † Extẽde, quia is, qui adiit vt hæres, debet prorbare

bare se hæredem; quia statutum præsupponit hoc tanquam pręambulum. Signor. *cons.*188. *n.*2. *in fi. vers. præterea ad hoc. & n.*3. † Testamentum est validum, si fiat coram quinq; testibus. Castellio. *cons.*23. *in prin.* † Circa monetas statutum disponit, quod in contractibus de libris bononenorum intelligatur de moneta currẽti, exceptis debitis Communi, & habenti causam ab eo; quia intelliguntur bononeni argentei. Alex. *cons.*21. *Visis iuris. lib.*2. vbi, q. sex quatreni faciũt vnũ bononenũ, & sic in ciuitate Mediolani.

Plebania quæ dicatur, & quid sit. Concl. 361.

1 PLEBANIA † Ecclesia dicitur Ecclesia matrix; quia regenerat, & de hæreest baptismalis. Lap. *alleg.*15. *in prin.* vbi, quod idem est dicere, Ecclesia matrix, quod Ecclesia maior; vbi, quod impetratio nõ est subreptitia, si est facta mentio de Ecclesia S. Stephani de Prato curata, licet non sit dictum, quod est matrix, vel maior; idem videtur tenere *alleg.*16. *in fi.* concor. Fed. de Sen. *cons.* 80. *Factum est tale.* qui loquitur in impetratione, & dispensatione ad curatum, vt capiat plebaniam non habentem dignitatem.

2 † Amplia, vt procedat tam in impetratione, quam in dispensatione cõcessa illegitimo ad curatum beneficium; quia capit plebaniam, quæ non sit dignitas, vel personatus. Fed. de Sen. *d. cons.* 80. *Factum est tale, per tot.* vbi, quod non est dignitas, quando in cathedrali, vel collegiata non habet prærogatiuam, vel non ha-

3 bet collegium; nec habetur pro dignitate. † Duplex est Plebania; quia aliqua est secularis, aliqua regularis, & si non exprimitur qualitas, debet intelligi de seculari, vel regulari, secundum conditionem personæ, cui fit prouisio. Calder. *cons.*293. *nu.*2. *ver. item*

4 *verba generalia.* alias 1. *de rer. permut.* † Dignitatem quando dicatur habere plebania; dic, quod habet dignitatem, quando vel in cathedrali, vel collegiata habet plebanus prælaturam, vel prærogatiuam, vel habet sub se collegium, vel de consuetudine, aut communi opinione, vel denominatione habetur pro dignitate, alias secus; quia non est dignitas, etiamsi habeat capellas sub se, & possit capellanos instituere, & interdicere, & eligatur à capel-

5 lanis. Fed. de Sen. *d. cons.*80 *per tot.* vbi ita concludit. † Contrariũ, quod imo plebania dicatur habere dignitatem, si habet duas capellas sub se, tenet Franch. ex mente aliorum *in c.*1. *ne cler. vel monach in prin. & n.*4. *lib.*6. vbi idem de aliis Ecclesiis. Feder. de Sen.

* *cons.*86 *Casus talis. in fi. ver. sed modo insurgit.* & hæc est * communis opinio. vt ibi ponit Lap. in apostil. & videtur tenere à contrario sensu. Fed. de Sen. *cons.*132. *n.*2. *ver. & videmus.* Castr. *cons.*66. *Dubia*

6 *supradicta. n.*4. *lib.*1. † Regulariter tamen plebaniæ vtplurimum sunt collegiatæ. Fed. de Sen. *d. cons.*80. *n.*2. *ver. item intelligitur.* al-

7 legat Archid. *in c. statutum. de elect. lib.*6. *in ver. collegiatas.* † Amplia; quia in Tuscia plebania dicitur dignitas, & plebanis committũtur causæ tanquam habentibus dignitatem de consuetudine.

8 Castren. *d. cons.*66. *Dubia supradicta. n.*4. *ver. ad tertium. lib.*1. † Imo q̃ plebs dicitur dignitas, nisi contrarium probetur de iure cõmuni, tuetur Castren. *d. cons.*66. *n.*4. *lib.*1. vbi, quod plebani dicuntur Archipresbyteri, & Archipresbyter habet dignitatem, & maxime; quia habent semper capellas sub se, vel habent canonicos.

9 † Amplia; quia Ecclesia plebis matris habet intentionem fundatam contra capellas fundatas intra plebem, vt decimæ solui debeant de iure plebi, nõ autem capellis, nisi essent præscriptæ decimæ bona fide per capellas, videlicet per 40. annos, & cum ti-

10 tulo. Cuman. *cons.*149. *In quodam castro.* † Limita tamen, q̃ quandoq; etiam sunt plebaniæ, quę non habent dignitatem, nec personatum, nec curam; & istæ licet appellentur plebaniæ; tamen tanquam simplicia beneficia conferũtur; & idem in Archipresbyteratibus, & aliis similibus. Fed. de Sen. *cons.*132. *Casus talis est. n.*

11 2. *ver. & videmus.* vbi ponit exemplũ de plebano de Prato Grosetanæ Diœcesis, & Archipresbytero Massæ. † Curam tamen animarum regulariter non habet plebania, etiamsi sit dignitas; ideo habens mandatum de prouidendo de plebanatu, qui sit dignitas, nõ capit curatum plebanatum, etiamsi diceretur, ad plebanatum Ecclesiarum collegiatarum, & curatarum; quia intelligitur de simpliciter collegiatis, vel simpliciter curatis; quia copula ponitur inter diuersa. Calder. *cons.*239. *per tot.* alias 18. *de præben.* vbi in fin. dicit, q̃ de stylo semper addi solet verbũ, *curata*, qñ

12 est curata. Vide, *Curatũ beneficium quando dicatur, vel nõ. Concl.*1101.

Plebs quam iurisdictionem habeat in capellis filialibus. Concl. 362.

1 CAPELLÆ † filiales suppositæ Plebi possunt grauari pro oneribus Episcopalibus debitis, & non solutis per Plebem, & Ecclesiam matricem. Archid. & Vinc. *in c. cum singula. de præb. lib.*6. Fed. de Sen. *cons.*224. *Casus talis est, quædam plebs. circa med. ver. nam libertus.* & sequitur simpliciter Feder. Abb. *in c.*1. *de eccles. ædific. an. in*

fin. † Amplia; quia ex iusta causa potest compelli capella ad sub- 2
ueniendum indigentiæ suæ Ecclesiæ matricis. Fed. de Sen. *consil.* 224. *per tot.* vbi, quod Episcopus potest cum consensu Capituli dismembrare, & applicare partem reddituum capellæ Ecclesiæ matrici perpetuo, vel ad tempus, quando Ecclesia matrix indiget, sequitur Feder. Abb. *in d. c.*1. *in fin. de eccl. ædific.* † Amplia; qu a 3
istæ capellæ fundatæ intra limites Plebis, licet habeant curam animarum, & possint dici parochiæ quoad quid; tamen non habent parochiale ius, neq; limites parochiæ, & illis decimæ, vel quartesia non soluuntur, sed plebi. Cuma. *cons.*149. *per tot.* maxime *in fi.* † Amplia; quia imo Plebs, quæ est titulus Cardinalis, ha- 4
bet intentionem fundatam de iure communi in capellis, vt cura matrix sit in Plebe, secundum Card. Zabar. *cons.*65. *in prin.* † Re- 5
stringe in aliis Plebibus nõ titularibus Cardinalium; quia in illis non cadit intentio fundata de iure communi; imo nisi in quantũ de cõsuetudine sit obseruatũ. Plebs non potest impedire curã in capellis & parochiis sub plebe. Zabar. *d. cons.*65. *in prin.* vbi loquitur in plebe Centi. † Limita; quia bene possunt istæ capellæ 6
bona fide præscribere cõtra Plebẽ ob non solutionẽ quartesiorum, & decimarũ, qñ interuenit negatio per 40. annos. Cuman. *d. cons.*149. *In quodam castro.* † Limita; quia ius baptizandi, & curæ 7
animarum in capellis sub Plebe, & parochialibus subiectis, non pendet à Plebe, nisi sit Plebs, quæ detur in titulum Cardinali. Zabar. *d. cons.*65. *in prin.* vbi, quod tota iurisdictio Plebium in parochias filiales est de consuetudine, non de iure communi.

Plebis Castri statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 363.

STATVTVM † Castri Plebis excludens fœminas, donec su- 1
persunt masculi descendentes, dicitur suspendere successionem fœminarum, non tollere, super quo consuluit Anchar. *cons.* 220. *Hæc quæstio. n.*5. *in fi. ver. nunc ad propositum.* vbi, quod filia dicitur hæres anomala. † Extende, quia etiam in testamento proce- 2
dit statutum; ideo si pater instituit masculum, & præteriit fœminam, poterit dicere testamentum nullum, tanquam præterita, vide Anch. *in d. cons.*220. *n.*6. *ver. sed reperio.* vbi, quod Bart. & collegium Doctorum Florentiæ consuluit pro ista parte. Bald. vero, & collegium Senarum pro contraria, vide; quia alios allegat antiquos. † Statutum criminale Castri Plebis, quod offendens 3
cum armis puniatur in decem, si cum manu, in quinque, aliquis offendit cum dentibus, dicit Bartol. *cons.*106. *Statuto Castri Plebis. lib.*1. quod dentes non sunt arma, alias homines essent semper armati; ideo assimilatur membris, vt si cum manu offendisset, & sic punitur in quinque, dũmodo extra faciẽ momorderit. † Itẽ, 4
quod cõdemnatio pro homicidio sit pecuniaria, & quarta pars condemnationis soluatur proximioti cõsanguineo defuncti, an debeatur forensi proximiori, stante statuto, quod idem ius seruetur forensibus, quod seruatur in terris eorum nostris Castellaniis, super quo Bart. *cons.*140. *Quidam de Narnia. lib.*1. dicit, quod tale statutum est contra Forenses, & non in eorum fauorem, vbi apostil. *in ver. non in eorum fauorem.* dat concor. & dicit, quod si iudex condemnaret illum, qui interfecit Forẽsem, pœna pecuniaria, super eo, quod in loco interfecti Forensis homicidium pœna pecuniaria punitur, quod talis iudex meretur decapitari, & q̃ ita fuit seruatum. † Item, quod quicumq; reperitur bannitus, & cõ- 5
demnatus pro aliquo maleficio personali à 50. libris supra possit impune offendi, super quo Bart. *cons.*188. *Statuto Castri Plebis, lib.*1. vbi, quod verba, *offendi possit*, important occidi possit; & exponit verba, *p*̃ personali maleficio, vt possint intelligi quatuor modis: primo, quod offensa sit in personam; & hęc non est bona propter absurdum; quia pro alapa posset occidi, non autem ex furto, vel proditione: secundo, q̃ intelligatur maleficium personale, qñ resultat pœna personalis, & licet dicatur à 50. libris supra, sufficit, q̃ corporalis potuerit imponi: tertio intelligitur maleficium personale, q̃ famam & statũ lædit: quarto de maleficio personali, videl. à persona cõmisso, & cõcludit, q̃ est fauorabile statutum; quia respicit vtilitatem publicam principaliter. † Sta- 6
tutum, quod tenentes corium animalis in platea soluant gabellam, importat q̃ omnes tenentes corium, præterquam pro vsu suo, puta pro cooperimento, vel vestimento, tenentur soluere. Bart. *cons.*135. *Statuto Castri Plebis. lib.*1. † Quod donatio non va- 7
leat de omnibus bonis, neque de particularibus sine certa solemnitate; quia tale statutum non habet locũ in donatione iurata. Bart. *cons.*108. *Domina Marthiola. in fin. lib.*2. *ver. non obstat statutum.*

Plenum ius quando dicatur, vel non. Concl. 364.

IVS † plenũ dicitur, qñ addi nihil potest; ideo si aliquid deest, 1
ius nõ dicitur plenũ. Cuma. *cons.*187. *Dominus Confignorius. in pr.*

Vide, Dictio, *plenum*, quid importet. *Concl* 329. vbi plenius. † Et
2 importat idem, ac si dictum esset, tam in proprietate, quam in v-
3 sufructu. Alex. *cons.* 56. *Perlectis in prin. lib.* 3. † Et in beneficialibus
pleno iure subiectio facta intelligitur quoad temporalia, & spi-
ritualia, si materia hoc patitur. Fel. *in c. conquestus. in prim. de foro com-*
4 *pet.* † Extende; quia pleno iure spectare dicitur possessio, quãdo
possidens percipit fructus, & de eis disponit pro libito voluntatis. Bald. *in l.* 1. *C. de reuoc. donat. in* 2. *lect.* sequitur Fel. *in d. c. cõquestus.*
5 *de foro compet. n.* 2. † Extende; quia verba *pleno iure*, importãt idem,
ac si dictum esset, *sine vlla diminutione, cum omni integritate*; & ideo
in substitutione cum dictis verbis facta pupillo excluditur mater; item prohibetur Falcidia, & omnis detractio; & idem in in-
6 uestitura. Cauet. *cons.* 701. *n.* 54. *& seq* vbi plurimos allegat. † Et
idem importat, ac si diceretur, *cum statu integro*, & facit venire in
concessione Castri territorium, & alia, quæ non venirent. Cra-
7 uet. *d. cons.* 701. *n.* 55. † Extende; quia pleno iure operatur, vt substitutio directa dicatur. Bart. *cons.* 15. *Pater habens filium. in fin.* Cia-
8 uet. *d. cons.* 701. *n.* 54. vbi plurimos allegat. † Declara; quia si verba
ex coniecturis non possunt importare directam, sed fideicommissariam, operantur tunc quoad mentem, non autem quoad
9 dispositionem. Crauet. *cons.* 570. *n.* 30. *ver. secundo respondetur.* † Limita; quia dictio, *pleno iure*, non importat Episcopalem iurisdictionem, si Ecclesia conceditur alicui pleno iure. Card. *cons.* 47.
Reuerende Pater, & Domine mi. quem allegat Fel. *in d. c. conquestus. in*
10 *prin. ver. & not. quod habens. de foro compet.* † Declara; quia secundum
qualitatem personæ concessio pleno iure facta importat iurisdictionem Episcopalem; ideo si conceditur Episcopo Fesulano
vna Ecclesia Florentiæ pleno iure, importabit tunc Episcopalem iurisdictionem. Calder. *cons.* 6. *de donat.* quem sequitur Fel. *d.*
11 *c. conquestus. in prin. ver. Dixit tamen Cald. de foro compet.* † Extende;
quia spectare pleno iure dicitur etiam ratione directi dominii. Fel. qui alia exempla ponit *d. c. conquestus. n.* 3. *ver. item nota. de foro*
12 *compet.* vbi ponit alia exempla, quæ videas. † Extende; quia dictio hæc, *pleno iure*, quandoq; refertur ad proprietatem, non ad causam perpetuam; ideo valet quandoq; de re licet restituenda; quia nihil dominus est pleno iure. Crauett. *cons.* 570. *n.* 3. vbi mul-
tos allegat. Vide, Dictio, *pleno iure*, quid importet. *Concl.* 331. † Li-
13 mita; quia plenus non dicitur vsusfructus, in quo alius partem
14 habet. Crauet. *cons.* 563. *n.* 13. † Extende; quia pleno iure non dicitur, quod alienari non potest. Crauet. *cons.* 592. *num.* 130. *ver. eodem*
15 *Bald.* Ruin. *cons.* 1. *col. pen. lib.* 1. † Quandoq; tamen refertur ad id, quod alienari non potest, vt referatur ad mentem, & non ad causam perpetuam, plene Crauet. *d. cons.* 570. *n.* 30.

Plenum, & non plenum differunt in multis. Concluſ. 365.

1 POSSESSOR † plenam possessionem habens non potest intentare interdictum adipiscendæ; secus si non habet plenam
possessionem, prout hæres, in quem statutum transfert possessionem. Alex. *cons.* 83. *Visa facti. nu.* 9. *in fin. cum seq. ver. fortificantur*
2 *prædicta. lib.* 2. † Dominus plenus non potest conducere rem, sed
3 bene dominus non plenus. Alex. *d. cons.* 83. *n.* 10. *lib.* 2. † Res mea non potest mihi obligari, quando habeo plenum dominium; secus si non plenum, *l. neque pignus. ff. de reg. iur.* vbi Decius, & alij.

Plumbini terra, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. 366.

1 LAVDVM † fuit latum contra Commune Plumbini, & Comites de Castagneto ad fauorem Comitum della Rocca, super quadam bantuta, in quo narratur, quod etiam Commune Vignalis consensit, non probat contra Commune Vignalis, quod possidet dictam tenutam; quia res inter alios, &c. & e-
2 nuntiata non probant etiam in antiquis contra tertium. Castr. *cons.* 139. *Pro declaratione. per tot. lib.* 1. † Scarlini terra erat libera, & se commendauit Domino Plumbini cum hoc, quod haberet merum & mixtum imperium, & suos officiales, licet promiserit recipere sal à Domino Plumbini, & parere statutis eius. Abb.
cons. 51. *Ad dilucidationem. per tot. lib.* 2. concludit, quod tanquam commendata remanet libera, & quod licet Dominus Plumbini possit capi facere fraudantes sal in terra Scarlini; non tamen potest inde abduci facere, sed per officiales Scarlini debent iudicari.

Pluralis numerus vno non contentatur. Concl. 367.

1 PLVRALIS † numerus saltem dualitatem requirit, nec vno contentatur. Oldr. *cons.* 215. *Puncta breuia. col. fi. n.* 8. *ver. deinde opponitur.* vbi idem dicit in signo partitiuo, quod pluralitatem desiderat, & Signor. *cons.* 92. *Dominus Marchio in pr.* Io. de Imol. *cons.*
101. *n.* 2. † Et sicut dictio, *plures*, duo saltem requirit, ita etiam po-
test intelligi de pluribus, videl. vltra duos, text. est iuncta glos.
qui plures. ff. de vulg. & pupill. & in l. sed si restituatur. §. fi. ff. de iud. † Et
ideo concludit Alex. *cons.* 66. *In causa, & lite. in pr. lib.* 7. q. pupillo
pœne facta venditori p dictas partes necessario includit empto-
rẽ, & eius fideiussorẽ; quia pluralis loquutio vnitim nõ applica-
tur, & sic extẽdit ẽt ad pœnam. † E contra vero pluralis loquutio, a
duorũ numero cõtentatur, *c. pluralis. de reg. iur.* Calder. *cons.* 438. *in*
pr. alias 21. *de iure patron.* † Et ideo in materia stricta, put in crimi-
nalibus, libellus cõtra plures nõ excedit duos; quia q minus eis
cõtinet; secus si materia sit fauorabilis. Bart. *in l. si gemma. ff. furtum. cas.* Bald. *in l.* 2. *§. ignominiæ. ff. de iis qui not. infam.* Aret. *in l. con-*
tinuus. §. qui in sulam. ff. de verb. oblig. † Sic in expectatiua odiosa hu-
bens expectatiuã ad plura beneficia vsq; ad summã centum non
capit vltra duo, etiãsi summam centũ nõ ascendãt. Bald. *cons.* 342.
Factũ tale est. lib. 5. vbi extẽdit, etiamsi dicatur, q possit acceptare
vnũ, duo, tria, & plura beneficia; quia verbũ, *plura*, in odiosis non
excedit duo vltra tres expressos, & sic erit ad quinque. † Amplia; 7
quia geminatio dictionis, *plures, & plures*, importat geminationẽ
duorum, & sic quatuor. Io. de Imol. *cons.* 101. *n.* 2. Rom. *cons.* 301. *in*
proposito. nu. 12. *ver. iis tamen.* vbi apostil. *in ver. quatuor.* dat plures
concord. † Extende; quia testis deponens per verbe, *plures. & pla-*
res, intelligi debet de quatuor. Rom. *d. cons.* 301. *num.* 12. *ver. tu-a-*
men. † Amplia; quia facultas data arbitro, progãdi cõpromissum q
vna vice, & pluribus, intelligitur de duabus vicibus, & nõ vltra;
quia pluralis loquutio duobus est cõtenta. Bald. *cons.* 101. *Nobilis*
vir. n. 5. *& seq. ver. redeo ad primum. & cons.* 102. *Omnis potestas. n.* 6. *ver.*
dicto de causis. quorũ primũ est Barth. Salyceti, secundũ est Philip-
pi Cassoli, & *cons.* 103. *Lex compromissi. in pr.* q est Baldi, vbi n. 2. di-
cit, q 20. Dd. subscripserũt, & *cons.* 104. *Dilatio prorogatoria. in pri.*
lib. 3. & Bald. *cons.* 350. *Verba compromissi. n.* 4. *ver. sed in contrarium. lib.*
5. Vide, *Clausulæ compromissorum, & earum importantia. Concl.* 394. ¶
† Extende in expectatiua cõcessa ad vnũ, duo, tria, vel plura be-
neficia vsq; ad certã summã; quia illa dictio, *plura*, includit solum
duo beneficia vltra expressa. Bal. *cons.* 342. *Casus talis est. lib.* 5. † Ex-
tende, vt idem sit in omni dispositione, in qua posset resultare
magnũ grauamen parti; quia semper pluralis loquutio restringi-
tur ad duas vices, & vlterior multiplicatio nõ est facienda. Bald.
d. cons. 101. *nu.* 6. *ver. ad intelligentiam. lib.* 3. Vide, *Infinitas est vsualis.* ¶
& quando secus. Concl. 128. † Extende, qñ agitur de obligatione
multiplicãda, seu proganda; quia pluralis loquutio nõ extendi-
tur vltra duorũ numerũ, *l. fidei. ommissi. §. si idem. ff. de leg.* 3. † Decla-
ra, vt extensiones nõ procedant, qñ essemus in dispositione legali,
vniuersali, & nõ agitur de multiplicãda solutione; quia pluralis
loquutio importat toties quoties. Bal. *d. cons.* 101. *n.* 6. *& seq. ver. sed*
contra hoc. lib. 3. vbi facit differentiã inter dispositionem homi-
& legis. † Extende, vt idem sit in dictione, *iterũ*; quia binũ actus
significat. Bald. *d. cons.* 101. *n.* 9. *ver. praterea. lib.* 3. † Restringe, qñ ex
resultaret inconueniens, sed potius iustitia sine magno pudicio
alterius; quia pluralis loquutio intelligitur toties quoties. Bald.
d. cons. 101. *n.* 6. *ver. aut non resultat. lib.* 3. † Amplia; quia idem est di-
cere, *semel. & pluries*, prout si diceretur, *pluries*, simpliciter. Bald.
cons. 104. *Dilatoprorogata. in prin. lib.* 3. vbi, q non potest vltra duas
vices. † Extende in eo, qui potest appellare semel, & pluries, quia
nõ appellat, nisi bis. Bald. *d. cons.* 104. *in pr. ver. simile potest quis. lib.*
† Extende in eo, qui habet potestatem obligandi me semel, & si
pluries; quia nõ potest vltra duas vices. Bal. *d. cons.* 104. *post mod. ver.*
si ego do potestatem. lib. 3. † Extende in potestate substituendi semel, q
& pluries; quia nõ extenditur vltra duas vices. Bal. *d. cons.* 104. *n.* 2.
lib 3. † Amplia; quia verbũ plurale, q exequi debeant, relatũ ad
plures exequutores operatur, q vnus nõ potest exequi; qa plu-
rale nõ resoluitur in singularitatem, maxime in cõditionalibus,
& formalibus. Bald *cons.* 123. *Reuerendissimus pater. n.* 3. *ver. nec intelli-*
go. lib. 5. † Extende; qa numerus pluralis vno nõ cõtentatur. Cal. 23
cons 161. *Viso pũcto. ver reflat solũ. lib.* 1. vbi, q cassans testamenta, ex
quo vnicũ eit, censetur cassare codicillos, qui largo modo sunt
testamentũ, vt pluralis numerus impleatur. † Amplia; quia fidei-
cõmissum factũ in plurali numero, si aliter verificari non potest,
cõprehendit eũ, cui specialiter quidquam fuit, & qualiter nõ cõ-
prehenderetur, *l. si. ff. ad Treb. ll.* Alex. *cons.* 109. *Super primo. n.* 2. *ver.*
secũdo, phatur. lib. 7. † Declara, qñ pluralis numerus ponitur in cõ- 23
ditione, & sic respicit tempus futurũ; quia sciniitur, ita Alex. *d.*
cons. 109. *n.* 16. *ver. nõ obstat dum secũdo. lib.* 7. † Extende; quia si pater 24
instituit tres filios, & si quis eorũ decesserit sine filiis, substituit
supstites, videtur, q primo decedenti sit facta substitutio tantũ,
quia verba pluralia, q supstites substituit, nõ verificatur in vno,
sic arguit Alex. *d. cõs.* 109. *in pr. lib.* 7. † Cõtranũ cõsulit Alex. *d. cõs.* 25
109. *pr*

109.*per tot.* maxime *n.3. & seq. ver. tamen præmissis. lib.7.* & mouetur ea ratione; quia verba illa, *superstites substituit*, respiciunt tempus futurum, & faciunt conditionem; & ideo diuiduntur, & respon-
26 det ad contraria. † Amplia; quia si pater instituit posthumos hoc modo, nisi nascantur posthumi mares, tantum vnus, vel plures, illos hæredes instituo, si cum vno, vel pluribus posthumis nascatur fœmina, iussit illam dotari in certa summa, postea substituit superuiuentes posthumos vnum, vel plures morientibus in pupillari, vel quandocumq; sine liberis, & si omnes posthumi sic decederent, substituit duas sorores testatoris; mortuo testatore natus est vnicus posthumus, qui in pupillari decessit, sorores testatoris veniunt ex substitutione pupillari, mater se opponit, q̃ substitutio fuit facta pluribus posthumis, nõ vni; ergo casus fuit omissus, Io. Andr. *in addit. Spec. tit. de testam. §. in primis. in addit. magna, in 4.q.* dicit, q̃ pro matre fuit iudicatũ; quia casus est omissus,
27 & fuit opinio Oldradi. † Declara; quia contrariũ verius est, vt dicit apostil. ad Alex. *d. cons.* 1 c̃. *circa fin. in ver. videbatur. lib.7.* vbi allegat plures reprobates, licet Alex. *n.17. & seq. ver. non obstat, dum.* vltimo saluet ampliationẽ, quæ procedit; quia aderat collectiua, *omnes decederent*; ergo priuatio supponebat natiuitatẽ, quę nõ fuit de pluribus; itẽ quia contra matrem agebatur, vt excluderetur à
28 luctuosa filii hæreditate. † Limita, q̃n dictũ esset de duabus vicibus, & pluribus; quia intelligeretur de trib. vicibus, & nõ vltra,
29 Bald *cons.* 101. *n.14. ver. item quia illa verba. lib.3.* † Extende, etiãsi esset dictum, *semel, & pluries, ac toties quoties.* Bald. *cons.* 321. & plenius
30 *cons.* 350. *Verba compromissi. n.4. ver. in contrarium. lib.5.* † Limita; quia regula est in cõtrarium, q̃ pluralis loquutio resoluitur in singularitates. Signor. *cons.* 92. *Dominus Marchio. n.8. ver. item est tertium.*
31 *& n.9.* † Declara, vt per Bart. *in l. falsa. §. fi. ff. de cond. & demonstr.* vt si plures eff. ctus resultent, resoluitur in singularitates, alias secus.
32 † Extẽde in fideicõmissaria substitutione, vel fideicõmisso; quia pluralis loquutio resoluitur in singularitates. Signor. *d. cons.* 92. *n.*
33 10. † Extende idẽ in feudo; quia feudũ dicitur à fide, quasi fideicõmissum. Signor. *d. cons.* 92. *n.* 10. † Extẽde in pluribus qualitatibus circa plures personas sub cõditione incerta; quia resoluun-
35 tur in singulares. Signor. *d. cons.* 92. *n.* 10. *ver. item huic.* † Extende in materia feudali; quia si est facta inuestitura marito, & vxori de feudo, ita q̃ per mortẽ dictorũ iugalium feudũ reuertatur ad dominũ, vno mortuo reuertitur; quia mors vnius facit iugales desinere esse iugales. Signor. *d. cons.* 92. *n.8. & seq.* maxime *n.11. & seq.*
36 † Restringe in substitutione directa; quia pluralitas non soluitur
37 in singularitates. Signor. *d. cons.* 92. *n.*10. † Restringe, vt nõ procedat in pluribus qualitatibus sub cõditione incerta circa eandem personam; quia tũc pluralis loquutio debet verificari in plurali.
38 Signor. *d. cons.* 92. *n.*10. *ver. item huic non potest.* † Limita; quia pluralis loquutio facta per testatorẽ de filiis, si habet, nisi vnũ, verifica-
tur; quia ad saluandã dispositionẽ refertur ad natum, & qui possent nasci. Castr. *cons.* 218. *Quod vxor. col.1. circa fin. ver. quod autem de*
39 *liberis. lib.1.* † Declara, quia si testator instituit Nicolaum natũ, & posthumos nascituros, & postea substituit, q̃ si dictus Nicolaus, & alii decesserint, succedat Titius; certe si nati non sunt posthumi, & mortui esse nõ possunt, substitutio nõ habet locũ; quia copula requirit cõcursum vtriusq; copulati; secus esset, si alternatiue substituendo dixisset, & si dictus Nicolaus, seu alii nascituri
decesserint, ita Castr. *cons.* 219. *Visis, & consideratis. in prin. lib.1.* Vide, Dicti, *plures*, quid importet. *Concl.* 333. Vide, *Verba pluralia quando*
40 *singularitatẽ importent. Concl.* 119. † Limita; quia pluralis numerus scinditur, & verificatur in singulari, q̃n sumus in dispositione de futuro cõditionali; quia intelligitur, quatenus extẽt, ita pulchre
41 Alex. *cons.* 19. *Super prima. n.4. & seq. lib.7.* † Extende; quia statę statuto, q̃ mulier nõ possit cõtrahere sine consensu duorũ consanguineorũ ex parte patris, si eos habuerit, & si non habuerit, adhibeantur ex parte matris, si mulier habet vnicũ ex parte patris, debet ille vnicus adhiberi, & alius ex parte matris; quia verba de futuro cõditionalia resoluuntur, quatenus habuerit. Alex. *d. cons.*
42 109. *n.6. lib.7.* † Limita; quia grauatus restituere, quibus voluerit, vni tm̃ potest restituere. Alexan. *d. cons.* 109. *n.7. ver. secundo pro hoc.*
43 *lib.7.* † Declara tm̃, nisi ex coniecturis repugnaret mẽs disponẽtis.
44 Alex. *d. cons.* 109. *n.7. lib.7.* † Limita; quia dispositio, *si decesserit sine filiis*, verificatur in vnico filio. Alex. *d. cons.* 109. vbi à *num.9. & seq.* vsque *num.*15. dat multa exempla similia, *lib.7.*

Pluralitas non præsumitur, & qualiter procedat. Concl. 368.

1 PLVRALITAS † personarum non præsumitur; & ideo qui allegat pluralitatẽ personarũ, debet illã probare; quia in dubio
2 idẽtitas præsumitur. Bald. *cons.* 66. *Cum appareat. in prin. lib.4.* † Extende in hæredibus; quia nõ præsumuntur plures, nisi probẽtur; ideo potest conueniri in solidũ is, qui adiuit; nisi doceat, q̃ adsint alii hæredes. Bald. *cons.* 168. *Allegationes hinc inde. post med. ver. series autem facti. lib.4.* † Amplia in facto; quia pluralitas factorum non 3
præsumitur, nisi probetur. Bald. *d. cons.* 66. *n.*2. *lib.4.* † Restringe; 4
quia ratione diuersitatis actuum, personarũ, & locorũ pluralitas factorũ præsumitur. Socin. *cons.* 24. *Visis, ac diligenter*, & mature, *n.*
26. *lib.1.* † Amplia in testamentis; quia pluralitas testamentorum 5
nõ præsumitur; ideo licet testes reprobates testamentũ debeant specificare de tali testamento rogato per talẽ Notarium; in quia nõ cõstat de alio testamẽto, q̃ de vno, debẽt de eo intelligi. Bald. *cons.* 399. *Quod non sit sufficienter. in prin. ver. tertio sic. iuncto ver. ad tertiam ration. m.n.*3. *lib.5.* Bald. & Salyc. *in l.*2. *C. de error. aduoc.* Alex. *d. cons* 53. *lib.1.* † Extẽde in sententiis. Bald. & Salyc. *d. l.*2. *C. de error.* 6
aduoc. Alex *d. cons.* 35. *lib.1.* † Extende; quia pluralitas contractuum 7
nõ præsumitur. Ias. *cons.* 62. *lib.1.* † Extende in instrumẽtis; ideo in- 8
strumentũ donationis semel productũ cẽsetur idẽ, q̃ nouiter p̃ducitur; quia pluralitas nõ præsumitur. Castr. *cons.* 360. *n.*2. *lib.*2.
† Extẽde in inuentariis; quia pluralitas nõ præsumitur, sed q̃ sit 9
vnũ & idẽ, licet diuersis tẽporibus; quia pluralitas in actibus hominũ nõ præsumitur, nisi p̃betur. *c. in præsentia. §. verũ.* & ibi Ant. de But. *col.*17. *de probat.* Bald. *in l. testium. col.5. C. de testib. & in l. qui iurasse. §. fi. ff. de iureiur.* & diuersitas tẽporis non nocet; quia est erronea ex inspectione inuentarii. Bart. *in l. sed si me putem. ff. de cond. &*
demon. Alex. *cons.* 102. *Visis. col. pen. lib.1. & cons.* 148. *& cons.* 156. *lib.6.*
† Amplia; quia pluralitas rerũ mobilium nõ præsumitur; ideo p̃- 10
bans dedisse precario planetas ad pignorandũ, nõ tenetur probare identitatẽ planetarũ; quia pluralitas non præsumitur. Alex.
cons. 53. *In causa vertente. n.*2. *in fi. ver. nec ad hoc obstat. lib.1.* † Amplia; 11
quia in onerosis pluralitas non præsumitur. Decian. *cons.* 10. *in fin.*
*lib.*2. † Amplia; quia pluralitas Locorũ, seu Castri, & Villæ eius- 12
dẽ denominationis præsumitur. Alex. *cons.* 16. *In causa, & lite. in fi.*
ver. non obstat, quod. lib.5. vbi, q̃ inuestitura Castrorũ facta de pluribus Castris, inter quæ denominatur Bubianũ, quæ est Villa, non Castrũ in territorio Regii, dicit sufficere; quia aliud Bubianũ nõ præsumitur, siue Castrũ, siue Villa; ideo venit vt Villa; quia nulla alia est in dicto territorio. † Extẽde; quia pluralitas bonorũ sta- 13
bilium non præsumitur, sed vnitas; ideo si testis deponit quoad ipsa bona, debet intelligi de bonis articulatis, non de aliis; quia pluralitas nõ præsumitur. Alex. *cons.* 88. *Quoniam. n.*27. *ver. præterea vnitas. lib.5.* vbi plena apostilla dat plurimos concord. † Amplia; 14
quia pluralitas nominũ nõ præsumitur, sed idẽtitas; ideo morte p̃bata Titii, licet testis nesciat, cuius esset filius, qui dicit, nõ esse eundem Titium, de quo agitur, probare debet. Alex. *cons.* 172. *In causa & lite. n.6. ver. ex eo quia pluralitas. lib.6.* † Contrarium tenet 15
idẽ Alex. *cons.* 151. *n.5. lib.5.* † Declara; quia pluralitas nominum vl. 16
tra, q̃ appareat, nõ præsumitur. Alex. *cons.* 125. *Viso processu. n.7. ver. non pluralitas nominis. li.7.* vbi apost. *in v. pluralitas.* citat Alex. *con.* 88.
*n.*27. *lib.5.* † Limita; quia qui se fundat in pluralitate, debet pro- 17
bare pluralitatẽ, & qui se fundat in idẽtitate, debet p̃bare idẽtitatem. Corn. *cons.* 144. *Superioribus diebus. n.*11. *ver. item de iudicialib. lib.*4. sequitur Crauet. *cons.* 198. *n.*4. *ver. pro quo facit.* vbi allegat ad hoc, q̃ idẽtitas sit in suo casu probata, & q̃ fundans se in pluralitate, probare debeat pluralitatem. † Limita; quia licet pluralitas 18
personarũ nõ præsumatur, & qui probat Titium, intelligitur de Titio, pro quo agit; quia alius non præsumitur. Bart. *in l. si in rem. ff. de rei vendic.* tm̃ hoc nõ procedit, nisi q̃n nomẽ est singulare; secus si nomen est ordinarium; quia qualitas debet probari, q̃ sit illa, per duas demõstrationes. Aret. *cons.* 104. Dec. *cons.* 13. *in fi.* Rimin. Iun. *cons.* 363. *n.*58. *& seq. lib.4.* vbi allegat Ferret. *cons.* 50. & alios.
† Contrarium dicit Castr. *cons.* 140. *in prin. lib.*2. vbi plura adducit. 19
Vide, *Identitas non præsumitur, & quando secus. Concl.*3. Vide, *Probatio quid sit, & qualiter sit arbitraria. Conclus.* 764. Vide, *Recognitio personæ condemnati, vel banniti necessaria, & qualiter fiat. Concl.*52.

Pluralitas actuum, & dispositionum ex quibus inducatur. Concl. 369.

1 PLVRALITAS † temporũ dinumeratorũ in vltima voluntate inducit pluralitatem actuum; ideo si testator substituat hoc modo; *si aliquis ex filiis meis decesserit in pupillari ætate, vel alias quandocumque*; talis substitutio cõtinet plures, videl. pupillarem expressam, & fideicommissariam. Signor. *cons.* 188. *Casus continens. n.5. &*
seq. vbi late. Vide, *Capitula separata, & diuersa diuersam inducunt dispositionem. Conc.* 60. † Extẽde in dispositione inter viuos; quia plu- 2
ralitas temporũ inducit pluralitatẽ dispositionum. Signor. *d. cons.*
188. *n.5.* † Alternatio inducit pluralitatem. Signor. *d. cons.* 188. *n.5.* 3
vbi maxime dicit procedere, q̃n pares dispositiones alternatiuæ

non concurrunt in idem tempus, semper plures dicuntur disposi-
4 tiones. † Amplia; quia plures locantes bona censentur plures locationes facere, videl. quilibet pro rata; vnde si duo sunt locatores, quilibet pro medietate præsumitur locare. Alex. *cons.* 76.
☞ *In causa, & lite. n. 3. ver. secundo est ponderandum. lib.* 7. Vide, *Actus verus plura facta continens, quando vnus, vel plures. Concl.* 131.

Plures copulati quando vnam personam, vel plures repræsentent. Concluſ. 370.

1 PLVRES † copulati simul iuncti cum alia persona ad eligendum, vel aliquid faciendum, licet sint plures, reputantur pro vna persona, veluti si testator legat, quod electio spectet ad consules artis, & ad hæredes suos, licet cōsules sint multi, puta quinquè, vel decem, reputantur pro vna persona, & hæredes pro alia
2 persona. Rom. *cons.* 99. *Viso. in prin.* vbi apostil. *in ver. Viso.* citat plurimos. † Extende, siue electio sit commissa pluribus collectiue, puta consulibus, & hæredibus; siue ex vna parte pluribus collectiue, & vni, vel pluribus singularibus personis; quia quælibet singularis persona habebit vnam vocem, & plures collectiue a-
3 liam vocem. Rom. *d. cons.* 99. *in prin.* † Extende, etiamsi fiat mentio non personæ, sed dignitatis singularis, & collectiue, puta Capitaneo, & Prioribus; quia Capitaneus habebit vnam vocem, Priores aliam simul, & collectiue. Rom. *d. cons.* 99. *in pr. ver. ex qua*
4 *regula.* † Extende; quia si collatio, electio, vel aliud priuilegium spectat Episcopo, & Capitulo, Episcopus vnam personā repræsentat, totum Capitulum aliam personam, Rom. *d. cons.* 99. *col.* 2.
5 *ver. quarto ad idem.* allegat *clem. si plures. de iure patron.* † Amplia, vt procedat tam in fauorabilibus, quā in damnosis, & pœnalibus; ideo si condemnantur iudex, & cōsules in centum, iudex soluet pro vna persona solus, & consules pro alia persona tantū. Rom.
6 *d. cons.* 99. *ver. secundo idem.* † Amplia; quia si priuilegium aliquod spectat duabus Ecclesiis; vna sit insignis, & plurium beneficiorum, vna persona repræsentatur solum per singulam Ecclesiam, etiamsi alia nō habeat, nisi vnum, vel duos. Rom. *d. cons.* 99. *col.* 2.
7 *in prin. ver. vltimo.* † Exinde idem, si cōmittatur decisio cauſæ quatuor canonicis, & deinde cōmittatur duabus dignitatibus per aliud rescriptum, quatuor canonici habebunt vnam vocem, & vnam personam, duæ dignitates aliam. Rom. *d. cons.* 99. *col.* 2. *in pr.*
8 *ver. tertio idem probatur.* † Limita, nisi constet de mente, quod voluerit testator, quod collectiue positi debeāt habere plures personas; quia statur mēti disponētis. Rom. *d. cons.* 99. *in fi. n.* 4. *ver. dū*
9 *autem.* † Limita, quando agitur de beneficio familiæ, vt aliquid distribuatur; quia non pro vna familia, sed pro singularibus de familia fit interpretatio, *l. Lucius. §. Titius testator. ff. de leg.* 2. qui text. secūdum Rom. *d. cons.* 99. *n.* 2. *& seq. ver. huic conclusioni.* dicit, quod vel est speciale in familia secundum vnum intellectum, vel secundum alium intellectum concordat cum ampliationibus.
☞ Vide, *Vniuersitas, vel Collegium quando computentur pro vno, vel pro pluribus in concursu cum aliis. Concl.* 271.

Plura copulatiue quando requirantur, licet vnum de pluribus sufficiat. Concl. 371.

1 QVANDO † plura copulatiue requiruntur ad actum, quorum vnum sufficit, id procedit, quando incipit ab iis, quæ de se non sufficiunt; secus si inciperet ab eo, quod de se sufficit; quia tunc plura non requiruntur. Bald. *cons.* 242. *Antiqua quæstio. ver. præterea dicendum. lib.* 2. vbi, quod ad præscribendum Regalia requiritur titulus, & sine titulo requiritur præscriptio, & immemorabilitas, si incipis à præscriptione, requiritur etiam tempus
2 immemorabile, si incipis à priuilegio, secus. † Hæres cum beneficio tenetur conficere inuentarium intra tempus inuentarii à die scientiæ, & aditæ hæreditatis, si incipis à scientia, si incipis ab adita hæreditate, illud solum sufficit. Bart. *in l fi. § cum igitur. n.* 2. *C. de iure delib.* allegat text. *in l. statu libero. §. si quis hæredi. ff. de statu lib.*
☞ Vide, *Modus agendi attenditur, & multum refert. Concl.* 302.

Plus & minus non faciunt differre specie, & quando secus. Concluſ. 372.

1 REGVLA † est, quod plus & minus non faciunt differre specie; quia ita est homo paruus, sicut & longus, vel magnus;
2 sic etiam dicimus de barca, & scapha. † Extende; quia officialis non minus est officialis, licet præsit paruo territorio, sicut qui
3 præest magno. Lap. *cons. si. inter consil. Oldr. n.* 2. *in fi.* † Amplia; quia plus & minus nihil operatur, nisi aliter appareat; ideo si dico, *confiteor me tibi debere centum, plus & minus*, non auget, neq; minuit
4 centum, nisi probetur aliūde. Alex. *cons.* 8. *Videtur. in fi. lib.* 4. † Extende in verbo, *quantumcunq; sit*; quia non auget, neq; minuit, nisi
5 appareat, vt supra. Alex. vbi supra. † Limita; quia quod est communius, dicitur dignius, & sic maius. Io. Monachi *in rubr. de offic. deleg. in* 6. † Plus quatuor modis dicitur re, loco, tempore, & car-
6 sa. Castr. *cons.* 389. *Plus. in prin. lib.* 1. † Plus est indefinitum, & potest ad omne plus referri, siue sit magnum, siue paruum. Castr. *d. cons.* 389. *in prin. ver. primo, quia. lib.* 1. † Et hæc dictio verificata, videlicet in pluri, & verificatur etiam in tanto, & minori. Castrens. *d. cons.* 389. *in prin. lib.* 1.

Pollicitatio an obliget, & quando secus. Concl. 373.

POLLICITATIO † facta non obligat etiam de iure Canonico, ita vt ex ea detur actio. Viui. *comm. opin.* 612. *pollicitatio. relat. sub tit. de contrah. & comm. stipul. n.* 71. vbi ait, hanc opinionem esse communem, * & verissimā. *tom.* 2. *com. opin. diu.* † Amplia, vt procedat, etiamsi sit facta Notario, qui est deputatus ad scribēdum subhastationem. Communis; quia nisi fiat pollicitatio deputatis ad vendendum ad hastam, non obligat; quia sicuti communitas non obligatur pollicitanti; ita neq; econtra. Bald. *cons.* 7. *Factum, super quo. in fin. lib.* 5. † Limita; quia pollicitatio facta pro honore; consequēdo bene obligat, & producit actionem, & ius exigendi, *l. pactū. ff. de pollicit.* Castr. *cons.* 342. *In causa fratalee. col.* 2. *in pr. ver. respōdetur. lib.* 2. † Limita; quia omnis pollicitatio cōtinet pactū ita-
quuto cōsensu alterius, cui facta est. Castr. *d. cons.* 342. *lib.* 2. *col.* 2. *in prin.* Vide, *Subhastates plures qualiter obligētur, vel liberētur. Concl.* 715.

Poderium, seu podere quid sit. Concl. 374.

APPELLATIONE † poderii venit multitudo agrorum, etiamsi sint separati, quando destinatione patrisfamilias pro vno poderio reputantur; quia podere dicitur, quicquid vno nomine nuncupatur, licet simul non sint. Bart. *in l. Seia. §. pen. ff. de fund. instruct.* Castr. *cons.* 454. *De eo, quod primo loco. lib.* 1. *in prin.* allegat Bart. *in l.* 1. *ff. de reb. dub.* † Extende; quia si testator legat podere suum, & post testamētum emit agros, quos dicto poderio applicauit, & destinauit, veniunt omnia in legato. Bart. *in l. si na. in fi. ff. de aur. & argen. leg. & in l.* 1. *ff. de reb. dub. n.* 5. † Extende; quia appellatione poderii cum suis pertinentiis veniunt boues aratorii deserientes. *l. si cui fundum, & instrumentum, iuncto text. in l. instrumenta*, ibi, *præterea boues domiti. ff. de fund. instruct.* Ang. *in l. item si fundi. §. fin. ff. de vsufr. & quemadmod. quis vtatur.* † Restringe, quando non est ficta destinatio, vt sint vnum podere; quia tunc legato vno fundo nō venit alius separatus. Bart. vbi supra. Vide, *Destinatio facta per patremfamilias quid operetur. Concl.* 227. † Vide tamen Castr. *cons.* 145. *Clarum est. in prin. ver. sed hic vsusfructus. lib.* 1. vbi, q; tantum importat podere, quantum fundus. † Imo quod podere nō sit nomen iuris, sed nomen, quod pendet ab vsu communi loquēdi. Alex. *cons.* 204. *Perspectis. n.* 6. *ver. istud vocabulum. lib.* 6. † In Romandiola, & Lombardia loco poderii dicunt vnam possessionē pro multitudine agrorū. Alex. licet nō ita clare *cons.* 136. *In causa, & lite. n.* 5. *ver. & etiam dictum rescriptum. lib.* 2. sed clarius idē Alex. *cons.* 63. *n.* 7. *lib.* 6. Vide, *Possessio quid sit, quotuplex, & quid importet. Concl.* 400.

Polimarti statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. 375.

STATVTVM † est in castro Polimarti, quod non possit fieri legatum ad piam causam, vel pro anima, sed filiis hæreditas debeat conseruari. Pet. de Anch. *cons.* 25. *Videtur prima fa. ie.* vbi consuluit pro validitate dicti statuti. Vide supra *Concluſ.* 335. *num.* 8. *& Concl. ibi seq. n.* 2.

Pondera, & mensuræ multiplices. Concl. 376.

LIBRA † constituitur ex vnciis duodecim. Boer. *decis.* 327. *n.* 2. *col.* 1. exemplo 12. mensium, qui constituunt annū integrum. † In Francia libra constituitur ex sexdecim vnciis; quia marcha est media libra. Boer. *d. decis.* 327. *col.* 1. *circa fin.* † Marcha constituitur ex vnciis octo. Boer. *d. decis.* 327. *col.* 1. † Mediolani libra constituitur ex vnciis viginti octo, quæ dicitur libra grossa.

Pondera, & mensuras contra banna tenentes quando puniendi, vel non. Concl. 377.

BANNVM † si extat, quod vendentes carnes teneantur habere pondera certæ qualitatis, seu quantitatis, si tenent minora pondera, puniri debent. Bald. *cons.* 155. *Quæritur, venditores. lib.* 1. † Limita, quando tenerent pondera maiora, quam essent bannimenta; quia licet non sint puniendi; tamen sunt suspecti; & ideo si sunt bonæ famæ, debet eis deferri iuramentum, & prouideri, quod in futurum cesset sinistra suspicio, alias debet omnino inquirere veritatem. Bald. *d. cons.* 155. *lib.* 1. † Punitio, & cognitio spectat tam ad iudicem secularem, *l.* 1. *§. cura carnis. ff. de offic. Prætorum* verbis, quam ad Episcopum, *cap.* 1. & ibi Dd. *de empt. & vend. l.* 1. *& 2. C. de Episcop. audien. l. munerum. §. item Episcopi. ff. de muner. & honor.*

Ponte-

Pontremuli statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 378.

STATVTVM † est Pontremuli, quod mater excludatur à 1
legitima filiorum, siue petat tutorem intra annum, siue non, si extant agnati vsq; ad certum gradum, quod statutum valet, & potest tollere legitimã parentũ in totũ; secus filiorũ, & ita vbiq; obseruatur, vt inquit Bald. *cons.* 140. *Viso testamento. in fin. lib.* 1.

Populi ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 379.

CIVITAS † Populi habet statutum, quod de quibuscum- 1
que legatis, & fideicommissis, ac hæreditatibus soluantur solidi, seu bononent duo pro fabrica Ecclesiæ, non valet, & non ligat Ecclesias, neq; Hospitalia, neq; loca pia; quia quatenus generaliter loquatur, non comprehendit causam piam, quatenus in specie, non valet, & potest iudex ecclesiasticus compellere laicos ad declarandum statutum generale, quod non comprehẽdat causam piam, & ad cassandum statutum speciale. Ant. de But. *cons.* 40. *per tot.* vbi late, & in fine dicit, quod licet sit causa pia causa fabricæ; tamen non debet vnum altare discooperiri, vt alterum cooperiatur, & quia deficit omnis potestas laicorum.

Popularis actio quæ dicatur, & quamdiu duret. Concl. 380.

POPVLARIS † actio est, vbicumq; tractatur de interesse po- 1
puli, vel Reipublicæ. Fel. *in c. dilecti. num.* 2. *ver. quilibet de clero. de maior. & obed.* † Amplia; quia valet consequentia; iudex potest procedere ex officio; ergo crimen est publicum, & quilibet de populo potest agere. Fel. *d. c. dilecti. n.* 2. *ver. valet consequentia. de maior. & obed.* † Amplia; quia dicitur popularis actio inducta ex edicto prætoris, quãdo dicitur, quod quilibet possit accusare. Dyn. *cons.* 29. *Prima quæstio est. in prin.* vbi apost. *in ver. l. si quis.* † Extende; quia vbicumq; est offensa iurisdictio iudicis, vel spretum est eius præceptum, quilibet de populo admittitur ad agendum. Fel. *d. c. dilecti. n.* 2. *ver. vbicumque. de maior. & obed.* † Amplia; quia vbi agitur de vtilitate & præiudicio Ecclesiæ, quilibet de clero potest agere, prout in popularibus quilibet de populo. Fel. *d. c. dilecti. num.* 2. *ver quilibet de clero. de maior. & obed.* Vide, *Agere pro Ecclesia quando, & qui possint. Concl.* 243. † Extende; quia pro legatis piis, & pia causa quilibet de populo agere potest. Rom. *cons.* 69. *in prin. nu.* 3. *ver secundo principaliter.* vbi apostil. *in ver. de populo.* dat concor. † Extende; quia vbi offenditur Ecclesia, vel clericus, crimen dicitur publicum, & quilibet de populo admittitur, apostil. ad Fel. *in d. c. dilecti. nu.* 2. *in ver. quilibet. de maior. & obed.* vbi etiam Felin. *n.* 2. *ver. pro iniuria illata.* † Extende; quia crimen simoniæ est crimen publicum, apostil. ad Fel. *in d. c. dilecti. n.* 2. *in ver. quilibet. de maior. & obed.* † Amplia; quia fractura pacis est crimen publicum, quando pœna, vel pars applicatur fisco, alias secus. Fel. *d. c. dilecti. n.* 2. *ver. pro iniuria illata. de maior. & obed.* † Extende in eo, qui subtraxit acta iudicii, vt veritas occultetur. Fel. *d. c. dilecti. n.* 2. *ver. pro iniuria illata. de maior. & obed.* Vide, *Crimina publica quæ dicantur. Concl.* 1076. † Amplia; quia vbicumq; agitur de sacris, in quibus potissime ius publicum consistit, actio popularis oritur, & quilibet Christianus admittitur, prout quod manifesti vsurarii, & peccatores notorii careant ecclesiastica sepultura, vel exhumentur, si in sacro sunt sepulti, & iudex ex officio suo procedit in istis. Abb. *cons.* 81. *Videtur. quod. n.* 4. *& seq. & in fi. lib.* 2. † Amplia; quia vbi agitur de pœna criminali, vel capitali, quilibet potest appellare pro condemnato, etiamsi sit extraneus; quia omnes de Populo admittuntur. Clar. *§. fin. q.* 94. *nu.* 4. *ver. regulariter autem.* allegat text. *in l. non tantum. ff. de appell.* † Extende; quia etiam clericus, & ecclesiastica persona potest appellare in criminalibus, secundum * communem, de qua Clar. *d. q.* 94. *n.* 5. *ver. sed an etiam clericus.* vbi dicit, quod alii qui teneant contrarium, sed ista est verior. † Amplia; quia exceptio excommunicationis competit cuilibet de Populo. Fel. *d. c. dilecti. col.* 4. *ver. exceptio excommunicationis. de maior. & obed.* † Amplia; quia ad instaurandum matrimonium male separatum auditur quilibet de Populo. Fel. *d. c. dilecti. col.* 4. *ver. ad instaurandum. de maior. & obed.* † Amplia; quia vbicumq; agitur de interesse publico, quilibet de Populo agere potest. Fel. *d. c. dilecti. n.* 4. *circa fin. ver. vbi agitur de interesse. de maior. & obed.* † Amplia; quia vbi pœna venit applicanda fisco, quilibet potest accusare. Fel. *d. c. dilecti. col.* 4. *in fi. ver. vbi venit applicanda. de maior. & obed.* & ita tenet Bart. *in rub. de popul. actio.* Bald. *in l. fi. ff. de priuat. delict.* † Contrariũ tenet Rom. * *cons.* 152. *Præsens accusatio. in prin.* vbi dicit communem * in contrarium, & allegat plures, & dat instantiam in furto; quia licet pœna criminaliter fisco applicetur, *l. si. ff. de furt.* tamen non admittitur ad accusandum de furto, nisi habens interesse. † Limita; quia pœna, vel actio nunquam dicitur popularis, quando ex nouo statuto, vel noua lege inducitur, nisi expresse dicatur. Rom. *cons.* 152. *Præsens accusatio. in princip.* vbi loquitur in statuto Florentino contra cessantes, vt actio non sit popularis, licet pœna fisco applicetur. † Durat actio popularis per annum tantum, & post annum non potest proponi. Dyn. *cons.* 29. *num.* 2. *ver. in secunda.* vbi, quod actio in factum, & popularis tollitur anno. 20

Popularis actio per quos possit denuntiari, vel prosequi. Concl. 381.

ACTIONEM † popularem denuntiat, & prosequitur sin- 1
gularis persona de populo sine mandato. Calder. *cons.* 119. alias 5. *de iud. & foro compet.* † Et non obstat exceptio, *tua non interest*, in popolari actione. Anchar. *cons.* 416. *Plures. n.* 3. *in fin. & n.* 4. † Amplia; quia in casu statuti proponentis actionem popularem 3
super emundatione cloacarum non solum quilibet agit, sed etiam si esset per iudicem condemnatus, sed non conuenienter, contra eum, qui contrauenit, poterit quilibet de nouo agere, & obtinere, vt puniatur; quia sententia non lata, prout conuenit, non tollit actionem popularem. Bald. *cons.* 203. *Cautur quodam statuto. lib.* 2. † Amplia, quia sicuti quilibet de populo admittitur 4
in actione popolari; ita quilibet de clero admittitur in concernentibus interesse Ecclesiæ. Fel. *in c. dilecti n.* 2. *ver. quilibet de clero. de maior. & obed.* † Extende; quia quod dicitur, quilibet de popu- 5
lo potest accusare, quando actio est popularis, procedit etiam in eo, qui proprie non est de populo. Felin. *in d. c. dilecti. col.* 4. *ver. excommunicatus. de maior. & obed.* vbi apostill. *in ver. competit.* quæ loquitur, etiamsi accusantis non interfit. † Declara; quia licet in ac- 6
tionibus popularibus quilibet possit accusare, & agere nomine proprio; tamen non potest constitui procurator. apostill. *ad cons. Dyni* 29. *in ver. l. si quis.* Vide, *Crimina publica quæ dicantur; & eorum specialia. Concl.* 1076. † Limita in excommunicato; quia non agit 7
etiam in actione popolari. Fel. *d. c. dilecti. col.* 4. *post med. ver. excommunicatus non agit. de maior. & obed.* † Limita; quia non admittitur 8
quilibet de populo, quando in crimine publico puniendo præuentum est per inquisitionem. Fel. *d. c. dilecti. col.* 4. *circa fin. ver. exceptio excommunicationis. de maior. & obed.* † Limita; quia in pupillari actione non admittitur accusans nomine alterius. Rom. *consil.* 9
152. *Præsens accusatio. in fin.* allegat *l. licet. in prin. ff. de procur.*

Populi ciuitatum, & terrarum, habent diuersos officiales, & quos. Concl. 382.

DECVRIONES † consiliarii repræsentant populum; & id- 1
eo appellatio deuoluitur ad eos, quando officialis appellationum abest, dummodo populus sit liber; si vero est subditus, deuoluitur ad Principem. Bald. *cons.* 476. *Viso puncto. lib.* 2. Vide, *Decuriones, & eorum priuilegia, & qui dicantur. Concl.* 127. † Priores 2
ciuitatis Tudetti non sunt decuriones, neq; repræsentant populũ, sed habent limitatã potestatẽ; ideo nõ deuoluitur appellatio ad eos, quæ ad populum deuolueretur. Bald. *d. cons.* 476. *lib.* 2. Vide, *Priores & Consiliarij ciuitatum, quæ posint, vel non. Concl.* 713.

Populus quando possit sibi eligere Principem, vel non. Concl. 383.

POPVLVS † habens de consuetudine facultatem eligendi 1
sibi Principem, si recipiat in dominum Comitatus illum, qui nullum ius habet, ex certa scientia, confert ipsi principatum; secus si per errorem faceret; vt quia credebat eum habere legitimã inuestituram. Abb. *cons.* 3. *Nitar. n.* 5. *lib.* 2. † Limita in populo va- 2
sallo, & feudali; quia non potest tradere superioritatem non habenti inuestituram à domino, & si traderet, committeret crimen læsæ maiestatis. Abb. *d. cons.* 3. *n.* 5. *in quinto dubio, lib.* 2.

Portugalliæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 384.

ELECTVS † in Episcopum de consuetudine Portugalliæ 1
potest administrare absque confirmatione. Oldrad. *consil.* 9. *Posito sine veri præiudicio. n.* 5. *ver. item proponit.* qui loquitur de Episcopo Ecclesiæ Bracchaten.

Portus, & portizatio in flumine publico est de regalibus, & quibus liceat. Concl. 385.

PORTVS, † & portizatio super flumine publico est de regali- 1
bus; ideo non potest haberi sine titulo à Principe; si tamẽ habeatur ex inuestitura, licite potest inuestitus portizare. Bald. *consil.* 254. *Casus talis est, Serenissimus. per tot. lib.* 3. vbi loquitur in Comite Antonio, Comite Polentii, qui habet ius portizãdi super flumine Ranagii, ex concessione Imperatoris. † Amplia; quia licitum est habenti titulum à Principe portizare super flumine pu- 2
blico

blico in suo territorio, nec potest impediri ab alio, qui habeat tale ius in superiori territorio antiquius. Bal. *d. cons. 254. per tot. lib. 3.*

3 †Limita; quia potest cõmunitas præscribere, seu præscripsisse ius portizãdi per tantũ tempus, q̃ non extet memoria in cõtrarium. Bald. *d. cons. 254. lib. 3.* vbi loquitur in communitate Claraschi, quæ habet tale ius super flumine Tanegri, seu Ranagij.

Positio quid sit, & qualis debeat esse respõsio. Cõc. 386.

1 POSITIO † est breuis oratio continens factum ad eliciendam veritatẽ conceptã, & differt à libello; quia positio non habet conclusionẽ, sed libellus sic; ideo qui respõdet positionibus, dicitur litẽ cõtestari. Bald. *in l. 2. §. quod obseruari. col. fi. n. 25. ver. vltimo.*

2 *C. de iureiur. propt. cal.* † Et sunt inuẽtæ positiones, vt actor, vel ponens releuetur ab onere probãdi. Io. de Anan. *cons. 55. n. 2. ver. circa secundum.* & ad facilionẽ lituũ exitũ sunt inuentæ. Abb. *cons. fi. lib.*

3 *2. in prin.* † Et debet positio esse affirmatiua; quia positio negatiua nihil ponit; ideo nisi quatenus negatiua habeat implicitã affirmatiuam, nõ dicitur positio, sed potius interrogatio. Bald. *consil.*

☞ 340. *in fi. ver. dico etiam. lib. 1.* Vide, *Positioni negatiua non est respondẽ-*

4 *dum; quia nihil ponit, & quando secus. Concl. 394.* † Et positio fuit adinuenta à cõsuetudine, nõ autẽ à iure cõmuni. Castr. *cons. 157. n. 2.*

5 *lib. 2.* Abb. *cons. fin. in prim. lib. 2.* † Positiones debẽt formari super libello, videlic. positiones actoris super libello actoris, positiones rei super exceptionibus, vel libello rei ad hoc, vt sint pertinẽtes. Bald. *d. l. 2. §. quod obseruari. in fi. n. 25. C. de iureiur. propt. cal. & consil. 2. Visa petitione. n. 3. ver. & quia de corpore. lib. 5.* q̃ est Francisci Domini Baldi, vbi, q̃ articuli & positiones oriri debẽt à petitione, Alex.

6 *cons. 166. In causa & lite. n. 7. ver. quod omnes positiones. lib. 6.* † Extende in tm̃, vt positiones nõ formatæ super libello dicãtur impertinẽtes, & nõ sunt admittẽdæ, & si admittãtur saluo iure impertinẽtium, & nõ admittenda: ũ; tunc respõsio, & depositio testium super impertinẽti facta habetur p̃ nõ facta. Alex. plene *d. cons. 166.*

7 *In causa & lite. n. 6. & seq. ver. præterea omnia dicta capitula. lib. 6.* † Vide differentiam inter articulos & positiones per Alex *cons. 172. In causa & lite. in prin. lib. 6.* vbi, q̃ ponẽs fatetur, articulãs nõ fatetur.

8 †Declara, vt per apostil. ad Alex. *d. cons. 172. in prin. in ver. Articulãs. lib. 6.* vbi, q̃ articuli fiunt ad probandum, positiones verò de corpore libelli, vel articulorũ, vt respõdeatur ad releuandũ ponentem; igitur sicuti libellans, & ponẽs cõfitentur, ita ẽt articulans; sed est interrogãs, qui nõ fatetur, nisi sint interrogatoria litis prę-

9 paratoria. † Extende in tm̃ esse verũ, vt sicuti admittitur libellus alternatiuus; ita ẽt admittatur positio alternatiua. Bal. *cons. 407.*

10 *In quæstione. n. 6. & 7. ver. primo de libello. lib. 1.* †Et ponens dicitur fateri omnia cõtenta in suis positionibus taliter, q̃ cõtrarium non potest dicere, alias esset periurus, *c. cum in positionib. de iureiur. in 6.* Lap. *alleg. 120. n. 1. in fi. ver. in eo enim.* & q̃ ex sola positione ponẽtis resultet eius cõfessio. Rim. Iun. *cons. 372. lib. 2. n. 31.* & q̃ ponẽs fateatur; secus in eo, qui interrogat. Castr. *cons. 157. nu. 2. lib. 2.* Alex.

11 *cons. 181. Clarissime. n. 4. ver. venio ad merita. lib. 3.* † Et maxime præiudicat positio ipsi ponẽti, vt nõ possit reuocari, q̃n fuit cõfessata p

parte, cõtra quã fit positio. Alex. *d. cons. 71. n. 5. ver. cum ergo. lib. 3.* vbi

12 extẽdit, etiãsi fuit facta per malitiam, vel imperitiam. † Declara; quia sicuti positio præiudicat ponẽti, & respõsio respondenti; si tm̃ ponẽs velit magis adhærere responsioni partis aduersæ, q̃ suæ

13 positioni, hoc potest facere. Alex. *d. cons. 71. n. 5. in fi. lib. 3.* † Extende; quia producẽs positiones cẽsetur fateri omnia cõtenta in positionibus, & cõfessio præiudicat. Alex. *d. cons. 71. Clarissime Domi-*

14 *ne. n. 4. lib. 3.* † Declara maxime, quia positiones possunt in parte acceptari, & in parte negari, & quoad acceptatas præiudicãt ponẽti, quoad negatas secus. Alex. *d. cons. 71. n. 5. lib. 3. ver. & aduersa-*

15 *rius.* †Et etiamsi per malitiam, vel imperitiam sint factæ, præiudicant; quia si negãtur, negatiua pariter præiudicabit. Alex. *d. cons.*

16 *71. n. 5. lib. 3.* † Post litẽ contestatã in iudicio ordinario respondẽdum est positionibus, in summario autẽ quandocumque, ita A-

17 lex. *cons. 70. In causa & lite. in prin. lib. 7.* † Et respõsio ad positiones non debet esse cõditionalis, sed pura. Bald. *in d. §. quod obseruari. in fi.* Lap. *alleg. 120 Quæro, pone. n. 5. ver. ad hoc facit. & n. 6. & 7.* plenius

18 infra *n. 24 & seq.* † Et per verbũ, *credit*, vel *non credit*; tm̃ æquipollens respõsio admittitur. Castr. *cons. 157. n. 2. ver. sed certe. lib. 2.* vbi in fortioribus loquitur etiam stãte statuto etiam per verba taxatiua, q̃ respõdeat solũ per verbum, *credit*, vel *non credit*; quia etiam

19 valet respõsio per æquipollens. † Potest tm̃ esse relatiua ad instrumentũ, q̃n fit mentio de instrumento in positione. Bald. *d. l.*

☞ *2. §. quod obseruari. in fin. C. de iureiur.* Vide, *Positioni an sufficiat respõsio*

20 *relatiua, & quid releuet. Concl. 390.* † Et q̃ positio relatiua sit certa,

21 q̃n relatio fit ad aliquid certũ. Abb. *cons. fi. lib. 2. n. 2. & n. 3.* † Et q̃n positio habet clausulã, q̃ fiant coniunctim & diuisim, respõsio facta omnibus non releuat, quin debeat fieri singulis, & econtra. Lap. *alleg. 51. n. 2. ver. oportet ergo.* † Amplia; quia respõsio de-

bet fieri affirmatiue, vel negatiue, per verbum, *credit*, vel *non credit*, & qui affirmat credere, sibi præiudicat, & habetur pro confitente, ac si confiteretur. Feder. de Sen. *cons. 23. in fi.* † Contrarium

est in eo, qui non credit; quia licet factum aliter probetur, nõ tñ probatur periurus; quia potest esse, q̃ non crediderit ex oblitione. Fed. de Sen. *cons. 23. in final. verbis.* Vide, *Periurus non dicitur iuste*

contra veritatem multis casib. Concl. 288. † Amplia; quia respõsio ad positiones debet esse certa; ideo si extat statutũ, q̃ respõsio fiat per verbum, *credit*, vel *non credit*, censetur data forma, vt alia respõsio non admittatur. Natt. *cons. 59. Circa præsentem casum. n. 15.*

lib. 1. decis. Perus. 8. n. 17. cum seq. vide supra *n. 17.* † Item, non valet

eo casu respõsio; *ignorat*; *ideo non credit*. Natt. *cons. 59. n. 12.* † Item, non valet respõsio, *dubito*. Natt. *d. cons. 59. n. 12.* † Item nec respõ-

sio, *non credit, nisi appareat*. Natt. *d. cons. 59. n. 12.* † Item nec respõsio, *quod vbi non sufficiat prima responsio, non credit*; vel, *vbi legitime non fit responsum, non credit*. Natt *d. cons. 59. n. 12.* vbi, q̃ est cõditionalis,

& *n. 10.* † Item nec respõsio per verbum, *nescio*, valet. Natt. *d. cons. 59. in prin.* † Item nec respõsio, *credo, si instrumentum apparet, decis.*

Perus. 8. n. 19. vbi *n. 3.* q̃ curiæ stylus non admittit hanc respõsionẽ pro legitima. † Declara ista omnia vera esse, nisi iudici aliter visum fuerit; quia ad euitandã calumniam ponẽtis potest iudex

admittere conditionalẽ respõsionẽ. *decis. Perus. 8. in fi.* † Extẽde, q̃ etiãsi sit in facto alieno, q̃n assignatur terminus ad sciendum, & est factũ, de quo per informationem potest haberi notitia. Natt. *d. cons. 59. in prin.* quia q̃n respondens probabiliter dubitat, danda est dilatio. *d. decis. Perus. 8. n. 29.* † Idem q̃n factũ est alienũ consanguinei. Natt. *d. cons. 59. n. 4. & seq.* † Idem, q̃n factum est alienũ, q̃ quis tenetur scire. Natt. *d. cons. 59. n. 9.* Vide Concl. prox. seq. † Restringe; quia in facto alieno respõsio incerta admittitur, *d. decis. Perus. 8. per tot.* maxime *n. 18. & n. 15. cum seq.* † Amplia; quia positiones possunt fieri, & sunt admittẽdæ, & debet respõderi, licet sint super eo, q̃ probari non potest, puta facto negatiuo; quia super omnibus cõcernentibus decisionẽ litis fieri possunt positiones, vt pars releuetur ab onere probãdi. Abb. *cons. fin. prin. lib. 2.* † Amplia; quia nõ dicitur periurus negãs positionẽ cõtinentẽ aliquid vltra veritatẽ, etiamsi neget in totũ; quia ratione qualitatis alteratæ licet negare totum. Calder. *cons. 150. alias 2. de confess. ver. secundo cum fuerit.* Abb. *in c. 1. num. 15. de plus petitio.* Signor. *cons. 240. n. 4. & seq. ver. tertio probatur.* † Contrariũ, q̃ imo si verum

est verũ, aliud falsum, debeat cõfiteri verũ, & negare falsum, dicit Leonar. de Ceris *inter cons. Signor. cons. 242. n. 9.* & plene Ægid. Bellam. *cons. 23. n. 33. ver. ad secundũ.* vbi recitat opiniones, & ita declarat Bart. *in l. 1. §. si stipulanti. in fin. ver. sed per hoc. ff. de verb. oblig.* vbi apostil. *in ver. sed per hoc.* citat plures, & dicit * cõmunem. † Declara; quia si positio cõtinet aliqua, q̃ sunt vera, & aliqua q̃ sunt falsa, potest respõdens negare positionẽ veram; & tñ nõ dicitur negasse illud verũ, q̃ cõtinet positio, sed falsum. Alex. *cons. 185. Visa*

petitione. n. 7. & seq. ver. præterea etiam considero. lib. 5. † Declarat Bart. *d. l. 1. §. si stipulanti. n. 2. ff. de verb. oblig.* q̃ si positio continet plus in quãtitate, & materia diuisibili, respondens debet fateri veritatem, & nõ debet negare totũ; quia positio cõtinet totũ, & quamlibet parte, & sic responsio, sed si falsitas esset in qualitate, prout positio continet centũ pure, & sunt sub conditione, debet dicere tota falsa, & potest tota negari, & ibi apostil. *in ver. sunt vera.* dicit * communem, & citat Alex. *in l. ex facto. §. quæro. ff. de vulg. & pupil.* qui cumulat multa. † Extende in tm̃, vt is, qui negauit positionẽ, possit ponere idẽ, q̃ in positione negata, q̃n minus continetur, vel plus in vna, q̃ in alia; quia ex diuersitate non infertur directa contrarietas. Calder. *d. cons. 150. alias 2. de confess. per tot.* † Extende, vt non dicatur periurus respondens pluries super eadem positione, & diuersis modis, q̃n fit per credulitatem, vel per verbum, *scio*, vel *nescio*; quia possum credere, & scire vno tẽpore, & nõ credere, & nescire alio tempore. Calder. *cons. 152. alias 4. de confess.* † Extende, quia negans credere positionem; cum tñ sciret contrarium, non potest inquiri tanq̃ periurus; quia iuramentum est calumniæ, & credulitatis. Bald. *cons. 299. Proponitur, quod. lib. 5.* † Extende, vt procedat etiam in iuramẽto decisiuo; quia si aliqua vera, aliqua falsa dantur, potest negare iurans omnia, secundum Signor. *d. cons.*

240. n. 4. & 5. ver. tertio probatur. † Contrarium tamen tenet Leonard. de Ceris *inter consilia Signor. cons. 242. n. 9.*

Positionibus qualis esse debeat respõsio, & quando præiudicet, vel non. Concl. 387.

RESPONSIO † ad positiones debet esse p verbũ, *credit*, vel *non credit*, & q affirmat credere, sibi præiudicat, & habetur pro confitente

firente, ac si cõfiteretur. Fed. de Sen. *conſ.* 23. *in fi.* Bal. *conſ.* 225. *Quæſtio eſt de terra, in fi. lib.* 1. Rim. *conſ.* 203. *Viſo proceſſu, in pr. lib.* 2. Deci. *conſ.* 647. *Requiſitus, n.* 6. vbi ꝙ confeſſio de credulitate ad poſitionem ita præiudicat confitenti, ſicut de veritate. Corne. *conſ.* 305. *Circa primũ, n.* 5 *lib.* 3. vbi, ꝙ ita nocet credulitas reſpondenti, ſicut præciſa confeſſio. Bald. *in l.* 2. §. *obſeruauit, n.* 11. *C. de iur. calum.* † Declara; quia reſponſio ad poſitiones per verbũ credulitatis habet eandẽ efficaciam, ac ſi eſſet per verbũ veritatis, quantũ ad hoc, ꝙ alter releuetur ab onere ꝓbandi; non tñ quoad hoc, vt incurrat periurij ex tali reſpõſione, ſicut ex reſpõſione de veritate, neq; quoad alios effectus. Cald. *conſ.* 152. alias 4. *de confeſſ.* concor. Bald. *conſ.* 299. *Proponitur, quod, lib.* 5. vbi, ꝙ non poteſt inquiri de falſo, qui falſum dixit per iurtum calumniæ reſpondens poſitionib⁹.

3 † Amplia; quia reſponſio non debet eſſe cõditionalis, ſed pura. Bal. *in l.* 2. §. *ꝙ reprobari, in fi. C. de iureiu.* Lap. *alleg.* 120. *Quæro, pone, n.* 4 5. *v. ad hoc facit, & n.* 6. *&* 7. † Et ideo nõ dr reſponſum ſufficiẽter, qñ quis dicit *credit, quatenus legitime probetur, & non aliter*; quia reſponſio eſt conditionalis, & captioſa; ideo ex forma ſtatuti tales poſitiones habeti debẽt pro cẽſeſſatis, qñ diſponitur, ita Bald. *cõſ.* 5 269. *Quidam nomine, in pr. lib.* 1. † Amplia; quia ſimplex, & pura debet eſſe reſponſio ẽt ſine vlla qualitate, ẽt quæ ineſſet ex natura facti, qñ ſtatutũ mandat pure & ſimpliciter reſponderi. Bald. *in c. quia propter. v. vnde ex hoc nota, de elect.* Marius Solomon *in l. Gallus.* §. 1. *n.* 28. *ff. de liber. & poſth.* Alex. *conſ.* 12. *Viſo themate, v. ſecundo corrobo-* 6 *ratur. lib.* 2. † Reſtringe in ruſtico, & ſimplicibus; quia eſt arbitrarium iudici, vt admittat reſponſionẽ cum qualitate, vt dicat ha- 7 buiſſe, ſed reſtituiſſe. Boer *deciſ.* 243 *n.* 13. † Admittitur tñ reſpõſio de iure cõmuni, videl. *non credit, vt ponitur.* Alex. *conſ.* 13. *Ex iis, quæ in pr. lib.* 1. vbi, ꝙ ille, qui dixit, *non credit, vt ponitur, ſed credit de ſolutione* 400. *cætera non credit*, nihil cõfitet, niſi de ſolutione 400. nec confitetur cauſam ſolutionis pp illa verba, *cætera non credit.* 8 † Limita; quia reſpõſio ſimplex ad poſitionẽ qualificatã an cenſeatur qualitatẽ confiteri. Vide plene Rom. *conſ.* 455. *In caſu, per t.* vbi loquit in reſponſione ad inquiſitionẽ, & dicit, ꝙ reſpõſio generalis redditur ambigua, & continet, ꝙ minus eſt, & ꝙ minus ꝓiudicat reſpondenti, videas Alex. *conſ.* 171. *In cauſa & lite, n.* 4. *li.* 6. vbi, ꝙ reſponſio ad poſitiones ſimpliciter facta nõ includit qualitates, licet apoſt. ibi diſtinguat. Vid. *Qualitas an cẽſeatur confeſſata, vel negata ex generali confeſſione. Concl.* 7. Vide, *Reſponſio ſecundũ poſi-* 9 *tionẽ, & interrogationẽ interpretatur, & quando ſecus. Con. l.* 273. † Cõtrarium, ꝙ in poſitionib. & interrogatoriis reſpõſio ſemper fit in totũ, & quoad omnia; ideo reſpõdẽs ſimpliciter ſe poſſidere cẽſet reſpondiſſe, omnia contẽta in poſitionib. & interrogatoriis poſſidere. gl. *in c.* 2. *de libelli oblat.* Ale. *con.* 123. *Viſo proceſſu, n.* 6. *v. circa* 10 *ſecundum, lib.* 2. † Regula eſt, ꝙ confeſſio facta in poſitionib. ꝓiudicat cõfitenti. Io. de Anan. *conſ.* 55. *n.* 2. *v. circa ſecundum*, vbi plene Bolog. in apoſt. *n.* 8. *v. nihilominus prædictis non obſtantib.* Alex. *con.* 91. 11 *Viſis, in fi.* † Extende; quia ꝓiudicat reſponſio, etiam ſi reſpõdens dicat, ſe credere de auditu. Rim. *conſ.* 203. *in pr. lib.* 2. Ro. *conſ.* 104. 12 *in fi.* † Extende, vt ꝓcedat, ẽt ſi reſpõſio fiat poſitioni, cui de iure nõ tenebatur reſpondere, vt quia eſſet ſup facto alieno; quia ex quo reſpondit, valet reſponſio & ꝓiudicat Abb. *conſ. ſi.* ꝙ eſt 118. *col.* 2. *in fin. n.* 3. *&* 4. *v. venio nunc ad ſecundum. lib.* 2. vbi plura ſimilia 13 allegat. † Extende; quia non põt iudex ꝓnunciare reſponſionẽ factam, ꝙ non erat facienda, eſſe nullã, & talis pronunciatio non 14 valet. Abb. *d. conſ. ſi. in fi. v. venio ad tertium, lib.* 2. † Extende; quia ſi duo rei, qui reſpondent eidẽ poſitioni, & vnus confitetur, alter negat, confeſſio ꝓiudicat confitenti. Alex. *conſ.* 171. *In cauſa & lite, n.* 3. *&* 4. *v. nec obſtat, ſi diceretur, lib.* 6. vbi, ꝙ non præiudicat quoad 15 qualitates, licet apoſt. ibi aliter ſentiat. † Extende; quia reſpõſio facta poſitionib. probat contra confitentem poſſeſſionem, & ſic extremum ſdm Alex. *d. conſ.* 118. *In cauſa, n.* 4. *&* 5. *v. præterea, lib.* 2. 16 † Imo ſi conuentus ſpolio cõfiteatur poſſidere, quatenus agatur petitione hæreditatis; adhuc tñ talis confeſſio ꝓbat poſſeſſionẽ confitentis in ſpolio; quia nõ audiretur, ſi vellet dicere, nõ poſſi- 17 dere. Alex. *conſ.* 117. *Viſo proceſſu, in fi. v. reſtat videre, li.* 2. † Et ꝓcedit, etiam ſi reſponſio ſit negatiua; quia excludit negantẽ, vt nõ poſſe ſe fundare in poſitione negata. Alex. *conſ.* 35. *Cõſideratis, n.* 8. *lib.* 7. vbi apoſt. *in ver. negata*, citat Alex. *conſ.* 92. *n.* 5. & iterũ, Alex. *conſ.* 49. *In cauſa & lite, n.* 8. *v. præterea, lib.* 7. Vide, *Impugnans aliquid non* 18 *poteſt ſe fundare ex eo. & è conuerſo. Concl.* 57. † Limita; quia non ꝓiudicat reſponſio facta poſitionib. etiam affirmatiue, qñ non concludit neceſſario aliquid certũ; quia poſitiones ſunt incertę. Bal. *conſ.* 51. *An Domine Petrucie, lib.* 2. vbi, ꝙ ſi poſitio dicat, ꝙ talis poſſedit iuſto titulo per 20. annos iũcta poſſeſſione ſuorũ auctorum, & reſponſio fiat quoad poſſeſſionẽ certi auctoris affirmatiue, nõ 19 releuat; quia non habet tẽpus ſpecificũ in illo auctore. † Et quod generalis poſitio incerta nõ releuet, neq; probatio generalis, & incerta ſuper ea facta. Bart. plene *conſ.* 193. *Commune Lucignani, n.* 3. *ſuper tertio, lib.* 1. vbi apoſt. dat conc. † Et poteſt reſpondens talem 20 reſponſionẽ generalem, & incertã ad poſitionem generalem declarare. Alex. *conſ.* 183. *Viſo punctõ, n.* 5. *& ſeq. v. nec obſtat, ſi diceretur, lib.* 5. † Extende, vt idẽ ſit, qñ poſitiones eſſent admiſſæ ſaluo iu- 21 re impertinentium, & non admittendarũ; quia ſi fiat reſponſio impertinenti poſitioni, & non admittendæ, non ꝓiudicat reſpõſio. Bald. *conſ.* 299. *Proponitur, quod, lib.* 5. *in fi.* † Extende in reſpon- 22 ſione qualificata cũ clauſula, *& aliter non credit*; quia ſi non acceptatur qualitas, nihil eſt confeſſatũ, & non ꝓiudicat. Iacop. Rim. *cõſ.* 358. *In cauſa prudentis viri, n.* 10. *lib.* 2. plene Boer. *deciſ.* 243. *n.* 11. vbi late de aliis clauſulis ſimilib. † Imo reſponſio continens vnũ 23 factum habens plures qualitates, & plura facta cõnexa non poteſt diuidi, vt præiudicet in vno tantum. Iacop. Rim. *d. conſ.* 358. *n.* 8. *lib.* 2. vbi apoſtil. † Mulier, & ruſticus cum præſentia aduocati, 24 vel procuratoris reſpondere debent; arbitrio tamen iudicis, Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 81. Vide Concl. prox. præced. *n.* 17. *& ſeq.* ☞ † Limitare videtur Soci. *in Reg.* 29. *confeſſio de credulitate, quando eſt* 25 *in facto alieno confeſſio credulitatis*, vide eum.

Poſitionibus quando reſpondendum, vel non, & per quos poſſit reſponderi, vel non. Concl. 388.

37 decisio.† Declara; quia mala fides non confert istud priuilegiũ possessori, sed illud aufert, ideo si concurrat electio possessoris malæ fidei, vel præsentatio cum electione, vel præsentatione facta à bonæ fidei possessore, præfertur bonæ fidei, imo in facta à malæ fidei possessore, & proprietario præfertur proprietarius. Alex. *d. cons. 75. n. 49. & seq. lib. 4.* secus, inquit, in collatione; quia ex quo Prælatus habet plus iuris, quam eligens, vel præsentans; qa habet institutionẽ à suo superiore, licet sit malæ fidei, semper præfertur collatio existentis in possessione, & dicit notandum.
38 †Amplia in commissione facta per Papam alicui plebano certæ ecclesiæ; quia possessor, & putatiuus plebanus exequitur commissionem, non autẽ verus plebanus, non putatiuus, nec possi-
39 dens. Lap. *alleg. 90. n. 13. v. vnde si Papa.*† Amplia; quia tertii possessores non possunt conueniri, antequã sit facta discussio contra principalem debitorem, & fidei iussores. Castr. *cons. 175. Ad primũ, in pr. lib. 2.* Vide, *Exceptio discussionis in quibus casibus habeat locum, &*
40 *in quibus non. Concl. 404.* † Amplia in soluente Prælato putatiuo possessori; quia liberatur, soluens autem vero Prælato non liberatur, qñ non possidet, & non est putatiuus. Lap. *d. alleg. 90. n. 13.*
41 *in fi. v. item solutio, & n. 14.*† Amplia in omni actu, & consensu præstito ab eo, qui communi opinione reputabatur Prælatus, & bona fide possidebat tempore actus, quia licet postea appareat de contrario, non retractatur actus; quia cum isti actus sint fructus possessionis, sicuti possessor percipit fructus, ita iste. Lap. plene
42 *alleg. vlt. v. sed secundo posset.*† Amplia in eo, q est in possessione clericatus; quia talis quis iudicatur, qualis se foris ostendit. Fed. de Sen. *cons. 13. n. 3. v. talis namque.* vbi, quod patia sunt, notorietas clericatus, vel possessio clericatus; ideo clericus remittitur ad ecclesiasticũ, si est in possessione clericatus, etiã nõ docto de eo, vt ibi
43 *n. 4. v. non obstant iura secundo.*† Declara tamen, vt ea, quæ dicuntur de possessione, procedant, donec de proprietate constet. *c. 3. & c. dilectus, de cã possess.* Fed. de Sen. *cons. 13. n. 5. v. item constito*, quod tamen declaratur; quia non retractantur gesta à possessore tempore possessionis circa ea, quæ sunt consummata in suo effectu,
44 alias secus. Lap. *d. alleg. 90. n. 15. v. quando enim.*† Intellige declarationẽ circa ea, quæ facit existens in quasi possessione pro iurisdictione, vel possessione, secus quoad alia, quæ non respiciũt possessionẽ; quia veritas detecta trahitur retro. Fed. de Sen. *d. cons. 13. n. 3. circa fin. v. contra*, vbi ponit multa exempla; quia si existens in possessione ordinis sacri contrahit matrimonium, licet medio tempore non valeat, veritate detecta, q̃ non sit in sacris, valeat.
45 †Amplia; quia iudex à quo si defert appellationi interpositæ ante sententiã, transfert negotiũ principale in iudicẽ ad quem, qñ ipse habebat iurisdictionẽ, alias secus; tñ sufficit, quod sit in possessione, vel quasi tempore delationis ad hoc, vt trãsferatur cognitio negotii principalis. Fed. de Sen. *cons. 192. col. 2. v. in tertio & vltimo casu.* Amplia; quia possessor, etiam quod sit prædo, debet
46 manuteneri in sua possessione. Vide, *Possessor quantumcunque iniustus debet manuteneri, & quando secus. Concl. 441.*† Amplia; quia si decedat aliquis relictis pluribus filiis, seu hæredibus, vno possidẽte
47 censentur alii possidere. Vide, *Præscriptio quando sit putativa, vel cumulativa. Concl. 885.*† Amplia; quia vltima possessio attenditur in collationibus, & præsentationibus patronorũ; quia si vnus fuerit in possessione per multas præsentationes, & vltima præsentatio fuerit per aliũ diuersum nõ compatronũ facta, in possessorio attenditur vltima possessio. Fed. de Sen. *cons. 234. col. 2. in fi. v. ad secũ-*
48 *dum cum quæritur.*† Amplia; quia si reperiuntur duo testamenta eodẽ tempore, & nescitur, quod sit primũ, præsumitur præcessisse, & esse posterius, prout magis expedit possessori. Ias. *in l. fi. C. de*
49 *edicto diui Adrian tollen.*† Idem de duabus donationibus in forma iuris communis; quia etiã posterior præfertur priori, & idem in venditione, locatione, & aliis, qñ posterior primo habuit posses-
50 sionẽ. Ias. *in l. quoties. C. de rei vend.*† Amplia in electione; quia per vltimã electionẽ factã, qñ electus fuit communi opinione reputatus rector, & institutus, etiã si institutio allegetur nulla; quia sit facta nõn seruata forma, *c. fi. de elect. in 6.* tñ ex communi reputatione, & institutione præcedente cũ cursu decem annorum eligẽtes sunt in possessione eligendi. Cald. *cons. 236. in pr.* & maxime *v. non obstat, quod dicitur*, alias 15. *de præben.* vbi, quod hoc casu etiã præsumitur scientia superiotis. Castr. *cons. 347. Formæ capituli. lib. 1.*
51 †Extende; quia existens in possessione eligendi eligit valide, nõ obstante pendentia litis, si vacat beneficiũ; quia qui continuat, non attentat, neque spernit inhibitionem. Castr. *d. cons. 347. n. 2. lib. 1.*† Amplia; quia reseruatio Papæ de omnibus beneficiis, quæ, terquam spectantibus ad collationẽ Episcopi, intelligitur de illis, in quorum possessione conferendi est Episcopus, non autem de iis, quæ spectãt ad eius collationẽ, sed alius est in quasi possessione: & idem in casu conuerso, si fiat reseruatio de beneficiis ad collationẽ Episcopi; quia non comprehendit beneficia, in quorũ possessione conferendi est alius. Cald. *cons. 244.* alias 23 *de præben.* Amplia; quia etiam prædo est manutenendus in sua possessione. Vide, *Possessor quantumcunq; iniustus. Concl. 441. supra allegata.*
†Amplia; quia in dubio iudicandum est pro possessore, & tenet. *ex literis, de prob. c. inter dilectos, in fi. de fide instrum. reg. cũ simile ius partium. de regul. iur.*† Extende; quia qñ res est dubia, melior est conditio possidentis, gl. *in c. nulli dubium, 12. q. 5.* Bart. *in l. si inter ff. de rebus dub.* Bald. *in c. Capitulum. de rescript. col. 1.* Castr. *cons. 81. lib. 2. vers.* Iason *in l. fin. C. de edicto diui Adrian.* Castrens. *cons. 139. in princip. lib. 1.*† Et maritus, qui donauit vxori causa mortis, vel alias, quæ confirmatur morte, si vxor moritur in Francia, maritus in Italia, quis præsumatur mortuus prius? dicas, quod attenditur possessio, & secundũ intentionẽ possidentis præsumitur prius, vel posterius decessisse ille, qui fauet possessioni. Alex. *cons. 140. Circa primũ, n. 2. v. fortificatur*, vbi apostilla *in v. possidens*, dat concordantes.† Sic
in bonis clerici an præsumantur quæsita ex bonis ecclesiæ, vel laicalibus, vt sint vel non sint spolia, attenditur possessio; quia ecclesia possidet, bona ecclesiastica præsumuntur, si hæres laicus, præsumuntur laicalia. Alex. *d. cons. 140. n. 5. v. cõprobatur, lib. 5.*† Sic
an bona quæsita per filium familias ex bonis paternis, vel nõ, attenditur possessio, vt pro ea præsumatur in dubio. Alex. *d. cons. 140. n. 3. v. istud idem, lib. 5.*† Sic semper in pari causa melior est conditio possidentis. Alex. *cons. 161. Viso, n. 6. v. sequitur, lib. 6.*† Amplia; quia in pari causa melior est cõditio possidentis, siue sit par causa turpitudinis, siue sit par causa bonæ fidei, vt de primo Feder. de Sen. *cons. 240 v. item in pari causa*, de secundo Bal. *cons. 280. in fi. li. 1.*† Extende; quia licet coniunctus agat pro coniuncto, &
plures fratres agant inter se pro fratre absente, melior est conditio possidentis. Alex. *cons. 26. Circa primũ, in fi. lib. 1.*† Extende; quia
possessor, etiam si nullum ius habeat, per non ius actoris absoluitur, *l. qui accusare, C. de eden.*† Amplia in beneficialibus; quia possessor releuatur ab onere probandi, sed probatio incũbit actori. Bal. *cons. 335. Proponitur, quod, in pr. li. 5.*† Amplia; quia bastardus, &
incapax institutus in beneficio, si possedit per decẽ annos, præsumitur dispensatus. Vide, *Dispensatio non præsumitur. Concl.*
†Extende; quia si incapacitas opponitur possidenti beneficium,
quod sit bastardus, opponens probare debet: si vero quis petat admitti ad beneficium, & opponitur, quod sit bastardus, ipse petens debet probare se esse legitimũ. Ioan. Andr. *in c. insinuante, de regul. iur. n. 12.* sequitur Antonius de Butrio *in c. fin. de præsumpt. col. fin.*† Amplia; quia possessor non debet priuari per exceptionẽ
fructuum, nisi prius amoueatur à possessione, cuius cã percepit debet fructus. Anch. *cons. 197. Subtiliter, & ad plenum, in pr.*† Extende in ecclesia mutata in conuentualem; quia si soluens censum ex dotatione dicat non teneri; quia mutatio status ecclesiæ non potuit fieri, non auditur; donec constet, q̃ male sit mutatus status ecclesiæ. Anchar. *d. cons. 197. in pr.*† Extende; quia in cãsu
possidens debet manuteneri, donec de statu sit cognitum, alias de facili possessores amoueri possent; quia quilibet opponeret de statu. Anch. *d. cons. 197. in pr.*† Extende maxime, qñ actor
cipientis consensit. Anch. *d. cons. 197. in pr. n. 3.*† Extende maxime, qñ non interest excipientis, puta quia opponit de iure tertii, etsi sit excluſuum iuris agentis. Anch. *d. cons. 197. n. 2. & 3.*† Extende; quia in iudicio possessorio non admittitur exceptio nullitatis, quia
tuli possidentis, quæ requirit altiorem indaginem; quia debet manuteneri possessor. Anch. *d. cons. 197. n. 3. & seq.* vbi loquitur,
iam si exceptio respiciat nullitatem alienationis rei ecclesiæ cõtra possessorem; quia nõ priuatur sua possessione, & actione petitorio.† Amplia; quia possidens bona præsumitur dominus bonorũ, & qui dicit contrariũ, probare debet.† Extende; quia pecdit' etiã in defuncti possessione, quia defunctus præsumitur dominus bonorũ, quæ tenebat tẽpore mortis, & possidebat. Alex. *in l. fi. alienã. ff. solut. matr.* Guid. Pap. *dec. 442.* Bald. *cons. 351. vol. in fi.*
Alex. *in l. si à furioso, in fin. pr. ff. si cert. petat.* Soc. *cons. 228. n. 2. lib. 1. in fi.*
maritorum, vbi Salyc. *n. 8. C. ne vxor pro marito.*† Extende etiam in
debitore penes quem sunt bona, si possidet, præsumitur illorum dominus, & non creditur asserenti contrarium. Bartolus in *l.*
cui legatorum, §. *bonorum*, *versicul. formo vnam quæstionem, ff. in*
in possess. legat. & in l. à diuo Pio. §. si super reb. ff. de rei iud.† Et minuchi-
lia. &

lia, & massaritiæ repertæ in domo debitoris præsumuntur debitoris alio non docto, *l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito*, vbi Bal. Salyc. *l. clauibus, ff. de contrahen. empt.* Soc. *cons.* 128. *Iustissime, col.* 2. *v.* 75 *tertia conclusio lib.* 1. *& cons.* 131. *In præsenti, col.* 2. *eodem, lib.* 1.† Idem in bonis mobilibus repertis in domo defuncti; quia præsumuntur defuncti, *l.* 2. *C. de probat.* Alex. *in l. si à furioso, n.* 6. *ff. si cert. pet.* Guido Pap. *dec.* 442. & asserenti contrarium incumbit onus probandi; quia in rebus non præsumitur identitas. Iason *in l. seruus*, §. 1. *n.* 2. 76 *ff. de leg.* 1. *decis. Afflict.* 23.† Extende ; quia possessio inducit præsumptionem pro possessore, vt feudum præsumatur antiquum, quando agnatus possidet, & dominus agit, vt sit deuolutū, sicuti è conuerso, si dominus possidet ex deuolutione , præsumitur nouum contra agnatum agentem tanquam ad feudū antiquū; 77 quia probare debet. Alex. *cons.* 10. *Ponderatis, in pr. lib.* 3.† Amplia: quia existens in possessione eligendi si nulliter eligat, & electio cassetur propter formam non seruatam, *c. quia propter, de elect.* licet electus appeller, quando eligens non remanet pro illa vice priuatus; quia non dolose elegit, potest continuando suā possessionem aliam electionem facere; quia qui continuat, non attentat. Castr. *cons.* 347. *Formæ capituli, lib.* 1. *per tot.* vbi loquitur, qñ vnica electio est facta, secus si plures, quia vna cassata non eligit aliū. 78 †Declara, nisi esset priuatus pro illa vice, vt quia elegisset dolose non seruata forma, vel indignum. Castr. *d. cons.* 347. *per tot. lib.* 1. v. 79 bi videas.† Amplia; quia maximum commodum est habere viā 80 exequutiuam. Alex. *cons.* 101. *Visis, n.* 4. *v. & est magnum, lib.* 5.† Extende; quia maximum commodum est releuari ab onere probā- di, vel faciliorem modum probationis habere. Alex. *cons.* 101. *n.* 4. 81 *lib.* 5. Vide, *Possessio operatur multos effectus. Concl.* 428.† Limita; quia fauor, qui debetur possessori in pari causa, & in multis, procedit, quando possessio est ante litem, secus est si post litem cæptā; quia debet amoueri ; quia ius amouet. Rom. *cons.* 347. *Quoad artic. n.* 6. 82 allegat Rot. *in antiq. vt lite pend. dec.* 5. quæ est *in n.* 432.† Limita in sacramentalibus ; quia licet quis sit in possessione, & communi reputatione presbyteratus; tamen non conficit sacramentū, nec illa confert; & est ratio; quia non potest subesse falsum, *c.* 1. *de summa Trinit. in fi.* Fed. *cons.* 13. *col. fi. v. alias sequeretur* , vbi dicit idem de Episcopo, qui non esset Episcopus; quia non confert ordines. 83 †Aliam rationem addas vltra prædictam; quia cessat bona fides istius, qui est certus, quod non est sacerdos, neque Episcopus, ita videtur ad alium finem dicere Fed. *d. cons.* 13. *n.* 4. *in fi. v. item non obstat.* sed hæc ratio non est generalis ; quia etiam data bona fide 84 non confert.† Limita in institutione facta non seruata forma *c. fi. de elect. in* 6. quia non acquiritur possessio, vel quasi instituendi. Cald. *d. cons.* 236. *v. vnde licet, circa pr.* alias 15. *de præben.*

Possessio operatur multos effectus, & quos. Concl. 428.

1 POSSESSIO† bona fide habita operatur præscriptionem, & acquisitionem dominii, quando est longissima 30. vel 40. annorum sine titulo, alias secus. Doct. *in l. rem, quæ nobis, ff. de acq. pos-* 2 *sess.*† Amplia; quia possessio transfert onus probandi in aduersa- 3 rium, *c. sunt manifestæ, cum ibi not.* 12. *q.* 1.† Declara, nisi contraria præsumptio concurrat contra possidentem. Alex. *cons.* 24. *Attentis, in* 4 *fi. lib.* 3.† Amplia; quia bona præsumuntur possessoris, ideo exequutio facta de bonis penes debitorem existentibus præsumitur in bonis eiusdē, & qui dicit bona sua, debet probare. Mascard. 5 *concl.* 708. *Exequutio quando sit in bonis.* † Amplia ; quia in dubio possidens præsumitur dominus rei possessæ , nisi contrariū probetur. Bart. in *l. quidam in suo, ff. de cond. institit.* gl. *in l.* 3. *C. de probat.* & ibi Doct. præsertim, quando bona possessa posuit ad æstimum, & ipse soluit, vnde præsumitur pro eo , si contrarium non probetur. Doct. *in l. si pater C. de actio. empti.* Iaſ. late *in l. decem. ff. de verb.* 6 *oblig.*† Declara; quia quod dicitur, possessio, vel quasi iuuat in probatione iuris, procedit in possessione de præsenti, non autē in possessione de præterito. Castr. *cons.* 30. *n.* 2. *col.* 2. *v. secundo videndum, lib.* 2. Vide Bart. *cons.* 209. *n.* 4. *lib.* 1. qui dicit, quod si nuntius fecit exequutionem realem in re tertii, si tertius comparet, & docet possedisse tempore exequutionis, ipsi restituitur res capta in 7 exequutione.† Declara; quia possessor præsumitur dominus, qñ est reus, & tuetur rem à se possessam, secus, si ageret. Bar. *cons.* 209. 8 *Viso processu, n.* 4. *v. modo pone. lib.* 1.† Extende; quia expensæ factæ in fundo præsumuntur factæ ab eo qui possidet fundum , & qui præsumit contrarium, probare debet. Bart. *in l. cum seruus n.* 4. *ff.* 9 *de verb. oblig.* Vide, *Dominium quando, & qualiter præsumatur. Concl.* 607.† Amplia ; quia alimentatus præsumitur de bonis eius penes quem educatur, nisi probetur contrarium. Mascard. *conclus.* 716. *Expensa an probentur ex natura ipsa.* vbi plura similia, & quando secus.† Amplia; quia possessio operatur prælationem, prout in 10 emptotibus primo loco, & secundo loco; quia secundus præfertur primo, si habuit possessionem. *l. quoties, C. de rei vend.* Vide, *Vēditare duobus, præfertur emptor, cui res est prius tradita. Concl.* 64.† Am- 11 plia; quia possessio antiquior præfertur iuniori; quia iunior præsumitur clandestina. Vide, *Possessio quæ dicatur clandestina, vel non. Concl.* 412.† Amplia; quia possessor conuentus reali, licet desinat 12 possidere, potest condemnari, ac si possideret; quia dolose præsumitur desiisse possidere. Alex. *cons.* 96. *Visis in fin. lib.* 4. Vide, *Pos- sessionis commoda multa, & quæ Concl.* 427.† Amplia; quia qui possi- 13 det, si possessionem suam continuat, non attentat. Vide, *Inhibitio prohibet ea, quæ sunt facti, non quæ sunt iuris. Concl.* 140.

Possessio eiusdem rei non potest esse penes plures , & quando secus. Concl. 429.

POSSIDERE† non possunt duo eandem rem insolidum ciuili- 1 ter, & naturaliter, *l. possideri. §. è contrario. ff. de acq. possess.* Cald. *cōs.* 144. alias 5. *de caus. possess. l. si vt certo. §. duobus vehiculum, ff. commod.* †Ratio est; quia quod calcat pes meus, tuus calcare non potest, 2 *l.* 1. *ff. de acq. possess.*† Amplia; quia inter duos contendentes, & pro- 3 bantes de possessione ille præfertur, qui titulum habet cum possessione, Bal. *cons.* 420. *Verba principis, in fi. v. & si non constet. lib.* 1. Vide, *Interdictum retinendæ possessionis quale, & quibus detur. Concl.* 283. †Extende , vt si cessat titulus, ille præferatur, qui de antiquiori 4 possessione probat. Bal. *cons.* 420. *Verba principis n.* 5. *v. item præmittendum. li.* 1. imo in fi. videtur velle, quod antiquior possessio omnino præferatur, & si non constet de antiquiori, tunc titulus attendatur. Vide, *Iudex inter dubias probationes quid iudicare debeat. Cōcl.* 392.† Amplia, in tantum possessionem eiusdem rei non posse 5 esse insolidum penes duos , vt licet testes dicant, quod pater, & filius possederunt, intelligatur pro dimidia , sed pater possedit, prout est possessio vera, & ciuilis. filius vero habuerit quoddam ire, & agere. Bal. *cons.* 486. *Quidam d. Brasianus, in fin. li.* 1.† Amplia; 6 quia ne dum possessio licita nō potest esse insolidum penes duos de eadem re, sed neque possessio illicita, & detentatio asinina nō potest esse penes plures. Iaſ. *in l. Stipulatio ista, §. hoc quoque, n.* 2. *ff. de verb. oblig.*† Amplia in tantum duos non posse insolidum possi- 7 dere eandem rem , vt neque possint scribere , sed qui succumbit in iudicio retinendæ, seu *vti possideris*, non potest prætendere prescriptionem; quia possessio non est ciuilis, neque legitima. Abb. *cons.* 55. *In causa. in fi. lib.* 2. † Amplia, quod dicitur de possessione 8 quæ non potest esse penes duos insolidum, idem sit de dominio. Vide, *Dominium non potest esse penes duos, & quando secus. Concl.* 609. †Limita; quia diuersis respectibus duo possunt iure licito eandē 9 rem possidere. Oldr. *cons.* 257. *col. fi. n.* 41. *v. nec est inconueniens*, vbi loquitur de possessione ecclesiæ vnitæ mensæ Episcopali post obitum Rectoris moderni ; quia vterque possidet diuersis respectibus. Vide, *Possidere , & in possessione esse in quibus differant. Concl.* 404. Vide, *Possessio an procedat sine admiculo iuris. Concl.* 413.† Ex- 10 tende, nisi alter iure familiaritatis possideret, quæ nullum cōfert ius, *l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. possess.* Nam ille solus qui habet titulum, dicitur possidere, alii vero, qui simul cum eo habitant, licet percipiant fructus, dicuntur facere iure familiaritatis. Soc. *cons.* 70. *In præsenti consultatione. n.* 4. *& n.* 7. *lib.* 1. vbi, quod quando duo possident simul rem, quæ spectat ad alterum tantum, alter dicitur iure familiaritatis. Vide, *Possessio iure familiaritatis quæ, & quando dicatur. Concl.* 411.† Limita; quia vnus potest possidere eā- 11 dem rem totam naturaliter, alter totam ciuiliter, & sic diuersis respectibus. Ang. Areti. *cons.* 19. *Videtur omnino n.* 19. *& n.* 20. *v. aduertas tamen.*† Limita ; quia imo vnus potest possidere rem totam 12 naturaliter, & alter potest eandem rem totam possidere naturaliter, sed diuersis respectibus. Alex. *cons.* 99. *Visis, n.* 23. *v. nam licet. lib.* 5. vbi dat exemplum in emphyteuta; quia solum possidet naturaliter, & dominus ciuiliter, quod absens emphyteuta clandestine spoliatur, naturaliter corpore possidet, emphyteuta vero animo retinet naturalem.† Extende idem in dominio, quod es- 13 se non potest eiusdem rei insolidum apud plures , & tamen secus est diuersis respectibus. Vide, *Dominium non potest esse. Conclus.* 609. *supra allegata.*

Possessionum in concursu quæ præualeat. Concl. 430.

QVANDO† duo contendunt possidere certo tēpore, is præ- 1 fertur, qui probat specifice de possessione illius tēporis; quia specialis possessio præfertur possessioni in genere, probatæ. Bal. *cōs.*

267 *In causa Petri, ante med. v. præterea Petrus debuit probare. lib.* 3. Vide. *Interdictum retinendæ possessionis quale, & quibus detur. Concl.* 283.

2 Vide, *Possessio in concursu quæ præualeat. Concl.* 430. † Amplia; qa si vtraque pars prætendit possidere, illa, quæ melius probauit, debet obtinere. Bal. *cons.* 459. *Qualiter probentur n.* 2. *v. & redeundo, lib.*

3 3. quod duplicatur *cons.* 420. *lib.* 1. † Et dicitur melius probare in factis antiquis ille, qui habet probationes per instrumenta, quã per testes. Bald. *d. cons.* 459. *n.* 2. *v. sed quid est, lib.* 3. quod duplicatur

4 *lib.* 1. *cons.* 450. † Item probans de antiquiori possessione in pari probatione possessionis præfertur. Bald. *d. cons.* 459. *in fi. v. modo oportet, lib.* 3. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 420. & idem Bal. *cons.* 10. *In quæstione, circa fin. & per totum, lib.* 5. Alex. *cons.* 110. *Visis acutissimis, in pr. lib.* 1. *& cons.* 76. *in fin. lib.* 2. *& cons.* 71. *In causa & lite, n.* 9. *lib.* 7. & Iatius *cons.* 103. *Super eo, in pr. lib.* 7. vbi plena apostilla *in v. iustior,*

lib. 7. Vide, *Possessio quæ dicatur clandestina, vel non. Concl.* 412. † De-

5 clara, nisi possessio recentior sit extinctiua præcedentis, puta per titulum, vel longam possessionem. Bald. *cons.* 161. *Proponitur, quod,*

6 *n.* 2. *v. exitu apparet, lib.* 3. † Declara, nisi recentior possessio sit longæua, & præscripta; quia licet antiquior possessio probetur; tamẽ

7 secunda, & posterior non potest dici clandestina. Bal. *cons.* 20. *Su per primo puncto, n.* 6. *v. illud est sciendum, li.* 5. † Item, si cessat antiquior possessio, is, qui habet titulum, præfertur non habenti. Bald. *dict.*

8 *cons.* 420. *lib* 1. *in fi.* quod duplicatur *li.* 3. *cons.* 459. Cuman. *cons.* 158. *n.* 5. † Extende; quia etiam si solo possessorio sit actum, qui iustificat possessionem suam cum titulo, præferri debet. Bal. *cons.* 161.

9 *in fi. v. illud etiam, lib.* 3. † Item is, qui habet testes magis integros, in pari probatione præfertur. Bal. *d. cons.* 420 *in fi. lib.* 1. *& cons.* 459. *li.*

10 3. † In pari tamen causa probationis in concursu præfertur probatio rei possessoris. Alex. *cons.* 192. *In causa, & lite, in pr. n.* 1. *lib.* 2.

11 † Et in pari probatione possessionis si ambo habent titulum ab eodem, & ambo possident, titulus prior inducit, præsumptionẽ, quod etiam prius acceperit possessionem, quæ præsumptio trãsfert onus probandi in aduersarium. Alex. *cons.* 92. *Viso, & opportune, n.* 12. *v. quinimo, & cons.* 109. *Viso processu, n.* 6. *li.* 5. vbi q̃ nõ statur secundo emptori, si dicat se prius habuisse possessionem vertẽte

12 lite inter alios; quia est ad sui commodum. † Declara tamen; qa si omnino probationes sunt pares, si quidem sumus in interdicto *vti possideris*, iudex mandabit possideri, prout possident, si vult; si vero vult eligere quis possideat, potest hoc statuere in pari probatione. Bal. *d. cons.* 420. *n.* 2. *ver. or reuertendo, lib.* 1. quod duplicatur

13 *li.* 3. *cons.* 459. † Amplia; quia ille præfertur in possessione qui meliora iura habet super re, de cuius possessione contenditur. Ang.

14 *cons.* 373. *Visis instrumentis, n.* 2. *v. quarto, & vlt.* † Amplia; quia is, qui possidet, & per 40. annos pacifice possedit, præfertur antiquiori

15 possessori; quia tanto tempore antiquior perdit suam possessionem, imo decennio. Io. de Imol. *cons.* 111. *n.* 2. † Amplia; quia probans possessionem cum titulo præfertur possidenti sine titulo; quia possessio titulata quantumcunque iunior prefertur non titulatæ; quia magis dicitur iustificata per punctum rationis, *c. licet causam, de probat.* Bald. *in l. qui accusare. C. de eden. in vlt. not. col. fin.* Bart. *in l. si duo, col.* 2. *ff. vti possid. & in l.* 1. *C. eodem, & cons.* 121. *In quæstione d. Cioli, lib.* 1. Castr. *cons.* 104. *ad fin. lib.* 2. Alex. *cons.* 88. *col.* 4. *lib.*

16 3. *& cons.* 130. *lib.* 5. † Declara, nisi titulus proueniret à spoliatore,

vel vitioso possessore; quia tunc non releuat. Vide *in v. c. reinte-*

17 *grãda*, 3. 9. 1. *Concl.* 45. *v. amplia, quia imo etiam.* † Si vterque habet titulum illa præfertur, quæ firmiori, & antiquiori titulo munitur. Bart. & Alex. *in l. si duo. ff. vti possid.* Castr. *cons.* 104. *ad fin. lib.* 2. *& cons.*

176. *in fin. lib.* 1. Alex. *cons.* 130. *lib.* 5. quia origo iurium partium spe-

18 ctanda est, *l. qui possessionem. ff. de vi, & vi armat.* † Restringe, quando titulus proueniret lite pendente; quia talis acquisitio facta lite pendente in Publiciana præsumitur dolo, &

19 fraude facta, ideo non prodest. Alex. *cons.* 192. *In causa, n.* 4. *v. nõ obstat lib.* 2. † Declarat Alex. *d. cons.* 192. *n.* 5. *& seq. v. quia primo, lib.* 2. quia titulus in publiciana acquisitus, lite pendente non releuat, nisi sit verus titulus à vero domino; quia tunc bene excludit agẽtem publiciana; secus si esset titulus quæsitus ab vno, & possessio ab alio; quia inducit malam fidem, & impedit præscriptionẽ;

20 idem, si esset titulus ab extraneo, nõ domino acquisitus. † Qui in beneficialibus, quæ possessio præualeat inter plures contendentes de ea, infra *Concl.* 435. †

21 Amplia; quia in remedio *c. reintegranda, is*, qui probat de antiquiori possessione, debet obtinere, & quæ debeant probari, & quæ dicatur possessio, quæ turbatio,

quando duo contendunt possidere. Vide *c. reintegranda. Concl.*

45. supra allegata. Abb. *in c. si diligenti, n.* 17. *v. nunquid autem de præscr.* Socin. *in l. rem, quæ nobis, n.* 7. *v. quarto dubitatur. ff. de acq. possess.* Alex.

22 *cons.* 192. *In causa, & lite, in pr. v. probarunt etiam, cum seq. lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam in quocunque alio remedio possessorio; quia inter duos contendentes de possessionis præfertur, qui probat de antiquiori possessione, & data paritate debet obtinere. Doct. *in c. licet causam, de probat.* Bart. & Doct. *in l.* 1. *vi possid.* Curt. Sen. *cons.* 24. *Super eo, quod à me quæritur.* & Alex. *cons.* 103. *Super eo, in pr. lib.* 7. † Ratio est; quia habens recentiorem possessionem dicitur habere possessionem clandestinam, & eo ipso, quod scit adesse antiquiorem, dicitur constitutus in mala fide. Alex. *cons.* 192. *in pr. & per totum, lib* 2. maxime *n.* 3. *v. nec est verum,* † Restringe, nisi antiquior possessor cecidisset ex contractu, & voluntate sua, vt quia rem vendidit. Alex. *cons.* 203. *Super eo, n.* 6. 3. *in fine* infertur, *lib.* 7. † Amplia, quia is, qui possidet, nedum potest allegare antiquiorem possessionem suorum auctorum sed etiam aliorum, à quibus causam non habet ad excludendum actorem. Alex. *d. cons.* 192. *In causa, & lite. in pr. v. non obstat modo, lib.* 2. maxime *n.* 3. *v. nec est verum.* quod est Hieronymi de Torris. † Contrarium tenent Bart. *in l. Celsus. ff. de vsucapio. col. pen.* Ant. de Butr. *c. si diligenti, de præscript.* quos refert Alex. *d. cons.* 192. *n.* 1. *v. non obst. at modo, li.* 2. † Declara; quia contrarium procedit ad obtinendum in possessorio, ampliatio procedit in petitorio, vel in petitorio & possessorio simul. Alex. *d. cons.* 192. *n.* 1. *in fi. cum seq. v. quia primo respondetur, lib.* 2. item adducit plures pro ampliatione reprobando contrarium, vt ibi *n.* 3. *& seq.* quia dicit eo ipso, quod probatur antiquior, habens iuniorem dicitur in mala fide. † Limita in incorporalibus, quia vltima possessio præfertur antiquæ etiam cum titulo; quia attenditur vltimus status, ideo si, qui elegit, vel præsentauit ab immemorabili tempore ad beneficium, passus sit alium vltimo eligere, vel præsentare, sibi præiudicat in possessione; qa deueniente noua vacatione habens vltimam possessionem ex vnico actu confirmatam præfertur. Vide plene Io. de Sylua. *de benef. in* 2. *parte q.* 7. *per totam.* vbi latissime. Vide, *Probationes inter plures in concursu plenior præualet. Concl.* 798.

Possessio quibus actibus perdatur. Concl. 431.

POSSESSIO † perditur; seu præsumitur pro derelicta per renunciationem factam; ideo agenti spolio obstat exceptio spontaneæ renunciationis. Oldr. *cons.* 227. *n.* 5. *v. sed ad istud respondetur.* Vide, *Spoliatus à priuato ante omnia restituendus, & quando secus. Concl.* 385. † Amplia; quia possessio, vel quasi in corporalibus perditur ex negligentia, quando is, qui est in quasi possessione, scit alium iure suo præsentare animo spoliandi, & hoc patitur. Cald. *cons.* 143. alias 4. *de caus. poss. in fi.* † Amplia; quia perditur possessio, quando is, qui possidet, scit alium possidere auctoritate iudicis. Cuma. *cons.* 49. D. *Ant. circa med. v. & cum Matheus.* † Amplia; quia solo animo perditur possessio, & ideo si possidens in iudicio restificetur se ab alio possidere, & non pro se, amittit possessionem nomine proprio, ita quod non poterit velle vti possessione nomine proprio. Cuma. *d. cons.* 49. *per tot. Bal. cons.* 267. *In causa Turri, n.* 2. *v. in contrarium. lib.* 3. † Extende; quia imo confitens in iudicio se possidere nomine Titii, & non proprio nomine, si post confessionem continuat possessionem, acquirit Titio sequuta ratificatione Titii Bald. *d. cons.* 267. *in fi. lib.* 3. † Amplia; quia possessio ex constituto ciuilis, seu ciuilissima perditur, si debitor, qui constituit se nomine creditoris possidere, alienat bona aliqua; quia contra tertium non potest fieri propria auctoritate apprehensio, sed debet agere condictione ex lege, Bal. *cons.* 431. *Quidam creditor. n.* 5 *in fin. v. sque in fin. lib.* 3. Vide, *Constitutarius quando perdat possessionem, & qualiter recuperet eam. Concl.* 792. † Amplia, quia decennio perditur possessio, si possidens permittit alium possidere per decem annos, & tacuit. Io. de Imol. *cons.* 111. *n.* 2. vbi, quod sic. Et possessio per decem annos neglecta perditur alio possidente, ita acquiritur, & confirmatur possessio per 40. annos: Et quod negligentia decem annorum perdatur possessio. Gabr. *tit. de restit. spol. Concl.* 5. *n.* 22. & debet intelligi de possessione ciuili, quæ remanet penes eum, qui perdidit naturalem, vt post quam scitur, si negligit per decennium, perdat vtramque Castr. *cons.* 30. *col.* 2. *n.* 2. *secundo videndum, lib.* 2. plenissime Alex. *in l. si de eo, §. si forte. nu.* 4. *ff. seq. ff. de acq. poss.* vbi declarat. Abb. *cons.* 62. *In controuersia. col.* 8. *n.* 16. *in fin. v. nec in aliquo, lib.* 2. Alex. *cons.* 6. *Circa promissum, n.* 12. *& v. non obstat etiam, lib.* 3. plene *cons.* 33. *Viso processu n.* 4. *v. præterea. lib.* 6. Alex. *cons.* 94. *Visis, n.* 7. *v. quia respondetur.* vbi dicit magis communem, *lib.* 5 † Extende; quia possessio ciuilis perditur statim, quod habes illam potest naturalem recuperare, & negligit. Castr. *cons.* 54. *Videtur dicendum, lib.* 1. vbi idem dicit in tenutario, & *cons.* 400. *dicitur sapiens possessionem, quam amiserat. Concl.* 393. † Contrarium Abb. *d. cons.* 62. *col.* 8. *in fin. v. nec in aliquo, lib.* 2. allegat Bar. *in l. C. de seru. fugit.* † Declara; quia remittitur arbitrio iudicantis, quando negligentia perdatur possessio ciuilis per eum, qui negligit, cuperare

cuperare naturalem, quam amisit. Alex. *d.conf.6.num.14.v.possessio perditur,lib.3.* & ista fuit opin. Innoc. *in c.querelam, de elect.* & sequacium; quia cum dominium perdatur per decennium, ciuilis debet perdi minori tempore arbitrio iudicis; quia non agitur de
11 tam graui præiudicio. † Contra declarationem, quod imo requiratur tempus decem annorum. Alex. *d.conf.94.n.7.& seq.v.nec* * *obstat,si dicatur*, vbi dicit magis * communem & respondet ad Innoc. quod vt dominium perdatur decennio, requiritur titulus, & bona fides; quæ non requiruntur in peridditione possessionis ciuilis, & ideo nõ releuat solus lapsus decennii in perdendo do-
12 minio. † Declara; quia si ego perdidi possessionem meam naturalem, quam alius me absente occupauit, si scio occupationem factam, & patior non curans recuperare possessionem meam, illam statim perdo secundum aliquos, secundum alios illam perdo, si suspicor me posse repelli, sed si non suspicor me posse repelli, tunc continuo in retentione ciuilis meæ vsque ad decennium, neque ante priuatus sum ciuili mea, ita plene Alex. *cons.*
* *99.Visis.n.26.v.secundo respondeo*, vbi dicit communem * opinionẽ.
13 † Extende, seu declara, vt is, qui cum titulo, & bona fide, ignorãs habere à spoliatore decem annis præscribit, vt spoliatus non agat contra eum, si fuit præsens & 20. inter absentes, vt declarat Menoch. qui alios citat, & distinguit tres casus *de recuper.15.remed. n.415.& seq.* vbi, quod spoliator nunquam præscribit, is autem, qui est bonæ fidei per 30. annos, & qui habet titulum decem, vt
14 ibi, *n.425.* † Extende, quia imo illam perdit, quando amissa naturali suspicatus est se posse repelli, vel debuit suspicari. Alex. *in l. quod meo.§.fin.n.2.ff.de acq.poss.* Ias. *in l.clam possidere.§.qui ad nundinas nu.32.& 33.ff.eod.* Abb. *cons.62. In controuersia. col 3. circa fin.v. in*
15 *duobus enim casibus,lib.2.* † Declara tamen, vt ecclesia, vel minor nõ perdant possessionem spatio decem annorum, sed in Ecclesia
16 requirantur 40. anni, vt Menoch. *d.remed.15.recuper.n.427.* † Cõtrarium, quod imo etiam Ecclesia licet præscriptione non lædatur, nisi spatio 40. annorum, bene perdit possessionem, quã negligit penes alium per decem annos, vt concludit Soc. *cons.266.*
17 *n.19.& 20 lib.2.* † Extende; quia negligens suam possessionem, quam scit alium accepisse, per decem annos, illam perdit tanto spatio, & ideo licet actio spolii non præscribatur, bene perditur possessio, ita Soc. *in l.rem, quæ nobis.ff.de acq.poss.n.8.v.tertio, & vltimo infertur.* Neuiz. *cons.79.n.24.* plenissime Gabriel. *de restit.spol.*
18 *Concl.5.n.22.v.tertio limita.* † Declarat Neuiz. 21. procedere, quãdo
19 scuit ab alio occupatam, alias non. *d.cons.79.n.34.* † Extende; quia possessio ciuilis perditur decem annis, ideo si fiat confiscatio bonorum emphyteuticorum ecclesiæ, & fiscus capiat possessionem, & ecclesia negligat per 10. annos, perdit ciuilem. Soc. *d. cons.266.n.19.& 20.lib.2.l.furtum.§.fundi.ff.de vsucap.* Alciat. *reg.2.*
20 *præsumpt.21.n.11.* sequitur Gabriel. *d.Concl.5.de restit.spoliat.num.22.* † Declara; quia bene competit ecclesiæ, vel minori officium iudicis, quod potest implorari intra quadriennium, intra quod
21 datur restitutio ad id, quod est perditum, non vltra. Soc. *d. cons.* *266.n.20.& seq.lib.2.* Gabriel. *d.Concl.5.n.23. de restit.spol.* † Contra prædicta vide omnino Benintend. *decis.10.per totam*, vbi, quod si quis negligat per decem annos possessionem suam, illam perdit, sed non perdit actionem quæsitam, vt recuperet, quæ durat 30. annis: item dicit, quod nõ dicitur perdidisse negligentia sua, sed potius facto iniusto capientis possessionem alienam, ideo nõ
22 priuatur remedio iuris. † Declara igitur secundum Menoch. *d.re-*
23 *med.15.recuper.n.405.& seq.* vt supra in prima extensione. † Declarat Alex. vt per decem annos neglecta perdatur, sed tamen est arbitrarium iudici etiam minori tempore, quando scio occupatam ab alio, & permitto, vide eum *d.l.si de eo.§.si forte*, vbi limitat
24 tribus modis, quibus minori spatio. *ff. de acq.hæred.* † Amplia; quia possessio rerum mobilium perditur magis de facili, quam pos-
25 sessio immobilium, *l.si rem mobilem.ff.de acq.possess.* † Extende; quia colonus vel procurator interuenerit possessionem domini alteri
26 *ratov.* † Amplia; quia possessio perditur per actum contrarium ei, per quem fuit acquisita; ideo sicut acquiritur possessio passus, & transitus per appositionem barcæ in flumine ad passandum; ita perditur per amotionem dictæ barcæ. *l.quamuis saltus.ff.de acq.pos-*
27 *sess.* Castr. *cons.30.col.2.v.secundo videndum,lib.2.* & hoc, si fuit remota ab eodem, qui posuit. † Extende, vt procedat, etiam si res fuit ab alio remota, vel deuastata sine consensu eius, qui apposuit animo acquirendi possessionem; quia statim facta remotione perditur naturalis, & si postquam sciuit, non apposuit, vel non repo-
28 suit per decem annos, censetur perdidisse etiam ciuilem possessionem. Castr. *cons.30.col.2.v.si veroper alium,lib.2.* † Extende, vt procedat, etiã si is, qui apposuit barcam, vel catariam in loco animo acquirendi possessionem, longissimo tempore præscripsisset; qa adhuc per remotionẽ perdit possessionem, & ius; quia extinguitur in totũ, nisi reponat, maxime, qñ appositio esset in loco publico, in quo non cadit præscriptio, & si caderet ius retinendi, per amotionem extinguitur, vel illico, vel intra annum, vel intra biennium. Castr. *d.cons.30.n.2.in fi.v.nec potest dici, lib.2.* † Amplia; 29
quia possidens si conueniatur rei vendicatione, & neget se possidere, propter mendacium perdit possessionem, quæ transfertur in actorem, *l.fi.ff. de rei vend.* Vide, *Mendax punitur pro mendacio multis modis. Concl.188.* † Declara, nisi negatio sit dubia, quia de- 30
bent verba interpretari secundum mentem proferentis, qñ sunt dubia. Rom. *cons.157. Honorabilis,in fi.v.dicitur vlt. mo.* † Restringe, 31
qñ negatio est sine dolo, & culpa; quia tunc negans non perdit possessionẽ. Alex. *cons.35.In cã. & lite,in pr.li.5.* vbi apost. *in v.dolo*, dat concor. & iterũ *n.6.v.confirmo prædicta.* † Restringe in minore; 32
quia restituitur aduersus negationem, & assignatur noua dilatio ad respondendũ. Alex. *d.cons.35.in pr.lib.5.* † Restringe; quia si cõ- 33
finia specificata per actorem non sunt vera, vel vna sola demonstratio ex specificatis non conueniat, licet aliæ conueniant, negans non priuatur; quia non est in dolo. Alex. *d.cons.35.n.2.& seq.v.secundo præsuppono,lib.5.* vbi apost. *in v.pœnis*, dat concor. † Re- 34
stringe, quia vt negans condemnetur ad tradendam possessionẽ, debet allegari, quod dolose, vel ex culpa negauerit se possidere, alias non procedit libellus. Alex. *d.cons.35.in fin.lib.5.* † Am- 35
plia: quia possessio perditur, qñ possidens suspicatur se posse repelli, & non est in re, qñ alius armata manu capit possessionem alio sciente, secus si esset actu in re ipsa is, qui deiicitur. Castr. *cons.* *253. Ad confirmationem, in pr.lib.1.* Abb. *cons.62. In controuersia, col.3. in fi.v.in duobus,li.2.* † Extende, quia regulariter is, qui perdidit na- 36
turalem, & retinet ciuilem, vt quia clandestine naturalis capta fuit, & statim non recuperat naturalem longo spatio censetur pdere etiam ciuilem, videlicet per decennium, non autem per minus tempus. Abb. *cons.62.col.8. in fi.v.nec in aliquo, n.16.li.2.* vbi allegat Bart. *in l.1.C.de seru.fugit.* quem dicit facere magnum festum de hoc. † Extende idem, qñ clandestine capta est naturalis. & ne- 37
dum non recuperat statim, sed suspicatur se posse repelli, & ideo non curat recuperare; quia perdit etiam ciuilem. Castr. *cons.54.* *Videtur dicendum,n.3.lib.1.* & plenius *cons.400. Antequam iura. n.3. v.quarto,lib.1.* vbi, quod perdit ex pusillanimitate, & concor. Soc. *cons.47. Primo præsentis v.postremo;lib.1.* Corn. *cons.48. Præsupponitur, n.3.lib.4.* vbi, quod si non timet se posse repelli, sed timet de persona. † Extende; quia multo magis perditur possessio, qñ posses- 38
sor venit, & non fuit admissus per violentiã. Abb. *d.cons.62.col.3. in fi.lib.2.* † Amplia; quia expulsus vi, siue ipse, siue eius officiales, 39
Vicarii, & castellani, quorum opera quis terram, castrũ, vel ciuitatem possidebat, perdit possessionem omnem naturalẽ, & ciuilem, etiã si ignorasset suos officiales esse expulsos, Alex. *cons.94.* *Visis, & sapius.in pr.lib.5.* † Et ideo si Vicarius Episcopi etiam ab- 40
sente, & ignorante Episcopo deiicitur, Episcopus perdit suã possessionem, quam retinebat Vicarius expulsus. Alex. *d. cons.94.in pr.lib.5.* † Declara; quia imo possessio ciuilis non perditur, qñ do- 41
minus est absens, nisi lapso decennio. Alex. *d.cons.94.n.6.& seq.v.* * *secundo potest responderi, lib.5.* vbi *n.7.* dicit magis * communem. Vide omnino Soc. *Reg.19. Possidens*, vbi quod imo si is, qui possidet pro alio, deiicitur, ita perdere facit possessionem naturalẽ, & ciuilem, sicut si sponte possessio traderetur: limitat in ecclesia & fisco, & qñ possessio sub conditione traderetur, vide eum. † Am- 42
plia; quia possessio perditur per inundationem aquarum, *l.3.§.* *Labeo.ff.de acq.poss.* Alex. *cons.57.In causa, & lite,n.6.v.Tutius etiam, li.* 43
7. Vide, *Alueus quid. Concl.319.n.14.& seq.* † Extende; quia per vsũ piscandi etiã per 40. annos non acquiritur possessio terreni subtus aquas *l.si ager in v.nec piscando ff.quib.mod.vsusfruct.amit.* Alex. *d.* *cons.57.n.6.v.tutius,lib.7.* † Extende; quia si vallis, vel lacus crescit, 44
ita qꝙ inundat terrena vicinorũ, licet domini vallium continuent aquas, non tñ acquirunt dominiũ bonorũ inundatorum, sed remanet antiquis dominis, qñ valles, & lacus sunt priuatæ, secus si publicæ; quia tunc antiquus dominus perderet etiã dominiũ iure alluuionis. Alex. *d.cons.57.n.9.& 10.v.præterea consuetudo,lib.7.* vbi, qꝙ reputãtur priuatæ; qñ sunt reipublicæ, vel Principis, & nullus potest piscari; publicę sunt, qñ vsus est publicus omnibus. Vi- 45
de, *Quasi possessio ex quibus perdatur, vel conseruetur. Concl.37.* † Limita multis casibus, de quibus in Conclusione proxime sequente.

Possessio quibus actibus non perdatur. Concl. 432.

POssessio † nõ perditur per sententiam latam, nisi facta exe- 1
quutione; quia actus iuris ciuilis non possunt tollere ea, quæ sunt facti. Oldr. *cons.227.n.5.v.sed respondetur.* † Amplia; qa possessio, seu quasi eligendi, vel præsentandi, quã quis habet, nõ perdi- 2

tur ex sententia, quæ cassat vltimam electionē, vel præsentationē factam, nisi ius eligendi, vel præsentandi alteri adiudicet. Cald. *cons.142. circa fi.* alias 3. *de caus. poss. v. quod secus esset.* Vide, *Quasi possessio præsentandi ex quibus perdatur, vel conseruetur. Concl.37.*† Declara præcedentia; quia imo ex sententia lata super iure patronatus, & eligendi, & aliis incorporalibus, tollitur, & perditur quasi possessio, quādo illud ius adiudicatur alteri, quam possessori. Cald. *d. cons.143. in fi.* alias 4. *de caus. poss.* Vide, *Possessio quibus actibus perdatur. Concl.* 431.† Amplia; quia ad hoc, vt possessio perdatur, requiritur quod is, qui capit possessionem, habeat animum capiendi, & possidendi pro se, & quod alius, qui possidet, tradat, vel quasi tradat possessionem, aut quod iudex declaret capientem solemniter possessorem; quia alias possessio non perditur. Bal. *cons.* 267. *In causa Petri, in pr. lib.* 3.† Amplia; quia rebellio subditorum non priuat dominum sua possessione nisi dominum expellāt de territorio, vel nisi eum caperent, & deponerent in carcere. Alex. *cons.94. Visis & sepius n.3. v. rebellio subditorum, lib.5.* vbi apost. Vide, *Rebellis pœna multiplex. & quæ. Concl.* 45.† Extende; quia neque populus potest sibi assumere dominum vel rectorem perpetuum, expulso, vel non admisso alio, qui dominabatur Alex. *d. cons.94. n.3. & 4. v. nec etiam, lib.5.*† Declara forte, quando possessio esset vacans; quia qui possessionem vacantem apprehendit, neminē spoliat, neque delinquit, sic videtur innuere Alex. *d. cons.94. n.4. & seq. v. sed præmissis, lib.5.* Vide, *Possessio vacans potest capi impune a quocunq;. Concl.* 408. Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Possessio bonorū ecclesiæ penes quos existat. Cōc. 433.

1 PRÆLATVS† ecclesiæ bona possidet nomine ecclesiæ, non autem nomine suo secūdum magis * cōem opinionem, de qua
2 Alex. *cons.81. Lecto. n.17. v. attento, quod, lib.3.*† Extende in tantum esse verum, quod ecclesia possideat, & non rector beneficiatus, vt licet ecclesia vacet, & possessio ecclesiæ dicatur vacare, non tñ vacat possessio bonorum ecclesiæ. Natta *cons.562. n.11. & seq.*

Possessio, seu receptio canonicalis qualiter facienda. Concl. 434.

1 POSSESSIO† canonicatus & præbendæ debet capi, & recipi capitulariter, quando receptio est iuris, puta quia Papa mādat, quod recipiant in canonicū, & conferant ius canoniæ, & tūc excommunicati non confentunt, neque interueniunt. Fed. de Sen. *cons.290. n.6. v. sequitur modo videndum.*† Amplia; quia receptio iuris, quæ habet vim collationis, non potest fieri, nisi vocatis absētibus, & capitulariter, secus in receptione facti, vt in traditione possessionis prouiso. Gemi. *cons.84. num.10. v. duplex est receptio,* vbi declarat duplicem esse receptionē canonicorum, aliam iuris, aliā
3 facti.† Limita in possessione, & receptione facti, puta quando Papa creauit canonicum, vel contulit canonicatum, & præbendā, & mandat illum de facto recipi, quia tunc singuli canonici etiam non capitulariter, etiam excommunicati, recipiunt. Fed. de Sen. *cons.290. n.6. in fin.* vbi, quod exequutores curiales ita seruant. Gemin. *d. cons.84. n.10. v. quia si loqueretur.* allegat Innoc. *in c. eam te, de reser. & in c. bonæ. el. secundo. de postul. prælat.* vbi Ioan. Andr. super gl.† Contrarium, quod imo semper requiratur capitularis
4 traditio possessionis; quia debet necessario assignari stallus in choro. & locus in Capitulo, & non intelligitur de verbali, sed actuali assignatione. Rom. *cons.482. In casu præmisso, in pr. n.2. & seq.* vbi declarat, nisi assignatio fieret in re præsenti solo verbo, quia dicitur realis, & dat plura exempla, ex quibus possessio capitur, quādo res est præsens, sola verbali traditione, seu apprehēsione.

Possessores beneficii inter plures quis præferatur. Concl. 435.

1 QVANDO† beneficium possidetur à pluribus, quis præferatur ex pluribus, puta quia vnus apprehendit possessionem bonorum, alius possessionem ecclesiæ, & tertius possessionem campanilis. Vide Bal. *in l.1. ff. de offic. præfect. August. & in Rubr. de rerum diuis. ad fin.* Vide, *Possessio in concursu quæ præualeat. Concl.* 430.

Possessor beneficii non potest amoueri sine citatione, & quomodo. Concl. 436.

1 POSSESSOR† beneficii non potest amoueri, nisi citetur personaliter, vel per edictum publicum, & in Ecclesia, de qua agitur, appositum. Cald. *cons.130.* quod est vltimum. *de iud. & foro cōper.* & duplicatur *cons.136.* alias 4. *de dilatio* vbi loquitur de iniusto
2 possessore.† Contrarium, quod imo possessio non fit tradenda, nisi citatio fiat nominatim de possessore, qñ sciri potest, & est certus, videtur tenere Zab. *cons.74. n.2. & seq.* vbi, quod proclama
POSTHVMVS † hæres institutus indefinite, intelligitur de quocunq; posthumo nascituro; ideo si plures nascantur post talem institutionem; valet institutio; quia nomen singulare vertitur in plurale. Bal. *cons.* 14. *Punctus talis est, in pr. v. passus iste dubius, lib.* 3. Vide, *Venter vxoris. Concl.* 78. supra allegata in Conclusione precedenti. † Amplia, vt procedat etiam in casu dubio; quia testator de omni posthumo censetur intellexisse, *l. si quis ita, §. si quis filio, ff. de testam. tutel.* Bal. *d. cons.* 14. *v. quandoque dubitatur, lib.* 3. † Restringe, nisi coniecturæ arguant contrarium, vel rectus sermo repugner, nam si testator dixit; *posthumum nascituru instituo in libris* 200. *si erit fœmina,* tunc de primo censetur intellexisse; quia iniuriosũ esset libras 200. quæ pro posthumo relinquuntur seruire inter plures. Bal. *dict. cons.* 14. *per tot.* maxime *circa fi. lib.* 3. vbi est casus. † Amplia; quia appellatione posthumi venit iam natus, quem testator ignorabat esse natum. Castr. *cons.* 409. *Casus iste, in fi. lib.* 2. vbi apost. † Extende; quia si pater instituat posthumum ex vtre vxoris prægnante, licet non sit prægnans, sed inde ad plures annos nascatur filius, substinetur testamentum; quia testator ignorauit prægnantiam. Castr. *d. cons.* 409. *in fi. lib.* 2. ideo non dicitur præteritus; quia omnis interpretatio fit, vt actus valeat. † Declara; quia proprie posthumus dicitur natus filius post mortem patris, quasi natus posthumatum patrem, alii vero impropriè dicũtur posthumi, prout natus post factum testamentum à patre. Alex. *cons.* 142. *Circa primã, n.* 15. *v. & per hoc pater, lib.* 2. † Amplia; quia legitimatus ad instantiã patris æquiparatur posthumo; ideo sicut posthumus natus post testamentum, de quo non est facta institutio; ita etiam filius legitimatus rumpit testamentũ, si in eo non est institutus. Abb. *cons.* 86. *In quæst. lib.* 1. Cast. *cons.* 30. *n.* 4. *lib.* 1. Anchar. *cons.* 401. *n.* 4. Vide, *Legitimatio facit legitimatum vere legitimum, & quando secus, & quid conferat, vel non. Concl.* 216. † Extende idem in ficto filio, prout in monasterio, vel filio adoptato; quia isti rũpunt testamentum patris, si non sunt instituti. Abb. *d. cons.* 86 *n.* 2. *lib.* 1. † Limita, quando institutio est testricta ad certum posthumum, veluti si dicat posthumus, qui in vtero vxoris est; quia non extenditur ad alios natos in alio partu; quia erunt præteriti. Bald.

10 *d.conſ.14.n.1.ver.quandoque teſtator,lib.3.* †Limita, quando adeſſet clauſula codicillaris; quia operatur, quod hæredes poſthumi præteriti ab inteſtato teneantur reſtituere ex fideicommiſſo. Bald. *d.conſ.14.in ſi. lib.3.* vbi dicit hoc procedere, ſi inter liberos eſt facienda reſtitutio, aliàs ſecus.

Poſterorum appellatione qui veniant. Concl. 455.

1 POSTERORVM †appellatione de iure communi veniunt omnes deſcendentes tã maſculi, quam fœminæ, *l. quod iis verbis, in ſi.ff.de leg.3.iuncta l.cognoſcere.§.2.ff.de verb.ſignific.* Anto.de Butr. *conſ.9.in pr.* & ibi Caball.in apoſt.*v.poſteritatis*, vbi citat Tiraquel. *de retract.lignag.§.1.gl.9.n.238.* Vide, *Progenies quid ſit, & comprehen-*
2 *dat.Concl.891.* †Reſtringe, vt non procedat, ſi communis vſus loquendi eſſet contrarius, quod ſolos deſcendentes maſculos cõprehenderet, prout ſi extat ſtatutum, quod filiæ fœminæ non ſuccedant, ſed maſculi ſoli, qui teneantur fœminas dotare, vt eſt Piſtorii, & quaſi per totam Italiam, ne hæreditates familiarum ad extraneos transferantur, ita Ant.de Butr. *d.conſ.9.in prin.ver.in contrarium*, vbi loquitur in fideicommiſſo, in quo inſtituit teſtator maſculos, & prohibuit alienari; quia vult, quod hæreditas ſua ad poſteros, & ſucceſſores deueniat, vbi, quod ſi illa verba con-
3 iunctim accipiantur, *poſteros, & ſucceſſores*, res eſt clariſſima, & ibi apoſt, in *ver.loca.* & rurſus in *ver.communi vſu.* † Reſtringe in priuilegio; quia maſculi ſoli continentur. Ant.de Butr. *d.conſ.9.in pr.*
4 † Reſtringe in immunitate conceſſa Titio, & poſteris; quia ſoli deſcendentes maſculi comprehenduntur, *l.1.§.1.ff.de iure immunit.* Ant.de Butr. *d.conſ.9.in prin.* vbi apoſtilla Caballini in *ver.l.1.§.ſin.* vbi dicit, quod iſtud eſt; quia immunitas eſt contra publicam vtilitatem; ideo reſtringitur.

Poſteros ſuos extraneis præferre voluiſſe præſumitur teſtator. Concl. 456.

1 NEMO †præſumitur voluiſſe in ſua ſucceſſione extraneos præ-
2 ferri debere poſteritati ſuæ, *l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.* † Et eſſet abſurdum, quod penitus extranei deberent præferri con-
3 iunctis, ſeu poſteris teſtatoris. Rom. *d.conſ.438.In cauſa, n.15.* † Declara, niſi ipſe teſtator aliquem extraneum expreſſe prætulerit
4 poſteris ſuis in aliquo caſu. Rom. *d.conſ.438.In caſu conſultationis, in pr.* maxime *n.2.* † Magis dilectus ſemper in dubio præſumitur magis honoratus, in tantum, vt abſurdum ſit dicere contrarium, quod declara, vt in *v. Abſurdum quid ſit, & quando dicatur. Concl.65.*
5 † Paritas gradus paritatem amoris præſumpti inducit, *l.non ſolum.*
6 *§.de vno.ff.de ritu nupt.* Rom. *d.conſ.438.n.55.* † Odioſum ſibi, non eſt veriſimile, quod quis velit honorare, *l.Lucius.§.Lucius Titius Damam.ff.de leg.2.* per quem tex. ita Rom. *d.conſ.438.num.6.in fin.ver. quod autem ea generalitas.*

Poſtulatio, & nominatio Prælati facta Papæ non poteſt reuocari, & quid operetur. Concl. 457.

1 POSTVLATIO † Prælati facta Papę, vel alteri ſuperiori deuoluit
2 negotium, ita quod non eſt locus pœnitentiæ. *cap.bonæ, el ſe-condo, v.nec nocebat, de electio.* † Et poſtulatio licet ſit admittenda ex gratia; tamen ſi concorditer fiat, infertur iniuria, ſi ſuperior illam non admittit. Alex. *conſ.80.n.12.v.ad textum, lib.1.* vbi, quod datur
☞ appellatio. Vide, *Gratioſa quædam à principio quando efficiantur de iu-*
3 *ſtitia. Concl.72.* † Amplia, vt idem ſit in nominatione facta; quia
4 eadem ratio militat. Calde. *conſ.51. An nominantes*, alias *5.de elect.* † Limita in nominatione facta in tractatu electionis; quia ab ea ante præſentationem factam ſuperiori licitum eſt recedere. Calder. *d.conſ.51.* alias *5.de elect.in fin.*

Poſtulari qui poſſint, & poſtulatio debet fieri à maiori parte, & capitulariter. Concl. 458.

1 POSTVLARI † poteſt Frater ordinis Minorum ad Eccleſiam Epiſcopalem, & Metropolitanam, *cap.quorundam, de elect.in 6.* Card. Zabar. *conſ.36.in pr.* vbi, quod etiam poteſt eligi, ſed intel-
☞ lige, dummodo eligatur ſine diſcordia alias ſecus. Vide, *Electio*
2 *quid ſit, & quid importent verba eligere. Concl.59.* † Poſtulatio facta à non maiori parte Capituli poteſt reſpui à ſuperiore, & non fit a-
3 liqua iniuria poſtulantibus, *cap.poſtulationem, de poſtulat.pralat.* † Secus, ſi poſtulatio fiat à duabus partibus ex tribus Capituli, ple-
4 ne Rom. *conſ.330.Circa primum, n.20.v.poſtremo.* † Declara tamen, quod ſicuti electio debet fieri capitulariter, in tantum quod ſi erit maior pars, quando facientes maiorem partem accedunt poſtea; quia talis conſenſus nihil operatur, niſi quia tollit contemptum; ita etiam in poſtulatione. Rom. *d.conſ.330.col.pen.num.20.ver.nec refragatur.*

Poſtulatus ante admiſſam poſtulationem priuatur, ſi adminiſtrat, & qui eum permiſerunt adminiſtrare. Concl. 459.

POSTVLATVS † ſi ante admiſſam poſtulationem recipit admi-
1 niſtrationem Eccleſiæ ad quam fuit poſtulatus, priuatur omni commodo, & iure poſtulationis. Rom. *conſ.330.col.pen.n.21.ver. quoad vltimum.* † Extende; quia imo poſtulantes, qui talem poſtu-
2 latum admiſerunt ante admiſſam poſtulationem, priuantur iure ſuo pro illa vice, & fit deuolutio ad Papam, & Sedem Apoſtolicam. Rom. *d.conſ.330.n.21.& 22.* † Extende; quia non excuſatur à pœna, etiamſi fuit admiſſa nulliter ab eo, qui non poterat, quia de cretum nullum non excuſat. Rom. *dict. conſ.330.num.22. cum ſeq.v.nec ipſum poſtulantem*, vbi apoſt. in *v.nullum* dat conc.

Potentia, & poteſtas multiplex, & de qua intelligendum ſit. Concl. 460.

POTENTIA † alia eſt poteſtatiua, vt quando aliquid eſt in pote-
1 ſtate eius, qui debet facere, & tunc verba intelliguntur cum effectu. Bald. *conſ.377. Quæſtio ſubtilis eſt, n.4.v.ſed reſpondeo, lib.3.* † Regulatur autem poteſtas ſecundum deducta ad actum; dicol. cet quis poſſit aliquid ſimpliciter, & abſolute, tamen ſi facit determinato modo, debet reſtringi ſecundum modum determinatum à voluntate. Bal. *conſ.51. Generali ſtatuto, nu.5.lib.5.* † Aliàs potentia, quæ abſolute ponitur, & ſignificatur, & tunc propoſitio diſponens, vel loquens de poteſtate, vel potẽtia debet intelligi de poſſibili, & quæ naturaliter poteſt euenire. Bald. *d.conſ.377.n.4.v.quandoque ſignificat, lib.3.* † Idem, ſi propoſitio de poſſibili profertur ab homine; quia intelligitur de poſſibili ſecundũ naturam illius actus, de quo profertur. Bal. *d.conſ.377.n.4.lib.3.* vbi loquitur in inſtitutione facta de poſthumo, ſi naſceretur, & ſuccedere poſſet teſtatori, vt intelligatur ſecundum naturam inſtitutionis, videl. poſt mortem teſtatoris; quia iſtud eſt de potentia ſecundum naturam teſtamenti. † Idem in compromiſſo facto de omnibus litibus, quæ oriri poſſent inter compromittentes, vt intelligatur de potentia, quæ de iure fit, non de iniuriosa; ideo non extenditur ad bona fideicommiſſaria, in quibus de iure inter compromittentes non poteſt cadere controuerſia. Bal. *conſ.191. In teſtamento Rolandi, n.3.v.porro illud verbum, lib.2.* ſequitur Soc. *conſ.283. Elegãter, & iuridice, n.6.v.vnde conſuluit Bal. lib.2.* † Poteſtas enunciata debet intelligi de libera, nõ de periculoſa; quia quod poſſumus cum periculo, nõ poſſumus libere. Ang. *conſ.290.Illa eſt tale, n.7.v.ideo dicunt Doctores.* † Item non poſſumus id, quod ſine verecundia, vel dedecore non poſſumus. † Item, quod non fit dicitur fieri poſſe; ſecus ſi contra ius fiat; quia non poſſumus facere contra ius. Abb. *conſ.43. Videtur primo, n.2.lib.1.* & ideo non præſumitur velle, quod de iure nõ poteſt. Alex. *conſ.122. Viſo-*
cto, n.4.& ſeq.v.ſed iis non refragantibus, lib.4. † Et propterea collegium ſtatuens; quia non poteſt ſtatuere, niſi contra illos de collegio, non præſumitur voluiſſe ſtatuere contra aliud collegium, quia etiam ſi voluiſſet, non potuiſſet. Alex. *d.conſ.122.n.4.v.non refragantibus, lib.4.* † Et verba ſtatuti quantumcunque generalia, & vniuerſalia non comprehendunt ea, quæ non potuiſſent cadere ſub verbis generalibus. Alex. *conſ.123. Scripſit, n.6.& ſeq.lib.4.* quod eſt Barbatiæ. † Sic ſtatutum laicorum, quod cuſtos damnorum teneatur capere malefactores, non poteſt capere ſine dubio clericos; quia non ſunt de iuriſdictione laicorum. Alex. *d.conſ.123. lib.4.* vbi *n.8.* extendit, etiamſi verba eſſent generalia apta comprehendere clericos, vel non ſubditos; quia dicerent, *omnes cuiuſcunque gradus, ordinis, & conditionis exiſtant*, quia debent intelligi de ſubiectis. † Idem non poſſumus id, quod honeſte, & commode non poſſumus. Ang. *conſ.290.col.ſi.v.hoc etiam probatur.* Rom. *conſ.464. Dum ſecundo, n.6.* Et verba quantumcunque vniuerſaliter ſtringuntur, vt ſalua ſit honeſtas concedentis. Vide, *Verba ſtatu-*
ſalia reſtringuntur ſecundum honeſtatem. Concl.136. † Item non poſſumus id, quod nimio pretio, & exceſſiua ſolutione conſequebamur. Ang *d.conſ.290.num.8.& 9.ver.ſed quatenus augmentum.* vbi quod Ianuenſes non dicuntur habere poteſtatem nauigandi in gulpho Venetorum ſecundum capitula pacis, ſi nimis grauarentur in exactis.

14 in exactione gabellarum. † Item regula generalis, q̃ in omni dispositione, qua quis obligatur ad aliquid voluntarium, vel etiam necessarium faciendũ, pro modo facultatis suę debet mensurari, late Rom. *cons.* 364. *per tot.* vbi obligatus ad eleemosynam iuxta facultates suas pro consequendo Iubilæo, intelligitur, dummodo ipse, & familia sua non egeant, item obligatus soluere procurationem Episcopo visitanti, intelligitur, dummodo non egeat præstans; ita etiam pater tenetur dotare filiam, dummodo ipse non egeat; quia in omnibus ineſt clauſula, ſecundum facultatẽ conditionem perſonarum, numerum filiorũ, & in ſumma; quia inquit, non possumus, quod cõmode & honeste non possumus.

15 † Posse dicitur, qui potest sine adiuncto; ideo vbi requiritur adiunctus, non dicitur quis posse. Ang. *cons.* 61. *Quæritur, & quæstio, in fi. v. nec obstat*, vbi loquitur in officiali, qui non potest sine consuli-
16 bus, vt dicatur non posse. † Idem in administratore beneficii, qui
17 non potest sine capitulo, non dicitur posse. Ang. vbi supra. † Idẽ
18 in tutore, vel curatore, qui non potest solus. Ang. vbi supra. † Idẽ in adulto, qui non potest sine decreto; quia dicitur non posse, ex
19 quo non potest solus. Angel. vbi supra. † Potestates duæ sunt in terra à Deo prouenientes, & distinctæ; maior, quæ est sacra, & sacerdotalis; minor, quę est secularis, seu imperialis. *c. solite, de maior. & obedien.* Cast. *cons.* 228. *n.* 2. *lib.* 1. vbi, quod altera non ponit falcem in messem alterius; quia diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet. Vide, *Actus omnes humani pendent à tribus, Concl.* 127. Vide, *Habitus differt ab actu, & quando secus. Concl.* 11.

Potentiores non agunt ex iure cesso. Concl. 461.

1 POTENTIOR † habens iura cessa non admittitur ad agendum, volente eo, contra quem iura sunt cessa; quia imo perduntur iura, quando fit cessio in potentiorem ratione officii. Io. de Gras.
2 in *tract. de cessio. iuris, in pr.* Iacob. de Arena. *d. tract. in pr. n.* 7. & 8. † Amplia, vt nec admittatur, si vellet agere tanquam procurator cedentis; quia non debet admitti, sed est remouendus, ne fiat fraus legi. Bal. *cons.* 151. *Casus, quadam mulier, in fi. v. secundum dubium,*
3 *lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiamsi sit potentior non ratione officii, sed ratione difficultatis conueniendi; quia habet locum titulus *de alien. iudic. mutan. causa facta.* Io. de Graff. *d. tract. de cessio. iur.*
4 *in pr.* & Io. de Arena in *eod. tract. n.* 8. † Extende, etiamsi sit potentior ratione priuilegii maioris, vt in vidua. Dynus *cons.* 24. *Quæstio*
5 *talis est, quidam capit. per tot.* † Limita, quando cessio esset facta potentiori bona fide; quia valet. Rebuff. in *tract. de priuileg. scholar. priuileg.* 177. *in fin.* vbi, quod bona fides ex coniecturis probatur, puta si creditum cessum sit verum, si cedens est diues, & per similes coniecturas arbitrio iudicis. Vide Conclus. prox. seq. Vide, *Cessio in potentiorem prohibita, & quare. Concl.* 208. Vide, *Litigiosi vitium non habet locum multis casibus. Concl.* 386.

Potentiori cedens quando perdat iura sua, vel secus. Concl. 462.

1 CEDENS † iura sua potentiori amittit actionem, quando cessio fit potentiori ratione officii. Io. de Grassis in *tract. de cessio. iuris, in pr.* Iacob de Arena in *eodem tracta. n.* 7. & 8. vbi secus dicũt,
2 si non est potentior ratione officii; quia habet locum ti. *de alien. iudic. mutan. causa facta.* † Amplia; quia potentiores sunt exosi, ne
3 possint inuocari, vel subrogari; ideo emphyteuta prohibetur potentiori alienare. Bart. *cons.* 136. *Capitaneus, n.* 2. *lib.* 1. † Extende; quia valet constitutio præsidis, quod habentes ius eligendi non
4 eligant potentiores. Bart. *d. cons.* 136. *n.* 2. *lib.* 1. vbi, quod populus Peruſiæ dicitur potens. † Limita in muliere, maxime, quando est pauper miserabilis; quia excusatur etiam ex ignorantia iuris, q̃
5 tractat de damno vitando. Bal. *cons.* 151. *Casus, quadam mulier, in fin. lib.* 1. † Limita, quando quis cedit iura sua potentiori non ratione officii; quia tunc non cadit à iure cesso, sed tamen nõ potest amplius cedere alicui, quantumcunque vili, neque agere per pro-
6 curatorem. Rom. *singul.* 84. *nota casum mirabilem.* † Extende, vt possit cedere in eo, qui cessit potentiori, non ratione officii, iura sua cõmuni diuidendo; quia non poterit vlterius prouocare ad diuisi-
7 onem *l. si. ff. com. diuid.* Rom. *in sing.* 84. *in fi.* † Restringe, vt non possit cedere, quando pater cedit filio potentiori, quia inter patrem & filium non procedit. Hippol. Marsil. *singul.* 160. *pater & filius, in pr.* apostill. ad *singul. Roman.* 84. vbi concord. allegat. Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Potentiores qui dicantur, vel non, ad effectum, ne liceat quid ipsis. Concl. 463.

POTENTIOR † dicitur Ecclesia, vel monasterium respectu em- 1
phyteusis, laicalis, quæ non transit in potentiores titulo institutionis, legati, vel venditionis. Petr. de Anch. *cons.* 265. *Quæstio talis est, in pr. & per tot.* † Declara, vt non procedat, quando emphy- 2
teusis esset propria, & transiret in Ecclesiam per modum inductum à lege, veluti per oblationem, vel professionem. Petr. de Anch. *dict. cons.* 165. *in pr. v. sed Accur. & per tot. vsque in fi.* vbi, q̃ etiam fiscus succedit, & *cons.* 167. *per tot.* † Amplia, vt etiam dicatur po- 3
tentior Ecclesia, vel monasterium in emphyteusi Ecclesiastica concessa laico, saltem, quando Ecclesia, quæ vult succedere, est exempta. Cald. *cons.* 280. *circa pr. v. quod inter plures*, alias 2. *de locato.* quod est consil. Floriani de S. Petro, & Gaspar. Cald. & duplicatur inter consilia Petri de Anch. *cons.* 166. *Circa præcedens.* vbi, q̃
ratione difficilioris modi conueniendi dicitur potentior. † Exte- 4
de etiam, quando Ecclesia, cui fit cessio, esset vere potentior respectu potestatis imperandi. Petr. de Anch. *d. cons.* 165. *circa med. v. vbi plus dicit.* † Amplia; quia Cancellarius Principis, qui obtinuit 5
cessionem iurium à paupercula muliere, dicitur potentior; quia durissimum est cum talibus officialibus litigare, dummodo cõster de potentatu. Bal. *cons.* 151. *Casus, quadam mulier, lib.* 1. † Amplia 6
in militibus; quia ratione potentatus, & militiæ dicuntur potentiores, licet non habeant officium, vel iurisdictionem. Bal. *d. cons.* 151. *circa fi. v. nam milites, lib.* 1. sequitur Crau. *cons.* 205. *Pernoctatio arguit, n.* 44. *v. circa secundum.* † Extende; quia an quis dicatur po- 7
tentior, vel non, consistit in facto, & residet in arbitrio iudicis. Bal. *cons.* 151. *circa fi. v. hæc quæstio lib.* 1. † Amplia; quia potentior dici- 8
tur, siue ratione priuilegii, siue ratione officii, siue ex quacunque alia causa; ideo vidua ratione priuilegii dicitur potentior. Dynus *cons.* 24. *Quæstio talis est, quidam cepit, in pr. & nu.* 3. † Populus Perusii 9
dicitur potentior, & potens; ideo non potest eligi in Potestatem Castri Ecclesiæ Romanæ, Bart. *cons.* 136. *Capitaneus, lib.* 1. † Amplia; 10
quia Princeps dicitur potentior; ideo non potest hæres in titui in testamento nuncupatiuo, *l. nullus, C. de testam.* † Extende in duce 11
exercitus, vel Capitaneo; quia dicitur potentior. Fulg. *cons.* 20. *per tot.* vbi extendit illam *l. nullus.* ad ducem exercitus, vt dicatur potentior. † Extende; quia etiam priuatus dici potest potentior, vt 12
est text. in *d. l. nullus, in fi. C. de testam.* † Amplia; quia clerici dicun- 13
tur potentiores, quando habent prælaturam, alias secus, ita Barbat. in *c. Ecclesia sanctæ Mariæ. n.* 54. *de constit.* vbi apost. dat conc. † Li- 14
mita in iudicibus chartularijs, & qui non habent iurisdictionem, nisi inter volentes, prout sunt Notarii. Bal. *cons.* 151. *circa med. v. nã illa lex, lib.* 1. sequitur Crauet. *cons.* 205. *Pernoctatio, n.* 44. vbi, quod ratione officii quis nõ dicitur potentior, nisi habeat merum imperium. † Extende; quia neque obtinens officium clauiariatus 15
Taurini dicitur potentior; quia non habet merum imperium, prout requiritur, vt potentior dicatur. Crau. *d. cons.* 205. *n.* 44. *v. circa secundum.* † Restringe; quia licet non habeat locum pœna 16
cessionis in potentiorem, vt cedens perdat iura, quando non est potentior ratione officii, tamen si est potentior ex alia causa, tunc bene in hoc punitur, quod nunquam alteri etiam viliori cedere potest. Rom. *singul.* 74. *nota casum mirabilem.* † Declara; quia si est 17
potentior ratione officii, habet locum titulus, *ne liceat potentioribus*, & perdit causam cedẽs, & cessionarius; si vero est potentior, sed non ratione officii, tunc habet locum titulus *de alien. iud. mutan. causa facta*; quia tenetur cessionarius ad interesse, vel cedens agere debet; quia hoc casu non perditur actio. Io. de Grass. in 18
tract. de cessio. iur. in pr. Iacob. de Arena in eodem *tract. nu.* 6. & 7. † Limita; quia in conspectu principis non est potentior vnus altero; quia non est in Principe supremo consideratio personarum, sic innuit Bal. *d. cons.* 151. *in pr. lib.* 1. † Limita; quia cessio facta per la- 19
icum particulari Ecclesiæ, quæ non habet potestatem in eum contra quem fit cessio, valet, nec dicitur facta in potentiorem. Rom. *cons.* 518. *In casu proposito, n.* 4. *vsque in fi. v. nec est dicendum*, qui loquitur, q̃ cessio fit Ecclesiæ contra Hospitale, vbi apost. in *re. potestatem*, citat Ias. in *l. vnica, ver. confirmo per illud. C. de iu. qui potent. nomi.* & Gomez. super *reg. de subrog. collitig. quæ. 1. n.* 2. vbi dicit * cõ- *
munem, citat pro vtraq; Crau. *cons.* 205. *n.* 44. † Contrarium, q̃ 20
prohibitio de non alienando in potentiorem, comprehendat, ne fiat alienatio Ecclesiæ; quia est potentior, tenet Calcan. *consil.* 7. *Quia à me quæsitum est. n.* 7. *v. istud etiam probatur*, sequitur Crauet. licet non firmet hoc. *d. cons.* 205. *in fi.* † Extende, vt idem sit in ces- 21
sione facta per laicum clerico; quia non dicitur facta in potentiorem, nisi clericus haberet superioritatem, & potestatem iurisdictionalẽ in laicum, contra quem fit cessio. Rota in *non. decis.* 1. *de*

alienat. iud. mut. causa facta incip. *cessio facta, in pr.* alias 177. quæ di-
22 cit, imo laicum quemlibet potentiorem clerico. † Declara exté-
sionem; quia Ecclesia & ciuitas, & clericus dicuntur potentiores
saltem respectu difficultatis conueniendi, quæ difficultas consi-
deratur in hac materia. Crau. *d. cons.* 205. *in fi. v. dubitarem.* qui dubi-
tat de decisione Rotæ. Cald. *cons.* 280. *Quidam A. laicus, circa med.*
alias 2. *de locat.* quod duplicatur per Petr. de Anch. *cons.* 166. *circa*
23 *præcedens.* † Declara; quia Ecclesia, & monasterium enumerantur
inter potentiores respectu succedendi in emphyteusi Ecclesiæ,
vel priuati. Petr. de Anch. *cōs.* 165. *Quæstio talis est, in pr.* & 166. quod
24 duplicatur per Calder. *d. cons.* 280. alias 2. *de locato.* † Declara; quia
Ecclesia dicitur potentior, & fiscus, respectu priuilegiorū, & im-
25 munitatum. Petr. de Anch. *d. cons.* 165. *Quæstio talis, in fi.* † Extende;
quia si clerico est facta cessio crediti à laico contra vniuersitatē,
non dicitur facta in potentiorem; quia vniuersitas dicitur potē-
tior, quam sit clericus. Bal. *cons.* 391. *in fi. v. quantum ad punctum, lib.* 1.
26 † Limita, quando bona fide fuit facta, vt quia cedens erat dives,
creditum cessum est verum, vel fiat cessio consanguineo; quia
27 valet. Rebuff. *in tract. de priui. scholar. priuil.* 177. *in fi.* † Adde; quia ad
hoc, vt quis dicatur potentior, intelligitur respectu cedentis, nō
respectu eius, contra quem fit cessio. Iacob. de Aren. *in tract. de*
28 *cessio. iur. num.* 9. *ver. potentiorem dici.* † Contrariū tenet Bal. *cons.* 391.
Appareat publicum, in fi. ver. quantum ad punctum, lib. 1. vbi considerat
Apparet publicum, in fi. ver. quantum ad punctum, lib. 1. vbi considerat
cessionarium, & eum, contra quem fit cessio. Dec. *cons.* 109. Propo-
☞ *nitur igitur, n.* 16. *lib.* 3. Vide duas Conclusiones prox. præcedentes.

Potest quid importet, & quando inducat necessitatem, vel non. Concl. 464.

1 VERBVM † *potest*, inducit potentiam, non necessitatem, *l. non*
2 *quicquid. ff. de iud.* † Et ideo iudex, qui pōt procedere in causa
criminali cum assignatione termini in instantiæ, sufficit, quod ante
lapsum termini sententiet. Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver.*
3 *procedatur.* quia non compellitur ante, dummodo in termino. †
Extende; quia statutum, quod possit appellari à Vicario Potestā-
tis Feltri ad Potestatem non inducit necessitatem, quin possit
appellari ad alium, ad quem de iure cōmuni. Io. de Imol. *cons.* 120.
4 *In casu præmisso, per tot.* † Extende; quia pactum factum creditō-
ri habenti pignus per debitorem, quod lapso certo termino posā
sit illud vendere; non tñ inuitus cogitur vendere, *l. quamuis, ff. de*
pignor. act. nisi in casu *l. inter creditorem ff. de fideiuss.* secundum Cast.
in d. l. quamuis, qui dicit menti tenendum, sequitur Soc. *cons.* 273.
5 *in* 5. *col. n.* 7. *& seq. lib.* 1. † Extende; quia in crimine læsæ maiestatis
extrauag. ad reprimendum, vult, quod iudex possit summarie, & de
plano, sine strepitu, & figura iudicii procedere, nec est necessita-
tis; ideo poterit etiam via ordinaria procedere. Bart. in *d. extraua.*
6 *n.* 23. *in v. possit.* † Declara tñ; quia procedit extensio, qñ partes nō
7 contradicunt, alias tenetur summarie procedere, apost. ad Bart.
d. extrauag. ad reprimendum, in v. possit, in ver. processus. † Amplia; quia
posse dicitur is, qui potest sine consensu alterius, aliàs non dici-
tur simpliciter posse, Abbas *cons.* 17. *Stante statuto, col.* 2. *ver. item &*
8 *quarto, lib.* 1. † Limita, qñ lex vlterius procedit tradendo formam;
9 quia verbum *potest*, inducit necessitatem. Cum. *cons.* 148. *n.* 4. † Li-
mita in exequutione post sententiam; quia licet iudex possit pro-
cedere in causa criminali, sed non compellitur, donec durat in-
stantia, bene lata sententia compellitur exequi sententiam, si de
iure meretur exequutionem. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in v.*
10 *procedatur.* † Limita; quia qñ præcedit negatiua prout, *non potest*,
tunc inducit necessitatem, in tantum, vt actus factus in contra-
rium sit nullus. Bart. *cons.* 97. *In quæstione, n.* 4. *v. quarto occurrit, lib.* 1.
& cons. 115. *Quæstio talis, col.* 2. *in pr. lib.* 2. Alex. *cons.* 77. *in pr. lib.* 3. qui
11 citat alios, & ibi apost. in *v. priuat.* dat plutimos conc. † Extende;
quia statutum Bononiæ de pœna vulnerantis, quod officialis nō
possit augere pœnas vltra, quam sit prouisum à statuto, si auget,
condemnatio est nulla, & nō valet; quia negatur potestas, & im-
ponitur necessitas. Alex. *cons.* 77. *Visis dubitationibus, in pr. lib.* 3. vbi
12 apostilla in *v. priuat.* dat concor. † Extende; quia statutum prohi-
bens iudici, quod non possit exercere iurisdictionem vltra suos
limites, non potest etiam per viam prorogationis; quia priuatur
13 omni potentia. Alex. *dict. cons.* 77. *n.* 3. *v. vnde dixit, lib.* 3. † Item stan-
te tali statuto nō potest pronunciare se iudicem competentem,
& non valet talis pronunciatio extra suos limites. Alex. *cons.* 82.
☞ *Viso processu, n.* 3. *v. accedit, lib* 3. Vide, *Debet, quando hoc verbum inducat*
præceptum, vel peccatum, aut non. Concl. 32. Vide, *Necessitas ex quibus*
14 *verbis inducatur. Concl.* 24. † Et statutum Bononiæ, quod iudex nō
possit prorogare instantiam, operatur, quod si declarat etiam de
consensu partium superesse vigintiquinq; dies de instantia, qui
vere non supersunt, sit nulla talis declaratio. Alex. *cōs.* 82. *Viso pro-*
cessu. in pr. lib. 3. † Extende; quia in omnibus casibus in quibus in-
dex à lege, vel statuto prohibetur aliquid facere, & iudex sub ſi-
gmento, vel per fraudem facit illud per sententiam, talis senten-
tia potest quandocunque retractari, & non transit in iudicatum.
Alexan. plene *d. cons.* 82. *num.* 4. *ver. ad idem adduco, lib.* 3. *cum seq.* vbi
plura adducit.

Potior est iure, qui prior est tempore, & quando secus. Concl. 465.

POTIOR † est iure, qui prior est tempore, *c. qui prior, de reg. iur. in* 6. Old. *cons.* 218. *Gratia domino Regi, in pr.* vbi loquitur de gratia
expectantium, vt ille sit potior in iure, qui gratiam priorem ha-
bet. Ant. de But. *cons.* 22. *in pr.* Vide, *Data tempus attenditur. Concl.* 49.
Vide, *Collatio à diuersis facta sub eadem data, qua prætulerat. Concl.* 445.
† Et hanc regulam pluribus exornat Chassan. in *Catal. gloriarum. 2. di, circa fi.* Rebuff. in *constitut. Regiis titul. de censibus.* quos citat apost.
ad Ant. de But. *cons.* 22. *in pr.* † Et à primordio tituli posterior for-
matur euentus, *l.* 1. *C. de impon. lucrat. descriptio.* Old. *d. cons.* 218. *in pr.*
† Extende vt procedat, etiamsi prioritas sit in hora & puncto.
Decian. *cons.* 109. *n.* 22. *lib.* 2. † Extende; quia prior in tempore dici-
tur potentius ius habere. Rom. *cons.* 47. *in pr. v. tertio hoc ostenditur.* † Extende in receptione in canonicum facta de mandato Pa-
pæ, quia si scripsit pro duobus, & ambo sunt recepti ad primam
vacaturam, præfertur habens gratiam priorem; quia potior est
iure, &c. Anch. *cons.* 215. *Scripsit Papa, in pr. & per totum.* † Restringe
in pluribus receptis, videlicet auctoritate Papæ & ordinarii, qua
præfertur receptus auctoritate Papæ, etiamsi receptus auctori-
te ordinarii habeat gratiam anteriorem. Anch. *dict. cons.* 115. *num.* 2.
† Declara, quia si idem Papa rescribit pro duobus, præfertur pri-
mus, & secundus nihil habet, si non habet derogationem prima-
rum litterarum, si litteræ sunt diuersorum Pontificum, pri-
mus præfertur, sed secundus non excluditur in totum; quia ha-
bebit secundam vacationem, ita Anch. declarat *dict. cons.* 215. *col.*
final. n. 17. *v. soluendo.* † Amplia, vt inter creditores habentes hy-
potheeam potior sit iure, qui prior est tempore, etiamsi poste-
rior sit diligentior, & potior sit negligentior. Lap. *alleg.* 75. *quæ-*
an res, n. 4. *v. quæritur*, vbi vult, quod æqualis distributio debeat fi-
eri etiam inter habentes æqualem hypothecam, licet aliqui sint
præsentes, alii absentes, & quod inter hypothecarios potior sit
iure prior in tempore. Feder. de Sen. *cons.* 45. *Titius mercator.* vbi q.
reuocat delegationem factam à debitore posteriori in præiudi-
ciū prioris hypothecarii, *l. si prior, in pr. ff. qui potio. in pigno. l.* 1. & *lib.*
cet. C. eod. tit. † Extende, vt procedat, etiamsi facta sit nouatio
priorum instrumentorum, in quibus erat posita hypotheca, qū
fuit dictum, quod hypotheca interiorum instrumentorum re-
maneat firma; quia adhuc erit potior iure, qui habet hypothe-
cam anteriorem tempore ex instrumento cassato firma ma-
nente hypotheca instrumenti cassati, & nouati, ita Alex. *cons.*
217. *Viso quodam, in pr. lib.* 7. † Extende in tantum priorem credi-
torem esse potiorem, vt non releuet aliquid protestatio secundi
creditoris contra priorem, ne possit agere; quia posterior non
excludit priorem, neque parem creditorem. Bal. *cons.* 213. *Non ob-*
stante, lib. 4. † Extende; quia in hypothecaria potior est iure, qui
prior est tempore, siue agatur siue excipiatur. Bal. *cōs.* 364. *Certum*
est, in prin. lib. 5. † Amplia, vt procedat etiam in eo, qui habet ma-
cessa. † Amplia in eo, qui habet donationem, vel gratiam à Prin-
cipe; quia semper prior in tempore præfertur secundo, latissime
Roma. *cons.* 298. *Circa præmissam, per tot.* vbi ponit plura exempla.
tam in profanis, quam in beneficialibus. † Amplia in pluribus
inuestituris de re emphyteutica concessis in concursu, vt pri-
validis existentibus, ille sit potior iure, qui prior est tempore.
Ant. de Butr. *cons.* 22. *per tot.* maxime *in pr.* † Amplia; quia præfer-
tur creditor habens causam priuilegiatam illi, qui nullum habet
priuilegium; quia dicitur potior, ideo siue ratione potioritatis
siue ratione ordinis inter hypothecarios, præfertur prior, vel po-
tior: cessante vero hypotheca, vel potioritate omnes æquales
præferuntur Bal. *cons.* 396. *In libris Thesaurarii, num.* 8. *v. ulterius pro-*
mittendum, lib. 5. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 249. † Amplia in primo
legiis: & ideo si feudum est concessum, vel facta separatio castri
à Ciuitate, & postea supremis, idem princeps erigat Ducatum,
castrum separatum per prius præfertur in separatione. Bald. *cons.*
326. *num.* 6. *lib.* 1. *per totum.* Dec. *cons.* 468. *num.* 17. & *cons.* 498. *num.* 3.
Alba. *cons.* 62. *num.* 23. † Extende, in quocunque priuilegio in-
feudationis; quia non potest alteri ari in præiudicium eorum,
quibus est ius quæsitum. Vide, *Feudum non potest renuncari, neque al-*
terari inuito feudatario, & quando secus. Conclus. 110. † Idem in con-
cessione aquæ pluribus facta per principem, vt prior præfe-

20 tur Crau.*cons.*952.*in pr.& per tot.*† Idem in concessionibus per Papam factis; quia prima valida non euacuatur per secundam. Nat.
21 *cons.*221.*n.*12.*& seq.*† Amplia; quia prior creditor in hypotheca aucocat soluta posteriori, vel compensata per debitorem, quando debitor non est soluendo. Ang.*d.cons.*259.*col.pen.circa fin.v.nam*
22 *constat.*† Amplia; quia duo conducentes rem à duobus procuratoribus, in solidum constitutis, si adest hypotheca bonorum in locatione, præfertur ille, qui prior est tempore. Vide plene Ias.
23 *in l.quoties, C.de rei vend.n.*11.† Extende, etiam si locatio est simplex, hoc tenet Alex.*cons.*118.*In casu, de quo,n.*14.*v.sed ita est, lib.*5.
24 † Idem in emptore fructuum, & conductore eorundem bonorum; quia à pari procedunt, prout duo conductores; quia neuter eorum habet dominium, neque possessionem; ideo prior præfertur posteriori. Alexand.*d.cons.*118.*num.*11.*& seq.v.circa se-*
25 *cundum* maxime *num.*13.*lib.*5.† Extende; quia is, qui se obligauit præstare operas aduocati, procuratoris, vel alterius artis, & illi duo litigant simul, adeo, quòd non potest ambobus seruire, debet eligere primum, qui conduxit, quia præfertur. Alexand.*dict.*
26 *cons.*118.*num.*5.*v.accedit lib.*5.† Extende idem in vasallo duorum dominorum habentium bellum inter se, quia obligatur ei, cui primo vasallagium iurauit. Alexand.*dict.cons.*118.*num.*15.*versic.&*
27 *idem in vasallo, lib.*5.† Declara generaliter; quia licet in personalibus prioritas nihil operetur; quia actio personalis non sequitur singulares successorem; & ideo qui præuenit in diligentia, vt satisfiat, vel inter duos conductores, seu emptores, qui primo cepit possessionem, præferatur,*l.quoties, C.de rei vendicat.* Alexan. plene *cons.*122.*Viso processu, in princ.lib.*5. tamen secus est, quando personalis actio continet factum cohærens personæ, quia semper primus præfertur secundo, Alex.*d.cons.*122.*num.*7.*v.nec obstat.lib.*5.vbi, quod est dictum singulare. Bart.*in l.operis.ff.locati*, vbi
28 apostill. ad Bart.*in v. hoc est singulare* dat concord.† Amplia; quia inter confederatos; quia confederatus Regi Franciæ, & Regi Angliæ habentibus inuicem bellum, illi magis inseruire debet, cui primo fecit confederationem. Rom.*cons.*47.*Visis necessariis.v-*
bi post.*in v.præferendam esse*, dat concord. & Rom. plura similia allegat, nam inter habentes ius æquale, ille, qui præoccupauit,
29 vel præuenit, præfertur.† Extende, in aduocato, vel procuratore stipendiato à pluribus; quia habent litem in simul, debet inseruire fouenti bonum ius, alias in dubio ei, qui primo conduxit, & stipendium dedit, quia potior est iure. Rom.*d.cons.*47.*n.*3.*v. vlti-*
mo hoc manifeste, vbi de * communi, vbi apostilla *in v. patrocinari.*
30 † Extende in vasallo duorum dominorum, in liberto duorum patronorũ; quia aut neutri inseruiet, quando inter se domini habent bellum, aut vni gratificabitur, aut, quod verius est de iure, inseruiet ei, qui prior est dominus. Rom.*d.cons.*47.*n.*3.*v secundo ad*
31 *idem*, vbi apostillæ.† Extende in seruo captiuo plurium capientiũ simul; quia si vterque aliquid iubeat, debet illi inseruire, qui præoccupauit iniussu, & si litteræ amborum sunt eodem tempore præsentatæ, illi, quæ prius aperta fuit, debet obedire. Rom.*d.cons.*
32 47.*n.*4.† Extende in eo, qui est subiectus pluribus ciuitatibus volentibus munera realia, vel personalia eodem tempore, quia habenti præuentionem origine, vel nobilitate debet pareri. Rõ.
33 *d.cons.*47.*n.*5.*v.vltimo*, vbi apost.*in v.ius potentius.*† Extende in feudatario ligio; quia potest esse ligius alterius domini, dummodo faciat saluo iure primi. alias non valeret obligatio secundi Rom.
*d.cons.*47.*n.*6.*v. breuiter tamen.* vbi apost.*in v.iure primi.* citat Areti.
*cons.*150.*Respondendo in* 1.*dubio*, vbi Rom. confirmat pluribus ratio-
nibus. Vide, *Feudum ligium quale. Concl.*148.† Limita, quia creditor
34 anterior cum hypotheca, non præfertur in vtili dominio bonorum liuellariorum, vel emphyteuticorum in præiudicium, & ad exclusionem domini in casu caducitatis, vel respectu canonis, & liuelli soluendi, etiam si dominus concessit liuellum post obligationem alteri factam de omnibus bonis præsentibus, & futuris. Io.de Im.*cons.*8.*n.*5.*& seq.v.venio ad tertium*, vbi, quod plus
35 iuris non potest quæri creditori, quam debitor habeat.† Limita, quando quis esset creditor nummulariæ mensæ certi loci; quia præfertur aliis creditoribus ex alia causa etiam anterioribus, &
ff. *cons.*184.*in pr.& per totum.* Vide, *Creditores societatum bancariarum*
36 *qualiter concurrant inter se. Concl.*1058.† Limita, vbi non adest hypotheca; quia tunc præsens, & diligens præfertur, & debet satisfieri in totum, etiam si bona non sufficiant pro absentibus negligentibus; quia apparet pariter esse creditores. Lap.*d.alleg.*75.*r.*
37 *in contrarium, n.*5.*v.sque in fin.*† Extende hanc limitationem; quia creditor potest assignare suum debitorem hypothecarium suo creditori posteriori non habenti hypothecam in præiudicium prioris creditoris pariter non habentis hypothecam, qui non poterit impedire cessionem factam posteriori. Fed.de Sen.*cons.*
45.*Titius mercator*† Et diligentia prodest creditori, qui prius ob- 38
tinet sibi satisfieri, siue fiat satisfactio per debitorem, siue ipse creditor de bonis debitoris ad eius manus peruentis sibi ipsi satisfaciat. Rom.*cons.*111.*Viso circa fin.*† Limita; quia potior est iure, 39
qui prior est tempore, quãdo sunt pares in causa, alias secus, Fed. de Sen.*cons.*197.*in pr.v.restat respondere, & cons.*69.*circa fin.v.non obstat, quod primo dicitur.* Rom.*cons.*47.*in pr.v.secundo idem.cum sequen.*
† Extende inter duos creditores habentes solam personalem, 40
quia præfertur, qui magis est diligens. Rom.*d.cons.*47.*in princip.*
v.quarto.† Et ideo creditor posterior habens hypothecam præ- 41
fertur priori habenti personalem, vel creditum chirographariũ, *l.eos. C. qui potio.in pign.l.creditor. §. si primus, ff. qui potio.in pign. hab.l. priuilegia.* & ibi gloss. *ff. de priuil.credit.*† Declara; quia licet legata- 42
rius habeat hypothecam in bonis testatoris, vt per Bart. & alios *in l.*1.*in fin. C.commun. de legat.* tamen præfertur creditor testatoris legatario, etiam si creditor nullam habeat hypothecam, *l.fi. §. si vero.* vbi * omnes, *C.de iure deliber.* Bart. & Fulg.*in l.creditoribus, ff.de* *
separatio. Salyc.*in d.l.*1.*ad med. C.commun. de legat.*† Restringe, vt non 43
procedat, quando quis haberet hypothecam in fraudem aliorum, puta concessam è debitore fugitiuo iam decocto, & fallito
Bal.*cons.*432.*Casus talis est, lib.*1.† Idem, si à marito confitente do- 44
tem constante matrimonio non præcedente promissione; quia præsumitur in fraudem, ideo præferuntur anteriores, etiam solũ personalem habentes. Castr.*in l.*1.*in fin. ff. solut. matrimon.* sequitur
*Decis. Perusi. num.*32.† Limita in posteà acquisitis per debitorem, 45
quando hypotheca esset ad bona præsentia, & sic credo debere intelligi Bald.*cons.*364.dum dicit, quod est quæstio, *lib.*5.† Limi- 46
ta; quia inter plures emptores ille præfertur, qui primo habuit possessionem, Vide, *Emens primus, an secundus præferatur. Concl.*144.
†Limita in creditoribus ex contractu chirographario; quia om- 47
nibus debet satisfieri pro rata, si pariter inuigilant, non obstante prioritate, & potioritate. Bald.*cons.*432.*circa med.v. si autem bona*
*non sunt, lib.*1. qui loquitur, quando bona non sunt soluendo.
†Restringe, quando vnus agit ratione depositi, alter ratione 48
mutui; quia præfertur agens ex depositi, quando bona non extant pro satisfactione omnium. Bald.*d.cons.*432.*post med. v. si au-*
*tem non extant. lib.*1.† Inter plures deponentes, & plures mutuan- 49
tes, qui gratis deposuit, vel mutuauit, præfertur. Bart.*l quod quis,*
ff. de priuil. credit. Ripa *in l.*1.*n.*7.*&* 8. *ff. in quibus causis pignus.*† Re- 50
stringe, quia etiam inter plures creditores non hypothecarios, sed chirographarios habet locum prioritas diligentiæ; quia qui primo obtinuit satisfieri, vel relaxari mandatum, etiam si sit posterior; præfertur anteriori ex diligentia. Bald.*d.cons.*432.*post med.*
*versus in autem omnes, lib.*1.† Restringe, quando vnus est creditor 51
mensæ, vel statione occasione mercium, quæ adhuc extant in mensa; quia etiam in personali iste præfertur aliis chirographariis in subsidium propter æquitatem. Anchar. *cons.*184.*Visa scripta per tot.* maxime, *in fin.*† Declara totam istam materiam, vt per 52
Castr.*cons.*447.*Respondeo, in fin.v. præterea posito, lib.*1. quia fit diuisio inter chirographarios, & non prodest diligentia pluribus casibus, extra quos diligentia prodest. Bart.*in l.pupillus. ff. de iis, quæ in*
fraud. creditor.† Primus casus, si ipse habet, vel non habet hypo- 53
thecam, & extant alii hypothecarii; quia priores reuocant solutum, *l.priuilegia, ff. de priuileg. credit. cum ibi not.*† Secundus, quando 54
is, cui fuit solutum, non est priuilegiatus in personali, alii sunt priuilegiati in personali, *l.deferre, §. fin. cum l.seq. ff. de iure fisci.*
† Tertius, quando bona erant communiter possessa ab omnib⁹, 55
vt quia omnes immissi, *l.qui autem, § sciendum. ff. de iis, quæ in fraud.*
credit.† Quartus, quando omnes instabant, & debitor vni soluit 56
volens illi gratificari, *l.si non expedierit*, §.1. *ff. de bon. auth. iud. possid.*
†Quintus casus, quando prior in diligentia illicite extorsisset, 57
l.pupillus, ff. de iis, quæ in fraud. credit.† Limita etiam in pluribus de- 58
positantibus; quia si non extat pecunia depositata, & omnes pariter inuigilent, vnusquisque pro rata admittitur. Bald.*dict. cons.*
432.*v.si autem omnes, post med. lib.*1. & non attenditur prioritas.
†Restringe, vt non procedat, quando pecunia depositata adhuc 59
reperitur non consumpta; quia præfertur is, qui deposuit, siue sit prior, siue posterior. Bald.*dict. cons.*432.*circa med.v. tamen in cau-*
*sa depositi, lib.*1.† Restringe, quando pecunia non extat, & bona 60
non sufficiunt; quia præfertur creditor diligentior, cui prius fuit satisfactum à debitore. Bald.*dict. cons.*432.*post med. versicul. primus*
*est, lib.*1. † Restringe, quando fuit diligens in obtinenda sententia super credito suo. Bald.*dict. cons.*432.*versic. secundus casus est, lib.* 61
1.† Limita; quia si cessat hypotheca, vel priuilegium, omnes sunt 62
æqualiter tractandi, & pro rata omnibus debet satisfieri, *l.priuilegia. ff. de priuileg. credit. cum ibi not.*

63 †Extende, vt procedat etiam si vnus fuit diligentior in occupãdo vi, vel dolo peculium, vel bona debitoris; quia debet com-
64 municare omnibus pro rata. Bald. *d. cons.* 396. *n.* 8. *lib.* 5. †Extende, vt procedat etiam quando vnus fuisset diligentior, & satisfactus à iudice primo loco, quando bona erant capta per pignus prætorium; quia vno misso omnes censentur missi in possessionem, & quia beneficium prætoris omnibus est apertum. Bald. *d. cons.* 396. *num.* 8. *lib.* 5. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 249. *v. aut per iudicem.*
65 †Restringe, quando vnus fuisset diligentior in exactione via iuris, puta si debitor consignando debitum in vim præcepti sibi fa-
66 cti soluit. Bal. *d. cons.* 396. *n.* 8. *in fi. lib.* 5. *v. aut bona non sunt.* †Restringe, quando vnus est primo satisfactus à debitore, & saltem habet prætensionem potioritatis, quam probat per inditia; quia non reuocatur solutum. Bal. *d. cons.* 396. *lib.* 5. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 249. *lib.* 5. vbi est casus, quod quis posuit creditum suum in fide, & nomine mercatoris mercator habens hoc creditum videns se decoctum restituit nomen illi, qui confidauerat in eum, postea aufugit, constito per inditia, quod nomen esset accommodatum, prætertur aliis creditoribus, cui est restitutum nomẽ
67 creditoris. †Limita quoad debitorem; quia ipse potest vigilantiori etiam posteriori soluere, licet si non sit soluendo, possit alius creditor euincere ab eo posteriori, cui fuit solutio facta ratione suæ hypothecæ anterioris. Ang. *cons.* 259. *Quædam domina,*
68 *col. pen. circa fi. v. nam constet.* †Extende, vt procedat nedum in solutione, sed etiam in compensatione. Ang. *d. cons.* 259. *n.* 1. *in fi.* Vide, ☞ *Hypothecarius creditor prior præfertur posteriori, & quando secus. Concl.* 129.

Practica, & obseruantia sequenda etiam contra communem opinionem, & quando secus. Concl. 466.

1 2 CONSVETVDO † practicæ est seruanda, si de ea constet. Bald. *cons.* 136. *Præmissis duobus Statutis, n.* 3. *lib.* 1. † Extende in tantũ esse seruandam practicam, vt in omni dispositione theoricæ videatur annexa; quia eam interpretatur. Bald. *cons.* 318. *Practica ci-*
3 *uitatis, n.* 2. *v. non obstat, lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam circa interpretationem statutorum, quia id, quod fuit diu obseruatum, est sequendum etiam contra interpretationem iuris. Bal. *cõs.* 136. *n.* 2. *v. præterea, lib.* 1. & quod prima interpretatio statuti sumatur à practica, & obseruantia, qua deficiente recurrimus ad interpre-
4 tationem iuris. Bald. *cons.* 94. *Casus præsumitur, in pr. lib.* 3. † Et statutum prohibens alienari in forensem, alias contractus sit nullus, licet loquatur ex contractu, tamen extenditur etiam ad vltimã voluntatem, si ita est practicatum. Bald. *cons.* 358. *Quidam Lucanus,*
5 *n.* 3. *lib.* 1. † Et excludens filias stantibus certis personis, an excludat perpetuo, vel ad tempus, statur practicæ vsitatæ, si de ea
6 constat. Bal. *cons.* 267. *Proponitur, quod in fin. lib.* 5. † Extende in tantum practicam seruandam in interpretatione statutorum, vt licet sit minus iuridica, tñ ab ea non recedatur. Ang. *in l. fi. C. de re-*
7 *lig. & sumpt. fune.* Castr. *cons.* 312. *Postremo, in antiq.* Bal. *cons.* 302. *Pro-*
ponitur, in fin. lib. 4. Dec. *cons.* 358. *Placet,* Lapus, *q.* 56. † Et quod practica inducat veram interpretationem, Bal. *in c.* 1. *in pr. de feud. sine*
8 *culpa.* † Et in obseruantia interpretatiua legis, vel statuti non requiritur, quod longo tempore ita fuerit obseruatum. Castr. *cons.* 332. *Quia circa donationem, col. fin. lib.* 1. Areti. *cons.* 10. *col* 3. *v. si tamen,* Soc. *cons.* 111. *col. fin. v. sed certe possumus, lib.* 1. Corn. *cons.* 188. *col. fi. li.* 3. Deci. *in c. cum M. Ferrarien. col.* 3. *v. ex supradictis infertur de constit. &*
9 *consil.* 127. *col. fin.* sequitur Crau. *cons.* 118. *n.* 2. Ant. de Butr. & alii *in*
c. fin. extra de consuet. Rol. à Valle *cons.* 22. *n.* 21. *& seq. lib.* 2. † Et quod ab antiqua practica non sit recedendum. Bal. per illum text. *in l.*
10 *illud ff. de excus. tutor.* Anch. & alii quos citat Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *n.* 2. *& seq.* Deci. *cons.* 358. *n.* 3. *& cons.* 344. *n.* 2. † Amplia; quia practica communis, quod statutum in totum possit tollere legitimã debitam parentibus, vbique seruatur, & non est mutanda, sed
11 tenenda. Bald. *cons.* 140. *Viso testamento, in fi. lib.* 1. † Amplia; circa iurisdictionem, & merum imperium, quod licet non possit haberi sine permissu Cæsaris de iure; tamen domini possidentes de facto acquisiuerunt sine Cæsare, & ita de facto seruat totus mũ-
12 dus. Bal. *cons.* 142. *Dominantibus magnificis in pr. lib.* 1. † Amplia circa substitutionem factam filio, si decesserit sine filiis; quia si est per verba obliqua, vel communia, semper est fideicommissaria, etiã tempore pupillaris ætatis, secundum opinionem, quæ vbique
13 seruatur. Bald. *cons.* 157. *Pater fecit circa med. lib.* 1. † Amplia circa iurisdictionem; quia statutum non se extendit ad bona extra ter-
* ritorium statuentium ex * communi practicata, & obseruata o-
14 pinione. Bald. *cons.* 245. *Queritur, vtrum ille, circa med. li.* 1. † Amplia in laudis etiam sub pœna latis contra debitorem pecuniarum, vt soluat; quia si extat practica in ciuitate, quod creditori soluatur per oblationem bonorum offerendo iuxta practicam, dicitur soluere, ne pœnam laudi incurrat debitor; quia omnis theorica interpretatur à practica, Bald. *cons.* 318. *Practica ciuitatis, in pr. lib.* 1.
15 † Amplia; quia maxime practica antiqua est seruanda, & tenenda, plura ponit Crau. *cons.* 91. *n.* 7. † Extende; quia communis
16 practica inducit consuetudinem, quæ seruanda est; ideo si mariti accipiunt pecunias dotales pro oneribus matrimonii, & bona paraphernalia vxoris, vt attestatur Crau. *d. cons.* 91. *n.* 7. illa est seruanda, vt ibi dicit. † Limita, quia contra communem opinionem durum esset velle practicam inducere, vel seruare. Iul.
17 Clar. *in praxi, §. fi. q.* 24. *n.* 10. *in fi. v. præterea.* † Contrarium, quando iam esset introducta practica contra * communem; quia illa est seruanda, Iul. Clar. *in §. fin. q.* 6. *in pr. & q.* 21. *n.* 4. & alibi sæpe. Vide, *Stylus diuersorum tribunalium quando seruandus. Concl.* 695.

Pragensis Ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 467.

ARCHIEPISCOPVS † Pragensis est Legatus natus, & habet iurisdictionem in exemptos, sed tamen non habet iurisdictionem in monachos ordinis Cistertiensis. Bald. *cons.* 337. *Archiepiscop. Pragen. lib.* 4. & est ciuitas in Bohemia.

Pratensis terra, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 468.

PRATI † terra est de territorio Florentiæ in iis, quæ respiciunt
1 commodum dictæ terræ, licet secus sit quoad alia. Ang. *cons.* 354. *Per opportuna, in pr.* † Vide; quia licet habeat quasi eadem pri-
2 uilegia, quæ habent terræ S. Geminiani, & S. Miniati, quod si habitauerint per sex menses in ciuitate Florentiæ, sint ciues; tamen Pratenses habent hoc priuilegium ex constitutione, sed alię duę terræ ex conuentione, & pacto. Castr. *cons.* 284. *Visis & ponderatis, col. antepen. circa med. v. quicquid tamen sit, lib.* 1. vbi per totum tenet contra Ang. Ioan. de Ricciis, Florianum de S. Petro, & Ant. de Buttio, qui consuluerunt pro ciuilitate data, quæ non possit alterari ex lege noua, & Castr. dicit contrarium; quia si Commune Florentiæ fecit legem, quod ciues habere non possint officia, nisi fuerint allibrati per 20. annos, etiam comprehendit istos, qui sunt ciues adæquati. † Et quod sit de territorio Florentiæ, & re-
3 guletur secundum statuta Florentiæ. Castr. *cons.* 44. *Videtur dicendum lib.* 1. † Rom. *cons.* 460. *Illa verba in fin.* dicit, quod est de Comi-
4 tatu Florentiæ & ideo Potestas Florentiæ dignior, & maior est, quia præest maioribus, & quia Potestas Prati est de Comitatu
5 Florentiæ. † Statutum habet, quod Notarii, qui non sunt de collegio, vel Matricula Notariorum Florentiæ, vel Prati, & qui non
6 satisfecerint Potestati Prati faciendo se suppositum, non possint rogare instrumenta, & annullat instrumentum, & contractum aliter factum, super quo Castr. *cons.* 44. *per tot.* dicit, quod neque
7 potest probari talis contractus annullatus per testes. † Missus in possessionem ex primo decreto facit fructus suos secundum statuta Prati. Ioan. de Imol. *cons.* 112. † Statutum terræ Prati, quod testamenta exequutioni mandentur nulla exceptione admissa pro legatis, & aliis vltimis voluntatibus, debet seruari etiam in foro ecclesiastico in legatis piis; quia est statutum honestum. Ioa-
8 de Imol. *d. cons.* 112. *n.* 10. † Statutum Prati, quod panni Prati vetedi non possint introduci, non habet locum per transitum. Vide
9 *Statutum circa prohibitiones extractionum qualiter intelligatur. Consil.* 638. † Item, quod banniti possint impune offendi, quod statutum operatur, quod bannitus non potest se defendere, & licita
10 dicitur offensa bannito facta; non autem inducitur sola tolerantia, plene Castr. *cons.* 255. *Viso supradicto puncto, lib.* 1. *per totum.* vbi pro vtraque parte allegat; primo, quod differat dispositio, quæ dicit, quod possit impune offendi, vel possit licite offendi, tan-
11 dem contrarium firmat pro vero, quod imo licita exercet offendens bannitum; quia offensa est permissa. † Statutum Prati in
12 causis exequutiuis tollit litis cõtestationẽ. Castr. *cons.* 291. *Visis, quæ col.* 2. *in pr. v. præterea hoc comprehendo, lib.* 1. † Statutum Prati circa
11 successionem præfert patrem in successione filii communis ipsi matri, quod statutum habet locum etiam in spuriis filiis; quia idem statutum vult, quod ipsis succedatur, sicut succeditur legitimis. Alex. *cons.* 150. *Viso themate, n.* 4. *& seq. v. denique fortius, lib.* 2.

* * *

Præbenda quid sit, & quis capax præbendæ. Conclusio 469.

PRÆBENDA †non est beneficium ecclesiasticum, sed laicus est capax præbendæ. Cald. *cons.* 251. *circa pr.* vbi, quod assignatio præbendæ magistro in Theologia vel sacristæ, quando non datur in titulum beneficii, non est beneficium, nec de ea est mentio facienda in impetratione beneficii. Cald. vbi supra. † Declara, quia præbenda, quatenus est annexa officio sacro, est spiritualis, quatenus vero respicit solam commoditatem fructuum, est quædam commoditas temporalis. Socin. *cons.* 32. *Ex iis, quæ superius, n.* 15. *lib.* 1. vbi si conceditur non capaci spiritualium, prout laico, necessario intelligitur de mera commoditate temporali, alias secus. † Aliter distinguit Zab. *cons.* 126. *Vacarunt, n.* 4. quia præbenda proprie est ius spirituale, *c. dilecto de præbend.* improprie vero sumitur pro bonis temporalibus, & est quid profanum, *c. quia nonnullis. v. assignentur, de magistr.* & ita dicit Rom. *cons.* 328. *Præsens consultatio. n.* 8. *vers. secundo, eadem Concl.* vbi, quod potest dupliciter intelligi: primo, quod sit quid spirituale, quando est annexa titulo, vel officio spirituali; secundo, quando est sola commoditas fructuum, & laicus eo casu est capax, & ibi apostilla *in v. temporale*, dat concord. † Et ideo quando optatur præbenda, non optatur spirituale ius, sed optantur temporalia; quia eandem retinet canonicus optans præbendam spiritualem, quam primo habebat, licet bona alterius præbendæ temporalia vniantur dictæ suæ præbendæ spiritualis & bona, quæ ante optionem habebat, accedunt alteri præbendæ, cuius bona optauit. Zab. *d. cons.* 126. *n.* 4. *v. nam antiquior.* † Si vero agatur de collatione, vel de titulo conferendo, appellatio præbendæ intelligitur semper de iure spirituali, vnde quando Papa narrat vacare præbendam, & illam cõfert, semper intelligitur de spirituali; idcirco quatenus vellet cõferre præbendam per optionem vacantem, non valeret collatio; quia si non exprimat Papa, quod intellexerit de bonis profanis, & temporalibus, non valeret; quia non vacat. Zab. *d. cons.* 126. *n.* 4. *v. tertio confirmatur, cum seq. vsque in fin.* † Est igitur præbenda ius spirituale secundum propriam essentiam præbendæ, quæ non cadit in laicum; præbenda vero magistralis est quid temporale, quod conceditur benemerito magistro in aliqua professione in stipendium, & ista cadit in laicum. Zab. qui ita declarat *cons.* 143. *in pr. n.* 1. † Et quando sumus in dubio, sumitur præbenda in eo significatu, qui facit valere dispositionem; ideo si conceditur canonico, vt possit in eadem ecclesia consequi aliam præbendam, & illa frui sicut canonicus; quia non valeret hæc concessio facta per Episcopum, vel Capitulum; quia non potest sub eodem tecto dispensare ad duas præbendas spirituales; intelligitur, vt valeat dispensatio de præbenda temporali, quæ cadit in laicum; ergo etiam in canonico habente aliam; quia non facit incompabilitatem. Rom. plene *cons.* 328. *n.* 8. *& seq.* vbi late. Vide, *Actus validus in dubio interpretari debet. Concl.* 136.

Præbendarum multæ species, & de earum differentia. Concluſ. 470.

PRÆBENDÆ † aliquæ sunt certæ; quia semper sunt eædem numero, ita quod sunt perpetuæ, vt quia tot sunt canonicatus, & tot sunt præbendæ, & licet vacent: tamen non extinguuntur, sed possunt impetrari, & valet impetratio, & expectatiua ad istas. Bald. *cons.* 472. *In causa prioris Ecclesiæ sancti Angeli, in pr. v. ad propositum bene facit, lib.* 2. Vide, *Canonicorum certus, vel incertus numerus. Concl.* 32. † Aliquæ sunt incertæ; quia non adest certus numerus præbendarum, sed quando vacant, extinguuntur, & de nouo nascuntur; quia non sunt perpetuæ istæ præbendæ, & in istis non datur impetratio neque expectatiua, nisi fiat mentio & derogatio in litteris prouisionis, vel expectantium. Bald. *d. consil.* 472. *in pr. lib.* 2. vbi reddit rationem; quia alias gratia est subreptitia; quia confertur id, quod non est in rerum natura, ex quo per mortem præbendati præbenda extinguitur. † Aliquæ sunt præbendæ incertæ ratione qualitatis, quia arbitrio prioris sunt quãdoque maiores, quandoque minores, & cum non habeant certam naturam, non possunt impetrari, nisi fiat mentio, & derogatio. Bald. *d. cons.* 472. *n.* 2. *v. adhuc considerandum, lib.* 2. Vide,

Præbenda supra numerum à quibus creari possit. Concl. prox. seq.

Præbenda supra numerum à quibus creari possit. Concluſ. 471.

PRÆBENDAM, † supra numerum possunt creare Episcopi cum consensu eorum ad quos aliarum præbendarum collatio spectat, Lap. *alleg. vlt. in pr.* vbi dicit * comm. opin. esse. † Amplia, vt procedat, etiã si talis præbenda sit inæqualis aliis præbendis; quia inæqualitas præbendarum non reprobatur, dum tamen sufficiat pro vno canonico, *c. fi. de consuet. in* 6. Lap. *d. alleg. fi. in pr. v. sed primo posset.*

Precaria concessio quæ sit, & quid operetur, & eius natura. Concl. 472.

PRECARIA † concessio est omnis concessio facta ad placitum; ideo precaria concessio potest quandocunque reuocari per concedentem, *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de precar.* Alex. *cons.* 53. *In causa vertente, in pr. lib.* 1. & quod concedens bona alicui ad beneplacitum concedentis dicatur concedere in precarium, & recipiens habeat in precarium. Castr. *cons.* 439. *Ad euidentiam, in pr. & cons.* 440. *lib.* 2. *in pr.* vbi, quod talis possidens precario non possidet ciuiliter, sed naturaliter tantum; ideo non præscribit. † Et dicit Castr. *cons.* 194. *Viso statuto. v. præterea in libertis, lib.* 1. quod est vocabulum ecclesiasticum; quia quod dicunt Legistæ in neutro genere precarium, prout concessio in precarium, ecclesiastici faciunt vocabulum fœminino precaria; sic etiam ius patronatus circa seruos de iure ciuili in beneficiis appellantur patrociniæ: sed istud est falsum ex titulo de iure patronatus, forte Florentiæ erat hoc vocabulum, sed non est ecclesiasticum. † Extende; quia dicitur precaria concessio; si tibi concedo, quod super re mea possis accipere pecuniam sub vsuris; ideo potero reuocare quandocunque. Alex. *d. cons.* 53. *In causa vertente, in pr. lib.* 1. † Et dicitur precaria concessio, quando precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur. Aegid. Bella. *cons.* 2. *n.* 38. vbi, quod differt à donatione; quia donans sic dat, ne recipiat, concedens precario dat recepturus retro, cum sibi libuerit, & plene Cou. *variarum resolut. lib.* 3. *c.* 15. *in pr.* † Extende in tm̃ posse quandocunque reuocari, vt neque valeat pactũ contrariũ. Cou. *vari. resolut. lib.* 3. *c.* 15. *in pr.* † Amplia; quia reuocari potest precariũ, etiam si possidens precario eo finito continuauit per longissimũ tempus; quia censetur continuasse ex titulo præcedenti, & precario. Crau. *de antiq. tempo. in* 4. *parte,* § *fin. n.* 107. *v. septimo pro hoc.* Castr. *cons.* 439. *col* 2. *v. qui autem, lib.* 2. *& cons.* 440. *eod. lib. in pr.* vbi, quod nullo modo potest præscribere, quia non possidet sibi, sed domino. † Declarat Crau. *cons.* 732. *n.* 12. *& seq. vsque in fi.* maxime *n.* 19. quando concessio fit ex causa ad beneplacitum, quia tunc non reuocatur beneplacitum, nisi ex iusta causa, & *n.* 13. dicit, ꝙ per triginta annos contra beneplacitum præscribitur, & per 40. annos contra principem cum titulo prædicti beneplaciti. † Vide omnino Cou. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 6. *& seq.* vbi ponit opiniones, quod precarium non possit starim reuocari, sicut neque cõmodatum, ne sit inutile, sed ita demum arbitrio iudicis, & contrarium, ꝙ imo, quandocunque possit reuocari, tandem ipse distinguit, quod regula procedit prima in commodato; quia commodatum fit ad certũ vsum, ꝙ necessario habet certũ tẽpus, ne sit inutile; precariũ vero non est ad certũ vsum, sed indeterminate; ideo potest qñcumq; reuocari, & statim, & dicit * cõem. † Sed si consideretur Abb. *d. c. fi. de precario, n.* 32. *& seq. v. & si diceretur,* forte posset dari æqua distinctio; quia precariũ potest indistincte reuocari ad differentiã commodati, ne sit inutile commodatũ, & cum damno, vt idem sit in precario, quando est ad certũ vsum habens implicitum tempus, vel quando est ad certũ tempus, vt tunc distinguatur, quod potest reuocari, dummodo si ante tẽpus sine damno, & ita loquitur Abb. & videtur opinio plena æquitate. † Amplia; quia præscribere nõ potest is, qui habet iure precario ab alio; quia solã habet naturalẽ, quę non sufficit ad præscribendũ sine ciuili, & dato, ꝙ haberet vtranque, quod aliqñ contingit; tamen non habet bonam fidem, quæ requiritur. Castr. *cons.* 439. *Ad euidentiam, in pr. lib.* 2. & plenius *cons.* 440. *Quia secundum dubium, in pr. lib.* 2. vbi, quod sicut vsufructuarius non potest præscribere, neque possidere iure pignoris; quia non vt dominus possidet, ita neque qui precario vbi tollit omnia contraria. † Extende, vt neque hæredes illius possint præscribere; qa eodẽ iure, quo defunctus possidebat, possident, & licet possessio defuncti non sit possessio hæredis, neq; è contra; tñ similis est in substãtia, & qualitate; & quia non potest hæres mutare causam possidendi sine causa extrinseca. Castr. *d. cons.* 439. *in prins. & cons.* 440. *in princip. lib.* 2. quia probata origine precarii censetur etiam hæres eodem iure possedisse. † Contrarium in concessione facta ad

bene-

beneplacitum de re perpetuo duratura; quia longissimo tempore præscribitur per 30. vel 40. annos contra Principem. Crau.
13 *cons.732.n.13.& seq.*† Declarare videtur idem Castr.*d.cons.439.n.2.v.ad primum,lib.2.* quod in hærede suo, qui est in potestate, non potest intrare titulus pro suo, vel pro hærede, sed in non suo bene intrat præscriptio triginta annorum, vel præscriptio minor subrogata à statuto Paduano loco præscriptionis prædictæ; tamen dicit, quod datur deductio temporis pupillaris ætatis, & impedimenti legitimi, & competit restitutio in integrum minor-
14 ri 25. annis.† Contrarium dicit Castr.*d.cons.440.in pr.lib.2.* quod nullo modo præscribit hæres; quia fictione iuris hæres possidet eo modo, quo defunctus, & si constat de origine precariæ, non potest dicere, credebam defunctum fuisse dominum, vel ignorans precarium possedi pro hærede, vel pro hærede, vel pro suo; tamen etiam saluat per totum consilium, quod minori compe-
15 rit restitutio in integrum.† Ratio; quia similitudinem habet cũ locatione, & ideo sicut locatio censetur renouata finita prima,
16 ita etiam precaria. Alex.*cons.76.Visis,n.7.v.non obstat.lib.5.*† Alia ratio, quia possidens precario non possidet sibi, sed domino, qui precario concessit. Ægid.*cons.2.n.25.* Castr.*cons.439. Ad euidentiã, col.2.v.qui autem possidet,lib.2.* vbi, quod non possidet, nisi naturaliter, & quatenus aliquando & naturaliter & ciuiliter possideat, nunquam possidet pro suo, sed pro alieno; ideo nullo tempore
17 præscribit.† Et ideo si spoliatur à domino, non restituitur, quando constat plene de precaria: secus si non plene. Ægid.*d.cons.2.*
18 *n.22.& seq.*† Declara; quia possidens precario à me respectu & mei possidere dicitur nomine meo, sed tamen respectu & mei & alterius durante precario possidet naturaliter, & sibi, prout vsufructuarius, licet possessio ciuilis sit penes me concedentem. Castr.plene *cons.433. Ad euidentiam, & cons.440.in pr.& per tot.lib.*
19 *2.* licet aliquando etiam possideat naturaliter, & ciuiliter.† Extende, quod dicitur de habente rem ad precarium, & sic ad beneplacitum, vt non sibi, sed alteri possideat, procedit etiam in hærede illius; quia solum possidet eo modo, quo defunctus, & non præscribit, & contra eum datur interdictum de precario, *l. quæsitum.§.fi.ff.de precario.* & non solum datur interdictum ei, qui concessit, sed etiam ei, qui successit in locum eius titulo singulari, plene Castr.*d.cons.439.col.2.v.qui autem possidet,lib.2.* & repetit
20 *cons.440.in pr.lib.2.*† Imo plus dicit idem Castr.*d.cons.440. Quia secundum dubium,col.2.v.nec obstat si dicatur,lib.2.* quod etiam si hæres ignorasset defunctum possedisse precario, non posset pro suo possidere & præscribere; quia fictione iuris possidet eo mo-
21 do, quo defunctus etiam inspecta opinione hæredis.† Limita; quia alia precaria concessio etiam fit ad vitam recipientis, sed debet fieri renouatio de quinquennio in quinquennium, & si non petat renouari, cadit à commodo precariæ. Alex.*cons.79.*
22 *Circa primum,n.10.v.circa vndecimum,lib.1.*† Limita, quia non finitur precarium, seu concessio precaria ad beneplacitum concedentis per mortem ipsius concedentis, sed bene per mortem eius, cui facta fuit concessio. Castr.*d.cons.439. Ad euidentiam, col.2. v.nam & licet precarium,lib.2.* & de hoc est tex. clarus *in c.fi.de precar.*
23 †Declara; quia si precarium sit concessum ad voluntatem, vel ad liberam voluntatem concedentis, bene expirat morte concedentis. Couar.*variarum resol.lib.3.c.15.n.4.* vbi idem, si dicatur,
24 quod perseueret, vel duret ad libitum concedentis.† Operatur concessio precaria, quod is, qui habet concessionem, possideat naturaliter, & facit fructus suos, ideo si obtinens precario soluerit aliquid concedenti ex fructibus rei concessæ, potest repetere tanquam in debitum solutum. Signor.*cons.152.Petrus inuestiuit.*
25 †Restringe, vt non procedat, quando quis concessisset primo in emphyteusim certam rem pro certa annua responsione; quia si deinde concedat precario eandem rem, & emphyteuta soluat canonem; non repetit; quia precaria concessio intelligitur respectu directi dominii, non respectu vtilis. Sign.*cons.152.in fin.* vbi secus dicit, si esset resoluta, & extincta concessio emphyteutica.
26 †Restringe; quia signa excludentia precariam sunt, si fuit dictũ, quod pleno iure posset, quod restitueretur, quatenus amoueri contingeret, aut similia verba, Ægid.*cons.2.n.25.v.prima con-*
27 *clusio.cum seq.*†Idem, si concessio fit dignitati, non personæ; quia censetur realis concessio, & precaria est personalis. Aegid.*d.cons.2.n.26.& seq.v.secunda conclusio.*

Precaria concessio bonorum Ecclesiæ ad vitam facta valet, & quando secus. Concl. 473.

1 CONCESSIO† precariæ facta de bonis Ecclesiæ à Capitulo habente bona diuisa valet etiam sine consensu Episcopi, & si-
2 ne solemnitatibus, Fed.de Sen.*cons.295. Ad secundum dubium.*† Declara, & bene potest reuocari ex capite læsionis, vel doli ad hibiti, aut ex restitutione in integrum, alias non Fed.*d.cons.295.circa fin. v.in hoc dubio.*† Limita; quia successor eius, qui precario concessit, non tenetur stare tali concessioni ad vitam, etiam si interuenisset consensus Episcopi, *c.fin.ne Prælati vices suas.* Fed.de Sen.*d.cons.*
4 *295.in fin.*† Declara, vt limitatio non procedat in Capitulo, vel Collegio; quia semper est idem, & non dicitur habere successorem. Fed.de Sen.*d.cons.295. in fi.n.3.*† Limita; quia si precaria esset
5 perpetua, vel etiam si fieret pro debito personali beneficiato; quia tunc non valet. Fed.de Sen.*d.cons.295. in fin.*

Precarium, & constitutum in re propria constituentis non valet, & quando secus. Concl. 474.

PRECARIVM,† seu constitutum in re propria non valet, *l.fi de*
1 *eo.§.fi.ff.de acq.poss.*† Limita, quod constitutum, & precarium
2 valet in re constituentis, quando sub conditione, vel in diem alterius est futura; quia licet non valeat, donec eueniat conditio; tamen ea eueniente statim operatur constitutum, vel precarium tanquam in re, quæ per conditionis euentum alterius efficitur, vel alteri debetur. Oldr.*cons.139.v.circa quod attendendum,n.11.*

Precarium post mortem constituentis non valet. Concl. 475.

CONSTITVENS† se precario nomine possidere post mortem, non transfert aliquid; quia non valet precarium post mortem collatum. Alex.*cons.82.Perspectis,n.9.in fi.v.sed ita est,lib.2.* vbi plena apost.*in v.mortem*, dat concord.

Precarium, & constitutum in quo differant. Conclusio 476.

CONSTITVTVM† simplex plus operatur, quam precarium; id-
1 eo plus est dicere, constituo me possidere pro te, vel constituo me possidere precario pro te; quia primo casu alienans, vel permutans cum constituto simplici transfert dominium, ita quo aliis alienare non potest; secus si constituisset precario possidere. Bal.*cons.482.Magnifici viri,n.9.v.quartus passus,lib.1.*† Contrarium
2 videtur velle Castr.*cons.10.n.3.v.secundo videndum,lib.1.* vbi, quod licet transferatur possessio in primum constituarium naturalis, & ciuilis; tamen est per fictionem; ideo quando postea vere transfert in alium; priuat primum, qui ficte possidebat.† Amplia; quia
3 constitutum transfert possessionem ciuilem, & naturalem; precarium vero transfert solam ciuilem. Cuma. *cons.54. Leonardus Merzarius.* Ang.*cons.373. Visis instrumentis, in pr.* Castr.*cons.10. Sinera sunt,n.3.lib.1.* Alex.*cons.82.Perspectis, n.8.v.nec prædictis,lib.2.* vbi, quod regulariter precarium transfert ciuilem in rogatum, & retinet naturalem in rogantem.† Declara tamen; quia is, pro quo
4 debitor constituit se precario possidere, non acquirit etiam ciuilem, si confiteatur, quod constituens ciuiliter possidebat tempore, quo pro alio fecit simile constitutum. Cuma *d.cons.54.in pr. v.tamen cum confessus.* Vide, *Constitutum plus operatur, quam precarium, & quando, & in quo differant. Concl.784.*† Amplia; quia precarium
5 operatur, quod non est necessaria discussio. Rom.*cons.189.circa te primo quæsito, circa fi.* vbi apost.*in v.excludit.* dat concord.† Restringe, vt non procedat, quando precarium esset finitum per
6 mortem. Rom.*d.cons.189.in fin.* vbi apost.*in v.durante.*† Limita quoad ciuilem possessionem; quia sunt paris potentiæ; ideo si dominus directus emphyteusis constituat se precario, vel constituat simpliciter possidere, vtroque casu transfert possessionem ciuilem, ex quo non habet, nisi ciuilem. Cuma.*d.cons.54.in pr.*

Præcedere quis debeat inter plures. Concl. 477.

ADMINISTRATIO† maior inducit præcedentiam. Collegium
1 Bon.*cons.1.post consilia Zabarell.n.13.& n.26.* vbi, quod Cardinalis maior Episcopo est propter administrationem.† Finis ad
2 maius bonum inducit præcedentiam Collegium Bon.*d.cons.1.post consilia Zabarell.n.14.*† Aptitudo maior ad bonum præcedere fa-
3 cit. Collegium Bonon. *d.cons.1.post consilia Zabarell.n.15.*† Declaratio Papæ inducit præcedentiam. Bonon, Collegium *dict.cons.*
4 *1 post consilia Zabarell.num.16.*† Data paritate dignitatis, & ordinis, senior præcedere debet iuniorem. Areti.*cons.23. Imperfecti consultatione.numer.10.ver.ad tertium.*† Dignitatem habens
5 debet præcedere illum, qui dignitatem non habet. Areti.*d.cons.23.in fin.*† Imo etiam attenditur dignitas ordinantis; quia ordinatus à Papa præfertur ordinato ab Episcopo, Collegium Bon.

d.cons.1. Pro monachis sancti Benedicti, nu.8. & seq. post consilia Zabarell.

Deci. *a. clerici, n.19. de iud.* vbi plura de præcedētia. Vide, *Dignitatū maioritas, & præcedentia ex quibus cognoscatur. Conc.* 430. Vide, *Doctor an præferatur militi, & quid de aliis. Concl.* 550. †Et est generale; quia dignitas collata à maiori inducit præcedentiam cæteris parib. Deci. *in rubr. de postul. prælat. in princ.* allegat *c. per tuas, de maior. & obed.*

9 †Ordo maior præfertur minori. Aret. *cons.* 23. *in fin.* ideo ordo presbyteratus dignior est diaconatu, Bono. Collegium *d. cons.* 1.

10 *post cons. Zabarell. pro monachis sancti Benedicti, n.*10.† Amplia in tantum habentem dignitatem præferri ei, qui non habet, vt non valeat consuetudo contraria, nisi probetur inducta ex legitima causa, puta ratione alicuius administrationis, alias tanquam scā-

11 dalosa est tollenda. Areti. *d. cons.* 23. *in fin.*† Vtilitas maior exercitii facit præcedere. Bonon. Collegium *d. cons.* 1. *post cons. Zabarell. n.* 12.

12 †Capitulum ecclesiæ maioris debet de iure præcedere alios beneficiatos, & Prælatos inferiorū ecclesiarū. Fel. *in c. cū non liceat, de præscr. in pr.* vbi, & istud procedit etiā in ecclesia Prælati inferio-

Ris. Vide, *Clerici vnde dicantur, & alii seculares, alii regulares, & qui præcedant. Concl.* 377. *n.* 9. *& seq.*† Extende; quia valet consuetudo decem annorum, quod Præpositus præcedat Canonicos, & vnus

13 Canonicus alios; quia non est contra, sed præter ius commune.

* Aret. *cons.* 23. *n.*10. vbi de * communi. Vide, *Abbas habet multa privilegia honoris. Conci.* 5. *n.*5.† Restringe, nisi consuetudo sit in cō-

14 trarium. Fel. *d. c. cum non liceat, de præscript. in pr.*† Declara restrictionem, vt per Ruin. *cons.* 155. *in fin. lib.* 4. vt procedat, vel ratione di-

16 gnitatis, vel in propria ecclesia non alias.† Primo institutus regulariter præcedit; quia potior est iure, qui prior est tempore, etiam in præcedendo, ista est Regula Collegii Bononiæ *in cons. pro*

17 *monachis sancti Benedicti post cons. Zabarell. in pr.*† Restringe; quia attenditur approbatio Regulæ, non institutio, vt dicatur prior. Collegium Bonon. *d. cons.* 1. *n.* 20. *& seq.* & hæc ratio prioritatis regulæ sola attenditur per Canonistas considerato tempore approbationis, non autem aliæ subtilitates Theologorum, an vita actiua vel contemplatiua. Collegium Paduanum *cons.* 2. *post cons. Zabarell. n.* 71. & Collegium Ferrariæ *cons.* 3. ibi *num.* 13. *& seq.* vbi idem, quod sola prioritas attenditur à tempore approbationis.

Præcepto superioris non obediens qua pœna plectendus. Concluſ. 478.

1 SPernens †præcepta ducis belli pœna capitis, & vltimi supplicii punitur, *l.* 3. § *in bello. ff. de re milit.* Bald. *cons.* 363. *Venerabilis*

2 *in Christo, n.* 4. *v. nam & qui mandata, lib.* 3.† Amplia; quia idem est in eo, qui contemnit iussum, & mandatum Regis, vel sui Princi-

3 pis in casu *l. fi. C. de impon. lucrat. descript. lib.* 11.† Extende; quia contemnens præceptum Principis punitur pœna vltimi supplicii de iure ciuili *in l. quas gratias ad fi. C. de offic. præfe. Afric.* & de iure canonico *in c.* 2. *de maiorit. & obed.* Rom. *cons.* 59. *Ad discutiendum, num.* 4.

4 †Declara; quia alia præcepta Regis, vel Principis spernens puniri potest pœna arbitraria, si præceptum non habet certam pœnam. Bal. *d. cons.* 363. *n.* 4. *v. aut non est apposita, lib.* 3. & secundum legem Longobardicam imponitur pœna secundum arbitrium Regis. Bald. *cons.* 159. *n.* 9. *v. superest videre, lib.* 3. vbi, quod maior

Pœna debet imponi spernenti, qui recipit beneficia à Principe, quam alii. Vide, *Contemnere, quando quis dicatur, vel non. Concl.* 963.

5 Vide, *Pœna arbitraria, in quibus casibus imponatur. Concl.* 218.† Amplia; quia contraueniens præcepto legis peccat mortaliter. Bart. *in l. si quis pro eo, n.* 9. *ff. de fideiuss.* quod præcedit in lege præcipien-

6 te in personam, & facta ab eo qui habet auctoritatem.† Contrarium tenet Alex. *cons.* 27. *Viso libello, in fin. lib.* 1. vt non habeat locū in casu iurato, nisi lex sit Papalis; quia seculares non possunt ani-

7 mas illaqueare.† Amplia; quia præcepto superioris obediens nō dicitur spernere promissionem factam, vel iussum iudicis, vnde confinatus certo loco sub quacunque pœna non dicitur rumpere confinia, si recedit à loco iussu domini ipsius loci. Ang. *cons.*

Dominus Raymundus. 378. quod est domini Ioan. de Tholomæis, & *cons.* 379. quod est Angeli. Vide, *Impossibilia non obligant, neque veniunt in quacunque dispositione. Concl.* 54. Vide, *Præceptum iudicis excusat obedientem. Concl.* 480.† Limita, quando præceptum superioris habet certam pœnam expressam; quia spernens, vel non

8 obediens solum puniri potest pœna expressa, & comminata. Bal. *d. cons.* 363. *n.* 4. *v. sed durus est iste, lib.* 3. *& cons.* 159. *Super eo, quod, n.* 9. *v.*

9 *superest videre, lib.* 3.† Limita, quando præceptum Regis esset iniustum, quia non tenetur subditus seruare, veluti si præciperet, quod quis se ipsum interficeret, vel quod filium immolaret, vel obsidem in manibus tyranni mitteret; quia non potest puniri non seruans ista, secus si præciperet Rex tutelam patriæ; quia licet esset cum periculo vitæ, est parendum. Bald. *cons.* 159. *Super eo, quod, n.* 8 *v. secundo præmittendum, lib.* 3.† Declara tamen; quia an

10 præceptum superioris sit iustum, vel iniustum, statur arbitrio boni viri. Bald. *d. cons.* 159. *n.* 8. *v. & totum hoc, lib.* 3.† Limita; quia

11 præceptum legis, vel statuti fauore eius, cui fit præceptum, & prohibitio resoluitur in consilium; ideo si faciat actum prohibitum cum iuramento, valet; quia non peccat. Alex. *cons.* 27. *Viso libello, n.* 5. *v. quarto quia, lib.* 1.† Contrarium videtur tenere Gem.

12 *cons.* 51. vbi, quod imo etiam consilium reuerentiale habet vim præcepti, & inducit peccatum contra spernentem, ideo obligat.

Præceptum iudicis operatur multa. Concl. 479.

PRÆCEPTVM † iudicis iustum operatur, quod facit de non

1 debito debitum; ideo tollit actionem indebiti soluti. Castr. *cons.* 183. *In causa, quæ vertitur, col. fin. lib.* 1.† Extende; quia præceptū

2 transit in iudicatum, si non appellatur ab eo intra decem dies. Castr. *d. cons.* 183. *col. fin. v. ad prædicta facit, lib.* 1. vbi loquitur, quando est superiis, quæ pertinent ad officium iudicis.† Extende;

3 quia habet vim rei iudicatæ, & sententiæ diffinitiuæ. Alex. *cons.* 50. *Visis actis causæ agitatæ, col. pen. lib.* 2. *n.* 11. *v. præterea*, vbi loquitur in præcepto facto post negationem.† Limita, quando non est

4 factum cum causæ cognitione, prout proclama; quia non tollit ius tertii, licet non pareat; quia dicitur interloquutoria, quæ

M præiudicat in modico. Castr. *cons.* 436. *Ad primum, in fi. lib.* 2. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Præceptum iudicis excusat obedientem. Concluſio 480.

PRÆCEPTVM † iudicis factum Titio, vt auferat quendam li-

1 brum à Seio, excusat Titium ab omni pœna, si paruit præcepto. Alex. *cons.* 39. *Visis, & consideratis, lib.* 3. *n.* 3.† Extende; quia col-

2 laterales prætoris, qui aliquem iniuste decapitari fecerunt mādato prætoris, excusantur, & ita fuisse iudicatum dicit Cataldi. *de syndicatu. q.* 120. Clar. *in* § *fin. q.* 60. *n.* 16. *v. ex hoc etiam*, vbi, quod

3 in atrocibus non excusatur, sed in leuibus.† Extende; quia Notarius, qui examinauit testes summatim, excusatur à pœna reformationum punientium Notarios hoc casu, si fecit de mandato iudicis, & superioris sui. Alex. *d. cons.* 39. *n.* 2. *v. secundo principaliter, lib.* 3.† Amplia; quia soluens fideiussor vsuras præcepto superio-

4 ris repetit vsuras, quas non repeteret; quia excusatur, si paruit decreto etiam iniusto superioris. Alex. *cons.* 57. *Quoniam in quæstione, n.* 3. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 91.† Extende; quia excusatur, qui aliquid

5 facit præcepto iudicis. Bal. *in l. fin* §. *fin autē. C. de bon. auth. iud. possid.* Cuman. *cons.* 185.† Extende; quia is, qui destruxit domum alte-

6 rius ex præcepto Marchionis superioris, non tenetur ad aliquam pœnam. Alex. *d. cons.* 57. *n.* 5. *v. forrific. antur, lib.* 1.† Extende; quia

7 soluens de mandato iudicis excusatur; quia iussus iudicis excusat soluentem, gloss. *in l. ait prætor.* §. *permittitur, per illum text. ff. de mi-*

8 *nor.*† Extende, etiam si iussū iudicis soluat non vero creditoris; quia excusatur. Doct. *in l. si vrbana. ff. de condict. indeb.* Aret. *cons.* 35.

9 *column penult. & fin.* Alexand. *cons.* 103. *num.* 4. *& num.* 17. *lib.* 2.† Extende; quia debitores soluentes ex præcepto tyranni certo officiali liberantur. Alex. *d. cons.* 57. *in fin. v. & idem in simili, lib.* 1. Vide,

M *Debitor condemnati soluens fisco quando liberetur, vel non. Concluſ.* 43.

10 †Extende; quia excusatur à pœna caducitatis soluens iussu superioris alteri, quam domino. Affl. *decis.* 328. vbi Vrsil. declarat, dummodo non voluntarie, vt quia opposuit se, secundum Bal. *dict. l. falsus, num.* 31. *C. de furt.*† Amplia, etiam si decretum & præceptum superioris sit iniustum, quia excusatur is, qui paruit tali

11 præcepto. Alex. *d. cons.* 57. *in fin. lib.* 1. Ruin. *cons.* 167. *num.* 6. *& seq. v. sed prædictis, lib.* 4. vbi, quod sufficit, quod sit in iniuriam creditoris.† Amplia in hærede vsurarii; quia si facto proclamate contra

12 prætendentes vsuras, vt compareant certo termino, alias distribuentur pauperibus, lapso termino assignato si soluat de mandato iudicis, vel Episcopi excusatur, ne teneatur iterum soluere, etiam si certæ personæ compareant, quibus restitutio esset fienda; quia soluens liberatur, & comparentes agunt contra pauperes, quibus est facta solutio. Fed. de Sen. *cons.* 153. *In quæstione, circa med.* Ancharan. *cons.* 306. *Efficax. num.* 3.† Declara, vt non proce-

13 dat, quando certæ personæ comparentes in termino proclamatis fuissent absentes infirmæ, vel impeditæ; quia tunc illis non præiudicat proclama generale. Anch. *d. cons.* 306. *n.* 3.† Amplia;

14 quia īmunis soluens onera pcepto iudicis, vt obediat, nō perdit

immuni-

immunitatem; quia coacte facere dicitur. Rol. à Valle *cons.* 60. *n.* 12. *& seq. lib.* 2. vbi ponit multa exempla quod quis non incurrit pœnã, neque patitur damnum, si faciecoactus, *& cons.* 45. *n.* 71. *li.*
15 1.† Amplia; quia exigens pensionem præcepto iudicis non acquirit quasi possessionem, ex quo soluens non patitur, sed coa-
16 ctus facit.† Amplia; quia præceptum pœnale iudicis, vel superio-
* ris, quod pro iusta causa habetur, excusat à mora, *l. quod te* vbi * & mnes. *ff. si cert. pet.* Alex. *cons.* 119. *Titulus quæstionis, col.* 4. *v. & similiter*
17 *iusta causa, lib.* 2.† Extende; quia excusat ab interesse, gl. *in l.* 3. §. *in hac. ff. de triticar.* Areti. *cons.* 150. *Visis. col.* 6. *v. quinimo.* Deci. *in l. quod*
18 *te, in vlt. not. ff. si cert. pet.*† Amplia; quia sequestrum factum debitori, ne soluat suo creditori, excusat eum ab omni pœna, & mota, si nõ soluit. Curt. *in l. vnica. C. de prohib. sequestr. pecun. q.* 16. Corn.
✠ *cons.* 8. *Circa primum, in* 2. *dubio lib.* 2. Vide, *Iudicis præceptum, seu iussus*
19 *excusat in multis. Concl.* 476.† Amplia; quia ne dum præceptum, sed iussus iudicis excusat obedientem à pœna. Vide, & declara, vt per Guido. Pap. *cons.* 31. *n.* 9. *v. & alibi probatur.* Bart. & Castr. *in l.*
20 *furti. §. qui iussu. ff. de iis, qui not. infam.* vbi Alex.† Amplia, siue præceptum superioris fiat, vt soluat superiori, vel ciuitati, aut fisco, siue etiam ad instantiã priuati; quia vtroque casu liberatur. Cuma. *cons.* 185. *n.* 2. *v. nec dici potest*, vbi dicit quod debitor cedendo a-
21 ctionem contra priuatum, cui soluit, liberatur.† Contrarium tenet Ruin. reprobando Cuma. *cons.* 171. *n.* 7. *v. sed prædictis quædam,*
* *lib.* 4. vbi dicit * communem contra Cuma. & declarat, quod dicitur de cessione actionis, quia procedit, quando debitor non tenetur ex proprio contractu, vel quando est debitor speciei, si vero tenetur ex proprio contractu, vel debet quantitatem, si soluit priuato, non liberatur cedendo actionem vllo modo, &
*22 dicit * communem *n.* 8.† Declarat idem Ruin. *cons.* 171. *n.* 11. *li.* 4. quando decretum iudicis fuit ad commodum priuati sine causæ
23 cognitione; quia non liberatur.† Declara multis modis, de quibus Bart. *in l. creditor ff. de solutio.* Deci. *cons.* 407. *Visis, & diligenter, col.* 1. *&* 2. Ias. *cons.* 26. *lib.* 3. & plenissime Afflict. *dec.* 150. vbi distinguunt, & inter cætera, q̃ non liberatur debitor, si primo erat in mora soluendi; idem, quando concordauit, non autem soluit,
24 & idem, si constat de sola confessione, non de solutione.† Amplia; quia conductor obligatus soluere afflictum certis terminis, alias non soluendo posset expelli, excusatur, si non soluit, quia habuit præceptum à iudice de non soluendo; ita Afflict. *dec.* 328. per text. *in l. mulier*, vbi Bart. *ff. de leg. commiss.* idem Bart. *in l. non solum. §. morte, in* 10. *q. pr. ff. de noui oper. nunciat.* & Alex. *in l. hæres. ff. ad*
25 *Trebell.*† Extende, quia debitor sub pœna non soluat in termino; quia fuit sibi factum præceptum à iudice, non solum non incurrit pœnam, sed nec tenetur ad vsuras; quia excusat eum præceptum iudicis. Ias. *in l. si quis maior, n* 18. *v. quid autem si non impleuerit. C. de transact.* vel. *in c. constitutus, n.* 11. *de rescript.* Deci. *in l. non vide-*
26 *tur. §. qui iussu. ff. de reg. iur.*† Amplia; quia pœna sunt, aliquid fieri coacte à iudice, vel timore coactionis, *l. nouisse. ff. quod falso tuto. auth. gestum est*, vbi Bal. Anch. *consil.* 159. *Rationes, v. quarto hoc probo.*
27 †Extende; quia actus non dicitur spontaneus, sed coactus, quã do fit ab eo, qui potest cogi ad illum faciendum. Barbat. *cons.* 42. *Duo, col.* 4. *v. & sic volunt præfati Docto. lib.* 1. Ias. *in l.* 2. *n.* 5. *v. facit, quod*
28 *tenet. C. de transact.*† Limita; quia præceptum iudicis non excusat soluentem indebite, nisi prius oppoluerit, quæ potest opponere; quia alias præsumitur voluntarie soluere. Decian. *cons.* 48. *n.* 27. *lib.* 3 Dec. *cons.* 407. *n.* 2. *in fin.* plene Bal. *in l. falsus, n.* 30. *&* 31. *C. de furt.* Castr. *in l.* 2. *in fin. pr. ff. de iud.* sequitur Vrsil. *in additio. ad Afflict.*
✠ *dec.* 328. *in pr.* Afflict. *dec.* 150. *n.* 23. *&* 24. Vide, *Debitor ante diem, vel sub*
29 *conditione an possit conueniri. Concl.* 52.† Extende; quia is, cui compromittit iussu iudicis, & renunciat appellationi non potest allegare se compulsum; quia ex quo non tenebatur obtemperare, & non poterat compelli, dicitur sponte renunciasse appellationi. Castr. *cons.* 283. *Super isto negotio, col.* 2. *in fi. v. fuit etiam allegatum, lib.* 1.
30 †Extende in depositario; quia si soluat simpliciter mandato iudicis absque eo, quod opponat se, vel denunciet deponenti, nõ dicitur soluere coacte, sed voluntarie. Cuma. *cons.* 185. *in fin.* se-
31 quitur Decian. *d. cons.* 48. *n.* 28. *lib.* 3.† Et quod debeat denunciare deponenti, alias non excusatur, si soluat ex præcepto iniusto iu-
32 dicis. Ioan. de Imol. *cons.* 54. *in fin.*† Extende in teste, qui se examinauit contra patriam ad solam citationem; quia dicitur volũtarius, non coactus, nisi prius fecerit aliqualem resistentiam. De-
33 cian. *d. cons.* 48. *n.* 26. *& seq.* vbi est casus.† Extende etiam in subdito soluente tyranno; quia non excusatur, neque liberatur, si nihil oppoſuit; quia debet aliquid facere, per quod constet, quod non sponte. Deci. *d. cons.* 407. *Visis diligenter, n.* 2. *v. secunda ratio.* Bal.
34 *d. l. falsus. C. de furt. n.* 30. *&* 31.† Contrarium, quod imo sufficiat præceptum iudicis, vel tyranni absque eo, quod se oppoſuerit debitor; quia non est verisimile, quod sponte soluerit, vbi soluat. Deci. *cons.* 25. *col.* 3. *v. non obstat huic exceptioni*, vbi dicit * communem; quia iustus metus nedum in armis, sed in statutis terribilibus consistit, & idem videtur tenere Ruin. *cons.* 167. *n.* 7. *& lib.* 4. licet non dicat expresse.† Declara; quia si potest constare de collusione aliquo modo, præceptum iudicis non operatur, & probatur, si debitor sollicitauit, si soluit ante diem. Ial. *cons.* 26. *li.* 3. Ruin. *cons.* 171. *lib.* 4.† Declara; quia sufficit, quod contradicat, videlicet asserendo non teneri, alias non excusaretur, quin voluntarie dicatur fecisse. Affl. *dec.* 150. *n.* 24. *& seq.* Castr. *cons.* 283. *col.* 2. *in fi. v. fuit etiam allegatum, lib.* 1. vbi, quod tunc dicitur compulsus, quando contradixit, & nihilominus iudex perseueranit in præcepto, alias non.† Extende; quia in iis, quæ à iure sunt prohibita, non excusatur is, qui obediuit iudici iniuste præcipienti. *Auth. sed nouo iure, in fi. C. de custod. reor.*† Limita in præceptoiudicis circa iniusta, & illicita; quia debet appellare, & contradicere. Affl. *d. dec.* 150. *n.* 23. *& seq.*† Limita; quia si seneschalcus mandet indici, quod aliquem suspendat absque inquisitione, non debet ei obtemperare, *l. moneta. C. de delator. lib.* 10. Ægid. Bella. *cons.* 40. *n.* 43. *in fin. v. de cliente.*† Limita; quia præceptum, & decretum iudicis non excusat, quando iudici non fuit facta mentio de privilegio, quod si sciuisset decretum, non fecisset, tunc non excusatur soluens, qui sciuit priuilegium, & soluit. Alex. *cons.* 103. *Visis scriptis. n.* 18. *& seq. vsque in fin. li.* 2.† Limita, quando præceptum iudicis esset procuratum ab ipso, cui fit præceptum; quia non excusat à mora, nec ab aliquo onere, Ias. *in l. fi. col.* 2. *in* 2. *not. ff. qui satisd. cogan.* in duobus locis. Vide, *Affectatio operatur multa, vt affectanti per-*
dat priuilegium. Concl. 237† Limita in debitore, & obligato ingenere: quia si compellitur soluere debita electorum de ciuitate, non liberatur. Alex. *cons.* 103. *n.* 11. *lib.* 2. Deci. *cons.* 407. *in pr.* vbi idem in debitore quãritatis in genere.† Contrarium, quod imo debitor in genere, vel in quantitate liberetur, quando vel odio creditoris fuit iussus soluere, vel quando non odio debitoris superior voluit, quod omnino solueret; quia siue sit debitor in genere, siue in quantitate, saltem liberatur ope exceptionis, licet non ipso iure. Ruin. *d. cons.* 167. *n.* 9. *v. nec etiam obstat, lib.* 4.† Declara; quia si præceptum iniustum esset contemplatione creditoris, liberatur debitor, secus si contemplatione debitoris, quasi æquiparetur casui fortuito; quia imputatur ei, cuius contemplatione accidit, iuxta not. *in l. si merces. §. culpa. ff. locati.*† Limita si soluat ex præcepto iudicis falso procuratori, qui nullam habuit mandatum; secus si habebat mandatum dubium, tunc si iudex etiam iniuste dicat esse sufficiens, liberatur; quia culpa scribi potest constituenti; quia dubium fecit mandatum. Alex. *d. cons.* 103. *n.* 19. *& seq. lib.* 2.† Limita, quando debitor generis, vel quantitatis soluit priuato non iussu superioris.† Bart. *d. l. creditor, n.* 2. *in fin. v. item quæro an sit idem. ff. de solut.* cuius distinctionem communem
*dicit Deci. *cons.* 25. *in pr.* Vide, *Mandatum superioris quando, & equibus excuset. Concl.* 70.

Præceptum quando vnum, vel plura. Concl. 481.

PRÆCEPTVM† arbitri, vel arbitratoris, aut iudicis, quod quis teneatur facere, vel soluere, dicitur vnicum.† Si vero quod teneatur soluere certa die, vel certo loco, sunt plura præcepta, vnum, quod soluat; aliud, quod certa die, vel certo loco; & ideo si excutetur à præcepto pro certa die aliqua iusta causa, adhuc tamen remanet præceptum primum de soluendo, ita Castr. *in l. circa, n.* 3. *ff. de hæred. instit.*† Contrarium videtur velle Bart. *in l. quia tamen. §. fin. ff. de arbitr.* Ias. *in §. curare, col.* 10. *Institut. de actio. vbi* quod si arbiter condemnat in ducenta, sed si soluerit centum intra octo dies, sit liberatus à residuo; dicit, quod si non soluit extra octo dies, sit liberatus à residuo; dicit, quod si non soluit extra octo dies, sit liberatus à residuo; dicit, quod si non soluit ext

Præceptum à iudice factum quando nullum, v el econtra. Concl. 482.

1 PRÆCEPTVM † factum ab exequutore, vel iudice sine causæ cognitione, & non citata parte, dicitur nullum, & iniquum, & ab eo licite appellatur. Fed. de Sen. *conſ.* 251 *per tot.* maximè *n.* 2. *ver. item alia ratione.* Vide, *Ordo iuris in multis non attenditur, & quando ſecus. Concluſ.* 198. Vide, *Monitio, ſeu monitorium quid ſit, & quando valeat. Concl.* 356. Vide, *Inhibitio, & præceptum quando poſſit ſperni, vel*
2 *non. Concl.* 141. † Amplia in præcepto facto ſine citatione ſub pœna excommunicationis ſine cauſa; quia nullum eſt, & ſententia
3 nulla. Anch. *conſ.* 60 *per tot.* † Amplia, quia regulare eſt, q̃ iudex, cui nihil eſt probatum, nihil poteſt præcipere, in tantum, quod etiamſi ſibi conſtet aliquid cõtra non citatum, nihil poteſt præ-
4 cipere, vel mandare. Bald. *conſ.* 429. *Licet iudex. in prin. lib.* 3. † Et à præcepto non eſt inchoandũ. Anch. *d. conſ.* 60. *n.* 2. *lib.* 1. vbi Caſtr.
5 & alii, *C. de exec. rei iudic.* Caſtr. *conſ.* 3. *in pr. lib.* 2. † Extende; quia cõductor bonorũ poſſeſſorũ per tertium nõ poteſt incipere à præcepto de relaxando bona; quia regulariter à præceptis non eſt inchoandum, *l. nulla. ff. de reiud. l.* 1. *C. de prohib. ſequeſtr. pecun. cum ibi not.* & quia non habet dominium, *l. non ſolet. ff. locati.* ſed nudã perſonalem contra locatorẽ habet de iure cõmuni, q̃ non admitte-
6 rem, ſi locatio eſſet per inſtrumentũ cum hypotheca. † Declara; quia præceptũ factũ ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nullum; quia à præcepto nõ eſt incipiendum, niſi adſit clauſula, *ſi ſenſerit ſe grauatum.* Iaſ. *in l. nec quicquam. n.* 5. *& 6. ff. de offic. proconſ. & leg.* vbi
* dicit magis * communem. Caſtr. *conſ.* 3. *n.* 2. *in fin. lib.* 2. vbi, q̃ ideo valet cum clauſula, *ſi quis, &c.* quia ſi præceptatus cõparet, reſoluitur in ſimplicẽ citationem. Vide, Clauſula præceptorum, *& ſi*
7 *ſenſerit ſe grauatum, compareas*, quid operetur. *Concl.* 360. † Et quando præceptum ſine cauſæ cognitione ſit nullum, vel mulcta ſine cauſæ cognitione ſit nulla, Dd. *in l.* 1. *ff. ſi quis ius dic. nõ obtemp.* Guid. Pap. *deciſ.* 359. vbi, q̃ in iis, quæ pertinent ad officium iudicis, poſ-
8 ſunt fieri præcepta ſine cauſæ cognitione. † Et an poſt annum poſſit præceptatus moleſtari pro pœnis præceptorũ, & mulctæ, Dd. poſt gl. *in l.* 1. §. *ſi. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.* Guid. Pap. *d. deciſ.*
9 359. vbi, q̃ poſt annũ non poteſt moleſtari. † Extende; quia præcepta in criminalibus ſunt nulla facta nõ præcedẽte legitima denuntiatione, vel inquiſitione ſuper delicto, & ſic ſine indiciis. Boſſ. *quomodo proced. per præcepta. n.* 12. Bertaz. *conſ. crim.* 79. *n.* 3. *in fi.*
10 *& n.* 4. *lib.* 1. & Iatius *conſ.* 181. *n.* 15. † Extende, q̃ dicitur de præcepto, vt ceſſeatur reductũ in vim ſimplicis citationis, & nõ inducat attẽtata, procedat etiam in inhibitione de nõ attentãdo, vel innouando aliquid, ſi cõparuit inhibitus, vel continuauit. Caſtr.
11 *conſ.* 395. *In cauſa, quæ vertitur. in pr. ver. conſtat autem. lib.* 2. † Et quia is, qui cõtinuat poſſeſſionem, non attentat. Alex. *conſ.* 99. *Viſis. n.* 5.
12 *ver. nec obſtat. lib.* 5. vbi apoſtil. *in ver. poſſeſſione*, dat concord. † Reſtringe in cauſa ſine figura iudicii commiſſa; quia iudex ſine cõ-
13 demnatione poteſt incipere à præcepto loco ſententiæ, & cõdemnationis. Bart. *in extr. auag ad reprimendum. ver. ſine figura.* † Amplia; quia ẽt in cauſis fiſcalibus nõ poteſt ſine citatione deueniri ad præceptũ, & exequutionẽ Bald. *d. conſ.* 429. *in prin. lib.* 3. allegat
14 *Lomnes. C. de dilat.* † Amplia; quia præceptũ eſt nullũ, ſi eſt incertũ,
15 vel nõ cõtinet certam quantitatẽ. Pet. Anch. *conſ.* 60. *in fi.* † Amplia; quia etiam in notoriis requiritur citatio partis ad audiendũ ſententiam, vel videndũ fieri præceptũ, alias non valet. Bald. qui diſtinguit *in d. conſ.* 429. *circa pr. ver. & dico, quod triplex. lib.* 3. vbi dicit hoc procedere in notorio facti, & notorio iuris tantũ; ſecus ſi
16 eſſet notorium rei iudicatæ, vel notorii iuris & facti ſimul. † Amplia; quia generale eſt, q̃ in cauſis, in quibus requiritur ſententia diffinitiua, nõ eſt incipiendũ à præcepto ſine cauſæ cognitione, & ſi cõtrarium fiat in nõ confeſſum, tale præceptum eſt ipſo iure nullũ. Caſtr. *conſ.* 183. *In cauſa, quæ vertitur. in prin. lib.* 1. allegat text. *l.*
fi. §. fi. ff. quod met. cauſ. & dicit, q̃ cõtrario imperio omnia ſunt re-
17 uocãda. † Amplia; quia præceptũ factũ poſſeſſori, vt vel doceat de ſua poſſeſſione, & titulo, vel illam dimittat, nõ valet, neq; cõfirmari poteſt, q̃ eſt ad inſtãtiam partis. Bald. *conſ.* 337. *Statutum, quo in effectu. n.* 2. *ver. modo vos. & conſ.* 338. *num.* 3. *ver. ſi autem ego. lib.* 5.
18 † Extẽde etiã, ſi fiat à Vicario ex officio, q̃ poſſidebat ſimplicia beneficia, vel q̃ fuit appellatũ à præcepto, & appellationi dela-
19 tũ. Anch. *d. conſ.* 60. *in prin.* † Amplia; quia præceptũ iudicis factũ in exequutione ſententiæ nullius, eſt nullũ; quia licet ſententia lata
* ſine cauſa valeat; ſecus quoad præceptũ, * cõmunem dicit Caſt.
20 *conſ.* 231. *Viſis actis. col.* 1. *in fi. ver. ſecundo dico. lib.* 1. † Extẽde, q̃ præceptũ præpoſtere emanauit, vel durante appellatione, vel nulli-
21 tate pendẽte. Caſt. *d. conſ.* 231. *n.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia præceptum factũ à iudice alicui contra tenorẽ ſententiæ arbitralis, quæ habet exequutionem paratam, eſt nullum; ſecus ſi ſententia non habet exequutionem paratam. Bald. *conſ.* 497. *Factum tale eſt. lib.* 5.
† Amplia; quia præceptũ cõminatorium iudicis nõ valet, ſi excedat metã taxatam à iure, & quando ſecus. Vide Socin. *reg.* 23. *præ-* 22
ceptum comminatorium. vbi limitat duobus modis. † Limita, quando præceptũ eſt alternatiuum, & iuſtificatũ, puta, q̃ faciat aliqd, 23
vel doceat nõ teneri, vel nõ debere fieri. Io. de Imol. *conſ.* 112. *n.* 1. *& ſeq.* vbi, q̃ valet ſine cauſæ cognitione, & poteſt fieri. † Extẽde; 24
quia præceptũ iudicis iuſtũ non debet reuocari, ſed confirmari. Bald. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col.* 3. *ver. & nota. ff. de offic. proconſ. & legat.* † Limita; quia præceptũ iudicis iuſtificatũ poteſt fieri 25
etiam cũ pœna cõfiſcationis bonorũ. Soc. *conſ.* 99. *col.* 9. *poſt med. lib.* 3. ſequitur Crau. *conſ.* 373. *n.* 6. † Limita; quia ſi iudex fecit mitti 26
aliquẽ in poſſeſſionẽ ſeruatis ſeruandis, & iuſte, poteſt ſucceſſiue præcipere aduerſario, ne eum moleſtet, vel inquietet, prout ſpectat ad eum; nam fruſtra iudex mitteret in poſſeſſionem, niſi miſſus tueretur, *l.* 1. §. 2. *ff. ne vis fiat ei.* & ad hoc iudicis officiũ imploratur, vt miſſus in poſſeſſione defendatur. Specul. *tit. de officio omnium iud.* §. 2. *n.* 9. *ver. itẽ imploratur, ne vis.* † Limita, q̃n præceptũ 27
habet clauſulã; *& ſi ſenſeris te grauatũ, compareas*; quia iuſtificatur, & per ſolã comparitionẽ, & proteſtationẽ perdit effectũ præcepti. Alex. *conſ.* 143. *Viſo ſtatuto. in ſi. lib.* 7. † Limita in exigẽdis publi- 28
cis functionibus, puta datii, & tributis, vel collectis; quia nulla citatio requiritur, & incipitur à præcepto ẽt generali, & tale præceptum generale habet vim rei iudicatæ, alias enim Reſpublica periclitaretur. Bald. *d. conſ.* 429. *in prin. ver. tamen in exigendis. lib.* 3.
† Extẽde; quia in fraudibus gabellæ, & q̃n ſtatutũ diſponit, inci- 29
pitur à præcepto. Caſtr. *d. conſ.* 183. *col.* 2. *ver. ſed iis non obſtantib. lib.* 1.
† Limita, quia ad officium iudicis ſpectat, ne ſubditi ſuæ iuriſdi- 30
ctionis ſe offendãt, ideo valet præceptum in hoc, & à præcepto poteſt incipi. Vide, *Iudex ex officio poteſt multa. Concl.* 395. † Extẽde; 31
quia valet præceptũ iudicis ſine cauſæ cognitione in iis, quę ſpectãt ad offic. ũ iudicis. Alex. *conſ.* 240. *Perſpectis. n.* 7. *ver. ſexto. lib.* 6.
vbi apoſtill. *in ver. valet.* reſtringit, vt ſit verũ in iis, in quibus non requiritur cauſæ cognitio, alias ſecus, & adducit concord. † Re- 32
ſtringe; quia licet in tributis incipi poſſit à præcepto, & ab exequutione; tñ ſi grauatus cõpareat, & doceat de grauamine, debet audiri, & præceptũ reſoluitur in ſimplicẽ citationem. Bald. *d. conſ.* 429. *circa med. ver. qui autẽ grauatur. lib.* 3. † Reſtringe; quia præ- 33
ceptũ nõ debet fieri vniuerſitati pro ſingularibus, ſed debet fieri vniuerſitati, & ſingularibus, vel ſingularibus tantũ. Bald. *d. conſ.* 429. *circa ſi. ver. hic tamen conſiderandum. lib.* 3. *vſq; in fi.* † Limita; quia 34
in confeſſum bene valet præceptũ, & incipi poteſt à præcepto. Caſt. *d. conſ.* 183. *in pr. lib.* 1. † Limita, q̃n præceptum emanauit cum 35
cauſæ cognitione; quia tũc valet, & trãſit in iudicatũ, & facit ceſſare indebitũ. Caſtr. *conſ.* 183. *col.* 2. *circa med. & per tot. lib.* 1. † Decla- 36
ra; quia dicitur cũ cauſæ cognitione, q̃n partibus fuit aſſignatus terminus, in qua termini aſſignatione conſiſtit cauſæ cognitio. Caſt. *d. conſ.* 183. *col.* 2. *ver. ad quod probandũ. lib.* 1. † Limita, q̃n præce- 37
ptũ nõ tẽdit ad finẽ ſententiæ in petitorio, neq; in poſſeſſorio, ſed ſolũ ad finẽ, vt is, qui nõ poſſidet rem, q̃ litigatur, nõ turbet poſſidentẽ, & ne deueniant ad arma; quia tũc iudex incipere poteſt à præcepto. Caſtr. *conſ.* 3. *in prin. lib.* 2. vbi ponit differentiam inter ſententiam, q̃ quis non turbet alium, qui habet effectũ dũtaxat, donec in petitorio vel poſſeſſorio pronuntietur, & proceditur ſummarie ſine libello, & ſine litis conteſtatione, vt ibi dicitur. Vide, *Turbans aliquem in poſſeſſione, qualiter agendum ſit contra eum via* 38
præcepti. Concl. 149. † Extende; quia ſententia lata ſuper reuocatione talis præcepti non præiudicat, neq; in petitorio, neq; in poſſeſſorio, maximè, quando fuit ſolum cognitũ, an debeat reuocari ſummarie ſine libello, & ſine litis conteſtatione. Caſtr. *conſ.* 30. *Vt plene attingamus. in pr. lib.* 2. † Et quod cauſa, quæ incipit à præ- 39
cepto, ſit de ſui natura ſummaria, & non poſſit ſequi ſententia, quæ præiudicet in negotio principali; quia terminatur ſine libello, & ſine litis conteſtatione; & ideo ſolum fit præiudicium in cauſa præcepti. Caſtr. *conſ.* 48. *In cauſa, quæ vertitur. lib.* 2. *in princ.*
† Et præceptum poteſt cauſa cognita confirmari, vel reuocari; & 40
talis confirmatio, vel reuocatio nõ præiudicat quoad negotium principale. Caſtr. *d. conſ* 48. *per tot. lib.* 2. Vide, *Mulcta & pœna ex-* 41
preſſa in præcepto contempto poteſt exigi, & quando ſecus. Concl. 412.

Preces quando difficilem exitum habere dicantur. Concl. 483.

1 PRECES † difficilem exitum habere dicuntur, quando locus
2 eſt precibus tantum, *l. qui cum maior.* §. 1. *ff. de bon. liber.* † Amplia, etiamſi preces fiant cum Rege, vbi tractatur de intereſſe iuriſdictionali, prout conſulit & loquitur Oldr. in Rege Aragonię *conſ.* 242. *n.* 5. *ver. reſpondetur & aliter.*

Preces maiorum præcepta inferioribus dicuntur. Concl.484.

1 PRECES † maiorum minoribus præcepta dicuntur. Oldr.*cons.* 209.*n.*11.*ver.non obstat.* Alex.*cons.*16.*Ponderatis.n.*2.*ver.& tanto magis.lib.*3. & plenius *cons.*124.*Omissis.in fin.lib.*1.vbi apostil.*in ver. iussu.* dat concord.allegat Alexan.versum: *Est rogare Ducum species*
2 *violenta iubendi.* † Extende; quia enixæ preces superiorum sunt præcepta; ideo qui contrahit ad preces superioris dicitur contrahere per metum. Apostil.ad Abb.*in c.cum inter R.n.*8.*in ver.preces.de electio.* quæ allegat multa iura. Castr.*cons.*174.*lib.*1. Vide, *Persuadens quando teneatur, vel non, & quid operetur persuasio. Conclus.*322.
3 † Contrarium dicit Abb.*in d.c.cum inter R.n.*8.*de electio.* quod imo non inducunt iustum metum, vbi secunda apostil.*in ver.preces.*
* 4 Alex.*cons.*16.*n.*9.*ver.nec obstat.lib.*3.vbi dicit * communem. † Declara, quia si solitus est Princeps, vel superior est solitus male tractare subditos, non obtemperantes suis precibus; tunc inducũt iustum metum, alias non, ita distinguit Abb.*d.c.cum inter R.n.*8.*de electio.* sequitur Alex.*d.cons.*16.*n.*9.*ver.& ideo dicunt.lib.*3.vbi, quod requiritur, quod dixerit, si hoc non faceret, inquireret de deli-
5 cto, vel male tractaret, & quod sit solitus male tractare. † Et ideo is, qui vult probare non appellasse propter metum magistratus, non releuatur ex protestatione, nisi doceat, quod iudex fuisset solitus incarcerare, vel male tractare appellantes. Alex.*d.cons.*
6 16.*n.*10.*ver.bene facit etiam.lib.*3. † Amplia; quia blanditiæ vehementes Principum inducunt vim, & metum, & quando secus. Vide Mascard.*Concl.*193.*Blanditiæ Principum.*

Pretium intelligitur de pecunia numerata. Conc.485.

1 PRETIVM † proprie intelligitur, quod consistit in pecunia numerata; ideo dispositio odiosa loquens de pretio non habet locum, nisi pretium sit in pecunia numerata. Bald.*consil.*98. *Bertonus de Conu. nu.*1. *ver.in contrarium.lib.*1. *& cons.*383.*n.*2.*ver.nam statutum dicit. lib.*5.

Pretium vbi exprimitur, ibi venditio interpretatur, & quando secus. Concl.486.

1 PRETIVM † vbi exprimitur, ibi venditio interpretatur; & ideo vbi requiritur causa, vel titulus; tunc si pretium exprimatur, exprimitur causa & titulus emptionis. Bald.*cons.*461.*Inter Io.*
* *& Aloysium.in fi.n.*6.*ver.vnde eo ipso.lib.*1.& est communis * opinio,
2 vt dicit Mascard.qui plura cumulat *Conel.*616.*n.*4.*& seq.* † Extẽde in tantum pretium applicari ad venditionem, vt si statutum dicat, quod de pretio cuiuslibet rei deductæ in contractu soluatur gabella, intelligitur solum de venditione. Mascard.*d.Conclus.*
3 616.*n.*5.*& seq.* vbi ponit alia similia. † Limita; quia certum debet esse pretium venditionis, alias non probatur venditio, & ex ea emptor non potest agere, quando pretium certum non est conuentum. Alex.*cons.*18.*Viso processu causæ.in prin.lib.*1. vbi, quod te-
4 stes non probant venditionem, si non est certum pretium. † Extende; quia venditio non probatur ex instrumento venditionis, in quo non est certum pretium. Alex.*d.cons.*18.*n.*1.*lib.*1. vbi a-
5 postil.*in ver.non probabit.* dat concord. † Declara extensionem, vt procedat, quando emptor ageret ad traditionem contra venditorem, vel eius hæredem negantem venditionem, alias secus, apostil.ad Alex.*d.cons.*18. *in ver.non probabit.lib.*1. & ita Alex.*d.cons.*
6 *n.*1.*ver.& dato, quod se declarat.* † Extende, vt procedat, etiamsi testes ad probandam venditionem non deponant de certo pretio; quia non probãt inter venditorem, & emptorem, quando ven-
7 ditor negat venditionem. Alex.*d.cons.*18.*n.*1.*lib.*1. † Item, si testes discordent in pretio; quia non probant venditionem inter emptorem, & venditorem, licet contra tertium secus. Apostil.ad Alex.*d.cons.*18.*in ver.non probabit.circa fin. lib.*1. Alex.ibi,*n.*2.idem
8 dicit.† Extende; quia non probatur venditio, licet testes probẽt tractatum fuisse, & certum pretium fuisse solutum, quando agitur inter emptorem, & venditorem. Alex.*d.cons.*18.*n.*2.*lib.*1. quia
9 multa tractantur, quæ non perficiuntur. † Contrarium tenet absolute Bald.*cons.*451.*Dominus Nicolaus.lib.*2. vbi, quod ex tractatu venditionis probatur venditio, quando pars pretii fuit postea
10 soluta; quia sequentia probant. † Extende, etiamsi pretium esset certum, nisi excedat vnum nummum, apostil.prædicta ad Alex.
11 *d.cons.*18.*lib.*1.*in ver.non probabit.* † Restringe, quando ageret emptor contra tertium; quia testes probant venditionem, etiamsi non recordentur de pretio, vel si non deponant de certo pretio, ita declarat apostil.ad Alex.*d.cons.*18.*n.*1.*in ver.non probabit.lib.*1.v-
12 bi dat plurimos concord † Restringe, quando testes deponerẽt pretium conuentum fuisse solutum, vel donatum, aut remissum; quia licet non deponant de quantitate; tamen probarent etiam inter venditorem & emptorem; multo magis contra tertium, apostil.ad Alexan.*d.cons.*18.*in fin.in ver.non probabit.lib.*1. † Limita multis modis per Mascard.*d.Conclus.*616.*n.*8.*& seq.* quando pretium non conuenit rei; item, quando pretium esset annuum; item, quando non constat, quod sit alius contractus. Vide Conclusiones prox. seq.

Pretium in venditione ad multa consideratur, & quando secus. Concl.487.

PRETIVM † an sit magnum, vel parum, consideratur in venditione castri pro declaratione contractus, an veniat merum vel mixtum imperium, an nudum castrum. Oldr.*cons.*252.*in prin.*
*n.*3.*ver.alij sunt, qui distinguunt.* Bald.*cons.*245.*Villa, vel castrum.lib.*2. † Et ex quantitate pretii cognoscitur qualitas contractus, & quæ veniant secundum pretii quantitatem; plus, & minus. Alex.*cons.*
103.*Quoniam.n.*5.*ver.hoc probatur.lib.*6. vbi apostilla citat Alexan. *cons.*26.*in fi.lib.*4. † Amplia; quia quando venditio est dubia, an sit facta ad corpus, vel ad mensuram, quandoq; declaratur considerato pretio. Corn.*cons.*59.*n.*4.*vol.*4. † Amplia; quia si dominus territorii vendat partem bonorũ cum omnibus iuribus, non præsumitur vendidisse iurisdictionem, quam habet, sinon est dictum; maxime quia si pretium est exiguum, & nõ correspondeat, non venit iurisdictio etiam ex verisimilitudine pretii modici. Bald.*cons.*237.*Factũ, super quo circa med.ver.in contrarium.lib.*4. † Item, vt non veniant sylvæ, & alia bona in venditione particulari, etiamsi tenerentur sub pertinentiis, quando modicus pretii hoc suadet. Socin.*cons.*47.*n.*7.*ver.præterea.lib.*1. † Extende; in casu contrario; quia venditio vniuersalis comprehendit vniuersaliter omnia, quæ veniunt ex totalitate rei venditæ, quando coniectura pretii ad totum concurrit, non obstante, quod fiat specificata quædam confinia, quæ videntur restringere, si adest clausula, *& alios confines*, quæ est ampliatiua. Bald.*consil.*422.*Supe quibus.* † Limita; quia modicitas pretii non tollit dispositionem claram contractus venditionis, vel locationis; ideo locatio, vel venditio facta expressis confinibus ex qualitate pretii nõ restringitur contra expressa, sed si adest læsio, rescissoria agat, interim contractus stare debet. Franc. Aret.*cons.*63.*in fi.ver.illud autem.* vbi in fin. dicit, quod alias nunquam esset locus *l.*2.*C.de rescind.vend.* † Amplia; quia pretium vnicum in venditione, vel pignoratione plurium corporũ operatur, quod vnica venditio, seu pignoratio fit; secus, si plura sint pretia; & ideo si vnica res euincitur, tota venditio resoluitur. † Extende, si vna res pignorata (ex pluribus pignoratis vnico pretio) restituatur, cessat pactum legis cõmissoriæ in totum, etiam quoad rem nõ redemptam. Alex.*cons.*5.*t.*
*Viso processu.n.*5.*ver.alio principalis fundamento.lib.*7.† Contra extensionem tenet apostil.ad Alex.*d.cons.*178.*n.*5.*in ver.ergo.lib.*7. qui dicit, quod resolutio pacti non fit, nisi de voluntate partium. † Amplia; quia si plures res fuerũt venditæ vnico pretio, vna perempta tota venditio resoluitur, nisi aliter de consensu vtriusque partis, *p*ædar. Alex.*d.cons.*178.*in fi.n.*13.*ver.non obstat etiã.lib.*7. vbi reprobat gl.*in l. si duos.ff.de euict.* contrarium tenentem, vtibi.

Pretium attenditur pro declaratione contractus in clubio. Concl.488.

VENDITIO † facta pro certo pretio an sit ad mẽsuram, vel ad corpus, declaratur ex quãtitate pretii, ex quo sumitur verisimilitudo. Corn.*cons.*59.*n.*4.*lib.*4. † Amplia; quia ex quantitate pretii declaratur vẽditio castri dubia, an cõprehendat merum & mixtũ imperiũ. Oldr.*cons.*252.*in prin.n.*3.*ver.alij sunt.* Bal.*cons.*245.
*Villa, vel castrũ.circa med.ver.& maxime quia.lib.*3. † Extende; quia vendẽs castrũ cum iuribus & pertinẽtiis, nõ cẽsetur vendere res particulares; quia nõ vniformes, nisi pretiũ ex mẽte; qa magis aliter denotet. Alex.*cons.*222.*Põderatis.in fi.n.*6.*ver.& similiter.lib.*6. vbi apost.*in ver.res.* dat concord. † Amplia in conuentione facta cũ vecturali cõducendi bona, & merces; quia an assumpserit vecturali cõducendi bona, & merces; quia an assumpserit vecturali cõducendi bona, & merces; quia an assumpserit

to castro; quia pretium correspondens, vel non multum releuat ad declarandum contractum. Paris. *cons.20.nu.57.lib.4.& nu.70.*

9 †Extende in locatione; quia pretium declarat, an bona separata
10 comprehendantur, plene Menoch. *cons.337.n.28.* †Et ideo, quãdo venditio, vel contractus est dubius, *vsque*, potest includere, & excludere; quia pretium, & quantitas pretii operatur, quod includat, vel excludat, prout conuenit pretio. Rol.à Valle *consil.82.n.52.lib.2.* vbi dicit sumi argumentum tunc ab absurdo, si res patui tedditus, & feudalis magno pretio esset empta sine bonis
11 liberis. † Et idem in venditione prædii vsq; ad domum; quia an domus includatur, vel non, attenditur pretii quantitas. Alexan.
12 *cons.47. Perspectis in.n.5.ver.& quod per illam.lib.5.* † Declarat apost. ad Alex. *d.cons.47.n.5.lib.5.in ver.pretij.* vbi, quod procedunt prædicta, quando domus, vel pars, quæ dubitatur, an sit inclusa, vel non, est de pertinentiis rei venditæ, sed si non est de pertinentiis,
13 non includitur etiam ex pretio. † Amplia; quia si constat de emphyteusi, sed ob antiquitatem incertitudo sit, quæ, & quanta sit emphyteusis, recurrimus ad pretium pro coniectura; quia pro quantitate pretii, pro quo sit alias solutum laudemium, vel res fuerit appretiata, declaratur emphyteusis. Bald. *cons.105. Adscien-*
14 *dum.quæ.circa prin.vers.si autem nec sic.lib.4.* † Amplia; quia pretium declarat venditionem vniuersalem, seu locationẽ vniuersalem, vt in ea comprehendatur etiam particularis locatio, vel venditio fructuum alteri prius facta, quando pretium est correspondens ad talem intelligentiam. Bald. *cons.153. Officiales Communis.*
15 *per tot.lib.4.* † Extẽde in venditione particulari etiam mobilium.
16 Alex. *d.cons.26.in fi.n.5.lib.4.* † Amplia; quia venditio facta de toto podere, & territorio, quod constitit in pluribus petiis, censetur cõprehendere omnia membra, & omnes petias, nõ obstante specificatione confinium, quæ videtur restringere, quando concurrit clausula, *& alios confines*, & quando pretium est commensurabile ad omnes petias, & totum podere. Bald. *cons.422. Super*
17 *quibus.per tot.lib.4.* † Vide plene Menoch. *cons.395.n.15.& 32. & n.*
18 *68.& seq.* vbi declarat procedere, constito de valore vero. † Amplia in casu conuerso; quia modicitas pretii operatur, quod non dicantur vendita alia corpora, & bona, quę forte venire possent sub clausula, *cum pertinentiis*. Socin. *cons.47. In primo præsentis consul-*
19 *tationis.n.7.ver.præterea si probabitur.lib.1.* † Amplia in diuisione facta inter fratres; quia consideratur, an veniant curiæ, & alia adiacentia ex æqualitate, & valore aliorum bonorum aliis assignato.
20 rum. Alex. *cons.26.per tot.* maxime *n.5.lib.4.* † Amplia; quia ex pretio, & illius quantitate declaratur, an venditio rei fideicommisso subiectæ inter scientes sit libera à fideicommisso etiam con-
21 ditionali; an vero secundum naturam rei. † Extẽde idem in venditione rei, quæ communis est alteri facta scienti communionẽ; quia quãtitas pretii declarat, an tota res, vel solum ius, quod habet venditor, sit venditũ. Rom. *d.cons.396.n.2.in fi.ver.cum itaque.*
22 †Extende in venditione domus, an veniat cum tecto, & casolare adiacens, ex pretio argui. Crauett. *cons.105.n.9.* & est generale
23 in venditione, vel adiudicatione. Crauet. *cons.310.n.3.* † Amplia; quia pretium multum aperit, an contractus sit venditionis, vel locationis, habito respectu ad commẽsurationem rei, an sit vendita, vel locata. Rom. *cons.396. In casu proposite.n.2.circa fin.ver. quod maxime.* & ibi apostil. *in ver.gl.* cirat infinitos concor. & hoc idem
24 clare tenet Anch. *cons.402. Pluribus.n 7.& 8.* † Amplia in cessione iuris; quia pretium declarat intẽtionem partium, an sit facta cessio proprietatis, an etiam fructuum debitorum pro affictu præterito. Alex. plene *cons.68. Visis, & opportune.in fi.ver.sexto hoc euiden-*
25 *ter.lib.5.* vbi apostil. *in ver.pretij.* † Amplia in renuntiatione facta per filiam bonis, & hæreditati paternæ per verba vniuersalia, licet possit comprehendere dotem maternam, & comprehẽdat; si tamen ex pretio habito non subest commensuratio, non veniunt credita dotis maternæ; quia plus attenditur mens, quam verba, & quantitas pretii declarat renuntiationem generalem.
26 Alex *cons.222. Ponderatis per tot.lib.6.* vbi plura similia. † Amplia in casu conuerso; quia qualitas, & commensuratio rei venditæ declarat pretium obscurum; quia venditio libri pro decem florenis, si varii sunt floreni, intelligitur pretium florenorum ex qualitate, & valore libri. Alex. *cons.26. Consideratis verbis.n.5.lib.4. ver. corroborantur.*

Pretii pars, vel pretii loco quæ esse dicantur. Concluſ. 489.

1 PACTA † omnia ad fauorem venditoris apposita dicuntur esse pars pretii in venditione; ideo in eis habet locum pactum legis commissoriæ. Bald. *cons.486. Quidam D.Brasianus.nu.3.ver.in contrarium.lib.1.*

Pretium in quibus succedat loco rei. Concl. 490.

PRETIVM † in vniuersalibus succedit loco rei, *l.si rem, & pre-* 1
tium.ff.de pet.hæred. ideo vendens hereditatem, pretium succedit loco hæreditatis, quæ est quid vniuersale. Pet. de Anch. *cons.5.n.4.ver.& si ceßio est facta.* & esse finem dubio, quod in vniuersalibus iudiciis pretium succedit loco rei, dicit Neguſ. *de pignor.5.part. membro 1.n.48.* Bart. *cons.124. Punctus quæstionis.n.4.lib.1.* Alex. *cons.58. Habita.n.12.& seq.lib.3.& cons.70. Videretur.n.4.lib.5.& cons.79.*
Eleganter.n.7.lib.5. † Et ideo si hæres grauatus fideicommisso vni- 2
uersali accipiat hæreditario nomine in solutum bona, ipsa bona succedunt loco pretii in vniuersali fideicommisso. Cast. *cons.326. Super primo.per tot.lib.2.* vbi, quod in vniuersalibus sicuti pretium succedit loco rei; ita è conuerso res loco pretii. † Et idẽ, si hæres 3
grauatus fideicommisso vendat bona fideicommissaria subiecta fideicommisso, & emat alia; quia empta succedunt loco venditorum in vniuersalibus. Abb. *cons.74. Illud de iure.col.fi.ver.ad idem bonus.lib.2.* allegat *l.Imperator.in fi.ff.de leg.2.* Alex. *cons.82. Perspectis.*
n.10.lib.2. † Extende in casu conuerso; quia sicuti in vniuersali- 4
bus, prout in hæreditate, dote, peculio, & similibus, pretiũ succedit loco rei; sic e contra res empta ex pretio hæreditario, dotali, peculiari, & similibus, succedit loco pretii, & fit hæreditaria, dotalis, vel peculiaris, ita Alex. *d.cons.124. Super primo.nu.10.& 11.*
lib.4. † Declara; quia licet bona empta ex pretio hæreditario nõ 5
essent in bonis defuncti tempore mortis, & vere non sint hæreditaria, bene sunt prouenientia ex hæreditate; sicut dicimus de fructibus perceptis post mortem testatoris, qui nõ sunt hæreditarij; tamen si augent hæreditatem, dicuntur prouenire ex hæreditate. Alex. *d.cons.124.n.11.ver.& per prædicta.lib.4.* † Restringe in 6
alienatione feudi permissa; quia pretium non succedit loco feudi, vt pro eo vasallus pro pretio remaneat vasallus. Franc. Areti. *cons.14. Viso, & diligenter.col.1.in fi.ver.quinimo etiamsi reciperet pretiũ.* allegat tex. not. *in c.1.§. si vasallus de suo beneficio.tit.si de feud fuer.con-*
tro.int.dom.& agnat. † Amplia in dote; quia si vendatur fundus 7
dotalis, pretium succedit loco fundi fauore dotis, etiam in particularibus. Bapt. à S. Blasio *in tract.de dote priuil.301.& 346.* vbi allegat Bart. in quodam consilio, & est *cons.124. Punctus quæstionis.*
n.4.lib.1. vbi, quod dos est quid vniuersale, sequitur Castren. *cons.*
361. Bartolus.lib.1.per tot. Alex. *d.cons.124.n.10.& 11.lib.4.* † Exten- 8
de, vt procedat etiam in bonis mariti hypothecatis, & venditis; quia pretium succedit loco rei fauore dotis. Neguſ. *in tract.de pignor.in 4.memb.2.part.num.57.& seq.* vbi late examinat reprobato Bart. contrarium tenente, seu restringente, dummodo ex causa lucrativa habeat is, cõtra quem agitur; quia dicit hoc simpliciter procedere, siue sit causa lucrativa, siue onerosa. † Restringe, qñ 9
esset datus fundus cõmunis in dotem, & in diuisione extraneus soluisset pretium marito; quia talis pecunia nõ succedit loco rei. Baptista à S. Blasio *in d.tract.de dote, priuil.255.* † Restringe, nisi pre- 10
tium dotis esset alio conuersum; quia tunc nõ succedit loco rei. Neguſ. *d.tract.2.part.memb.4.n.60.in fi.ver.intellige.* † Amplia; quia 11
nummularius consumens pecuniam alteri obligatam, tenetur actione vtili; quia vtilitas succedit loco rei. Bald. *cons.360. Conclusio facti.in prin.lib.1.* † Extende; quia institor negotiationi præ- 12
positus etiam in rem suam, qui aliquid expendit, vel acquirit, cẽsetur negotiationis nomine potius, quam proprio facere, quãdo in ipsa negotiatione immittit, vel illi accrescere facit; quia vniuersalis res est negotiatio. Abb. *cons.74.col.fi.ver.in illis enim.lib.2.*
† Amplia; quia primus creditor habẽs hypothecã repetit à secũ- 13
do posteriore, qui exegit pecuniã à suo debitore, qñ est priuilegiatus primus, & pecunia nõ est cõsumpta; & quid si est cõsumpta, plene Afflict. *decis.190. per tot.* vbi multa cumulat pulchra.
† Amplia; quia in hypothecaria pretium succedit loco rei hypo- 14
thecatæ. Bart. *in l.si rem, & pretium.* & ibi apost *ff.de pet.hæred.* quod procedit, quando bona hypothecata sunt consumpta, vel præscripta, & constat. Alex. *cons.108. Viso processu.n.9.ver.& sic videtur.*
lib.5. † Declara; quia ampliatio procedit, q agi potest hypothe- 15
caria ad pretiũ, qñ res hypothecata est perempta, vel præscripta, si modo habens pretiũ habeat ex causa lucrativa; secus si ex causa onerosa. Alex. *d.cons.108.n.10.ver.item & fortius.lib.5.* plene Neguſ. *de pignor.in 2.par.prin.in 4.memb.n.58.& seq.* † Restringe; quia si 16
alia via potest esse succursum contra principalem obligatũ, non agitur hypothecaria cõtra habẽtem pretium, ideo si extat personalis contra debitorem, vel extent fideiussores, non agitur contra pretium. Alex. *d.cons.108.in fi.lib.5.* † Amplia; quia pensiones, 17
& solutiones affictuum debitæ pro fructibus locatis succedunt loco rei, & fructuum naturalium. Paris. *cons.55.n.36.& n.65.cum seq.lib.3.* Rod. Suarez *alleg.28.n.24.ver.nunc ad propositũ dico.& ver.*

18 *ideru, si venderetur res mihi hypothecata.* † Extende maxime, quando prædia consueuerunt locari; quia pensiones succedunt in dubi-
19 tanter loco fructuum rei locatæ. Natt. *cons.* 384. *n.* 1. *lib.* 2. † Amplia in alienatione etiam fideicommissi vniuersalis; quia quatenus renuntietur fideicommisso; tamen pretium succedit loco fideicō-
20 missi, vt debeatur. Corn. *cons.* 339. *per tot. lib.* 1. † Amplia in grege legato; quia licet animalia gregis existentis tempore legati moriantur, & alia subrogentur, seu ponantur, dicitur idem grex, &
21 sunt loco deficientium, Abb. *cons.* 74. *in fi. n.* 3. *lib.* 2. † Limita; quia sicuti regula est, quod in vniuersalibus pretiū succedit loco rei; ita è conuerso contraria regula est, quod si non sumus in vniuersalibus, pretium non succedit loco rei. Alex. *cons.* 58. *Habita. n.* 13.
22 *ver. vnde licet habeamus. lib.* 3. † Limita in particularibus; quia pretiū non succedit loco rei; ideo habens hypothecata bona inducta, & illata, non habet pretium hypothecatum, & sic habens hypothecatos fructus, non habet pretium, ita Neguſ. *in tract. de pignor.*
23 *in* 2. *memb.* 2. *part. n.* 149. Castr. *cons.* 326. *in prin. lib.* 2. † Hanc limitationem ponit pro regula Socin. *reg.* 24. *pretium in particularibus loco*
24 *rei non succedit.* vbi restringit duodecim modis, quos videas. † Restringe; quia etiam in particularibus pretium succedit loco rei, quando in subsidium nō esset aliter succursum creditori, vel habenti hypothecam, dummodo is, qui habet pretium, habeat ex
25 causa lucrativa, Neguſ. *in tract. de pignor. in* 4. *memb.* 2. *part. n.* 57. *& multis seqq.* † Restringe in sequestro; quia si res sequestrata venditur, pretiū succedit loco rei in subsidium, & dominus rei fit do-
26 minus pretii in subsidium. Anch. *cons.* 248. *Ad prædicta. n.* 10. † Restringe; quia est regulare in omnibus; quia pretium ex re mea est meum in subsidium; quia succedit loco rei in subsidium. Anch. *d. cons.* 248. *n.* 10. *l. si eum ff. si cert. pet.* vbi declarat Bart. quando ratam habuit venditionem re extante; secus si res mea non extet; quia
27 non habendo ratum ago ad pretium in subsidium. † Restringe in actione reali; quia etiam si iudicium, vel actio sit particularis, pretium succedit loco rei in subsidium, re præscripta, vel perempta, quando pretium est penes eum, qui habet ex causa lucrativa; secus si ex causa onerosa. Neguſ. *in* 5. *part. membr.* 1. *n.* 48. *ver. in*
28 *iudiciis autem particularib.* vbi loquitur in rei vendicatione. † Imo simpliciter loquitur Alex. *cons.* 70. *Videtur. n.* 4. *ver. si autem quæratur.* vbi, quod pretium in particularibus succedit loco rei, quando res est p æscripta, vel perempta; ideo tunc agi poterit hypo-
29 thecaria ad pretiū, sicut poterat ad rē, *lib.* 5. † Restringe in actione personali, & iudicio particulari, quando agitur ex contractu ratione doli. Neguſ. *d. tract. de pignor. part.* 5. *membr.* 1. *n.* 48. *ver. aut*
30 *sumus in personali.* † Restringe; quia pretium succedit loco rei, qñ petitur res particularis vti hæreditaria, vel de corpore vniuersali. Menoch. *cons.* 213. *n.* 32. Alex. plene *cons.* 49. *Viso processu. n.* 5. *in fi. ver. & similiter. & n.* 6. *lib.* 3. & plenius *cons.* 124. *Super primo. n.* 9. &
31 10. *ver. & similiter pretium. lib.* 4. † Imo pretium proueniens ex re particulari hæreditaria censetur acquisitum loco rei particularis hæreditariæ ad ipsam hæreditatē vniuersalem. Alex. *d. cons.* 124.
32 *n.* 10. *ver. & sic dato, quod in casu nostro. lib.* 4. † Idem est de pretio, vel re acquisita ex re dotali, vel peculio, vel alio vniuersali; quia si dicta dos, tanquam quid vniuersale, consisteret in rebus mobilibus, vel pecuniis, & loco illorum sint acquisita stabilia, illa succedunt loco dotis, vel hæreditatis, vel peculii, aut alterius rei vniuersalis, plene Alex. *d. cons.* 124. *n.* 10. *& 11. ver. rursus alio capite. lib.*
☞ 4. Vide, *Emens ex pecunia dotali, an doti acquirat. Concl.* 141. † Restrin-
33 ge in actione hypothecaria, & iudicio particulari; quia pretium succedit loco rei in subsidiū præscripta vel perempta hypotheca, quando pretium est penes habentem causam lucrativam; secus si onerosam. Neguſ. *d. tract. part.* 5. *memb.* 1. *n.* 48. *ver. aut sumus in*
34 *hypothecaria.* vbi latissime. † Declara tamē; quia si creditor ex causa onerosa haberet pretium, vltra suum creditum pro illo pluribene potest contra eum agi in subsidium. Neguſ. *d. tract.* 5. *part.*
35 *memb.* 1. *n.* 48. *in fi.* apostil. ad *sing. Rom.* 615. *tu habes.* † Contrarium, quod imo in particularibus pretium succedat loco rei. Soc. Iun. post alios *in repet. l.* 4. § *Cato. in* 8. *not. ff. de verb. oblig.* sequitur Gabr. Saray *in vlt. apostill. ad sing. Rom.* 615. vbi allegat Alex. *in l. si eum. in fi. ff. si cert. pet.* vb. hoc dicit esse verum in subsidium re perempta; quia dominus agit ad pretium loco rei, & Iaſ. ibi *n.* 4. dicit esse ex
36 æquitate, secus de rigore. Abb. *cons.* 74. *col. fin. lib.* 2. † Restringe; quia pretium rei subitæ fideicommisso succedit loco rei. Me-
37 noch. *cons.* 202. *n.* 110. † Restringe; quia in particularibus pretium succedit loco rei semper, quando habens pretium est in dolo, vel mala fide. Alex. *d. l. si eum. n.* 9. *ff. si cert. pet.* vbi loquitur, etiamsi ex causa onerosa haberet pretium; quia sufficit, quod sit in mala fide, vel dolo. Bart. *in l. Imperator. § fi. col. si in prin. ver. si vero esset mala fide. ff. de leg.* 2. pulchre Castr. *d. l. si eum. n.* 6. *ff. si cert. pet.* vbi explicite hoc dicit, quod siue ex causa onerosa, siue lucrativa, pretium vendicatur à sciente, & malæ fidei possessore. † Restringe in le-
gato facto de re stabili forensi, vel alteri incapaci sine culpa sua; quia licet non possit habere rem, habebit æstimationem, & pretium, sicq; succedit loco rei in particularibus in subsidium & ex necessitate. Iaſ. post alios *in l. apud Iulianum. §. constat. n.* 34. *& seq. ff. de leg.* 1. vbi dicit * communem. † Limita; quia in eis, quæ per lon-
gum circulum, & non immediate veniunt, nō succedit pretium loco rei, puta vendidi rem pupilli, pretium est loco rei; si vero emi rem, & postea eam vendidi, pretium non est loco rei, sed bene si sciunt, vel est in mala fide, ex dolo tenetur. Bart. *d. l. Imperator. §. fin. prope fin. ff. de leg.* 2.

Præexistentia rei requiritur in multis ad hoc, vt valeat dispositio. Concl. 491.

DISPOSITIO † omnis respiciens præterita præsupponit præ-
existentiam, quæ si non existit, dispositio non operatur, vt in mandato ad causas deuolutas, quod necessario præsupponit deuolutionem præexistere, & non extenditur ad posteas deuolutas. Oldr. *cons.* 309. *n.* 2. *ver. & si dicatur. vsque in fi.* idem dicit de mandato ad causas motas, vt non se extendat ad mouendas. Oldr. *cons.* 308. *n.* 2. *& seq.* † Nouatio præsupponit præexistētem obligationem, quæ nouatur, *l.* 1. *ff. de nouat.* Oldr *d. cons.* 309. *n.* 2. *in fi.* † Accessorium præsupponit principale præexistere; quia eius naturam sequitur, & præcedit, *c. accessorium. de reg. iur. in* 6. † Augmentum præsupponit præexistere substantiam rei, quæ augetur; quia excessum importat vltra rem, quæ augetur, Bald. *cons.* 163. *Cuidam puellæ. n.* 2. *ver. in quæstione. lib.* 6. † Institutio præsupponit præsentationem præcessisse; quia institutio ordinatur ad præsentationem essentialiter. Calder. *cons.* 161. alias 6. *de probat. in princ.* † Declara tamen, quod licet institutio præsupponat præsentationem, non tamen probat ipsam præsentationem, nisi probetur, nec sufficit præsumpta solemnitas. Calder. *d. cons.* 161. *in prin.* alias 6. *de probat.* † Amplia; quia priora sunt, quæcunq; possunt esse sine aliis, alia autem omnia, quæ non possunt esse sine aliis, non sunt priora. Calder. *d. cons.* 161. alias 6. *de probat.* † Confirmatio præsupponit id, quod confirmatur præexistere, & præcedere. Gemin. *cons.* 1. *nu.* 2. *ver. quoad rescriptum.* Dec. *in rubr. de confirm. vtili, vel inutili. nu.* 1. † Perinde valere est gratia conualidatoria primæ: ideo præsupponit præexistentiam gratiæ, quę conualidatur. Gemin. *d. cons.* 1. *n.* 2. *ver. quoad rescriptum.* † Amplia; quia quando dispositio legati loquitur de vsurario, vel alio termino, necesse est, quod vt sit locus dispositioni, terminus vsurarii non sit in cōtrouersia. Zabar. *cons.* 119. *n.* 2. alias non est locus dispositioni. † Extende; quia terminus, à quo argumentum sumitur, debet esse sine cōtrouersia, *l. in ambiguo.* vbi Bart. & alii. *ff. de reb. dub.* late I. a Cpl. *l. n.* 20. *& seq. ff. de transact.* vbi, quod alias non procedit argumentum. † Extende; quia habilitas termini, à quo fundatur argumentū, debet fundari, & probari aliter, quam ex capite controuerso. Zabar. *cons.* 119. *n.* 2. *ver. restat ergo.* pulchre Crauet. *cons.* 307. *n.* 2. † Extende; quia si agatur de expellendo emphyteuta; quia non solvit, debet constare, quod sit emphyteuta, & si agatur actione rerū amotarum, debet constare de matrimonio, & si quis conueniatur in locationē contractus, debet constare de contractu, & plura similia adducit Crauet. *cons.* 280. *n.* 3. *ver. facit ad præmissa.* † Extende; quia necessarium præambulū debet adesse, vt sit locus dispositioni; ideo statutum dans exequutionem laudo, vel instrumento, non obstāte aliqua exceptione, debet intelligi, si laudū, vel sententia, aut præambulū ex equendum existat; quia si est nullum, vel controuersum, non valet dispositio, quę nō loquitur illo casu. Iodoc. Ana. *cons.* 83. *ver. circa vero secundum. per tot.* maxime in fin. vbi plene Bologn. *n* 4. dat multa exempla. † Et idem in statuto Tarufini, quod hęres mittatur in possessionem bonorum, quę possidebat defunctus; quia requirit tanq̄ præambulū, vel præexistens necessarium, q̄ sit hęres; ideo debet verificari, & q̄ defunctus tēpore mortis possideret. Signor. *cons.* 250. *n.* 2. *ver. bene dixi.* Vide, *Cons. quens includit suum necessarium antecedens, & e conuerso. Concl.* 757.

Præiudicialis articulus debet prius cognosci, & quando non, & quando dicatur præiudicialis. Concl. 492.

CAVSA † & articulus præiudicialis debet prius terminari, & fi-
cit silere negotiū principale, *c. tuam. de ord. cognit.* & qñ dicatur causa præiudicialis, vel articulus præiudicialis, plene Crauet. *cons.* 280. *Inquiet ātur plures. per tot.* vbi ponit plura exempla. Anch. *cons.* 62. *per tot.* vbi ponit fere eadē sequētia exempla. † Amplia in tandiu, vt si præcedatur in causa ante terminatū articulū præiudicialis, reuera sententia sit nulla. Crau. *d. cōs.* 280. *n.* 2. *& cōs.* 79. *n.* 7. † Extende, quia articulus præiudicialis sit ciuilis ad causam ciuilē, vel criminalis, vel

articulus sit criminalis ad causam ciuilem, vel criminalem. Cra-
4 uet. *d. cons.* 280. *per tot.* vbi multa exempla. † Extende, siue articulus proponatur principaliter, siue incidenter, vel per modum excipiendi, vel replicandi; quia si est præiudicialis, semper debet prius terminari; exemplum, accusat maritus adulterum cum vxore propria, adulter obiicit de lenocinio mariti, replicat maritus obiicientem adulterum esse seruum, qui non potest obiicere crimen lenocinii; prius est cognoscendum de vltimo articulo replicato præiudiciali. Crauet. *d. cons.* 280. *col.* 1. *ver. simili modo si ac-*
5 *cusatur.* † Rationes plures sunt ratione ordinis; item, ne diuersæ ferantur sententiæ in eadem instantia & causa; item, ne inducatur perplexitas, & intricentur processus; quia iudices debent ista
6 omnia euitare. Anch. *cons.* 62. *n.* 2. *& per tot.* † Extende in tantum, vt si feratur sententia, erit nulla non terminato articulo præiudiciali. Crauet. *cons.* 79. *n.* 7. vbi, quod dicitur præiudicialis, quan-
7 do si ambo deducantur, vnum tollit alterum. † Adde; quia Ecclesia agens criminaliter pro decimis denegatis debet silere, si allegatur eos non teneri; quia sunt in possessione soluendi minus, vel quando habet delictum causam à contractu; quia prius debet videri, & cognosci articulus præiudicialis. Crauet. *d. consil.*
8 280. *per tot.* vbi est casus. † Amplia in causa ciuili ad ciuilem; quia si pendet causa super hæreditate, an quis sit hæres in totum, vel pro parte, cessat remedium ex *l. fi. C. de edicto diui Adriani.* quia qui præuenit cum causa præiudiciali, nō cogitur respondere ad causam præiudicialem, non finita prima. Anch. *cons.* 146. *Quæstio talis*
est. num. 2. Vide, *Lis pendentia ex quibus tollatur, & effect. Concl.* 382.
9 † Extende, vt idem sit in debitore, qui si præuenit dicendo contractum vsurarium, non potest molestari in exequutione instrumenti, donec cognoscatur. Fed. de Sen. *cons.* 98. sed tamen ibi in
10 fine Ioan. Andr. moderatur, nisi per calumniam fieret; quia esset aperire viam fraudibus. † Limita in causa criminali super falsitate inter alios; quia si pendet causa falsitatis contra testes, non debet supersederi in causa ciuili, in qua testes deposuerunt; quia sententia contra testes lata super falso non præiudicat parti, quę produxit; ideo si causa falsi non sit cum testibus, & parte simul, non supersedetur. Rol. à Valle *cons.* 13. *per tot. lib.* 2. maxime *n.* 12. *&*
seq. Affl. *decis.* 229. qui dicit ita intelligendum esse Anch. & alios
cons. 62. vt procedat, quando proceditur contra partem, & te-
11 * stes, & Abb. *cons.* 16. *lib.* 2. vbi *n.* 6. dicit * communem. † Extende; quia imo non supersederetur, etiamsi agatur super falso contra partem, & testes, quando ipsi testes non respiciunt causam totam, vt quia aliter, quam ex testibus est probatum. Rol. à Valle
d. cons. 13. *in fin. lib.* 2. ita Affl. *decis.* 103. plenius *decis.* 229. *in prin.* cla-
12 rius Capic. *decis.* 25. *per tot.* & Gram *decis.* 60. *n.* 23. *&* 24. † Extende; quia etiamsi contra partem, & testes fiat accusatio falsi, supersedetur solum quoad sententiam, non quoad processum. Capic. *d. decis.* 25. qui dicit ita loqui Dd. dicentes supersederi pen-
dente causa falsi. Vide, *Criminalis causa quando præiudicet ciuili. Concl.* 1087.

Præiudicium tertii quando non sit considerabile. Concl. 493.

1 PRÆIVDICIVM † tertii non est considerabile, qñ tertius perdit id, quod percipiebat ex alieno arbitrio; ideo non dicitur inferri præiudicium molendino, si solitus ire ex sua facultate, & arbitrio ad aliud molendinum de nouo constructum accederent. Bald. *cons.* 71. *Casus talis est, Commune, & homines. n.* 3. *ver. nec*
1 *aliquis dicat. cum seq. lib.* 1. † Et regulariter vbi agitur de modico præiudicio, scientia & patientia inducit consensum. Abb. *consil.* 44. *Ad decisionem. n.* 5. *lib.* 2. vbi, quod agitur de modico præiudicio, quando monachus, qui non potest habere proprium, habet solam administrationem aliquorum bonorum; & ideo sufficit conniuentia, & tacitus consensus superioris. † Possessorii
causa dicitur esse modici præiudicii. Crauet. *cons.* 158. *n.* 12. Vide, *Magna res, & parua ex quibus dicatur. Concl.* 4. Vide, *Minima non sunt*
in consideratione, & quando secus. Concl. 239. Vide, *Possessorij causa dici-*
tur modici præiudicij, & habet multa specialia. Concl. 445.

Prælati appellatio intelligitur de immediato. Concl. 494.

1 PRÆLATI † appellatio intelligitur de Prælato immediato; ideo Visitator ad visitandum monasteria certæ prouinciæ in capite, & in membris, non potest visitare Prælatum immediatum, veluti generalem, vel prouincialem; quia non est Prælatus
2 immediatus. Fed. de Sen. *cons.* 145. *n.* 6. *ver. item quæritur.* † Amplia; quia licet Episcopus sit Prælatus omnium Ecclesiarum suæ diœcesis; tamen si debet dari licentia studendi alicui monacho à suo Prælato, intelligitur de Abbate, vel alio immediato Prælato, *c.* 2. *ne clerici, vel monachi. lib.* 6. *cum ibi not.* Fed. *d. cons.* 145. *n.* 6. *ver. vnde si etiam.* vbi ponit multa similia. † Amplia; quia religiosi, qui
3 volunt habere licentiam pro libris, vestibus, & aliis sibi ex necessitate permissis à suo Prælato, debent illam habere ab immediato Prælato suo, non à generali, vel prouinciali. Calder. *consil.* 388. alias 3. *de regular.* † Restringe, seu limita, nisi constitutio, vel con-
4 suetudo aliter diceret; quia est seruanda. Cald. *d. cons.* 388. alias 3. *de regular.* Franch. *in c. quorundam. in* 4. *not. de elect. in* 6. † Restringe,
5 seu limita, nisi talis religiosus licentiam volens professionem fecisset in manibus Generalis, vel alterius recipientis nomine Generalis; quia tunc licentia Prælati intelligitur de Generali. Calder. *d. cons.* 388. alias 3. *de regular.* Franch. *in d. c. quorundam. in* 4. *not. de elect. in* 6. † Amplia; quia translatio monachi profess. di reli-
6 gione ad religionem, quæ fit de licentia sui Prælati, intelligitur de Prælato immediato, videlicet Abbate monasterii, vel Priore, non autem de generali, & immediato. Lap. *alleg.* 62. *n.* 4. *&*
alleg. 131. *n.* 1. *in fi. ver. item licentia petita.* † Amplia idem in alienatione
7 bonorum monasterii, vel alia remissione; quia vbi requiritur licentia Prælati, non sufficit licentia Visitatoris ad corrigendum, sed intelligitur de immediato. Feder. de Sen. *cons.* 29. *n.* 2. *ver. præ-*
supposito. quod illa vnio. † Extende in locatione facta, vt præiudicet
8 successori; quia si Prælatus generalis locauit cum conuentu, non valet; quia requiritur Prælatus monasterii, de cuius bonis agitur. Castr. *cons.* 2. *Visis omnibus. in fin. lib.* 1.

Prælatus caput collegii non est de Capitulo, & quando secus. Concl. 495.

PRÆLATVS † collegiatæ Ecclesiæ, licet sit caput collegii, & 1
præsit collegio, non tamen est de ipso collegio, nec est pars collegii; quia imo tanquam distincta & separata ponuntur in iure. Fed. de Sen. *cons.* 100. *Factum tale est. n.* 6. *ver. præterea ad hoc.* ratio potest esse; quia pater, qui est Prælatus, non potest esse filius. Feder. de Sen. *cons.* 19 *n.* 6. *col.* 3. *in fin. ver. & licet dixerim.* † Amplia, vt 2
procedat etiam in Prælatis regularibus; quia Abbas, & Prælatus regularis est caput, & non pars conuentus; ideo non habet vocem in Capitulo. Feder. *d. cons.* 19. *col.* 3. *in fi. ver. & licet.* † Limita; 3
quia interdum Prælatus de consuetudine habet vocem in Capitulo, vt canonicus, vel alius de Capitulo, & tunc ibi non est vt Prælatus, sed vt canonicus, vel alius de Capitulo, *c. cum in Ecclesia. de præben. in* 6. Fed. de Sen. *d. cons.* 19. *col.* 3. *in fi. ver. & licet dixerim.* & idem Feder. *cons.* 100. *nu.* 6. *ver. sed quando.* vbi, quod tunc non potest, nisi quod potest alius canonicus, allegat *c. pen. de appellat. & de*
consuet. præben. c. postulastis. † Declara præmissa, quod ideo Prælatus 4
non est de Capitulo; quia ipse est caput, & potest tantum, quantum Capitulum, sed si discordant insimul, licet ipse sit dignior; tamen præualet pars Capituli tanquam potior. Feder. de Sen. *d.*
cons. 100. *n.* 5. *ver. item licet.* & ista sunt in faciendo. † Declara, seu 5
limita declarationem prædictam in dissoluendo, quia si simul Capitulum & Prælatus constituerunt procuratorem, & alium actum reuocabilem fecerunt, potest solus Prælatus, quoad ea, quæ pertinent ad eum, reuocare, & valet reuocatio sine consensu, imo contradicente Capitulo. Feder. *d. cons.* 100. *n.* 6. *ver. ad pro-*
positum. † Limita; quia bene Episcopus est de clero, licet sit caput 6
cleri, & obligatur ad onera cleti pro rata sua, prout sunt procurationes Legatorum, &c. Abb. *cons.* 7. *Tria. in prin. lib.* 2. Vide, *Cle-*
rus quid sit, & quid contineat. Concl. 399.

Prælati inferiores quam iurisdictionem habeant. Concl. 496.

PRÆLATI † inferiores rationabiliter habere debent in ho- 1
mines sibi subiectos modicam coercitionem, per quam possint illos compellere ad obsequia consueta præstari Ecclesiæ; & ideo quando habent homagia, sunt iudices nomine Ecclesiæ. Bald. *cons.* 130. *Verba proprie. in fi. lib.* 1. † Amplia; quia imo Prælatus 2
caput collegii habet iurisdictionem contentiosam in illos de collegio, adeo quod singuli de collegio possunt coram eo conueniri. Card. Zabarel. *cons.* 62. *n.* 4. vbi relatiue, quæ dicantur fori contentiosi. † Amplia; quia Prælatus caput collegii Ecclesiastici 3
habet curam fori pœnitentialis in singulos de collegio. Cardin. Zabar. *d. cons.* 62. *n.* 4. *ver. item si est Ecclesiasticum.* Vide plenius, *Ab-*
bas quid possit in suos religiosos. Concl. 7.

Prælati inferiores non constituunt Vicarios, & quando secus. Concl. 497.

PRÆLATI † inferiores, vt sunt plebani, & similes, etiamsi ha- 1
beant iurisdictionem, regulariter non possunt cōstituere Vicarios temporales sine licentia Episcopi. Lap. *alleg.* 5. *in hac qūinta*
allegatione. in pr. † Contrariū videtur tenere etiam de iure Lap. *d.* 2

alleg.5.n.2.ver.de iure etiam. vbi vtitur argumento; quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur; itē, quia cōstituunt procuratorē, œconomū, & syndicū; itē, quia sunt iudices ordinarii, & ex aliis, *n.3.& multis seqq.* & hic est casus Lapi, qui tenet hanc par-
* 3 tem, vbi *n.6.* dicit hanc veram * opin. & ab vsu approbatā. † Declara secundū Ant.But. *in d.alleg.5.in fi.ver.secundum Lapum.* quod Prælati inferiores non constituunt Vicarium perpetuum, nisi in casibus permissis, & de licentia Episcopi; temporalem vero possunt quoad iurisdictionalia, quæ non tangunt ordinē etiam sine licentia Episcopi, quoad tangētia ordinem potest cōstitui à Prælato collegiatæ, sed nō excusatur à residētia, & in simplici parochiali potest ex causa absentiæ, licet nō excusetur à residētia; sed tñ Ecclesia nō grauatur absentia; & ꝙ dicitur de temporali, cōprobatur per Fed. qui ita debet intelligi *cons.95.n.4.ver.item videtur.* quod intellige secundū Butr. *cons.3.* quod duplicatur *cons.51.n.3.ver.pro regula.* vbi dicit regulam, ꝙ residētes possunt sibi assumere coadiutorē in cura; imo debēt, si ipsi curati non sufficiunt, assumere, dūmodo ex toto, & ad totalē curā nō assumātur, neq; perpetuo, & tanq̄ intitulati, quia ꝓhibitio est solū, qñ ex toto qs vult assumere subrogatū, vt ipse excusetur, vel quādo perpetuo.
4 † Limita, nisi cōtraria sit cōsuetudo, vel obseruantia, quæ valet. Lap. *d.alleg.5.n.2.ver.in contrarium quod possunt*; quia tūc potest cōsuetudo introducere, ꝙ deputetur substitutus, & Vicarius tem-
5 poralis. † Limita in Capellano instituto in monasterio monialiū; quia potest tanq̄ rector dare licētiam, ꝙ sacramenta ꝓpiant moniales ab alio. Fed. de Sen. *cons.95.n.4.ver.item videtur.* sed hæc nō est limitatio, sed concordat cū declaratione supradicta; quia fundat se sup eo, ꝙ dictus Capellanus est Rector; ergo tempora-
6 lem licētiam dare potest. † Limita, quia possunt cōstituere œconomū, cui potest cōmitti cura temporaliū. Lap. *d.alleg.5.nu.3.ver.*
7 *item quia possunt.* † Limita in syndico; quia syndicū & procuratorē possunt cōstituere, *c.vnico, de syndic.* & nō est differētia de iure Canonico, an cōstituatur quis ꝓcurator, syndicus, vel œconomus.
8 Lap. *d.alleg.5.n.4.ver.item quia possunt.* † Limita in rectore curato, qui potest cōmittere presbytero nō curato intra parochiā suam certos casus. Lap. *d.alleg 5.n.5.* Io. And. post Pet. *in c.omnis. de pœnit.*
9 sup gl. *exequutionem.* † Limita; quia Prælatus cū Capitulo potest
10 facere generalē officialem. Lap. *d.alleg.5.n.5.ver.ad hoc specul.* † Limita in beneficiis, q̄ nō requirūt expresse de iure residentiā; quia in illis p Vicarium, & p substitutū potest rector deseruiri facere.
11 Lap. *alleg.36.per tot.* maxime *n.4.* † Declara ex omnibus prædictis, ꝓut plene p Ant. de But. *cons.3.* ꝙ duplicatur *cons.51.p.r tot.* vbi sic distinguit, ꝙ in Ecclesia nō potest esse, nisi vnus intitulatus, licet quandoq; adsint ꝓ exercitio curæ Capellani perpetui, qui non habent proprie titulū, qui est penes intitulatū, sed habent quasi titulū, & vocātur Assistii, seu Assessini; & ideo quia obligātur ad residentiam, nō possunt amoueri sine causa, hæc Butr. *in dd.consil.in prin.* & ista fiunt ex cōstitutione, vel cōsuetudine, vbi, quod tales Capellanos potest Prior, & Capitulū deputare in collegiata ex
☞ cōsuetudine, vel cōstitutione. Vide, *Beneficiati plures ad eundem titulum, & eandem Ecclesiam an esse possint, & quomodo. Concl.69.* Vide,
12 *Cura Ecclesiæ an penes duos intitulatos esse possit. Concl.1098.* † Quandoq; aliqui assumūtur non tanq̄ intitulati, sed tanq̄ subrogati, ꝙ regulariter est prohibitū, sed propter impedimentū veri titularii quandoq; permittitur de licētia superioris; & ideo si impedimentū est perpetuum; & tūc subrogatio fit perpetua; & isto casu dicūtur Vicarii perpetui, & dicūtur habere titulum vtilem, non autē directū. Ant. de But. *d.cons.3.& 51.n.2.ver.quidam assumuntur.* vbi *in ver.perpetui autem.* dicit, ꝙ tales habent curam ordinariam ordinaria potestate, sicut titularis directus, & isti sine Episcopo
13 non deputātur, vt ibi *n.3.ver.pro regula.* † Quandoq; impedimentum directi titularis nō est perpetuum, sed temporaneum, & legitimū; & tūc cōceditur à iure, vt deseruiat per substitutum, durante impedimēto legitimo. Anton de But. *d.cons.3.& 51.n.2.ver. quandoque in principali.* & isti dicūtur habere exercitium curæ ex delegatione, seu potestate delegata ad tempus, & tales deputat
14 Prælatus sine Episcopo ad tēpus. † Quandoq; aliqui sunt stipendiati, & subrogati loco titularis; quia solus titularis residēs nō est sufficiēs; & tali casu isti subrogati possunt esse perpetui, & tēporales; si ꝑpetui, requiritur licētia superioris; si tēporales, soli Rectores possunt ēt sine Episcopo illos sibi assumere; tamē videtur velle, ꝙ requiratur licētia Episcopi, vel cōsensus ad hoc, vt curæ exercitium illis cōmitti possit. Ant. de But. *d.cons.3.& 51.n.2.in fi. & nu.3.ver.quidam sunt in Ecclesiis.* sed paulo infra *n.3.ver.pro regula.* dicit, ꝙ perpetui debēt ab Episcopo deputari, vel qñ assumūtur ex toto ad curam: si vero ad tempus; & non ex toto; quia titularis residet, & pariter exercet curam, tunc à seipso tales deputat.

Prælatus solus quæ possit sine Capitulo, & Conuentu. Concl. 498.

PRÆLATVS † regularis solus sine Conuentu habet administrationē spiritualium, & temporalium ad vtilitatem, & augmentū diuini cultus, & monasterii; ideo sine conuentu deputat omnes ministros super rebus pertinētibus ad monasterium. Gemin. *cons.135.in pr.ver.ad primum.* vbi, ꝙ deputat administratores, vestiarios, celerarios, eleemosynarios, exactores, & spenditores redditūum monasterii pro monasterio, & idē tenet Fed. de Sen. *cons.95.n.3.ver.item super eo, quod quæritur de familiaribus.* † Declara, quia non posset cōtrà regulam & vtilitatē monasterii prohibito suo redditus monasterii cōsumere, & dispēdare; quia in hoc non habet administrationē. Gemin. *d.cons.135.n.2.ver.non tamen possit.* † Amplia; quia Prælatus solus potest donare fructus certi prædii, Abbatiæ, vel Ecclesiæ suæ ad sui vitā pro meritis donatarii specificatis, etiāsi nō interuenit cōsensus Capituli, neq; auctoritas superioris. Iaf. *cons.73.lib.3.* † Contrarium, ꝙ imo Prælatus nō possit mobilia, & fructus Ecclesiæ donare, licet sit administrator; est text. *in c.fraternitati.* vbi Anch. Imol. & Abb. *de donat.* idem Anch. *clem.1.n.20. de reb.eccl.non alien.* Oldr. *cons.226.n.5.* † Declara; quia nō potest donare fructus, & mobilia Ecclesiæ, nisi in duobus casibus, & in modica quātitate: primus casus est ratione impēsi seruitii, & præstitorū seruitiorū, & sic seruitoribus, & familiaribus, quibus potest donare tam inter viuos, q̄ in vltima volūtate, iuxta seruitiorū merita, 16.*q.1.c.possessores. & q.5 c.illud.* & ibi Gemin. Abb. *in c.cum in officiis. & in c.relatum. el secondo. n.1.& n.8. de testam.* Oldr. *d.cons.226.* Gemin. *in c.omnino in fin. dist.31.* Franc. Marc. *dec. 466.n.4.* † Secundus casus, in quo potest Prælatus donare mobilia, & fructus, est ex causa eleemosynæ intuitu pietatis, & amore Dei, & hoc nedum extraneis, sed etiam consanguineis, ita demum, si sunt pauperes, & aliunde non habeant, vnde subsistere valeant, & ita est consuetudo. Abb. *in d.c.cum in officiis. & in c.relatum. el secondo, de testam. in c.cum olim. de priuil. & excess.priuil.n.8.* vbi dicit, quod Episcopus non potest magnam donationem facere monasterio, multo minus consanguineis, & si facta fuit, potest repeti, nisi ex causa eleemosynæ, allegat *c.quisquis.17.q.1.* vbi Gemin. inquit, quod permittitur donatio clericis in cōsanguineis, vt eorū inopiæ prouideatur; & idem Gemin. *in d.c.omnino. dist.31.* vbi dicit, quod permittitur clericis donatio consanguineis pro eleemosyna, sed in magna quantitate grauius est donare cōsanguineis, quam alteri, & Episcopi volentes ditare nepotes, in hoc sunt cœci, *c.1. de cohabit.cler.& mulier.c.2. de arbitr.* & ibi Abb. *n.2.* Fel. *in c.cum deputati.n.2. de iud. & in c.proposuisti. de rescript.* Alber. *in auth.licentiam.n.3. C. de Episc.& cler.* & clarius Abb. *in c.inquirendam. n.4. de pecul.cleric.* vbi, ꝙ Prælatus cōmittit sacrilegium, & grauissimū errorem dando cōsanguineis de redditibus Ecclesiæ, licet possit eisdem conferre cōpetens subsidium, nō autē eos ditare.
† Declara; quia imo requiritur etiam, quod adsit consuetudo, alias non sufficeret donatio, etiamsi quid minimum dono datum esset cōsanguineis. Abb. *in c.caterum. in fi.* & ibi Imol. *de don.* Anch. *in c.relatum. el secondo, n.4. de consuet.* de tali autem consuetudine, cum sit facti, docendum est per allegantem, *l.1.* & ibi scrib. *C. quæ sit longa consuet. c.1. de constit. in 6.* Oldr. *d.cons.226.n.10.* † Declara; quia Prælatus non potest immobilia Ecclesiæ donare, sed tamen mobilia pro remuneratione faciēda, & debet donatio esse commensurata meritis, & nō amplior. Iaf. *cons.116. lib.4.* † Restringe; quia nō potest immobilia quantumcunq; minima Ecclesiæ donare sine consensu superioris, *c.1.& c.nulli. de reb.eccl.non alien.* vbi Anch. Imol. & Abb. & *in c.caterum. de donat.* & si aliter de facto decreet, competeret Ecclesiæ actio, vt per Corn. *cons.79.nu.3.lib.4.* Vide, *Donatio facta ab Ecclesia, vel Prælato, quando valeat, vel nō. Concl.* 683. vbi procedit extensio etiam in acquisitis, vt ibi. † Amplia; quia Abbas, & Prælatus solus potest agere sine Conuentu, & Capitulo: & idē in omnibus Prælatis, siue bona sint communia, siue nō, qñ non est diuisa administratio. Castr. *cons.35. Cum eligendi sit me lib.1.* vbi limitat in arduis, qñ ageretur de procuratore generali perpetuo. † Amplia in Archipresbytero collegiatæ Ecclesiæ; quia habet administrationē Ecclesiæ, & bonorū; ideo loco re potest fructus Ecclesiæ, maxime, qñ nō sunt separatæ præbendæ, sed vnam massam grossam cōstituunt. Anch. *cons.33. Etiam tale est. in fi.* † Amplia; quia Prælatus habet administrationem etiam bonorū temporalium Ecclesiæ; ideo potest id, quod potest tutor, vel curator; imo maiorē administrationē habet. Soc. *cons.32. Ex iis, quæ supernus. n.8. & 9. ver. quinto, pbatur. lib.1.* Vide, *Administratores qui, & quales, & quid possint, vel nō. Cōc.201.* † Amplia in casu cōuentionis ad iudicium

lum nihil potest sine Prælato. Vide, *Capitulum habens mensam se-*
14 *paratam ab Episcopo. Concl. 52. & Concl. ibi seq.* † Limita in arduis, & grauioribus; quia nō potest ea expedire sine consensu Capituli, vel Conuentus. Gemin. *cons. 135. circ. fin. v. item quæcunq;.* Roman. *cons. 369. Circa primum, n. 21. v. tertia ratio,* vbi apostil. *in v. explicare,*
15 dat conc. qui loquitur in Abbate. † Extende, etiam si Abbas, vel Prælatus habeat administrationem separatam à Conuentu; quia licet possit constituere procuratorem etiam in arduis; nō tamen potest etiam nomine Capituli constituere. Rom. *d. cons. 369. n. 21.* vbi, q̄ non valet compromissum, neq; laudum latum cōtra monasterium ex compromisso Abbatis sine Conuentu, siue habeat communem administrationem, siue separatam, & ibi apostil. *in* ☞ *ver. respagari,* dat concord. Vide, *Abbas, & Prælatus religiosus habet multa priuilegia. Concl. 6. cum Concl. ibi seq.* Vide, *Abbas non potest solus multa, & quæ posit. Concl. 15.* Vide, *Episcopus potest multa sine consensu Capituli, & quando secus. Concl. 257.*

Prælatus quando, & in quibus agere, & tueri possit sine Capitulo, & è contra. Concl. 499.

1 PRÆLATVS † dicitur caput; & canonici, vel monachi mēbra; *c. nouit, & c. quanto, de iis, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capit.* & hoc, q̄n bona sunt cōmunia, quod præsumitur; si vero bona sunt diuisa, seu discreta, administratio etiam inter eos est diuisa. Lap.
2 *alleg. 49. in pr.* incip. *licet materia.* † Potest igitur Prælatus agere, & defendere pro rebus monasterij sine Capitulo, q̄n bona sunt cōmunia. Lap. *d. alleg. 49. n. 3. & seq. v. examinemus,* vbi multa, allegat ad hoc Castr. *cons. 35. Cum elegantissime, lib. 1.* vbi, q̄ ita Gaspar Calderin. tenuit, & est commun. *opin. præterq̄ in arduis. Abb. *in c. edoceri, n. 6. & n. 8. de rescript.* Zabar. *cons. 134. n. 2. v. ad secundum.* Ex-
3 tende, † siue Prælatus sit Episcopus, siue Abbas; quia quod dī de Prælato, habet locum in omni Prælato. Castr. *d. cons. 35. Cum ele-*
4 *gantissime, in pr. lib. 1.* † Extende, vt possit agere, siue per se, siue per procuratorem; & constitutum ante litem contestatam. Castr. *d.*
5 *cons. 35. in pr. lib. 1.* † Extēde; quia multo magis solus Prælatus agit, & defendit pro sua Ecclesia solus, q̄n bona sunt diuisa; quia Prælatus pro sua mensa diuisa, Capitulū pro sua agunt. Zabarel. *cons.*
* *134. n. 2. v. ad secundum,* vbi dicit * coēm, & q̄ propterea potest prę-
6 iudicare cōmittendo, & omittendo. † Amplia, vt procedat etiā, q̄ Prælatus solus agat pro aliis ecclesiis monasterio, vel Ecclesiæ suæ subiectis, q̄n temporalia etiam monasterio, vel ecclesiæ Prælati sunt subiecta; cum satisdatione tñ iudicatū solui. Lap. *d. alleg.*
7 *49. n. 5. v. item Innocent.* † Amplia; quia solus Prælatus sine Capitulo petit restitutionem in integrū pro Ecclesia sua, & valide agit.
8 Abb. *cons. 87. Vnum dico, in pr. lib. 5.* † Amplia, vt multo magis possit solus Prælatus agere & conuenire „ ecclesiis sibi subiectis, in quibus pro libito ponūt, & remouent ministros, vt in „ceptoriis, & prout faciunt Templarij, & similes. Lap. *d. alleg. 49. n. 5. v. & hoc idem,* vbi ponit Ronem, & Innoc. *in c. cum deputati, in pr. de iud.* Am-
9 plia, † ét si Prælatus non posset amouere inferiorem ab Ecclesia subiecta sine cōsilio Capituli; quia nihilominus poterit agere in subsidium pro Ecclesia; quia nō est vis in hoc, q̄ amotionem facere debeat cum cōsilio Capituli; eo q̄ omnia ardua facit cum consilio p̄dicto. Innoc. *in d. c. cum deputati, de iudic.* & ita debet in-
10 telligi Lap. *d. alleg. 49. n. 5. in fi. & n. 6. v. item Innoc.* Castr. *d. cons. 35. in fi. lib. 1.* vbi idē in omni ministro ppetuo. † Amplia, vt in tñ possit Prælatus agere, & defendere pro Ecclesia sibi subiecta, & in qua pōnit, & remouet ad placitū p̄ceptorem, vel aliū ministrum, vt ét in concursu cum ministro p̄teratur; quia sicut pōt eum amouere in totum ab administratione; ita ēt à prosequutione causæ. Inn.
11 *in d. c. cum deputati, in pr. v. sed in agendo, de iudic.* † Amplia; quia Prælatus solus agit, & cōuenitur pro Ecclesia, etiam si aliqua bona sunt discreta, vt quia aliquæ possessiones, „ prię sunt Prælati, alię monachorū pro vestibus; quia si alia bona sunt cōmunia, potest pro omnib. agere solus. Lap. *d. alleg. 49. n. 6 v. & hoc expresse.* In-
12 noc. *in c. edoceri, n. 5. in v. congregationum, de rescript.* & idem Lap. *d. alleg. n. 7. v. de secundo membro.* Castr. *d. cons. 35. lib. 1.* † Amplia in omnibus simplicib. clericis beneficiatis, & rectoribus; quia si habēt administrationē ab Episcopo, possunt agere, & defēdere Eccle-
13 siam suam, & pro ea sine consilio, vel consensu Episcopi. Specul. *tit. de actore. §. 1. v. quid de clericis, n. 79.* † Amplia, vt Prælatus in ca-
* sibus, in quibus pōt sine cōsensu Capituli agere „ p Ecclesia; possit ēt procuratorem constituere post litem contestatam, omnes
* conueniunt, * ante litem cōtestatam dissentiunt, sed Lap. *d. alleg.*
49. circ. fi. v. sunt, qui dicunt, n. 8. vbi reprobat tenentes contrarium, & dicit, q̄ potest ēt ante litem cōtestatam constituere „ procura-
14 torem, concor. Fed. de Sen. *cons. 227. Si potero, in pr.* & idē dicit Castr. *d. cons. 35. lib. 1. in pr.* † Amplia in tñ, vt nedū solus constituat „ procuratorem ante litem cōtestatam, & ad negotia etiam in re cō muni, sed etiam possit solus reuocare „ procuratorem constitutū pro Ecclesia, siue reuocatio sit tacita, siue expressa, & siue fiat ante litem contestatam, siue post, vel ét si reuocetur procurator ad negotia ante cæptū negotiū. Fed. de Sen. *cons. 227.* incip. *Si potero, in pr.* Vide, *Procurator à solo Prælato cōstitutus ab eo reuocari potest. Concl.* ✠ 1
858. † Declara in officiali perpetuo, vt solus Prælatus nō possit 15
eum reuocare. Castr. *d. cons. 35. in fi. lib. 1.* † Limita; quia solus Prę- 16
latus nō potest remittere caducitatē sine Capitulo, cōmunis est
opin. * sdm Bero. *cons. 122. in fi. lib. 1.* † Limita, q̄n bona sunt gene- * 17
raliter diuisa; quia tunc vnusquisq; habet administrationem in
parte sua, quilibet agit pro parte sua tm, & non pōt Prælatus age
re, nisi pro bonis suis. Lap. *d. alleg. 49. n. 6. v. sed vbi bona, & n. 7. v. alio*
modo. Innoc. *in d. c. edoceri n. 5. v. congregationum.* † Contrarū tenet 18
Castr. *d. cons. 35. v. ex iis patet, lib. 1.* vbi, q̄ diuisio bonorum non in-
ducit diuisionē administrationis, quin Prælatus solus possit age-
re, nisi ēt diuisa sit administratio, vel nisi cōsuetudo sit in cōtrarū,
vel nisi simus in arduis. Declara; quia in arduis Prælatus nō agit
sine Capitulo, neq; Capitulum sine Prælato. Vide, *Capitulum ha-* ✠
bens mensam separatam ab Episcopo. Concl. 52. & Concl. 161. seq. † Limi- 19
ta; quia non pōt Prælatus solus agere sine Capitulo, vel Cōuen-
tu in bonis cōmunib. vno casu, q̄n omnia bona generaliter sunt
diuisa; & vnū corpus, vel quid particulare est cōmune; quia tunc
vnusquisq; prorata sua agere & defendere pōt. Innoc. *in d. c. edo-*
ceri, de rescr. n. 5. v. congregationum. Lap. *d. alleg. 49. n. 7. v. tertium mem-*
brum, vbi declarat Innoc. quem dicit multos non intelligere, &
dat exemplum in Bernaboue, & Galeatio Vicecomitibus, qui o-
mnia diuiserant p̄ęter ciuitatem Mediolani, & in ea vnusquisq;
pro rata sua agere, & defendere potest, & *in v. aliquando, n. 7.* † Li- 20
mita in arduis; quia solus Prælatus non pōt agere, & cōueniri si-
ne cōsensu Capituli. Lap. qui recitat opin. *in d. alleg. 49. n. 8. v. quæ-*
ro, quid in arduis, vbi, q̄ ardua dī causa, q̄n agitur de diminutione
bonorū, vel dignitatis Ecclesiæ, & consideratā qualitate perso-
narum causa dī magna, vel parua. Castr. *d. cons. 35. in fi. lib. 1.* Vide, ✠
Prælatus solus habens conuentum non constituit procuratorem. Concl. 500.
† Ideo non potest cōstituere officialem perpetuum, neq; reuo- 21
care illum, neq; alienare; quia ista sunt ardua. Castr. *d. cons. 35. in fi.*
lib. 1. † Limita in Capitulo; quia nō agit solus sine Prælato, & cō- 22
sensu Prælati, prout Prælatus potest sine consensu Capituli. Spe-
cul. *tit. de actore. §. 1. n. 78. v. sequitur videre,* vbi ponit rationem; quia
Prælatus est caput. † Declara hanc limitationem; quia non pro 23
cedit in bonis mensæ generaliter, & omnino separatis; quia Ca-
pitulū constituet sine Prælato syndicum, & aget ac defendet, ex
quo Prælatus caret administratione. Spec. *d. tit. de actore, n. 78. v.*
dominus meus dicit. † Limita, nisi consuetudo esset in cōtrarium, q̄ 24
Prælatus sine Capitulo non ageret. Castr. *d. cons. 35. circ. fi. lib. 1.* Vi- ✠
de, *Abbas quæ possit solus, & quæ non. Concl. 15.* Vide, *Agere pro Ecclesia*
quando, & qui possint. Concl. 243. Vide, *Beneficiatus in quibus nomine*
Ecclesiæ agere debeat. Concl 83. Vide Conclus. prox. sequent.

Prælatus solus habens conuentum non constituit procuratorem, nec præiudicat ecclesiæ, & quādo secus. Concl. 500.

PRÆLATVS † solus habens Conuentum, prout Abbas, non 1
potest constituere procurato ē sine Conuentu. Oldrad. *cons.*
130. Omni prolixitate, in princ. v. modo ex prædictis quæritur. Rom. *cons.*
389. Paucis agam, in princ. Vide, *Procurator à solo Prælato constitutus ab* ✠
eo reuocari potest. Concl. 858. † Restringe, vt nō procedat in iis, quæ 2
pertinent ad suam administrationem; quia agit solus, & cōstituit
procuratorem etiam ante litem contestatam. Castr. *cons. 35. Cum*
elegantissime, lib. 1. etiam si bona sint diuisa, si non est diuisa admi-
nistratio, idem Castr. *ibi* in fin. † Declara, vt in casibus, in quibus 3
potest solus Prælatus agere pro Ecclesia sine consensu Capituli,
possit etiam procuratorem constituere. Lap. *alleg. 49. circa fin. ver.*
sunt, qui dicunt, n. 8. Vide, *Prælatus quando, & in quibus agere, & tueri* ✠
possit sine Capitulo, & è contra. Concl. 499. † Amplia; quia transigere
non potest solus Prælatus sine Conuentu, & Capitulo, *c. contin-* 4
git, de transact. † Amplia; quia cōpromittere, donare, alienare, aut
præiudicare ecclesiæ non potest Prælatus solus habens Cōuen- 5
tum, vel Capitulum, habitu & actu. Bald. plene *cons. 227. Honestus*
vir. n. 3. v. solutio, lib. 1. † Restringe, vt q̄ dicitur Prælatum solū non 6
posse sine Conuentu, vel Capitulo, non procedat, q̄n Prælatus
haberet Conuentum; vel Capitulū habitu, sed non actu, vt quia
nullus est ibi, qui faciat Capitulū actu; quia tunc omnis admini-
stratio spectat ad Prælatū solum. Bal. *d. cons. 227. n. 3. v. solutio, li. 1. v.*
bi, q̄ tunc potest solus Prælatus ea, quæ posset cum Capitulo.
† Declara; quia dupliciter dī ecclesia habere Conuentū habitu, 7

& non actu; primo, si ibi nō est aliquis, qui faciat Capitulum, vel Conuentum; quia tunc non est dubium, q̄ solus habitus, & non actus subest. Bald. *d. cons. 227. n. 3. v. sed hic aduerte, lib. 1.* & ideo si solus Prælatus residet, & nullus alius est in possessione dandi vocē nomine Conuentus, vel Capituli; tunc actu dr̄ carere cōuentu,
8 vel Capitulo. † Secundo modo dr̄ habere Conuentum habitu, & non actu, q̄n alii sunt instituti, tanq̄ de Capitulo in Ecclesia, sed non sunt in opere, videl. quia non sunt in quasi possessione dandi vocem pro Capitulo; quia attēditur quasi possessio in istis collegiis Ecclesiasticis. Bald. *d. cons. 227. n. 3. v. sed hic aduerte, lib. 1.*
9 † Amplia; quia nō valet successio Ecclesiæ facta à solo Episcopo ☞ sine consensu sui Capituli, Bal. *cons. 282. Factum tale est, lib. 1.* Vide, *Episcopus potest multa sine consensu Capituli, & multa non, & quæ. Concl.*
10 259. † Declara; quia conualidatur, si consentit Capitulū postea, vel ēt si essent lapsi vltra 40. anni. Bal. *d. cons. 282. n. 2. vsq; in fi. lib. 1.*
☞ Vide, *Auctoritas superioris quomodo, & qualiter interpretanda. Concl.* 566. Vide, *Cōsensus, sine quo actus est nullus, an valeat post actum. Concl.*
11 755. † Amplia; quia in iis, q̄ sunt Capituli, vel cōmunia Prælati, & Capituli, solus Prælatus non pōt locare; neq; contrahere, & tam ipse, q̄ successor possunt contrauenire, Bal. *cons. 457. Reuerendus Pater, n. 2. v. modo sequitur, lib. 1.*
12 † Amplia in cōfessione decloria facta in iudicio per Prælatum habentem Conuentū, vel Capitulum, q̄n est facta à solo Prælato sine Conuentu, vel Capi-
* lo, coēm* dicit Rom. *cons. 389. Paucis agam, in pr.* vbi, q̄ non habēs
13 administrationem sine Conuentu non p̄iudicat Ecclesiæ confitendo, vbi apost. 1. *in v. Capitulo*, dat conc. † Extende, vt idem sit in Rectrice, vel Rectore Hospitalis nō habente administrationem sine Cōuentu, seu Capitulo; quia q̄ dicitur de Ecclesia, idē est de Hospitali; q̄ omnia ecclesiæ priuilegia Hospitali cōpetūt.
14 Rom. *d. cons. 389. in pr.* † Restringe in confessione Prælati cōstituti ab Ecclesia; & Capitulo; quia tunc cōfitendo in iudicio be-
* ne præiudicat Ecclesiæ & Hospitali, ita omnes * tenere nemine
15 discrepante dicit Rom. *cons. 389. n. 2. v. excipio autem.* † Restringe in confessione tutoris, quæ pupillo præiudicat, & licet æquiparentur Prælatus Ecclesiæ, & tutor; tñ in hoc, & in multis differūt; quia tutor solus potest esse in iudicio, sed Prælatus cū Collegio
16 non. Rom. *d. cons. 389. n. 3. v. necrefragatur.* † Amplia; quia Prælatus habens Capitulum, vel Conuentum non pōt alienare bona Ecclesiæ, nisi præcedente tractatu, de quo *in c. dudum, de reb. Eccle. non*
17 *alien. in 6.* Rom. *cons. 36. Visa disceptatione, in pr.* † Limita; quia q̄n Prælatus solus cōtraxit asserens totalem administrationē in ipso solo residere, & carere Conuentu, si postea vellet dicere ē contrariū, debet allegare, & ꝓbare Conuentum, & possessionem, seu quasi dandæ vocis; quia ius cassandi id, q̄ factum est cōtrario prextu
18 probari debet. Bal. *cons. 227. in fi. v. illud tamē, lib. 1.* † Limita in Prælato nō habente Conuentum, neq; Capitulum; quia potest ipse solus illud, quod potest Prælatus cum Capitulo, q̄n habet Capitulum, vel Conuentum; quia sicuti filius familias non pōt esse in iudicio sine patre; secus est cessante patre, & sicut mulier, quæ non potest contrahere ex forma statuti sine cōsanguineis, bene potest sine eis, q̄n non extant; ita idem dicendum est in hoc casu. Rom. *cons. 36. in princ. & per tot.* vbi plena apostil. *in ver. potuit*, q̄ę
19 allegat concor. † Declara; quia licet solus Prælatus carens Conuentu, vel Capitulo possit omnia, quæ potest Prælatus habens Capitulum, vel Conuentum cum Capitulo, vel cōuentu simul; tamen in alienatione bonorum Ecclesiæ, & in arduis, debet solus Prælatus adhibere consensum aliorum honestorum clericorum, vel Episcopi, aut alterius superioris, apostil. ad Rom. *d. cons.*
☞ *36. in ver. potuit.* Vide Conclusionem proxime præcedentem. Vide, *Procurator à solo Prælato quando constitui possit. Concl. 816.*

Prælati non possunt donare fructus beneficiorum suis consanguineis, & quando secus. Concl. 501.

1 PRÆLATI † possunt donare consanguineis suis fructus bonorum Ecclesiæ ex generali consuetudine tolerata per Papam, qui scit, & patitur, Bal. *cons. 298. n. 5. v. sed numquid, lib. 1.* vbi non vi-
☞ fi mare; quia recitat opiniones. Vide, *Consuetudo circa fructus bene-*
2 *ficiorum vacantium, & eorum applicationem. Concl. 866.* † Contrariū, q̄ talis cōsuetudo sit abusiua; iō nō valeat, refert tenere aliquos i-
3 dem Bald. *d. cons. 298. n. 5. li. 1.* † Declara; quia possunt Prælati donare cōsanguineis causa pietatis, & meritorū vsq; ad cōpetentē
4 modū. Bal. *d. cons. 298. n. 5. v. alij dicunt, q̄ causa pietatis, lib. 1.* † Et prodit declaratio ēt stante consuetudine, q̄ disponant; quia debent in vsus pios disponere, & non alias. Calder. *cons. 329. n. 2. alias 2. de*
5 *pecul. cler. in ver. Hostien.* † Declara secūdo, q̄ possunt donare, quatenus nugatorie potuissent consumere in seruitoribus, & equis & conuiuiis, si ab istis abstinuerunt; quia Ecclesia nō patitur damnum. Bal. *d. cons. 298. n. 5. circ. fi. lib. 1.* † Amplia; quia possunt dōnare ex redditibus Prælato appropriandis; quia de eis pōt in vita facere quicquid vult; secus in morte, ista est opin. Bal. *d. cons. 298. n. 5. in fi. v. de redditibus ergo, lib. 1.* Vide, *Fructus beneficiorum Ecclesiasticorum quomodo, & quibus dispensandi. Concl. 511.* † Declara, vt p. Bal. *cons. 231. Dominus Ioannes, lib. 1.* quia de fructib. post vitam suā non potest donare vllo modo in p̄iudicium successoris; quia aliàs daretur via supplantādi successorem quoad perceptos, licet æquiparetur vsufructuario, intelligitur, non vt sit dns, prout vsufructuarius, sed vt fideliter & debite dispenset. † Amplia; quia multo magis potest Prælatus mutuare consanguineis, & sibi ipsi pecunias Ecclesiæ. Bal. *d. cons. 298. n. 3. v. sed quid si Prælatus, lib. 1.* † Amplia; quia potest pecunias ecclesiæ expendere in expēsis suę promotionis Prælatus, & in causis ecclesiæ suæ. Bal. *d. cons. 298. n. 5. item si expensum, lib. 1.* Vide, *Successor in ecclesia, vel Episcopatu ad debita*
☞ *prædecessoris an teneatur, vel non. Concl. 875.* † Limita; quia non pōt
6 Prælatus ēt cum suo Cōuentu, vel Capitulo donare in p̄iudicium ecclesiæ. Ang. *cons. 245. Quia omne datum, n. 8. col. antepen. vbi*
7 *vero causa.* † Limita; quia licet possit Prælatus ꝯcedere in emphyteusim bona ecclesiæ; non tñ potest illa consanguineis suis concedere. *auth. quibus cum q. C. de sacr. eccl.* Vide, *Emphyteusis quibus alie-*
☞ *nari, vel concedi non potest. Concl. 210.* † Restringe; quia bene potest
8 cessante causa, videl. cessante suspicione fraudis, quæ cessat, qn̄ cōsanguinei sunt proficui ecclesiæ, & Prælatus vtilis. Signorol. Homod. *cons. 210. Quæstio præsupponitur, n. 2. & seq.* † Restringe, vt in
9 res est soluta concedi, & alienari in feudum antiquitus; quia pōt etiam consanguineis cōcedi. Signorol. *d. cons. 210. n. 6. v. secundo fi.*
10 † Restringe in alienatione, quæ fit per concessionem in feudum, quia ailla permittitur, ex quo erat incognita tempore d. authenticæ. Signorol. *d. cons. 210. n. 11.* & per totum consilium.

Prælatus ex negligētia præiudicat Ecclesiæ multis casibus, & quando secus. Concl. 502.

NEGLIGENTIA † Prælati nauis Ecclesiæ confiscatur. *Iubemus 1. nullam. C. de sacr. eccles.* Ang. *cons. 245. Quia omne datum, n. 2. v. & primo*, q̄ est collegij Paduæ & sex Doctorum aliorū. † Extende; de multis casib. per Ang. *d. cons. 245. n. 2.* † Extende; quia ex negligentia Prælati cum toto Capitulo p̄iudicatur ecclesiæ, vel monasterio. Ang. *d. cons. 245. n. 2. v. solutio, si quæritur.* † Extende; quia Prælatus solus negligendo in iudicio, vel extra, p̄iudicat ecclesiæ. Ang. *d. cons. 245. n. 2. v. solutio, si quæritur.* † Extende; quia negligendo Prælatus præscriptionem causat cōtra ecclesiam; quia concurrit adminiculum iuris communis; ideo præiudicat. Dec. *in c. pastoralis, n. 35. & seq. de except.* & hæc est causa, pp quam p̄iudicat negligendo. † Amplia; quia quod dr̄, delictum Prælati nō nocere ecclesiæ, intelligitur cōmittendo, secus est in omittendo; quia bene p̄iudicat non appellando, vel nō prosequendo appellationem; quia sententia lata super spolio contra Prælatum delinquentem nocet etiam successori. Zabarel. *cons. 134. Prosecutione, n. 2. v. ad secundum.* Alex *cons. 115. Attentis narratis, in pr. lib. 3.*
† Extende in præscribi patiendo cōtra ecclesiam; quia nocet ecclesiæ in extraiudicialibus, & multo magis in iudicialibus; quia ēt in committēdo delictū Prælati nocet ecclesiæ, Zabarel. *d. cons. 134. n. 2. v. ad secundum.* † Extende, q̄ dicitur de Prælato, vt sentētia, quę transiuit in iudicatum, nocet ecclesiæ ob negligentiam Prælati, idem ob negligentiam procuratoris à Prælato cōstituti; quia Prælatus est in culpa; si non idoneum elegit. Zabarel. *d. cons. 134. n. 4. v. & in eo, quod in casu.* Alex. *cons. 115. Attentis, in pr. lib. 3.* Declara † tñ; quia ecclesia restituitur in integrū aduersus causam ex negligentia Prælati, vel procuratoris etiam non docto de latione, q̄n est rea, & condemnata, & sententia transiuit in iudicatū; secus si esset actrix; quia tunc debet probare læsionem. Alex. *d. cons. 115. per tot. lib. 5.* vbi in fi. quod ista distinctio concordat opiniones cōtrarias. † Ratio quæ sit, quare plus operetur negligentia, q̄ factum, & sic tacitum, quam expressum, dicas; quia cum tacito concurrit lapsus temporis, vel dispositio legis, & sic nō plus
☞ tacitus consensus solus operatur; sed iunctis aliis. Bald. *in l. 8. §. fi. n. 2. in fi. v. opponitur, C. de temp appell.* † Amplia; quia in acquirendis negligentia Prælati nocet ecclesiæ, quando ecclesia non est collegiata, ita Alex. *cons. 5. Viso, & considerato n. 14. lib. 2.* vbi, q̄ non habet difficultatem. Vide, *Alienatio bonorum ecclesiæ ēt prohibita regulariter. Concl. 273.* † Et ea, quæ illicite sunt quæsita, habentur tanq̄ non quærenda; ideo in istis potest p̄iudicare. Dec. *c. in præsentia, n. 2. & seq. de probat.* † Extende etiam in Prælato ecclesiæ collegiatæ, ri quia in acquirendis pōt p̄iudicare ecclesiæ; pura non expellēdo emphyteutam, & recipiendo canonem, vel seruitium; quia tunc potest emphyteusim solitā locari, si denoluatur, de nouo locare

solus

solus; ergo caducitatem remittere. Alex. *d. cons. 5. n. 12. & seq. per tot. vsq; in fi.* apostil. ad Alex. *d. cons. 5. n. 19. lib. 5.* vbi, q̃ ita tenuit alibi.
14 † Imo q̃ solus Prælatus ecclesiæ collegiatæ sine Capitulo possit in quærendis præiudicare ecclesiæ. Ferret. *cons. 249. n. 13.* vbi dicit * cõmunem *etiam in legato nondum incorporato; quia non est
15 alienatio, sed non acquisitio. † Contrarium, quod imo Prælatus ecclesiæ collegiatæ sine Capitulo non possit in acquirendis præiudicare solus ipsi ecclesiæ, si accipiat canonem post caducitatẽ, non censetur remisisse, quia non potest. gl. *in c. potuit, in ver. expelli, * de locato.* quæ *cõmuniter est approbata, quicquid ẽtradicãt multi, & ita in praxi seruari dicit Ial. in l. 2. n. 130. v. tertio & vltimo, C. de * iure emphyt.* & hanc magis *coẽm dicit Alex. *d. cons. 5. n. 19. v. octauo, lib. 5.* plurimos citat ad hoc Corbul. *tract. de iure emphyt. de caus.
16 deuolutio. ob non solutum. limit. 21. n. 5. & seq.* † Declara; quia extẽsio procedit, qñ essemus in sola negligentia Prælati; quia magis nocet ecclesiæ etiam collegiatæ solus Prælatus negligendo q̃ faciẽdo, licet detur restitutio ecclesiæ, ita Alex. *d. cons. 5. n. 15. & seq. ver.
17 quinto. lib. 5.* † Extende in fisco, & in ecclesia, quia licet nõ valeat alienatio q̃sitorum sine solemnitate, bene valet alienatio quærendorũ sine solemnitate. Curt. Iun. *cons. 147. in fi.* vbi ponit plura exempla, & dicit valere statutũ, & cõmutationẽ Episcopi circa legata pia non acquisita; item statutũ laicorum circa eccle się acquirenda; secus circa acquisita, quem citat, & sequitur Crauet. *cons. 152. n. 9.* & hæc omnia Deci. *in c. ecclesia S. Mariæ, de const. n. 240.
18 & seq. v. tertia conclusio.* † Extẽde; quia imo etiã in q̃sitis negligentia Prælati nocet ecclesiæ, licet det restitutio. Alex. *d. cons. 5. n. 15.
19 & seq. lib. 5.* † Extende maxime, si agitur de luc.o odioso, prout de pœna, vel vsuris remittẽdis ex negligentia Prælati; quia in acquirendis bene præiudicat ecclesiæ circa ista. Alex. *d. cons. 5. n. 17.
20 lib. 5.* † Extẽde; quia si agitur de iure ecclesiæ iam perdito recupe-
21 rando, põt solus Prælatus transigere. Ferret. *d. cons. 38. n. 15.* † Extẽde in Prælato ecclesiæ collegiatæ, qui bene põt cum Capitulo sine solemnitate ab repudiare legatum, & acquirenda, Lap. *alleg.
* 25. in fi.* vbi apostil. dat infinitos conc. & dicit *coẽm. Roma. *cons. 184. Visis, in pr.* qui loquitur simpliciter in Prælato, vt in q̃rendis possit ecclesiæ præiudicare, vbi apost. dat plures conc. *in v. cons. 9.
*22 vbi dicit *coẽm. † Imo q̃ nedum repudiare si expediret, sed etiã repudiãdo præiudicare. Rom. *d. cons. 184. n. 1.* vbi secunda apost.
23 *in v. præiudicare,* dat multos conc. † Contrarium ibi apostil. penul.
* quæ dicit magis *coẽm, vide eam; quia citat plures, & hãc partẽ
24 tenet Castr. *cons. 34. Ego Paulus, in fi. lib. 1. & cons. 294. in fi. lib. 1.* † Extendit Rom. *d. cons. 184. in fi.* vt ꝓcedat etiã in l. gato facto eccle-
siæ; quia licet dr.ium sit quæsitum, non tñ irreuocabiliter; ideo
* potest Prælatus repudiare legatũ non acceptatũ, & hanc *coẽm dicit Ferret. *cons. 249. n. 13.* Craue. *cons. 152. n. 9.* qui loquitur in he-
reditate delata, sed non adita. Vide, *Prælatus contrahendo, vel consi-
25 tendo qualiter obligetur Eccl. siam, vel non. Concl. 506.* † Limita; quia si alĩ
unde constaret de natura Prælati negligentis; tunc illius factũ, & negligentia nõ noceret, quin daretur restitutio ecclesiæ; quia eo ipso est læsa ecclesia, quod constat Prælatũ esse desidem &
26 negligentẽ. Ang. *cons. 245. n. 8. in fi. col. pen. v. quinimo gesta.* † Limita; quia Prælatus patiens rem ecclesiæ pscribi tenetur de suo versus ecclesiam, qñ call. de machinatus est, sicut si alienasset. Abb. ple-
ne *cons. 82. Quanquam, in fi. v. Venio ad aliud dubium, lib. 1.* vbi adducit similia de fideiussore, qui omittit opponere exceptionẽ sibi cõ-
petentem; quia non recuperat a principali; & feudatario; qui pa-
titur pscribi feudũ; quia habetur pro alienante per machinatio-
nes. Vide, *Negligentia rectoris quando noceat Ecclesiæ, vel non. Concl. 37.*

Prælatus cum Capitulo in iudicialibus præiudicat Ecclesiæ, & quando secus. Concl. 503.

1 PRÆLATVS † cum Capitulo potest præiudicare suæ ecclesiæ ex facto eorum iudiciali, siue consistat in faciendo, siue in o-
2 mittendo. *c. cum olim, de censib.* Gemi. *cons. 129. n. 2. v. item factũ.* † Extende, vt idem sit in facto procuratoris constituti à Prælato, &
3 Capitulo. Gemin. *d. cons. 129. n. 2. v. nec valet si dicatur.* † Et q̃ Prælatus negligendo in iudicio præiudicet ecclesiæ, & monasterio
4 solus. Ang. *cons. 245. Quia omne datum, n. 2. col. 2. in fi. v. aut solus Prælatus.* Vide, *Prælatus. Concl. prox. præced.* † Amplia; quia imo solus Prælatus in iudicialib. per modum contentiosæ iurisdictionis p-
5 judicat ecclesiæ. Ang. *d. cons. 245. n. 8. v. si autem talis confessio.* † Extende, siue in cõmittendo, siue in negligendo. Zabarel. *cons. 134.
n. 2. v. ad secundum,* vbi dicit hoc procedere; quia Prælatus solus
* potest agere, & defendere in iudicio sdm *coẽm opinionem;
6 ergo præiudicat in iudicialib. † Declara maxime procedere ex-
tentionem, quando mensa ecclesię est separata à mensa Capitu-
li, quia tunc est sine difficultate; quia vterq;, videl. Prælatus pro
sua mensa, Capitulum pro sua agunt, & præiudicat. Zabarel. *d.
cons. 134. n 3.* † Amplia; quia licet Prælatus, qui nõ potest aliena- 7
re, non possit rem non alienabilem in iudicio deducere; tñ intel-
ligitur; quod non deducit nomine suo; secus si nomine eccle siæ.
Zabarel. *d. cons. 134. n. 3. & 4. v. vnde licet Prælatus,* vbi dicit notandũ.
† Regulam negatiuam ponit Mascard. *Conclus. 367. Confessio Prę-* 8
lati, vbi dicit *coẽm, vbi limitat duodecim modis. † Regulam * 9
affirmatiuam, quod solus Prælatus agendo, si succumbat, præiu-
dicet ecclesiæ; ponit Socin. *reg. 17. Sententia lata contra Prælatum,*
vbi ponit duas fallentias: Prima est, nisi esset præuaricatus: Se-
cunda, quando alius prætendens interesse ignorasset litem factã
à Prælato. † Declara omnes limitationes, vt non procedant, qñ 10
esset res ardua, vel quando agitur de læsione; quia semper com-
petit restitutio in integrum. Mascard. *d. Concl. 367. nu. 18. & in fin.*
Rom. *cons. 369. n. 21. v. tertia ratio.* vbi apostil.

Prælatus cum Capitulo in extraiudicialib. præiudicat Ecclesiæ, & quando secus. Concl. 504.

PRÆLATVS † vna cum Conuentu, & Capitulo potest facere 1
pacta, & conuentiones cum clericis secularibus, & valent, li-
cet ex eis præiudicetur eorum ecclesiæ. Gemin. *cons. 129. n. 2. v. in
contrarium.* † Extende, vt maxime valeant pacta, & cõuentiones 2
factæ per Prælatum, & Capitulum, quando sunt super re dubia,
& ad euitandas lites; quia præiudicant ecclesiis. Gemi. *d. cons. 129.
n. 3. v. præterea, cum seq.* vbi, q̃ cessat dolus, ppter dubium euentum,
& ad execrandas lites. † Imo quod valeat cessio iurium litigio- 3
sorum, & dubiorum ecclesiæ sine solemnitate, tenet Dyn. *cons. 8.
In quæstione petitionis, n. 3. & 4. v. super eo,* vbi loquitur de iure ciuili.
† Extẽde, vt propterea possint Prælatus, & Capitulum de re du- 4
bia facere compromissum, & renunciare appellationi, & valebit
cõpromissũ & renunciatio appellationi facta, licet dicat sublata
defensio. Gemin. *d. cons. 129. Circa istud dubium, per tot.* vbi de hoc.
† Cõtrarium Feder. de Sen. *cons. 94. Casus talis est, per tot.* vbi, q̃ lis, 5
quæ dat dubium euentum, solum operatur, quod subest causa,
sed non tollit, quin requiratur auctoritas & solemnitas. † De- 6
clara, vt possit Prælatus, & Capitulum simul compromittere cũ
decreto superioris, & etiam solus Prælatus, quando non habet
Conuentum, vel Capitulum; vel habet solo habitu, & non actu.
Bal. *cons. 227. Honestus vir frater, lib 1. per tot.* † Amplia, quia Præla- 7
tus, & Capitulum simul ex confessione extraiudiciali pudicant
ecclesiæ, quando confessio est obligatoria. Angel. *cons. 245. n. 8.
v. sed videtur obstare,* vbi loquitur in cõfessione obligatoria volun-
taria coram Episcopo facta, & est consilium Collegij Paduæ, &
aliorum sex Doctorum, qui subscripserunt. Vide, *Prælatus contra-* ℣
hendo, vel confitendo qualiter obliget Eccl siam, vel non. Concl. 506. † Re- 8
stringe in confessione extraiudiciali facta à Capitulo, & Prelato,
quæ non esset obligatoria Ecclesiæ, sed esset confessio, q̃ Præla-
tus habuisset ex causa licita, & expendisset; tunc nõ valet in præ-
iudicium ecclesiæ. Angel. *d. cons. 245. col. antepen. n. 8. v. si vero eam.*
† Restringe; quia in casibus, in quibus confessio Capituli & Præ- 9
lati nocet ecclesiæ; tamẽ ecclesia debet restitui in integrum, etiã
absq; eo, quod probare teneatur lęsionem. Angel. *d. cons. 245. col.
antepen. in fi. v. quinimo licet diceretur.* † Amplia; quia Prior Hospita- 10
lis alienans bona, in quib⁹ Hospitale erat hæres instituta cum
conditione, quod non posset alienare, & si alienaret, Hospitale
caderet ab hæreditate, potest præiudicare Hospitali, & cadit ab
hæreditate prædicta; quia inest conditio à principio. Angel. de
Perus. *cons. 168. Testator in omnibus, in pr.* Vide, *Prohibitus alienare sub* ℣
pœna ad certum tempus quãdo incurrat. Concl. 901. † Extende, vt pce- 11
dat, ẽt si partẽ solum alienauit; tñ priuatur tota hæreditate. Ang.
d. cons. 168. n. 3. v. venio ad secundũ. † Declara tñ; quia vbicũq; eccle- 12
sia, vel Hospitale patit priuationẽ ex facto Rectoris, & Prælati,
põt ctra Prælatum agere, qui tenet damna reficere. Angel. *d. cons.
168. n. 2. v. veruntamen Ecclesia.* † Restringe; quia intra quadrienniũ 13
ecclesia, & Hospitale põt restitui aduersus alienationem, qñ non
esset sibi plene çsultũ ctra rectorẽ. Ang. *d. cons. 168. n. 2. in fi. v. &
tẽpora præstituta.* † Amplia; quia solus Prælatus põt præiudicare 14
ecclesiæ ex negligẽtia iudiciali, vel extraiudiciali. Ang. *cons. 245.
Quia omne datũ, n. 2. v. & primo est videndũ.* Vide, *Prælatus ex negligẽtia* ℣
præiudicat ecclesiæ multis casib. Concl. 502. † Amplia; quia nulla alia 15
requirit solẽnitas, vbi est licentia Papæ, q̃ est loco solẽnitatis, &
tractatus. Abb. *cons. 41. n. 2. & 3. lib. 1.* † Limita, qñ certitudinarie 16
præiudicaret ecclesiæ, vel induceret alienatio bonorũ ecclesiæ;
qa nõ valet sine debitis solẽnitatib. neq; piudicat. Gem. *d. cõs. 129.
in pr. & n. 4. v. & ad allegata.* Angel. *d. cons. 245. n. 8. v. octauo est viden-
dum.* Vide, *Alienatione prohibita quid sit prohibitum. Conclus. 261.* ℣

† Limita;

17 † Limita; quia in cessione iurium competentium ecclesiæ circa immobilia non potest Prælatus cedere ipsa iura sine solemnitatib. requisitis in alienatione bonorũ ecclesiæ, ita tenet apostil. ad
18 *cons. Dyni* 8. *n.* 3. *v. cedi*, vbi, q ita habuit in facto, & consuluit. † Limita; quia confessio solius Prælati, q exegerit anticipatas pensiones, vel alias extra iudicium non præiudicat ecclesiæ, cum sit voluntaria. Ang. *d. cons.* 245. *n.* 8. *v. octauo est videndum*, vbi, q bene præiudicat Prælato tempore suo, sed non ecclesiæ, vel successori.
☞ Vide duas proximas præced. Conclusiones, & duas prox. seqq. Vide, *Confessio Prælati, vel administratoris, quando præiudicet Ecclesiæ, vel pupillo, & quando non. Concl.* 669. Vide, *Liberatio Prælati, vel tutoris quando valeat sine solemnitatibus, vel non. Concl.* 331.

Prælatus cum Capitulo delinquendo non præiudicat Ecclesiæ, & quando secus. Concl. 505.

1 PRÆLATVS † delinquens cum Capitulo non præiudicat monasterio in acquisitis. Ang *cons.* 245. *Quia omne datum, n.* 2. *col.* 2. *in fi. v. aut aliter delinquendo*. q consilium est Collegij Paduæ, & aliorum sex Doctorum. Afflict. *decis.* 265. *n.* 23. *& seq. in* 4. *fallent.* &
☞ ibi Visil. *in addit. n.* 21. *& seq.* Vide, *Negligentia Prælati, vel Rectoris*
2 *quando noceat Ecclesiæ, vel non. Concl.* 37. † Restringe in acquirendis; quia bene potest præiudicare Prælatus cum Conuentu. Angel.
3 *d. cons.* 245. *n.* 2. *col.* 2. *in fi.* † Amplia in Vniuersitate etiã Castri, vel loci; quia ex facto Præpositi, & administratoris nõ priuatur feudo, neq; iure suo maxime finita administratione Præpositi. Soci.
4 Iun. *cons.* 115. *n.* 25. *& seq. lib.* 2. † Extende in Ecclesia, quæ feudo nõ priuatur facto Prælati, siue factum consistat in faciendo, siue in
5 negligendo. Visil. ad Afflict. *d. decis.* 265. *n.* 21. *& seq.* † Amplia; quia solus Prælatus delinquens sine Capitulo non præiudicat Ecclesiæ in acquisitis, neq; in acquirendis. Ang. *d. cons.* 245. *col.* 2. *in fi. v. aut*
* *deliquit solus*, vbi, q omnes* ita tenẽt. Rom. *cons.* 284. *Triplici ex ca-*
* *pite, n.* 4. *v. cæterum si dicatur*, vbi apostil. *in ver. non nocere*, citat pro vtraq; & dicit *coẽm, & est tex. *in l. neq; in interdicto. ff. de reg. iur.* qui loquitur in delicto tutoris, quod non nocet pupillo, & per illum
6 tex. arguit Bart. idem in Prælato *cons. suo decis.* 28. *Reuerendo viro, in princ. lib.* 2. † Contrarium, quod imo delictum Prælati noceat Ecclesiæ, tenet Rip. *in l. fin. q.* 52. *C. de reuoc. donat.* prout refert eum
7 apostil. ad Rom. *d. cons.* 284. *n.* 4. *in v. non nocere*. † Declara; quia licet non noceat Ecclesiæ *dm*coẽm, bene nocet ipsi delinquẽti
* Prælato, donec viuit, *c.* 1. § *fi. de cap. Corradi.*, put tenet Rom. *d. cons.*
8 284. *n.* 4. *v. cæterum*, vbi apostil. *in v. habeat*, dat concor. † Amplia; quia delictum, vel factum, aut negligentia solius Prælati in personali non præiudicat Ecclesiæ. Ang. *d. cons.* 245. *col.* 2. *in fi. v. sed ta-*
9 *men potest.* † Extende; quia non tenetur Ecclesia collegiata ex eo, quod Prælatus non sit passus conductorem pacifice vti, & frui re locata; quia requiritur molestia totius Capituli, vt teneatur. Ang.
10 *cons.* 246. *n.* 2. *v. ad hoc dicendum.* † Amplia in præiudicio reali; quia delictum factum, vel negligẽtia feudum apertum solius Prælati non nocet Ecclesiæ. Ang. *d. cons.* 245. *col.* 3. *in pr. v. aut loquimur.* Re-
11 stringe † in delicto, vel facto velato. Ang. *d. cons.* 245. *col.* 3. *in prin.*
12 *v. aut non est merum.* † Limita; quia Prælatus spoliãdo alium præiudicat ecclesiæ, qñ sub nomine dignitatis, quia datur interdictũ
vnde vi, spoliato etiam contra successorem. Zabarel. *cons.* 134. *Pri-*
13 *mum, an ex facto, in pr.* † Restringe, nisi Prælatus deliquisset spoliando nomine proprio, non nomine Ecclesiæ; quia tunc Prælati
delictum non nocet Ecclesiæ. Zabarel. *d. cons.* 134. *in pr. v. procedit*
14 *autem.* † Declara restrictionem, nisi delictum Prælati esset factũ à Prælato cõmunicato consilio cum Capitulo; quia tunc Eccle-
15 sia tenetur. Zabar. *d. cõs.* 134. *n.* 2. *v. & hoc nisi.* † Declara, nisi Ecclesia esset effecta locupletior, vt quia peruenisset ad Ecclesiam id, quod, vel aliquid ex eo, q subripuit Prælatus; quia etiam si nomine proprio deliquit, præiudicat Ecclesiæ, vt contra successorẽ
16 in Ecclesia agi possit. Zabarel. *d. cons.* 134. *n.* 2. *v. vel nisi.* † Limita; quia delictum Prælati, q non nocet Ecclesiæ in committendo, bene nocet in omittendo, puta si non appellat, non prosequitur
appellationem, vel patitur præscribi. Zabarel. *d. cons.* 134. *n.* 2. *v. ad*
17 *secundum.* † Extende; quia in iudicialibus, siue delictum sit in omittendo, siue in committendo, nocet ecclesiæ, secus in extraiudicialibus; quia solum in omittendo nocet. Zabarel. *d. cons.* 134. *n.*
☞ 2. *v. ad secundum.* Vide, *Vniuersitas quid sit, & quando dicatur delinquere. Concl.* 255. Vide, *Vniuersitas quando ex facto consulum obligetur, vel non. Concl.* 260.

Prælatus contrahendo, vel cõsitendo quando obliget Ecclesiam, vel non. Concl. 506.

1 PRÆLATVS † habens Capitulum, vel Conuentum sine Capitulo, vel Conuentu non contrahit obligãdo Ecclesiam; quia res est monstrosa q caput sine membris contrahat. Bal. *cons.* 350. *Propo mitur, q quidam, per tot.* maxime *in fi. lib.* 3. Vide, *Successor in Ec-*
clesia, vel Episcopatu ad q debita prædecessoris teneatur. Conc. 875. & *Conc.*
ibi seq. Vide, *Vtilitati Ecclesiæ quando aliquid conuersum esse intelligatur.*
Concl. 375. † Amplia; quia non potest Prælatus ctrahendo prudicare ecclesiæ, qñ occasio nõ venit tempore suo, vt quia anticipat, supplantando successorẽ, & concedit ea, quę tempore successionis euenient, siue concedat pure, siue sub conditione. Gabr. *cons.*
83. *n.* 45. *& seq. lib.* 1. vbi loquitur ẽt in acquirendis. † Amplia; quia Ecclesia non obligatur ex mutuo Prælati recepto ꝓ meliorãdis bonis Ecclesiæ, nisi mutuans doceat pecuniam conuersam in vtilitatem Ecclesiæ; quia alias non tenet successor in Ecclesia. Bal.
d. cons. 350. *per tot. lib.* 3. † Extende; quia ad hoc, vt monasterũ obligetur ex mutuo, requiritur, q constet de duobus; videl. de numeratione, & de conuersione in vtilitatem monasterii. Ang. *cons.*
245. *Quia omne datum, col.* 3. *v. tertio est videndum*, vbi, q creditor debet docere conuersionẽ in vtilitatem ecclesiæ, & q requirat vera numeratio facta Prælato, & conuersio in vtilitatem. Cast. *cons.*
338. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. Abb. *cons.* 7. *Tria, in pr. n.* 1. *& lib.* 2. † Extende; quia quæcunq; confessio Prælati circa conuersionẽ non releuat creditorem, q fuerit conuersum in vtilitatẽ. Ang. *d. cons.* 245. *col.*
3. *v. si dubitatur, circ. med.* † Extẽde maxime, qñ mutuans erat consanguineus Abbatis; quia præsumitur simul. ta confessio, & non valet, vt per plura idem Castr. *d. cons.* 338. *n.* 4. *& seq. lib.* 1. † Extende, vt ꝓcedat, ẽt si in loco adsit statutum confirmatũ ab Episcopo, q instrta omnia mandentur exequutioni; quia intelligitur, dummodo sint celebrata à persona habente legitimã personam obligandi. Bal. *d. cons.* 350. *per tot. lib.* 3. † Extende, quia in mutuo, & depositio dumtaxat debet ꝓbari cõuersio in vtilitatem Ecclesiæ, Inno. *in c. grauis, depos. & in c. quod quibusdam, de fideiuss.* vbi, quod in mutuo, depositio; & venditione rei ecclesiasticæ pro debito soluendo debet soluens docere, quod in vtilitatem Ecclesiæ sit conuersum, in aliis non, & ita tenet Castr. *d. cons.* 338. *Primo quæritur, in pr. lib.* 1. † Contrarium, quod in omnibus debeat probari conuersio in vtilitatẽ ecclesiæ saltem psumptiue, vt successor obligetur, tenet Castr. *cons.* 2. *Visis omnibus, n.* 4. *lib.* 1. † Declara; quia etiam in pretio alienationis bonorum ecclesiæ debet cõstare, q sit versum in vtilitatem ecclesiæ, vt obligetur ecclesia. Bartol. *in*
Auth. hocius porrectum, n. 12. *&* 14. *C. de sacros. eccl.* vbi dicit mentitenendũ; secus in alienatione facta à principe. Vide Mascar. *Concl.*
616. *emptor, in pr.* † Vide Rom. *cons.* 440. vbi, q cõmunis est *in
cõtrarium, q excepto mutuo, depositio, & alienatione bonorum non requiritur probatio, quod sit cõuersum in vtilitatẽ. † Inno
dicit, quod dictum Innoc. procedit, qñ contractus fit ab eo, qui habet potestatem, alias secus; ideo Prælatus anticipans exactionem pensionũ debet probare vere versas in vtilitatem Ecclesiæ, quia non habet hanc potestatem. Castr. *cons.* 2. *n.* 4. *v. præterea illud*
dictum, lib. 1. vbi, q potius præsumitur fraus, q vtilitas isto casu. † Maxime in venditione, vel contractu; quia Ecclesia nunq̃ retinet pretium, nisi probetur conuersum in vtilitatem ecclesiæ, declarat Abb. *cons.* 41. *Videndum, col.* 1. *circ. fin. v. & per hoc tollitur. lib.* 1. vt
dictum Innoc. intelligatur *in c.* 1 *depos.* vt conuersio habeat locum solum in mutuo, non in venditione, & aliis contractibus, quibus constat aliter, quod Prælatus pecunium recepit. † Restringe; quia si Prælatus cum monasterio se obliget pro mutuo, vel confitetur conuersionem mutui in vtilitatem; tunc bene præiudicat ecclesiæ, sed ecclesiæ competit restitutio. Ang. *cons.* 245. *col.* 3. *circa me-*
v. & si mutuum, vbi, q semper debet creditor probare conuersionem in vtilitatem per veras probationes, non autem per simptiones. † Restringe, qñ super sola confessione Prælati, & quasi in vtilitatem ecclesiæ sit conuersum, fuit lata sententia in cõtradictorio, quia tunc standum est confessioni, & sententiæ. Innocen. *in*
quibusdam. de fideiussor. † Declara, vt per Castr. *d. cons.* 338. *n.* 3. *v. fal-*
respondeo, lib. 1. quia dictum Innoc. procedit, qñ sententia obtenta cum causæ cognitione, secus si summarie; item si contra ecclesiam non contra solum Prælatum, qui accepit mutuum, sed contra successorẽ. † Declara; quia imo lata sententia sup confessione Prælati ctra ecclesiam, ẽt si sit exequuta in parte, cõperit ecclesiæ restitutio in integrum, q̃ solus Prælatus petere potest. Abb. *cons.*
87. *Dico vnum, lib.* 1. *per tot.* † Restringe; quia mutuũ factũ Prælato pro expensis ꝓsequendæ suę electionis in cõcordia factæ debetur, & obligatio valet vsq; ad summam conuenientem. Angel. *d.*
cons. 245. *col.* 4. *n.* 4. *v. quarto si videndũ.* Fed. de Sen. *cons.* 119. *per tot.*
Vide plene Mascard. *Concl.* 581. *Ecclesia an posit obligari.* Vide, Expli-
cas quando Capitulum, & Cõuentus facere teneantur. Concl. 644. † Limita
plia; quia Prælatus non præiudicat ecclesiæ ctrahendo, nisi interue-
nias

niant solemnitates. Ang. *d. cons. 245. Quia omne datum, n. 2. v. solutio,*
21 *si quæratur.* † Amplia; quia Prælatus sine consensu Capituli, & sine solemnitatibus nō potest transigere, neq; cōpromittere circa immobilia, & iura Ecclesiæ ad effectum, vt in alium transferantur; quia personalis dr̄ transactio, & cōpromissum. Abb. *cons. 62.*
22 *Illud de iure, in pr. lib. 1.* allegat *c. veniens, & c. de cætero, de transact.* Vide, *Alienatio bonorū Ecclesiæ est prohibita regulariter. Concl. 273.* † Restringe; quia solus Prælatus, tutor, administrator Ciuitatis, & procurator generalis cum licentia, licet non possint alienare bona Ecclesiæ, vel suorum principalium, bene contrahendo, vel transigendo, aut cōpromittendo efficaciter obligant, qñ non sequitur alienatio immobiliū, vel iurium ecclesiæ, vt quia Ecclesia remaner in possessione. Abb. *d. cons. 62. Illud de iure, col. 1. & seq. v. sed iu nō*
23 *obstantib. lib. 1.* Vide, *Administratores qui, & quales, & quid possint, vel non. Concl. 201.* † Imo etiam si Ecclesia læderetur ex cōpromisso, laudo, vel transactione, sibi præiudicat Prælatus, nisi petat restitutionem in integrum intra tempus lgitimum. Abb. *d. cons. 62.*
24 *col. 2. v. & præsupposito, q. fuisset casa, lib. 1.* † Restringe; quia Prælatus obligat Ecclesiam causatiue quoad ea, quæ sunt in facultate soluendi, veluti si Ecclesia debitrix centum, donec soluat centum, tenetur soluere sex singulo anno; quia pōt liberari, si vult. Abb.
25 *d. cons. 62. col. 2. circ. pr. v. nec obstat. si dicatur, lib. 1.* † Restringe, quando Papa confirmat transactionem ex certa scientia tacita, vel expressa; quia de personali efficitur realis. Abb. *d. cons. 62. n. 4. ver. se-*
26 *cundo principaliter, lib 1.* † Amplia, & declara; vt idem sit in mutuo; quia si est factum soli Prælato sine Conuentu, nō obligat monasterium, nisi probetur in vtilitatem, de quo plene distinguit Signoro. *cons. 212. per tot.* & plenius per Socin. *cons. 15. n. 25. & seq. lib. 1.* vbi plures casus distinguit, & concludit, etiam in mutuo non requiri probationem; q. versum sit factum simul Prælato & omnibus de Capitulo; quia tūc præsumitur versio in vtilitatem etiam
☞ in mutuo, & idem dicit Castr. *cons. 338. n. 2. lib. 1.* Vide, *Ciuitas qualiter obligetur ex mutuo, & aliis contractibus. Concl. 282.* Vide, *Vtilitati*
27 *Ecclesiæ quādo aliquid conuersum esse intelligatur. Concl 375.* † Amplia; quia Prælatus locans bona conuentus ex causa licita, & cōstitens recepisse affectum anticipatum non nocet Ecclesiæ, nisi constet de vera numeratione. Ang. *cons. 245. n. 8. v. octauo est videndū.* Cast.
☞ *d. cons. 338. n. 3. lib. 1.* Vide, *Confessio Prælati, & administratoris, quando*
28 *præiudicet Ecclesiæ. Concl. 669.* Vide, *Locationi bonorū Ecclesiæ Prælatus successor stare non tenetur. Concl 419.* † Declara; quia bene præiudicat Prælato confitenti pro tempore suo, & quoad eum. Ang. *d. cons.*
29 *245. n. 8. v. solutio, dicendum.* † Contrarium Rota *in nouiss. decis. 246.*
30 *part. 2.* † Extende; quia confessio voluntaria, seu extraiudicialis Prælati non nocet ecclesiæ. Ang. *d. cons. 245. n. 8. v. & tunc cum ista*
☞ *confessio*, vbi ponit rationem, & idem dicit Castr. *d. cons. 338. n. 3. li. 1.*
31 quia alias aperiretur via fraudib. Vide, *Prælatus cum Capitulo in extraiudicial. lib. præiudicat Ecclesiæ, & quando secus. Concl. 504.* † Extende, vt ꝓcedat, etiam si cōfessio Prælati sit munita sigillo Prelati; quia adhuc non ꝓbat solutionē in ꝓiudicium Ecclesiæ. Castr. *d.*
32 *cons. 338. n. 3. lib. 1.* † Extende; quia neq; confessio Prælati, & Conuentus extraiudicialis, quę non est obligatoria, obligat Ecclesiā, veluti si confitentur tantā pecunię quantitatē conuersam in vtilitatem Ecclesiæ; quia est ſpecies donationis. Ang. *d. cons. 245. n. 8.*
33 *v. si vero causa, propter quam.* † Extende; quia Ecclesia aduersus suā cōfessionem, & Prælati ac Conuentus restituitur in integrū etiā non docto de læsione. Angel. *d. cons. 245. n. 8. col. antepen. v. quinimo.* vbi, q. nec tenetur docere ecclesia, q. quod soluerit indebitum, vt repetat, sed aduersarius tenetur docere, quod soluerit debitum.
34 † Restringe in confessione iudiciali; & per modum contentiosę inuitidictionis; quia bene ꝓiudicat ecclesiæ. Ang. *d. cons. 245. n. 8. v.*
si autem talis confessio. Castr. *d. cons. 338. n. 3.* vbi, q. iura quæ de tuto-
☞ re loquuntur, q. confessio præiudicet pupillo facta per tutorem,
habent locū, si est facta in iudicio, alias secus. Vide, *Prælatus cum*
Capitulo in iudicial. lib. præiudicat Ecclesiæ, & quādo secus. Concl. 503. Re-
35 stringe † in confessione obligatoria facta per Prælatum, & Conuentum simul extra iudicium, quia bene obligat ecclesiā, sed dat
36 restitutio ecclesiæ. Ang. *d. cons. 245. n. 8. v. sed videtur obstare.* † Amplia; quia Prælatus nō potest cedere iura qu æsita Ecclesiæ. Bero.
37 *cons. 187. n. 60. & seq. lib. 1.* † Amplia; quia Prelatus non obligat ecclesiam quatenus sumptus nō necessarios fecerit, & ad pompā; qa licet ecclesia teneat ad expēsas ingressus Prelati; secus si sunt
38 excessiuæ. Castr. *cons 338. Primo quæritur, lib. 1.* vbi est casus. † Declara tamen; quia licet Ecclesia non teneatur, bene tenetur Prælatus de suo restituere mutuū habitum q. expendit in sumptus
39 excessiuos. Castr. *d. cons. 338. n. 2. in fi. v. tertio quæritur, lib. 1.* † Amplia in omni contractu; quia si cōtractus non est in vtilitatē ecclesiæ, ita quod appareat, non obligat ecclesiam vel successorem. Ang.

d. cons. 245. n. 9. v. nono autem. † Extende, vt ꝓcedat etiam, qñ non 40
est seruata solemnitas, quæ seruari debuit; quia contractus non obligat ecclesiam, vel successorem ēt absq; restitutione in integrum, Ang. *d. cons. 245. n. 9.* † Extēde, etiam si fuerunt seruatæ so- 41
lemnitates qñ non est in vtilitatē Ecclesiæ; quia licet valeat mero iure; tñ datur restitutio in integrum ad rescindendum. Ang. *d.*
cons. 245. n. 9. † Amplia; quia Episcopus, & Prælatus dr̄ Ecclesiæ 42
suæ procurator, & administrator; ideo non potest bona Ecclesię donare, & si donat sine causa legitima, successor potest reuocare donationem. *c. si quos, & c. de seruis. 12. q. 2. c. fraternitatem, de donat.*
Abb. *cons. 45. Satis videtur, in pr. lib. 1.* † Extende, vt neq; valeat cō- 43
98. *in fi.* 99. *in fi.* † Declara; quia error iuris non affluentis inducit bonam fidem; si vero ius resistit, vt quia est contra ius probibitium, qui errat, nõ potest esse bonæ fidei. Alex. *cons.* 121. *n.* 4. *lib.*
4. *vsque in fi.* † Itẽ is, qui vendidit rem alteri generaliter obligatã, in
quia nõ dicitur malæ fidei. Cuma. *cons.* 54. *Leonardus. ver. item male-*
tur. n. 2. quia ipse erat bonæ fidei possessor. † Et ad inducendum q bonam

bonam, vel malam fidem attenditur animus præscribentis, non autem eius, contra quem præscribitur, etiamsi præscribatur contra Ecclesiam. Bal. *cons.* 429. *Quidam nobilis in prin. lib.* 1. † Item hæres dicitur habere bonam fidem contra legatarios, quando hæreditas sibi debeatur ex fideicommisso. Ang. *cons.* 299. *per tot.* † Item habens immunitatem etiam non legitimam præscribit, vt non teneatur ad onera præterita. Rom. *cons.* 252. *Pro decisione. n.* 3. *in fi. cum seq. ver. quoad quartum.* vbi apost. *in ver. temporis.* & est text. *in fi. C. de fund. patrimo. lib.* 10. † Et vbicunq; error est circa ius nõ assistens, non autem ius resistens, talis error inducit bonã fidem. Alex. *cons.* 121. *n.* 13. *& seq. lib.* 4. † Item, si extat statutum, prout Florentiæ, quod frater succedat fratri exclusis filiabus fœminis, quas dotare tenetur; & statutum extendatur ad loca subiecta, vbi nõ sunt contraria statuta, si in loco subiecto extet statutũ diuersum, & frater possedit per 30 vel 40. annos, præscribit propter dubiũ titulũ, extat in simili, Castr. *cons.* 3. *in fi. lib.* 2. *ver. nec obstat, quod dixi.* † Extende; quia dicitur bonæ fidei is, qui titulo legis aliquid permittentis in præiudicium tertii possedit per 30. annos; quia ille titulus legalis inducit bonã fidem, vt præscribat; quia etiam titulus nullus dat causam præscribendi, non tanquam titulus; quia nullus, sed tanquam excusans à mala fide. Castren. pulchre *cons.* 3. *in fi. ver. nec obstat, quod dixi. lib.* 2. † Et vn o minus legitima titubat legitimam causam præscribendi; adeo quod etiam contra Ecclesiam præscribitur ex vnione non legitima per 40. annos. Roman. *cons.* 275. *Quoad primum. n.* 3. *ver. tertio quod.* † Extende; quia bona fides præsumitur in præscriptione rei Ecclesiasticæ, lapsis 40. annis Rom. *cons.* 407. *Cum præsupponatur. in prin.* vbi apostil. *in ver. continuationem.* allegat Tiraq. *de præscriptio. gl.* 4. *ver.* 18. † Extende; quia bonæ fidei dicitur dominus, cuius procurator emit rem cum mãdato siue generali, siue speciali, licet procurator sit malæ fidei; quia mala fides procuratoris non nocet domino ignoranti; fiunt è conuerso mala fides domini non tollitur per bonã fidem procuratoris. Rom. *cons.* 289. *In præsenti consultatione. per tot.* vbi apostil. *in ver. speciale.* † Et statutum, & instrumentũ diuisionis etiã non authenticum præbet causam præscribendi. Bart. *cons.* 209. *Viso processu. in fi. ver. quarto probatur. lib.* 1. Vide, *Bonæ fidei possessor quis dicatur vel præsumatur. Concl.* 99. Vide, *Bona fides quando præsumatur in præscribente, vel non. Concl.* 100. † Et bonam fidem habere præsumitur, qui per 30. vel 40. annos possedit, nisi de cõtrario doceatur. Pet. de Anchar. *cons.* 82. *n.* 9 † Restringe; quia si titulus nullus exhibeatur, bona fides non præsumitur, sed mala probatur ex titulo nullo. etiamsi concurrat tempus centum annorum. Petr. de Anch. *d. cons.* 82. *n.* 7. † Restringe; quia is, qui habuit in solutum à tutore rem immobilẽ sine solemnitatibus requisitis, dicitur esse in mala fide; quia sciuit, vel scire debuit, hoc esse de iure; ideo nõ præscribit. fo. de Imol. *cons.* 73. *n.* 4. *& seq.* † Et malam fidẽ dicitur habere is, qui habuit initiũ sine titulo, ita quod præsumitur malæ fidei. gl. *fi in c. cum olim. de præscript.* Vide, *Bona fides. Concl.* 100. *supra allegata.* † Item si titulus est putatiuus et more non iusto, neque iustissimo, quod declara, vt per Soci. *d. cons.* 47 *n.* 8. *lib.* 1. † Itẽ, qui habuit initium contra titulũ; quia si titulus est limitatus, & præscripsio contraria restrictioni tituli; tunc dicitur malæ fidei præscribẽs. Gemin. *cons.* 96. *n.* 4. *ver. quoad secundum.* † Item hæres, qui scit legatum factum, & non soluit legatario ignoranti; quia nunquam præscribit propter malam fidem. Cuman. *cons.* 147. *per tot.* Anch. *cons.* 119. *n.* 4. † Item, qui scit se debitorem, non præscribit; quia est in mala fide. Ioan. de Imol. *cons.* 122. *n.* 2. *ver. si autem sciebat.* † Item, qui scit rem esse feudalem; quia non potest præscribere cõtra scientiam. Bal. *cons.* 429. *Quidam nobilis in prin. lib.* 1. † Et idẽ; quia hæres, qui sciuit testamentũ, & contenta in eo, siue sit suus, siue extraneus, non potest præscribere; quia esset in mala fide. Alex. *cons.* 4. *Videtur in specie. n.* 20. *ver. vltra quod etiam. lib.* 2. vbi apost. *in ver. scientiam.* dat concord. Vide, *Hæres præsumitur ignorare testamentum defuncti, & quando secus. Concl.* 73. † Et idẽ; quia etiam Hospitale, cui testator legat bona sua cum certo onere distribuendi pauperibus certũ panem singulo anno, non præscribit tanquam malæ fidei; quia præsumitur scire testamentũ, ex quo extranea est. Abb. *cons.* 54. *Videtur primo. in prin. ver. secundo principaliter. lib.* 2. † Item, quia imo hæres dicitur malæ fidei, si habet testamentum, in quo legata continentur; quia præsumitur sciuisse, & non præscribit contra legatarios. Abb. *cons.* 19. *Ad huius. in prin. ver. sed iis nõ obstantib. lib.* 2. *& in fin. ver. quinimo.* vbi, quod mala fides coniecturis probatur, & idem repetit in Hospitali, vel Ecclesia, aut Collegio, quando testamentum reperitur penes Collegium. Abb. *d. leg* 9, *cons.* 54. *in fi. lib.* 2. *ver. ad secundum.* † Item; quia nedum dicitur malæ fidei, qui scit rem esse alterius, sed etiam is, qui præsumitur scire; adeo vicinus, qui præsumitur scire castra vnita, & impositionem collectarum, non præscribit; quia est malæ fidei. Rom. *cons.* 275. *Quoad primum. n.* 7. *ver. tum etiam.* Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 12. *ver.* 14. *q. lib.* 2. † Item is, qui possidet, dixit scire, quod bona ad alium spectabant. Abb. *cons* 94. *col. pen. ver. idem si subsint. lib.* 2. † Item si erat fama in loco, quod res esset aliena, vel si prescribens hoc audiuit à persona legali, cui debuit credere, vel si appareret rem alienã ex scriptura penes præscribentẽ existẽte; istis casibus præsumitur malæ fidei, & nõ præscribit. Abb. *cons.* 101. *col.* 4. *in fi. n.* 8. *ver. si vero præscriptio. lib.* 1. *& d. cons.* 94. *In q. col. pen. ver. mala fides probatur. lib.* 2. † Item, si erat res notoria; quod Rex Franciæ retineret castra aliena, ꝓ concordia dominorũ tractanda; quia licet successores psumantur habere bonam fidem; tñ secus est in notoriis. Abb. *d. cons.* 3. *Ni ar. col.* 12. *ver.* 14. *q. lib.* 2. † Item si cõmunitas subdita velit præscribere regalia contra dominũ, dicitur in mala fide; quia in loco est notissimũ, ꝙ iurisdictio est Abbatis. Abb. *cons.* 6. *In q. col.* 3. *circa prin. ver. nec potest communitas. lib.* 2. & rursus *in fin. consilij, col. pen. in fin. ver. dico enim.* vbi ꝙ fama in loco, ꝙ res sit aliena, inducit malam fidem. † Item, si ciuitas velit præscribere iura dotalia cõtra vxorẽ eius, cuius bona occupauit; quia eo ipso, ꝙ habet vxorem cum dote, notorium est de iure bona esse hypothecata pro dote; item non præscribit, nisi per tempus immemorabile; quia contra ius, & sine titulo est. Abb. *cons.* 14. *col.* 3. *ver. tertio principaliter. lib.* 2. *per tot. & cons.* 15. *col.* 1. *in fi. eod. lib.* 2. † Item sufficit, ꝙ mala fides superueniat ante cõpletam præscriptionẽ. Abb. *cons.* 15. *n.* 3. *ver. nec potest allegari. lib.* 2. *& cons.* 19. *col.* 2. *ver. & tertio capite. eod. lib.* 2. † Declara; quia licet scientia præsumatur in Rectore, vel administratore Ecclesiæ, vel loci pii, quando habuit hæreditatem ab extraneo, ꝓcedit, donec est rector, vel administrator, sed si mutatur, alii nõ præsumũtur scire, ex quo potuit ex alia causa credere, nisi testamentũ esset penes Ecclesiam, vel locum pium, & sic penes rectores, & administratores omnes. Abb. *d. cons.* 54. *Videtur primo. in fi. ver. ad secundũ contrarium. lib.* 2. † Itẽ filius hæres patris, qñ pater legitimã nõ reliquit filiis, sed certũ quid, ideo nunquã præscribit; quia scire præsumitur teneri ad suppsementũ. Fulgos. *cons.* 83. *Bona cursus. n.* 2. † Itẽ qui habet titulũ simulatũ, vel ex falsa causa dicitur malæ fidei possessor & nõ præscribit. Bald. *cons.* 45. *Quandoque contractus. in fin. lib.* 2. Fulgo. *cons.* 190. *ver. ad secundum. & ver. ad tertium in fi.* † Itẽ qui sciens obtinuit iniustã sententiam, vel iniustũ titulũ. Io. de Imol. *cons.* 147. *n.* 11. *& seq.* † Itẽ qui erat in iure, put ille, qui emit de cimas Ecclesiæ, nõ præscribit; quia est in mala fide. Cuma. *cons* 64. *Titius, & Sempronius. per tot.* maxime *n.* 2. *ver. & dato quod.* & ꝙ error iuris nõ excusat. Alex. *cons.* 67. *in fi. n.* 9. *lib.* 7. † Itẽ qui cõtraxit cũ ꝓcuratore nõ habẽte sufficiens mãdatũ; quia debuit inspicere mandatũ. Alex. *cons.* 1. *n.* 22. *lib.* 4. † Item, qui possidet totã hæreditatẽ patris, qñ habet sororẽ; quia cũ soror succedat de iure cõmuni, licet ipse credat se in totũ succedere, est malæ fidei; quia error iuris non excusat. Abb. *cons.* 19. *col.* 2. *ver. secundũ caput. lib.* 2. Idẽ, si plures sunt fratres, qui sunt hæredes; quia possessio est iure familiaritatis. Alexan. *cons.* 213. *n.* 10. *& seq. principaliter. lib.* 2. † Itẽ obligatus soluere sub conditione quandocunq; creditor petierit, nõ pscribit, donec viuat; quia debitũ cõditionale, & quia esset in mala fide. Bal. *in l.* 1. *ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Ias. in l.* 1. *ff. sol. matr.* † Itẽ is, qui possidet bona subiecta fideicõmisso, qñ in loco erat publica vox & fama, ꝙ erãt subiecta fideicõmisso. Alex. *cons.* 101. *Super primo. n.* 25. *ver. præterea si probatum est. lib.* 7. † Itẽ, qui cõtra iura mercatur, ꝓput is, qui cõtrahit cũ minore, non seruata solemnitate, etiamsi minor iuret; quia obtenta absolutione à iuramẽto nõ pscribit; quia est malæ fidei. Ant. de But. *cons.* 45. *n.* 3. † Itẽ emẽs nomine suo, & fratris, nunq̃ prescribit quoad partem emptã nomine fratris; quia potest frater, & hæres eius quandocunq; ratũ habere, & cessat præscriptio. Alex. *d. cons.* 213. *n.* 11. *ver. impeditus fuit. lib.* 2. † Itẽ cõfessio tutricis in præiudiciũ pupilli nõ ꝓbet bonã fidẽ pscribenti; quia tutrix non potest confiteri, & maxime qñ nõ cõstat de tutela legitime suscepta. Alex. *cons.* 97. *Viso processu. n.* 8. *& 9. ver. nec ad hoc obstat. lib.* 7. † Itẽ ad effectũ pscribendi mala fides venditoris trãsfunditur in emptorem, licet quoad effectũ lucrãdi fructus, vel non habens titulum emptionis lucratur fructus; quia quoad se est bonæ fidei. Fulg. *cons.* 190. *in fi.* † Declara, nisi sibi fuisset dictũ, ꝙ erat sufficiens, vel aderat mandatũ à fide dignis. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 22. *lib.* 4. † Quid in eo, qui certo tempore fuit malæ fidei, & certo tempore fuit bonæ fidei, ꝙ pro rata temporis debeat iudicari, vide plene Socin. *reg.* 3. *Malæ fidei possessor si quis à principio fuerit.* vbi limitat duobus modis, in hærede videlicet vniuersali, & in eo, qui prius fuit malæ fidei; quia bona fides superueniens non releuat sine titulo. Vide eum omnino. Vide plenius, *Fructus lucratur possessor bonæ fidei, & quis dicatur. Concl.* 488. *n.* 35. *& multũ seqq.*

Præ-

Præscriptio non procedit sine possessione, & quæ possessio requiratur. Concl. 523.

1 PRÆSCRIPTIO † non procedit, nisi præscribens possideat, vel quasi. Oldr. *cons.* 254. *Quia tota. in prin. ver. primo quidem. l. sine possessione. de reg. iur. in 6.* Bald. *cons.* 369 *lib.* 5. Cravet. *cons.* 71. *n.* 3. Paris. *cons.* 92. *n.* 39. *lib.* 3. Ægid. *cons.* 10. *n.* 19. vbi propterea infert, quod patronus non possit præscribere ius libere conferendi beneficiū patronatum; quia prohibetur possidere, vel quasi hoc ius. Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 18. *in fi. ver. per proxime dicta. lib.* 2. *& cons.* 55. *In causa. in fin. lib.* 2. Alexan. *cons.* 208. *Ponderatis. n.* 6. *ver. non obstat etiam. lib.* 6.

2 †Et ideo titulus pro hæredeab eo, qui non possedit, vel non tradidit, vel quasi, non inducit præscriptionem; quia solus titulus sine possessione & traditione non iuuat. Bald. *cons.* 153. *Intentionem*

3 *agentis. lib.* 3. † Declara, vt procedat, quando agitur, vt præscribēs acquirat rem, vel ius in re; secus si agatur de extinguendo iure alterius, vel de quærendo defensionem contra ius alteri competens, vt contra actionem personalem; quia hoc casu non est necesse, quod præscribens possideat, vel quasi ipsam actionem. Oldr. *cons.* 254. *Quia tota. in prin. num.* 2 *ver. & quod dicitur.* Bald. *cons.* 319. *Quæritur, an sciens. lib.* 1. & quod exceptio contra personalem actionem præscribatur sola sine possessione. Bald. *cons.* 241. *Et vi-*

4 *detur, quod in fin. lib.* 2. † Amplia; quia ad præscribendum vtile dominium, & directum simul, prout in feudo, sola naturalis possessio tantum non sufficit sine ciuili; quia vtraq; requiritur, prout nec sola ciuilis sufficeret sine naturali, quando agitur de pleno dominio, consuluit Calder. *cons.* 195. alias 5. *de præscript. in pr.* quod consl. est Franc. de Rampo. Dyn. *cons.* 48. *In quæstionib. n.* 8. *ver super*

☞ *eo.* Alex. *cons.* 35. *Viso processu. n.* 3. *& seq. ver. pro ista opinione. lib.* 6. Vide, *Præscriptio nō procedit sine bona fide, & quis dicatur bonæ fidei. Concl.* 521.

5 † Extende; quia conducēs ad tempus longum, licet habeat vtile dominium, nō potest præscribere; quia vtile dominium non aduersatur directo, sed illud cōseruat, & quia habens directū retinet ciuilem possessionem, & cōtra ciuilem non præscribitur per eum, qui nō possidet ciuiliter. Ang. Aret. *cons.* 17. *Cum quæritur. in*

6 *prin. vsque ad n.* 2. vbi late. † Declara hanc ampliationē, vt non procedat, quando ageretur de solo dominio vtili, vel de solo dominio directo; quia primo casu sufficit sola possessio naturalis, vt in emphyteuta, in quo sola perceptio fructuum causat præscriptionē, vt per Bart. *in l. possideri. §. e contrario. in prin. n.* 3. *q.* 1. *ver. quæro, quæ est possessio. & n.* 4. *ff. de acquir. poss.* Calder. *cons.* 195. alias 5. *de præscript. ver. illud tamen.* secūdo casu, quando agitur de solo dominio directo, sufficit ciuilis possessio ad præscribendū. Bart. vbi supra, *n.* 4.

7 *ver. concludo ergo.* † Amplia; quia si præscribēs à territorio fuit violenter deiectus de possessione, non currit præscriptio pro illo

8 tempore. Bar. *q.* 6. *Lapus. n.* 7. *ver. sexto probatur.* † Amplia, in tantum requiri possessionem veram, vt gestor negotiorū nullo tempore præscribat, neq; hæres illius; quia veram possessionē non habet.

9 Bald. *cons.* 12. *n.* 9. *ver. dubitatur etiam. lib.* 1. † Extēde; quia possidens nomine alieno non potest præscribere. Alex. *cons.* 228. *Ponderatis.*

10 *n.* 16 *ver. item quia dicta bona. lib.* 6. † Amplia in tantum requiri possessionem, vt tantū dicatur præscriptum, quantū possessum; ideo si quis habet ex præscriptione ius præsentandi, quando Ecclesia vacat per obitum, licet Ecclesia patronata non possit permutari sine patrono; poterit tamen permutari Ecclesia, cuius ius est ex præscriptione acquisitum, nisi etiam sit præscriptio in casu permutationis. Gemin. *cons.* 45. *num.* 5. *in fin. vers. præterea posito. & n.* 6.

11 † Amplia in incorporalibus; quia habēti facultatem præcipiendi ad guardias Castri aliquos homines non currit præscriptio, etiamsi per mille annos steterit non vtendo tali facultate, vel quia non euenit casus, vel necessitas; quia si non contradixerunt obligati, non præscribunt; quia non quasi possident, nisi contradicant, & præscriptio non procedit in incorporalibus sine quasi possessione. Bello. *cons.* 1. *Visis scripturis. n.* 14. *ver. tertio respōdetur.* vbi

*12 dicit * communē, allegat Guid. Pap. *quæst. pen. in* 5. *dub.* † Extende in vasallo, qui nō præscribit seruitia domini sine cōtradictione.

13 Bello. *d. cons.* 1. *in fi. n.* 15. *ver. præterea.* † Extende in eo, qui vult præscribere immunitatē; quia si nō contradixit, & fuerit requisitus

14 soluere, nunq̄ præscribit. Bello. *d. cons.* 1. *in fi. ver. ad quod facit.* † Amplia; quia nō præscribitur petitioni hæreditatis cōtra filium, qñ post mortē patris stetit simul cū aliis fratribus, qui separatim ab

15 eo non possederunt. Bart. *cons.* 13. *Exacto. in fi. n.* 17. *lib.* 1. † Amplia; quia requiritur, q̄ præscribens possideat solus, & nō clam, vel latēter ab alio; & ideo si ego locaui domū, & cōductor illam vendidit, & mihi soluit semper pensiones per 25. annos, emptor non præscribit; quia ego retineo meam possessionem. Bald. *cons.* 325. *Dubitabatur primo.* & latius *cons.* 330. *Statuto cauetur. in princip. lib.* 1.

† Extende, vt procedat, etiāsi is, cui locatio facta fuit; & aliquis do soluit, desierit soluere per 30. & 40. annos; quia non dicitur propterea præscripsisse, nisi probet, q̄ interuertēdo possessionē negauit soluere; & sic quod cōtrouersiam fecit, alias nomine locatoris præsumeretur possedisse. Castrens. *cons.* 116. *n.* 2. *ver. sexto propter defectum. lib.* 2. † Amplia; quia possidens ratione pignoris & hypothecæ nunq̄ præscribit; quia nō possidet pro suo, vel quasi suo. Bald. *cons.* 342. *Super eo, quod quæritur. per tot. lib.* 1. † Amplia, it tm̄ præscriptionē requirere possessionē, vt si is, cōtra quē allegatur præscriptio, possideat, vel quasi, nō possit procedere præscriptio. Bald. *cons.* 202. *Ad euidentiam. in prin. ver. ite, quia Comune. lib.* 2. & ideo filio possidēti bona paterna nō currit præscriptio petendi supplementū legitimæ. Bald. *cons.* 50. *Viso testamento. in prin. lib.* 5. Vide, *Exceptio in quo differat ab actione. Concl.* 374. † Extende; quia is, qui possidet iure familiaritatis, vel nomine alieno, nunquā præscribit, ideo si plures fratres habētes bona communia possidēt simul omnes, nō potest vnus allegare præscriptionē, ex eo, quod vltra partē suam possedit ēt partē fratrū; quia possedit iure familiaritatis. Alex. *cons.* 213. *Viso, & opportune. n.* 10. *& seq. ver.* 2. *principaliter. lib.* 2. † Extende in eo, qui emit nomine suo, & fratris, quia licet emptū possederit solus emptor, nō præscribit; quia quantōcunq; frater, pro quo facta est emptio, vel eius hæres ratū habet, cessat præscriptio. Alex. *d. cons.* 213. *n.* 11. *ver. impeditus fuit. lib.* 2. † Extende in eo, qui millies venit ad prandiū mecū; quia si vult præscripsisse iure seruitutis, debet probare, quod eo iure; ex quo nec amicitiæ potuit admitti; sic in eo, qui per fundum meum milies deambulauit me præsente, & patiente; quia debet docere, q̄ re seruitutis; eo quia præsumitur iure amicitiæ. Alex. *cons.* 50. *Ponderatis. n.* 8 *& seq. lib.* 3. † Declara; quia si plures fratres bona hab. per 30. annos possederunt hoc modo; quia maior pro se, & pro fratribus iure familiaritatis possedit, bene procedit præscriptio quoad omnes, secus si alii negassent fratrem administrasse, ita Alex. *cons.* 35. *Considerat. n.* 7. *lib.* 7. † Amplia in tm̄ requiri possessionē, vt is, qui possidet naturaliter, si nō habet ciuilē possessionem, nō præscribat, puta contra absentē, qui retinet ciuilē possessionē. Socin. *cons.* 47. *In primo præsentis consultationis. in fi. n.* 12. *ver. postremo. lib.* 1. Couar. *in* 2. *part. select. in initio ad c. possessor. de reg. iur. n.* 7. *vers. igitur necessaria.* † Amplia; quia imo possessio ficta sufficit ad præscriptionē cū adminiculis, plene Couar. *d.* 2. *parte prælectionis, in §. n.* 5. *ver. de possessione. ad c. possessor. de reg. iur.* † Amplia, vt quod dicitur possessionē, vel quasi requiri in præscriptione, in tm̄ procedat, vt nō sufficiant actus gesti, si nō inferant necessario ad possessionem, vel quasi. Bald. *cons.* 433. *Apulus Castrum. n.* 5. *ver. sequitur videlib.* 3. † Et quod in incorporalibus requiratur quasi possessio cum scientia & patientia eius, contra quē præscribitur. Castr. *cons.* 55. *Isle Martinus. in prin. lib.* 2. Oldrad. *cons.* 254. *in prin.* † Amplia; quia si populus Villæ, vel Castri recessit, licet ciuitas ibi erigat turas per 30. annos; tamen si reædificetur Castrū, & populus reuertatur, præscriptio nō currit cōtra populū, qui nō erat; quia ita tangratio populi impedit posse præscribi, nisi de iure esset Villa demolita. Bal. *cons.* 158. *Proponitur, quod circa fi. ver. tertio quæritur. lib.* 1. † Amplia; quia filio possessori vniuersæ hæreditatis paternæ nō quam currit præscriptio petēdi legitimā, vt dicit Apostil. ad fin. *cons.* 14. *An ius agendi. in ver. concluditur. in fin. lib.* 1. vbi plura citat, & ita iudicauit Eugubii. † Amplia; quia is, qui vendidit aliquas, & cōstituit se possidere nomine emptoris, nō præscribit vllo tempore, quia nō possidet iure, vel nomine suo. Bald. *cons.* 369. *Venditor constituit. in fin. lib.* 5. † Sed bene possidet, & præscribit is, cui nomine possidetur; ideo si pater emancipādo filiū dedit quasi bona in præmiū emācipationis, & cōstituit se tenere, & filius 10. annos inter præsentes, & 20. inter absentes præscribit. Anch. *cons.* 419. *In causa. & quæstione. in fin.* † Declara tm̄; quia sola ciuilis possessio causat præscriptionē, & ēt impedit. Socin. *cons.* 47. *in pr. n.* 12. *ver. postremo. lib.* 1. † Intelligas, q̄ sola possessio ciuilis causat præscriptionē in homine, & seruo, licet naturalis sit difficilis, & cus in mobilibus; in immobilibus autem si non metuat posse pelli. Bald. *cons.* 433. *Apulus Castrum. n.* 2. *ver. & præmitto. lib.* 3. † Declara; quia quod dicitur, præscriptionē non procedere sine possessione, procedit in possessione ex eodem iure; secus ex diuersa quia non iungitur possessio vnius ad possessionem alterius, qui nō habet causam à primo, sed vt simul iungantur, requiritur, q̄ ex eodem iure proueniant, & quod vltimus possessor habeat causam à primo, alias non potest iuuari ex possessione alterius. Bald. *cons.* 159. *Super eo, quod. in fi. ver. modo venio. lib.* 3. † Amplia; quia ad initium præscriptionis requiritur possessionis vacuæ adeptio naturalis. Bal. *cons.* 20. *Super primo. n.* 3. *vers. super secundo lib.* 5. † Amplia, in tantum requiri possessionem, vt violentus possessor, seu spolia-

spoliator nunquam præscribat, *c. sine possessione. de reg. iur. in 6.* Abb. *cons. 3. Nitar. n 8. in fin. col. 14. ver. decimaoctaua. lib. 2.* vbi, quod non
36 potest etiam inchoare præscriptionem. † Amplia; quia duo insimul in solidum non possunt possidere eandem rem, & consequenter neq; duo in solidum possunt præscribere; ideo si duo contendant super possessione retinenda, & ex antiquo vterque possedisse prætendat, is solus, qui obtinet manuteneri, potest prætendere præscriptionem, non autem alius, qui succubuit; quia quoad eum possessio dicitur turbatiua, ita Abb. *cons. 55. In causa,*
37 *que. in fi. lib. 2.* † Extende; quia imo dicit Alex. *d. cons. 88. n. 4. ver. nõ insisto. lib 2.* quod imo in monasterium transit ipso iure dominium,
38 & possessio professi, per *Auth. ingressi. C. de sacr. eccl.* † Amplia; quia requiritur, quod ista possessio præscribentis probetur de eodem initio; quia si vnus probaret de præscriptione 30. annorum de vno tempore, alius de alio, non releuaret. Alex. *cons. 51. Viso, & dis-* * *cesso. in fi. lib. 1.* & communem* dicit idem Alex. *cons. 72. Inspecto as-* ✠ *siguenter. nu. 3. lib. 1.* Vide, *Præscriptio dominij per testes qualiter probetur.*
39 *Concl. 580.* † Extende; quia vt probetur præscriptio 10. vel 30. annorum, non sufficit articulare, & probare, quod quis possedit per 10. vel 30. annos, nisi dicat finitos tali tempore, vt sic ad certum tẽpus referatur; alias enim posset esse, quod vnus testis sentiret de quibusdam 10. annis, alius de aliis, & sic non probaretur. Alex. *cons. 177. In causa, & lite. n. 2. lib. 6. & cons. 89. n. 2. lib. 5.* & ratio;
40 quia testes quoad tempus non præsumuntur contestes. Alex. *d. cons. 117. n. 13. in fin. ver. item non probatur. lib. 6.* † Item in probanda consuetudine, plenius Alexan. *cons. 173. Viso. n. 6. ver. præterea. lib. 6.*
41 † Declara tamen, seu restringe; quia licet testes de diuerso initio temporis loquantur, puta vnus de antiquiori tempore, alius de citeriori tempore possessionis præscriptæ; tamen in illo minori tempore dicuntur contestes, & probant. Alex. *cons. 238. Ponderatis. n. 3. ver. & quamuis in tempore. lib. 6.* vbi citat plurimos. & ibi apostil. *in ver. illo.* citat Alex. *d. cons. 88. Quoniam. num. 5. lib. 5.* Corn. *cons.*
42 *223. lib. 1.* Afflict. *decis. 240.* † Imo plures dicit Alex. *d. cons. 238. in prin. ver. nam supponitur. iunctio si. ver. non obstat, si diceretur. lib. 6.* quod si vnus testis deponit de tali tempore continuato vsque ad tale tempus; alii vero à recordatu suo, & aliqui recordentur de 40. alii de 50. quod probant, & sunt contestes in minori tempore, & quod probant continuationem, licet non dicant explicite, allegat Alberic. *in Dictionario, in ver. vsque,* & per alia, quæ adducit.
43 † Amplia; quia spiritualia, quæ per laicum non possunt possideri, non possunt etiam præscribi; sic & ius conferendi libere beneficium patronatum, quod non potest possideri, vel quasi per patronum, non potest etiam præscribi per regulam, quod præscriptio ad acquirendum non procedit sine possessione. Ægid.
44 Bellam. *cons. 10. n. 19.* † Limita in præscriptione obligationum personalium; quia non datur possessio, vel quasi. Bald. *cons. 464. Quædam scriptura. n. 4. & seq. ver. modo sequitur. lib. 1.* vbi, quod non requiritur possessio, vel quasi, neq; bona fides, vide supra *ver. de-*
45 *clara tamen hanc. n. 6.* † Contrarium tenet Io. de Imol. *Concl. 122.* & plenius Io. de Anan. *cons. 85.* vbi in fin. retorquet fundamentum; quia si non datur possessio, vel quasi in personalibus, secundum
46 omnes,* ergo non datur præscriptio. † Limita; quia verum est, quod præscriptio non procedit sine possessione loquendo de præscriptione 10. vel 20. annorum. Bartol. *in l. naturaliter. ff. de vsucap.* secus est in præscriptione 30. annorum, quę proprie procedit in iuribus, & actionibus; quia non est necessaria possessio, vel quasi, sed sufficit negligentia non petentis, *c. placuit. il 2. §. potest. 16. q. 3.* declarat Bart. *in l. final. in princip. ff. de eo per quem fact.* Ias. *in l.*
47 *petens. col. 4. C. de pact.* & plene Tiraq. *in l. si vnquam. § . reuertatur. nu. 391. & seq. C. de reuocand. don.* † Limita in præscriptione iam cœpta cum possessione; quia perficitur, & continuat etiam sine possessione in successore vniuersali, in quem transit ius. Alex. *consil. 88.*
✠ *Eximie Domine. col. si. n. 5. in fi. ver. præterea cum monasterium. lib. 2.* Vide, *Præscribi potest iuri offerendi, & cuicunque alij iuri competenti. Conc. 567.*

Præscriptio ad hoc, vt currat, debent certi actus specificari, & quando secus. Concl. 524.

1 PRÆSCRIPTIO † ad hoc vt procedat, necesse est specificare certos actus factos, & personas, quæ dictos actus gesserunt, alias non procedit, nisi actus, à quibus præscriptio proce-
2 dat, specificentur. † Amplia, quod debent actus specificari in præscriptione, vt videatur, quid sit præscriptum; quia tantum præscriptum, quantum possessum. Oldr. *cons, 172. n. 23. ver. deinde*
3 *opponunt.* † Limita in præscriptione alicuius rei vniuersalis, vel individuæ; quia si exercet vnum actum, vt vniuersaliter mihi acquiram, non est necesse discurrere omnes actus, alias pater volens probare filiationem teneretur discurrere omnes actus concernentes patriam potestatem. Oldr. *cons. 172. ver. deinde opponitur. n. 24.* † Limita in præscriptione immemorabili; quia non re- 4
quiritur aliqua specificatio actuum, neque personarum. Oldr. *cons. 172. ver. ad id vero, quod non datur. nu. 19. & cons. 244. num. 13. ver. quarto opponebatur. & cons. 254. num. 15. ver. tertio opponitur.* vbi, quod non potest dari specificatio actus eius, quod excedit memoriam hominum.

Præscriptio non habet locum contra eum, qui non potest agere, & quando secus. Concl. 525.

NON † valenti agere non currit præscriptio *l. cum notissimi. §.* 1
inio. & §. illud. C. de præscript. 30. annor. ratio est; quia si non potest agere, non potest sibi imputari negligentia, *l. 1. in fin. C. de annali except.* Castr. *cons. 220. Ego lib. 2.* Fel. *in c. 1. & in c. ex transmissa. de præscript. & in c. cum inter. de except.* vbi ponunt regulam cum limicationibus. Ruin. *cons. 13. n. 17. & cons. 17. n. 6. lib. 2.* Abb. *in cons. 32. Videtur primo. in prin. lib. 1.* & est communis * opinio, quod non * valenti agere non currit præscriptio. Ang. Aret. *cons. 17. Cum quæritur. n. 18.* Curt. Iun. *cons. 101. Præsupponitur. n. 5.* vbi, quod concurrit ratio naturalis, propter quam, licet statutum præcise loqueretur, non haberet locum contra non valentem agere. † Extende; 2
quia præscriptio non currit ad aliquem actum explicandum, antequam ille actus incipiat explicari posse, *l. si in diem. ff. de cond. & demonstr.* Curt. Iun. *cons. 181. n. 4.* † Ratio potest esse; quia præscri- 3
ptio est exceptio, quæ non datur, nisi præcedat actio; quia non dicitur habere actionem formatam, qui non potest agere: ita innuit ad alium finem. Bal. *cons. 342. in prin. ver. sed in contrarium. l. b. 1.* † Ratio tertia potest esse; quia qui non potest agere, non dicitur 4
negligens, & contra non negligentem non currit præscriptio. Bald. *cons. 193. In decidendo. lib. 3.* & hanc tenet Castr. *cons. 466. In casu præmisso. n. 2. lib. 2.* Abb. *cons 101. In quæstione. n. 6. in fin. lib. 1.* & plenius Abb. *cons. 22. num. 3. lib. 2.* vbi, quod est inducta partim fauore possessoris bonæ fidei, partim odio negligentis, ideo non valẽs agere non dicitur negligere. † Extẽde in eo, qui est creditor sub 5
conditione; quia conditione pendente non currit præscriptio. Cuma *cons. 147. Domina Contessia. n. 4.* † Extende etiam in præscri- 6
ptione statutaria; quia statutum habet tacitam conditionem, dummodo is, cui currit præscriptio, agere possit, licet indistincte statutum loquatur. Bald. *cons. 290. Iſæ allegationes. in fi. ver. item viso statuto. lib. 1.* Rom. *cons. 102. Super eo, quod. col. 1. in fi. ver. aut v. ro.* vbi, quod currit à die, quo efficax fuit actio, vt in iudicio deduceretur. Abb. *d. cons. 22. Videtur. col. 2. ver. idem dico. lib. 2.* Alex. *consil.* 119. *Quoniam. n. 6. & seq. lib. 6. ver. sexto præsupposito.* † Et idem in con- 7
stitutione inducente nouam præscriptionem; quia patitur eandem interpretationem passiuam à iure communi, vt is, contra quem præscribitur, possit agere. Castrens. *cons. 369. Postquam dicta Domina. n. 2. & per tot. lib. 2.* Roman. *d. cons. 102. col. 1. in fin.* † Amplia; 8
quia emptor habens hypothecata bona venditoris in casu euictionis non potest agere, antequam sequatur euictio; ideo contra eum non currit præscriptio. Bald. *cons. 180. Præsupposito verbis. ante med. ver. dicet aliquis. lib. 1.* qui loquitur etiam quoad eum, qui emit rem hypothecatam, & idem tenet Abb. *cons. 22. per tot. lib. 2.* † Et dicitur non posse agere emptor, qui habet bona hypothe- 9
cata in casu euictionis; quia antequam euictio sit sequuta, non potest agere; quia non est nata actio. Bald. *cons. 198. lib. 1. Ad intelligentiam. n. 5. ver. tertia, quia. & cons. 453. n. 7. ver. tertia, quia. lib. 5.* Abb. *d. cons. 22. lib. 2.* † Declara contrarium; quia quando non est nata 10
actio, non potest imputari; ideo nõ præscribitur, sic videtur velle Bald. *cons. 193. In decidendo. lib. 3.* & in creditore sub conditione, Cuma. *cons. 147. Domina Contessia. n. 4.* & in muliere, quæ non potest agere durante matrimonio, vt emptor non præscribat. Fulg. *cons. 216. Proponitur, quod Domina.* facit ad hoc Cuman. *cons. 93.* vbi loquitur in casu contrario, quod bene currit, quando potuit agere à die inopiæ. † Extende, etiamsi habens hypothecam in ca- 11
su euictionis sciret bona hypothecata fuisse vendita. Abb. *d. cons. 22. in fi. lib. 2.* † Contrarium consuluit Bald. *cons. 463. Recolome alias,* 12
lib. 5. cui subscribũt Christoph. Castillioneus, & Io. Castellanus, & Gualterius de Zozijs; quia qui præscribit rem venditã, præscribit omnem actionem cõtra ipsam rem, licet contra vendentem 13
non sit præscriptũ, & contra eum agi possit. † Extende; quia habens actionem in euentũ contrauentionis non patitur præscriptionem, antequam sit contrauentum. Bald. *cons. 202. Ad evidentiam præmittendum. in prin. ver. nec potest dici. lib. 2.* † Restringe am- 14
pliationẽ, vt nõ procedat, quando impedimentũ est facti tantũ; puta, quia quis esset nõ soluẽdo; quia licet inanis sit actio; tamen qa de iure agere potest creditor, cõtra eum præscribit decoctus; quia præscribẽs est similis soluenti. Bal. *d. cons. 180. n. 1. in fi. ver. non*
obstat.

15 *obſtat.lib.1.* † Amplia; quia durante locatione temporali non poteſt cõductor præſcribere cõtra dominum; quia nõ poteſt agere cõtra cõductorẽ durante locatione. Ang.Aret.*conſ.17.Cum quæ-*
*16 *ritur.n.17.& 18.*vbi dicit * cõmunem.† Amplia; quia præſcriptio nõ currit contra impeditũ legitimo impedimento; quia nedum non inchoatur præſcriptio, ſed neq; continuat inchoata. Bello.
17 *conſ.1.Viſis ſcripturis.n.12.& 13.verſ.ſecundo reſpondetur.* † Amplia, vt procedat, ſiue præſcriptio ſit iuris cõmunis, ſiue ſtatuti; quia licet ſtatutũ diſponat, q̃ omnibus non petentibus creditũ à debitore intra 10.annos ſit inducta præſcriptio, non habet locum contra filium familias, & eum, qui non poteſt agere. Iaſ.*conſ.118.ad fin.*
18 *lib.4.*vbi latiſſime, & *conſ.136.ad fi.eod.lib.4.* † Amplia; quia filiofamilias nõ currit præſcriptio rerũ dotalium, vel creditorũ, in quibus pater habet vſumfructum; quia cũ non poſſit agere viuente patre, nõ ſibi currit præſcriptio. Bald.*conſ.290.Iſtæ allegationes.in fi.ver.item viſo ſtatuto.lib.1.* Bal.*conſ.186.Proponitur,quod.lib.5.* vbi, q̃ in omnibus, in quibus patri acquiritur vſusfructus; quia efficitur legitimus adminiſtrator, non currit filio præſcriptio viuente patre. Abb.*conſ.32.Videtur primo.in prin.lib.1.& conſ.101.In quæſtione.n.*
19 *6.lib.1.& conſ.22.n.2.& conſ.54.Videtur primo.in prin.lib.2.* † Extende; quia filiofamilias, quia non poteſt agere, ex quo pater habet adminiſtrationẽ bonorum filii, nõ currit præſcriptio. Caſtr.*conſ.*
20 *247.col.4.n.2.in fi.ver.item quia non poterat agere.lib.1.* † Extẽde; quia neq; currit præſcriptio filio in iis, in quibus patri nõ quæritur in iis, quæ per viam iudicii ſunt expedienda, ſecus ſi extra iudicium, prout in agnoſcendo legato; quia ſi non quæritur patri vſus fructus, bene currit præſcriptio filio in expediẽdis extra iudicium. Bald.*d.conſ.168.Proponitur,quod.n.2.ver.itẽ non obſtat.& per tot.lib.5.*
21 † Extende generaliter in omni filio in poteſtate patris, vel aui; quia in iis, in quib. nõ poteſt ipſe agere, nõ poteſt dici negligẽs, & non currit ſibi præſcriptio, *l.quæcunque. C. de bon.libert.l.1.cum*
22 *auth.ibi poſita.C.de bon.mater.* † Declara tñ, vt per Iaſ.*conſ.226.lib.2.*
23 † Extẽde in aduentitiis, in quibus pater eſt legitimus adminiſtrator; quia viuente patre non currit filio præſcriptio. Abb.*conſ.101.*
24 *n.6.* † Reſtringe; quia bene currit præſcriptio filiofamilias in iis, in quibus non acquiritur patri vſusfructus, qñ ſunt extra iudiciũ expedienda, prout agnitio legati. Bald.*d.conſ.168.nu.2.& per tot.*
25 *lib.5.* † Reſtringẽ; quia in iis, in quibus poteſt filius inuito patre, prout adire hæreditatem matris, currit filio præſcriptio circa ius adeundi per 30.annos. Bart.*conſ.129.Quidam habuit.in prin.lib.1.* q̃ cõfirmat Franc. Tigrini conſ. ibi inſerto, & *in conſ.158.eod.lib.1.per*
26 *tot.* † Declarat tñ Bart. tribus modis *d.conſ.129.nu.2.ver.ſed in quæſtione prædicta.* Primo, quod præſcriptio nõ potuerit currere; quia imo pater retinẽdo hæreditatem maternam per tantum tempus cenſeatur adiuiſſe pro filia, ne inducatur peccatũ & delictum in reſtituendo filiæ; quia poſt annũ eſſet in mora: Secundo; quia ſi excluditur vt filia p 30.annos, debet admitti vt agnata per ſucceſſoriũ edictũ intra alios 40.annos: Tertio; quia nõ currit præſcriptio niſi poſt pupillarẽ ætatẽ: Quarto; quia cõpetit reſtitutio
27 intra quadriennium poſt completam præſcriptionem. † Contra declarationẽ tenet Franc. Tigrini in omnibus capitibus reprobando Bart. in cõſilio ibi immediate inſerto poſt *conſ.Bar.129.* & rurſus *conſ.158.lib.1.*vbi dicit, quod pater nõ dicitur retinuiſſe, vel poſſediſſe hæreditatẽ; prout loquitur tex. allegatus per Bart. *in l. qui alienam.in prin.ff.de acquir.hared.* quia tũc bene qualitas præſumitur de facili, quod iure hæreditario tenuerit, & illa cõtinuatio eſt impropriiſſima poſſeſſio hæreditatis, & verba legis, proprie, & nõ abuſiue intelligũtur, & mora nõ ſonat in delictũ. Ad ſecũdam rationem dicit, quod edictũ ſucceſſorium non habet locũ in hæreditate materna, ſed ſolũ in ſuis, & procedit de iure prætorio, non autem ciuili: Tertia ratio eſt vera; ſed non ſeruit; quia poſt pubertatem lapſi ſunt 30.anni: Quarta nõ eſt vera; quia minori nõ cõpetit reſtitutio, poſtq̃ eſt maior, & lapſi ſunt 30.anni; quia debet peti ſemper in 29.anno, præterq̃ in repudianda hæ-
28 reditate. † Amplia; quia ſi quis cõceſſit ad vitã certæ pſonæ fundũ, non ſibi currit præſcriptio durãte vita eius, cui eſt facta conceſſio; quia nõ poteſt cõcedens agere. Bald.*conſ.372.Factũ ſic proponitur.in fin.lib.2.* vbi tñ dicit, q̃ ſi fiat alienatio à tali malæ fidei
29 poſſeſſore, requirũtur 30.anni. † Amplia; quia actioni nondum natæ nõ præſcribitur; & ideo cũ præſcriptio ſit exceptio, nõ prius oritur, q̃ oriatur actio; & ideo cũ ante natiuitatem actionis quis nõ poſſit agere; ideo nõ currit præſcriptio. Bal.*conſ.342.in pr.ver.ſed in contrarium.lib.1.* Caſtr.*conſ.247.In cauſa, quæ vertitur.col.4.circa prin.ver.ſi autẽ quæritur de d.exceptione præſcriptionis.lib.1.* Alex.*cõſ.77.*
30 *Viſo proceſſu.n.5.ver.tertio reſpon.lib.6.* † Idẽ; quia non currit præſcriptio cõtra eum, qui habet ius in habitu, ſed nõ in exercitio. Bal.*conſ.421.Antiquum ſtatutũ.circa ſi.n.4.ver.itẽ nõ obſtat præſcriptio.lib.3.*

† Idẽ in eo, qui emit, p alio abſente; quia anteq̃ ratificauerit, nõ poteſt petere pretium ſolutũ, p eo; ideo ante ratificationem ſibi non currit præſcriptio, etiãſi ſit hæres eius, pro quo emit. Alex.*d. conſ.77.n.5.lib.6.*vbi *n.6.*extẽdit, etiãſi ratificaſſet, ſed emẽs ignorabat; quia cõpetit reſtitutio in integrum. † Extẽde; quia cõtra decõmiſſarios vocatos nondũ natos nõ poteſt præſcriptio introduci, neq; ipſis non extãtibus poteſt accommodari ad alios exiſtentes, qñ ſolinon nati, prout filii, vocantur à teſtatore, Caſtr.*d. conſ.247.col.4.in prin.ver.ſi autem quæritur.lib.1.* Alex.*conſ.101.ſuper primo.n.24.ver.nec obſtat.lib.7.* † Reſtringe, in filio emancipato, qui licet ante petitã bonorũ poſſeſſionem non habeat actionem, vt admittatur; tñ per lapſum anni cõtra eum præſcribitur. Bal.*conſ.* *342.n.5.ver.itẽ filio.lib.1.* † Reſtringe; quia licet liberti nõ habeant actionẽ contra patronũ, niſi petita venia, tñ patronus præſcribit ante petitã veniam; quia eſt in facultate liberti facere naſci actionẽ. Bal.*d.conſ.342.n.6.ver.item patronus.lib.1.* † Idẽ; quia licet creditũ conditionale nõ poſſit præſcribi ante purificatã cõditionem, quia nõ eſt nata actio, ſecus eſt, ſi eſt conditio poteſtativa. Rom.*conſ.75.Circa id,de quo.col.2.ver.primo ex vulgari.* † Reſtringe, vnico, p̃cedat ampliatio, qñ eſt in poteſtate negligentis facere naſci actionem; ideo reſciſſoria, q̃ poteſt intentari p reſtitutionem in integrũ, patitur præſcriptionem, licet actio non ſit nata, anteq̃ petatur; quia eſt in facultate negligentis petere. Bal.*d.conſ.342.n.* *& 4.ver.ſed certe poſſet.lib.1.* Caſtr. plenius *conſ.220.Ego Paulus lib.2.* † Amplia in fideicõmiſſo ſub conditione; quia licet obligatus poſſituere ſi decedat ſine filiis, alienaret, tñ eo non currit præſcriptio iudicium eius, cui debet reſtitutio fieri; quia non poteſt agere ante conditionem. Cuman.*conſ.13.Titius inſtituit.n.2.ver.mea ſupplicapionem.* Bal.*conſ.348.Proponitur, q̃ Ghirardus.in fi.lib.3.* Alex.*conſ.* *101.Super.col.pen.lib.7.n.23.ver.venio ad quintũ.& conſ.59.col.4.lib.3.* *n.11.* Balb.*de præſcript.in 5 par.5.partis prin.q.5.* Caſtr.& Iaſ.*in § ſi autem ſub conditione.C.commun.de legat.* † Extende in emphyteuſi, quia licet currat præſcriptio contra eum, ad quem ſpectat; non tñ currit cõtra alios, quib. ex iure accreſcendi poſt primũ ſpectabit, quia non poſſunt agere; ideo noua præſcriptio requiritur. Petr. de Anch.*conſ.44.Primo de iurib.n.11.* † Et generaliter, q̃ in diſpoſitionibus conditionalibus non currat præſcriptio ante conditionẽ purificatã; quia non poteſt prius agi, & p iſta extenſione Bart. in *l. Senatus.in 5.oppoſ.ff.de offic.præſid.* Alex.*conſ.106.Viſis.col.1.& vol.* Caſtr.*conſ.166.Nulli dubium.in prin.lib.1.* Dec.*conſ.498.Viſo caſu.in pen.in prin.* Vide infra, *Præſcribi quæ non poſſint.Concl.534.n.39.* † Ergo in diſpoſitionibus, & obligationibus conditionalibus nõ currit præſcriptio ante conditionis euentũ. Balb. late *tract.de præſcript.* *in 6.& vlt.part.princip.ver.vigeſimus ſecundus caſus eſt.* Soc.Iun.*conſ.3.* *n.17.& conſ.111.n.21.lib.2.& conſ.17.num.6.eod.lib.2.* Declara, & reſtringe, vt ſupra, *n.37.* & infra. † Amplia; quia contra communitatem caſtri, vel villæ, q̃ de facto ob guerrã, vel alias migrauit, & receſſit à loco, non currit præſcriptio; ideo licet ciuitas ibi ſtet p 30.annos furcas, abſente populo; non tñ præſcripſit. Bal.*conſ.58.* *in fi.lib.3.* † Declara; quia licet non valenti agere non currat præſcriptio, & conſequenter is, qui habet hypothecã in euentũ euictionis, non poſſit agere, niſi ſecuta euictione, vt p Bal.*conſ.86.* *lib.1.* tñ *conſ.463.per tot.* reuocat illud conſiliũ, & dicit, q̃ creditor non valens agere non patitur præſcriptionem reſpectu debitoris, ſed reſpectu ementis ab eo, & ſic habẽtis bonã fidem ſecus, ibi; q̃ eſt ẽr ſubſcriptũ à Chriſtoph. & Ioan. Caſtillioneo, & Gutterio de Zaziis. † Amplia; quia contra mulierem non currit præſcriptio durãte matrimonio, p dote, quia ipſa non poteſt agere, niſi maritus vergat ad inopiã; ideo illi, qui emerũt à maitto bona obligata, p dote, non præſcribũt. Fulgo.*conſ.216.Proponitur, q̃ domina.* Abb.*d.conſ.32.Videtur primo.in prin.lib.1.& conſ.101.n.6.lib.2.* Reſtringe plene Alex *conſ.83.Viſo proceſſu.n.11.ver.bene fateor.lib.6.* † Reſtringe, vt bene emptor præſcribat à die, quo potuit agere. Cuman.*conſ.* *93.Viſo ſupradicto caſu.* † Reſtringe; quia bene currit præſcriptio maritum vergere ad inopiam, vel cœpit vergere et ſi lieri, p dote, qñ maritus vergit ad inopiam, vel cœpit vergere et infortunio, *l.in rebus.C.de iure dot.* Abb.*conſ.14.Videtur.num.ult.* vbi, q̃ ſi mulier moritur non finita præſcriptione, adhuc tñ currit contra eius ſucceſſorem, etiamſi eſſet Eccleſia, vel locus pius, quia completur pro rata deficiente ſecundum terminos iuris. † Amplia; quia actus conditionalis non patitur præſcriptionem, anteq̃ conditio eueniat; ideo habens repreſſalias contra certos non patitur præſcriptionem, ſi nunq̃ habuit occaſionem exequendi; quia repreſſaliæ dicũtur ſub conditione. † Reſtringe, niſi eſſet ſi cõditio poteſtativa agere non valentis. Balb. *de præſcript.in 4.par.* *q.3.n.7.*vbi ponit multa exẽpla. † Reſtringe, vtnõ, p̃cedat in lege 30 præſcriptione 30.& 40.annorũ; quia cũ ſit nata actio, currit etiã ſi ignorati, ergo & in caſu cõditionali; licet der reſtitutio

quia tempus longissimæ præscriptionis sit continuum, & non v-
49 tile. Ang. *cons.*196. *Iam sunt octuaginta in fin.* † Amplia; quia habens hypothecã nõ patitur præscriptionem à tertio possessore, anteq̃ egerit contra principalem, ex quo agere non potest contra tertiũ non excusso principali. Alex. *cons.*58. *n.*8. *v. capio nunc, li*5. † Extende, etiam si steterit per creditorẽ; quia potuit excutere principalem, & distulit. Alex. *d. cons.*58. *in fin. lib.*5. † Cõtrarium in hoc
50 Franc. Balb. *de præscript. in* 4. *parte q.*3. *pr. n.*6. *& seq.* vbi multa allegat fundamenta, licet in fine dicat etiam pro opinione Alex. sub-
51 stinenda. † Restringe, nisi principalis sit notorie non soluendo; quia æquiparatur forti exsiccato. Bal. *cons.*180. *col.*1. *v. dicet aliquis, lib.*1. Abb. *cons.*22. *in fin.* vbi loquitur, quando principalis passus est
52 confiscationem, *lib.*2. † Amplia; quia non currit præscriptio mulieri constante matrimonio; quia non potest agere, *l.*2. *ff. sol. matr.* Castr. *cons.*466. *per tot. lib.*2. Abb. *cons.*22. *Videtur primo, n.*2. *&* 53 *cons.*54. *Videtur primo, in pr. lib.*2. † Extende vt procedat etiã stante statuto simpliciter disponente; quia recipit passiuã interpretationẽ à iure communi, etiam si statutum excipiat certos casus, & dispo-
54 nat, quod sit præcisum. Castr. *d. cons.*466. *per tot. lib.*2. Abb. *cons.*22. *circa med. v. idem dico, lib.*2. † Restringe; quia præscriptio procedit contra vxorem, quæ non egit, postquam maritus vergebat ad
55 inopiam, vt dotẽ consequeretur contra eum, qui emerat à marito. Cum. *cons.*93. *Viso suprad. casu.* † Declara; quia currit præscriptio vxori, post q̃ maritus vergens ad inopiã fuit talis declaratus, alias
56 nõ currit, nisi eo mortuo. Castr. *d. cons.*466. *In casu præmisso, lib.*2. *per tot.* † Amplia contra ecclesiam vacantem non curretre præscriptionem pro eo tempore, quo vacauit; quia nõ valet agere. Abb.
57 *cons.*101. *In quæstione, quæ vertitur, n.*6. *v. ad idem. lib.*1. † Extende, vt idem sit pro tempore, quo habuit Prælatum inutilem. Abb. *d. cõs.*
58 101. *n.*6. *lib.*1. Vide, *Præscribens quæ tempora teneatur detrahere, & quæ non. Concl.*583. † Idem pro tempore, quo vixit Prælatus male alie-
59 nans, quia ecclesiæ non currit præscriptio. Cald. *cons.*193. alias 3. *de præscript.* Vide, *Præscriptio* 40. *annor. contra Ecclesiam completur, vnicorectore Ecclesiæ, & quando secus. Concl.*558. † Extende; quia nõ cur-
60 rit præscriptio Abbati, & ecclesiæ pro tempore, quo Papa fecit reseruationem, vel exemptionẽ membri subiecti Abbatiæ. Abb.
61 *d. cons.*101. *n.*6. *lib.*1. † Extende; quia non currit præscriptio ecclesiæ inferiori, seu inferiori Prælato, & collatori durante collatione, confirmatione, vel reseruatione Papæ, per quas fuit impeditus inferior; quia factũ Papæ non præiudicat inferioribus. Abb.
62 *d. cons.*10. *n.*5. *& 6. lib.*1. Vide, *Papa aliquid faciendo non præscribit contra inferiores, & quando secus. Concl.*68. Amplia; quia multi sunt casus, in quibus excusatur quis, ne potuerit agere, de quibus infra
63 *n.*70. *v. contrarium tenet Abb.* † Amplia; quia procedit tam in præscriptione iuris communis, quam in præscriptione statuti, vel cõstitutionis prouincialis; quia semper habet interpretationẽ passiuam à iure communi, etiam si generaliter loquatur, etiam si excipiat certos casus, etiam si statutum sit præcisum. Castr. *d. cons.*
64 466. *In casu præmisso, per tot. lib.*2. Abb. *cons.*22. *per tot. li.*2. † Amplia; quia quod præscriptio non currat contra non valentem agere, & ante cõditionis euentum, procedit, etiam si præscriptio sit in-
65 ducta à statuto. Alex *cons.*101. *col. pen. n.*28. *lib.*7. † Amplia, vt præscriptio, quæ non currit contra eũ, qui non potest agere, non etiam currat contra eum, qui non potest disponere sine certa solemnitate. Abb. *in c. cũ Ecclesia Sutrina, col.*10. *n.*43. *de causa*
66 *poss. & propriet.* Capic. *dec.*209. *n.*19. † Extende; quia nõ currit filio contra patrem; quia non potest conuenire patrem viuentem in
67 dotalibus maternis, vel aliis. Castr. *cons.*201. *Visis n.*2. *li.*1. † Amplia; quia emens ab eo, qui habet vsumfructum bonorum ad vitam suam, non præscribit contra proprietarium, nisi à die mortis vsufructuarii; quia eo viuente non poterat proprietarius agere, ex quo vsusfructus naturalem solam trãstulit, non ciuilem, q̃ uæ est separata, & est penes proprietariũ. Castr. *cons.*396. *Postquam dicta*
68 *domina lib.*2. vbi, quod neque præscriptio constitutionis currit; qa habet passiuam à iure communi interpretationem, vt non currat
69 contra nõ valentem agere. † Ego credo, quod sit distinguendũ; aut proprietarius sciuit venditionem factam ab vsufructuario; aut ignorauit; si sciuit, sibi currit præscriptio; quia potuit agere, ex quo per alienationem erat finitus vsusfructus. Bal. *cons.*436. *li.*
70 4. † Amplia; quia in legato facto captiuis; quia non possunt agere, ex quo captiui sunt, non currit præscriptio. † Amplia; quia præscriptio non currit pauperibus incertis, & sic in legato ad pias causas pauperibus distribuendo, ita Ant. de Butr. *in c. nihil, de præscript.* quia cum sint incerti, non possunt agere. † Contrariũ tenet Abb. *cons.*54. *Videtur primo, col.*2. *v. sed iis non obstantib. lib.*2. vbi allegat tex. cui dicit non posse responderi, *in l. vt inter diuinum. C. de sacr. Eccles.* vbi legatum factum captiuis, & incertis præscribitur; quia Episcopo, tanquam administratori pauperum, datur actio, & negligentia administratoris causat præscriptionem, & allegat seipsum *in c. nihil, de præscr.* Fed. de Sen. *cons.*101. qui hoc tenet, & plus dicit, quod præscriptio 30. annorum sufficit, licet Abb. *d. cons.*54. *n.*1. dicat, quod imo requiruntur 40. anni, prout in ecclesia, & pia causa. † Declarat Abb. *d. cons.*54. *col.*2. *in fi. & col.* 71
3. *v. pr. v. ex iis omnibus, lib.*2. vt maxime procedat ad fauorem Hospitalis præscribentis, & distribuentis eadem bona legata pro distributione pauperum incertorũ in alios pios vsus, & sic non reducit ad vsus profanos, licet dicat de iure procedere de rigore iuris indistincte; tñ isto casu agitur de modico præiudicio, & facilior est præscriptio. † Restringe; quia præscribitur legatũ factũ 72
per patronũ ecclesiæ pro alimonia ministrorum eiusdem; & tñ
73 alia ecclesia præscribit. Abb. *cons.*54. *col.*3. *in pr. v. simile, lib.*2. † Restringe; quia imo laicus præscribit bona deputata ad vsum piũ, & ecclesiæ. Abb. *d. cons.*54. *col.*3. quæ est *fi. v. quinimo, lib.*2. † Limita; 74
quia licet impedito agere non currat præscriptio; tñ quando remotio impedimenti pẽdet ab impedito, bene currit præscriptio. Bal. *cons.*342. *Super eo, quod quæritur n.*3. *v. sed certe posset responderi li.*1.
* *Queritur, an sciens. lib.* 1. Cuman. *consil.* 147. *per totum.* vbi dicit * communem. Fulgos. *consil.* 234. *col.* 2. *ver. non potuit cum mala fide.* Crauett. *consil.* 148. *num.* 6. † Extende, vt procedat, etiam si præscriptio sit abbreuiata à statuto, quia sciens se debere præscribit, si nō est in mora. Cuman. *consil.* 67. *Statuto ciuitatis, per totum* † Amplia; quia actioni de dote præscribitur 30. annis. Bald. *consil.* 231. *Quidam Rigutius, in princ. lib* 4. *& in fin.* † Amplia in legato quantitatis; quia spatio 30. annorum & non ante tollitur illius petitio. Bald. *consil.* 137. *Quadam vidua, in fin. lib.* 5. † Amplia; quia petitioni hæreditatis præscribitur spatio 30. annorum. Angel. *consil.* 84. *In causa prædicta, circa fin. ver. in proposita autem.* † Amplia in actione ex vendito, quæ competit læso vltra dimidiam; quia præscribitur 30. annis. Io. de Imol. *consil.* 30. *per totum.* † Amplia; quia in personali præscribitur ex sola negligentia non petentis; ideo non requiritur bona fides, & scientia debitoris non nocet. Bart. *in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap.* Bald. plene *consil.* 464. *Quædam scriptura. num.* 4. *lib.* 1. † Contrarium, quod si sciuit, non præscribit, sed requiritur bona fides, tenet Ioan. de Imol. * *consil.* 122. *Visis ac consideratis.* vbi dicit * communem contra Bart. Io. de Anan. *consil.* 85. *in fin.* † Imo Ioan. de Anania *consil.* 85. *in fin.* dicit * communem, quod in præstatione personali non datur possessio, neque quasi possessio; igitur non habet locum præscriptio, quæ requirit quasi possessionem, & maxime, quando mala fides subest in debitore. † Limita, nisi actio personalis succedat loco querelæ in eo, qui petit supplementum legitimæ ex linea materna; quia præscribitur eodem tempore, quo querela cessat. Bald. *d. consil.* 231. *in fin. ver. super alto, lib.* 4.

Præscriptio contra fiscum multiplex; quia aliqua non præscribuntur, aliqua centum, aliqua 20. vel 10. vel quinque annis. Concl. 569.

1 PRÆSCRIPTIO † rerum confiscatarum, puta quia statutum mandat non posse alienari in non suppositum, nisi soluta certa quantitate, & si contrarium fiat, bona ipso iure applicata sint fisco, perficitur spatio 20. annorum, quando bona non fuerunt incorporata & denunciata. Bald. *consil.* 358. *Quidam Lucanus. n.* 4. *ver. & tunc an præscriptio lib.* 1. Castr. *consil.* 314 *n.* 2 *in fin. ver. quinimo. lib.* 1. † Declara, vt per Bart. *in l. in omnibus. circa finem.* vt procedat, quando bona sunt confiscata ob aliam causam, quam ob vectigal non solutum; quia si non sunt incorporata; quia non sunt denunciata, bonæ fidei possessor cum titulo præscribit 10. annis; si vero est sine titulo, præscribit 20. annis *ff. de diuer. & tempor. præscript.* & de hac materia, quanto tempore præscribatur contra fiscum. Aret. *in §. fisci. Inst. de vsucap.* qui sequitur distinctionem Bart. late Abb. *in c. cum nobis, de præscript.* latius Salyc. *in l.* 1. *C. de quadrien. præscrip.* † Restringe in bonis confiscatis ob vectigal non solutum; quia licet non sint denunciata, neque incorporata fisco; tamen sufficit præscriptio quinque annorum. Bart. *d l in omnibus. circa med. ver. aut de rebus incorporandis. ff. de diuer. & tempor. præscript.* Bald. *cons.* 358. *in fin. lib.* 1. vbi reddit rationem; quia talis præscriptio respicit mobilia; quia vectigal accommodatur ad bona mobilia, quæ facilius præscribuntur. Alex. plene *consil.* 216. *Ponderatis. n.* 6. *ver. quantum vero ad secundum. lib.* 6. allegat text. *in l. neque. C. de vectigal. & commiss.* † Declara totam hanc materiam, vt plene per Boer. *decis.* 264. *à nu.* 19. *vsque ad n.* 25. vbi ponit plures distinctiones, & declarationes propter diuersas præscriptiones introductas; Primo, *nu.* 19. quod bona in signum subiectionis Principi reseruata non præscribuntur vllo tempore; in bonis vero reseruatis Principi ob singulare priuilegium, prout legitimare spurios, exigere vectigalia, habet locū præscriptio, de qua *in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sign.* quando adest scientia, vel patientia Principis, vel officialis, de quo etiam Boer. *decis.* 277. *n.* 7. *& seq.* † Si vero agitur de bonis fisco quæsitis, & incorporatis, alia fit distinctio; quia si sunt vsui publico deputata, nullo modo currit præscriptio; si vero non sunt deputata vsui publico, sed fisco incorporata præscribi possunt spatio 40. annorum, & sic debet intelligi text. *in c. fin de præscript. in* 6. vt concordet cum iure ciuili, ita Boer. *d. decis.* 264 *n.* 20. & 21. vbi *nu.* 22. extendit etiam ad quatuor * casus, de quibus *in l. fin. C. de sacrosc. Eccles.* vbi dicit hanc * communem.

6 Si autem † bona sunt solummodo delata in fiscum, sed non incorporata, prout bona vacantia ob vectigal non solutū, vel ob crimen læsæ maiestatis Diuinæ, vel temporalis, in quibus fit ipso iure confiscatio, & per quinquennium inducitur præscriptio à tempore denunciationis (quod sint delata) vel scientiæ, quatenus fisci procurator non fecerit collusionem; in aliis vero bonis vacantibus, aut ratione delicti; aut quia decesserit quis sine hærede, habet locum præscriptio quadriennii à die scientiæ sine collusione, vt supra. Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 22. *ver sin autem.* † Quando vero bona non fuerunt fisco delata, neque agnita, si non habet titulum, neque bonam fidem possidens, præscribit spatio 20. annorum, & non prius; si vero habet titulū, vel bonam fidem, præscribit iure communi mobilia triennio, immobilia 10. inter præsentes, & 20. inter absentes, & licet fiscus semper sit præsens: si tamen procurator fisci fuisset absens, sufficit. Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 23. *ver. aut bona non fuerunt.* vbi, quod semper, quod fiscus Imperatoris habet confiscationem in territorio iurisdictionis alicuius Ecclesiæ, dicitur absens. † Contra fiscum Ecclesiæ Romanæ etiam in bonis nondum incorporatis semper requiruntur centum anni indistincte, & contra aliam Ecclesiam inferiorem semper requiruntur 40. anni, secundum * communem, licet adsint contradictores: tamen communis est attendenda. Boer. *d. decis.* 264. *n.* 24. Bald. *in l. fin. n.* 6. *ver. vnio ad gl.* vbi Castr. *n.* 8. *C. de SS. Eccles.* Abb. *c. cum nobis. n.* 9. *& 10. de præscrip.* † Imo, quod in bonis non incorporatis currat præscriptio de iure ciuili 20. annorum, tenent Gemin. *in c.* 2. *de præscrip. in* 6. *in fin.* & ibi Franch. *n.* 6 & 7. Tob. Nonius *cons.* 105. *n.* 6. & Alex. *consil.* 172. *Super casu, n.* 6. *lib.* 5. dicit, quod præscriptio 20. annorum semper est seruanda contra fiscum in omnibus, nisi reperiatur expresse decisum, quod sufficiat tempus minus, allegat text. *in l. in omnibus. ff. de diuer. & tempor. præscr.* † Et si aliquando minus tempus, puta quinq; annorum sufficiat ad præscribendum contra fiscum, quando crimina non sunt denunciata; tamen non fit extensio de casu ad casum, vbi maior est ratio, sed stamus regulæ 20. annorum. Alex. *d. consil.* 172. *nu.* 8. *& seq. lib.* 5. vbi, quod si hæres occisi non vendicauit mortem, & fiscus tacuit per quinquennium, est præscriptum istud tempus, sed non seruiet in eo, qui deliquit in faciendo, puta prohibuit defunctum testari, sed firma remanet regula viginti annorum, si in specie non est prouisum. Amplia, † quia si quis damnatur ad mortem cum confiscatione bonorum, licet non possit testari, & testamentum factum rumpatur; tamen si hæres talis damnati longo tempore possedit bona confiscata, vt hæres præscribit contra fiscum. Bald. *cons* 244. *Proponitur, quod quidam. lib.* 5. † Amplia, quia omne delictum spatio 20. annorum præscribitur. *l. querela. C. de falsis.* Clar. *in §. fin q.* 51. *n.* 1 *& n* 2. *ver. & hæc quidem.* vbi dicit * communem, Boer. *decis.* 26. *nu.* 6. vbi de * communi, * sequitur apostil. ad Clar. *d. §. fin. q.* 60. *n.* 32. *in ver. per decem annos.* † Extende, vt procedat, siue agatur via accusationis, siue via inquisitionis, Clar. *d. §. fin. q.* 51. *n.* 2. *ver. & hæc quidem.* vbi dicit * communem; quia ex quo in accusatione est sine dubio, quod intrat præscriptio; ita in inquisitione, quæ succedit loco accusationis secundum * communem. * Extende † etiam in pœna confiscationis bonorum ob incestas nuptias; quia spatio 20. annorum præscribitur à die scientiæ fisci. Boer. *decis* 264. *n.* 18. *& seq* † Extende; quia condemnatus spatio 20. annorum præscribit, ne possit molestari. Bald. *in l. data opera. col.* 14. *C qui accus. non poss.* vbi, quod contra bannitum, & condemnatum non potest fieri exequutio in pecunia, vel reali post 20. annos. Alex. in apostil. ad Bart. *in l. in omnibus. ff. de diuer. & temp præscrip.* Corne. *consil.* 206. *li.* 2. *& cons.* 2. *lib.* 3. † Extende, quia omne officium inquirendi, vel accusatio criminis tollitur spatio 20. annorum. Boer. plene *decis.* 26 qui loquitur in crimine falsi, & aliis delictis, * communem dicit Clar. *in* * *§ fin. q.* 51. *n.* 2. *ver. & hæc quidem.* † Extende, quia mala fides non nocet præscribenti in istis pœnalibus. Corne. *d. consil.* 206. *lib.* 2. *& cons.* 2. *lib.* 3. Extende † generaliter; quia quoad bona confiscata ipso iure, licet dominium transeat ipso iure in fiscum, iuxta not. *in l. Imperator. & in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci.* tamen, quando non sunt denunciata, neque delata, possessor illorum per spatium, & lapsum 20. annorum, non poterit molestari à fisco. *l* 2. *ff. de acquir. reis. cum l. seq.* qui sunt text. clari, & *in l. in omnibus* vbi gloss. & Bart. *ff. de diuer. & tempor. præscript.* Nellus late *consil.* 170. *In consultatione prædicta. lib.* 3. allegat Bart. *in l. fin. C de bon. vacan. lib.* 10. & ita fuit iudicatum contra Commune Florentiæ in quadam causa confiscationis bonorum, in Castro Portici partium Romandiolæ; quia fiscus volebat consequi quædam bona confiscata iam 30. annis elapsis; non tamen recognita, neq; incorporata, & succubuit, & res erat clara *per Iomnes. & l sicut. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & per statutum Florentiæ. † Declara tamen, quia in delictis reiterabilibus, prout adulterium, stuprum, & similia tempus 20. annorum computatur ab vltimo, & nō à primo delicto, * communem * dicit Clar. *in § fin. quæstion.* 51. *numer.* 3. *ver. sed hic quæro.* † Restringe, quia licet præscriptio procedat etiam in spiritualibus, intelligas quoad pœnam temporalem, secus quoad peccatum; quia temporis diuturnitas auget peccatum. Boer. *dicta decisione* 264. *numero* 18. Restringe, † quia licet viginti annis præscribatur criminalis actio, & inquisitio: tamen actiones, quæ ex delicto oriuntur, ciuiles durant spatio triginta annorum, * communem dicit Clarus *dict. §. fin. quæst.* * 51. *num.* 2. *in fin. versic. unum tamen scias.* Igneus *in l. in cognitione, numer.* 185. *ff. ad Syllania.* vbi de * communi. † Et ideo exequutio sententiæ vsque ad triginta annos peti potest pro actione ciuili descendente ex delicto. Bald. *in rubric. extra de præscriptio. num.* 22. Balbus *de præ-*

23 *ſcript. in 4. part. quartæ partis princ. qu. 31. per totam.* † Amplia in tantum, vt non detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem fiſco prætextu ignorantiæ. Boer. *d. deciſ. 264. numer. 18.* allegat Angel. *in l. fin. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fuerit.* Felin. *in cap. vigilanti, ver. limita quarto, de*
24 *præſcript.* † Amplia, quia imo delinquens non poteſt puniri pœna ordinaria mortis pro delicto commiſſo vltra decem annos, ſed mi-
tiori pœna punitur. l. ſi diutino. ff. de pœnis. *communem dicit Clar. *d. §. fin. quæſt. 60. num. 32. ver. præterea.* vbi, quod non iuuat contumacem à pœna, ſed bene poteſt inducere Principem ad facilius concedendo-
25 dam gratiam. † Amplia, quando per ſtatutum induceretur aliqua præſcriptio, quia eſſet ſeruanda. Clar. *d. §. fin. quæſt. 51. num. 4. in fin. & num. 5.* vbi loquitur in ſtatuto præfigente terminum iudici ad formandam inquiſitionem ſuper delicto, quo elapſo non poſſet vlte-
26 rius moleſtari. † Declara tamen; quia tale ſtatutum intelligitur à die ſcientiæ iudicis ſecundum Bart. *in l. eum, qui. §. in popularibus, circa*
fin. ff. de iureiuran. cuius opinionem *communem dicit Natta *conſil.*
27 *225. num. 2.* † Contrarium, quod à die commiſſi delicti currat tem-
*pus. Clar. *in §. fin. quæſt. 51. num. 5. ver. ſed quæro.* vbi dicit *magis com-
28 munem; quia regulariter præſcriptio currit ignoranti. † Amplia; quia imo quinquennio præſcribitur delictum, ſi intra illud tempus non fuit denunciatum, vel accuſatum, quod dicit mirabile Boer. *d.*
29 *deciſ. 264. num. 18.* ex mente Angeli, Roman. & aliorum. † Et maxime in adulterio; quia vltra quinquennium non poteſt accuſari. *l. quinquennium. ff. de adult.* apoſtill. ad Clar. *§. fin. quæſt. 60. num. 32. ver. per decem annos, & quæſt. 51. num. 4. ver. poteſt autem, & in §. adulterium.*
ver. vnum tamen. & eſt *communis opinio Clar. *in §. adulterium. in fin.*
30 Declara † tamen, quia non præſcribitur quinquennio, quando habet mixturam cum alio delicto, prout ſi concurrit adulterium cum inceſtu; quia, prout alia crimina, non præſcribitur, niſi 20. annis.
31 Clar. *d. §. adulterium. in fin.* † Amplia; quia imo quoad pœnam præſcribitur anno in interdicto vi bonorum raptorum. Roman. *conſil.*
32 *144. Inquiſitio, in fin.* † Amplia, quia præſcriptio delictorum poteſt etiam induci ex bannimentis, quæ fiunt in ſyndicatibus officialium, vt infra certum tempus volentes teneantur querelare, alias non audientur; quia lapſo termino officialis non poterit moleſtari, nedum in loco officii, ſed neque in loco domicilii, & nedum ſi fuit abſolutus ſed etiam ſi non fuit lata ſententia aliqua. Clar. *d §. fin. quæſt. 51. n.*
6. ver hæc etiam. vbi dicit *communem. Vide, *Sindicatus cauſa qualis,*
33 *& qualiter in ea procedatur. Concl. 275.* † Limita, quia bannitus in pœnam capitis, & ſi aliquo tempore deuenerit in fortiam Communis, decapitetur, iſte nullo tempore præſcribit; quia ſententia conditio-
34 nalis eſt. Bald. *in l. data opera, col. 41. C. qui accuſ. non poſſ.* † Si vero ſententia in pœnam capitis ſit pura, & ſimplex; tunc præſcriberet ſecundum Bald. vbi ſupra, licet ibi ſubiungat, ſi ponas bannitum in pœ-
35 nam capitis, nunquam præſcribit in loco banni. † Niſi forte fieret diſtinctio; quia aut amiſit iura communia, aut non; ſi eſt in tali banno, quod amiſit in loco banni ius commune, non præſcribit; ſi ſolum beneficium iuris municipalis; tunc præſcribit. Vide, *Banniti, & relegati quorum actuum ſint capaces. Concluſ. 13.* Vide duas Concluſiones
36 proxime ſequentes. † Extende idem, quando ſunt per ſententiam confiſcata; quia ſi fiſcus per quatuor annos negligit illa incorporare, & apprehendere, amittit ius ſuum fiſcus, & poſſeſſores ſunt tuti. *l. intra quatuor. ff. de diuer. & temporal. præſcript. l. 1. §. diuus. ff. de iure fiſci.* Li-
37 mita, † quando bona ſunt confiſcata, & incorporata; quia eo caſu ſufficit quadriennalis præſcriptio contra fiſcum. Bart. *in d. l. in omnibus. ff. de diuer. & temporal. præſcript.* Bald. *d. conſ. 358. nu. 4. ver. & tunc an præſcript. lib. 1.*

Præſcribi non poteſt contra fiſcum circa reſeruata, in aliis vero quanto tempore præſcribatur. Concl. 570.

1 PRÆSCRIBI † non poſſunt res fiſci. *Inſtitut. de vſucapio. §. res fiſci.* quod intelligit Bald. de rebus iam incorporatis fiſco, *conſil. 358. Quidam Lucanus, in princ. lib. 1. & conſil. 253. Caſus talis eſt. in fin. lib. 3.*
2 Vide, *Fiſcus habet multa priuilegia, & quæ. Concluſ. 383.* † Amplia,
☞ quia non datur præſcriptio contra fiſcum in ſignum ſubiectionis ſunt Principi reſeruata, prout cenſus. & ſimilia. Boer. *deciſ. 264. numer. 19.* vbi ponit pleniſſimam diſtinctionem. Caſtren. *conſil. 314. nu-*
3 *mer. 2. lib. 1. in princ.* † Extende, vt idem ſit in iis, quæ ſunt reſeruata Principi in priuilegium ſingulare, prout eſt legitimare. & ſimilia; quia eo ignorante, vel abſente nulla datur præſcriptio; ſecus ſi ſciret, & pateretur. Boer. *dict. deciſ. 264. numer 19.* & latius *deciſ. 277.* incip.
4 *An ſubſtitutus.* † Extende in bonis, quæ fiſco ſunt incorporata, & vſui publico ſunt deſtinata; quia in eis nulla cadit præſcriptio, prout
5 in via, & ſimilibus. Boer. *deciſ. 264. num. 20. ver. aut quæritur.* † Extende in caſu, vel tributo; quia ſoluuntur in ſignum ſubiectionis; ſecus in Gabellis; & aliis, quæ ſoluuntur pro ſubuentione. Caſtren.
dicto conſil. 314. num. 2. † Limita; quia bene præſcribit emptor contra fiſcum hypothecam bonorum emptorum ſpatio decem annorum,
prout contra quemlibet priuatum præſcriberet. Fulgoſ. *conſil. 121. princ. ver. tertium eſt dubium, & per totum.* † Limita; quia bona mobilia confiſcata, ſeu delata in fiſcum præſcribuntur ſpatio viginti annorum. Bald. *dict. conſil. 358. circa fin. lib. 1. & conſil. 253. circa*
lib. 3. quod intellige, quando non eſt facta denunciatio, prout ſi de contrauentionem ipſo iure ſunt confiſcata, & quando nouus titulus non accedit; quia ſi titulus accederet, ſufficerent decem anni inter præſentes, & viginti inter abſentes, & loquitur Bald. quando contra formam ſtatuti cõfiſcantis bona in forenſem eſt facta alienatio; quia viginti anni requiruntur. † Contrarium, quod immobiles res non dum incorporatæ, ſed delatæ in fiſcum præſcribantur quadriennio à die quo fiſcus potuit agere. *l. intra quatuor. & l. in omnibus. ff. de diuer. & tempor. præſcript.* & Bart. *in dict. l. in omnibus.* vbi loquitur, quando de vectigal non ſolutum res eſt fiſco delata, vt quadriennio præſcribatur contra fiſcum. † Declara, quia ea, quæ inciderunt in commiſſum, ſi intra quinquennium non vendicantur, præſcribuntur. Alex. *conſil. 31. Ponderatis, in fin. lib. 5.* † Declara, vt per Baldum *dict. conſ.*
358. circa fin. ver. & tunc an præſcriptio. lib. 1. & conſil. 253. lib. 3. quod mobilibus procedat quadriennium; quia vectigal reſpicit mobilia, non autem immobilia, & exemplum Bart. non eſt bonum in vectigali non ſoluto, & intellige, quod quadriennium præſcribit, quando non ſolum ſunt delatæ res in fiſcum, ſed denunciatæ tanquam delictæ. † Limita; quia præſcribitur contra fiſcum circa bona fiſco incorporata fiſco, quando non ſunt vſui publico deſtinata. Boer. *deciſ. 264. num. 21. ver. ſi vero non ſunt.* vbi, quod requiritur tempus centum annorum, prout in Eccleſia, & iſtam *communem dicit
Contrarium † tenent Angel. *in l. 2. ff. commun. de vſucap.* Alexand. *conſil. 84. lib. 1.* qui tenent requiri centum annos ad præſcribendum bona fiſcalia incorporata fiſco. † Extende, quia licet quatuor ſint anni ſus, in quibus requiritur centenaria præſcriptio contra fiſcum, ſi notantur *in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bart. *in l. in omnibus. ff. de diuer. tempor. præſcript.* Socin. *conſil. 86. ver. quinto hæc concluſio. lib. 1.* quod repetitum, *lib. 2. conſil. 166.* tamen *communis eſt opinio, quod ſufficiat præſcriptio quadraginta annorum, in omnibus etiam illis quatuor caſibus. Boer. *d. deciſ. 264. num. 22.* † Contrarium tenet Caſtren. quod caſus comprehenſi *in l fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſint ſpeciales *in conſ. 314. num. 2. in fin. ver. nec obſtat. lib. 1.* † Reſtringe in incorporandis; quia ſi ſunt delata fiſco tanquam vacantia ob vectigal non ſolutum, & per quinquennium præſcribuntur, vt lapſo quinquennio peri non poſſint. Boer. *d. deciſ. 264. num. 22. ver. ſin autem.* † Idem ob crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ delata ſunt; quia quinquennio præſcribuntur. Boer. *d. deciſ. 264. num. 22. ver. & idem in*
*Idem, † quando mortuus eſt delinquens; quia in omnibus caſibus in quibus poteſt procedi contra hæredes mortui ad pœnam confiſcationis bonorum, vel pecuniariam; tunc præſcribitur quinquennio die mortis delinquentis, *communem dicit Clar. *d. §. fin. 51. num.*
14. in fin. Vide, *Præſcriptio quinquennalis in quibus habeat locum. Concluſ. 573.* † Si vero ob alia crimina ſunt nunciata, vel quia quis ne hæredem deceſſit, per quadriennium præſcribuntur. Boer. *d. deciſ. 264. num. 22. in fin. ver. in aliis vero.* † Declara tamen, niſi dominator fuiſſet cum poſſeſſore prævaricatus; quia non nocet volenti cundo nunciare. Boer. *dict. deciſ. 264. num. 22. in fin.* † Reſtringe bonis incorporandis, quæ non fuerunt delata fiſco; quia ſine præſcribuntur 20. annis, & cum titulo decem annis quoad immobilia, mobilia vero tribus annis; quia fiſcus ſemper eſt præſens. Boer. *dict. deciſ. 264. num. 23.* † Declara reſtrictionem, vt habeatur pro præſente, quando procurator fiſci fuit præſens; ſecus ſi fuit abſens; quia requiritur tempus viginti annorum. Boer. *dict. deciſ. 264. num. 23.* † Reſtringe in Eccleſia Romana, & eius fiſco, quia in quæſitis, quam in quærendis requiritur tempus centum annorum, ſiue ſint incorporata, ſiue non. Boer. *dict. deciſ. 264. numer. 22.* Declara † reſtrictionem, vt procedat, quando bona ſpectant immediate ad Eccleſiam Romanam, ſecus ſi mediate: quia tunc præſcriptio ordinaria habet locum. Boer. *d. deciſ. 264. num. 24.* per glo. *in ad audientiam. in ver. principaliter.* quam ſequitur ibi Felin. *num. 23. præſcript.* Balb. *tract. de præſcript in 1. parte quinta partis princ. numer. 1.* Tobias Nonius *conſil. 105 num. 9. & ſeq.* † Reſtringe in fiſco Eccleſiæ Romanæ, quia 40. anni requiruntur ſemper, ſiue in incorporandis, ſiue incorporandis. Boer. *d. deciſ. 264. n. 24.* † Declara, niſi præſcribens habeat titulum à priuato: quia præſcribitur contra reipublicam eo modo, quo contra priuatum. Caſtr. *conſ. 314. n. 2. inf.*
ver. nec obſtat. lib. 1. Vide Concluſionem præcedentem, & Concluſionem proximam ſequentem.

Præſcribi quanto tempore poſsit delictum, ne quis puniri poſsit. Concl. 571.

1 INIVRIATVS † poteſt agere de iniuria intra annum, poſt annum cenſetur iniuriam remittere; ideo accuſatio de iniuria non procedit poſt annum. Bal. *conſ.* 409. *In cauſa accuſationis. lib.* 4. vbi loquitur de iure communi, & de iure municipali. Vide, *Iniuriarum actione non*
2 *tenetur quis multis caſibus. Concluſ.* 161. † Extende in actione bonorum vi raptorum; quia quoad pœnam præſcribitur anno. Roman.
3 *conſ.* 144. *Inquiſitio. in fin.* † Extende, quia neque poterit inquiri ex officio poſt annum; quia ſublato iure ceſſat etiam ius ex officio procedendi, & inquirendi, * communem dicit Clar. *in* §. *fin. q.* 50. *in fin.*
4 *& q.* 51. *num.* 2. *ver. & hæc quidem.* † Cogita circa extenſionem; quia quando accuſatio extinguitur per remiſſionem partis, vel pacem: non tamen ceſſat ius inquirendi ex officio. Clar. *in q.* 58. *in princ. &*
num. 3. ſic videtur in hac præſumpta remiſſione iniuriæ poſt annum, vt licet ceſſet accuſatio; quia pars præſumitur remiſiſſe; tamen non
5 ceſſat ius inquirendi. † Amplia, quia vbi eſt præſcripta impunitas, delinquens eſt tutus, ita quod etiam ſi conſtaret de delicto per claras probationes, vel per confeſſionem delinquentis; tamen non poteſt accuſari, neque puniri. Bald. *d. conſ.* 409 *per totum.* maxime *in fin.*
6 *lib.* 4. † Eta die commiſſi delicti currit præſcriptio, etiam ſi ſit occultum, & ſi ſcus ſit ignorans, * communem dicit Syluanus *conſ.* 7. *nu-*
7 *mer.* 1. *& 2* Maiſil. *in praxi.* §. *conſtante. num.* 85. 86. *&* 89. † Adulter præſcribit impunitatem per lapſum quinquennii; ideo poſt quinquennium non poteſt accuſari, neque puniri de adulterio, etiam ſi conſtaret de eo per confeſſionem adulteri. Bald. *d. conſ.* 409. *per to-*
8 *tum. lib.* 4. † Extende, quia nedum adulterium, ſed etiam ſtuprum, & lænocinium præſcribitur ſpatio quinque annorum. Boer. *deciſ.* 26.
9 *num.* 12. † Reſtringe in inceſtu; quia licet ſit delictum carnis, requiritur tamen ſpatium 20. annorum. Boer. *d. deciſ.* 26. *num.* 12. & 13.
10 Declara, † quia delicta iſta carnis præſcribuntur quinquennio, ſed ſi interuenit violentia, aut duplicitas delicti, prout ſtuprum cum inceſtu, adulterium cum inceſtu: tunc requiruntur 20. anni; quia delictum longius ſpatium habens, prout inceſtus, attenditur. Boer.
11 *d. deciſ.* 26 *num.* 12. & 13. † Omnia fere crimina præſcribuntur ſpatio 20. annorum, gloſſ. & Doctor. *in l. querela. C. de falſis.* vbi ponuntur multi caſus, in quibus viginti anni, & quinque, & 30. requiruntur. Vide ſupra *Concluſ.* 569. Vide Alexand. ibi in additio. ad Bart.
12 pleniſſime. Boer. *deciſ* 264. *num.* 18. *& ſeq.* vbi ponit omnes præſcriptiones contra fiſcum. † Et quod tempus ad accuſandum de delicto, & enormi, & publico ſit 20. annorum, quibus elapſis amplius non ſit locus accuſationi. Caſtren. *conſ.* 183. *Videtur, quod iſta accuſa-*
13 *tio. in prine. lib.* 2. † Et eſt tempus continuum 20. annorum; ideo currit etiam ignorantibus, etiam ſi delictum ſit occultum; quia tempus eſt continuum ab initio, & ſemper. Caſtr. *d. conſ.* 183. *col. fin. lib.* 2.
14 Amplia, † quia etiam delicta, quæ poſt mortem delinquentis poſſunt inquiri, & puniri, præſcribuntur quinquennio, ne poſſint puni-
15 ri poſt mortem. Clar. §. *leſæ maieſtatis num.* 16. *ver. item licet.* † Limita; quia delicta nunquam præſcribuntur de iure Canonico, ſed dicas illud eſſe quoad forum conſcientiæ. Vide, *Peculatus crimen quale, &*
16 *eius natura. Concluſ.* 202. † Limita, quia contra ſtatutum Vicentinum, quod de ſtupro non poſſit accuſari, vel puniri poſt annum, niſi eſſet occultum, & enorme, præſcribitur anno. prout loquitur ſtatutum; ſed ſi à principio erat occultum, poſtea intra annum fuit publicum; quia effecta ſit prægnans, & parturiit, annus incipit à die, quo fuit effectum publicum. Caſtr. *conſ.* 183. *per tot.* vbi eſt caſus. Vide duas Concluſiones proxime præcedentes.

Præſcriptio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes ſufficit multis caſibus. Concl. 572.

1 PRÆSCRIPTIO † decem annorum cum titulo quali quali procedit inter præſentes, inter abſentes requiruntur viginti annı: & quis dicatur præſens, vel abſens. Baldus *conſilio* 488. *numero*
4. *ver. proponitur etiam.* vbi, quod is dicitur præſens, qui habet domicilium, licet ſit abſens cum perſona. *lib.* 1. incipit, *ſequens quæſtio.* Alexand. *conſ.* 220. *Ponderatis, in princip. lib.* 6. Vide, *Abſens, vel præſens*
2 *quis dicatur. Concluſ.* 35. † Et dicitur præſens, ſi eſt in eadem prouincia, id eſt, in eodem territorio. Caſtr. *dict. conſ.* 10. *in princip. lib.* 1.
3 Et † abſens dicitur, qui eſt abſens à ciuitate, & territorio, in quo ſita
4 ſunt bona. Io. de Imol. *conſ.* 73. *num.* 4. † Et qui prætendit præſcriſſiſſe decem annis, debet probare aduerſarium fuiſſe præſentem, alias non poteſt obtinere. Alexand. *conſ.* 177. *In cauſa. & lite, num.* 15.
ver. præterea, lib. 6. vbi apoſtill. *in ver. probet.* citat plures concord.
5 Imo † quod ſi creditor eſt in ciuitate, & ibi habeat domicilium, præſumatur ibi præſens fuiſſe, niſi probetur abſentia. Alexand. *conſ.* 220.
Ponderatis. num. 4. *ver. quod ſi creditor, lib.* 6. vbi apoſtill. *in ver. abſentia.*
Vide & declara pleniſſime per Maſcard. *Concluſ.* 7. *An & quando ab-*
ſentia in præſcriptione, & per quos probetur, vbi, quis probet præſentiam, & quis abſentiam, quando eſt fundamentum intentionis, & quando præſumatur. † Et iſti decem anni coniunguntur, quando pri- 6
mus emptor vendidit alteri, & ſecundus alteri; quia poſſeſſio omnium iungitur ad faciendum decennium. Alexand. *dict. conſ.* 220. *num.*
3. *lib.* 6. † Amplia, vt procedat præſcriptio decem annorum ad fa- 7
uorem entis rem alteri generaliter obligatam, quando is, cui erat obligata, tacuit; quia dicitur emptor bonæ fidei, ex quo mala fides non eſt in alienante rem obligatam generaliter. Cuman. *conſ.* 54. *Leonardus.* vbi loquitur etiam, quando debitor conſtituit ſe precario poſſidere pro creditore priore, & pro emptore poſteriore, quando creditor confeſſus fuit debitorem poſſediſſe tempore venditionis. Caſtren. *conſ.* 10. *Si vera ſunt, lib.* 1. qui loquitur etiam, quando adeſt conſtitutum; quia tunquam acceſſorium præſcribitur. † Con- 8
trarium, quando extat conſtitutum; ſecus ſi precarium; quia non præſcribitur, niſi 30. annis, licet hypotheca præſcribatur 10. & 20. hoc caſu. Affict. *deciſ.* 139 *per totam.* Vide, *Pactum ingrediendi poſſeſ-*
ſionem propria auctoritate quid operetur. Concluſ. 37. † Imo quod non 9
præſcribat emptor, quando habens hypothecam poſſidet per conſtitutum debitoris ante venditionem. Fulgoſ. *conſ* 214. *Titius obliga-*
uit, in fin. † Et ſaltem datur reſtitutio in integrum ex capite igno- 10
rantiæ, ſi creditor ignorauit. Fulgo. *conſ.* 214. *in fin. ver. ſed ex ratione,*
vbi de * communi. † Extende, quia etiam filius, cui pater conſigna- 11 *
uit, & donauit bona in præmium emancipationis cõſtituendo ſe nomine filii poſſidere, ſpatio 10. inter præſentes, & 20. annorum inter abſentes, præſcribit etiam dominium contra tertium, qui prætendit in bonis dotatis. Ancha. *conſ.* 419. *In cauſa & quæſtione, in fin.* † Exten- 12
de ampliationem, vt procedat, etiam ſi extat ſtatutum in loco, quod creditor agat directa contra ementem nulla facta diſcuſſione; quia intelligitur, ſi agat ante præſcriptionem iuris. Cuman. *conſ.* 54. *nu.* 3.
ver. item videtur obſtare, ſed tamen Fulgoſ. *conſ.* 214. *in princ.* vult, quod oriatur condictio ex ſtatuto, ex quo requiritur præſcriptio 30. annorum contra talem præſcriptionem. † Extende, quia præſcriptio rei 13
completa ex titulo inducit præſcriptionem etiam contra eum, qui habet hypothecã in ipſa re vendita, licet non poſſet agere pura quia habebat hypothecam in caſu euictionis, quæ ſequuta eſt poſt præſcriptionem. Bald. *conſ.* 180. *lib.* 1. tenet contrarium, ſed *conſ.* 463. reuocat illud conſilium. *lib* 5. cui ſubſcribunt Chriſtophorus & Io. Caſtillioneus, & Gualterius de Zazis. † Extende, quia habens pactum 14
redimendi cum obligatione bonorũ, licet poſſit redimere ſpatio 30. annorũ; tamen ſecus eſt, ſi obligatus retinuerit alteri vendat; quia inter præſentes ſpatio 10 & inter abſentes ſpatio 20. annorũ præſcribit. Tiraq. qui ponit alia exempla *de retract lignag.* § 1. *gl.* 10. *n.* 11. *& ſeq. &*
de retr. conuen: io §. 1. *gl.* 2. *in princ.* † Idem dicit, quando emens primus 15
per quinque annos, & emptor ſecundus per alios quinq; annos poſſediſſet; quia vtitur acceſſione priuilegii ſui auctoris. Tiraq. *d. tract. de*
retract. lignagier. §. 1. *gl.* 10. *n.* 18. † Extende, quia procedit, etiam ſi ex- 16
taret ſtatutum (prout Senis) quod ſpatio 10. annorum præſcribatur; quia etiam ſi emptor ſit forenſis, gaudebit beneficio ſtatuti, quando res eſt in territorio, & ſtatutum non loquitur in perſonam. Caſtren.
conſ. 10. *Si vera ſunt, n.* 2. *lib* 1. † Extende, quia multo magis procedit 17
præſcriptio de iure communi reſpectu ciuilis poſſeſſionis; quia perditur, quando poſſidens ciuiliter ſtat per decem annos, poſtquam poſſeſſio naturalis eſt vacans, vel ad alium peruenit. Caſtr. *conſ.* 10. *Si*
vera ſunt, nu. 3. *ver. ſecundo videndum, lib.* 1. † Extende vt idem ſit in fi- 18
cultate ingrediendi propria auctoritate, quia ſpatio 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes præſcribitur, prout poſſeſſio, cum ſit ſequela. Caſtr. *d. conſ.* 10. *num.* 6. *ver. ex alio puto, lib.* 1. † Imo etiam 19
loquitur Caſtr. non obſtante miſſione facta ex primo decreto; quia non eſt interrupta præſcriptio, niſi per litis conteſtationem. Caſtren.
dict. conſ. 10. *num.* 8. *ver. nec nocet. lib.* 1. † Extende, vt procedat et- 20
iam contra mulierem, quæ non egit ad dotem conſequendam contra eum, qui emit bona mariti; quia ipſi currit præſcriptio à die, quo vel maritus obiit, vel à tempore, quo vergens maritus ad inopiam potuit agere. Cuman. late *conſil.* 93. *Viſo ſupradicto caſu, per totum,* ſequitur Alexand. *in addit. ad Bartolum. in l. in rebus.* §. *omnis. C. de iure dot.*
Extende, † quia procedit etiam contra fiſcum habentem hypothe- 21
cam bonorum; quia ſi fiat venditio bonorum debitoris fiſci, emens lapſo decennio non poteſt moleſtari à fiſco, quia fiſcus ſemper eſt præſens. Fulgoſ. *conſil.* 126. *Quidam nomine. verſic. tertium eſt dubium.*
Reſtringe, † quia competit reſtitutio in integrum in ſubſidium et- 22
iam contra habentem titulum emptionis, quando non potuit agere. Alexand. *conſil.* 169. *num.* 9. *& ſequent. libr.* 2. vbi *num.* 15. dicit * com- *
munem. † Imo quod non currat præſcriptio ſtatuti, nec ex itu- 23

lo emptionis, quando emptor emit à malæ fidei possessore. Fulgos.
24 *consil.* 190. *in fin. ver. ad tertium.* † Restringe, quia non currit habenti hypothecam sub conditione, prout mulier pro dote; quia constante matrimonio non potest repetere dotem; ideo emptores non præscribunt contra mulierem etiam per 30. & 40. annos, quando
25 non potuit agere. Fulgos. *cons.* 216. *Proponitur. quod.* † Restringe ampliationem, quia imo etiam stante statuto (prout Vicentiæ) quod creditor agat directa contra tertium possessorem, oritur ex tali statuto condictio, quæ non tollitur minori spatio 30. annorum. Fulgos.
26 *cons.* 214. *in princ.* † Declara, vt præscriptio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes procedat, quando emit ab alio, quam ab eo, qui hypothecauerat; aliàs requiruntur 30. anni. Neguſ. *de pignor.*
27 2. *membr.* 6. *partis.* † Declara, quia præscriptio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes procedit cum titulo, & bona fide, sine titulo procedit, si est 30. annorum, cum mala fide, vt quando debitor possidet rem hypothecatam, requiruntur 40. anni, ita Crauet.
28 *cons.* 148. *num.* 6. † Declara, quia licet emptor bonæ fidei rem alteri obligatam præscribat inter præsentes spatio 10. annorum, & inter absentes 20. annorum, per text. *in l.* 1. *&* 2. *C. si aduers. credit.* tamen illud procedit, quando emit non immediate ab eo, qui rem alteri obligauit, sed ab alio succeſſore; quia si emit ab eo, qui obligauit, requiritur tempus 30. vel 40. annorum. *l. cum notissimi. §. sed cum illud,* &
29 ibi Bald. & Salycet. *C. de præscript.* 30. *annor.* † Idem est, si quis vendidit primo vni, & se constituit possidere pro eo, postea eandem rem vendidit alteri, & tradidit, certe ex traditione facta secundo priuauit primum emptorem sua ciuili possessione, & dedit secundo emptori causam præscribendi spatio annorum inter præsentes, & 20. inter absentes; sed quia venditor sciebat rem alienam, & nullam habuit iustam causam credendi posse vendere secundo; idcirco vt præiudicet primo emptori, requiritur scientia illius, alias non præscribit secundus emptor, nisi 30. annis; si vero primus emptor sciret præscriberet 10. annis inter præsentes, & 20. inter absentes; si autem pro parte ignorauit, & postea sciuit, fit computatio de 30. annis pro tempore quo ignorauit, & pro tempore, quo sciuit, fit computatio de 10. annis; & sic pro rata. Castr. *consil.* 465. *Videtur dicendum, num.* 2.
☞ *lib.* 2. *& per totum.* Vide, *Mala fides defuncti, vel auctoris quando noceat*
30 *heredi, vel successori, vel non. Concluſ.* 22. † Amplia, quia quando agitur de præscribendo solo vsu, sufficit tempus 10. annorum, etiam sine titulo. Bald. *cons.* 329. *Factum tale est, circa fin. vers. item satis videtur,*
31 *lib.* 2. † Amplia, quia speciale est, quod præscribitur petitioni hæreditatis spatio decem annorum, quando possessio rerum hæreditariarum ab alio non fuit occupata. Castr. *consil.* 195. *Visis iis, quæ narrantur,*
32 *n* 4. *lib* 2. † Amplia, quia habet locum etiam in incorporalibus competentibus personæ, prout est iurisdictio; secus, si ius esset incorporale circa prædia, prout in seruitutibus habentibus causam discontinuam. Castr. *cons.* 445. *In causa quæ vertitur, nu.* 2. *ver præterea hic agitur,*
33 *iuncto n* 3 *ver. item non obstat lib.* 1. † Contrarium, quod imo iurisdictio cohærens territorio præscribatur 10. annis inter præsentes, & 20. inter absentes cum titulo, tenet Castr. *cons.* 187. *Notandum est. nu.*
4. *ver. cum insuper. lib.* 2. vbi hoc admittit concurrente scientia, & pa-
34 tientia eius, contra quem præscribitur. † Amplia, quia præscriptio inter præsentes 10. annorum, & 20. inter absentes cum titulo procedit, etiam si errauit in facto, vel credidit Principi, qui dedit titulum cum non posset dare. Castren. *cons.* 34. *col. antepen. ver. vlterius etiam di-*
35 *citur lib.* 2. † Extende, quia si extat statutum (prout Bergomi) quod ex titulo vero, vel putatiuo præscribatur 10. annis inter præsentes; quia vt aliquid addat statutum iuri communi, debet intelligi, etiam si titulus putatiuus procedat ex quocunque errore iuris, vel facti.
36 Castr. *d. cons* 34. *col. antepen. ver. vlterius etiam dicitur. lib.* 2. † Declara, quia præsentia, vt intret præscriptio, requiritur ex parte vtriusque, non autem ex parte vnius partis tantum; & ideo non sufficit, quod is, contra quem præscribitur, vel is solus, qui præscribit, fuerit præsens etiam per 30. annos. Alexand *cons.* 118. *In causa & lite. num.* 16. *&*
37 17. vbi, quod præsentia non præsumitur, *lib.* 2. † Amplia, vt præscriptio 10 annorum inter præsentes. & 20. inter absentes procedat cum titulo, & bona fide in vsufructu: item iure fodiendi mineras: item in seruitute prædiali, quæ imo etiam sine titulo præscribitur. Castr.
38 *cons.* 330. *Libellus. col* 2. *in fin. lib.* 2. † Amplia: quia præscriptio 10. annorum filii circa bona sibi emancipato donata à patre tuetur eum, si habuit bonam fidem aduersus creditores habentes hypothecam super rebus donatis, & *authent. male fidei. C. de præscript. longi temp.* non habet
39 locum, nisi respectu dominii, non autem contra creditorem. † Mala fides præscribentis est duplex: vera, per quam quis scit rem esse alienam, vel alteri obligatam: & ficta, & ad alterum ex alterius persona iuris fictione transmissa, per quam ex persona auctoris malæ fidei censetur. Oldrad. *consil.* 19. *ver. ad cuius intelligentiam.* vbi, quod prima impedit præscriptionem, secunda habet locum contra creditorem, vel hypothecarium non obstante *authent. male fidei. C. de præscript. long. temp.* quia donatarius, vel emptor præscribit, non attento quod suus auctor esset malæ fidei. Vide supra, *Præscribi quæ non possunt sine titulo. Concl.* 535. † Limita, quia præscriptio 10. annorum non habet locum ex titulo nullo, veluti si Ecclesia, vel aliusinstituatur in testamento nullo; quia testator præteriit filium, vel nepotem. Nam tunc hæres licet possederit per 10. annos cum testamento non præscribit, sed requiruntur 30. anni; quia titulus reducitur ad nullum. Angel. *consil.* 84. *In causa prædicta, numer.* 2. *ver. de quarto dicendum.* Extende, † quia requiritur titulus validus. Castr. *consil.* 70. *Quæstra, num* 9. *lib.* 1. *ver. venio nunc ad tertium.* † Declara, quia titulus inualidus sufficit ad præscribendum, quando ille titulus, si esset validus, sufficeret ad dominium transferendum. Castr. *d. cons.* 70. *ver. aliter contrarium. lib.* 1. † Declara, quia præscriptio longi temporis 10. inter præsentes, & 20. inter absentes non procedit sine titulo. Alexand. *consil.* 14. *Abunde. in fin lib.* 7. vbi apostill. *in ver. titulo, &c.* concord. † Limita, quia non habet locum præscriptio 10. annorum cum titulo, & bona fide contra communitatem ciuitatis, prout nec contra ciuitatem; quia requiritur præscriptio 30 annorum, & in hoc procedunt à pari castrum, & ciuitas. Alexand. *consil.* 1. *num.* 12. *& seq. ver. præterea tempus, lib.* 4. † Limita, quia præscriptio hypothecæ non habet locum 10. annis inter præsentes, & 20. inter absentes, sed requiruntur 30. anni, quando habet causam à debitore, licet si habet causam ab alio; quia tunc cum titulo, & bona fide præscribit. Neguſ. *de pignor. 2. memb. 6 partis.* † Limita, quia concordia, transactio non est sufficiens ad transferendum dominium sine titulo; ideo neq; ad præscribendum, ita arguit Castr. *cons.* 70. *Quæ fruſtra, num.* 9. *ver. similiter non est dubitandum. lib* 1.

Præscriptio quinquennalis in quibus habeat locum. Concluſ. 573.

QVINQVE † annis præscribitur querela inofficiosi; ideo filius non potest potest post quinque annos querelare contra testamentum patris. Vide, *Inofficiosi querela intra quantum tempus proponenda. Concluſ.* 170. † Petitio supplementi legitimæ debet fieri intra quinque annos. Vide, *Legitima intra quantum tempus præscribatur, & non datur querela. Concl.* 207. † Nullitas contractus minoris præscribitur quinquennio, si maior factus tacuit. Vide, *Minoris contra tutorem nullus qualiter conualidetur. Concl.* 254. † Separatio bonorum debet peti intra quinque annos, aliàs præscribitur. *l. 1. ff. de separatis, & de iurisdictionis.* vbi Cyn. Bald. & Salycet. *C. de bon. auth. iudicii ſid.*

Querela † inofficiosæ donationis præscribitur quinquennio, sicut querela inofficiosi testamenti. Cattrens. *in Rubr. C. de inoffic. testamen. col.* 2. *ver. secundo not.* 2. & vide Bald. *in l. si quis libertatem citra fin. ff. de petit. hæred.* † Adulterii crimen non potest accusari post quinquennium, neque alia delicta intra quinque annos non denunciata. Vide supra, *Præscriptio contra fiscum multiplex, quia aliqua non præscribuntur, aliqua centum, aliqua viginti. Concluſ.* 569. † Confiscatio bonorum, vel pœna pecuniaria, quæ post mortem delinquentis transit ad illius hæredes, intelligitur, si à die mortis delinquentis fiscus intra quinque annos processerit, aliàs sunt tutti hæredes beneficio præscriptionis. Crar. *in §. final. quæst.* 51. *numero* 14. *in fin. versicus.* † Pœna bannimentalis incursa, si non fuit intra quinquennium exacta, præscribitur. Alexand. *consilio* 31. *Ponderatis, in fine, libro quinto.* † Delictum omne non accusatum, neque denunciatum intra quinquennium præscribitur. Boer. *decisione* 264. *numero* 2. vbi dicit esse mirabile. Vide, *Præscriptio supra allegata. Concluſ.* 569. *& Conclusione ibi proxima sequente, numero* 15. *& sequent.*

Amplia, † quia multa sunt delicta, quæ possunt inquiri contra mortuum, & eius bona confiscari, & memoria damnari, prout in læsa maiestate, quod intelligitur, dummodo intra quinque annos à die mortis fiat; quia quinquennio præscribitur hæc facultas. Clar. *§. læsæ maiestatis, num.* 16. *in fin. ver. item licet.* † Crimen peculatus quinquennio præscribitur; quia post quinquennium ideo non potest queri. *l. peculatus. ff. ad legem Iul. pecul.*

Præscriptio quadriennii quando habeat locum, vel non. Concluſ. 574.

PRÆSCRIPTIO † quadriennii habet locum, quando Imperator, vel alius habens iura Imperii vendidit rem aliquam; quia emptor est tutus præscriptione quadriennali. *l. omnes. & l. bona à Cæsare. C. de quadrien. præscript.* vbi, quod prætendens ius non agit contra eum, qui habet à Principe, sed contra Principem concedentem tantum, & intra quadriennium tantum.

Deli-

2 † Declara, quia dd. ll. omnes, & præsertim *l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* habent locum, quando fiscus Principis vendit bona, quæ ipse fiscus possidebat tempore venditionis vt sua, alias si ea non possidebat, non habet locum præscriptio quadriennii, neque priuilegium fisci, quod emens non possit molestari. Alex. plene *consil. 52. In causa, & lite, num. 5. & seq. ver circa tertium, lib. 7.* vbi apostilla *in ver. respondeo,* dat infinitos concordantes. † Secundo declara, quod quatenus Imperator alienet rem alienam, & faciat hoc de plenitudine potestatis, & ex certa scientia; tunc habent locum dictæ leges, aliàs non. Alexand. *dict. cons. 52. numer. 6. ver. secundo respondeo, libr. 7.*

4 Tertio † declara; quia dictæ leges de præscriptione quadriennali loquentes habent locum, quando Imperator vendit, vel donat rem aliquam, vt suam simpliciter, sed si vendit, vt suam ex certa causa, puta vt hæres Titii; certe si non est hæres, vel causa non est vera, emptor non est tutus, neque gaudet priuilegio dictæ præscriptionis. Alexand. *dict. cons. 52. numer. 7. ver tertio respondeo, libr. 7.* vbi, quod si vendit vt bona confiscata, & confiscatio est nulla, non
5 valet alienatio. † Dicitur autem habere iura Imperii, qui exercet regalia, vel habens concessionem fisci ab Imperatore; quia licet habeat solum fiscum vtiliter; tamen dicitur idem fiscus cum Imperatore. Bald. *cons. 363. Quæritur, an si per, post med. ver. item non obstat, lib. 1.*
6 Extende † in Regem Franciæ. Ruin. *cons. 31. Visa. num. 18. lib. 5.* Con-
7 trarium † Abbas *consilio 3. num. 8. libro 2. in 17. quæstione.* Exten-
8 de † in quolibet Duce, Marchione, & Comite, & aliis; quia in suo dominio possunt omnia, quæ imperator potest in vniuerso. Ruin. *consil. 48 Videtur fortassis, in fin. lib. 4.* sequitur Crauet. *consil. 263. col. penul. & fin. ver. quinimo cum homines,* vbi citat plures pro vtraque parte, & dicit hanc sibi placere; quia de facto sic seruatur: repetit etiam
9 *cons. 602. in fin. ver. ius accedat.* vbi alios adducit. † Extende in quocunque Principe superiorem non recognoscente. Bald. *consil. 127. à princ. tituli, nu. 2. lib. 3.* sequitur apostilla ad Roman. *cons. 59. in ver. non*
10 *recognoscunt.* vbi citat plurimos. † Extende in quacunque ciuitate superiorem non recognoscente. Roman. *consil. 310. In casu propositæ.* apostilla plenissima *ad consil. eiusdem Roman. 59. num. 8. in ver. non reco-*
11 *gnoscunt.* vbi citat plurimos. † Extende in Vicario Papæ, seu Imperatoris, prout loquitur Roma. de Pandulpho Malatesta Vicario Romanæ Ecclesiæ in ciuitate Fani. *d. cons. 59. n. 8. ver. sexto videndum,* vbi apostil. *in ver. non recognoscunt, circa fin.* vbi reddit rationem; quia isti Comites, & Vicarii, & ciuitates liberæ vtuntur eisdem prærogatiuis in locis sibi concessis, quibus Imperator in vniuerso orbe, & citat
12 plurimos. † Contrarium, quod non habeat locum quadriennalis præscriptio, nisi in Imperatore, & Augusta. Vide plurimos, quos citat apostil. ad Roman. *cons. 59. n 8. in verb. non recognoscunt, in princ.* Abbas *cons 3. Nitar in præsenti q. 17. n. 8. lib. 2.* vbi, quod non habet locum etiam in Rege Franciæ, & hanc partem tuentur Curt. Sen. Deci. Curt. Iun. & alii, quos citat Crauet. *cons. 263. in fin.* licet ipse ibi teneat
13 contrarium. † Amplia, vt procedat etiam, quando Princeps mortuo aliquo sine masculis feuda retinuit pro se vt deuoluta, & illa concessit alteri. Bald. qui loquitur sub dubio in inferiore *consil. 212. Sicut*
14 *fuit pronunciatum, lib. 1.* † Amplia, vt procedat etiam, quando fiscus vendidit bona tanquam propria, quæ iam erant incorporata; quia emptor est tutus, & solum potest habens ius agere contra fiscum intra quadriennium. Bald. *cons. 363. Quæritur, an si per officiales, lib. 1.* Vide, *Emens à fisco, vel Principe non potest molestari, & quando secus. Concluf.*
15 142. † Amplia, vt procedat in Duce Mediolani; quia habet iura Imperii in terris suis ex concessionibus Imperatoris. Bal. *cons. 355. Factum tale est. per totum. lib. 3.* vide, quia incipit, *Quemadmodum Imperator,* quem citat apostilla ad Roman. *consil. 59. numer. 8. in ver. non recognoscunt.* vbi alios citat, maxime Corne. *consil. 299. Viso rescripto,*
16 *num. 26. lib. 1.* Paris. *consil. 1. Visa facti, num. 122. lib. 1.* Ruin. *consil. 48. Videtur fortassis, in fin. lib. 4.* † Amplia; quia *dd. ll. bene à Zenone,* & aliæ loquentes de quadriennali præscriptione habent locum etiam, quando procurator Cæsaris alienat. Bald. *dicto consil. 355. numer. 2. ver.*
17 *constat enim, lib. 3.* allegat Bartol. *in l. si procurator. ff. de iure fisci,* & Bar-
18 tol. *dict. l. bene à Zenone.* † Limita, vt non procedat dicta præscriptio in inferioribus non habentibus iura Imperii. Bald *consil. 25. nu-*
19 *mer. 6. ver. septimum dubium, lib. 1.* † Limita, quando Imperator, vel alius habens iura Imperii vendidit rem, non tanquam suam, sed tanquam alienam iure creditoris; quia tunc non habet locum quadriennalis præscriptio. Bald. *dicto consilio 25. numero 6. ver. septimum dubium, libr. 1. & consilio 253. Illustris dominus, numero 2. ver. non obstat, lib. 1.* & Bald. *consil. 363. numero 2. ver. si autem tanquam, lib. 1.* † Limita, vt non procedat præscriptio quadriennii, quando fiscus habet
20 in aliquod limitatum; quia censetur cedere ius, quod habet; fiscus, si nullum ius habeat. Bald. *dicto consilio 253. num. 2. ver. non obstat, lib. 2. & consil. 363. in fin. lib. 1.* vbi, quod procedit, quando vendit generaliter; quia tunc censetur vendere ius, quod habet.

Limita, † vt non procedat quadriennalis præscriptio, nisi ista concurrant; quod res sit solemniter vendita, quod dolus non dederit causam contractui, & interuenerit traditio, vel id, & habetur pro traditione & & in traditione legitimus contradictor nō apparuerit. Bald *d. cons. 363. circa fin. ver. quibusdam ergo, lib. 1.* † Limita, quan-
21 do Princeps donauit bona confiscata alicui; quia non tollitur hypotheca dotis super dictis bonis competens mulieri, etiam per lapsum 12. annorum; quia fiscus poterit conueniri, vt hæres anomalus, licet possidens bona non molestetur. Bald. *consil. 355. Factum tale est, in fin. lib. 3.* vbi, quod dictæ ll. non habent locum, quando fiscus vendidit tanquam hæres, vel conueniatur tanquam hæres anomalus delinquentis personali: & quod non habeat locum in dote. Neguſ. *de pignor. parte octaua, membro 1. numero 23.* vbi de communi actione; quia debet satisfacere ibi *num. 8. ver. solutio.* † Limita; quia si Im-
22 perator, vel Rex alienat rem alienam, quam credit suam, & bona fide, tunc habet locum *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript.* secus, si sciat rem esse alienam; quia esset in mala fide, ita Abbas *consil 3. Nitar. numer. 8. col. 14. in princip. versic. & quanquam hoc motiuum. libr. 2.* Declara † tamen; quia si res esset communis Principi, & aliis; quia
23 fiscus alienare potest totam rem communem, eo casu bene habet locum *l. bene à Zenone.* quia alienat iure permittente. Abbas *dicto consilio 3. numero 8. versic. & est ratio. lib. 2.* † Limita, quia non habet
24 locum, nisi in Imperatore solo iure specialissimo; quia inuigilat vniuerso orbi. Abb. *dicto consilio 3. numero 8. col. 14. ver. secundo; potest responderi, lib. 2.* † Limita; quia non habet locum in rebus Ec-
25 clesiæ; quia non potest Imperator se priuilegiare in damnum Ecclesiarum. Abb. *dicto consilio 3. numero 8. col. 14. versic. tertia responsio, libr. 1.* † Limita; quia non habet locum, quando res aliena ac re-
26 uersa est ad Imperatorem; quia tunc cessat ratio, quod emens à fisco, ne possit vexari concessum est priuilegium. Abbas *dicto consilio 3. numero 8. col. 14. ver. quarto subtilius, lib. 2.* † Limita; quia non
27 habet locum præscriptio quadriennii, quando Princeps aliquid concessit ad importunitatem petentis, vel per ignorātiam, vt quia ignorans ius alienum concessit, vel donauit bona confiscata, & non fuerunt seruatæ solemnitatem requisitæ; quia habens hypothecam potest agere saltem contra fiscum, & debet satisfieri. Bald. *dicto consilio 355. per totum.* maxime *in fin. libro 3.* † Limita; quia non habet lo-
28 cum præscriptio quadriennii, neque *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscriptio.* quando fiscus vendidit, prout potest, rem communem; quia si non satisfiat habenti communionem pro sua rata, potest agere contra emptorem, vel conductorem, etiam omisso fisco. Baldus *consil. 336. Præmitto ad euidentiam, numero 5. ver. ius ergo præmissu, libro quinto.* † Contrarium videtur velle Alexand. *consil. 52. In causa, &*
29 *lite, numero 5. ver. circa tertium. libro 7.* † Limita; quia Eccle-
30 non approbat hanc præscriptionem quadriennalem tanquam iniquam: ideo si Imperator, vel Princeps supremus donat Ecclesiæ, ipsa Ecclesia non vult tueri se ex hoc priuilegio, tanquam iniusto, gloss. & ibi Archidiac. *in c. quicunque militum. 12. quæst. 2. in ver. consensit,* plene Alexand. *dicto consilio 52. numer. 8. vers. quarto responderi potest. libro 7.* Extende, † quia non habet locum, si Imperator etiam de plenitudi-
31 ne donaret bona Ecclesiæ: quia donatarius non esset tutus. Alexan. *dicto consil. 52. numer. 8. in fin. ver. quod autem, lib. 7.* † Limita quin-
32 que modis per Abb. *consilio 3. numero 8. lib. 2.* & Socin. limitat septem modis *consilio 46. numero 18 & seq. lib. 4.* Balb. *de præscriptio. in 2. parte. 5. partis principalis, quæstion. 8.* vbi limitat 11. modis quos videas. Limita † octo modis, de quibus Socin. *Regul. 11. Res alienata à Prin-*
33 *cipe, vel fisco,* vbi ponit octo fallentias: Prima in Principe non supremo: Secunda, si Princeps supremus esset in mala fide: Tertio in casu, quem ponit Bald. *in proœm. Decretal.* Quarto, si venditur res nomine creditorum. Quinto in rebus Ecclesiæ. Sexto in rebus Ecclesiæ venditis à Principe, vel fisco. Septimo in minore, quia restituitur. Octauo, quando Princeps alienat ante traditionem. † Li-
34 mita, quia non habet locum, quando Princeps duobus aliquid concederet, puta si rem aliquam concessit Titio, postea eandem rem concessit Seio. Nam secundus licet possideat, potest molestari à primo, & non currit præscriptio quadriennii: quia imo semper primus præferri debet, si habet ab eodem Principe. Roman. *consil. 298. Circa præmissam, per totum.* vbi apostilla *in ver. quod non,* citat Curt. Iun. *consil. 143. Post expeditum, col. 2. ver. puto igitur eleuandum ingenium.* & apostilla ad Bartolum *in dict. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript.* citat, & sequitur Roman. vbi supra. † Extende, vt procedat in o-
35 mni gratia, & concessione Principis facta: quia semper prima præfertur secundæ, prout in donatione, concessione, collatione, & similibus. Roman. *consil. 298. ver. secundo eadem conclusio. circa princip.* vbi, quod secunda concessio non facta mentione de prima præsumitur ex errore, & quod cessante errore Princeps non potest tollere contractum, quin primus vtatur iure suo, & non intrat præscriptio,

& apostilla plena ibi *in ver. secunda.* citat plurimos concordantes, & extendit, etiam si secunda gratia esset nedum ad instantiam partis,
36 sed motu proprio. † Extende etiam in Papa, & in beneficialibus; quia licet habeat plenitudinem potestatis in beneficialibus, & in spiritualibus; tamen habens primo gratiam præfertur secundo. Roma. *d. consil 298. num. 3. ver. tertio videtur casus.* vbi apostilla *in ver. revocare,*
37 *& in ver. irritare.* † Limita, quia procedunt dd. leges, quando per Imperatorem, vel Augustam, aut eorum procuratorem specialem ad vendendum, vel donandum fieret venditio, vel donatio; secus si per procuratorem generalem; quia non habent locum dictæ leges. Alexand. *dict. cons. 52. In causa, & lite, num. 9. ver. quinto respondeo. lib. 7.*
38 Extende, † quia non habent locum in donatis à Legato Sedis Apostolicæ. Alexand. *dicto consil. 52. num. 6. ver. secundo respondeo. iuncto numer. 9. ver. quinto respondeo. lib. 7.* Vide plene per Anton. Gabriel. *lib. 5. titul. de acquir. vel amit. possess. Concluſ. 2. Possessor habens causam à Principe.* Vide, *Fiscus vendens rem alienam tuetur emptorem, & quando secus. Concl. 397.*

Præscriptio triennalis quando habeat locum. Concluſ. 575.

1 FRVCTVS † alienos præscribit possessor bonæ fidei cum iusto titulo spatio trium annorum: ideo non tenetur ad illorum restitutionem, siue extent, siue non, & siue sit locupletior, siue non. Bart. & ibi Gloss. *in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucap.* vbi Angel. Imol. & plene Castrens. qui dicunt limitari omnes leges, quæ disponunt, quod si extant, vel est factus locupletior bonæ fidei possessor, restituit fructus. Curt. *cons. 71. col. 5. ver. sexto.* vbi plures allegat Ias. *in l. si*
2 *ſtit. de rerum diuiſ. §. ſi quis à non domino.* † Bona mobilia vsucapiuntur triennio. *Instit. de vsucap. in princ.* Alexand. *consil. 134. In causa,*
3 *& lite, num. 14. ver. ex quibus. lib. 2.* Vide, *Vsucapio quid sit, & ex quibus vsucapio acquiratur. Concluſ. 299.* † Et delinquens, scu malæ famæ, si per triennium probet emendationem vitæ, dicitur nouus homo, & præscribit tanto tempore emendationem. Roman. *cons. 236. num. 5. & 6.* vbi apostilla *in ver. triennalis.* dat multos concord. & Iul. Clar. *in praxi criminal. §. fin. quæst. 21. colum. 2. ver. bene verum est,* vbi dicit ** communem.

Præscriptio biennii in quibus habeat locum. Concluſ. 576.

1 DOLI † actio præscribitur biennio. *l. fin. C. de dolo.* Cephal. *cons. 192. num. 20.* Vide, *Doli actio præscribitur biennio, & quando secus.*
2 *Concl. 585.* † Item decretum de mittendo in possessionem ex primo decreto biennio tollitur, si non exequitur. *l. fin. C. de bonis auth. iudic possid.* Angel. Aretin. *cons. 34. Pro decisione, in fin. num. 33. ver. nec etiam obstat.*

Præscriptio annalis in quibus habeat locum. Concluſ. 577.

1 ANNALIS † præscriptio currit delegato post sententiam, vel diffinitionem; quia post annum non habet vlterius iurisdictionem; ideo delegatus, qui excommunicauit aliquem, non potest illum absoluere, nisi intra annum. Calder. *consil. 74. An legatus.* quod est 1. *de offic. deleg.*

2 Declara † tamen, nisi fuisset appellatum; quia tunc bene potest etiam post annum absoluere, & durat sua iurisdictio. Calder. *dicto*
3 *cons. 74.* aliàs 1. *de offic. deleg.* † Amplia, quia delegatus Principis, licet possit exequi suam sententiam; tamen post annum non potest
4 exequi. *c. quærenti, de off. deleg.* † Amplia, quia licet rescriptum sit perpetuum: tamen si non est præsentatum intra annum, extinguitur ad effectum, vt aliud rescriptum obtentum non facta mentione de primo sit validum; quia in casu secundi rescripti obtenti primum euanescit, ne obstet secundo, si intra annum primum non est præsen-
5 tatum. Bald. *in l. falso. C. de diuer. rescript.* † Amplia; quia prætendens grauamen in mensura, vel æstimatione facta de bonis suis describis in æstimo Communis debet intra annum querelam proponere, & grauamen probare, nisi sit minor, vel absens, alias post la-
6 psum anni non auditur. Bald. *cons. 382. Ille qui grauatur, lib. 3.* † Amplia, quia grauati censu publico, si non reclamant intra annum, sibi præiudicant. *l. qui se grauantes. C. de censib. lib. 11. l. forma. § fin. ff de censib.* Castr. *cons. 427. col. fin. circa med. lib. 2.*

Extende † in Vicariis ciuitatum, & terrarum Ecclesiæ; quia 2. 7 quiparantur censitoribus, & peræquatoribus, vt dicit Bart. *d. l. forma. §. fin. de cens.* Castren. vbi supra.

Amplia, † quia actio iniuriarum præscribitur anno. Bald. *cons. 8*
409. *In causa accusationis, libro 4.* vbi etiam loquitur in casu statuti, & Cuman. *consil. 74. num. 5.* Vide, *Iniuriarum actione non tenetur quis multis casibus. Concluſ. 161. & supra Concluſ. 571.* † Amplia in actione vi bonorum raptorum; quia quoad pœnam præscribitur anno. Roman. *cons. 144 in fin.* † Amplia; quia agnatus proximior, cui feudum deuoluitur ob alienationem, vel aliàs, tenetur petere inuestituram intra annum, aliàs si non petit possessor præscribit contra eundem proximiorem, & deuolutio ordine successiuo transit in secundo anno ad secundum proximiorem, & sic deinceps, ita quod quilibet agnatus habet annum, quo elapso præscribitur contra eos. Bald. *consil. 16. Facti euidentia, num. 2. ver. modo sequitur, lib 1. & cons. 165. Super eo, quod post med. ver. an possit reuocare, lib. 5.* Vide, *Ordo successionis quando attendatur inter vocatos copulatiue, vel non. Concluſ. 199.* † Amplia in petitione tutelæ facienda à matre, vel proximiore, quia si non fiat intra annum ordine successiuo à succedere debentibus, excluduntur à successione pupilli, cui intra annum non petierunt tutelam. Vide, *Mater quando priuetur successione filii ob non petitum tutorem. Concluſ. 113.*

Amplia † in testamento nullo ob præteritionem filiorum testatoris, qui mortui sunt ante testatorem; quia conualidatur testamentum, si petatur bonorum possessio intra centum dies vtiles. Vide, *Testamentum nullum conualescit multis casibus, & modis, & quando secus. Concluſ. 129.* † Extende; quia si filii præteriti non sunt mortui, sed viuunt, & approbant testamentum tacite, vel expresse conualidatur de iure prætorio, & hæres scriptus debet tunc petere bonorum possessionem secundum tabulas, & si non petatur, præscribitur anno. Bart. *cons. 13. Ex facto, num. 4. lib 1.* † Amplia, quæ declaratio, quæ est de substantia contractus commissa in arbitrium alterius, expirat anno. Bald. *cons 150. Casus talis Vagnolus, circa med. vers. quarta ratio, lib. 1. & cons. 457. lib. 5.* vbi duplicatur. † Amplis in eo, qui potest luere rem paternalem; quia anno præscribitur de consuetudine, licet Mediolani per statutum sit annus, & dies, & incipit à die alienationis. Signorol. *consil. 81. In quæstione vertente, per tot.* † Amplia in actione populari; quia ad hoc, vt possit quilibet agere, anno præscribitur, *l. fin ff. de popul. actio.* Dyn. *cons 29. num. 2.* † Amplia in proximiore emphyteutæ defuncti finita emphyteusi; quia licet præferatur extraneis in inuestitura, hoc procedit, si intra annum petit; quia istud ius anno præscribitur. Roman. *consilio 22. Pro proposita. numero 6.*

Contrarium † tenent multi, quos allegat apostill. *ad cons. Rom. 22. in ver. communis, in 8. limitat.* quæ allegit pro vtraque parte. † Declara, quia si est facta inuestitura consanguineo, licet non proximiori, si vero est facta penitus extraneo, tunc præscriptio annalis non procedit. † Amplia Florentiæ, quia is, qui obtinuit adiudicati, vel in solutum dari bona, non potest molestari post annum. † Declara tamen, quia tale statutum procedit quoad molestiam dominii, secus est quoad seruitutem, vel possessorium aliquid faciendi iure seruitutis, vel facultatis. Alexan. *consil. 106. Visis, & opportune, numer. 9. lib. 6.* Amplia † in renouatione inuestituræ feudalis; quia peti debet intra annum, & diem. Vide, *Inuestitura feudi deuoluti intra quantum tempus peti debeat. Concluſ. 357.* † Amplia in bonorum possessione secundum tabulas, vel contra tabulas, quia annalis. Vide, & decide ra, vt *in ver. Bonorum possessio contra tabulas quid sit, & quando competat. Concl. 119. & Concl. ibi prox. præced.*

Præscriptio sexaginta dierum in quibus habeat locum. Concl. 578.

SEXAGINTA † dierum præscriptio habet locum in inuentario rio perficiendo à die aditæ hæreditatis, quibus elapsis hæres cum beneficio inuentarii efficitur hæres simpliciter. *l. fin. in principio, §. fin autem dubius. C. de iure deliber.* vbi, quod intra triginta dies à die, quo scit delatam hæreditatem, debet incipere, & intra sexaginta dies finire.

Sexaginta † dierum præscriptio currit emptori, & venditori pro mensuratione, vel æstimatione facienda; quia si certa summa exprimitur, vel quantitas in venditione, & conueniatur de mensuratione, vel æstimatione facienda, & res tradatur, lapsis sexaginta diebus censetur recessum per partes à dicta venditione, & conuentum, quod stetur quantitati expressæ. Ancharan. Regiens. *quæstione 18. in fin. libro secundo.* † Creditor confitens sibi satisfactum per debitorem non auditur post lapsum triginta dierum, si velit dicere,

dicere, quod non fuit satisfactus, quia, tanto spatio plena securitas debitori acquiritur. *l. in contractibus. §. super cæteris. C. de non nu. pecun.* in tantum, quod neque potest deferre iuramentum *d. l. in contractibus. §. illo*, & ibi Bart. C. *de non nu. pecun.* Vide, *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando possit opponi, vel non. Concl.* 418. † Decem dies dantur ad appellandum, quibus elapsis præscribitur contra facultatem appellandi, quæ releuet. Vide; *Appellatio intra decem dies à die habitæ notitiæ sufficit. Concl.* 355 † Centum dies dantur ad petendam bonorum possessionem contra tabulas, vel secundum tabulas agnato. licet filio detur annus vtilis, quibus elapsis cessat remedium hoc ex æquitate à prætore inductum. Vide, *Bonorum possessio contra tabulas. Concl.* 118. & *Concluſ. ibi proxima ſeq.*

Præſcriptio qualiter probetur. Concl. 579.

1 PRÆSCRIPTIO † probatur per lapsum temporis, quando est talis, quæ non requirit factum hominis, prout in eo, qui præscripsit solutionem, census; quia solus temporis cursus probat præscriptionem, & est probatio probata. Bald. *consil.* 313. *Ponit, quod antiquitus, circa fi. ver. qualiter autem probatur, lib.* 3. † Extende, quia testes inducti vt probent præscriptionem, debent deponere esse decursum totum tempus, quo mediante causatur præscriptio ante litem motam, quia à tempore motæ litis, & citra non iuuat possessio quoad veterem præscriptionē, quæ est interrupta per litis contestationē. *l. ſicut. C. de præſcript.* 30. *anno. l. vt perfectius. C. de anna. præſcript.* ideo præscriptio non probatur, nisi vt supra. Bart. *in l. Celſus ff. de vſucap.* cum quo alii transeunt. Alex. *conſ.* 76. *col. fi. ver. non obſtat, lib.* 2. & *conſil.* 91. *col. pen. lib.* 5. † Si vero præscriptio requirit factum hominis, tunc illud factum debet probari cum tempore sufficienti. Bald. *dict. conſil.* 313. *circa fi. ver. qualiter autem. lib.* 3. Vide Conclusionem proximam sequentem.

Præſcriptio dominii per teſtes qualiter probetur. Concl. 580.

1 PRÆSCRIPTIO dominii ad hoc, vt probetur per testes, necesse est, quod sint plures testes contestes, itē, quod deponant de possessione præscribentis inchoata tali tempore, & finita tali tempore, adeo quod si vnus deponat de possessione 10. annorum tali tempore, alius de possessione 10. annorum incæptorum alio tempore, nō probant: & idem si tertio deponant, quod à decem annis citra possedit, quia neque per horam probat, quia minimum tempus est à 10. annis citra, & ideo debent dicere à 10. annis, & citra, vt concludant in decem annis. Alex. *conſ.* 118. *In cauſa, & lite, num.* 17. *ver. hoc præ-*
2 *ſuppoſito, lib.* 2. † Extende, vt idem sit, si agatur de præscriptione in publiciana, quia nisi concordent de eadem possessione, & possessionis initio, non probant præscriptionem. Alex. *conſil.* 35. *Conſideratis, num.* 7. *ver. tamen non deponunt, li.* 7. vbi apostilla *in verſi. initio*, citat
3 Alex. *conſ.* 89. *num.* 2. *lib.* 5. † Declara plenius, *Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione & quæ poſſeſſiones requiratur. Concluſ.* 523. *num.* 38. *& multis ſeq.* Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Præſcriptio cœpta contra maiorem continuat contra minorem. Concl. 581.

1 PRÆSCRIPTIO † cœpta contra maiorem continuat contra minorem adultum successorem vniuersalem, sed tamen minor restituitur in integrum, si lapsa non sint tempora petendæ restitutionis. Bald. *conſil.* 309. *Quæritur. vtrum, num.* 3. *ver. ſuper tertio, lib.* 2. ple-
2 nius supra *Concl.* 548. † Amplia, quia præscriptio cœpta contra defunctum continuat contra hæredem defuncti. Castren. *conſ.* 208. *Ad*
3 *primum, in prin. lib.* 2. † Extende, quia continuat contra hæreditatem
4 iacentem. Castr. *d. conſ.* 208. *in princ. lib.* 2. † Extende, quia continuat in eum, in quem actio cœpta præscribi, transit, licet non sit hæres.
5 Castr. *d. conſ.* 208. *in princ. lib.* 2. † Limita, quia contra minorem non incipit præscriptio, licet cœpta cum maiore continuet. Vide, *Præſcriptio non currit contra certas perſonas. Concluſio ibi proxima ſeq.*

Præſcriptio cepta ſecundum ius commune qualiter continuet, ſi ſuperuenit diuerſa præſcriptio ex ſtatuto. Concluſ. 582.

1 PRÆSCRIPTIO † cœpta secundum ius commune, si superueniat statutum minuens præscriptionem, vel augēs, quomodo completur, die secundum statutum nouum proportionabiliter; velut si præscriptio 20 annorum est cursa vsque ad 18. annos, ita quod duo anni soli deficiunt, si fuit ex statuto nouo redacta ad decem annos, tempus, quod superest, pro rata computatur secundum statutum nouum, vt sufficiat vnus annus ad perficiendum, quia sic est rata temporis. Castr. *conſil.* 208. *Ad primum, ver. ad ſecundum, lib.* 2. † Extende, 2
vt præscriptio cæpta contra defunctum continuet etiam contra eius hæredem, & successorem etiam priuilegiatum, prout Ecclesia, vel pius locus, nam si contra defunctum currebat præscriptio 30. annorum, & successit Ecclesia, contra quam currit præscriptio solum 40. annorum, pro tempore præterito tempore defuncti computatur præscriptio ad 30. annos, pro tempore restanti fit computatio ad rationem 40. annorum, ita Abbas *conſil.* 14. *Videtur primo, nu.* 2. *lib.* 2. *n.* *
tus ſuccedens non priuilegiato quo iure vtatur in præſcribendo. Concluſ. 740. Vide, *Proportionabilis materia ſemper attenditur. Concluſ.* 915.

Præſcribens quæ tempora teneatur detrahere, & quæ non. Concl. 583.

TEMPVS † vitæ Prælati alienātis bona Ecclesiæ deducitur ex præ- 1
scriptione, quæ allegatur in alienatione prædicta, *c. ſi ſacerdote.* 16. *q.* 3. Calder. *conſil.* 193. alias 3. *de præſcript.* † Extende; vt procedat 2
etiam respectu quadriennii, quod est tempus vtile, quod non currit ignoranti, sed neque currit Ecclesiæ, licet Prælatus alienans sciuerit, quia subducitur omne tempus talis Prælati. Alexan. *conſil.* 9. *Viſo themate, in fi. lib.* 3. vbi plena apostilla *in ver. Prælatura*, dat concord. pro vtraque. † Extende; quia subducitur tempus vacationis Ecclesiæ. 3
Abbas *conſ.* 101. *In quæſtione quæ vertitur, num.* 7. *in fin. ver. tota difficultas lib.* 1. † Amplia, quia tempus vitæ illorum, qui habuerunt malam fi- 4
dem; deducitur ex præscriptione. Calder. *conſ.* 194. alias 4. *de præſcript.* Abb. *conſ.* 101. *n.* 8. *lib.* 1. Ant. de Butr. *conſil.* 45. *num.* 3 *ver non obſtant præſcriptiones & in fi. ver. merito autem.* Abb. *conſil.* 18. *in fi. lib.* 2. *& conſ.* 46. *In quæſtione, in fi. lib.* 2. † Amplia, quia tempus guerræ, vel hostili- 5
tatis subducitur, si tutus non erat accessus. Abb. *conſ.* 101. *num.* 8. *lib.* 1 Anchar. *conſ.* 443. quod est *fi. num.* 14. & est subscriptum à sex Doctoribus, vbi, quod dormit præscriptio tempore magnæ guerræ. Signorol. *conſ.* 131. *num* 3. & alii infra prox. Castr. *conſil.* 116. *In quæſtione, num.* 2. *ver. quarto quia, lib.* 2. Abb. *conſil.* 3 *Nitar. num.* 9. *in ſi ver. & inter cætera, & conſil.* 18. *Primo, quo l communitas, circa fin. verſic. debet tamen, & conſ.* 46. *In quæſtione. in fi. ver aduertendū, lib* 2. Alex *conſ.* 81. *Reuocatur, num.* 7. *lib.* 5. vbi quod tempus hostilitatis, exercitus, schismatis & mortalitatis deducitur.

† Extende, vt idem sit ex eadem æquitate tēpore mortalitatis ge- 6
neralis, & pestilentiæ in loco, quia dormit, & non currit præscriptio. Anch. *d. conſil. fi. n.* 14. Bart. *in l. naturaliter. col. penult. ver. quæro an iſta vſucapio. ff. de vſucap.* Alex. *conſ* 81. *lib.* 5. Corne. *conſ.* 92 *in fi. lib.* 4. Abbas. *d. conſ.* 101. *nu.* 8. *lib.* 1. *& conſil.* 3. *nu.* 9. *in fin. & conſil.* 46. *in fin. lib.* 2. † Declarat Abbas *conſil.* 3. *Nitar. num.* 9 *in ſi. col.* 15. *ver. & inter cætera* 7
ad propoſitum, lib. 2. vt ita demum non currat præscriptio propter bellum, vel mortalitatem, quando est tanta; quod non redditurius. & idem repetit. *conſ.* 18 *Primo, quod communitas, col. pen. ver. debet tamen, lib.* 2. *& conſil.* 46. *In quæſtione, col. penult. ver. quarto quia lib.* 2. † Decla- 8
ra totam istam materiam, quia licet sint deducenda multa tempora, quibus non currit præscriptio, tamen is, qui impugnat præscriptionē debet ipse probare ista tempora, & quæ, & quanta, alias pronunciatur pro præscribente. Alex. *conſi.* 142. *Viſo proceſſu, num* 6. *ver. & non obſtat, li.* 6. vbi dat cautelam ex mente Io. And. vt probare volens præscriptionem non se restringat ad tempus sufficiens præcisum, quando veritas est vltra illud tempus, quia si aduersarius probaret aliquod
tempus deducendum, succumberet. † Extende, quia imo etiam ces- 9
sante bello, & peste subducitur tempus aliquale, donec populus conquiescat. Bald. *conſ.* 358. *verſic. tertio quæritur, li.* 1. † Amplia; quia sub- 10
ducitur tempus quo is, contra quem est præscriptum, non potuit agere. Abb. *conſ.* 101. *num.* 6. *li.* 1 † Amplia, quia subducitur tempus 11
pupillaris ætatis eorum, contra quos prætenditur præscriptum, quia contra pupillum non currit præscriptio ipso iure. Bald. *conſ* 62. *Punctus talis eſt, in princ. li.* 5. Castr. *conſil.* 185. *Notandum eſt, ver. ſecundo loco, li.* 2. vbi, quod licet currat mero iure, subducitur tempus pupillaris ætatis ex tempore longissimæ præscriptionis 30. annorum. † Ex- 12
tende, quia etiam tempus minoris ætatis subducitur ex capite restitutionis in integrum. Vide. *Præſcriptio tollitur per reſtitutionem in integram multis caſibus. concl.* 587. † Amplia, quia subducitur tempus schi- 13
smatis, si erant diuersæ obedientiæ, quia non currit præscriptio contra Ecclesiam Abbas *conſ.* 101. *num.* 8. *li.* 1. Alexan. *conſ.* 8. *Reuocatur.*
num. 7. *verſ. ſentio inſuper. li.* 5. † Extende, quia subducitur tempus se- 14
dis vacantis Abbas *conſil.* 101. *col.* 4. *li.* 1. † Restringe, quia si præ cri- 15
ptio est immemorabilis, non deducitur tempus aliquod. Oldrad. *conſ.*

254. *num.* 18. vbi reddit rationem, quia immemorabile non minuitur per reductionē. † Amplia, quia tempus præparationis subducitur ad fauorem eius, qui se præparat, *l. sciendum. ff. de vsur.* Vide, *Temporis præscriptionis subducitur ad fauorem præscriptionis. Concl.* 31 † Amplia, quia Florentiæ deducitur tempus perditionis actorum, vt *in statuto de curiis leuandis lib.* 2. † Amplia, quia subducitur tempus, quo præscribens de facto & violenter fuit à tertio expulsus de possessione rei, quam præscribere incæperat. Bart. *quæst.* 6. Lap. *numer.* 7. *versic. sexto probatur.* † Amplia, generaliter, quæ tempora debeant deduci ex præscriptione, & quod tempore minoris ætatis, videlicet Florentiæ vsque ad annos 18. Item tempora hostilitatis, mortalitatis, & alia, de quibus per Calcan. *cons.* 3. *num.* 20. *& cons.* 26. *num.* 8. & per Corne. *cons. In præsenti col.* 3. *lib.* 3. prout de bello mortalitate, sede vacante, & aliis temporibus. Abb. *in cons.* 101. *col.* 4. *lib.* 1. † Florentiæ autem præscriptio statutaria 30. annorum demptis feriis, & perditionis actorum, & aliis temporibus ascendit ad annos 35. vt sæpius in Rota fuit calculatum, & sæpissime dictum, † Quod tam de iure communi, quam de consuetudine Florentiæ deducuntur tempora hostilitatis, mortalitatis; & belli, & perditionis actorum, adeo quod 30. anni conficiunt annos 35. † Amplia, in tantum, quod etiam si cucurrisset præscriptio contra absentem, & ignorantem, vel ad fauorem malæ fidei; daretur restitutio in integrum ex capite enormissimæ læsionis, quo casu tempus ad petendum eam est perpetuum. Felin. *in cap.* 1. *de præscript.* Deci. *cons.* 247. *& consil.* 554. Gozad. *consil.* 97. *col. fi.* Soc. Iun. *cons.* 141 *& consil.* 174. *in fi. lib.* 2. † Item da retur restitutio aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ iustæ; vt quia successit in ius alterius. Bar. *in l.* 1. §. *si quis autem. ff. de itin. actuq. priuat.* Alex. *cons.* 150. *lib.* 7. Feli. *in c. vigilanti; de præscript.* Deci. *cons.* 36. *col. fi.* Bald. *de præscript. in* 4. *parte primæ partis princ. num.* 29. † Extende, quia stante statuto (prout Vincentiæ) quod non admittatur accusatio stupri, nec fiat inquisitio, nisi intra annum, quando delictum non est occultum si à principio est occultum, postea fiat publicum, à die, quo innotuit, currit annus, & sic subducitur tempus, quo fuit occultum. Cast. *cons.* 183. *per tot. lib.* 2. *num.* 2.

† Amplia, quia subduci debet ex præscriptione tempus, quo is, qui debuit conueniri, prout Prælatus occupans bona Ecclesiæ, fuit in magistratu, videlicet Vicarius pro Episcopo in loco. vbi fieri debuit iudicium, quia non est conueniens, quod sit pars & iudex. Castren, *cons.* 116. *In quæstione, num.* 2. *ver. quarto quia lib.* 2. † Declara, quia ista deductio non fit ad fauorem existentis in officio cum vtilitate, & honore, quia dicitur absentia voluntaria. Castr. *cons.* 168. *Viso puncto, num.* 3. *lib.* 2. † Amplia, quia Pergami deducitur tempus pestis, & belli pro tempore, quo ius non reddi tum fuit, ita disponente statuto loci, super quo Castren. *consil.* 169. *Viso puncto, num.* 3. *versic. nec obstat statutum, lib.* 2. † Amplia, quia in spolio, vel violentia, quando inducitur vitium reale; subducitur semper tempus eius, qui habuit malam fidem. Castr. *cons.* 317. *Super primo, ver. ad secundum, nu.* 3. *lib.* 2. † Limita, quia non deducitur ex præscriptione tempus vitæ Prælati, qui concessit exemptionem Ecclesiæ, vel loco pio, quia currit continuo. Calder. *d cons.* 193. alias 3. *de præscript.* † Et generaliter, quæ tempora subducantur. Balbus *de præscript. in* 2. *parte* 6. *partis princip.* † Limita, seu restringe, nisi præscriptio sit immemorabilis, quia nullum tempus subducitur. Oldrad. *cons.* 254. *num.* 18. *ver. sed primo opponitur.* † Bona autem; vel mala fides in præscribente, quando præsumatur. Calder. *d. cons.* 194. alias 4. *de præscriptio.* Abb. *cons.* 101. *num.* 8. *lib.* 1. Vide, *Bona fides quando præsumatur in præscribente, vel non. Concl.* 100. † Limita, quia non diminuitur tempus, quod intercessit inter contractum, & ratificationem contractus contra quem est præscriptum, quasi quod ante ratificationem non potuerit agere quia cum esset in facultate sua ratificatio imputatur sibi, & incipit præscriptio à principio contractus. Bald. *consil.* 14. *Punctus, nunquid, lib.* 5. Vide, *Præscriptio non currit multis casibus. Concluf.* 549. Vide, plenius *Præscriptio non habet locum contra eum, qui non potest agere. Concl.* 525.

Præscriptio completa non tollitur ex actu contrario, & quando secus. Concluf. 584.

PRÆSCRIPTIO † quartæ funerum, si est legitime decursa, non cessat per solutionem factam de ipsa quarta post legitimam præscriptionem; nisi pariter solutio ipsa sit præscripta. Lap. *alleg.* 30. *circa fin. sub num.* 10. *ver. an si sit præscripta*, vbi, quod istud procedit in petitorio, secusin possessorio, quia debet manuteneri in possessione soluendi, seu exigendi Ecclesia; & quod præscriptio completa non tollatur per actum contrarium non præscriptum. Franch. *in cap.* 2 *cum de beneficio, in* 3. *not. de præbend. in* 6. † Amplia, quia is, qui præscripsit l bertatem, & subiectionem soluendi certa onera, licet post præscriptionem soluerit semel, non tamen tollitur propterea præscriptio Bald. *ionf.* 400. *Super primo num.* 5. *ver. item super eo, quod, lib.* 4. quod est Bartoli. † Extende, in eo, quia per tempus immemorabile non soluit procurationem, & onera cum aliis Ecclesiis, quia efficitur exemptus, & talis præscriptio habet vim priuilegii, & licet soluerit per annos 12. tamen potest vti præscriptione, quæ non cessat per actus solutionis, nisi per 40. annos fuerit facta solutio. Abb. *cons.* 94. *Videtur, in fi. ver. non obstat, lib.* 1. † Declara quia in iis, in quibus fit mutatio nuda voluntate, vnus actus inducit nouam obseruantiam, in quib. requiritur adminiculum iuris, statur præscriptioni completæ & à iure adminiculatæ, quæ non tollitur per vnum actum contrarium. Bald. *cons.* 401. *Super eo, quod, ver. & notandum est hic, lib.* 4. † Declara, quia per vnicum actum contrarium bene interrumpitur præscriptio, antequam sit completa, secus, quando est completa. Abb. *cons.* 94. *in fi. lib.* 1. † Declara, quia bene ex actibus contrariis, & ipsu de cem annorū currē. consuetudo, sed nō præscriptio, sic distinguit Abbas *d. consil.* 94. *in fin. lib.* 1. † Amplia, quia præsumptio completa, quod interuenerit solemnitas, vel dispensatio ex cursu 30. annorum, vel cursu temporis, non tollitur per contradictionem factā à particulari persona post completam præscriptionem. Peregr. *Fab. decis.* 109. *lib.* 2. *in fin.* quæ duplicatur *decis.* 42. *lib.* 3. & facit, quia præscriptio completa cum bona fide non cessat, licet superueniat mala fides post completam præscriptionem, *c. fin. de præscript.* & quia præscriptione completa acquiritur ius vltimo momento, quod retrahitur ad principium. Angel. *consil.* 318. *in princ.* Zabar. *cons.* 130. *in fin.* † Extende, vt idem sit in consuetudine præscripta, quia non tollitur per contrarios actus, nisi sit præscriptum contra consuetudinem Zabar. *consil.* 131. *in fin.* † Extende, quia ius visitandi præscriptum per inferiorem contra Episcopum non tollitur per vnum actum contrarium factum ab Episcopo, qui visitauit; quia requiritur contrarius præscriptio. Zabarel. *d. consil.* 131. *per tot.* maxime in fine, vbi est talis consilii, vbi dicit hoc procedere, siue fuerit protestatum, siue non. † Amplia, quia prædicta omnia procedunt, quod vnus actus vel plures contrarii præscriptioni facti non tollunt præscriptionem effectuatam, vel consuetudinem præscriptam, nisi iterum præscribatur, etiam si non sit contradictum, neque protestatum per eos, qui præscripserunt. Zabar. *d. consil.* 131. *in fin.* † Amplia, quia interruptio præscriptionis nihil operatur post completam præscriptionem. Gl. *in l. cum notissimi.* §. *1mo C. de præscript.* 30. *anno. & glo. in l. cum quis reo, in ver. iam reuerso. ff. de solutio.* late Boer. *decis.* 333. *Præsuppono, quod epistola, num.* 9. Castren. *cons.* 169. *col.* 2. *ver. nec obstat statutum, lib.* 2. † Limita, quia bene tollitur præscriptio completa per renunciationem, licet futuræ præscriptioni renunciari non possit. Roman. *consil.* 201. *Pro decisione, num.* 3. *in fi. & num.* 4. *ver. tertio principaliter, vbi* apostillæ *in ver. non possit, & in ver. complet* citat concord. & dicit magis * communem, pro quo Feli. *in rubr. de præscript. num.* 11. *& num.* 12.

Præscriptio quando sit priuatiua, vel cumulatiua contra ordinarium. Concluf. 585.

PRAESCRIPTIO † in iis, quæ in solidum possunt pluribus competere, non priuat alium, ad quem de iure competit iurisdictio in solidum, quando pariter ille, qui allegat præscriptionem priuatiuam poterat exercere illos actus, in quibus alter fuit negligens, quæ cum non posset prohiberi præscriptio, non priuat negligentem. Calder. *consil.* 192. *circa med. ver. non obstat, si diceretur*, alias 2. *de præscript. quia reo, in ver. iam reuerso. ff. de solutio.* late Boer. *decis.* 333. *Præsuppono, quod epistola, num.* 9. Castren. *cons.* 169. *col.* 2. *ver. nec obstat statutum, lib.* 2. † Limita, quia bene tollitur præscriptio completa per renunciationem, licet futuræ præscriptioni renunciari non possit. Roman. *consil.* 201. *Pro decisione, num.* 3. *in fi. & num.* 4. *ver. tertio principaliter, vbi* apostillæ *in ver. non possit, & in ver. complet* citat concord. & dicit magis * communem, pro quo Feli. *in rubr. de præscript. num.* 11. *& num.* 12. Roland. à Valle *consil.* 80 *lib.* 2. vbi dicit * communem. Vide, Paulus *negligens præsentare quando perdat, vel non ius patronatus. Concl.* 149. † Amplia, quia ad hoc, vt inferior præscribens iura superioris excludat superiorem, est necesse, quod habuerit inferior possessionem, quasi præscriptam per exclusionem superioris, alias autem sola negligentia, & patientia superioris non excludit eundem scientem, & patientem. Bald. *consil.* 433. *Apulus castrum, in fi. num.* 11. *ver. de quinto.* † Amplia in concessione iurisdictionis factæ per Principem, quia præsumitur cumulatiue, non priuatiue. Roland. à Valle *cons.* 80. *per totum.* † Limita, quando is, qui præscripsit aliquid, non poterat talem actum facere; quia alteri, contra quem est præscriptum, soli cōperebat, & tunc præscriptio nō est cumulatiua, sed priuatiua. Cald. *cons.* 192. *alias* 2. *de præscr. ver. non obstat.* † Limita; quando is, qui præscripsit, prohibuit semel ordinarium, vel superiorem, qui acquieuit prohibenti, quia tunc præscriptio est priuatiua. Roland. à Valle *d. cons.* 80. *num.* 8. *lib.* 2. † Limita, in concessione feudi cum iurisdictione, quia in prima instantia censetur Princeps se ipsum priuare omni iurisdictione. Grammat. *decis.* 30. plene Roland. à Valle *consil.* 48. *nu.* 25. *lib.* 2. Vide, *Iurisdictio concessa an præsumatur cumulatiue, vel priuatiue. Concl.* 556.

Præscriptio ex quibus interrumpatur. Concluf. 586.

PRAESCRIPTIO † interrumpitur, si debitor legat creditori debitum, quia cū cognoscat se debitorē, interrumpitur præscriptio. Bald. *cons.*

Bald. *cons.* 231. *Quidam Riguius, in princ. lib.* 4. Vide, supra, *Præscriptio*
2 *completa non tollitur ex actu contrario, & quando secus. Concl.* 384. † Declara, vt non procedat, quando debitor non legasset debitum vt soluendũ, sed vt solutũ veluti si pater obligatus ad supplementũ legitimæ legaret filiæ vel nepoti ex ea dotes filię datas, p omni legitima, quia nõ
3 fit interruptio. Bald. *d. cons.* 231. *in pr. lib.* 4. † Amplia, quod præscriptio interrumpitur per libellum datum coram vero arbitro, & missionem exequutionis. Oldrad. *cons.* 176. *Factum tale est, in vertice.* † Amplia, quia interrumpitur per litis contestationem, tamen iterum per
4 40. annos à die litis cõtestatæ causatur noua præscriptio, si mala fides non obstat. Angel. *cons.* 299. *Quidam Ciccolus.* Castr. *cons.* 10. *Si vera sunt, numero.* 8. *versic. nec nocet, libr.* 1. *l. fin. C. de præscripti.* 30. *vel.* 40.
5 *annor.* † Extende, quia interrumpitur per litis contestationem, quando litis contestatio in causa requiritur, sed si ex priuilegio causæ non requiritur, interrumpitur per primum actum, qui fit in causa, qu a habet vim contestationis litis. Abbas *dict. consilio.* 3.
6 *Nitar. numer.* 9. *libr.* 2. *versic. præterea cum dict. Regina.* † Et, procedit, quod interrup.io fiat ex contestatione litis, tam in præscriptione litis, tam in præscriptione 10. & 20. annorum, quam etiam 30. vel 40. annorum. Couarr. *d.* 2. *par. relectio. c. possessor, de reg. iur.* §. 12. *nu.* 4. *ver.*
7 *tertia conclusio, cum seq.* † Extende; quia si non potest intervenire litis contestatio, vel propter aduersarii absentiam, vel furoris laborem, cum neminem tutorem, vel curatorem habeat, vel quia in magna cõstitutus dignitate, tunc coram Præside protestetur, & libellum porrigat, & non potest habere Præsidem, faciat coram Episcopo, & si non potest coram Præside, vel Episcopo, coram Notario, & tribus testibus, & habet vim contestationis litis. Abb. *d. cons.* 3. *nu.* 10. *col.* 15. *post*
med. ver. item aduertendum quod, li. 2. Extende, quia interrumpitur etiam per iuramentum, quia habet vim litis contestationis, quod de-
8 clara, vt per Puteum *decis.* 116. *lib.* 1. & habetur *in nouissimis decis. Rotæ*
in 3. *vol. lib.* 1. *decis.* 8. † Restringe, quia litis contestatio coram iudice incompetenti non interrumpit præscriptionem. Abb. *cons.* 19. *Ad hu-*
ius casus, in princ. ver. nec. habet obstare, lib. 2. allegat *l. fi. iuncta glo. C. ne*
9 *de statu defun. glo. in c. vt debitus, de appellat.* † Declara, quia præscriptio non interrumpitur per litis contestationem coram iudice incompetenti, quia nulla est, & nullum producit effectum & sic tanquam ex illo actu ciuili nullo non interrumpitur, sed si fuerunt iura producta, vel facta probatio, seu intimatio talis per quæ constituatur præscribens in mala fide, bene interrumpitur, quia etiam ex actu extraiudiciali inducente malam fidem interrumpitur. Abb. *d. cons.* 19. *nu.* 2. *ver.*
nec obstat, si dicatur, lib. 2. allegat Ant. de Butr. *in c. vt debitus, de appell.*
10 † Restringe, quando litis contestatio fieret post completam præscri-
11 ptionem. Abb. *d. cons.* 19. *in princip. ver. nec obstat, lib.* 2. † Restringe, quãdo actor succubuit in lite, quia nõ interrumpitur. Couar. *in* 2. *par-*
12 *te relectio. cap. possessor, de reg. iur.* §. 12. *nu.* 4. *ver. secunda conclusio.* † Restringe in vsucapione. Couarru. vbi supra *nu.* 4. *ver. Prima tamen.* † Re-
13 stringe, quando litis contestatio fit animo prosequendi litem, secus, si deferatur lis. Couarru. *d. c. possessor.* §. 12. *numer.* 4. *versic. tertio eandem.*
Vide, Socin. *Regul.* 26. *Præscriptio longissimi temporis per litis contesta-*
tionem interrumpitur, vbi ponit tres fallentias, quando desistet aliter, quando fraudulenter, & tertio in præscriptione libertatis, quæ non interrumpitur per contestationem litis. Vide eundem Socin. *Reg. Præscriptio per litis contestationem interrumpitur*, restringit duobus modis, quando agens liti renunciauit, secundo quando egisset ea intentione interrump. nũi præscriptionem, non animo pro-
14 sequendi litem, † Declara, quia ampliatio est de iure ciuili, sed de iure Canonico, quod seruari debet vbique in hac materia, præscriptio semel interrupta per litis contestationem non amplius potest incipere propter titubationem in mala fide. Abb. *cons.* 3.
Nitar. col. 15. *nu.* 10. *ver. item interrumpitur, lib.* 2. & clarius *cons.* 19. *col.* 2.
15 *ver. ex tertio. lib.* 2. † Amplia, vt etiam per citationem interrumpatur præscriptio, quod intellige, si citatio emanauit coram iudice competenti, & super re præscriptibili in iudicio deducta, alias secus, Oldrad.
cons. 254. *ver. quarto opono. num.* 16. Angel. Aret. *cons.* 68. *Lancellottus,*
16 *nu.* 12. *& seq. ver. quarto etiam.* † Imo etiam si citatio, & libellus sit nullus, sic constituit in mala fide citatum; vel reum; interrumpitur. Fel. *in*
c. illud, n. 6. & 7. *de præscr.* non propter actum, sed propter malam fidẽ.
17 † Imo, q̃ valeat interruptio præscriptionis facta per citationẽ in locoalienæ iurisdictionis, quando debitor promiserat vbiq; posse conue-
18 nieri, & si non constat de commissione iudicis, sed de sola relatione nuncii. Bald. *cons.* 299. *Proponitur quod iam sunt. lib.* 2. † Et quod sola ci-
19 tatio sufficiat, Crot. *cons.* 71. *n.* 23. † Extende, quia & præscriptio stautaria interrumpitur per citationẽ legitimam contra citatum, secus
20 est contra aliũ. Bal. *cons.* 285. *Super primo. nu.* 6. *ver. super quinto, li.* 3. † Et sufficit tam citatio verbalis, quam realis, prout captura. Angel. Areti.
cons. 68. *Lancellottus, n.* 12. *& seq. ver. quarto etiam.* Alex. *cons.* 138. *n.* 6. *ver.*
21 *quidquid, lib.* 2. † Extende, quia præscriptio interrumpitur etiam per citationẽ præsumptam, puta ex missione in possessionem ex primo decreto, quia talis missio non potuit fieri, nisi prævia citatione. Rom. *cons.* 38. *n.* 2. *ver. circa secundũ*, cuius dictum * communiter teneri dicit * ibi apost. *in ver. interruptam.* † Declara quia sola citatio nõ inducit in- 22
terruptionẽ contra præscribentẽ cum titulo; & bona fide alias si est præscriptio odiosa, sufficit. Vide Fel. *in c. illud, per tot. n.* 2. *& seq. de præscrip.* † Declara secundo, quia licet sola citatio tollat præscriptionem 23
longissimi temporis, & etiã longã, quæ subrogatur loco longissimæ, tamen quando est longa, puta 10. vel 20. annorum cũ titulo, requiritur litis contestatio de iure ciuili, de iure vero canonico sufficit citatio late Apost. ad Rom. *cons.* 38. vbi dicit * communem. *in ver. longi*, & *in* *
ver. interrumpi, vbi citat plures concor. & idem etiam dicit Roma. *d.*
cons. 38. *n.* 2. *vsque in fi.* † Et quod de iure ciuili ad interrumpendã præ- 24
scriptionẽ cum titulo, & bona fide, videlicet decẽ annorũ inter præsentes, requiratur litis contestatio. Alex. *cons.* 100. *Discussis, n* 4. *ver ad*
quod ostendendum, lib. 5. † Declara, quia licet requiratur litis contesta- 25
tio, quando agitur dẽ interruptione præscriptionis cũ titulo, & bona fide, tamen in causa summaria sufficit citatio, quia non requiritur litis contestatio. A fin. *in præxi iudiciali.* §. 3. *cap.* 4. *nu.* 2. † Et idẽ, quando 26
fuit contumax, quia si is habetur pro contestata in præiudic ũ contumacis, tunc sufficit citatio & contumacia citati. Bal. *de præscrip. in* 3.
parte sextæ partis pr. q. 49. *n.* 32. † Restringe, quia interrũpitur per cita- 27
tionem, quando cõtinet citatio insertũ libellũ, alias non. Fel. *in c.* 1. *de*
libelli oblat. n. 2. *ver. primo fallit.* † Amplia vt interrumpatur per actum 28
contrarium; nã præscriptio status mendicantium non procedit, si religiosi præscribentes fecerunt interim actus cõtrarios mẽdicitati, puta bona, & possessiones retinuerint. Lap. *a leg.* 45 *in fi.* & in simili, q̃
requiratur contrarius vsus ad interrũpendam præscriptionẽ. Calde.
cons. 41 *in fi.* est 3. *de consuet.* † Declara, quod præscriptio non inter- 29
rũpitur per non vsum simpliciter, sed requiritur contrarius vsus ad hoc, vt interrupta dicatur. Cald. *cons* 41. *in fi ver. ad aliud vero, n.* 3. alias
est 3. *de consuet.* † Amplia, quia præscriptio interrumpitur per prote- 30
stationem præscribendi factam ab eo, contra quẽ præscribitur. Cald.
cons. 196. alia. 6. *de præscr.* † Amplia, quia præscriptio interrũpitur per 31
missionem exequutoris. Bal. *cons.* 74. *Præscriptio siue de iure, li.* 4 † Cõ- 32
trarium renet Castr. *cons.* 10. *Si vera sunt, n.* 8. *ver. nec nocet, li.* 1. vbi quod
per missionẽ in possessionem ex primo decreto non interrũpitur præscriptio. † Declara quia in casibus, in quib. sola citatio interrũpit; ẽ 33
missio ex primo decreto, vel exequtoris sufficit. Fel. *in c. illud n.* 14. *de*
præscr. † Amplia, quia præscriptione interrupta non cessat interruptio 34
licet instantia deferatur. Cuma. *cons.* 93. *Visa supradicto casu, circa med.*
ver. & quãuis expirasset. † Amplia, quia solutione partis & ad bonũ õ 35
putum interrũpitur. Fulg. *cons.* 205. *in fi.* vbi dicit procedere et ãsi vnus correus soluat, quia ẽt quoad aliũ interruptio fit † Extende, vt i- 36
mo solutione partis simpliciter interrumpitur præscriptio quoad reliquũ, ideo emphyteuta debens 16. staria frumenti pro canone, si soluat solũ 12. per 40. annos singulo anno, non præscribit reliquos quatuor restantes; Fulg. *cons.* 234. *Dominus Iacobus. in pr.* † Amplia, quia v
bicunque superuenit mala fides ante cõpletam præscriptionẽ, inter- 37
rumpitur præscriptio. Francis. Balb. *de præscr. in* 3 *parte in materia bonæ*
fidei, quæst. 7. *n.* 3. *& seq.* secus, si mala fides superueniat finita præscriptione quia nihil refert. Abbas *cons.* 19. *col.* 2. *ver. ex tertio, li.* 2. † Con- 38
trarium, quando à principio præscribens fuit bonæ fidei Bald. *cons.*
20. *n.* 3. *ver. æstimatio au. ẽ, lib.* 5. † Declarat Abbas *cons.* 3. *Nitar nu.* 10. *col.* 39
15. *ver. præterea de iure Canonico, li.* 2 vbi quod ampliatio procedit de iure Canonico, vt superueniente mala fide, vel scientia rei alienæ quãdocunq; ante cõpletã præscriptionem interrumpatur Abb *cons.* 19. *n.*
2. *li.* 2. † Declara quia mala fides naturalis, & vera superueniẽs inte- 40
rũpit præscriptionẽ, in tantũ quod superueniente bona fide; debet incipi de nouo toto præscriptio, neq; fit accessio tẽporis præteriti cum bona fide tempori, quo superuenit bona fides, si vero est mala fides præsumpta, seu ex modico dubio, non interrumpitur. Couarru. *in* 2.
parte relectio. cap. possessor, de reg. iur. §. 12. *n.* 2. † Amplia quia excõmuni- 41
catio in bulla, *Cœnæ Domini* quam Papa publicat die Iouis Sancti, interrumpit præscriptionẽ eorum, qui possident res Ecclesiæ Romanę.
Fel. *in c. cum non liceat, de præscr. col. fin.* † Contrarium Couar. *in* 2. *parte* 42
relectio. c. possessor, de reg. iur. §. 12. *n.* 5. *ver. ius adiciendum*, vbi quod solum interrumpit, quando fit in specie; vel habet locum contra illos, qui sunt in mala fide, secus, si in bona fide. & allegat Ruin. *cons.* 37. *n* 12. *&*
17. *lib.* 4. † Amplia, quia tollitur, seu interrumpitur præscriptio in to- 43
tũ, si pars totius solutur post cæptã præscriptionẽ, etiã quoad residuũ non solutũ, quando est pars ejusdẽ summæ, secus si diuersa. Roman.
cons. 165. *In causa præmisso, nu.* 4. *ver. præmissis tamen.* † Extende, quia 44
sciens sibi deberi totum, & recipiens partem, ex receptione partis conseruat ius solidæ obligationis pro toto. Roman. *consil.* 198. *Non*
est dubium; in fi. ver. & facit, vbi apostilla *in ver, si prius*, dat concord. & dicit * communem, & veram opinionem.

Amplia

45 †Amplia, quia in incorporalibus, in quibus requiritur scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, dato; quod adfuerit, & cæpta sit præscriptio, si antequam sit finita, contradicit, interrumpitur præscriptio. Alex. *consil.* 108. *In causa & lite, n.* 5. *& n.* 8 *ver. vltimo respon-*
46 *deo, lib* 2. † Amplia, quia per innundationem totalem bonorum facta à flumine interrumpitur præscriptio cæpta ita, quod de nouo oportet inchoare præscriptionem, & complere. Alex. *consil.* 177. *In causa, & lite, n.* 10. *ver. per ipsam inundationem, lib.* 6. allegat *l.* 3. §. *Nerua fi-*
47 *lius. ff. de acquir. possess.* vbi Bart. & alii. † Limita, quia præscriptio cõpleta census non interrumpitur, licet venditor rei, super qua erat census præscriptus, in venditione apponat pactum soluendi censum
48 Bald *consil.* 313. *Ponitur, quod antiquitus, per tot. lib.* 3. † Limita, quia in possessione acquisita per conductorem ex denegatione solutionis pensionis non interrumpitur, licet locator extraiudicium interpellet ad soluendum, quia non propterea possessio desinit esse pacifica, nisi in iudicio fiat requisitio. Castre. *consil.* 298. *Ad primum, col.* 2. *in pr.*
49 *lib.* 2. *ver. per illam etiam extraiudicialem.* † Limita, quia præscriptio, vel possessio præscripta per primogenitum non interrumpitur, licet alii fratres primogeniti possederint officiales, vel possederint cum primogenito, quia requiritur, quod expresse dixerit se facere iure suo, alias præsumitur iure familiaritatis fuisse admissum. Castren. pulchre *consil.* 179. *In causa quam magnificus, col.* 4. *circa med. ver. item non obstat,*
50 *lib.* 1. † Limita quia non interrumpitur per interpellationem, citationem, vel protestationem generalem, & incertam. Alexan. *consil.* 89. *Excellentiss mi. num.* 16. *& seq. ver. nec iis obstat, lib* 5. Vide, *Statutum*
☞ *circa præscriptionem interrumpendam quando habeat locum. Concl.* 634. Vide; *Possessio iure famil iaritatis quæ, & quando dicatur. Concl.* 411.

Præscriptio tollitur per restitutionem in integrum multis casibus. Conclus. 587.

1 PRAESCRIPTIO † non lædit minorẽ; quia quatenus præiudicat debet restitui in integrum. Bald. *in consil.* 4. *Factum tale est, quidam*
Lucius, qui loquitur pro eo, qui erat in 28. anno, vt præscriptio contra eum 30. annorum non currerit, quin sit restituendus. Fulgo. *consil.*
2 205 *in fin.* vbi qud debet restitui minor. † Imo contra pupillum non currit præscriptio ipso iure. Bald. *consil.* 62. *Punctus talis est, lib.* 5. *in pr.*
3 † Amplia quia restitutio dicitur ignoranti, vel impedito agere iusto impedimento aduersus præscriptionem 40. annorum, plene Alex.
consil. 169. *Viso themate supradicto, à num.* 9. *ver. plus dico, vsque. ad fi.* v-
* bi, *num.* 15. *ver. non obstat,* dicit * communem, *li.* 2. Fulgo. *consil.* 214.
* *in fi. ver. sed ex ratione,* vbi dic * communi, & communem etiam dicit
Alexan. *consil.* 84. *nu.* 2. *in fin. ver. præterea videmus, & num.* 3. *lib.* 1. vbi
4 apostilla *in ver. ignorantiæ.* † Contrarium, quod procedat solum in præscriptione longa. & longissima 20. vel 30. annorum videtur te-
☞ nere Alex. *consil.* 71 *Videretur, num* 3 *lib.* 1. Vide alios infra *num.* 16. *ver.*
5 *contrarium.* † Extende, quod detur restitutio aduersus præscriptionẽ 40. annorum, quando petens succedit in ius alterius, quia cum habeat præsumptam ignorantiam, debet restitui. Alexan. *consil.* 84. *In*
6 *causa vertente, num* 2. *ver. tertio, quod dicimus, lib.* 1 † Extende, quia datur restitutio aduersus præscriptionem 40. annorum ei, qui non potuit agere, siue fuerit impedimentum iuris, quia suspensa erat actio vel non nata, siue facti, quia ignorabat competere. Alex. *d. consil.* 84.
7 *num.* 2. *ver. nec obstat lib* 1. † Extende, quia vbicunque præscriptio currit ignoranti, semper datur restitutio. Bald. *consil.* 325. *nu.* 2. *ver. item dicit*
aliquis, lib. 1. Angel. *consil.* 196. *in fin* Fulgo. *consil.* 234. *col. pen. ver. nouissi-*
8 *me* Alex. *consil.* 71. *num.* 2. *& 3. & per tot. lib.* 1. †Extende, quia datur etiam incidenter restitutio ex capite ignorantiæ per modum replicationis, vel per modum excipiendi. Alex. *consil* 71. *per tot. num.* 2. *& 3.*
9 *lib.* 1 † Declara, quia restitutio non datur aduersus præscriptionem longissimi temporis etiam hæredi. quia debuit se informare. sed be-
10 ne datur per modum excipiendi. Castr. *consil.* 168. *num.* 3. *lib.* 2. † Extende, etiamsi præscriptio sit inducta à statuto, quia recipit passium interpretationem à iure communi, in quo datur ignoranti restitutio
in integrum. Angel. Aret. *consil.* 68. *Lancellottus, num.* 11. *seq. ver. tertio*
11 *respondet.* † Extende, etiam contra emptorem bonæ fidei, quia si quis me ignorante emat bona mihi obligata, licet præscribat decennio inter præsentes, tamẽ datur mihi restitutio aduersus præscriptionem
12 Fulgo. *consil.* 214. *Titius obligauit; in fi.* † Amplia, quia præscriptio licet currat durante bello, tamen datur restitutio, ei qui passus est præscriptionem propter bellum. Signorol. *consil.* 70. *In quæstione vertente*
13 *num.* 22. † Amplia, quia restitutio datur aduersus præscriptionem ei, qui læsus est enormissime, & habuit iustam causam ignorãtiæ. vt quia successit in ius alterius, & tempus est perpetuum supra *Conclus* 583. *n.*
14 22. *ver. Amplia.* † Amplia, quia vbicumq; præscriptio aduersus non adeuntem intra 30. annos currit, non obstante ignorantia non adeuntis datur sibi restitutio in integrum ex clausula, *si qua mihi iusta causa.*
Specul. *tit. de præscriptio.* §. 1. *ver. pone colonus* & est communis * opinio,
vt attestatur Socin. *in l. cum filius.* §. 1. *ff. de verb. oblig.* Alex. *consil.* 94.
Deci. *consil* 303. *col.* 2. † Extende, vt detur restitutio nedum adversus
præscriptionem 30. sed etiam 40. annorum. Cravet. *de antiq. temp.*
4 *parte nu.* 44. & magis * communem dicit Bald. *tract. de prescrip.*
quartæ partis princ. quæst. 29. *numer.* 7. Tiraqu. *de retract. conseng.* §. 19.
glo. 4. *nu.* 43. Natta *consil.* 62. *num.* 38. Cephal. *consil.* 180. *nu.* 29 Surd.
in suis *communibus opin. num.* 217. † Contrarium, quod tamen
norum præfert securissimam defensionem; seu plenissimam secun-
tatem, est tex. *in l. omnes. C. de præscript.* 30. *vel.* 40. *an or.* Dec. *consil.*
29. cum aliis relatis per Boer. *decis* 39. plures citat Cravet. *de antiq.*
temp. in 4. *par. num.* 44. Roland. à Valle *consil.* 3. *num.* 9. *vol.* 1. Bertrand. *decis.* 69. *in princ.* Soc. Iun. *consil* 145. *nu.* 77. *lib.* 1. † Declara, quæ
prima opinio est magis * communis, quod detur restitutio, seu in
eo casu, quando lapsi sunt 40. anni, non sufficit allegare ignorantiam
& probare per iuramentum, sed debet aliter probari, quia tunc
præsumitur per tantum spatium temporis, iusta not. *in cle. nu. de rel.*
& per glo. *in c. proposuisti.* 87. *distinct.* cum aliis allegatis per Cravet. *de*
antiquit. temp. in 4. *parte num.* 62. vbi, quod debet aliter probari, dum
declarat Abbas *consil.* 18. *num.* 5. † Restringe, quia ignorantia non dat
restitutionem in integrum, quando lapsi sunt 30. anni de quibus C. ne.
consil. 224. *lib.* 4. Socin. Iun. *consil.* 215. *num* 43 *li.* 2. *& consil.* 6. *nu.* 34. *li.*
† Amplia, in Ecclesia, quæ restituitur aduersus præscriptionem quadraginta annorum, etiam si lapsum esset quadriennium post quinquaginta annos, si modo Prælati Ecclesiæ plures mutati sint, plene Alex.
consil. 150. *Viso themate, nu.* 2. *& seq. ver. circa aliud dubium, li.* 7. vbi dicit
magis * communem. † Limita, quia restitutio non datur aduersus
quadriennium, quia datur hic terminus minoribus, & aliis, quod
declara, prout *in ver. Restitutio in integrum datur maiori ex clausula, si qua*
mihi iusta causa. Conclus. 289. Vide, *Præscriptio non currit ignoranti, &*
quando secus. Concl. 526.

Præscriptio non cessat, licet titulus exhibeatur magis strictus, & quando secus. Concl. 588.

PRAESCRIPTIO † probata non tollitur, licet sint productæ privilegia magis stricta, quam sit probatio præscriptionis nisi habeat
priuilegia taxatiua. Oldrad. *consil.* 172. *in fine, ver. post omnia* † Amplia,
vt præscriptio procedat, etiam si exhibeatur titulus nullus, dummodo sit à superiore, cui credi poterat. Calder. *consil.* 271. *alias* 9. *de re-*
bus Eccle. non alien. vbi, quod licet Abbas exemptus non possit vendere
Ecclesiam sibi subiectam sine Episcopo, & sine solemnitatibus, quia
est alienatio, si tamen vniuit, præbet causam præscriptionis. † Limita,
quando titulus esset taxatus, & limitatus. Oldrad. *consil.* 172. *in fi. vers.*
post omnia. Gemin. consil. 96. *num.* 4. *ver. quoad secundum.* † Limita, quando titulus esset nullus, & super eo fundaretur præscriptio, vel si
monachus donasset bona monasterii etiam de licentia sui superioris,
quia centenaria præscriptio non sanat vitium, quando titulus exhibetur nullus. Petr. de Anchar. *consil* 82. *num.* 7. Vide, *Taxatiua non sub-*
intelligitur in dispositione. & quando secus. Concl. 24.

Præscriptio interrupta quoad principalem non est interrupta quoad fideiussorem, & alios, & quando secus. Conclus. 589.

PRAESCRIPTIO † interrupta quoad tutorẽ; qui agnouit dictum
tutelæ in iudicio non citato fideiussore, non inducit interruptionem quoad fideiussorem, Angel. de Perusio *consil.* 32. *Quidam in-*
dreas, per tot. vbi allegat pro vtraq; parte, & hanc tenet Alex. *consil.*
Super eo, de quo, in princ. li 7. vbi allegat glos. *in l. cum quis.* §. *si quis*
reo, in ver. præterit ff. de solut. quam dicit * communiter teneri. † Amplia, quia præscriptio interrupta per vnum ex tutoribus non interrumpit quoad alios contutores, licet æquiparentur tutores plantis
correis. Castr. *d. consil.* 236. *Visis supradictis, col. pen. ver. item tu enim a-*
ctitatum, vsque in fi. li. 1. vbi dicit esse tex. mirabilem *in l. si pupillus. ff. ad*
admin. tut. vbi Bart. post glos. & sic dicit colligi, quod tutores plantæ
dicuntur correi quoad quid, non quoad omnia, & hanc veriorem dicit Alex. *d. consil.* 98 *num.* 2. *ver. plus videmus, li.* 3 † Contrarium tenet
Bart. *in l. cum quis,* §. *si quis pro reo; ff. de solutio.* † Declarat Alex. *d. cons.*
98. *num.* 2. *li* 7. quod licet Bart. in hoc fuerit sibi contrarius, & vera
sit prima opinio, tamen contrarium potest procedere, quia duo, vel
plures tutores æquiparantur duobus, vel pluribus reis, quia quilibet
tenetur insolidum, nisi opponant de beneficio diuisionis in casibus
in quibus eis competit. † Amplia, quia interruptio præscriptionis lo-
cta in actione personali contra principalem non habet locum contra
reliect. cap. possessor, de reg. iur. §. 12. *num.* 8. *ver. est praterea.*

7 † Amplia, quia is, qui egit possessorio contra præscribentem, & obtinuit etiam, interrumpit præscriptionem quoad petitorium, ex quo possessio auferetur à præscribēte, nisi esset finita, & vellet, vti iure suo præscripto in petitorio, si vero agens succubuit, & postea agat petitorio, tempus decursum durāte iudicio possessorio potest vniri ad præscriptionem perficiendam. Couarr. vbi supra *in fi. num. 8. versic. illud vero.*

8 † Amplia, quia præscriptio interrupta quoad vnum cohæredem, nō nocet aliis cohæredibus non citatis, quia interruptio ciuilis, qua est illa, quæ fit per iudicium motum, non operatur vltra personam contra quam facta est, glo. *in l. 1. in ver. viginti annis. C. de præscript. long. tempor.* Alex. plene *cons. 98. Super eo de quo. in princ. & per tot. li. 7.* † Extende, vt idem sit in pluribus tertiis possessoribus, quia licet possideant pro indiuiso rem obligatam actori, & possint conueniri hypothecaria tanquam possidentes; quia hypothecaria est actio realis, tamen contra possidentes nulla cōpetit actio personalis, nisi inter eos præcesserit contractus, vel obligatio, ideo interruptio ciuilis facta contra vnū solum, etiam, si se obtulit liti, & fecit se possessorem, non præiudicat aliis non citatis. Alex. plene *cons. 98. nu. 2. & seq. li. 7.* vbi tollit contraria, quod non obstat, quod se obtulerit liti tanquam possessor, quia debuit actor se informare, & non credere, quod non erat, quia dolus suus tertio non debet obesse, sed sibi; item non obstat, quod possidentes pro indiuiso habent partem in qualibet parte, & cespite, quia per hoc non tollitur, qtn quilibet dicatur habere suam partem iuris intellectu, licet oculo corporali non discernatur, & per totū consiliū

10 tollit alia contraria, quæ videas. † Declara totā istam materiam, quia ampliationes procedunt in interruptione ciuili, quæ est per motionē iudicii; quia contra vnum facta non nocet alteri, secus est in interruptione naturali, quia bene facta contra vnum nocet omnibus, ita Alex. *d. consil. 98. in pr. lib. 7.* allegat *l. naturaliter. ff. de vsucap.* † Restringe, quia si cohæredes, vel communes possessores subornassent illum solum, qui litem susceperit, vt solus susciperet iudicium, vel etiam aliquo modo essent doli ipsius participes, tunc noceret omnibus, ita apost.

12 ad Alex. *d. consil. 98. in ver. quod non. lib. 7.* † Limita in duobus reis, quorum obligatio ex eadem radice descendit. Ang. *d. cons 32. in fi. ver. non obstat l. fi.* Fulgo. *cons. 205. in fi.* vbi loquitur in duobus reis insolidum obligatis, concor. Castr. *cons. 236. Visis supradictis. in princ. & col. penul. circa fin. ver. item iudicium, lib. 1.* Alex. *cons. 98. in princ. lib. 7.* alle-

13 gat *l. fi. C. de duobus reis.* † Extende, quia imo præscriptio interrupta quoad hæredem vnius ex correis dicitur interrupta quoad aliū correum. Castr. *consil. 169. Viso puncto, ver. nec etiam obstat; nu. 3. in fi. lib. 2.*

14 † Declara, quia si is, qui interrupit præscriptionem quoad vnum ex correis, succubuit in illo iudicio, ista interruptio non potest nocere correo; ex quo interrumpens succubuit. Castr. *d. cons. 169. nu. 3. in fi.*

15 *lib. 2.* † Limita quoad moram, ex qua causatur interitus rei, quia mora principalis nocet fideiussori. Angel. *d. cons. 32. in princ. & in ver. non*

16 *obstat l. mora.* † Limita quia præscriptio interrupta quoad non citatum non præiudicat. Vide, *Sententia non præiudicat nō citato. Concl. 176.*

Præscriptio semel interrupta an possit iterum inchoari, seu introduci. Concl. 590.

1 * PRAESCRIPTIO † semel interrupta non potest amplius introduū secundū * communē, de qua Couarr. *in 2. parte relectio. cap. pos-*

3 *sessor. §. 12. num. 6. & seq. ver. quid igitur respondendum erit.* † Declarat idem Couarru. *d. 2 parte relect. c. possessor, de reg. iur. §. 12. n. 7.* procedere, quando perseuerat mala fides, alias si bona fides supervenit, incipit nouā præscriptio ex toto, & integro tempore 40. annorum tam in

3 realibus, quam personalibus. † Restringe, quia is, qui cæpit præscribere, si interrumpitur præscriptio propter inundationem aquarum, debet incipere nouam præscriponem. Alex. *cons. 177. In causa, & lite, num. 10. ver. ipsam inundationem. lib. 6.*

Præsentatio quid sit, & quid comprehendat, & importet. Concl. 591.

1 PRAESENTATIO † est præsentialis. & personalis exhibitio, ideo debet fieri de persona, quæ sit præsens, alias non valet, nisi per superiorem habentem notam personam admitteretur. Abb. *cons. 76. n.*

2 *2. ver. in tertio dubio, lib. 2.* † Et præsentatio dicitur quoddam inchoamentum ad institutionem obtinendam. Abb. *cons. 76. num. 3. versic. confirmo prædicta. lib. 2.* vbi quod totale ius transfertur circa spiritualia per institutionem, & vide Calde. *cons. 161. alias 6. de probatio.* vbi, quod. institutio non probat præsentationem, sed illam præsupponit † Am-

3 plia quia institutio est pars præsentationis, & confirmatio est pars electionis. Cald. *cons. 142. circa fin. ver. relinquitur ergo* alias *3. decausa poss.*

4 † Præsentatio tamen largo sumpto vocabulo dicitur electio, vnde patroni laici, qui habent ius præsentandi largo modo, dicuntur habere ius eligendi. Cald. *cons. 194. circa fin. num 2. ver. item si electores,* alias *2. de rer. permut.* † Imo, quando præsentatur persona absentis, di- 5
citur proprie electio, ideo patroni non satisfaciunt eo casu, si dicantur præsentasse, si superior resistit, communem, * dicit Abb. *dict. cons.* *
76. n. 2. ver. in tertio, lib. 2. † Et ex præsentatione sequuta institutione 6
acquiritur, & probatur possessio iuris patronatus. Abbas *cons. 54. Videtur primo, num. 2. lib. 1.* allegat *c. consultationibus, de iure patron.* † Am- 7
plia, quia præsentatio, est fructus præsentationis seu iuris præsentādi; &ideo pertinet ad possessorē, nō ad proprietariū. Abb. *d. cons. 54. n. 2.*
† Extende, in tantū præferendū possessorem in iure præsentandi, vt 8
excludat proprietarium in possessorio. Abb. *d. cons. 54. num. 2.* † Re- 9
stringe, quando præsentatio esset facta ab vno ex compatronis, quia talis possessio iuuat omnes patronos, si non constat, quod animo præiudicandi aliis patronis. Abb. *d. cons. 54. col. 2. ver. nec obstat si dicatur, lib. 1.* † Adde tamen, quod consensus patroni est loco præsenta- 10
tionis, Roma. *cons. 356. num. 9.* Deci. *consil. 172. num. 1.* Gabriel. *cons. 192. in fi. li. 2.* † Sic etiam consensus domini directi præstitus emphy- 11
teutæ habetur pro inuestitura. Vide, *Emphyteusis. Concl. 184. nu. 7.*

Præsentatio vt valeat, quæ requirantur. Concl. 592.

PRAESENTATIO † ad hoc vt valeat, debet fieri à maiore septen- 1
nio, quia sicut contrahuntur sponsalia inter Ecclesiam, & præsentatum, ita debet præsentans esse habilis ad contrahendum spōsalia. Lap. *alleg. 8. num. 2. & alleg. 76. casus talis, num. 4. ver. hinc est quod inter.* † Contrarium, quod non contrahantur etiam sponsalia inter 2
præsentatum, & Ecclesiam, tenet Lap. *decis. 8.* Vide infra, *Præsentatio requirit institutionem superioris. Concl. 594.* Vide, *Patronus impubes an* ☞
præsentare possit, & quando. Concl. 141. † Declara, quia pupillus potest 3
præsentare, sed non eligere, quia inter præsentatum non contrahuntur sponsalia cum Ecclesia; sed bene inter electum, & Ecclesiam. Vi- ☞
de, *Præsentatio, & electio in quibus differant. Concluſ. 598.* † Amplia, quia 4
debet fieri intra tempus datum ad præsentādum, videlicet laico quatuor mensium, clerico sex mensium, & idem, si coniunctum competcleticis; & laicis. Feder. de Sen. *cons. 65. num. 2. ver. ad id, quod sexto loco.* Vide, *Patroni intra quantum tempus debeant præsentare. Concluſ.* ☞
147. † Amplia, quod præsentatio facta intra tempus debitum per pa- 5
tronum in absentia superioris, qui debet instituere, non valet nisi actualiter fiat coram ipso superiore per ipsum patronum intra tempus debitum. Io. Andr. *in c. fi. de iure patro. in ver. præsentatio.* Compostel. & Archid. *in c. 1. de præ. in 6.* Feder. de Sen. *cons. 104. Primo quæritur, in fin.* Lap. *alleg. 76.* qui istos allegat in principio, dum hanc partem disputat. † Contrarium, quod imo sufficiat præsentatio facta per pa- 6
tronum in præsentia superioris per instrumentum, vel litteras, dummodo instrumentum, vel litteræ realiter præsententur superiori intra tempus datum ad præsentandum, tenet Lap. Abb. *in clem. vnica. §. præsentatos,* vbi etiam glo in ver. *litterarum, de excessib. prælat.* per illum tex. quem refert; & sequitur tenendo hanc partem Lap. *alleg. 76. casus talis, ver. sed prædictis omnibus non obstantibus, num. 4 vsque per totum* vbi, quod Florentiæ ita fuit longa obseruatione obtentum, & ita sequitur Lap. & distinguit Franch. *in c. 1. §. verum in princ. de iure patro.* & sunt intelligendi alii supra allegati non tanquam contrarii, sed ita declarandi, quod sufficiat præsentatio litterarum, Rota *in nou. decis. 3. de iure patro.* quæ est 211. incip. *non sufficit patronis.* & ibi apostilla fi. & quod patroni absentes per litteras, vel nuntium possint præsentare clericum præsentem, tenet Abb. *cons. 76 ver. in tertio dubio,* qui pro ista parte allegat Card. Zabar. *in c. sane, de iure patr.* dicentem Io. And. Abb. antiq. & Lap. ita consuluisse, quod consil. Abb. est *lib. 2.* † Am- 7
plia, quod præsentatio debeat esse de persona presente, quæ si est absens, saltem intra tempus datum ad præsentandum acceptare debeat alias non valeret, sic videtur velle Rota *d. decis. 3. de iure patro. in nouis.* alias 211. *ver. respondebatur,* & apertius dicit Lap. *d. alleg. 76. n. 6.* ex mēte Lap. Abb. *in clem. 1. de iure patron.* quem allegat, & sequitur. † Cō- 8
trarium, quod nullo modo valeat præsentatio facta de absente, tenet Abb. *d. cons. 76. n. 2. ver. in tertio dubio, lib. 2.* qui hoc limitat, nisi superior admisisset, & sic intelliguntur contraria, vbi attestatur de cōmuni. & loquitur, etiam si fiat de procuratore absentis, quia non valet, ex quo præsentare idem est, quod personaliter exhibere. Vide, *Præ-* ☞
sentatio quid sit, & quid comprehendat, & importet. Concl. 591. † Declara, 9
quia sequuta institutione valet præsentatio de absente facta, quando ordinarius habet notum præsentatum, & tanquam idoneum admisit. quia sufficit acceptatio per procuratorem, alias secus ita declarat idem Abb. *d. cons. 76. n. 2. ver. in tertio dubio, vsque in fi. lib. 2.* † Declara, 10
quia quod dicitur, non valere præsentationem factā patronis de clerico absente, debet intelligi, si superior resistit. Abb. *d. cons. 76. col. 2. n.*
2. ver. in tertio, li. 2. † Extende ampliationem, vt nec valeat consuetu- 11
do, quod

do, quod clericus absens possit præsentari. Abbas *d. consil. 76. col. 3. nu. 2.*
12 *ver. & ob hoc, lib. 2.* † Restringe, nisi superior haberet notam personam præsentati absentis, quia posset admittere, quia ex alia ratione non excluditur; nisi quia debet superior scire, an sit idoneus, quæ cessat
13 hoc casu. Abbas *d. consil. 76. col. 3. ver. sed in casu nostro, lib. 2.* † Imo eo ipso, quod superior admisit præsentationem absentis, præsumitur habuisse notam personam præsentati, & valet à fortiori, quia si valet collatio facta absenti, multo magis præsentatio admissa pro absente, ex quo minus ius transfertur, seu confertur ex præsentatione, quam ex collatione. Abbas *d. consil. 76. num. 3. ver. confirmo prædicta. lib. 2.*
14 † Amplia, quod non valet præsentatio facta per patronum etiam coram superiore, nisi exprimat personam præsentandam, quia si diceret, tanquam patronus præsentat, non valet præsentatio. Guil. de monte Laud. *in clem. 1. de iure patron.* quam sequitur Lap. *alleg. 76. nu.*
15 *2. ver. eodem modo.* † Amplia, quia debet fieri præsentatio de vacanti, quia sicuti vacaturum non potest conferri, ita remissio vocum non potest fieri per patronos beneficio nondum vacante. Feder. de Sen. *consil. 75. circa fin. ver. ad id, quod subsequenter.* Rom. *cons. 465. In re præsenti, circa fin. ver. primo quia* vbi apostilla *in ver. nulla,* dat concord. & dicit Rom. ibi; quod mutatio voluntatis patroni non facit mutatio-
☞ nem Rectoris beneficii. & ibi alia apostill. in *ver. mutationem,* Vide, *Collatio vacaturi an possit per Episcopum committi, vel non. Concluſ. 432.*
16 † Extende, quia neq; valet præsentatio ad beneficium, quo aliquis est priuandus, quia pendet lis super priuatione. Rom. *d. cons. 465. in*
7 *fi ver. secundo quia.* † Declara, quia si beneficiatus esset priuatus ipso iure, licet de facto insistat in possessione, sicuti potest beneficium cõferri, ita etiam potest alius præsentari à patrono, & valet præsentatio secus, si esset priuandus, quia non valet præsentatio. Roman. *d. cons.* 465 *in fi.* vbi allegat Rotam *in antiq. decis. 9. de iure patro.* quæ idem di-
18 cit, & apostil. fin. ad Rom. *in ver. trigesimo* dat plures concord. † Am-
* plia, quia licet non valeat præsentatio facta de absente * secundum communem opinionem, de qua Abb. *d. consil. 76. n. 2 ver. in tertio dubio, lib. 2.* tamen valet, si superior admisit, quia sufficit quod superior habeat notam personam, & cognoscat idoneam, & per hoc requiri-
19 tur præsentia, alias non. † Amplia, quia præsentatio laici ad beneficium Ecclesiasticum est nulla. Lambert. *de iure patron. libr. 2 parte 1. q. 1. art. 7.* maxime in fine, & idem dicit *art. 2 fol. 215.* vbi in fine, quod ita obtinuit, quod debet esse clericus tempore præsentationis, alias
20 fuerunt amoti. † Extende, etiã si laicus sit in ætate habili ad clericandum, etiam si post præsentationem clericus est effectus. Lambert. *d.*
21 *tract. li. 2. parte 1. q. 1. art. 7. in fi. fol. mihi 216.* † Extende, vt idem sit in sacerdote, quando ex fundatione capella est sacerdotalis, quia requiritur, quod sit sacerdos tempore præsentationis. Lambert. *d. lib. 2. q.*
22 *1. parte 1. artic. 28. fol. 230. & seq.* † Amplia, quia præsentario competens vni uersitati debet fieri à maiori parte, vocata minori parte; alias
* non valeret etiam spreto vno, secundum communem. * Abb. *consil.*
23 *76. col. 2. ver. ad secundum dubium. li. 2.* † Secus si competat ius præsentandi particularibus vt singulis, quia omnes possunt præsentare separatim, & valet præsentatio facta à maiori parte. Abbas. *d. consil. 76. col. 2 ver. ad secundum, lib. 2.* vbi in fi. consilii extendit; etiam si maior pars præsentauit absentem admissum, & minor pars præsentauit præ-
24 sentem, quia præfertur præsentatus à maiori parte. † Limita, quia bene valet præsentatio facta de clerico præsente per patronos absentes per litteras; vel mandatum. Abbas *consi. 76. nu. 2. ver. in tertio dubio,*
25 *lib 2.* allegat tex. *in c. ea noscitur, de iis quæ fiunt à Prælat.* † Extende, quia imo valet præsentatio facta per patronos de persona absentis, quando ordinarius, cui fit præsentatio, habet notam personam absentis, & admittit præsentationem; quia ex alia causa non prohibetur absens præsentari, nisi quia debet examinari, an sit idoneus, & cessat causa, ex quo habet totam personam. Abb. *d. cons. 76. num. 2. ver. in tertio li.*
26 2. † Imo quod eo ipso, quod Episcopus admittit præsentationem personæ absentis, præsumatur habere notam personam præsentati, &
27 valeat. Abb. *d. consil. 76. nu. 3. ver. confirmo. lib. 2.* † Extende, quia potest instituere non solum absentem præsentatum, vt supra, sed etiam potest illum instituere mediante suo procuratore, imo etiam potest institutionem facere in personam procuratoris absentis, & valet. Ab.
28 *d. consil. 76. num. 3. ver. confirmo lib. 2.* † Declara tamen, quia sit fiat institutio in personam absentis mediante procuratore suo, non requiritur alia ratificatio præsentati intra tempus datum patronis ad præsentandum. Abb. *d. cons. 76. in fi. ver. ex iis infero. lib. 2.*

Præsentatio quando, & qualiter possit impugnari. Concl. 593.

1 PRÆSENTATVS † à maiori parte patronorum potest quandocunque ante institutionem accusari & impediri, ne instituatur à patrono etiam vocato, quando oppositio provenit ex crimine, vel incapacitate præsentati. Feder. de Sen. *consil. 102. col. 1 inf. ver. ad secundum.* † Amplia; vt possit etiam instare per modum actionis, vt amoueatur pro crimine commisso ante institutionem, licet sit facta institutio, & nihil exceperit, quando probabiliter patronus non opposuit ante, quia nesciuit vel non potuit. Feder. *d. consil. 102. propè ver. sed si sibi imputari.* † Amplia quia electio, & præsentatio facta de aliquo potest impugnari per tertium habentem interesse, de quo interesse debet docere. Calder. *cons. 161. in princ.* alias *6. de probatio.* vbi qualiter interesse probetur. † Limita, quia patronus, & alius non potest opponere contra præsentatum, & institutum ea crimina, quæ poterant opponi ante institutionem, quando institutio transiuit in iudicatum, quando fuit facta cum causæ cognitione, & citatis citandis. Feder. de Sen. *consil. 102. num. 2. ver. sed incidenter potest queri,* vbi quod mores censentur approbati per institutionem.

Præsentatio requirit restitutionem superioris. Concil. 594.

PRÆSENTATVS † non dicitur contrahere matrimonium, sicut electus, quia minus ius habet ideo non dicitur contrahere sponsalia. Lap. *alleg. 8. nu. 2.* & propterea requiritur, quod præsentatus instituatur in beneficio, & sibi ius cõferatur, quia non sufficit, quod præsentatio admittatur, neque quod confirmetur ad hoc, vt habeat beneficium, sed debet institui. Lap. *alleg. 44.* approbat opin. insti Bertius *alleg. 76. casus talis. nu. 4.* Vide contrarium & pro vtraque parte *Præsentatio, & electio in quibus differant. Concl. 589.* † Extende in tantum vt non valeat confirmatio facta de præsentato, etiam si dicatur insirmatione, quod solemnia seruauit, quando est lata absente parte quæ impugnat. Lap. *d. alleg. 44. in princ. & per totam.* † Valet tamen præsentatio facta per patronum ad Ecclesiam patronatam in absentia superioris, & debet superior instituere præsentatum, si intra tempus datum ad præsentandum superiori exhibear præsentationem. Lap. *alleg. 76. per totam,* vbi late in vtaque parte hoc disputat. Vide, *Præsentatio vt valeat quæ requirantur. Con. l. 592.* † Amplia, vt in tantum præsentatio requirat institutionem superioris, & electio confirmationis, vt institutio dicatur pars præsentationis, & confirmatio pars electionis. Cald. *cons. 142. circa fi. ver. relinquitur ergo,* alias 3. *de causa poss.* & latius *cons 145.* alias *6. eod. tit.* vbi quod ad acquirendam quasi possessionem requiritur præsentatio, institutio subsequuta, & communis reputatio, quod fuerit Rector. Vide, *Quasi possessio præsentandi ex quibus perdatur, vel conseruetur. Concl. 37.* † Amplia in tantum præsentationem requirere institutionem, vt præsentatus si nõ exhibeatur intra tempus ad effectum, vt possit institui, & examinari, nisi Episcopus habeat illum notum, & ipsum admittat absentem, sola præsentatio de absente euanescat, nec valeat cõsuetudo in contrariũ. Abb. *cons. 76. nu. 2. ver. in tertio dubio, lib. 2.* † Declara tamen, quod institutio licet præsupponat præsentationem: tamen non probat præsentationem quia imo de ea constare debet, nec sufficit præsumptio. Cald. *consil. in princ.* alias *6. de probat.* † Amplia, quia præsentatio debet fieri à patrono superiori Episcopo, vel alteri collatori Ecclesiastico, qui tenetur instituere præsentatum, si est idoneus, quia per laicos titulos beneficii conferri non potest. Bal. *consil. 35. Voluntas testatoris lib 4.* † Extende in tantum institutionem esse necessariam à superiore Ecclesiastico, vt etiam si dotans, vel fundans beneficium Ecclesiasticum aliter disponeret, nihil valeat talis dispositio. Bald. *cons 35. in princ. li. 4.* Vide, *Ius patronatus secundum disposita in institutione, & donatione, & fundatione regulatur. Concluſ. 607.*

Præsentatus non computatur in numero præsentantium sed bene electus computatur in numero eligentium. Concl. 595.

PRÆSENTATVS † non computatur in numero præsentantium Calder. *cons. 429.* alias *7. de iure patron.* † Declara, quia nemo potest præsentare se ipsum. Abbas *cons. 96. in princ. lib. 2.* Vide, *Patronus non potest præsentare se ipsum, & quando secus. Concl. 138.* † Limita in electione, *potest præsentare se ipsum, & quando secus. Concl. 138.* † Limita in electione, quia electus computatur in numero eligentium. Calder. *cons.* 429. alias *7. de iure patron.* † Limita etiam in præsentato patrono, qui dono consentit suæ præsentationi. Bero. *cons 5. Viso puncto, num. 31. lib. 2.*

Præsentati si sunt plures ab eodem patrono laico, siue Ecclesiastico, quis præferatur. Concl. 596.

PRÆSENTATVS † primo loco non præfertur præsentato secundo loco à patrono laico, quando secundus fuit institutus ab Episcopo, & non primus. Bal. *cons 164. Quidam fuit, in fi. ver. modo quæritur, lib. 1.* Vide, *Patronus Ecclesiasticus non potest variare in præsentatum. Concl. 152. & Concl. ibi proxima seq.*

Præsenta-

Præsentatio ab vno patrono solo, quando præiudicet, vel non compatronis. Concluſ. 597.

1 REGVLA † eſt, quod ſi vnus ex patronis præſentet ad beneficium iuris patronatus, talis præſentatio etiam releuat, & conſeruat ius in poſſeſſorio, & petitorio aliis compatronis, ita vt præſentans non poſſit iuuari contra alios compatronos, vt non ſint in poſſeſſione præſentandi. Abb. *conſ.54. Videtur primo, col.2.* 2 *v. nec obſtat. ſi dicatur, lib.1.* † Amplia; quia ſolus compatronus præſentans non præſcribit contra alios compatronos negligentes.

☞ Vide, *Patronus negligens præſentare quando perdat, vel non ius patronatus. Concl.149.*

Præſentatio & electio in quibus differant. Concluſ.598.

1 PRÆSENTATIO † differt ab electione, quia in præſentatione admittitur accumulata præſentatio, hoc eſt ſecunda præſentatio, ſi prima non teneat, & in aliam perſonã ſecus eſt in electione, *clem.2. de iure patro. & c. publicato, de elect.* Lap. *alleg.8. n.2. v. & per* 2 *electionem, & alleg.76. n.4. v. hinc eſt, quod poſſunt præſentare.* † Pupillus poteſt præſentare, ſed non eligere, quia inter eligentes, & electum dr̃ contrahi matrimonium, ſecus in præſentãte, & præſentato, quia contrahuntur ſolum ſponſalia. Lap. *d. alleg.8. n.2. v. & per electionem:* & quod non cõtrahatur matrimonium per actum præſentandi. Lap. *alleg.44. in fin.* vbi, q̃ ideo requiritur inſtitutio præſentati, per quam ius confertur, & non ſufficit confirmatio, vel admiſſio, & latius *alleg.76. n.4. v. hinc eſt quod ſeptennis*, vbi, q̃ puer ſeptenarius præſentat, ſed non eligit, iuxta not. *in c. ex eo, q̃* ☞ *de electio. lib.6.* Vide, *Patronus impubes an præſentare poſſit, & quando,* 3 *& qui præſentare poſſit, vel non. Concl.141.* † Patroni laici nõ arctantur ad formam *c. quia propter, de electio.* & poſſunt conſtituere procuratorem etiam præſentes, & non impediti ad præſentandum, ſecus in electione, Lap. *d. alleg.8. n.3. & alleg.79. in Dei nomine, n.4.* 4 *v. quod autem dictus presbyter.* Fed. de Sen. *conſ.65.* † Præſentatio nõ requirit certam formam; quia poteſt fieri per literas, *clem.1. §. præſentatos, de ex. eſſ. Prælat.* Lap. *d. alleg.76. Caſus talis, n.4. v. pro cuius declaratione*, ſecus in electione; quia requiritur certa forma. Lap. *d.* 5 *alleg.8. per tot.* † Plus iuris habet in electione eligẽs, quam in præſentatione præſentans; quia ex præſentatione non contrahitur matrimonium inter Eccleſiam, & præſentatum, ſicut inter Eccleſiam; & electum, *c. cum inter, de elect. c. quoniam. vt lite non conteſt.* Lap. *d. alleg.76. n.4. v. hinc eſt, quod inter talem.* latius *d. alleg.8. n.2. v. &* 6 *per electionem, & alleg.44. in fi.* † Ius præſentãdi facilius tollitur, q̃ ius eligendi; quia per diſcordiam præſentare debentium Epiſcopus apponit Rectorem, non ſic per diſcordiam eligentium. Lap.

7 *d. alleg.76. n.5. v. vnde hoc ius.* † Vota alternatiua admittuntur in præſentatione; ſecus in electione. Lap. *d. alleg.8. n.3. v. item vota al-*

8 *ternatiua. & alleg.79. In Dei nomine, n.5. v. eligunt alternatiue.* † Compromittunt; aliqui præſentantes aliis contradicentibus, tranſmittunt & committunt voces ſingularium, etiam ſi ius præſentandi cõpetat iure vniuerſitatis; ſecus in electione, Lap. *d. alleg.8.*

9 *n.3. v. compromittunt, & alleg.79. n.5.* † Præſentare debentes poſſunt, vna pars per ſe, alia pars per alium præſentare, & omnes per ſe vel alium, ſecus in electione. Lap. *in d. alleg.8. n.3. in fin. & 79. n.*

10 *5. in fin.* † Electus computatur in numero eligentium, præſentatus vero non computatur in numero præſentantium. Cald. *conſ.* 429. alias 27. *de iure patron.* Limita multis modis, vt in Concluſione proxime ſequenti.

Præſentatio, & electio, in quibus non differant. Concluſ.599.

1 PRÆSENTATIO † non differt ab electione in hoc; quia ſicut habens duas electiones tenetur vnam eligere, ita etiam habẽs duas præſentationes, tenetur vnam eligere; quia *c. vt quis duas, de elect. in 6.* loquens in electio. habet locum etiam in præſentatione. Lap. *alleg.8. Præſentatus, per tot.* vbi eſt caſus alle gatio: & dicit i-

2 ta ſeruari, *n.5.* † Item *c. auaritiæ, de elect. in 6.* loquens in electo adminiſtrante ante confirmationem, habet locum etiam in præſentato adminiſtrante ante inſtitutionem, & ſic à pari proce-

* dunt. Lap. *d. alleg.8. n.5. y. ſic & pœna*, vbi dicit ita * cõmuniter ob-

3 ſeruari. † Item *c. fin. de elect. in 6.* volens fieri edictum ante confirmationem electi, procedit etiam in præſentato ſecundum glo. *in d. c. v. electione.* Lap. *d. alleg.8. n.5.* vbi dicit, quod ita ſeruatur.

4 † Contrarium tenet Rota, niſi adſit hæc conſuetudo in loco. Æ-gid. *deciſ.620.* Limita multis modis, vt in concluſ. prox. præced.

Præſens quando, & quis dicatur, vel non. Concluſ. 600.

PRÆSENS † dicitur diuerſimode, & diuerſis reſpectibus; nam 1
reſpectu præſcriptionis 10. annor. inter præſentes, & 20. inter abſentes, ille dr̃ præſens, qui habet domicilium in loco rei, de qua agitur, licet abſit cum perſona. Bald. *conſ.488. n.4. v. proponitur etiam, lib.1.* Alex. *conſ.220. Ponderatis, in princ. lib.6.* † Item qui eſt in 2
eadem prouincia, & territorio, dr̃ præſens ad eundẽ finem præſcribendi. Caſtr. *conſ.10. in pr. & per tot. lib.1.* † Ad effectum vero 3
conuocandi Canonicos, vel aliquos de Capitulo, vel Collegio præſens quis dicatur, vide *Concl.35. Abſens quis. tom.1.* † Ad effe- 4
ctum, vt cõceſſio, liberatio, vel pactum liberationis, vel fauorabilis iuuet præſentem, ſufficit, quod ſit præſens, videl. in loco ita vicino, quod poſſit audire conceſſionem, liberationem, vel pactum ad ſui fauorem. Alex. plene *conſ.177. Viſis, & lectis, in pr. lib.7.* † Ad effectum vt præſens videatur cõſentire actui, & ſibi præiu- 5
dicet, requiritur præſentia, & intelligentia in actu, alias non poteſt præiudicare. Caſtr. *conſ.466. Viſo compromiſſo, col. pen. n.5. lib.1.* Vide, *Præſentia, & patientia operatur conſenſum, & multa alia. Concl.* ☞
603. Vide, *Scientia & patientia quando inducat conſenſum. Concl.69.*
† Ad effectum autem vt prohibita fieri per alium quæ tamen ſi 6
fiant per alium, valent, ſi is, qui debuit facere per ſe ipſum, fuit præſens, & mandans, requiritur, quod ſit præſentia & intelligentia immediata, prout ſi iudex, qui non poteſt deferre iuſtum in litem parti, niſi per ſe ipſum, item nõ poteſt recitare ſententiam, niſi per ſe ipſum, ita q̃ ſi Notarius pro eo de mãdato iudicis deferret iuramentum in litem, vel recitaret ſententiam, nõ valeret tamen ſi prædicta facit de mandato iudicis, ipſo iudice præſente; intelligente, & vidente, valet; quia dicitur facere per ſe ipſum iſto caſu. Alex. plene *d. conſ.177. n.2. & ſeq. lib.7.* † Limita; quia ad 7
effectum, vt præſentes de Capitulo ſint vocandi in actibus capitularibus, non ſufficit, quod ſit præſens in loco, ſed quod deſeruiat in officio. Calde. *conſ.3. de conſtit. in fin. v. ſi vero*, quod duplicatur *conſ.260.* alias *4. de iis, quæ fiunt à Prælat.*

Præſentia quando arguat intelligentiam, vel non. Concl.601.

TESTIS † deponens ſcire; quia fuit præſens, arguit, & conclu- 1
dit ex præſentia intelligentiam. Bart. *in l.1. §. tutor ſi inuitus. ff. de auctor. tut.* Dec. *conſ.630. n.5.* Feli. *in c. ſuper eo. n.8. de teſtib.* Rimin. Iun. *conſil.113. n.42. lib.2.* Alex. *conſ.70. Viſo proceſſu, n.6. in fi. lib.1.* Alex. *conſil.180. In cauſa, in princ. lib.2. & conſil.174. In cauſa & lite, n.5. & ſeq.* maxime *v. vbi dicunt, lib.6. & conſ.29. Clariſſime. n.18. v. & teſtis deponens, lib.7.* † Reſtringe, quando teſtis inductus ad proban- 2
dam negatiuam cõmiſſionis factæ diceret ſe fuiſſe præſentem, ſed non audiuiſſe fieri talem commiſſionem; quia ex præſentia non arguit intelligentiam, ex quo dicit expreſſe, ideo non p̃bat negatiuam; quia potuit eſſe facta cõmiſſio eo præſente, & nõ audiente, vel non intelligente. Alex. plene *conſ.70. n.6. v. & per prædicta, lib.1.* Vide, *Teſtis dictum dubium qualiter interpretandum. Concl.* ☞
268. † Declara vt per Socin. *conſ.114. n.7. lib.1.* quia teſtis deponẽs 3
de ſui præſentia deponit etiam de ſui intelligentia; ſi aliud non dicat, ſecus ſi de præſentia alterius. Ang. Aret. *conſ.50. in fin. n.40. & ſeq. v. ſecundo non eſt bona*, plenius Alex. *conſ.174. In cauſa, & lite, n.4. in fi. & n.5. v. ad prædictorum confirmationem, lib.6. cum ſeq.* vbi late & repetit, *conſ.212. Ponderatis, n.28. v. aliaratione, lib.6.* † Si vero 4
inſtrumentum; vel Notarius, aut alia ſcriptura continet præſentiam alterius, vel ſui, ſemper intelligitur de præſentia, & intelligentia. Socin. *d. conſ.114. n.7. lib.1.* † Contrarium in inſtrumento, 5
& Notario concludit Ang. Aret. *conſ.51. Quoniam non negatur, in fin. n.40. & ſeq. v. ſecundo non eſt bona conſequentia*, vbi, q̃ Notarius non excuſatur à falſo ſi dicat, *præſentibus teſtibus*; quia ſemper præſentia aliena non arguit intelligentiam. † Amplia in caſu quer- 6
ſo; quia teſtis deponens vidiſſe, & audiuiſſe celebrari venditionem, vel alium actum, licet nihil dicat de ſui præſentia; quia non fuit interrogatus, bene probat, & cõcludit præſentiam. Bart. *conſ.* 111. *Quæritur, lib.1.* vbi apoſtil. citat Felin. *in c. cum cauſam, de teſtib.*
† Extende, multo magis, qñ ex alio teſte hoc probatur; quia dicit 7
vidiſſe præſentem eundem talem. Bar. *d. conſ.111. n.1. lib.1. v. præterea.* † Limita, vt non procedat qñ teſtis deponit de præſentia alie- 8
na; quia tunc non intelligitur, quod ille præſens ſciuerit. Bart. *d. l.1. §. fi. v. ſecus eſſet. ff. de auth. tut.* Alex. *conſ.73. Non puto. in princ. v. pondero, lib.1.* quod eſt Ant. de Prato vereri, & *conſ.74. n.5. v. & fortaſſe etiam lib.1.* plenius Alex. *conſ.180. In cauſa. in princ. lib.2.* & plenius *conſ.212. Ponderatis, n.28. ver. alia ratione, lib.6. & conſ.29. n.18.* & iterum *n.20. ver præterea quando teſtis, lib.7.* † Extende, vt procedat, 9

etiam si testis deponat de præsentia alterius, qui fuerat ad hoc vocatus, quia nisi deponat de intelligentia, nõ sequitur, q̃ intel-
10 lexerit. Alex. *cons.* 180. *n.* 1. *v. non obstat, q̃ magister, lib.* 2. † Restringe, vt nõ p̃cedat in testib. subscriptis; quia si vnus deponit de p̃sentia sui, & aliorũ, intelligit, q̃ intellexerint. Bal. *in cons.* 455. *Quidam nomine, n.* 2. *v. sed ad hoc respõdet, lib.* 1. † Restringe, q̃n testes de-
11 ponunt aliqui: q̃ fuit factu pactum liberationis Titio, aliq̃, q̃ factum fuit Seio procuratori Titi ibi p̃xime adstantis; quia p̃sumitur ẽt intelligentis. Alex. *cons.* 177. *Visis, & lectis, in pr. lib.* 7. vbi, q̃ cõcordantur ẽt, vt probent; quia signũ est, q̃ intelligebant, ma-
12 xime, si dicant facta fuisse scripturã de voluntate Titi. † Limita; quia præsens actui non semper p̃sumitur intelligere, imo sæpe q̃s est præsens actui, & non intelligit, *l. coram. ff. de verb. signif.* Anchar. *cons.* 77. *Visis limitata, n.* 6. Alex. *d. cons.* 180. *in pr. li.* 2. *& cons.* 212. *n.* 28.
13 *v. alia ratione, lib.* 6. † Declaratur, q̃ necesse est, quod testis dicens aliquid factũ in præsentia alterius, q̃ nõ probat intelligentiam, nisi hoc dicat, vel aliquid, q̃ hoc denotet, puta quia dicit, quod confessus fuit Titius præsente Seio, & requirente; vel instante. Alex. *d. cons.* 174. *n* 5. *& seq. & cons.* 212. *n.* 28. *& seq. lib.* 6.

Præsentia quando requirat acceptationem. Concluſ. 602.

1 PRÆSENS † & tacens non dicitur consentire circa p̃iudicialia personæ, late Iat. *in l. quæ dotis, n.* 97. *ff. sol. matr.* Vide, *Expressum*
2 *vbi requiritur, non sufficit tacitum, neq; præsumptum. Concl.* 654. † Amplia, vt acceptatio requiratur etiam in fauorabilibus; quia si cõferatur beneficium præsenti, nõ efficitur beneficiũ illius, donec illud acceptauerit. Lap. *alleg.* 90. *n.* 6. *v. pro quo.* allegat gl. *in c. si tibi*
* *absenti, de præb. in* 6. & hanc * coẽm dicit Rota Ian. *decis.* 212. *nu.* 2.
3 † Cõtrarium; quia in fauorabilibus, & iis, quæ sunt appetibilia, sciens, & tacens censentur consentire. Iat. *in l. quæ dotis, n.* 70. *v. secundus casus. ff. sol. matr.* Vide, *Scientia, & patientia quando inducat consensum. Concl.* 69. † Declara; quia sola præsentia in fauorabilibus inducit acceptationem. Vide, *Confessio extraiudicialis requirit præsentiam, & tacitum consensum, & qualiter. Concl.* 637. Declara; quia ad hoc, vt acquiratur in fauorabilibus, sufficit præsentia, sed ad hoc, vt non inducatur valida reuocatio confessionis, requiritur acceptatio; quia ante acceptationem fit reuocatio, ita Rota Ian.
5 *d. decis.* 212. *n.* 2. *& seq.* vbi, q̃ ita fuit iudicatum. † Amplia; quia assignatio beneficii facta per exequutorem procuratori expectantis non valet, licet petierit instrumentum assignationis sibi dari; quia requiritur acceptatio expressa, etiam si sit vtile. Calder. *cons.*
6 223. alias 2. *de præben.* † Amplia in omni actu, in quo vltra cõsensum requiritur aliquid aliud, licet actus consensui attribuatur; quia licet sit vtile præsenti, & tacenti, & consentienti tacite, non tamen sufficit, vt in confessione sacramẽtali; quia licet sola contritio cordis sufficiat, tñ sola voluntas non sufficit, & nisi sequatur oris declaratio non est satisfactum. Calder. *d. cons.* 223. *v. fin. ile*
7 *dicimus*, alias 2. *de præb.* † Simile in matrimonio; quod cõsensu solo contrahitur, & tñ nisi consensus declaretur, non sufficit, idem Calder. *d. cons.* 223. alias 2. *de præb. vsq; in fin.* vbi soluit ita regulam;
8 qui tacet, &c. † Amplia; quia etiam in fauorabilibus, q̃n contractus pendet à voluntate duorum, prout est donatio, non acquiritur donatario ex sola scientia nisi etiam consentiat & accepter.
9 Dec. *cons.* 226. *n.* 8. *v. & idem concludit.* † Contrarium, in donatione dicit Fulg. *cons.* 217. *Viso exemplo, col. fi. v. tertiam autem*, vbi q̃ donatio facta præsenti valet, licet non constet de acceptatione, quæ p̃sumitur ex præsentia. Franc. Marc. *decis.* 326. *n.* 8. vbi plures allegat, & hanc partem tuetur Alex. *cons.* 113. *Perspectis, n.* 12. *v. verbo etiã*
10 *fertur. lib.* 6. vbi, q̃ præsentia donatarii tacentis inducit tacitũ pactum, & tacitum consensum. † Declara; quia non sunt ctraria; quia si loquimur de solo sciente, est verum, q̃n fuit absens tempore donationis factæ in scriptura, & non sufficeret sola scientia scripturæ, nisi accepter, & accõmodet consensum explicite q̃ncunq;, anteq̃ donans mutauerit voluntatem; aliud est q̃n donatio fit præsenti, & tacẽti; quia tunc potest valere in vim taciti pacti, & taciti cõsensus, & ita vł velle Alex. *d. cons.* 113. *Perspectis n.* 12.
11 *& seq. v. verbo etiam fertur, lib.* 6. † Declara; quia præsentia sola inducit consensum in iis, quæ sunt fauorabilia, in iis vero, quæ habent onus annexum, secus, ita declarat Curt. Iun. *in l.* 1. *n.* 38. *C. de*
* 12 *pact.* & dicit * coẽm. † Amplia in legitimatione, quia requiritur, quod legitimatus sit præsens, & consentiat. Bald. *cons.* 316. *Propo-*
13 *nitur, quod. in pr. v. sed in contrarium, lib.* 5. † Amplia; quia confessio facta parte præsente debet acceptari, & non sufficit sola præsentia. Alex. *cons.* 20. *In causa appellationis, in pr. lib.* 4. vbi plures allegat, sequitur Iat. *in l. postquam liti, n.* 2. *C. de pact.* plenius Alex. *cons.* 111. *Viso supersore themate. n.* 7. *lib.* 3. vbi apostil. dat plurimos concord.

† Amplia; q̃ ita confessio facta ad fauorẽ præsentis, & intelligentis requirit acceptationẽ, licet sit fauorabilis, q̃n etiam habet onus annexum, vel continet obligationem præsentis, & intelligentis. Alex. *cons.* 152. *In causa, & lite, n.* 9. *v. vbi agitur, lib.* 7. vbi loquitur in socio, qui cõfitebatur velle cõmunicare bona ab eo acquisita teri socio præsenti, & intelligẽti cum honoribus, & oneribus, vt ibi obliget; quia non acceptauit. † Extende; quia si cõstituo meum procuratorem præsentem, & intelligentem, non censetur acceptare; nisi cõstet de acceptatione. Alex. *d. cons.* 152. *n.* 9. *lib.* 7. † Extende multo magis in onerosis, & præiudicialibus; quia præsens & tacens non acceptat, & sibi non præiudicat. Alex. *consil.* 84. *in causa Comitis, in fi. lib.* 7. vbi apostil. *in ver. tacens*, dat ẽtiã † Extende; quia nec q̃s valet acceptatio facta à præsente & intelligente et interuallo, & postea q̃n non acceptauit tunc. Alex. *d. cons.* 152. *n.* 9. *v. & situne non acceptauit, lib.* 7. † Limita; quia licet iuri de futuro non possit extraiudicium renunciari, nisi per pactum, & licet appellationi non renunciatur, nisi de consensu ambarum partium per pactum; tñ si fiat expressa renunciatio per vnam partem in præsentia alt. rius partis non cõtradicentis, valebit tale pactum quia in fauorem tacentis fit renunciatio. Gemin. *consil.* 129. *n.* 7. *v. est tamen verum, vsq; in fi. v. si autem fieret*, dicit ita tenere. Rot. † Limita in iudicialibus; quia licet non possit renunciari iuri de futuro, & sic appellationi, nisi per pactũ, & consensum ambarum partium, tñ si fiat in iudicio renunciatio per vnam partem, tñ altera absente valebit pp calorem iudicij, qui supplet præsentiam, & consensum alterius partis in fauorabilib. Gemin. *d. cons.* 129. *n.* 7. *v. est tamen verum*, vbi in fin. dicit ita Rotam tenere. † Limita; quia præsentia sola inducit intelligentiam, alias non dicitur præsens. Fran. Marc. *decis.* 327. ideo dicit, q̃ sufficit dicere talem præsentem, vt intellexerit, & *decis.* 328. *n.* 3. † Contrarium, q̃a imo præsens nõ dr acceptare cẽ fessionẽ, nec sufficit, q̃ testis dicat audiuisse conteri p̃sente parte; quia requiritur acceptatio. Alex. *con.* 111. *n.* 7. *& cons.* 20. *in pr. lib.* 4. vbi apostil. † Declara tñ; quia interdicit se præsentem fuisse, intelligitur, & intelligentem, secus si dicit se præsentem fuisse, intelligitur, & intelligentem, secus si de p̃sentia alterius. Franc. Marc. *d. decis.* 327. *n.* 2. Alex. *cons.* 89. *Clarissime, n.* 18. *v. quia assignat rationem, lib.* 7. † Extende; quia imo p̃sentia inducit consensum in fauorabilibus, & sic in donatione. Franc. Marc. *decis.* 326. *n.* 8. Iaſ. *in l.* 1. *C. de pact. n.* 15. † Extẽde in p̃sentia consanguineorũ, quia censentur consentire. Franc. Marc. *decis.* 328. *n.* 2. Vide Ant. Gabr. *lib.* 1. *tit. de conf. fis. Concl.* 2. *Confessio extraiudicialis facta parte præsente requirit acceptationem.*

Præsentia & patientia operatur consensum, & multa alia, & quando secus. Concluſ. 603.

PRÆSENTIA † & patientia in iudicialib. operatur, quod præsumitur solemnitas sententiæ; secus si esset lata in absentia. Lap. *alleg.* 44. etiam si in sententia fiat enunciatio, q̃ solemnitas seruata. Vide, *Exceptio competens non proposita præiudicat in mille Concl.* 39. patientia. † Mandatum inducit præsentia, & iste domina, quę potest corrigere ancillam, & verberare modeste, dicitur per filium suum verberari, censetur date mãdatum vł de permissam correctionem. Alex. *cons.* 75. *Viso themate. n.* 2. & 3. *v. quantum vero, lib* 3. † Extende etiam in iis, quæ non possunt per alium fieri, prout est delatio iuris in litem, q̃ iudex per se ipsum facere debet; & nõ valet, si facit deferre per Notarium; & in sententia. q̃ tenetur legere per seipsum, tamen, si ista facit decisio per Notarium in sui præsentia, dr facere per se ipsum; & valet mandatum isto casu, plene Alex. *cons.* 177. *Visis, & lectis n.* 2. *& seq.* vbi plene *lib.* 7. † Consensum operatur præsentia circa fauorabilia *qui patitur. ff. mand.* vbi gl. Vide, *Scientia, & patientia quando inducat consensum. Concl.* 69. † Et in iis, quæ nocent asserenti, non autem nocent tertio; ideo præsentia, & patientia feudatarij non nocent domino directo in eo, quod fuit asserendum. Franc. Arct. *in cons.* 14. *Viso, & diligenter. n.* 7. *in fi. v. ad hoc est dicendum.* † Amplia in decem, & octo casibus cumulatis per Iaſ. *in quæstionibus, n.* 68 *& seq. ff. solut. matr.* vbi ponit regulam plene examinatam. † Amplia; quia si procurator acquirit duorum limitationib. † Amplia; quia si procurator acquirit duorum per stipulationem absenti, illud procedit facta cessione, sed no per stipulationem absenti, acquiritur actio sine cessione; quia si acquirit domino præsenti, acquiritur actio sine cessione; quia præsentia hoc operatur. Alex. *d. cons.* 177. *n.* 3. *v. probatur etiam. lib.* 7. † Amplia; quia præsentia & patientia inducit consensum, quatenus is, qui est præsens, potuit contradicere. Signorol. *consil.* 94. *n.* 6. † Idem, quando præsens, & patiens contradicendo potuit impedire. Iaſ. *in l. si pacto* §. *& quia. C. de inoff. testa. l. non alienum. ff. de acq. hæred.* Alex. *in l. quæ dotis, n.* 78. *v. hoc tamen. ff. solut. matr.* Crane. *cons.* 204. *n.* 9. & istam esse regulam dicit Alex. *d. cons.* 113. *causa vertente. n.* 5. *v. item quia, li.* 2. *& cons.* 8. *n.* 5. *lib.* 5. *& cons.* 20. *n.* 7. *lib.* 2.

Extendit

10 † Extende, vt procedat etiam in criminalibus; quia Potestas præsens torturæ, indebite illatæ reo sine inditiis p vexilliferū Bononiæ, & Antianos, quia potuit, & debuit ꝯtradicere, & impedire, & non fecit, censetur cōsensisse. Alex. *cons.* 1. n. 7. v. *quotiesq; ung*, *lib.* 3, maxime, qñ milites, & birruarij Potestatis erant, qui inferebāt
11 torturam; quia poterat illos prohibere. † Idem in iis, in quibus fingitur identitas personarum, quia præsentia habetur p cōsen-
12 su. Signorol. *d. cons.* 104. n. 7. † Idem in actu necessario Signor. *d.*
13 *cons.* 104. *num.* 8. † Idem respectu repetitionis actus, qui fit ipsis præsentibus, & patientib. Signor. *d. cons.* 104. *n.* 9. quod declarat procedere, qñ est eadem persona, secus si diuersa, ibidem in fine;
14 *v. dictu tamen non obstantib.* † Idē respectu conualidationis actus, quia licet sententia debeat recitari per iudicem, alias nulla est, si tamen recitetur per Notariū præsente iudice conualidatur, Rol.
15 à Valle *cons.* 41. n. 37. *lib.* 1. † Idem in eo, qui mutuauit pecuniam administratori collegij præsente collegio; quia præsumitur versa
16 in vtilitatem collegij. Rol. à Valle *d. cons.* 41. *n.* 36. *lib.* 1. † Amplia; quia præsentia, & patientia inducit consensum ad tollendā præsumptionem; ideo si pater & filius acquirunt, vt soluant aliquid, præsumitur medietas filij, & cessat psumptio, q de bonis patris
17 præsumatur portio filij. Alex. *cons.* 24. *Visis dubiis, in lib.* 1. † Extē-
18 deidem in vxore, & marito. Alex. *cons.* 24. *n.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia præsentia, & seu taciturnitas inducit consensum, & præiudicat etiam in præiudicialibus, qñ cum præsentia interuenit actus po-
19 sitiuus. sic declarat Ias. *in l. quæ dotis. ff. solut. matr. n.* 90. Feli. *in c. non-*
ne, de præsumpt. Vide, *Denunciatio tacita iuri suo ex quibus inducatur, vel non. Concl* 179. Vide, *Consensus ex quibus signis eliciatur. Concl.* 479.
20 † Subscribens chirographum, vel instrūm in sui præiudicium, cui fuit præsens dr facere actum positiuum, vt obligetur. Ias. *in l.*
21 *quæ dotis. n.* 93. *ff. sol. matr.* † Declara; quia si subscriptio est ad substantiam actus, præiudicat, si ad probationem, vt testis, secus. *l. Gaius ff. de pign. act.* vbi gl. dat multas solutiones. Sigillans pariter scripturam suo sigillo vltra præsentiā obligatur. Ias. *d. l. quæ dotis, n.*
22 94. *ff. sol. matr.* † Fideiubens pro venditore rei sibi obligatæ dr facere actum positiuum, per quem sibi præiudicat. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 268. latius *in legib. connub. in ver. expers. gl.* 7. *lim.* 3. *n.*
23 25. † Recipiens partem pretii rei venditæ, quæ erat præsentis, & recipientis; vr partem suam alienare. *l. quidam ex parte ff. de euictio.*
24 † Receptio mandati procurę cum taciturnitate inducit acc. ptationem, & consensum procuratoris. Ias. *d. l. quæ dotis, n.* 90. *ff. solut.*
25 *matr.* † Idem in recipiente literas, & non contradicente, in quib. scribitur, q est debitor, quia cēsetur cōsentire. Ias. vbi supr. *n.* 92.
Dec. cons. 165. *n.* 3. Vide, *Literas recipiens contra se, & non contradicens,*
26 *quando videatur approbare. Concl* 374. † Diuidens bona subiecta fi-
deicōmisso, quę primo passus est pro indiuiso possideri, cū essent
27 pria patientis dr facere actum positiuum, per quem sibi præiu-
dicat in patientia, & hoc, qñ sciuit. Dec. *d. cons.* 166. *n.* 3. † Aditio
hæreditatis ex testamēto, in quo testator legauit res hæredis, est actus positiuus, qui præiudicat hæredi, qui fuit præsens legato,
28 & cui ex sola præsentia non fiebat præiudiciū. Franc. Marc. *decis.*
Delfin. 329. *per tot.* † Præstatio alimentorum vxori nihil dicendo vr inducere donationem, & remissionem, quia vltra patientiam interuenit actus positiuus præstationis continuæ. *Pedem. decis.* 132.
n. 10. *& per tot.* vbi hoc restringit, qñ mortuus est maritus, alias nō.
29 † Generaliter vbi actus positiuus in dicto, vel facto cōsistens vltra præsentiam interuenit, consensum inducit, dummodo consensui adstipuletur. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 156. *&* 158. & latius *in tract. de legit. connub. in v. expers. gl.* 7. *in* 3. *limitat. n.* 23. *& seq.*
vbi latissime. Vide, *Consensus quando præiudicet consentienti, vt perdat*
30 *ius suum. Concl.* 752. † Cōsilium, & collaudatio cum psentia, quia sunt actus positiui, inducunt consensum, Tiraq. *d.* §. 1. *g.* 9. *n.* 157.
31 † Sollicitans causam, vel negotiū, cui fuit præsens, dr actum positiuū fecisse, vt sibi præiudicet. Tiraq. *d. legib. connub.* §. *expers gl.* 7.
n. 29. *in fi.* vbi idem de eo, qui ducit Aduocatum, vel Iudicem ad
32 actum, cui fuit præsens. † Notarius creditor duorum sociorum si conficiat instrūm diuisionis creditorum, & debitorū inter eos, & delegatur creditor alterius, & taceat faciēdo actū positiuum, videl. scribendo in instrūm sibi præiudicat. Cuma. *cons.* 8. *circ. fin.* &
33 aliquid in eodē casu per Fulg. *cons.* 209. *in fin.* † Amicitia est actus positiuus, ideo si quis amicus est præsens, & tacens, sibi ꝑiudicat;
34 *rarius in fin.* † Extende; quia vbicunq; aliquis actus indicatiuus consensus interuenit vltra scientiam, & patientiam; tūc inducit
35 consensus. Afflict. *d. decis.* 308. *in fi.* † Patronus præsens collationi factæ per Episcopum iure suæ facultatis ordinariæ præsumitur sentire; quia licet in præiudicialib. præsentia habeatur pro contradictione, tamen non habet locum, qñ præiudicium nō est ab solutū; quia licet præiudicetur in illa vice patrono, non tñ perdit suum patronatū, & quia pp vinculum charitatis, quod est inter Episcopum, & patronum, censetur consentire facto Episcopi, arg. *l. si seruus communis. ff. de donat. int. vir. & vxor.* & est indubitatum si interuenit aliquis actus positiuus. Abb. *in sua quæst.* 5. incip. *Augerio. col.* 13. *in fi. & col.* 14. *in pr. v. aut collatio fuit facta.* † Declara; quia 36
ad agitur de præiudicio in reali, & præsens, & tacēs sibi ꝑiudicat, qñ cōtradicendo posset impedire actum, alias secus. Io de Imol. 37
c. ex ore, n. 6. *v. pro Tanc. d. de iis, quæ fiunt à maiori parte cap.* † Si agitur de obligatione personali, tacens, & præsens nunq habetur pro 38
cōsentiente. Io. de Imol. *d. c. ex ore, n.* 6. *in fin. v. nec obstat.* † Declara; quia præsens cōtractui, vel quasi de re sua facto per tertium sibi præiudicat, si contradicendo potest impedire actum, & nō contradicit, si vero non potest impedire, sibi non præiudicat. Alex. 39
cons. 180. *n.* 5. *& seq. lib.* 7. † Imo apost. ad Alex. *d. cons.* 180. *n.* 5. *in ver.*
poterant. lib. 7. dicit, quod neq; sibi præiudicat, quādo poterat impedire, & tacuit, nisi cum dolo tacuerit. † Declara totam istam 40
materiam; quia in scientia, & patientia formi, prout, quando aliquis ex certo titulo, vel certa causa possidet rem meam me sciēte, & patiente, & tunc talis scientia, & patientia habetur pro cōsensu, si vero est informis, vt si simpliciter rem meā tenet, & possidet, nec exprimitur aliquis titulus, vel causa, me sciente & patiente, & si quidem præcedit ꝯractus, habetur pro consensu, & si non ꝑcedit ꝯractus, & agitur de modico ꝑiudicio, habet pro consensu; aut agitur de magno præiudicio, & habetur pro dissensu, ita Bart. *in sua q.* 7. *mulier habens, in v. solutio, n.* 3. *v. circa secundum.* † Scientia, & præsentia operatur traditionem in iis, quę sunt 41
iuris, Bart. *in d. sua q.* 7. *mulier habens, in v. contra quod, n.* 4. *v. sed iis, quæ*
iuris sunt. Vide, *Præsentia, & patientia operatur consensum, & multa a-*
lia, & quando secus. Concl 603. † Extende in præscriptione rerum 42
incorporalium; quia scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur, operatur quasi possessionē, & sic idem operatur, quod possessio circa corporalia, sine quibus nō datur ꝑscriptio. Vide,
Præscriptio incorporalium requirit scientiam, & patientiam, & multa alia
vt procedat. Concl. 529. † Extende; quia sola patientia formis perfi- 43
cit contractum, qui solo consensu perficitur. Bart. *q.* 7. *v. contra*
quod, n 6. *v. quarto probo sic.* † Extende; quia consensum operatur 44
in fauorabilibus. Bart. *d. q.* 7. *n.* 7. *v. quinto probatur sic.* † Extende; 45
quia operatur titulum fauore alimentorum præstitorum per triennium, licet titulus sit nullus. *l.* 1. *C. de fideicom.* vbi si grauatus ex testamento nullo soluere aliměta præstitit ea per triennium, cōpellitur soluere in futurum fauore alimentorū, & vltimæ voluntatis, & de nō titulo causatur titulus ex sciētia, & patientia. † De- 46
clara; quia illa extensio non procedit ex scientia & patientia, sed ex facto; quia soluit, & licet sit controuersia; quia multi tenēt, q
l. cum de in rem verso. ff. de vsur. licet loquatur in soluente, tñ locum habet etiam in patiente sciente, cōis *nihilominus est opinio, q
plus operetur factum, q̄ patientia; ideo Cōclusiones sunt quod
in faciente, prout in soluente ex tempore causatur titulus, in patientibus causatur, quatenus est ad cōmodum patiētis, quatenus in damnum causatur, si agitur de modico præiudicio, secus si de magno. Bart. plene *in quæst.* 7. *v. solutio. col. penult. v. circa tertium, vsq;*
in fin. Vide Mascard. *Concl.* 417. *Consensus, n.* 15. *& seq. v. consensum*
præterea, vbi, quod tacens consentit, limitat quatuor modis, qñ agitur de incommodo, vel magno præiudicio consentientis ad obligandum alium, & in concessione perpetua. † Limita; quia 47
præsentia, & patientia non inducit consensum, vt inducatur cōfessio dominij rei meæ esse alterius, quia etiam si esset confessio expressa ex certa scientia facta, potest reuocari docto de errore, & rem aliter se habere, ergo multo magis si est tacita. Fran. Aret.
consil. 14. *n.* 8. *v. præterea posito.* † Extende; quia præsentia, & patien- 48
tia non inducit donationem rei præsentis, & patientis, qñ de ea non potest disponere, prout de feudo, emphyteusi, vel re prohibita alienari. Franc. Aret. *d. cons.* 14. *nu.* 8. *v. nec potest etiam allegari.*
† Extende; quia imo si esset res, quæ posset alienari, præsentia, & 49
patientia nō potest inducere alienationem seu donationem rei eius, qui est præsens & patiens; quia concurrerent duo specialia ex eodem fonte, q est ꝓhibitum, nempe taciturnitas operatur confessionem, seu consensum, confessio operatur donationem.
Franc. Aret. *d. cons.* 14. *n.* 8. *v. secundo quia hic resultaret.* † Extende; 50
quia si ego emi nomine meo, & fratris mei domum, vel apothecam, & solui pretium simpliciter, quia ꝑsumor de meo soluisse, ita q si frater meus vult dimidiam rei emptæ, tenetur mihi soluere medietatem pretii, non releuatur à solutione, licet mater cōis in testamento suo nobis præsentib. ordinauerit, q domus, & seu apotheca sit communis, quia præsentia, & patientia mea mihi non nocet. Alex. *cons.* 77. *Viso processu, n.* 9. *v. Nec etiam habet*

51 *obstare lib.6.* † Limita; quia filius præteritus à patre, præsens diuisioni, bonorum, & hæreditatis paternæ factæ per alios fratres, & non contradicens non sibi præiudicat. Fulg. *cons.72. Supposita bul-*
52 *la, n.3.* † Extende; quia præsens venditioni rei sibi hypothecatæ non censetur renunciare hypothecæ, licet taceat. *l. Seius. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp. solui.* Bart. *in l. fin. C. de remiss. pign.* Alex.
53 *cons.20. n.12. lib.3.* Ias. *in l. cum rem alienam, n.2. C. de legat.* † Extende; quia frater dans dotem marito sororis legatam à patre vltra legitimam cum onere, quod post mortem filiæ reuertatur ad hæredes patris sibi non præiudicat ex stipulatione facta, per quã maritus promisit restituere totem vxori, iuxta formam statuti; quia licet taceat, nõ sibi præiudicat, quia illa stipulatio est cum vxore, & quia intelligitur ipsa viuente, sed ea mortua maritus nihil potest luctari etiam stante statuto, ita Castr. *cons.59. Pro clariori, n.2.*
54 *& 3. v. tertio videndum, lib.1.* † Limita; quia in actibus extraiudicialibus præsens; & tacens sibi non præiudicat, quando agitur de ipsum obligando; quia imo habetur pro cõtradicente. Alex. *cons.*
55 *180. Viso processu, n.3. v fortificantur, cum seq. lib.7.* † Restringe; quãdo agitur solum de protestare declaratoria, quia tunc præsentia & patientia præiudicat, secus si agatur de protestatione obliga-
56 toria. Alex. *d. cons.180. n.4. v. nec obstat. lib.7.* † Limita in onerosis & non appetibilibus, quia præsentia & scientia non inducit consensum. Abb. *d. cons.40. n.6. & seq. ver. quarto facit theorica, lib.2.*
57 † Limita; quia præsentia & patientia non operatur consensum, quando adest metus instans, vt quia tacens habet filium carceratum, & captiuum in manibus asserentis, Franc. Aret. *cons.14. Viso, n.8. v. præterea*, vbi etiam solus metus reuerentialis impedit con-
58 sensum. *l. pen. ff. de furt.* † Limita; quia ad hoc, vt præsentia inducat consensum, necesse est, quod præsens intelligat, & patiatur, alias non inducit consensum. Castr. *cons.466. Viso compromisso, col. pen. n.*
59 *5. lib.1.* vbi apostil. allegat contraria. † Extende; quia præsentes laudo non censentur homologare, si non intellexerunt; quia licet Notarius dicat, eosdem præsentes dixisse habuisse notitiam, non tamen probat; quia forte ita dixerunt spe futuræ scientiæ, maxime, quando in loco consueuerunt laudo homologari, ante quam legantur. Castr. *d. cons.466. in fi. lib.1. v quarto, quid si instru-*
60 *mentum.* † Limita; quia præsens, & tacens maritus donationi factæ per vxorem patri, quæ non potest fieri secundũ formam statuti, nisi de consensu mariti non censetur consentire, nisi expresse consentiat. Abb. *cons.40. Factum in effectu, n.3. v. ideo oportet. lib.2.* vbi, quod vbicunq; statutum requirit consensum alterius, censetur requirere pro solemnitate. Vide, *Expressio indiuidua, & spe-*
61 *cialis quando requiratur, vel non. Concl.652.* † Extende; vbi requiritur consensus pro solemnitate, semper debet esse expressus, &
62 clarus, & non sufficit tacitus. Abb. *d. cons.40. n.5. v. secundo.* † Extende; quia quãdo agitur de præiudicio tertij, & requiritur consensus habentis curam vel administrationem; consensus debet
63 esse expressus. Abb. *d. cons.40. n.3. & seq. v. sed in proposito, lib.2.* † Extende; quia illius, qui prohibetur aliquid facere, prout filius familias prohibitus donare sine alterius consensu, cõsensus debet esse specificus, videl. expressus. Abb. *d. cons.40. n.6. v. tertio videtur,*
64 *lib.2.* † Extende; quia præsens & tacens in actu, quẽ scit sibi præiudicare, nihil sibi præiudicat Roman. *cons.340. n.8. v. circa quar-*
tum. Vide, *Protestatio quando necessaria, vel non. Concl 939.* † Exten-
65 de; quia si fideiussor meus est præsens compromisso, quod ego facio in bonum virum cum præsentia & consensu fideiussoris, ipse fideiussor nõ continetur in cõpromisso, & laudũ contra eũ latum est nullum, tanquam extra compromissum. Alex. *d. cons.*
66 *131. In causa vertente, n.4. v. quia illa verba, lib.2.* † Extende maxime, & multo magis, quando sola præsentia fuit præstita, quia regula est, quod in dubio patientia habetur pro sola patientia, & non pro consensu. *c. is qui tacet. de reg. iur. in 6.* Alex. *cons.131. n.6.* vbi ma-
xime procedit in iis, quæ præsens non potest prohibere. Vide, *Scientia, & patientia quando inducat consensum, vel non. Concl.69. & Concl. proxime seq.*

Præsentia in iudicio ad vnum finem an præiudicet ad alium finem. Concl. 604.

1 EMPTOR † bonorum pupilli, contra quem non citatum non potest exequi sententia lata pro pupillo cõtra tutorem, qui bona vendidit non sibi præiudicat, quin debeat citari, licet tempore sententiæ fuerit vt testis descriptus in sententia, quia fuit ad alium finem. Bald. *cons.149 Proponitur, quod quadam, lib.3.* vbi, quod
2 si fiat executio eo non citato, debebit retractari tanquam de facto facta. † Contrarium tenet Ias. *in rubr. C. de in ius vocan.* vbi ampliat; vt imo præsens ex alia causa habeatur pro citato, *n.5. v.*

amplia etiam. † Amplia; quia præsens in iudicio non citatus, Ias. *in rubr. C. de in ius vocan. n.3. ver. veritas est*, plenius *in l.1. ff. eod. tit.* vbi ponit 11. similia in quibus præsens non citatur, & est communis opinio; vt attestatur Ias. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum, n.16. v. sexto limita. ff. de offic. proconsul.* communem * dicit Marant. *in pra-*
6. part. 1. membro. n.12. plene Ias. *cons.169. lib.2.* Vide, Citatio non
est necessaria in multis. Concl.272. † Extende; quia neque certio-
ratio requiritur, quia præsens præsumitur scire. Ias. *d. rubr. C. de in*
ius vocan. num.5. & in l.1. num.15. ff. eod. tit. vbi pro vtraque parte. Vide Marant. *in praxi in 6. part. num.12. membro 1 rubr. nec concipia-*
tur, vbi pro vtraque. † In contrarium, quod imo debeat certio-
rari, plures allegat Marant. *in 6. parte de citatione 1. nu. 1. rubr. nihil*
concipiatur, num.12. † Declara; quia præsens ex vna causa necessaria, quia sit citatus, non potest reputari in alia causa citatus nisi moneatur; secus si esset præsens ex causa voluntaria, etiam fortuita, licet si actus, qui fieret, requireret deliberationem, debeat
sibi dari dilatio: ita Marant. *d. praxi in 6. parte membro 1. rubr. nihil*
concipiatur, num.13. † Et quod citatio facta ad sententiam, quæ
debet esse peremptoria, & non habet peremptorium, contradicitur per compromissionem citati, quia præsens non citatur. Alex.
cons.123. Viso processu, in princ. ver. non obstat etiam quarta, lib.2. n.
2. ver. ideo iura. † Extende; quia productio instrumenti interrumpit præscriptionem, si pars est præsens, sicuti si est citata. Ias.
d. l.1. num.2. ff. de in ius vocan. † Restringe tribus modis, de quibus incertus auctor post Regulas Socini, *Reg.6. Præsens in iudicio.*
Primo, quando debet aliquid respondere: Secundo, quando
citatio requiritur pro forma: Tertio, dummodo certificetur de
actu, qui debet fieri, alias diceretur actus factus contra absentem. † Amplia; quia nulliter citatus si comparet, & non oppo-
nat de nullitate, conualidatur citatio. Marsil. *in l. de vnoquoque,*
num.43. ff. de re iudic. † Restringe, si opponeret de nullitate, & ad
hunc effectum comparet, quia omnia essent nulla. Alex. *cons.*
188. in fin. lib.2. † Amplia in omni negotio etiam extraiudiciali,
quia præsentes ad consilium, vel Capitulum non citantur. Cra-
uet. *cons.4. n.25.* vbi late, Ias. *in d. l.1. n.4. ff. de in ius vocan.* † Contrarium Angel. *in l. 2. C. de decur. lib.10.* † Amplia idem esse etiam si statutum requirat citationem, vel de ea faciat mentionem, quia adhuc præsentia idem operatur. Ias. *d. l.1. num.3. n.*
tio. ff. de in ius vocan. Dec. *cons.618. num.4.* Anto. Nicel. *in tract. am-*
cord. glo. concor. 52. num.235. † Extende, etiam si statutum expres-
se requireret citationem; quia sufficit præsentia. Ias. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum, num.28. ff. de offic. proconsul.* allegat Bald. qui
hoc dicit *in auth. si omnes, num.9. C. si minor se abhæred. at sim.* † Re-
stringe, nisi citatio requiratur pro forma. Ias. *d. l.1. num.13. in 2. li-*
mit. ff. de in ius vocan. vbi dicit, quod pendet ab eo, an per æquipolleus forma sit impleta. † Amplia; quia licet testis nõ citatus, si examinetur, non probet; si tamen patres sunt prælentes tempore examinis, valet examen. Ias. *d. l.1. num.5. ff. de in ius vocan.* & plenius *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num.27. ff. de offic. proconsul.*
† Amplia; quia lis dicitur pendere ex præsentatione rescripti, a tata parte, idem si producitur parte præsente. Ias. *d. l.1. num.6. ff. de in ius vocan.* † Amplia, in sententia lata parte præsente; quia perdem est, ac si citata esset. Ias. *d. l.1. num.7. ff. de in ius vocan.* † Extende; quia multo magis compellitur pars præsens recipere libellum cum termino. Ias. *d. l.1. num.8. ff. de in ius vocan.* Felin. *in cap.*
num.19. de iudic. † Extende, etiam si esset citatus, & ex alia causa pendente termino cõparuisset, quia compellitur recipere libellum. Felin. *d. c.1. n.19. de iudic.* † Amplia etiam; vbi requiritur peremptorium, quia sola præsentia sufficit. Ias. *d. l.1. n.10. ff. de in ius vocan.* † Amplia; quia imo præsens in iudicio præsumitur citatus, quando veniset de longinquo, vel misisset nuncium, alias secus. Ias. *d. l.1. n.11. ff. de in ius vocan.* † Amplia; quia quod dicitur, parte præsente nõ requiritur citatio, intelligitur siue volente, siue nolente. Ias. *in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum, n.26. ff. de offic. proconsul.* vbi de * communi. † Amplia; quia citatio facta reo ad videndã testes, præfigi terminum actori ad probãdum, si reus compareat, & eo præsente, & non contradicente præfigit terminum ambab. partibus; valet præfixio, nec vitiatur ex citatione diuersa. Abb. *cons.*
48. Tria sunt, in pr. v. non obstat aliud lib.1. † Amplia; quia imo si fuit ci-
pars citata ad videndũ fieri decretum in vno loco, & fiat in alio loco; valet, si pars citata fuit præsens. Abb. *d. cons.48. in pr. v. non*
obstat aliud. lib.1. † Limita; quia citatus in vna causa, & compareus
non potest conueniri, in alia causa quia potest dicere, fui citatus in alia causa, & compareo; ideo facias me citare in alia, si vis me
uenire, ita Marsil. *in l. de vnoquoq., n.149. v. fuit. sine quæ potest. ff. de*
reiud. Ias. *in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de off. proconsul. n.3. Mar-*
rant. in prax. in 6. p.1. memb. n.12. † Contrariũ tenet Ias. *in l.1. n.9. ff. de*
in ius

in ius vocan. vbi allegat pro vtraq; parte, licet hanc non teneat, nisi arguendo, tamen Capic. *decis.* 2. *n.* 37. *vsq; in fin.* tenet, quod ita fuit tentum per consilium, & dicit veriorem, & quod non præsumi-
29 tur ex alia causa, vt debeat certiorari. † Declarat Alex. *in l. de vno quoq; n.* 3. *ff. de re iudic.* vt contrarium procedat, qñ iudex monet; & certificat præsentē ex alia causa, alias sit vera limitatio. Capic. *decis.* 34. *n.* 8. licet ipse habeat dubium, an sit vera, tamen *decis.* 2. *n.* 37. dicit verissimam, & imo tenet etiã sine certioratione, qñ non constat, quod ex alia causa esset præsens, & Maranta idem dicit
30 *in praxi in 6. part. memb. 1. rubr. Recte cõcipiatur, n.* 12. *&* 13. † Extende, quia imo nulliter citatus, vt quia die feriata in honorem Dei citatur pro die iuridica, si cõparet, & allegat nullitatem citationis, non conualidatur ex comparitione, secus si non allegaret nullitatem. *l. fi. ff. de in ius vocan.* Felin. *in c. 1. n.* 18. *de iudi.* Marsil. *in d. l. de vno quoq; n.* 43. *ff. de re iudic.* vbi omnes * dicunt, q̃ vitium citationis purgatur per cõparitionem, quorũ dicta intelligi debent, si nihil opponat; secus, si opponit comparens de nullitate; quia tunc processus, & acta sunt nulla. Alex. *consil.* 188. *col. fi. ad fi. lib.* 2. Specul. *tit. de citat. §. 1. v. item excipitur*, & perpetuo menti tenendum dicit
31 Castr. *in l. 1. in fi. ff. de feriis*, vbi etiam Alex. † Extende; quia citatus generaliter ad respondendum petitioni, si comparet, nõ potest conueniri in causa, in qua specialis citatio cum expressione causæ requiritur. Tiraq. *de retract. lignag. §. 9. glos. 2. n.* 19. *v. quod tamen*
32 *intellige.* † Restringe; quia citatus etiam nulliter si comparet, & est in iudicio tẽpore citationis, præsumitur in iudicio ex illa causa, non ex alia, & conualidatur citatio. Alex. *consil.* 123. *Viso processu,*
33 *n.* 3. *v. pro quo etiam facit, lib.* 2. † Limita, quando citatio non esset solum, vt cõpareret pars citata, sed etiã vt responderet; quia tunc
34 non sufficit præsentia. Ias. *d. l. 1. n.* 12. *ff. de in ius vocan.* † Limita, qñ & citatio pro forma requireretur. Ias. *d. l. 1. n.* 13. *ff. de in ius vocan.* Vide, *Abundans cautela non nocet. Concl.* 67. Vide, *Acta audiri ad vnum finem facta an probent ad alium. Concl.* 90.

Præsentia quando præsumatur in actu, qui geritur, vel non. Concl. 605.

1 PRÆSENTIA † inuestiti præsumitur in contractu, in quo dicit, *inuestiuit talem*; qui est actus conueniens, & collatus à præsente præsenti. Oldrad. *consil.* 217. *Super eo.* Roman. *consil.* 509. *Circa pro-*
2 *positam, n.* 23. *v. hoc tamen non refragante.* † Extende in omni scriptura, quæ cõuenit fieri inter præsentes; quia semper p̃sumitur præ-
3 sentia. Rim. Iun. *consil.* 52. *n.* 104. *lib.* 1. † Et maxime in scriptura cõtinente pactum liberationis, vel de non petendo, Alex. *consil.* 177.
4 *Visis, & lectis, n.* 4. *v. & ex scriptura, lib.* 7. † Amplia, vt idem sit in stipulatione, quia vtriusq; præsentia præsumitur, ex quo est de esse stipulationis. Oldrad. *d. consil.* 217. *v. præterea.* Rom. *d. consil.* 509. *n.* 24.
5 *v. ex qua ratione.* † Ampliare videtur in omni actu, in quo pro validitate actus præsentia est necessaria, quia in dubio pro validita-
6 te actus præsumitur. Oldrad. *d. consil.* 217. *per tot.* † Extende in scriptura mercatoris ad fauorem certæ p̃sonæ, quia præsumit præ-
*7 sentia. * coẽm dicit *decis. Lanue.* 45. † Ampliatur etiam, vbicunq; ex proprietate verborum præsentia arguitur; nam si in instrto aliquid dẽ factum, quod secundum iuris effectum præsentiã denotat, illa præsumit. Oldr. *d. consil.* 217. *Ro. d. consil.* 509. *n.* 24. *&* 8 *seq.* † Amplia in teste, quia vbi deponit assertiue, præsumit, q̃ fuerit præsens, licet non dicat fuisse præsentem. Alexan. *consil.* 102. *Super primo, nu.* 20. *&* 22. *& seq. v. pro ista opinione, lib.* 7. vbi ponit plura si-
9 milia. † Amplia in donatione, quia præsentia donatarij p̃sumit. Oldr. *d. consil.* 217. qui loquitur in inuestitura titulo veræ, & irreuocabilis donationis factæ; & licet se fundet super verbo, *inuestiuit*, quia importat, vt præsens præsentem inuestiat, idem potest dici de donante, quia donatio est, qñ præsens præsenti donat, *l. inter*
mortis. ff. de don. caus. mort. & idem dicit in donatione facta pp nuptias mulieri, vt præsumatur præsentia mulieris nominatæ. Bal. *cons.* 422. *In ciuitate Alexandriæ, in fin. lib.* 1. Vide apostill. fin. ad Ro-
10 man. *d. consil.* 509. *in v. traditio.* † Extende, maxime in donatione facta per hæc verba, *dono à voi messer N.* id est, *dono vobis domine N.* quia præsumitur præsens donatarius. Ioan. de Imol. *consil.* 8. *n.* 5. *v. circa*
11 *secundum.* † Contrarium, q̃ imo non præsumatur p̃sentia in donatione, nisi adsint coniecturæ. Boer. *decis* 353. *n.* 3. vbi pro vtraq; parte allegat, & sic vẽ dicere; & hanc partem tenent Ruin. *consil.*
154. *n.* 11. *& seq. lib.* 5. & alii, quos citat Mascar. *concl.* 564. *in princ.*
12 † Imo, qñ nihil est dictum de præsentia, neq; de absentia donatarij, quod præsumatur absens, & non valet donatio. Rimin. Iun.
13 *cons.* 37. *n.* 70. † Amplia in rogitu, & confessione facta per Notarium contra se ipsum, quia si confecit publicum instrumentum, in quo confitetur se habuisse à tertio, & se obligat, præsumitur

præsentia illius tertij, & omnia alia solemnia ad instrumentum videl. rogitus, & similium. Bald. *consil.* 43. *Quædam scriptura, lib.* 1. *per*
tot. maxime *in fin.* † Amplia in obligatione contenta in apodi- 14
xa; quia si creditor habet penes se apodixam, præsumitur, quod fuerit præsens, qñ confecta est. Bald. *consil.* 380. *Tres sunt casus, in pr. lib.* 3. Angel. *in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul.* sequitur Socin. *consil.* 68. *Visa & diligenter considerata, col.* 2. *lib.* 4. & maxime; quia à communiter contingentib. solet præsentia interuenire in istis obligationib. per apodixam, vel scripturam priuatam. † Exten- 15
de, etiam si apodixa, vel scriptura priuata contineat mutuum. Alb. de Rosa. *in l. rationes, col.* 2. *in fin. C. de probat.* sed hoc non dicit, imo quod valet etiam absente parte confessio mutui, & q̃ vidit ita iudicari Alex. *consil.* 191. *Visa scriptura, col.* 2. *lib.* 2. Vide, *Confessio absente parte, vel pactum ad liberandum quando valeat, vel non. Conclus.* 644. † Restringe in epistola, vel litera missiua; quia non requirit 16
præsentia, neq; præsumitur, quantumcunq; penes creditorem reperiatur. Bald. *d. consil.* 380. *in pr. lib.* 5. † Restringe, vt non proce- 17
dat, qñ apodixa esset penes debitorem. Bald. *d. consil.* 380. *in prin. lib.* 5. † Amplia; quia præsentia in loco, vbi quis habet domicilium, 18
præsumitur; ideo allegans præscriptionem contra præsentẽ habet intentionem fundatam. Alex. *in l. si potest, col.* 4. *ff. de acq. hæred.* Corn. *consil.* 50. *lib.* 2. Alex. *consil.* 88. *Eximie. n.* 5. *in fin. v. item respondeo, lib.* 2. *& n.* 6. *v. fortius*, & plenius *consil.* 220. *Ponderatis, n* 4. *v. quia si creditor, lib.* 6. † Contrarium, quod is, qui allegat præsentiam, vt in- 19
ducat præscriptionem contra præsentem, debeat probare. Alex. *consil.* 118. *In causa, n.* 16. *lib.* 2. Bald. *in l. præscriptione. in fi. C. quibus non obstet long. temp. præscript.* plene Felin. *in c. tenor.* vbi ponit regulam, & fallentias, *de re iudic.* Alex. *consil.* 177. *In causa, & lite, n.* 15. *v. præterea. lib.* 6. † Declara; quia is, qui habet domicilium, & habitationẽ 20
in loco, & ibi tempore cõtractus habitat, præsumitur continuasse habitationem in loco, si non doceatur de absentia, & cõtraria loquuntur in eo, qui non habet præsumptionem habitationis, ita Alex. *d. consil.* 220. *n.* 4. *& seq. iuncto consil.* 177. *n.* 15. *lib.* 6. † Amplia, 21
vt quod dicitur de præsentia personarum, ꝓcedat etiam in præsentia rei; quia verba illa, *dedit, vendidit, tradidit*, si sunt dicta in præsentia rei, importãt veram traditionem, & dominii translationẽ, secus, si in absentia rei, quia solum important facultatem ꝓpria auctoritate accipiẽdi, & an præsumatur præsentia rei ex illis verbis non; sed ex verbis importantib. rei præsentiam præsumitur eo modo; quo præsentia personarũ; quia statur instrumento donec contrarium probetur, vnde si dictum est, *dedit, & exhibitionem fecit*, præsumitur præsentia rei traditæ, ita plene Rom. *consil.* 509. *n.* 23. *& seq.* vbi apostil. *in ver. in proposito, cum seq.* † Limita; quia ab- 22
sentia præsumitur, nisi probetur contrarium. Alex. *consil.* 80. *Visis, n.* 13. *v. fortificari possunt, lib.* 5. vbi apostill. dat plurimos concord. *in v. absentia.* † Extẽde maxime, quando concurrit præsumptio, quę 23
est pro decreto iudicis in alienatione bonorum minoris; quia si statutum requirat consanguineos præsentes ad contractum, videl. duos; secus si sunt absentes; & decretum sine consanguineis interpositum fuit omni meliori modo, præsumitur quod fuerint absentes. Alex. *d. consil.* 80. *n.* 4. *&* 5. & maxime *d. n.* 13. *lib.* 5. † Exten- 24
de; quia præsentia non præsumitur, cum sit facti, sed absentia ad effectum, vt præscriptio 10. annorum cum titulo habeat locũ. Alex. *consil.* 92. *Viso, in fi. lib.* 5. vbi, quod debet esse cautus aduocatus allegantis præscriptionem, vt probet præsentiam, alias succumberet, vbi apostil. *in ver. præsentem*, dat concord. Vide, *Absens,* *vel præsens quis dicatur. Concl.* 35. † Limita in obligatione filij facta 25
de dote restituenda; quia si in instrumento dicatur, q̃ filius obligauit se, & bona sua per hæc verba, *ego me obligo, & bona mea cũ præsentia, & consensu patris mei*, non probatur, neq; præsumitur p̃sentia patris, vt censeatur obligatus, quia licet p̃sumatur, ꝑ verbis Notarij, & partium in eorum præiudicium, tñ secus est in verbis vnius, vt præiudicet alteri. Cuma. *consil.* 40. *Cuidam filio, n.* 3. *v. ad secundum.* † Limita in iis; in quibus à communiter contingentibus 26
præsentia non est necessaria, prout in legato; quia legatarius nõ præsumitur præsens. Rimin. Iun. *consil.* 111. *n.* 74. *lib.* 2. † Limita in 27
eo, qui habet instrumentũ pro se factum à Capitulo, vel Canonicis; quia si vnus ex Canonicis vult dicere se præsentẽ in loco, & non vocatum, debet ꝓbare præsentiam. Put. *d. decis.* 385. *n.* 3. *lib.* 2. † Declara; quia semper præsentia, vel absentia debet ꝓbari ab 28
asserente, quando cessat præsumptio. Put. *d. decis.* 385. *in fin. lib.* 2. † Limita; quia imo, qui dicit præsentiam alicuius personæ in ex- 29
peditione alicuius actus; debet illam manifeste probare. *l.* 2. *C. de statuis & imagin.* Oldr. *consil.* 323. *n.* 6. *v. circa quartum*, vbi loquitur in verbis Notarii asserentis testem iurasse secundũ morem, & consuetudinem; quia non arguunt illa verba coram iudice, licet iudex requiratur; quia verba potius respiciunt formam iuramenti,

quam iudicis personam. Vide Mascard. *Concl.*5. vbi qñ præsumatur præsenta, vel absentia,& *Concl.*6.quando præsumatur ad bonum,vel malum finem, & *Concluſ.*7. quid in præscriptione,& *Concluſ.*8.quid in iudiciis, & *Concl.* 9. quid in stipulationibus,& *Concl.*10.& 11. quomodo probetur,vide eum.

Præsentia partis non requiritur multis casibus. Concluſ. 606.

1 DECLARATIO†mentis dubiæ,& ea quæ cõsistunt in animo, possunt fieri,& valeãt parte absente,sicut si esset psens; put est ratificatio,aditio hæreditatis,& similia.Petr.de Anch.*conſ.*23. *n.*9.*v.non obstat,*ꝙ *in tali assertione.* Alex.*conſ.*130.*Difficultas.n.*3.*v.se-*
2 *cundo hoc confirmatur,lib.*1. † Extende;quia testis deponens de cõsensu alicuius ad declarationẽ animi consentientis probat,etiã si pars,ad cuius fauorẽ pstatur consensus,esset absens. Ang. *conſ.*
3 1.*Porrecta fuit,n.*5.*v. ad secundum.* † Renunciatio facta cum iurto piudicat renunciãti,etiam si fiat absenti,& nullꝰ recipiat pro eo.
4 Pet.de Anchar.*conſ.*34.*n.*17.*v.maxime quia.* † Aditio hæreditatis pbatur,& iuuat absentes,sicut psentes,quia non requiritur præ-
5 sentia, Bald.*conſ.*374.*Quæritur,vtrum captura,n.*2.*lib.*4. † Quasi ctractus non requirunt psentiam personarũ, prout contractus, ideo in absentia f. cti iuuant absentes. Bald.*d.conſ.*374.*n.*2.*lib.*4.
6 quia æquiparat negotiorũ gestorii ille,qui quasi ctrahit. † Actus omnis,qui põt fieri inuita parte,semper fieri potest parte absente,maxime in extraiudicialib. Alex.*consil.*130.*Difficultas,in princ.v.*
*tamen iis non obstantib.lib.*1. Vide, *Citatio non est necessaria in multis.*
7 *Concl.*272.† Inuestitura rei deuolutæ ad Ecclesiã põt fieri alteri non vocato,neq; præsente eo,qui priuatus est.Alex.*d.conſ.*130.*n.*
2.*v & ideo, lib.*1. Marsil. *d.rubr. C. de probat.n.*224. vbi alia similia.
8 † Actus ẽt iudicialis potest fieri parte absente, & non citata,qñ potest fieri parte inuita prout iurtum in casu *l.si quando.C.vnde vi.* Alex.*d.conſ.*130.*Difficultas,nu.*4.*v. tertio prædicta confirmantur,lib.*1.
9 Marsil.*in rubr.C.de probat.n.*219.vbi cum seq.plura similia.† Idem in teste,qui licet debeat iurare altera parte psentevel citata,tñ secus est,qñ testis est talis;cuiꝰ dicto necessario debet stari.Alex.
10 *d.conſ.*130.*n.*4.*&n.*5.*v.& istud etiam,lib.*1.† Idem in sñtia,quia valet parte absente & non citata,qñ constat nullã cõpetere defensionem, & potest fieri parte inuita, quæ non põt aliquid excipe-
11 re. Marsil.*d.rubr.C.de probat.n.*218. † Amplia; quia causa ingratitudinis remissa ex pacto patri per filiũ potest declarari, & illi cum iuramento standum est,prout fuit cõuentum, etiam si parte absente,& non vocata pater exheredauerit filium cum iurto asserens causam ingratitudinis veram esse Alex.*d.conſ.*130.*Difficultas.*
12 *per tot.lib.*1. † Extẽde, vt procedat etiam non obstante doctrina Bart.*in l.fin.ff.de prætor.stipul.*ꝙ pars potuisset reuocare talẽ remissionem de standoiuramento patris,quia vltra ꝙ Bartoibi communiter reprobatur,sufficit,quod nõ fuit facta reuocatio.Alex.
13 *d.conſ.*130.*in fi.lib.*1. † Limita in iis,in quibꝰ patris præsentia posset retrahere dictum,vel declarationem in contrarium. Bart.*in l. Theopompus.ff.de dote præleg.& in l.si quis arbitratu.ff.de verb.obl.* Alex. *d.conſ.*130.*Difficultas,in pr.& n.*5.*v.nec prædictis,lib.*1. Marsil.*in rubr.*
14 *C.de probat.n.*22. † Contrarium dicit esse verus Alex.*d.consil.*130. *circa fin.n.*5.*v.præterea,vt prædicta,lib.*1.

Præses Prouinciæ quis dicatur, vel Rector, quæ possit, vel non. Concl.607.

1 PRÆSES,†seu Rector prouinciæ potest sine licentia Principis omnem pœnã gladij ctra facinorosos homines imponere,ꝓ vt etiam alij officiales hoc possunt, quibus gladii potestas est cõ-
2 missa,siue perpetuo,siue ad tempus. Fulg.*conſ.*1.*per t.* † Exempti sunt præsides prouinciarũ status Ecclesiæ,à iurisdictione,ne possint inquisitores,& Episcopi ctra eos procedere sine licẽtia Pa-
3 pæ;*Extrauag.cum Matthæus,de hæret.*& late scripsi sup ea. † Maior omnibus est in sua prouincia Præses, & præfertur Episcopo, & Gubernatorib.ciuitatum.Abb.*conſ.*24.*Rodulphus,in fi. v.vnde licet*
4 *Gubernator sit,lib.*1. † Amplia; quia prouinciam suam habet ꝓ territorio;ideo potest punire delinquentẽ in prouincia,ẽt si habeat delinquens domicilium in alio loco prouinciꝫ;quia põt ratione domicilii puniri ex officio, & ad querelam. Abb. *conſ.*24.*Rodul-*
5 *phus,per tot.lib.*1. † Concurrit cum omni particulari Gubernatore suæ prouinciꝫ,sed tñ non posset velle auferre delinquẽtes à Gubernatorib. ratione delicti,ẽt si haberent domicilium in alio loco prouinciæ;si tñ præses ratione domicilii præuenit, non tenet delinquẽtem remittere Gubernatori loci delicti. Abb.*d.conſ.*24.
6 *per tot.*& maxime *col.fin.lib.*1. vbi est casus consilij. † Rebannire põt bannitos Præses prouinciæ, & ẽt Rector ciuitatis,sed non potest gratiare deportatum.Bart.*q.*1.*Lucanæ ciuitatis,in fine n.*2.*v. præterea deportatum.* † Item non potest concedere licentiam relegato discedendi à loco.Bart.*d.q.*1.*n.*3.*v. tertio videamus.* † Relegare potest Præses prouinciæ, & prætor,& Rector ciuitatis ex causa. Bart.*extrauag. qui sint rebelles,in ver.rebellando,in fin.* † Amplia;quia præses prouinciæ est nomen generale,& idẽ est in Rectore prouinciæ, ideo comprehendit omnes alios Rectores,& Legatos,quocunq; nomine censeantur. Bart.*conſ.*196. *Ciuitati Camerini,n.*3.*v.super tertio,lib.*1. vbi,ꝙ non est subrepitia cõfirmatio,si Papa dicat confirmare facta per Legatum, & erat præses. † Amplia,quia præses prouinciæ in sua prouincia incipitur legatus,& legationis munere fungitur. Bart. *conſ.*196.*Ciuitati Camerini,n.*3.*v.super tertio,lib.*1.& est text.*in l.*1.*& in l.penul.ff. de offic.pre-*
fid. vbi appellantur Legati,& proconsules,vbi glo.*in d.*l.1.distinguit proconsulem à præside,quando mittitur præses,qui fuit cõsul, & quando mittitur extra Italiã, dicitur proconsul. † Rector prouinciæ continet etiam quemcunq; officialem,qui alieno nomine exercet iurisdictionem secundum* communem vsum loquendi.Ant.de Butr.*consil.*74.*n.*3. † Et patia sunt Rectorem esse prouinciæ,& Præsidem prouinciæ; & quod nõ faciunt mutãdas suas,neq; pœnas,nec possunt colle ctare subditos.Bart.*in l.Cle-*
*excusat.mun.n.*3.*& seq.lib.*10.*& d. conſ.*196. vbi, quod non potest alienare iurisdictionem. † Et proprie Rector prouinciæ dicitur, quicunq; regit siue titulo Præfecti prætorio,siue Legati,quamcunq; alieno regit. Apostil.ad *d.conſ.Ant.de Butr.*74.*n.*3.*an verb. Rectorus,*vbi allegat Bart. *d l.*1.*C.de excusat.mun.lib.*10.Alciat.*in tractatibus.ff.si cert.per.* † Amplia;quia statuta condere possunt Præsides,& Rectores prouinciæ. Vide,*Statuta, Concl.*429.declara,ꝙ ibi. † Declara;quia licet Legati æquiparentur præsidibus, tamẽ illud est improprie de Legato de latere;quia legatio non est dignitas perpetua,sed finita legatione extinguitur, nec datur successorin legatione;quia fit ad nutum. Bero.*in c.quoniam.*Abb.n.
103.& 104.*de offic. deleg.* vbi de* communi † Proconsulibus in prouincia æquiparantur Legati de latere,alii vero Legati,qui non sunt de latere,æquiparantur præsidibus prouinciarum.*c.*1.*de officio Legat.in* 6. vbi glo.*in ver.Proconsulum,*& Dd. Bart.*in l.fin.ff. de offic.proconsul.& Legati, in princ.* † Amplia; quia Viterbium habet Præsidem,qui regit totam prouinciam patrimonii.Abb.*conſ.*24. *Rodulphus,per tot.* vbi,quod ciuitas Cornetiest sub Præside,ibi. † Pertusium habet gubernatorem Præsidem prouinciæ cum dignitate Legati de latere,vt meminit Abb.*conſ.*25.*Attingam ista, col.*2.*v.venio ad secundum,lib.*1.vbi, ꝙ non potest cõmittere causam summarie,neq; sanare ꝓcessum nullum, neq; auferre ius vnius & dare alteri, quia Legatus non potest. † Firmana ciuitas habet Gubernatorem,qui Præsidens est nomine Papæ, vel habet Legarum,qui nõ possunt tollere ius quæsitum ex priuilegio,vel iure cõmuni sine causa;quia solꝰ Princeps hoc facit,sed bene ex causa possunt restituere minorem læsum,vel maiorẽ ex clausula (si qua mihi iusta causa) put possint alij ordinarij officiales.Abb. *conſ.*77.*In quæstione,col.*1.*in fi.& col.seq.v.sed posito,lib.*2.† Et dicitur Gubernatores,vel Præsides appellari potest,etiam si statuta confirmata à Papa dispnerent,ꝙ appellatio fiat ad Capitaneũ,qua ex quo Gubernator cõcurrit cum omni iurisdictione in prouincia,vel ciuitate sibi decreta,& est superior,potest omisso meo de iure Canonico ad eum appellari. Abb.*d.conſ.*77.*in fin.lib.*2. † Limita;quia non potest cõmittere causam summarie cognoscẽdam,neq; potest ipsemet peripsum causam cognoscere summarie,quæ sit de sui natura ordinaria. Bald.*conſ.*225.*In causa vertente,n.*2.*v.secundo quæritur,lib.*5. Abb.*consil.*25.*Attingã ista,col.*2.*pri-*
*med.v.ad prædicta facit,lib.*1. † Bene põt alteri causam demandare,ꝓ put ipse cognosceret,*l.sæpe,& Generaliter.ff.de offi.præfid.* † Imo statu Ecclesiæ Præsides; quia dicuntur Legati missi, vt *c.*1.*de Leg.in* 6.possunt cõmittere causas ẽt Ecclesiasticas seruata forma *c.statutũ,de rescr.in* 6. vt ibi gl.*in v.Legati,* & ꝙ sint Legatiin *c.*1.*de* cia. Bart.*conſ.*196.*n.*3.*lib.*1. † Limita;quia non põt aliquid contra çstitutionem prouinciæ;ideo si causa appellationis deuolui ad certos iudices ordinarios vigore statuti, vel cõstitutionis, nõ possunt præses appellationẽ alteri cõmittere. Bald.*d.conſ.*225.*n.*3.*v.ſtatio quæritur,lib.*5. † Limita;quia non põt processum nullũ sanare, quia solus Princeps hoc potest. Abb.*d.conſ.*25.*Attingam ista,col.*
*v.venio ad secundum,lib.*1.quia solemnia iudiciorũ tollere non potest. † Imo ratificare non põt iudex nulliter gesta coram iudice non suo,etiã si nomina ratificantis sint gesta, coẽm* dicit Abb.*conſ.*
25.*col.*2.*v.venio ad secundum.in fi.lib.*1.† Limita;quia non potest dispportationis pœnam imponere sine licẽtia superiorris, licet possit omnem aliã pœnam ẽr gladij,& vltimi supplicij imponere.Fulg. *conſ.*1.*n.*2.vbi,quod in hoc minus potest Præses prouinciæ quam

prætor Vrbis, & alii officiales. Bart. *in q. 1. Lucanæ ciuitatis, in solutio-*
28 *ne. n. 2. ver. contrarium credo.* † Limita; quia non potest donare, vel
29 alienare aliquid. Bart. *cons. 196. Ciuitati Camerini. in prin. lib. 1.* † Declara, quia potest ex causa remunerationis donare. Io. de Anan. *cons. 81. n. 2. & in prin.*

Præstimonia sunt beneficia, & qualia, & quando secus. Concl. 608.

1 PRÆSTIMONIA † sunt beneficia ecclesiastica, quæ non possunt nisi clericis conferri; quia consistunt in perceptione decimarum, quæ non cadunt in laicum. Oldr. *cons. 81. in princ. & ver. nam præstimonium.* vbi, quod dicitur quasi præstans munium, & latius idem Oldrad. *cons. 140. In Ecclesia Calaguritana. ver. ad primam quæstionem.* vbi, quod sunt pauci redditus: & quod sint beneficia, Abb. *cons. 47. Illud de iure queritur. in prin. lib. 2.* vbi in fin. te-
2 net contrarium, si consuetudo repugnat. † Extende; quia præstimonia, quæ dantur in titulum perpetuum, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, ita quod arctatur intitulatus ad tale seruitium, quod non potest expediri per laicum, & tunc dicitur beneficium ecclesiasticum. & in eo habent locum omnia iura de beneficio ecclesiastico loquentia; si verò consistit in sola temporalitate, licet detur in titulum perpetuum, non est beneficium ecclesiasticum. Gemin. *cons. 89. in fin. ver. ego puto. nu. 5. in fin.* vbi recitatis opinionibus tenentium, quod sint, & non sint
3 beneficia, ita distinguit. † Non tamen requirunt residentiam; quia fructus percipi possunt in absentia. Oldr. *cons. 81. in princ. ver. nec obstat.* idem Oldr. *d. cons. 140. In Ecclesia Calaguritan. n. 3. ver. & si dicatur.* vbi, quod de consuetudine non requirunt residentiam, sentit idem Abb. *cons. 47. Illud de iure queritur. lib. 2. in prin.* Amplia; quia regulariter præstimonia sunt beneficia ecclesiastica.
4 Vide infra *num. seq.* † Amplia; quia regulariter præstimonia sunt beneficia; quia habent omnia, quæ conueniunt beneficio; quia ex parte personæ prouidentis spectat collatio & prouisio ad Episcopum vel Prælatum Ecclesiasticum; item, non potest illud proferetinere ex parte prouisi; quia debet esse clericus ex parte rei, & præstimonii; quia habet aliquid spiritualitatis annexum; quia datur propter diuinum officium; item, quia est perpetuum respectu prouisi; item, quia prouisio debet esse pura, sine pacto,
5 sine conditione, & non pro alio commodo temporali, alias est simonia. Abb. *cons. 47. Illud de iure. in prin. lib. 2.* † Declara; quia si de consuetudine non venit appellatione beneficii, maxime in materia odiosa, vt expectatiua ad beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, illa non comprehendat, talis gratia non comprehendit præstimonia. Abb. *d. cons. 47. in fin. nu. 4. ver. sed ius non*
6 *obstantibus. lib. 2.* † Amplia; quia obtinens præstimonium debet de eo facere mentionem in gratia collationis beneficii, prout de alio beneficio obtento, alias est subreptitia. Oldr. *cons. 81. in prin.* vbi idem etiam de pensione, quod intelligas secundum Gemin. *d. cons. 89. n. 3 in fin. ver. quoad vltimum. vsque in fin.* quando est tale præstimonium, quod dicatur beneficium ecclesiasticum, alias non. Vide, *Subreptitia ex quibus dicatur gratia, vel dispensatio*
7 *circa beneficia. Concl. 725.* † Limita in præstimoniis Ecclesiæ Calaguitan. quia cum plura possint retineri de consuetudine, de eis singulariter non est facienda mentio; quia plura beneficia, quæ possunt simul teneri, habentur pro vno. Oldr. *d. consil. 140. In Ec-*
8 *clesia. in fin. ver. ad aliam quæstionem.* † Contrarium tenet Gemin. quando sunt talia, quæ sint beneficium ecclesiasticum, *cons. 89. n. 3. ver. quoad vltimum. vsque in fin.* vbi recitata opinione Oldrad. aliter distinguit, vt supra, quod imo singulariter de vnoquoque præstimonio sit facienda mentio, quando sunt talia, quæ dicantur beneficia ecclesiastica; quia non sufficit in genere dicere, qui obtinet nonnulla præstimonia, si obtinet quatuor, vel quinque.
9 † Limita; quia præstimonia de consuetudine habent diuersam naturam à beneficiis ecclesiasticis, & de communi vsu non veniunt appellatione beneficii cum cura, vel sine cura; ideo expectans beneficium cum cura, vel sine cura, non capiet præstimonium, licet sit beneficium, attenta consuetudine prædicta, licet de iure communi secus. Abb. *cons. 47. Illud de iure queritur. vers. sed*
10 *ius non obstantibus. lib. 2.* † Limita tamen, quod constitutio *extrauag. suscepti. de election.* loquens de beneficiis, habet locum in præstimoniis, secundum Oldr. *d. cons. 140. In Ecclesia Calaguritana. nu. 4.*
11 *ver. ad secundam.* † Limita; quia præstimonia non sunt beneficia ecclesiastica, quando non dantur in titulum, sed dantur in stipendium. Felin. *in c. postulasti. n. 7. col. 13. ver. circa secundam. de rescript.* & ante eum fuit distinctio Gemin. *cons. 89. Super dubiis. in fi. ver. ego*
12 *puto, quod decisso.* † Et de istis præstimoniis non debet fieri mentio in gratia impetrationis, quando dantur in stipendium. Fel. *in d. c. postulasti. n. 7. col. 13. ver. circa secundam. de rescript.* vbi dicit communem * opinionem. † Extende, vt imo præstimonia non sunt be- * 13
neficia, nec de eis debet fieri mentio in impetratione, quando consistunt in mera temporalitate, & licet dentur in titulum perpetuum; tamen nullum seruitium spirituale habent annexum. Gemin. *d. cons. 89. in fin. ver. aut ista præstimonia.*

Præsumptio quid sit, & quantum probet. Concl. 609.

1 PRÆSVMPTIO † est cognitio ex circumstantiis resultans, *c. ex studiis. de præsumpt.* Alex. *cons. 89. Visa themate. n. 7. & seq. ver. similiter. lib. 3.* vbi, quod animus iudicis variatur, fortificatur, & debilitatur ex præsumptionibus. † Et non est semiplena proba-2
tio præsumptio, sed est probatio minor, quam semiplena probatio. Alex. *d. cons. 89. n. 8 lib. 3.* † Et ideo socius criminis regulariter 3
probat minus, quam semiplene in criminibus; ideo solus non facit indicium ad torturam; quia non est integer, & omni exceptione maior, sed facit præsumptionem, quæ iuncta cum alia præsumptione, faceret semiplenam, & sic indicium ad torturam. Alex. plene *d. cons. 89. nu. 6. & seq. lib. 3.* vbi dicit idem esse in dicto vulnerati; quia facit solam præsumptionem.

Præsumptio iuris & de iure ex quibus inducatur. Concluſ. 610.

1 PRÆSVMPTIO † iuris & de iure inducitur, si lex vel statutum vtatur verbo, quod talis res intelligatur esse huius qualitatis. Bald. *cons. 2. Factum tale est. in fin. n. 4. ver. solutio. lib. 3.* † Am-2
plia; quia vbicunque lex vel statutum aliquid decidit super præsumptione, illa dicitur præsumptio iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. Bald. *consil. 250. In quæstione Domini Mlani. in fin. n. 16. ver. item si fallitus. lib. 1.* exemplificat in hærede adeunte sine inuentario, quem lex obligat de suo; quia præsumitur fraudasse hæreditatem; nam si probet non fraudasse, tenetur nihilominus; idem in fallito fugiente, qui ob fraudem præsumptam punitur certa pœna; quia si probet fraudem non commisisse; tamen punitur. † Et quod vera præsumptio iuris & 3
de iure sit quando ius non præsumit: imo statim vlterius procedit sic statuendo, Castillio. *cons. 38. n. 20. ver. præterea.* vbi reprehendit glossas; quia in fictione, quæ est contraria veritati, posuerint præsumptionem iuris & de iure. † Et statutum inducens 4
præsumptionem contra vsurarios, vt ipsi, licet soluant integrum pretium in contractu, præsumantur rehabuisse tertiam partem, dicitur inducere præsumptionem iuris & de iure, prout in statuto Brixiæ, super quo Castr. *cons. 26. Visis. in prin. lib. 2.* vbi, quod admittitur probatio contraria per confessionem partis, ad cuius fauorem est inductum statutum. † Amplia; quia vbicumq; lex 5
aliquid fingit verum, quod non est, talis fictio inducit præsumptionem iuris & de iure: veluti lex inducit fictionem, quod captus apud hostes mortuus, censeatur mortuus die illa, qua captus est, pro honore captiui: ista est præsumptio iuris & de iure; quia lex ita statuit. Castillion. *cons. 13. n. 5.* licet idem Castillion. in hoc reprehendat glossas *cons. 38. n. 20.* † Amplia; quando lex in- 6
ducit præsumptionem interpretatiuam expressam, seu intellectam, *c. quanta. de sent. excom.* quia illa dicitur præsumptio iuris & de iure. † Amplia; quia si lex vel statutum (prout Perusii) man- 7
dat testes examinatos contra magnates non posse reprobari, nisi intra octo dies à die publicationis, operatur, quod lapsis octo diebus oritur præsumptio iuris & de iure, quod deposuerint veritatem, & non possunt accusari, neq; inquiri. Bartol. plene *cons. 100. A Domino Cyno. in prin. lib. 1.* vbi apostil. *in ver. quando lex.* † Et 8
ideo præsumptio, quæ inducitur à lege, quod præsumatur sententia, quæ transiuit in iudicatum rite & recte lata, est præsumptio iuris & de iure; ideo non admittitur probatio in contrarium, nisi ex confessione, vel permissu eius, pro quo lata est sententia. Abb. *cons. 60. In casu. col. 2. n. 3. ver. Præmio, quod de iniustitia. & in fin. lib. 2.* Vide, *Præsumptio iuris, vel iuris & de iure, quando non admittat probationem. Concl. 614.*

Præsumptiones sunt liquidissimæ probationes, & duæ faciunt semiplenam probationem. Concl. 611.

1 PRÆSVMPTIONES † iuris dicuntur liquidissimæ probationes, *l. licet Imperator.* vbi * omnes. *ff. de leg. 1.* Abb. *in c. 1. in 2.* * *not. ff. de cleric. non resid. & in c. cum dilecti. de donat.* Dec. *cons. 54. col. 2. in fi.* † Extende; quia probatio, q̃ fit p euidentissimas præsumptiones, & 2
coniecturas, dicitur liquida probatio, *l. si tutor.* & ibi gl. *C. de peric. tutor.* Castr. *cons. 74. vers. stem est alia regula. lib. 2.* Affl. *decis. 13. n. 23. & 24.* Castr. *cons. 282. col. 2. in princip. ver. nec obstat. lib. 1.* Vide, *Probatio per coniecturas quando, & in quibus sufficiat, vel non. Concluſ. 795.*

3 † Et ideo releuat in ciuilibus. Castr. *d.cons.282. In causa ista. col.2. vers. nec obstat. si dicatur, in prim. lib.1.* vbi apostilla citat Socin. *cons.23. Circa. ver. duodecimo probatur. lib.1.* & idem Castr. *cons.283. Super isto*
4 *negotio. n.4. & 5. lib.1.* † Amplia; quia præsumptiones duæ faciunt semiplenam probationem, vt possit deferri iuramentum in supplementum, quando subest semiplena probatio. Rom. *cons.127.*
5 *Posito, quod. col.2. ver. aut enim fama.* † Limita; quia præsumptiones non dicuntur illæ, quæ non sunt approbatæ iure, sed ab homine inuentæ, & excitatæ, & istæ appellantur suspiciones, quæ non sufficiunt ad condemnandum. Castren. *cons.299. Visa inquisitione. col.2. in prim. ver. sed hic nullum. lib.2.*

Præsumptio cedit veritati, & quando. Concl. 612.

1 PRÆSVMPTIO † omnis cedit veritati; quia veritas præualet præsumptioni, *l. in rebus. C. de iure dot.* Socin. *consil.164. col.5. ver. sed ad hanc obiectionem. n.10. vol.2.* Paris. *cons.29. n.44. lib.2.* Roland. à Valle *cons.99. n.11. lib.2.* Petr. Surd. *cons.7. n.61. & cons.28. num.110.*
Vide, *Veritas attendenda est semper. Concl.166. & Conclus. ibi seq.* † Et
2 veritate comperta, verisimilitudo & opinio cedit veritati. Rom. *cons.340. Circa primum. n.9. & 10.* vbi, quod coniecturis non est
3 locus, vbi apparet veritas. † Amplia; quia licet bona dotalia sint mariti per quandam legum præsumptionem, & subtilitatem; tamen mortuo marito veritas non cessat; quia imo mulier est ve-
4 re domina, & veritas præualet, *d.l. in rebus. C. de iure dot.* † Amplia; quia præsumptio cedit probationi contrariæ. Anchar. *consil.255.*
5 *In causa, & quæstione, in fin.* † Extende; quia probatio clara vincit
6 probationem præsumptiuam. Socin. *cons.270. lib.2.* † Amplia; quia licet probatio tollat præsumptionem; tamen probatio clara & certa nunquam confunditur per præsumptionem. Ægid.
7 Bellam. *cons.2. n.37.* † Amplia; quia in omnibus casibus, in quibus lex inducit priuilegium, quod stetur iuramento asserentis, prout de quantitate rerum ablatarum, de quibus *in l. si quando. C. vnde vi.* semper intelligitur, nisi aduersarius probaret veritatem in contrarium; quia vera probatio præfertur priuilegiatæ, & præsumptiuæ probationi. Ang *in l. qui. in prin. ff. de rei vindic.* Abb.
8 *cons.52. Quidam magister.* † Amplia; quia probatio certa præfertur probationi præsumptæ Socin. *cons.270 col.2. lib.2.* Crauet. *cons.6.*
9 *n.50.* Boer. *cons.11 col. fin.* † Et ideo dominii, quod probatur præsumptiue ex multiplicatis solutionibus longo tempore factis, *l. litibus. C. de agric. & censit. lib.10.* si tamen constat, quod soluens erat dominus, vt quia emerat ab auctore eius, cui facta est solutio, præualet vera probatio præsumptæ probationi. Castr. *consil.*
10 293. *in prin. ver. ad secundum. lib.2.* † Et possessio, quæ medio tempore probatur probatis extremis; quia cessat, si constat vere, quod medio tempore alius possedit; quia præsumpta probatio possessionis cedit veræ probationi. Angel. Aret. *cons.19. Videtur*
11 *omnino. n.19. ver. nec etiam obstat.* † Limita; quia quandoque plus operatur præsumptio, quam veritas: nam sententia, quæ transit in iudicatum, p o veritate habetur, etiamsi sit contra ius litigatoris, vt per Ioan. de Anan. *cons.6. n.4. iuncto fine consilij*, & tamen ibi vult, *n.4.* quod hæc veritas ficta, vel præsumpta ex re iudicata tollit errorem calculi etiam verum, & sic veritas vera non attenditur contra veritatem fictam, vel præsumptam hoc casu. Vide,
12 *Fictio non operatur, quantum veritas, & quando secus. Concl.221.* † Limita; quia vbi potest præsumi bonus titulus, melius est nullum exhibere titulum, quam exhibere inualidum, quia facit cessare præsumptionem. Vide. *Probationum plurium in concursu plenior præualet. Conclus.798.* Vide, *Probatio præsumptiua à lege inducta efficax. Concl.780.* Vide, *Titulum nullum habere melius est, quam allegare inualidum. Concl.312.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Præsumptio tollit præsumptionem, & quæ præualeat in concursu. Concl. 613.

1 PRÆSVMPTIO † vna tollit aliam, sicut indicium tollit aliud indicium. Bald. *cons.398. Quæritur, an per solam. nu.4. lib.5.* quod intellige; quia fortior tollit minus fortem, *l. diuus. ff. de restit. in integr.* plene Petr. Surd. *cons.80. n.21.* vbi plures allegat, plene Tiraquel. *in l. si vnquam. ver. donationes largitus. n.156. & seq. C. de reuoc. donat.* Dec. *cons.470. Duo dubia. n.10.* Corn. *cons.144. Superioribus diebus. col.2. ad med. lib.4.* Castr. *cons.26. nu.3. in fin. l.b.2.* Alex. *cons.54. In casu. n.11. ver. sexto, quia. lib.7.* vbi apostil. *in ver. tollit.* dat plures concord. Vide, *Iudicia sufficientia ex quibus tollantur. Conclus.100.* † Et
2 quando, & qualiter procedat, quod vna præsumptio tollat aliam, apostill. ad Castr. *d. cons.26. in fin. lib.2. in verbo, aliam.* allegat Alex. *cons.103. n.7. lib.1. & cons.82. col. fin lib.2. & cons.28. lib.3. in fin.*
3 † Extende; quia probatio tollit probationem, videlicet fortior vincit minus fortem in concursu. Ægid. *cons.2. num.19.* vbi, quod quando potest impugnari probatio facta, firma dicit non posse. Vide, *Probatio non excludit probationem contrariam. Concl.797.* † Et
causa potentior in concursu attenditur. Bart. *q.35 statuto cautum. in prin. ver. secundo.* Vide, *Causa naturalis præfertur accidentali. Concl.*
147. † Et specialis tollit generalem. Crauet. *cons.158. n.21.* † Et tende; quia probatio tollit præsumptionem, sed non è conuerso; quia præsumptio nunquam tollit probationem claram. Ægid. *cons.2. n.37.* Dec. *d. cons.470. n.10.* Crauet. *cons.6. n.70.* † Sed, bene in contrarium probatio & veritas tollit præsumptionem. Petr. Surd. *cons.16. n.22. & seq.* † Extende; quia si vna præsumptio tollit aliam, multo magis plures tollunt vnam. Petr. Surd. *d. cons.*
80. *n.21. & cons.94. n.61.* Dec. *d. cons.470. n.10.* † Extende; quia fortior præsumptio tollit magis debilem. Petr. Surd. *cons.112. n.*
72. *& seq.* vbi plura allegat. † Extende; quia specialis præsumptio tollit præsumptionem generalem. Petr. Surd. *d. cons.112. num.74.* vbi concord. allegat plures. † Et sicuti vna præsumptio tollit aliam; ita multo magis plures præsumptiones tollunt vnam. Crauet. *cons.145. n.11.* † Declara; quia conscientia iudicis debet inhærere illi præsumptioni, quæ est magis proxima veritati, & elinare ab ea, quæ est magis remota à veritate. Alex. *cons.88. Omnibus. n.10. lib.7.* † Amplia; quia præsumptio fraudis tollitur per præsumptionem, quæ est contra fraudem; puta statutum prohibet legari vxori vltra 25. libras, maritus legat vxori mille, & grauat ad restituendum pauperibus, non valet; quia præsumitur in fraudem, quando sola debet distribuere pauperibus, & illi stando est, sed si voluit per ipsam, & alium distribui, cessat fraudis præsumptio propter præsumptionem, quod alius interuenit. Alex. *cons.54. n.12. ver. accedit. lib.7.* † Amplia; quia fortior dicitur præsumptio, quæ ineſt à natura, quam illa, quæ ineſt à casu, vel accidenti: ideo bona fama præualet malæ famæ, quando in concursu æqualiter sunt factæ probationes. Bald. *cons.398. n.4. ver. sed aduerten. num. lib.5.* † Testis contrarius, qui in primo examine dicit vnum, in secundo aliud, probat dicta in primo, nisi secundum examen habeat alios testes conformes; quia præualet tunc secundum, etiam si in primo deponit contra se. Ioan. de Imol. *cons.*
147. *n.6.* vbi, quod probatio per alium testem confirmata, præualet. † Ostendens instrumentum debiti laceratum, habet præsumptionem solutionis, sed si debitor sit domestica persona, illi
præsumptio vincit aliam. Petr. Surd. *cons.16. n.22. & seq.* † Amplia; quia præsumptio fortior dicitur, quæ habet pro se prohibitionem iuris, vel pœnam: ideo si concurrunt promissio, & prohibitio, semper præualet præsumptio, quæ nocet, vt sit potentior, & attendenda, ita Ang. Aret. *cons.15. Attento, & diligenter. n.26. & seq. ver. & predicta quinto.* † Declara, nisi permissiua oriatur ex inter-
mètio, quæ fortior est. Alex. *cons.190. Plura. n.33. ver. vel tertia. lib.6.* vbi testis, qui fuit instrumento adhibitus, præsumitur fuisse præsens instrumento, licet sub pœna non posset recedere à certo loco. † Item præsumptio fortior dicitur, quæ tendit ad tollendam donationem, fraudē, vel dolum; quia cum donatio, fraus, & dolus non præsumantur; tamen si essemus in casu præsumptæ donationis, fraudis, vel doli, puta inter personas phibitas, vt si pater filio spurio, maritus pro vxore acquirat, tanquam ei pecunia eorum, admittitur præsumptio vel coniectura contraria, quod pecuniæ essent filii spurii, vel vxoris, vt si filius spurius sit inductuosus, vxor aliunde habeat. Alex. plene *cons.18. Consideratis. per tot. lib.3.* † Item præsumptio identitatis personæ cessat, quando agitur de annullando instrumento, quod habet præsumptionem fortiorem pro se; ideo si Titius fuit adhibitus in testamento, testis impugnans testamentum producit Titium in testem, qui dicit, non fuisse præsentem, non reprobat, nisi probetur, quod sit ille Titius, de quo in instrumento: quia præsumptio resultans ex instrumento, quod fuerit verum, præualet præsumptioni identitatis personæ. Alex. *cons.190. Plura. nu.33. præsumptioni identitatis personæ. Alex. cons.190. Plura. nu.33. præ-*
cundo respondeo. lib.6. Vide, *Probationum plurium in concursu plenior præualet. Concl.798.* Vide Concl. prox præced.

Præsumptio iuris & de iure, quando non admittat probationem in contrarium, vel econtra. Concluſ. 614.

PRÆSVMPTIO † iuris & de iure non admittit probationem in contrarium; quia lex habet præsumptionem pro veritate, & super ea decidit; ideo non admittit hoc casu. Bald. *cons.250. In quæstione Dep-*
tione, quam in veritate hoc casu. Bald. *cons.250. In quæstione Dep-*
mini Milani. n.16. ver. item si fallitus. lib.1. Vide Dd. maxime Alex. *in l. in ratione. §. quid ergo. ff. ad leg. Falcid. n.13.* Vide, *Hæc immutanda*
no

neu conficiens, obligatur de suo, & quando secus. Concl. 58. † Et dicitur præsumptio iuris & de iure, quãdo lex inducit fictionem. Pet. de Anch. cons. 73. n. 10. vbi, quod si expresse non dicit, non est talis, & loquitur in statuto inducente præsumptionem; quia si aliud non dicit, illa non dicitur fictio. Vide, *Præsumptio iuris & de iure ex quibus inducatur. Concl.* 610. † Limita; quia præsumptio iuris & de iure admittit probationem in contrarium per confessionẽ partis, maxime iuratam. Bald. *cons.* 2. *Factum tale est. nu.* 2. *ver. in contrarium vsque in fi. lib.* 3. vbi, quod erronea dici propterea non potest confessio cõtra præsumptionem iuris & de iure. Olasc. *decis. Pedemon.* 10. *n.* 33. Ant. de But. *cons.* 27. *n.* 2. *in fi. ver. quanquam enim.* & plenius *cons.* 28. *col.* 1. *ver. item ex quo.* Castr. *cons.* 26. *in princ. & consil.* 360. *Circa primum. n.* 4. *lib.* 2. Rom. *cons.* 102. *Super eo. n.* 4. *ver. aut procedit per modũ præsumptionis. col.* 4. Abb. *d. cons.* 89. *n.* 3. *lib.* 1. vbi, quod ratio est; quia talis confessio inducit notorium. Alex. *cons.* 91. *In causa n.* 9. *lib.* 6. vbi apostil. *in ver. confessio. lib.* 6. *& cons.* 114. *n.* 4. *lib.* 4.

4 † Extẽde; quia admissa, & facta probatione bene releuat; ideo si probatio prohibita est iam facta, valet. Alex. *cons.* 77. *In causa, & lite. in fi. n.* 14. *lib.* 2. ꝙ etiam tenet Rom. *cons.* 115. *Duo sunt. n.* 5. qñ nõ fuit aliquid oppositũ. Ant. de But. *cons.* 27. *n.* 2. *in fin. ver. quanquam enim.* & plenius *cons.* 28. *col.* 1. *ver. item ex quo.* Abb. *d. cons.* 89. *In quæstione. n.* 3. *lib.* 1. vbi reddit rationẽ; quia inducit nototiũ probatio iudicialis. Vide, *Facta multa tenent, quæ fieri de nouo prohibentur. Concl.* 12.

5 † Extende, vt procedat etiam in præsumptione iuris & de iure eccleſiastico; quia probatio contraria iam facta tollit eam.

6 Ant. de But. *d. cons.* 28. *col.* 1. *ver. item ex quo.* † Extẽde, quia admittitur probatio cõtra præsumptionẽ iuris & de iure ex confessione partis, & etiã ex notorietate facti, vt de vtroq; Rom. *cõs.* 350. *n.* 19. vbi de primo ex cõfessione est apostil. *in ver. præsumptio.* & de secũdo est apostil. *in ver. notorium.* q̃ citat concord. Alex. *in l. ratione.* §. ꝙ *vulgo. n.* 13. *ff. ad leg. Falcid.* Fel. *in c. quanto. n.* 5. *de præsumpt.* & de vtroque Ant. de But. *cons.* 27. *n.* 2. *in fi. ver. quanquam enim.* † Extende, vt procedat, etiamsi cõfessio partis sit tacita, & præsumptiua, veluti si habẽs præsumptionẽ iuris & de iure, put si ille, qui habet tempus immemorabile, produxerit titulũ nullũ, vel inualidũ; quia resultat cõfessio, & præsumptio, ꝙ alium titulũ meliorẽ non habeat, 8 & sufficit *d. Pedemont. decis.* 101. *n.* 31. *& seq. per tot.* † Idem, si quis habẽs præsumptionem iuris & de iure pro se, ꝙ post certũ tempus non possit inquiri; si tamen inquiratur, & sit contumax, stante statuto, ꝙ contumax habeatur pro confesso, poterit ex tali tacita confessione cõdemnari cõtra præsumptionẽ iuris & de iure, quæ non tollit delictũ ipso iure, sed inducit exceptionem elidentem delictum, quæ si nõ opponatur, potest cõdemnari. Bart. *cõs.* 100. *A Domino Cyno. n.* 9. *ver. quando vero constat. lib.* 1. Si vero fuit opposita exceptio per ex quutores, secus est. Bart *d. cons.* 100. *n.* 10. *ver.* 9 *super quinto. lib.* 1. † Idem, si stante statuto, ꝙ de damno dato fiat relationi periti, & habeatur pro plena & plenissima probatione, & sic inducitur præsumptio iuris & de iure; si tñ pars æstimauit damnum, puta centũ, & peritus maiorem æstimationẽ facit, stat cõfessioni partis, quæ facit cessare præsumptionẽ etiã iuris & de iure. Alex. *cons.* 114. *In causa & lite. n.* 3. *& 4. cum seq. lib.* 4. vbi hæc est extensio, vt procedat etiam, quando cõfessio partis præcedit.

10 † Et quod confessio partis admittatur contra præsumptionem iuris & de iure etiam non iurata. Ægid. Bellam. *cons.* 30. *n.* 6. Bart. 11 *d. cons.* 100. *A Domino Cyno. n.* 8. *ver. præterea. lib.* 1. † Limita; quia præsumptio iuris tantũ bene admittit probationẽ in cõtrarium. Ge12 min. *cons.* 87. *in fi. ver. ad tertium.* † Limita; quia præsumptio iuris & de iure, quæ non admittit probationem in cõtrarium, bene admittit probationẽ per indirectum. Olasc. *d. decis.* 101. *nu.* 34. *& seq.* Ægid. Bellam. *d. cons.* 30. *n.* 6. *ver. secundo aliter.* Crauet. *de antiq. tempor. ver. materia ista. n.* 14. *ver. quarto respondeo.* vbi dicit * cõmunem, & citat alios, & dat exemplũ; quia is, qui præscripsit per tempus immemorabile, habet quemcunq; titulum præsumptione iuris & de iure, & probatio in cõtrarium directa nõ admittitur; secus 13 si indirecta, puta, ꝙ fuisti in mala fide. † Limita; quia licet nõ admittat probationẽ in cõtrarium; admissa tñ & probata valet, & releuat. Roman. *cons.* 215. *Duo sunt. n.* 5. vbi alia similia de spoliato; quia cõtra eam nõ admittitur exceptio, & probatio dominii; fa14 cta tamẽ, & admissa releuat. † Limita, quia propter probitatem & honestatẽ personæ admittitur probatio cõtra præsumptionẽ iuris & de iure. Crauet. *de antiq. temp. par.* 1. §. *quid in libro. n.* 16. *ver.* 15 *similiter.* † Limita septẽ modis, de quibus Soc. *reg.* 36. *Probatio contra præsumptionẽ iuris regulariter nõ admittitur.* vbi ponit septẽ fallẽtias; prima est, nisi probatio fiat per cõfessionem: secunda, nisi per instrumẽtum: tertia, nisi fiat protestatio, vt ibi: quarta, si nihil opponitur cõtra probationẽ; quinta, nisi tractetur de fauore publi. consuetæ, nisi fiat per indirectũ: septima, nisi ꝓbatio sit notoria.

Præsumptio & coniectura fortior quæ sit, vel dicatur Concl. 615.

PRIMA † præsumptio & coniectura est illa, quæ est pro validitate actus, & ista dicitur regina aliarum interpretationum. Cephal. *cons.* 51. *n.* 39. late Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 23. & quod ista præsumptio vincat omnes alias præsumptiones, Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 30. *n.* 5. Rol. à Valle *cons.* 61. *n.* 27. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 72. *n* 4. *lib.* 2. † Contrarium, quod imo potius legatum factum in codicillis de medietate bonorum sit nullum, quam quod legatarius substitutus in medietate patri præmortuo cum alio hærede, habeat & medietatem ex substitutione, & aliam ex codicillis in præiudicium cohæredis, & sic potius nullitas legati præsumatur, quam duplex onus hæredi. Cast. *cons.* 121. *Visa quadam. lib.* 1. *per tot.* Crauet. *cons.* 149. *n.* 15. *& cons.* 167. *n.* 14. Menoch. *cons.* 56. *n.* 21. † Declara; quia procedit præsumptio quoad validitatem actus, videlicet ne actus sit nullus, sed non quoad hoc, vt non sit inutilis; quia imo coniectura & præsumptio, quod non inducatur duplex onus, fortior est, & potius præsumitur actus inutilis, quam duplex grauamen. Natt. *cons.* 109. *n.* 7. *&* 8. Fanuc. *in tract. de dote. gl.* 8. *n.* 95. Menoch. *cons.* 56. *n.* 23. Petr. Surd. *cons.* 112. *num.* 14. qui hoc declarat procedere, & esse verum, quando duplex onus prouenit ab eodem, secus si à diuersis, vt ibi, *n.* 75. † Et nemo præsumitur eligisse viam inutilem, & per 4 quam dispositio inutilis reddatur. Affl. *decis.* 44. *n.* 25. Vide, *Actus debet interpretari, vt aliquid operetur, non vt sit inutilis. Concl.* 135. † Secũda coniectura magna est illa, quæ oritur ex verbis, & proprietate verborum; quia mens præsumitur conformis verbis, *l. reprehendenda* & ibi gl. *C. de instit. & substit.* Castr. *cons.* 36. *n.* 3. *lib.* 2. & nullum mentis nostræ maius est testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Bald. *in c.* 1. *de testib.* quia verba notæ passionum animæ, & ex loquela hominis animus iudicatur, vt per plura, quę videas *in ver. Verba ad quid inuenta. Concl.* 79. Rol. à Valle *cons.* 61. *n.* 8. *lib.* 2. † Et magnam esse hanc coniecturam, quæ ex proprietate 6 verborum oritur, dicit Grat. *cons.* 64. *n.* 34. *lib.* 2. † Declara multis 7 modis, nisi constet de mente; quia verba seruiunt menti, non econtra. Rol. à Valle *cons.* 70. *n.* 52. *& seq. lib.* 3. Vide, *Mens & ratio attendenda plus quam verba. Concl.* 199. † Restringe igitur coniectu8 ram multis casibus, vt potius admittatur superfluitas verborũ, & quod non operentur, quam quod aliquod iniquum, vel absurdum inducatur, vel aliquis indebite iure suo priuetur, vt per Crauet. *cons.* 70. *n.* 29. *& seq.* Vide, *Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua. Concluſ.* 85. † Restringe, nisi constet de mente, 9 quæ præualet verbis. Castren. *cons.* 121. *per tot. lib.* 1. † Tertia coniectura, quod non præsumitur quis iactare suum, vel donare, vbi 10 alia coniectura præsumi potest; ideo potius præsumitur error; item fatuitas; item error iuris, quam donatio. Crauet. *cons.* 192. *n.* 7. *& cons.* 666. *n.* 8. imo quod nedum prædicta potius præsumantur, sed etiam dolus, fraus, & simulatio. Becc. *cons.* 90. *n.* 18. *& consil.* 52. *n.* 70. *& seq.* sicq; præponderat aliis. Vide, *Actus in dubio vtilis gerenti interpretatur. Concl.* 138. † Declara multis casibus, quando 11 concurrit mens verisimilis, vt *in ver. Donatio non præsumitur, vbi alia coniectura capi potest. Concl.* 702. † Extende; quia nemo præsumitur ex actu dubio velle incurrere pœnam, vel priuationem; quia 12 est iactatio. Crauet. *cons.* 205. *n.* 8. *& seq.* Vide, *Iniuriosa verba quando animo iniuriandi, vel non præsumantur. Concluſ.* 159. Vide, *Interpretatio rei dubiæ qualiter facienda. Concl.* 330. Vide *Procurator generalis non potest præiudicare domino in multis. Concl.* 844.

Præsumitur bonum in dubio, & actus ex legitima causa factus. Concluſ. 616.

IN dubio † præsumitur bonum, & actus factus ex licita causa. 1 Aretin. *cons.* 23. *n.* 10. *ver. ad tertium.* Extende in mandato procuratæ; quia semper ad licita interpretatur. Vide, *Mandatum semper ad licita interpretatur. Concl.* 37. † Amplia, vt monachus, qui nihil potest acquirere ex monasterio, si aliquid acquirat, in dubio præ2 sumitur acquisiuisse ex hæreditate paterna, & sic licite, ita Pileus in quadam quæst. quem refert, & sequitur Lap. *alleg.* 63. *n.* 6. *ver. ad secundum. & in fin. alleg. ver. quo autem.* quod si stetit extra monasterium, præsumitur ex industria. † Amplia; quia iurans aliquid 3 facere, præsumitur iurata obseruare velle. Roman. *cons.* 395. *Vt res clarior. in fin.* vbi apostil. *in ver. iurare.* † Amplia; quia vbi actus dubius potest trahi ad bonum & ad malum, semper trahitur ad bo4 num, Gemin *cons.* 16. *in prin.* Vide, *Testes contrarij in concursu qui præualere debeant. Concl.* 240. † Et verba, quæ possunt importare iniuriam, vel non, interpretantur in bonum sensum. Vide, *Iniuriosa verba quando animo iniuriandi, vel non præsumantur. Concluſ.* 159. 5

† Et

6 † Et in dubio iudex debet potius absoluere nocentem, quam
☞ condemnare innocentem. Vide, *Absoluere debet potius iudex in du-*
7 *bio, quam condemnare. Concl. 41.* † Extende; quia socius præsumitur
rem communem accepisse in custodiam, non vt furetur eam.
8 Ang. Aret. *cons. 65. Clarum quod. n. 14. & seq.* † Declaratur tamen, vt
per eundem Gemin. *eod. cons. 16. n. 4. vers. non obstat prima ratio.* nisi
9 aliæ coniecturæ sint in contrarium. † Declaratur secundo, vt tra-
hatur ad bonum & malum, considerata qualitate personæ ge-
rentis. Bald. *cons. 250. In quæstione Domini Milani. n. 9. ex quo sequitur.*
10 *lib. 1.* † Amplia; quia amicus ex colloquio cum amico non præsu-
mitur dedisse cõsilium, vt aufugeret, & defraudaret creditores;
quia bonũ consilium in dubio præsumitur, & non malum. Bald.
11 *cons. 250. in prin. lib. 1.* † Declara, nisi esset quis alloquutus eum in
secreto, qui paulo post interfecit inimicum alloquentis; quia ex
odio & inimicitia præcedenti cum interfecto præsumitur de dis-
se consilium ad interficiendum. Bald. *d. cons. 250. in prin. lib. 1.* qui
12 ita declarat Bart. *in l. si ventri §. fi. ff. de privil. credit.* † Amplia in actu
indifferenti ad bonum & malum; quia si alium non lædit, sem-
per præsumitur bonum. Bald. *d. cons. 250. In quæstione Domini Mila-*
13 *ni. n. 9. ver. item vbi actus. lib. 1.* † Amplia; quia actus, qui potest refer-
ri ad licitum, & illicitum, in dubio semper refertur ad licitum,
& iure permissum. Rom. *cons. 113. Pro decisione. in prin.* vbi plena a-
14 postil. *in ver. licito.* dat concord. † Extende; quia hæres, qui potest
iure directo acquirere propria auctoritate, & iure fideicõmissi
de manu hæredis grauati, si accepit bona, præsumitur iure dire-
cto, & licito, non autem iure fideicommissi illicito; quia à seipso
capere non poterat. Rom. *cons. 247. Primo dici potest. n. 4. & seq. ver.*
15 *infertur igitur.* vbi apostil. *in ver. vt hæres.* † Extende, vt procedat et-
iam in actu negatiuo; nam debitor institutus hæres à suo credi-
tore, si adueniente die non soluit debitum, præsumitur adiuisse,
ne incurrat moram, & delictum; quia semper licitum debet pre-
sumi, vt retinuerit tanquam hæres. Rom. *cons. 247. Primo dici po-*
test. n. 4. & seq. ver. secundo, ad hoc. allegat Bart. *in q. 10. Debitor in diem.*
& ibi ad Rom. apostil. *in ver. non soluit.* quæ dat concord. pro vtra-
16 que parte, licet dicat contrariam opinionem veriorem. † Am-
plia; quia quando concurrunt duæ præsumptiones: vna inclusi-
ua delicti; alia exclusiua, præfertur præsumptio excludens delic-
ti, alia exclusiua, Gram. *cons. 31. n. 12. & voto 10. n. 31.* Cephal. *cons. 75. n. 8.* Rum.
17 *cons. 1. in prin. lib. 5.* Rol. *cons. 11. n. 38. lib. 3.* † Et in dubio præsumitur
18 innocentia. Crauet. *cons. 60. n. 7.* Rol. à Vall. *cons. 96. n. 8. lib. 2.* † Et
in dubio fit semper interpretatio, quæ excusat à crimine. Rol. *d.*
19 *cons. 11. n 38. lib. 3.* Gram. *cons. 13. n. 9.* † Et consuetudo præsumitur
habuisse bonum principium, & non ex illicito. Ægid. Bellam.
cons. 31. n. 10. & n. 20. sed declara, nisi constet de contrario, puta,
20 quod à crapula, vel ab alio illicito, vt idem Ægid. ibi, *n. 13.* † Am-
plia; quia si factum potest referri ad tempus permissum, & sine
delicto, & etiam ad tempus prohibitum, & cum delicto, semper
præsumptio fit, quod tempore permisso factum fuerit. Roman.
cons. 113. in prin. ver. tertio quia actus. Amplia; quia delictum com-
missum à famulo non præsumitur de mandato domini. Alciat.
reg 3. præsumpt. 40. vbi limitat quinq; casibus, refert Mascar. *Con-*
☞ *clus. 759. Famulus.* Vide, *Bonus quilibet præsumitur, & quando secus.*
Conclus. 123. Vide, *Delictum non præsumitur. Conclus. 165.* Vide,
Dolus quando præsumatur, vel non. Concl. 573. Vide, *Fraus non præsumi-*
21 *tur. Concl. 478.* † Amplia; quia semper præsumitur pro iudice, la-
☞ te Mascard. *concl. 1132.* Vide infra, *Præsumitur pro iudice, & pro sen-*
22 *tentia, & quando secus. Conclus. 621.* † Extende; quia lex præsumit
multum pro nobili. Crauet. *cons. 6. nu. 28.* Iaf. *in l. si pecuniam. § fin.*
n. 5. de cond. causa data.

Præsumitur malum in dubio multis casibus. Conclus. 617.

1 ☞ PECCATVM † in dubio præsumitur, vt tollatur, *c. iuuenis. de*
2 *sponsal.* Vide, *Peccatum omnino vitandum, & multa specialia ob hoc.*
Concl. 193. † Amplia; quia in dubio actus licitus, ex quo pecca-
tum potest causari, censetur prohibitus; ideo non debent ad-
mitti aliqui ad diuina tempore interdicti, quando dubitari po-
test, quod non sint admittendi propter peccati timorem, & via
☞ tutior est tenenda. Feder. de Sen. *cons. 92. in prin.* Vide, *Via tutior est*
3 *eligenda. Concl. 181.* † Amplia; quia in dubio, vbi agitur de materia
peccati, an quis sit ligatus, vel non, prout si agitur de restitutio-
ne vsurarum, præsumitur contractus vsurarius. Gemin. *cons. 16. n.*
☞ 3. *ver. præterea vbi est dubium.* Vide, *Præsumitur in dubio contra delin-*
4 *quentes, & solitos delinquere. Concl. 618.* † Declara; quia bonum &
malum in dubio arguitur, & præsumitur, considerata qualitate
personæ gerentis actum indifferentem, qui potest referri ad bo-
num, & ad malum. Bald. *cons. 250. In quæstione Domini Milani. nu. 9.*
ver. ex quo sequitur. lib. 1. † Amplia; quia præsumitur contra eum,
qui fecit examinare paucos testes, cum multos habere posset.
Menoch. *cons. 207. n. 35. lib. 3.* Vide, *Dolus non præsumitur, & quando*
secus. Concl. 573. Vide, *Negligentia propria semper nocet, & quando secus.*
Concl. 36. † Et quod vnicus testis non faciat semiplenam, quan-
do plures haberi possent testes. Castr. *cons. 231. col. 2. in fi. ver. nihil.*
lib. 2. † Idem quando examinauit testes de auditu auditus, cum
potuerit habere de veritate; quia præsumitur contra facientem
tales probationes, quod sit falsa probatio. Menoch. *d. cons. 207.*
n. 36. lib. 3. † Item, quando probatio potest fieri per scripturam, &
& fit per testes. Menoch. *d. cons. 207. n. 37. lib. 3.* † Idem, si agatur
de falsitate diei testamenti, & describitur hæres inducit testes
extra testamentum; quia præsumitur ex dolo facere, & contra
eum Castrens. *cons. 231. In quæstione. col. 2. in fi. ver. resultat etiam. lib. 2.*
† Amplia; quia præsumitur incendium culpa inhabitantium, &c. lo
lex. *cons. 50. lib. 1.* Vide, *Incendium domus culpa inhabitantium præsumi-*
☞ *tur, & quando secus. Concl. 61.* † Homicidium præsumitur factum
ab eo, qui frequentabat locum, vbi reperitur mortuus. Alex. *d.*
cons. 50 n. 6. ver. comprobantur. lib. 1. † Furtum præsumitur cum par-
ticipatione eius, penes quem res furtiua reperitur, quando simi-
les contractus frequentauit, seu pluries fecit. Alex. *d. cons. 50. n. 8.*
lib. 1. † Limita; quia præsumitur bonum in dubio, supra Concl.
prox. præced. Vide Concl. prox. seq.

Præsumitur in dubio contra delinquentes, & solitos delinquere. Concl. 618.

CONTRA † vsurarium exercentem vsuras, siue non resti-
tuentem, semper præsumitur in dubio in materia vsura-
rum. Fed. de Sen *cons. 153. In quæstione. in fi. ver. & fiste.* Gemin. *cons.*
16. nu. 2. ver. sed actus. vsque in fin. Calder. *cons. 508. alias 10. de usur. in*
prin. Vide, *Malum semel semper præsumitur malum, qualiter procedat.*
Concl. 28. † Amplia, etiamsi agatur de præsumendo contra dic.
an sit vsurarius, vel non; quia si est dubium, in dubio iudicetur
vsurarius, vt purgentur vsuræ. Gemin. *d. cons. 16. nu. 3. ver. præterea*
vbi, quod sufficit semiplena probatio, & *cons. 112. in fin. ver. & pla-*
tius in hanc partem. † Declara; quia quod dicitur præsumi contra
semel vsurarium in eodem genere mali, procedit quoad ani-
mum, non quoad factum. Bald. *cons. 459. Pisa dicta petitione. nu. 6.*
& n. 12. ver. nec obstat. lib. 4. † Amplia; quia furaras res solitus eme-
re, præsumitur etiam fuisse particeps furti eiusdem rei quæ furta
est, & penes eum reperitur propter frequentiam. Alex. *consil.*
50. Visis, & opportune n. 8. lib. 1. † Amplia; quia hæres, qui habet cu-
hæredem, si solus aperiat capsam, præsumitur in dolo, & contra
cum iurari potest in litem, & si criminaliter agitur, potest tor-
queri. Anchar. *cons. 286. Ex prædicta facti narratione. in prin.* Vide
D. lictum non præsumitur. & quando secus. Concl. 165. † Extende in ca-
spite, qui restituit valisiam apertam; quia contra eum præsumi-
tur, & iuratur in litem. Anchar. *d. cons. 286. n. 2. & 3.* † Amplia; quia
delictum præsumitur ex actu subsequenti. Anchar. *d. cons. 286. in*
prin. † Amplia; quia contra variantem, siue vacillantem præsumi-
tur delictum. Ancharan. *d. cons. 286. in prin.* † Amplia; quia com-
mendacem præsumitur delictum. Anchar. *d. consil. 286. in prin.*
† Amplia; quia si constat de delicto, in dubio præsumitur com-
delinquentem. Bald. *in l. ob hæc verba. n. 3. ver. quid in dubio. ff. de in*
not. infam. † Amplia, quando constat plures vulnerasse mortali-
ter, licet non constet, cuius ictu mors sit sequuta; quia omnes
puniuntur, text. *in l. ita vulnerato. §. rursus. ff. ad leg. Aquil. item Mo-*
la. §. si plures. vbi Bald. *in fin. ver. quandoque est incertitudo. ff. eod.* † Am-
plia; quia confitens se extraxisse res sine bulletta aliqua, efficitur
delinquens, gabellæq; fraudator; ideo debet condemnari; non
obstante excusatione, quod non animo fraudandi id fecerit, &
quod ignorabat, quia præsumitur contra delinquentem, quod
dolose fecerit; item, quia speciale est in gabella, quia non ad-
mittitur ignorantia, quæ est crassa. Abb. *cons. 106. Visa quadam re-*
tot. lib. 1. † Amplia; quia dubia probatio concludit, quando lex
dubio præsumit contra delinquentem, quod est notandum
Bald. *in d. l. item Mela. §. si plures. ver. tertio nota. ff. ad leg. Aquil.*

Præsumitur pro validitate actus multis casibus, & quando secus. Conclus. 619.

LAVDVM † latum in dubio præsumitur iustum; ideo agens de
iniquitate probare debet. Calder. *consil. 114.* alias *5. de arbitr.*
quod est Petri de Anchar. Bald. *cons. 340. Statuto Papiæ in prin.*
lib. 1. † Restringe; quia probata læsione laudi præsumitur dolus,
etiamsi posset sustineri laudum ex causa pacis; quia potius præ-
sumitur dolus, quam iusta causa pacis, ex qua potest auferri ob
vno, & dari alteri. Socin. *consil. 220. Visis compromisso. num. 2. lit.*
† Ita-

3 † Amplia in omni actu, contra quem quis agit rescissoria, vt pro eodem actu præsumatur; ideo agens rescissoria etiam ratione lesionis vltra dimidiam, vel vt restituatur in integrum etiam ex clausula generali, vel ratione minoris ætatis, agens semper probare debet. Calder. *d. cons. 114. in fin. ver. ex quibus concludo.* alias 5.
4 *de arbitr.* quod est Petri de Anchar. † Amplia, vt præsumatur pro sententia diffinitiua, quod sit iusta, etiamsi ab ea fuerit appellatum; quia onus probandi eam iniustam incumbit appellanti. Calder. *d. cons. 114. in prin. ver. item facit pro hac parte.* alias 5. *de arbitr.*
5 † Amplia, vt collatio Episcopi facta ad præsentationem patroni de beneficio patronatus, præsumatur facta de beneficio non deuoluto, etiamsi deuolutio per multos annos ante talem collationem probaretur; quia licet præsumatur de præterito in præsens; tamen secus est, quando maior præsumptio, prout est factum superioris, concurrit. Gemin. *cons. 38. in prin. vsque ad num. 5.*
6 † Amplia; quia in omni actu ambiguo, qui potuit fieri diuerso iure, præsumitur factus eo iure, quo actus substinetur validus, etiamsi ad esset alia præsumptio. Bald. *cons. 88. Ex infelicitate. ver. item dic. n. 2. lib. 1.* vbi, quod licet quis censeatur fecisse actum nomine suo, & non nomine dignitatis, & e contra, prout nomen, vel dignitas est præmissa; tamen si actus non potest valere, nisi vno modo, præsumitur factus eo modo, quo potest valere. Vide, *Actus gestus ab eo, qui plures personas repræsentat, quo nomine censeatur facti.* Concl. 148.
7 † Amplia; quia præsumitur pro vtilitate Ecclesiæ ex contractu permutationis, quando tractatus & vtilitas enuntiatur, & deinde subsequitur confirmatio; quia præsumitur valida. Bald. *cons. 228. In causa d. Guilielmi. lib. 1.* Vide, *Instrumentum non*
8 *probat quoad multa in instrumento descripta. Conclus. 242.* † Amplia; quia præsumitur pro testamento, & substitutione, quando testator, & hæres eadem die probantur mortui; quia primo testator mortuus præsumitur. Bald. *cons. 451. Viso puncto, in prin. lib. 5.* Vide, *Mortuus primo an præsumatur pater, vel filius, & quia de aliis. Concl. 401.*
9 † Amplia generaliter in omni actu iuridice facto; quia semper præsumitur validitas, & habilitas personæ; ideo testamentum in forma iuris valida habet præsumptionem, quod testator esset legitimæ ætatis, & habilis ad testãdum. Mandos. *in reg. 18. de ætat.*
10 *q. 3. n. 5. & 6.* vbi ponit alia exempla † Amplia; quia institutus in beneficio per ordinarium ad præsentationem patroni, præsumitur clericus, & habilis ad beneficium. Socin. *cons. 258. nu. 2. ver. se-*
11 *quendo infertur. lib. 2.* † Amplia; quia si agatur, quis actus præcedat, quando sunt duo actus, vnus factus à principali, alius à procuratore, dicit Rom. *cons. 53. Quoad primum. in prin.* quod licet principalis præsumatur diligentior; tamen quia si præcessit actus principalis, nullus esset actus ipsius, & procuratoris, tunc pro validitate præsumitur primo actus procuratoris, ex quo inducitur va-
12 liditas, & ibi plura allegat. † Amplia; quia concessio in emphyteusim præsumitur facta secundum tenorem primæ inuestitu-
13 ræ. Alex. *cons. 105. In causa Nicolai. col. fin. lib. 4.* † Extende; quia ab antiqua inuestitura non præsumitur recessum; quia ab ea non est recedendum. Bald. *cons. 215. Proponitur, quod inuestitura. lib. 2.* Dec.
14 *cons. 190.* Aflict. *decis. 195. n. 5.* Corn. qui loquitur in emphyteusi, *cons. 74. De duobus. lib. 1.* Vide, *Titulus præambulus inducit præsumptio-*
15 *nem actus sequentis. Concl. 313.* † Amplia; quia habens legatum factum à testatore in voce, qui dixit hanc esse suam vltimam voluntatem, & probauit per testes, non probato tempore certo, si hæres producat testamentum, in quo reuocat omnia legata, nõ probatur reuocatio huius legati, nisi probetur, quod testamentum sit posterius; quia qui agit pro legato, & probauit, habet intentionem fundatam, quod sit post testamentum, ex quo stat
16 pro validitate legati, hæres autem pro reuocatione, & nullitate. Castr. *cons. 197. Visis, & examinatis. lib. 1. per tot.* † Extendit Castrens. *d. cons. 197. circa fin. lib. 1.* procedere, etiamsi testes examinati pro legato dicant, quod credunt fuisse factum de mense Octobri, & reuocatio sit de mense Nouembri; quia ex quo non probant per verbum, *credo*, certum tempus, perinde est, ac si nihil deponerent; sed ego credo hoc esse falsum; quia testes per verbum, *credo*, probant contra producentem. Rom. *cons. 104.* vel saltem
17 transferunt onus probandi. Vide, *Testis de credulitate, & iudicio suo*
18 *deponens, non probat, & quando secus. Concl. 182.* † Amplia in tantum, vt illud, quod est scriptum, vel positum posterius, si ad validitatem actus debuit esse prius, præsumitur fuisse prius, vt actus valeat. Crauet. *cons. 52. n. 3.* vbi dat exemplum, si pater donat filio, & ex ordine subsequenti in eodem instrumento filium emancipat, præsumitur prius factam fuisse emancipationem. † Limita; quia non præsumitur pro validitate actus, quando adest defectus solemnitatis. Bart. & alii *in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig.* † Declara; quia imo præsumitur pro validitate actus, etiamsi defectus sit in solemnitate, quando potest valere alio modo; ideo donatio causa mortis coram duobus testibus facta non valet, vt inter viuos, nisi quando dictio vel mentio mortis esset facta per modum dilationis, vel in clausulis exequutiuis. Socin. plene *consil. 136. Multum eleganter. in prin. & per totum. lib. 1.* Vide, *Actus validitas debet interpretari. Concl. 136.* Vide, *Præsumuntur multa in dubio. Conclus. 630.* Vide Concl. prox. seq.

Præsumitur actus legitime factus. Concl. 620.

ORATORIVM † apparens in forma Ecclesiæ, licet non appareat de auctoritate Episcopi; tamen ea præsumitur interuenisse. Fed. de Sen. *cons. 61. n. 2. in fin. ver. item bene facit.* † Amplia, 2
quod promotus ad ordines à non suo Episcopo, præsumitur de licentia sui Episcopi. Vide supra, *Præsumitur bonum in dubio. & actus ex legitima causa factus. Concl. 616.* Vide supra, *Præsumitur pro validitate actus multis casibus, & quando secus. Conclus. 619.* Vide infra, *Præsumptiones in criminalibus multæ. Concl. 632.* † Amplia; quia nemo 3
præsumitur facere actum in dubio contra iuris dispositionem. Gemin. *cons. 66. n. 5. ver. circa tertium.* vbi sic arguit in matrimonio contracto inter liberum, & professam, vt pro legitimitate filiorum sit præsumenda ignorantia patris, quod ó; in dubio contrarexerit legitime ignorata professione mulieris, nisi contrarium probetur. Vide, *Ordinatus à non suo Episcopo quando præsumatur de li-*
centia proprij Episcopi. Concl. 188. † Amplia; quia præsumitur pro Epi- 4
scopo prorogante annum exequutoribus datis ad distribuendum, quod fecerit ex causa legitima, & vt valeat prorogatio. Bald. *cons. 207. Occurrit dubium. circa prin. ver. si quæritur. lib. 3.* Vbi loquitur in omni magistratu, & in fine consilu, *ver. & facit ad cognoscendum.* † Amplia; quia captura, quæ non potest committi, nisi 5
constet de debito, per instrumentum præsumitur commissa à iudice viso instrumento, licet ex actis non constet. Castr. *cons. 19. Supradictæ exceptiones. lib. 1.* † Amplia; quia si actus potest ad plura 6
referri, præsumitur factus eo titulo quo licuit, ideo is, qui habet Vicariatum Episcopi, & præposituram, & præcessit in choro, præsumitur tanquam Vicarius, non tanquam Præpositus, quando non erat licitum Præposito, sed Vicario præcedere. Aret. *consil. 23. In præsenti consultatione. n 10. ver. ad tertium.* Vide, *Actus validus*
in dubio interpretari debet. Concl. 136. Vide Conclusionem proxime præcedentem, & Conclusionem proxime sequentem. † Limita; quia acta iudicii non præsumuntur, nisi exhibeantur regulariter, & quando secus. Vide Mascard. *Concl. 35. Assertioni iudicis, &* 7
Notarij super actis. Vide, *Titulus præambulus induxit præsumptionem ac-*
tus sequentis. Concl. 313.

Præsumitur pro iudice, & pro sententia, & quando secus. Concl. 621.

IVDEX † licet iniuriam faciat excommunicando aliquem iniuste; tamen sola iniustitia non sufficit; quia requiritur animus, 1
& dolus iudicis, sed tamen in dubio præsumitur pro iudice, & pro sententia. Gemin. *cons. 7. in prin.* † Amplia, vt procedat hæc 2
bona præsumptio facti iudicis, nedum ad excusandum iudicẽ, sed etiam ad excusandam partem; quia pars, quæ obtinuit iniuste excommunicari aliquem, non præsumitur animo iniuriandi propter bonam præsumptionem facti iudicis. Gemin. *d. consil. 7. n. 4. vsque in fin. consilij*, vbi multa. † Amplia; quia in dubio præsu- 3
mitur iudicem fecisse id, quod ius disponit, & facere debebat. Alex. *cons. 121. Viso processu. col. 1. lib. 1.* Alciat. *in tract. de præsumpt. reg 3. præsumpt. 32.* & est ratio; quia talis mens & intentio iudicis esse præsumitur, qualis esse debet. Bald. *in l. 1. de negot gest.* quem refert & sequitur Dec. *cons. 43. Pro tenui.* † Extende; quia præsumitur iu- 4
dicasse, prout de iure facere tenebatur, & non aliter, nisi de contrario appareat, *l. miles. §. decem. ff. de re iudic.* Bald. *in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor.* Alex. *cons. 36. lib. 5. in 1. dub.* Cepol. *cons 17. col. 5.* Crauet. *cons 188. n. 8.* † Extende; quia iudex non præsumitur 5
velle delinquere, sed velle facere id, quod potest de iure, & non, quod non potest. Alex. *cons. 122. Viso puncto. nu. 5. lib. 4.* Corn. *consil. 102. n. 6. lib. 2.* Castr. *cons. 158. n. 2 lib. 2.* † Et iudex, & quilibet alius 6
præsumitur eligere viam, per quam illud, quod agit, vel disponit valeat, & non corruat, *l. 3. ff. de testamen. milit.* late Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt 33.* Vide, *Actus debet interpretari. Conclus. 135.* † Extende; quia iudex præsumitur iudicare super eo, super quo 7
de iure tenetur, & debet, & non super alio. Dec. *cons. 607. num. 7.* Crauett. *cons. 10 n. 2.* & ideo super eo, super quo lis non erat, verba sententiæ non debent aptari; quia de eo iudex non poterat iudicare, *l. de quare. ff. de iudic.* & quia semper verba sententiæ ac iudicis, & arbitratoris ita debent intelligi, quod iuri consonent.

sonent. Castr. *cons.* 270. *Viso puncto. vol.* 2. Socin. *cons.* 24. *n.* 2. *lib.* 1. A-
8 lex. *cons.* 46. *n.* 5. *lib.* 5. † Extende; quia iudex præsumitur bonus,
vt recte & iuste faciat omnia, quæ officio suo incumbunt, *l.* 2. C.
9 *de offic. eiusd. iudic.* Bald. *in l. vnica, in fin. C. ne quis in sua causa.* † Extende; quia nisi probetur contrarium, sententia præsumitur iniusta
10 absq; alia iustificatione, *l. Herennius. §. Gaia. ff. de euictio.* † Amplia in tantum pro iudice præsumi, vt licet in iis, quæ sunt difficilis probationis, sufficiant coniecturæ; tamen secus est, si agatur cõtra iudicem criminaliter de barattaria, vel dolo; quia plena probatio requiritur. Gramm. *cons.* 35. *n.* 36. sequitur Menoch. *de arbitr.*
☞ *casu* 116. *in fin.* vbi dicit nẽti tenendum. Vide, *Probatio per coniec-*
11 *turas quando, & in quibus sufficiat, vnl non. Conclus.* 795. † Amplia, vt procedat, etiamsi sententia iudicis sit interloquutoria. Gemin.
12 *cons.* 7. *n.* 7. *ver. item licet iudex.* † Extende; quia præsumitur pro decreto iudicis, & ex qui debet. Ant. de But. & Fel. *in c. quoniam contra. in* 7. *Concl. de probat.* Franc. Curt. *in addit. ad Alexan. in l. scitendum.*
13 *col.* 9. *ver. ego puto opinionem. ff. de verb. oblig.* † Extende, vt procedat etiam in decretis, & in declaratione, quod quis sit amouendus à cura tanquam fatuus; quia si non est appellatum, præsumitur
14 pro sententia. Alex. *d. cons.* 105. *in prin. lib* 5. † Amplia in tantum, vt licet quis ex dolo teneatur extra factum iudicis; tamen si sequitur factum iudicis, excusatur à dolo, quando factum illud spectat ad officium iudicis, alias non. Gemin. *d. cons.* 7. *in fi. n.* 8. *ver. ter-*
15 *tia opinio non concludit.* † Extende, etiamsi factum iudicis sit euidenter nullum, seu iniquum; quia excusatur à dolo, licet non à
16 culpa. Alex. *cons.* 77. *n.* 11. *lib.* 3. † Amplia; quia multo magis præsumitur pro sententia Principis; quia Princeps præsumitur iustitiæ plenus, *l.* 2. *§. marito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco public.*
☞ Crauet. *cons.* 188. *nu.* 8. Vide, *Princeps præsumitur dicere veritatem, &*
17 *causa in eo præsumitur vera. Concl.* 681. *& Concl. ibi seq.* † Amplia; quia sententia, seu decretum, & auctoritas superioris habẽt præsumptionem pro se, quod solemnitates interuenerint. Gemin. *consil.*
48. *n.* 6. *ver. sed præmissa.* qui loquitur in decreto super alienatione
18 rei ecclesiasticæ, & in decreto. Bald. *cons.* 217. *in fi. lib.* 4. † Restringe; quia non præsumitur pro decreto iudicis, etiamsi in eo enuntientur solemnia, quando non poterunt in eo interuenire; quia non creditur ipsi, neq; Notario attestãtibus, nisi doceatur, quod per instrumenta particularia interuenerint solemnia. Castr. *cons.*
38. *Super eo. ver. in contrarium. lib.* 2. Abb. *cons.* 18. *Primo, quod commu-*
19 *nitas. num.* 5. & 6. *lib.* 2. † Declara tamen, vt per Socin. *cons.* 158. *Visis processibus. ver. confirmatur etiam. quia. lib.* 2. vbi, quid si est interpo-
☞ situm per viam voluntariæ aut contentiosæ iurisdictionis. Vide
Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit. de senten. Concl.* 5. *An præsumatur pro iustitia decreti*
20 *à iud. ce interpositi.* † Regula est, quod præsumitur pro sententia. Anchar. *cons.* 363. *Si aduertatur. n.* 2. Alex. *cons.* 123. *in princ. & consil.*
136. *n.* 14. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 155. *n.* 6. *eod. lib.* 2. vbi, quod res iudica-
☞ ta facit præsumptionem iuris & de iure. Vide, *Res iudicata operã-*
21 *tur multa, & habet diuersos effectus. Concl.* 266. † Declara, vt ista præsumptio cesset, si ex falsa causa fuerit interpositum decretum ex falsa causa, vel contra ius; quia non conualidat contractum reprobatum, neque inducit aliquam præsumptionem. Gemin. *d.*
22 *cons.* 48. *n.* 6. *ver. sed ad hoc respondetur. & n.* 7. *& seq.* † Extende; quia semper præsumitur pro sententia, quod sit recte & rite lata, & sic nedum quoad solemnitatem, & processum, sed etiam quoad iustitiam, quando transit in iudicatum. Ioan. de Anan *cons.* 26. *In*
* *causa nobilium. n.* 7. Abb. *cons.* 18. *n.* 6. *ver. ob hoc. lib.* 2. Alex. *cons.* 22. *in*
* *prin. lib.* 2. vbi dicit * communem, & magis communem, & *consil.*
* 105. *Ponderatis. in prin. lib.* 5. vbi dicit * magis communem, qui lo-
☞ quitur, quando non est appellatum. Vide plene Anton. Gabr.
lib. 2. *tit. de sentent. Concl.* 4. *Sententia an præsumatur rite & recte lata.*
23 † Extende; quia præsumitur pro iudice, & pro sententia, siue constet ex processu, siue non. Ruin. *cons.* 70. *n.* 9. *lib.* 4. Grat. *consil.*
24 95. *n.* 17. *lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam in sententiis, quæ nunquam transeunt in iudicatum; quia si non est appellatum, pro eis præsumitur, quod rite & recte latæ fuerint. Alex. *d. consil.*
25 105. *in prin. lib.* 5. † Extende, etiamsi sit lata contra absentem; quia postquam transiuit in iudicatum, præsumitur pro ea, quod sit solemnitas seruata. Rom. *cons.* 497. *Dubitatur. in fin. nu.* 9. *ver. se-*
cundo, quia. allegat *c. bona. de electio.* & dicit, quod siue contra præsentem, siue absentem, siue contumacem vere, vel ficte, præsumitur quoad solemnia, *c. cum inter nos. de re iudic.* Alex. *cons.* 22. *Viso*
* *processu.* vbi dicit * communem, & magis communem, & *consil.*
26 136. *n.* 14. *& seq. lib.* 2. *& cons* 219. *n.* 20. *& seq. lib.* 6. † Contra extensionem tenet apostil. ad Rom. *d. cons.* 497. *in fin. in ver. præsumitur.*
* 27 vbi citat concord. & dicit hanc * communem. † Declara; quia si lapsum est biennium, præsumitur pro sententia rite & recte lata. Alex. *d. cons.* 22. *& cons.* 136. *nu.* 14. *& seq. lib.* 2. & plene *consil.* 150. *In causa. n.* 8. *v. r. quinto. lib.* 6. vbi, quod per lapsum biennii præsumitur pro sententia authentica sine processu, quod sit rite & recte lata, vel saltem lapso decennio. Alex. *cons.* 123. *n.* 4. *lib.* 2. † Declara totam istam materiam; quia sententia lata siue contra absentem, siue præsentem, si transiuit in iudicatum, præsumitur pro ea, quod sit lata recte, & rite, & quod citatio in ea narrata interuenerit, dummodo non sit sententia de recenti, sed de longinquo, secundum * communem, longinquum autem à non-
* nullis dicitur lapsus biennii, ab aliis lapsus 20. annorum, sed
communis * opinio est, arbitrio iudicis, ita Alex. plene *cons.* 123. *
Ponderatis. n. 21. *& seq. ver. præterea lib.* 6. † Restringe, nisi probetur contrarium per exhibitionem processus; quia alias negatiuo
non probatur. Alex. *d. cons.* 105. *n.* 3. *lib.* 5. † Declara; quia præsumitur pro sententia, postquam transiuit in iudicatum, vt omnia recte & recte præsumantur acta, maxime, quando fuit lata pluribus
præsentibus. Abb. *cons.* 18. *n.* 6. *ver. ob hoc dicit. lib.* 2. Vide plenius *
ver. Sententia operatur multa. Concl. 180. † Maxime, quando lapsum
est decennium. Alex. *cons.* 30. *Ponderatis. n.* 7. *lib.* 5. vbi dicit * communem, prout communem dicit Sal. *cons.* 101. *num.* 4. *in fin. lib.* 4.
Alexand. *d. consil.* 105. *in princip. lib.* 5. vbi de magis * communi, &
cons. 123. *n.* 4. *lib.* 2. † Restringe, quando pendet appellatio. Rom.
d. cons. 497. *n* 8. *col. penult. in fin. ver. ego dico.* † Amplia; quia sententia lata in minori pœna, quam veniat imponenda, valet, & habet præsumptionem pro se ex causa. Bald. *cons.* 34. & 35. *lib.* 2. Declarius *cons.* 59. *n.* 4. *ver. item detrahere. lib.* 1. † Amplia maxime, vbi
pœna arbitraria imponenda venit; quia præsumitur ea pœna
imposita à statuto, quam arbitratus fuit iudex. Bald. *d. cons.* 59. in
fin. lib. 1. † Extende; quia regulariter in arbitrariis præsumitur
pro iudice. Bald. *cons.* 217. *circa med. ver. si statutum enim. lib.* 4. *versus*
fin. † Amplia; quia præsumitur ne dum pro sententia iudicis, sed
etiam pro laudo arbitri, & arbitramento arbitratoris. Bald. *consil.* 340. *Statuto Ciuitatis Papiæ. in prin. lib.* 1. Calder. *cons.* 114. alias 311
arbitr. & quod præsumatur pro iustitia laudi, Cuman. *consil.* 9.
Quidam nobilis. in prin. & quod præsumatur pro laudo arbitratoris
recte & rite lato, Bald. *cons.* 8. *Punctus quæstionis. in fin. ver. item ma-*
tur. lib. 3. & quod præsumatur pro laudo, quod absit dolus; quia
arbiter vt bonus vir fuit electus. Angel. *cons.* 405. *In causa vertente.*
n. 2. Ioan. de Anan. *cons.* 50. *In quæstione. num.* 8. *ver. circa vero tertium.*
Dyn. *cons.* 19. *Ptolomæus.* Dec. plene *cons.* 375. *n.* 1. *& cons.* 475. *num.*
Ias. *cons.* 88. *in fin. lib.* 1. Paris. *cons.* 45. *nu.* 91. & 98. *lib.* 2. Abb. *consil.* 18.
n. 6. *ver. ob hoc dicit. lib.* 1. Alex. *cons.* 119. *Quæritur num.* 13. *ver. & alias*
sententia. lib. 2. † Et an & quando præsumatur pro laudo, & quis
probabit, an petens reduci laudum, quod sit iniquum; an verus, qui habet laudum, probabit iustum, declara, vt per Ioan. de
Imol. *cons.* 141. *inter consilia Card. Zabar.* vbi, quod licet arbitrans
non teneatur ad solemnia iudicii; tamen tenetur ad veritatem
indagandam extra iudicium; ideo si non probatur veritas iuris,
& appareat læsio in 6. debet reduci; dicitur autem apparere
laudo, quando non iustificatur, & dicit, quod si alter dicemus, posset sequi iniquitas, pro qua præsumeretur; quia veritas
semper debet apparere; & addit alias rationes, quod in dicto
pro absolutione: item pro æquitate, & ne veritas occulteturi, &
facit pro hac parte Bald. *in l. cum antea. n.* 3. *C. de arbitr.* vbi, quod
laudum non potest iustificari, dicitur enormissime lædere. vide
Bald. *cons.* 37. *n.* 2. *ver. quicquid sit. lib.* 5. vbi in sententia dicit, quod
per quamcunq; latam facultatem non potest omittere protionem, & vide eum. † Et quod præsumatur pro laudo, sicut pro
sententia. Dec. *cons.* 227. *& cons.* 375. *Iuridicam. post prin. & cons.* 536.
col. 4. Castr. *cons.* 260. *Visis compromisso. col. pen. nu.* 6. *ver. circa sextum*
lib. 1. † In tantum, quod qui dicit laudum nullum, seu iniquum,
debet concludenter probare, Imol. *in c. in præsentia. de renunt.*
Bald. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col.* 9. *ff. de offic. proconsul.* Castil.
Zabar. *cons.* 144. *Factum tale est.* & regulare est, quod præsumatur
pro eius rectitudine, & validitate, quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. Bal. *in l. siue postulaueris. C. de prob.* Dec.
in c. quoniam contra. col. 22. *de probat.* vbi limitat, vt infr. dicetur. &
lex. *cons.* 43. *Quia subtiliter. lib.* 6. Aleiat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.*
& quod est receptior, & communior * opinio, vt per Sal. *cons.* 101.
Allegata. n. 6. *lib.* 1. Fel. *in d. c. quoniam contra. n.* 62. *de probat.* vbi etiam
debet concludenter probare, Imol. *in c. in præsentia. de renunt.*
Dec. Cagnol. *in l.* 2. *n.* 90. *C. de rescind. vend.* Blanch. *in tract. de com-*
promiss. q. 9. *n.* 99. Paril. *cons.* 45. *& cons.* 89. *n.* 8. *lib.* 1. *& cons.* 24. *n.* 15.
lib. 2. Socin. *cons.* 251. *col. antepen. lib.* 2. *& cons.* 90. *col. fin. lib.* 4. Ant. de
But. *cons.* 32. *In prædicto quæsito.* Cald. *cons.* 5. *tit. de test.* Castr. *cons.* 260.
Visis compromisso. n. 5. *lib.* 1. vbi, & etiam per viam exceptionis pro-
nens nullitatẽ nõ retardat exequtionẽ, si nõ probetur nullitas

Contra-

40 † Contrarium, quod petẽs reductionem ad arbitrium boni viri debeat ipse probare læsionẽ, per reg. *l. ab ea parte. & l. 2. ff. de probat.* q̃ debet esse in sexta parte, *l. vnde si Nerua cum l. seq* & ibi Bart. *ff. pro socio.* idẽ Bart. *in l. si societatem. §. arbitrorũ. ff. d. tit.* Castr. *cons.* 465. *n.* 2. *lib.* 1. & ita consuluit Salycet. inter consilia Zabar. *cons.* 139. *n.* 11. *& seq.* & Card. Zabar. *cons.* 140. *n.* 8. *& seq.* Alex. *cons.* 119. *Quæritur. nu.*
41 21. *ver. quia respondeo. lib.* 2. † Et procedit contrarium, etiamsi non appareret aliquid probatũ, vel iustificatũ corã arbitris; quia potuit arbitris esse notoriũ, licet nõ sit scriptũ, vel potuerũt moueri ex confessione partium viua voce facta. Affl. *decis.* 28. *n.* 4. 5. & 6. Rol. à Vall. *cons.* 70. *n.* 16. *lib.* 1. Affl. *decis.* 47. vbi, quod valet, etiãsi
42 dicat iudex, quia fuit probatũ, quãdo se nõ refert ad acta. † Declara tamẽ, quia si laudum esset de recẽti, procederet prima opinio, sed elapso decẽnio procedit cõtraria, q̃ pro laudo præsumitur. Hostien. *in c. in præsentia. de renunc. & in c. cum inter. de re iudic.* refert, & sequitur Barbat. *cons.* 18. *Clementissimi, col.* 6. *lib.* 1. Calcan.
cons. 15. *col.* 2. vbi sentiunt, q̃ post biennium nõ dicatur de recẽti.
43 * † Extẽde etiam in laudo arbitratoris; quia ita est cõmunis * opinio, per text. *in c. nisi essent. de præbend.* vbi omnes. Abb. *cons.* 64. *Venio ad primũ, lib.* 1. Castr. *cons.* 116. *Visis cõpromisso, & laudo, lib.* 1. & qñ
44 data est facultas de iure, & de facto in cõpromisso. Bart. *in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. recit.* iunctis dictis Ant. de Butr. *in d. c. in præsentia. de renunc.* refert, & sequitur Alex. *in l. sciendum. col.* 2. *ff. de*
* *verb. oblig.* & est communis * opinio. † Contrarium Ant. de Butr. *cons.* 24. *Quæstio hæc. col.* 9. *ver. quinimo attestari posset.* sequitur Alex.
45 *cons.* 119. *Titulus quæstionis. in fin. lib.* 2. † Et q̃ præsumatur pro laudo in tantum, q̃ petens reductionẽ debeat probare. Corn. *cons.* 221.
46 *col.* 5. *& seq. lib.* 2. † Et non probans de iniquitate laudi, debet succũbere. Abb. *d. cons.* 64. *lib.* 1. Fel. *in c. quoniam contra. nu.* 37. *de probat.* Alex. *cons.* 43. *n.* 16. *lib.* 6. Corn. *d. cons.* 221. *nu.* 21. *& seq. lib.* 2. Imol. *in d. c. in præsentia. de renuntiat.* Alciat. *in tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsump.*
47 12. *n.* 4. † Extẽde; quia præsumitur pro laudo etiam pendente re-
* ductione, seu appellatione, secundum * communẽ, de qua Dec. *in c. quoniam contra. de probat. n.* 43. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.*
* 12. *in prin.* vbi de * cõmuni, licet ipse teneat contrarium. Dec. *cons.* 375. *col.* 1. Dyn. *cons.* 19. *Tholomeus.* Io. Andr. *in addit. Specul. tit. de arbit. §. sequitur. in ver. Dynus.* Imol *in d. c. in præsentia. de renuntiat.* & voluit Bald. *in addit. ad Specul. tit. de appell. col.* 15. Alex. *cons.* 24. *lib.* 1. Ias. *cons.*
* 12. *lib.* 1. *ver. quarto principaliter præmitto.* & hæc magis * communis est, vt patet ex consilio Petri de Anchar. *inter cons. Calder. tit. de ar-*
* *bitr. cons.* incip. *Cui incumbat onus,* & communem * dicit Dec. *in c.*
* *quoniam contra. n.* 22. *de probat.* post Fel. ibi, & cõmunem * dicit Socin. *cons.* 90. *Visis, in fi. lib.* 4. Corn. *cons.* 123. *circa fi. lib.* 2. Dec. *d. consil.*
48 375. *Iuridicam. col.* 1. † Et quod præsumatur pro laudo, etiam pendente reductione, Alex. *cons.* 21. *lib.* 2. Abb. *in c. Quintauallis, de iure-*
49 *iur.* Calder. *cons.* 5. *de arbitr.* Card. *cons.* 140. † Extẽde in tantũ præ-
50 sumi pro laudo, q̃ idẽ est in laudo arbitratoris. † Imo laudũ arbitratoris nõ probaretur iniustũ, licet constaret, vel probaretur, de iure aliter fuisse pronuntiandũ. Bart. *in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.* quia natura talis laudi nõ est, q̃ feratur secundum ius, sed secundũ q̃ arbitrator credit verisimiliter partes acquieturas; quia solũ debet attẽdere concordiam partium, & potest à iure deuiare, & auferre aliquid ab vno, & tradere alteri. Bart. *in l. si de meis. ff. de arbitr.* Abb. *in cons.* 64. Et est bonus text. *in c. nisi essent. de præben.* Socin. *cons.* 121. *In causa reclamationis. n.* 5. *lib.* 3. Gozad. *cons.*
51 98. *In hac causa, n.* 16. † Et maxime in laudo arbitratoris inter fratres, & inter patruum, & nepotes, vnde oportet cõsiderare statũ litis, qualitatẽ personarũ compromittentium, & causam cõpromissi, & quantitatẽ deceptionis, & omnibus istis consideratis, si reperitur, arbitratores nõ pronũtiasse, vt bonos viros decet, tũc colligitur iniquitas laudi. Abb. *d. consil.* 64. Grat. *consil* 24. *in* 2. *part.*
52 † Contrarium, q̃ imo nõ præsumatur pro sentẽtia pendente appellatione, neq; pro laudo pendente reductione. Ant. de Butr. Abb. & alii relati per Alexan. *cons.* 199. *n.* 22. *vsque in fin.* vbi allegat plures, & apostill. *in ver. laudo.* dat concord. & *cons.* 124. *n.* 7. *ver. nec*
præsumitur. lib. 2. Ias. *cons.* 88. *in fi. lib.* 1. Paris. *cons.* 45. *n.* 98. Anton. de But. *cons.* 24. *Quæstio hæc.* Alex. *cons.* 125. *In causa & lite, col.* 5. *lib.* 2. *&*
cons. 43. *Quia subtiliter. col.* 1. *lib.* 1. Alciat. *reg.* 3. *præsumpt.* 12. Cuman.
cons. 50. *Stante statuto,* vbi, q̃ nõ probãs debitũ, nisi ex laudo, pen-
53 dente reductione, nõ habet intentionẽ fundatam. † Declara igitur, q̃ ille, qui dicit de nullitate, vel iniquitate laudi, si non probat, laudũ debet exequi, & ita alias fuit consultũ per d. Dominicũ Bonsum insignẽ Aduocatũ Florẽtiæ. Alex. *in l. sciendum. col.* 5. *ff. de verbor. oblig. & cons.* 32. *& cons.* 119. *Quæritur, n* 21. *ver. quia respon-*
deo. lib. 2. Socin. *cons.* 69. *Visis lib.* 4. & licet aliqui teneant contrariũ,
54 vt supra *n.* 39. de iure communi; † Tamen Florẽtiæ à statuto sub *rubr.* 70. *lib.* 2. *de generali exec. laud.* disponitur, q̃ lauda exequantur.

† Extende, vt procedat, etiamsi pendeat appellatio laudi in cau- 55
su, quo detur appellatio; quia præsumitur pro laudo pendente appellatione. Riminal. *cons.* 158. *n.* 8. *ver. quo ad secundum.* † Exten- 56
de; quia præsumitur laudũ nedum recte, sed etiam rite latũ, & sic præsumitur q̃ iustitia, & q̃ plene cognitis, & discussis omnibus. Bald. *cons.* 8. *in fi. lib.* 2. Alex. *cons.* 70. *col.* 2. *lib.* 2. Dd. *in c. Quintauallis. d. iureiur.* vbi Abb. † Restringe, vt non procedat hæc ampliatio, 57
qñ sentẽtia & laudũ esset latũ sine probationibus, & nulla concessa dilatione formali, licet tempus instantiæ, appellationis, vel reductionis esset relapsum; quia si est condemnatorium, adhuc nõ est exequendũ. Bald. *d. cons.* 340. *per tot.* vbi est casus, *lib.* 1. † Vi- 58
de tamen Alex. *cons.* 144. *Viso statuto. nu.* 7. *ver. fortius consuluit, lib.* 7.
qui dicit, q̃ imo arbitri, & arbitratores inter dũ præter omnẽ iustitiam grauant vnum, & alteri tribuunt quædam, vt experientia docet. † Declara; quia pro laudo præsumitur quoad ordinẽ iuris, 59
nõ tamen quoad merita causæ; & ideo licet arbitrator dicat sibi cõstare, nõ tamen in causa reductionis, tale laudũ probat id esse probatũ, q̃ asseritur; ideo onus probãdi incumbit ei, cui incumbebat ante laudum. Cuman. *d. cons.* 50. *n.* 4. *ver. & in hac quæstione.*
† Restringe; quia licet laudũ valeat, per q̃ aufertur ab vno, & da- 60
tur alteri ex causa pacis, si cõstat, q̃ ab vno abstulit, non expressa neq; probata causa pacis, præsumitur nullũ, & ex dolo potius, q̃
ex causa pacis. Socin. *cons.* 220. *n* 2. *lib.* 2. † Extẽde; quia magis præ- 61
sumitur pro laudo, & arbitramẽto, q̃ pro sentẽtia; quia petẽs reductionẽ probat iniquitatẽ, alias succũbit. Zabar. *cons.* 139. *n.* 10.
& seq. ver. venio ad secundum, q̃ est Salyc. & *cons.* 140. *n.* 8. *ver. in secundo,* quod est Card. Zabarel. † Contrarium videtur velle Cuman. 62
cons. 50. *Stante statuto, n.* 3. *ver. alioquin. vsque in fin.* vbi, q̃ cõmuniter nõ faciũt processum, ideo pro eis præsumitur. † Restringe; quia 63
non præsumitur pro arbitramento; quia nõ habet auctoritatem iudicis, sed trãsactionis; ideo nec facit præsumptionẽ inter alios. Cuma. *cons.* 23. *Primo sciendum in fi.* plenius Alex. *cons.* 119. *in fi. lib.* 2.
vbi, quod est quædam transactio, & in contractibus solemnitas extrinseca non præsumitur. † Contrarium, quod imo præsuma- 64
tur etiam pro laudo arbitratoris. Decian. *in c. quoniam contra. n.* 41.
vbi dicit magis * communem, *de probat.* Alciat. *de præsumpt. regul.* 3. *
præsumpt. 12. *in prin.* † Declara; quia non ita præsumitur pro laudo, 65
vel arbitramẽto, sicut pro sentẽtia iudicis; quia iudex iurat, eligitur à superiore, potestas eius ex publico est, quæ non cõcurrunt in arbitro, vel arbitratore. Ant. de Butr. *cons.* 24. *n.* 5. *ver. ad motiua.*
† Declara; quia præsumitur pro iudice, & sentẽtia, & pro laudo, 66
q̃ partibus præsentibus fuit lata, vel latũ, & transiuit in iudicatũ; secus si fuit lata parte absente, vel etiam si parte præsente, & pendeat appellatio, vel reductio; quia tũc nõ præsumitur pro iudice, neq; pro arbitro, vel arbitratore. Ant. de Butr. *cons.* 24. *n.* 6.
vbi late, & q̃ dicitur præsumi pro arbitro asserente, intelligitur quoad solemnia, nõ autẽ quoad decisoria. † Sed bene præsumi- 67
tur pro arbitramento in arbitrariis, puta in probatione; quia nedum præsumitur quoad iustitiam animi, sed etiam quoad iustitiam actus pro arbitramẽto in arbitrariis. Bald. *cons.* 32. *Tria sunt. in*
fi. lib. 4. Vide, *Arbitrator quis dicatur, & posit. Concl.* 449. *n.* 37. *& seq.*
† Declara; quia in tñ præsumitur pro sentẽtia, in quantũ cõcludit, 68
& nõ vltra, & ideo sentẽtia lata super restitutione rei pignoratæ, nulla factamẽtione de restitutione pretii, nõ propterea inducit liberationẽ pretii. Cuman. *cons.* 19. *Quidam nobilis. per tot.* † Amplia; 69
quia præsumitur pro sententia iudicis etiam inter alios, vt faciat aliqualẽ præsumptionem. Cuman. *cons.* 23. *circa fi. ver. secundo quia.*
† Declara; quia præsumitur pro sentẽtia, quoad illos, inter quos 70
est lata, non quoad alios legitime non citatos. Castr. *cons.* 99. *n.* 3.
lib. 2. † Amplia; quia in iis, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, in 71
quolibet actu præsumitur pro quocunq; magistratu. Bald. *consil.*
207. *circa prin. ver. si quæritur, vtrum, lib.* 3. † Extende; quia omnis 72
dolus, calumnia, & præsumptio mali dicitur abesse, vbi actus corã iudice, vel superiore fuit celebratus. Alex. *cons.* 64. *Circa præ-*
sentem. n. 2. *vers. & quia iniuste. lib.* 4. q̃ est Barbatiæ. † Sic multo ma- 73
gis præsumitur pro Principe; ideo licet consiliarii Principis non possint emere res subditorum; tamen de licentia Principis, vel cum præsentia Principis licite emunt; quia abest omnis suspicio.
Alex. *d. cons.* 64. *n.* 3. *lib.* 4. † Sic prorogatio instãtiæ, quæ est odiosa, 74
ad protelandas lites, si fiat à Principe, vel superiore, cessat omnis calumnia; quia lex cõfidit de superiore. Alex. *d. cons.* 64. *n.* 2. *in fin.*
& n. 3. *lib.* 4. vbi est casus super statuto Bononiæ. † Amplia; quia 75
in tñ præsumitur pro iudice, q̃ nunq̃ præsumitur cõtra iudicem, q̃ fecerit aliquid iniustum, vel illicitum, nisi quatenus hoc clare apparet; ideo si quis fecit carcerari suum debitorem prætextu, q̃
habuerit mandatũ à certo iudice gabellarũ, ad quẽ non spectet carceratio, nisi doceatur de mandato, non præsumitur. Bald.

conſ.212.Quidam prætenſo,in prin.lib.3. Alex.*conſ.77.Viſis.n.21.ver.in*
76 *iudice enim,lib.3.*vbi apoſtill *in ver.iudice,* dat concord. † Amplia; quia præſumitur ſolemnitas pro iudice, quando ipſe iudex enũtiauit in antiquis; item,quando ſentẽtia eſt lata præſentibus partibus,& non appellantibus; item parte citata,& non appellante; item,quando extat ſtatutum,quod præſumatur pro ſententia,& non poſſit dici de nullitate; item,quãdo cauſa eſt ſummaria,& de plano;item in decretis. Bald.*conſ.217. Reperitur ſententia,*
77 *per tot.lib.4.* † Extende; quia imo præſumitur appretium,& ſubhaſtatio in adiudicatione facta per iudicem, quãdo tempus cen-
78 tum annorum cucurrit. Affl.*deciſ.368.per tot.* † Extende; quia imo per poſſeſſionem continuatam per 30.annos ab eo, qui habet adiudicationem, præſumitur appretinm, ſubhaſtatio, & alia ſolemnitas ſententiæ iudicis, ita Rota *in deciſ.R.D.Cantuccij,nu.144.*
79 *lib.2.n.8.& ſeq.*vbi,quod procedit,etiamſi non enuntietur.† Amplia; quia præſumitur pro iudice etiam inquirente, quod bono
80 zelo inquirat. Bald.*conſ.246.Viſis actibus.2.lib.4.* † Amplia; quia præſumitur pro iudice, qui dedit tenutam rei, quod legitime il-
81 lam dederit. Bald.*conſ.399.Nec præſumitur,lib.4.in fin.* † Declara; quia licet præſumatur pro iuſtitia ſententiæ, quod ſit lata iuſte, maxime,ſi non eſt appellatum; tamen non præſumitur pro proceſſu,vel pro iuriſdictione,neque pro citatione, vel libello, litis conteſtatione,& aliis ordinatoriis iudicij; quia ſi negentur, debent probari ab eo, qui petit exequtionem ſententiæ. Bald.*d.*
82 *conſ.399.per tot.lib.4.* † Amplia; quia ſi ſtatutum diſponat,quod captura ſuſpecti non concedatur,niſi iudex prius detulerit iuramentum creditori,& iurauerit, & reperiatur relaxatum mandatum,& iuramẽtum præſtitum per creditorem, præſumitur commiſſio,licet mandatum non preſumatur.Bald.*conſ.374.Quæritur,*
83 *vtrum,in ſi.lib.4.* † Amplia; quia præſumitur pro captura à iudice data, quod ſit viſo inſtrumento debiti, maxime, quando enun-
84 tiatur. Caſtr.*conſ.19.Supradictæ exceptiones,in prin.lib.1.* † Extende idem,etiamſi non ſit enuntiata,quia licet non appareat, quod viderit inſtrumentum,ex actis; tamen præſumitur, quod viderit.
85 Caſtren.*d.conſ.19.in prin lib.1.*† Amplia;quia ſi iudex detulit iuramentum in ſupplementum, præſumitur pro inquiſitione facta per iudicem,quod eſſet locus delationi, & quoad perſonas, &
86 ad quantitatem. Fulg.*conſ.145.ver.ad tertium,quo quæritur.* † Amplia; quia præſumitur pro iudice, quod probe & legitime ſe geſſerit in officio, *l.1.C.de ſuſcept.lib.10.auth.vt nulli iud.§ ſuper hoc au-*
87 *tem.*quia probis viris creditur. Marſ.*in l.1.§.1.ff.de queſt.* † Amplia; quia præſumitur pro iudice circa habilitatem perſonæ, *l.Barba-*
88 *rius.ff.de offic.prætor.* † Extende circa facultatem,quando eſt iudex ordinarius, & facit publice officium,*d.l.Barbarius,* vbi plene Iaſ. maxime *in ſi.ff.de offic.prætor.* Maſcar.*lib.2.de probat.concl.648.n.69.*
89 † Et ideo ſi quis exerceat ſe pro iudice, ſeu locumtenente, præſente, & ſciente ſuperiore, qui poteſt illum deputare iudicem ordinarium,vel locumtenentem, probatur mandatum, Affl.*de-*
ciſ.308.Franciſcus Ferrarius,nu.7.ver.tertio ad idem. Alex.*conſ.1 in fin.*
90 *lib.2.*Gram.*deciſ.36.n.26.& 27.* † Idem in delegato ab ordinario; quia ſi præſente, & tacente ordinario gerit ſe pro ſuo delegato,
91 præſumitur delegatio,& inducitur, Affl.*d.deciſ.308.n.8.* † Extende;quia ſi præſumitur pro vno iudice,multo magis pro pluribus
92 iudicibus facientibus actum. Gram.*deciſ.36.n.28.* † Amplia;quia preſumitur pro ſuperiore,& Epiſcopo inſtituente preſentatum, quod ſit præſentatus clericus,& habilis. Socin.*conſ.258.nu.2.ver.*
ſecundo infertur,lib.2. Vide Socin.*reg.13.Sententia in dubio præſumitur*
*iuſte lata.*vbi ponit octo fallentias: prima eſt,ſi à delegato: ſecunda,quando non tranſiuit in iudicatum: tertia, quando quis appellat ad ſui cõmodum:quarta,ſi vult reſtitui in integrum:quinta,in interloquutoria:ſexta,ſi apparet de iniuſtitia:ſeptima,ſi victor dixit eſſe iniuſtam: octaua etiam in iudice ordinario,quan-
93 do eſt ſpecialis,prout ad feuda. † Limita; quia non præſumitur pro ſententia,neq; pro iudice,quãdo fuit appellatum, commu-
* nem * dicit Dec.*in c.quoniam contra.nu.32.de probat.* Alex.*conſ.105.*
lib.5. Bald.*in l.1.col.1.C.ſi aduer.credit.& in l.ſi præſes.in 1.q. C.quomodo*
& quando iudex. Alex.*conſ.2.lib.2.* Rom.*conſ.479.nu.2.* Iaſ.*in l.1.§.ſi*
94 *quis procurator.n.13.ff.ſi quis ius dicenti non obtemper.*† Limita,quia nõ præſumitur pro ſententia, quando producuntur acta, ex quibus apparet de iniuſtitia ſententiæ. Crauet.*conſ.290.col.antepen.ver.ſi-*
militer videmus. Bellam.*deciſ.89.de re iudic.* Vide Maſcard.*Concl.35.*
Aſſertioni iudicis, vbi,quod acta non præſumuntur,niſi exhibean-
95 tur,niſi in antiquis,vel aliis caſibus ſpecialibus. † Extende; quia multo minus præſumitur pro iudice, quando manifeſte conſtat ſententiam eſſe iniuſtam;quia ceſſat præſumptio in claris,veluti ſi pro vulnere ſimplici condemnauit vulnerantem etiam contumacem vltimo ſupplicio. Alexan.*conſ.77.Viſis.n.3.& ſeq.lib.3.*vbi plena apoſtil.*in ver.nulla.* † Contrarium, quod imo præſumatur pro ſententia,& iudice,licet ſit appellatum,Dec.*d.c.quoniam con-*
tra.n.32.& ſeq.de probat. † Declara; quia etiam quod præſumatur pro ſententia, & pro iudice, non obſtante appellatione; tamen non transfertur onus probandi in aduerſarium. Dec.*d.c.*
quoniam contra,n.32.in fin.ver.vltimo non obſtat,& in prin. vbi multos allegat. † Extende,etiamſi ſententia ſit ſuper cenſuris; quia nec ea non præſumitur,ſi eſt appellatum, Alex.*conſ.119.Quæritur,in fi.*
lib.2. † Reſtringe limitationem,vt non procedat in ſententia lata per iudicem in iis,quæ arbitrio iudicis commiſſa ſunt; quia appellans debet probare. Fel.*in d.c.quoniam contra.n.32.ver.hanc con-*
cluſionem,de probat. † Limita; quia non præſumitur pro iudice, neq; arbitro, vel arbitratore circa deciſoria, niſi probentur acta; ſecus circa ſolemnia,ſi de eis atteſtetur, & hoc, quãdo ſententia vel laudum fuit latum cõtra abſentes, & idem,ſi eſt latum contra præſentes, quando pendet appellatio, vel reductio, plene Ant.de Butr.*conſ.24.n.6.*vbi late. † Limita; quia licet præſumatur pro iudice & ſententia circa ſolemnitatem intimationis ipſius ſententiæ,quæ potuit interuenire; ſecus eſt circa alia præambula,etiamſi Notarius enuntiaret in ſententia; quia ipſi non creditur. Ant.de Butr.*d.conſ.24.n.6.circa fin.ver.ſienim in alia.* Gabr.*com concl.4.de ſentent.* † Limita; quia quando ſententia vel decretum iudicis fuit in contumaciam, non præſumitur pro eo, neq; creditur verbis aſſertiuis iudicis, ſed debet probari citatio & relatio facta in actis, vt iuſtificetur contumacia. Abb.*conſ.1.*
Arbitror.col.2.ver.corruit denique.lib.2.† Limita; quia non præſumitur pro iudice,neq; pro eius ſententia, quãdo ex breuitate temporis conſtat, quod non adhibuit cauſæ cognitionem. Per. de Anch.*conſ.36.n.5.ver.ex quo conuincitur.* Curt.*conſ.46.* † Extende, vt per Gabr.*lib.2.tit.de ſent.concl.4.n.14.& 20.* † Limita; quia licet præſumatur pro ſententia & decreto iudicis; intelligitur ſi qualitates & alia requiſita concurrant, alias non. Dd.*in l.ſi cui pœna C.*
de ſeruis fugit. Rom.*conſ.499.Statutum.* † Limita; quia ſi decretum iudicis interponitur ex vna cauſa, non extenditur ex alia non expreſſa; quia ſi ex non expreſſa oriatur præiudicium, non præſumitur iudex alteri damnum facere voluiſſe.Bald.*conſ.371.n.5.*
ſuper eo.lib.3. † Limita; quia ſi laudum dicitur latum extra cõpromiſſa, nõ præſumitur pro laudo, ſed probare debet, qui laudum allegat, Ang.*conſ.218.Viſa narratione,col.pen.*† Limita;quia nõ præſumitur pro iudice, neq; pro ſentẽtia criminali lata ſuper inquiſitione obſcura, & ſic ſuper libello inepto. Bald.*conſ.231.Poſito*
certa pars,lib.4. † Limita; quia non præſumitur pro iudice, neque pro eius ſententia, quoad tertios, nec contra illos, qui non fuerunt in iudicio. Caſtr.*conſ.169.n.1.in ſi.lib.2.*† Ratio, quare pro iudice præſumatur, quod nõ fecerit aliquid iniuſtum, vel damnoſum alicui, eſt, quia ita iurat iudex, *in authen iuſturan.quod præſente*
ab iu.§.æquus. Bald.*d.conſ.371.n.5.lib.3.ver.ſuper eo enim.* & idem dicit Ant.de Butr.*conſ.24 n.5.* vbi etiam addit; quia eligitur à Principe,& eſt perſona publica. Vide Anton.Gabr.*lib.2.tit.de ſuent.*
Concl.6.Sententia diffinitiua præſumitur iuſta. Vide plene Maſcard.*a*
Concluſ.35. Aſſertioni iudicis & Notarij ſuper actis quomodo credatur, in
non, vbi ponit regulam negatiuam, non præſumi acta iudicialia, niſi appareant, & quando ſecus. Vide, *Sententia operatur nulla*
Concl.180.

Præſumitur pro inſtrumento quoad multa. Conc.622.

INSTRVMENTVM † regulariter habet tres præſumptiones pro ſe: prima eſt,quod ſit verum: ſecunda,quod ſit ſolemne: tertia, quod ſit rogatum de mandato partium. Bald.*conſ.39.*
ponitur,quod.lib.3. vbi, quod niſi inducatur contraria probatio, pro inſtrumento eſt iudicandum. † Amplia; quia licet,ſi detur de ſimulatione contractus, in conſequentiam tollatur effectus inſtrumenti; tamen ſimulatio contractus non arguit ſimulationem inſtrumenti, quia ſimulatio contractus non præſumitur, etiam ſi non ſit ſolemniter factum.Fulgoſ.*conſ.161.in cauſa Lucchi.num.1.*
ver.adſunt præterea, vbi loquitur in inuentario, & dicit præſumi eo, & quod poteſt deferri iuramentum in ſupplementum, & quod poteſt de ferri iuramentum in ſupplementum, etiamſi deficiat integra ſolemnitas. † Et quod præſumatur pro inſtrumento, videlicet quod ſit ſolẽne, & contineat veritatem. Bald.*in c.1.§.ſi inſtrumentum.de notit.feud.& in l.1.col.fin.q.9.C.*
de teſtam. Iaſ.*in l.ſciendum.n.8.ff.de verb.oblig.* Alciat.*reg.3.præſumpt.*
13.*n.9.* Dec.*conſ.36.col.3.in fin.n.5.& 6.* † Et ideo donec contrarium probetur, illi ſtandum eſt. Bart.*in l.1.§.ſi quis negat.ff.*
quemadmod.teſtam.aper. Vide, *Inſtrumentum*
probat, & dicitur probatio probata.
Concl.237.

Præsumitur ex præsenti in præteritum, & econtra, & quando secus. Concluſ. 623.

1 PRÆSENS † actus & factum informat & declarat præteritum; quia ſubſequentia declarant præcedentia, *l. qui adulterij.*
2 *C. de adulter.* † Econtra præteritum facit præſumere, & informat præſens. Fed. de Sen. *conſ. 7. Quidam vſurarius. n. 3. ver. nam ſicut præſens. & n. 5. ver. continuatio.* vbi vult, quod vſurarius ſemel manifeſtus, qui fecit teſtamentum præſtita cautione ſolemni de vſuris reſtituendis, efficiatur inteſtabilis, & quod teſtamentum non valeat, ſi perſeuerauit poſtea in vſuris, licet non manifeſte; quia
3 ſatis dicitur manifeſtus per continuationem. † Contrarium tenet Ang. *conſ. 10. In cauſa prædicta. n. 10. ver. & ſuper hoc.* vbi, quod in iſtis momentaneis ſemel vſurarius manifeſtus non præſumitur
4 vſurarius manifeſtus tempore teſtamenti, vel mortis. † Amplia; quia filius, qui poſſedit bona paterna, præſumitur illa poſſediſſe per 10. annos, & vſq; ad mortem, ſi non probatur interruptio.
5 Bald. *conſ. 12. in fin. n. 11. ver. quæritur, vtrum. lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiamſi alius medio tempore poſſederit inſcio filio; quia præſumitur ſaltem ciuiliter poſſediſſe. Bald. *d. conſ. 12. in fin. n. 11.*
6 *lib. 1.* † Amplia; quia inimicitia capitalis præſumitur durare, & ideo ex præterito præſumitur in præſenti; ſecus, ſi eſt ex leuitate animi, vel ex leui cauſa. Bald. *conſ. 176. Cæcilia receſſit. n. 3. ver. ſcien-*
7 *dum eſt. lib. 1.* † Amplia; quia dominus olim, præſumitur dominus hodie; quia dominium à nobis non abdicatur ſine facto noſtro. Maſcard. *Concl. 550. Dominus.* vide eum; quia allegat etiam tenea-
8 tres contrarium. † Amplia; quia ex præterito præſumitur de præſenti in iis, quæ non variantur de facili. Bald. *conſ. 52. Literis auctori-*
9 *tate. n. 2. lib. 5.* † Reſtringe in diuitiis, & capitali; quia non ſequitur, habuiſti diuitias, & tantum capitale; ergo habes de præſenti; quia in vniuerſalibus regula non procedit. Alex. *conſ. 47. nu. 10.*
10 *lib. 1.* † Amplia in poſſeſſione; quia poſſidens hodie præſumitur poſſediſſe in præteritum, prout exiſtens in quaſi poſſeſſione libertatis præſumitur liber & transfert poſſeſſio de præſenti onus probandi contrarium aſſerenti. Alex. *conſ. 16. nu. 3. ver. nec prædictis*
11 *obſtat. lib. 5.* † Declara; quia ex poſſeſſione de præſenti non præſumitur poſſeſſio de præterito certi temporis requiſita, puta centum annorum, puta habens priuilegium centum annorum præteritorum, quod habeat iuriſdictionem in bonis, quæ poſſidet, ſi hodie poſſidet aliqua bona, & velit habere iuriſdictionem, quaſi ea poſſederit de tempore priuilegii, non præſumitur, ſed debet probare, niſi concurrant coniecturæ, quod poſſederit. Alex. *d.*
12 *conſ. 16. In cauſa, & lite. n. 2. & ſeq. lib. 5.* vbi *nu. 3.* dicit multo magis, ſi de præſenti etiam non poſſidet. † Declara; quia non procedit, quando requiritur qualitas poſſeſſionis antiquæ, vt ſi agatur, quod quis ſoluere debeat pro omnibus bonis tali tempore poſ-
ſeſſis, non autem de poſtea quæſitis; quia an ſpecter actori, vel
13 reo probare, attenditur coniecturæ, & id, quod fuit ſolitum, ſi apparet, ſin minus, quæſtio eſt dubia. Bald. *conſ. 263. Treſ ſententiæ.*
14 *lib. 2.* vbi recitat opiniones pro vtraq; parte. † Extende in eo, qui de præſenti eſt ſtatuliber; quia præſumitur etiam in præteritum liber. Alex. *conſ. 75. in fi. n. 19. lib. 5.* † Amplia in ſtatu rei; quia in eo
ſtatu, quo res de præſenti eſt, præſumitur fuiſſe in præteritum etiam antiquo tempore, quando ſtatus præſens poteſt conuenire ſtatui de præterito; ideo bona culta de præſenti, & quæ propterea non ſunt vacantia, fuiſſe talia, præſumuntur etiam de præte-
rito. Franc. Aret. *conſ. 15. Reuerendiſſime Pater. n 3. ver. & licet non poſſit.*
15 allegat Bald. *in l. ex perſona. circa prin. C. de probat.* Alex. *conſ. 92. Viſo.*
n. 24. lib. 5. † Extende; quia fatuus de præſenti poteſt præſumi fatuus etiam in præteritum, niſi doceatur de ſana mente; quia ſtatus fatuitatis poteſt conuenire cum ſtatu originis. Alex. *conſ. 92.*
Viſo. n. 23. & 24. ver. præterea. lib. 5. vbi apoſtil. *in ver. præſenti.* citat Al-
16 ciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 26.* † Reſtringe, quando præſens ſtatus habet contra ſe veritatem alicuius præcedentis ſtatus. A-
17 lexan. *conſ. 81. In cauſa, & lite. n. 3. lib. 7.* † Amplia; quia doctus, vel ſciens de præterito affirmatiue præſumitur doctus de præſenti; ſecus eſt in negatiua, quando interceſſit tempus condignũ. Bald.
d. conſ. 52. n. 2. lib. 5. & quod ſciens de præterito, præſumatur ſciens de præſenti. Dyn. *conſ. 53. Quæſtio talis eſt, cauetur ſtatuto. nu. 6. ver. q*
autem in propoſito. quod eſt Accurſii, Laur. de Rampon. & Dyni.
18 † Amplia; quia deſcendens, qui diu poſſedit bona, quæ nõ probantur ex nouo titulo in eum peruenta, præſumptionem habet, quod bona fuerint aſcendentis, qui de bonis ſuis diſpoſuit, & ideo nepos poſſidens præſumitur poſſidere bona aui ſui. Fulg.
19 *conſ. 145. Quoniam plurima. col. 2. ver. rurſus & hoc.* † Extende maxime, quando pars eorundem bonorum probatur eſſe eiuſdẽ aui;
20 quia cætera quoq; præſumuntur. Fulg. *d. conſ. 145. n. 2.* † Extende, quod fama concurrit; quia tunc fama in iis, quæ de facili non poſſunt probari, plus quam ſemiplene probat. Fulg. *d. conſ. 145. in*
prin. † Extende; quia quod dicitur de deſcendente, idem dicitur 21
de hærede; quia ſi bona poſſidentur per eum, qui dicit ſe hęredẽ fideicommittentis, præſumitur, quod fuerint in bonis defuncti; & concurrentibus coniecturis, prout inuentarium etiam non ſolemne, & teſtibus ſingularibus fit probatio. Fulgoſ. *conſ. 161. In*
cauſa Iacobi. in prin. † Amplia; quia ſi teſtator ſemel poſſedit tem- 22
pore vitæ ſuæ, præſumitur etiam tempore mortis poſſediſſe. Vide, *Fideicommiſſo qualiter bona probentur ſuppoſita. Concl. 279.* Vide ſupia, *Poſſeſſio quando præſumatur continuata, vel non. Concl. 417.* Vide, *Hereditatis petitione agens quid probare, vel narrare debeat. Concluſ. 32.*
† Extende; quia is, qui olim poſſedit, præſumitur hodie poſſide- 23
re, & niſi cõtrarium probetur, quod alius poſſideat, & poſſeſſio recẽs præſumitur clandeſtina. Ang. Aret. *conſ. 18. Ioannes. col. 3. ver.*
ſecundo allegatur. † Extende; quia imo etiamſi alius poſſideat nũc, 24
vel medio tempore, adhuc tamen is, qui poſſedit, primo præſumitur ciuiliter poſſidere. Ang. Aret. *conſ. 19. Videtur omnino. nu. 19.*
ver. nec etiam obſtat, & ver. aduertas tamẽ. † Amplia; quia is, qui ſemel 25
habuit libros, præſumitur etiam de præſenti habere, niſi ille probet contrarium; ideo poteſt condemnari ad exhibendum, ſi non exhibet, vt teneantur exhibere. Caſtr. *conſ. 300. Ad bene examinan-*
dum. in 4. dub. lib. 1. Alex. *conſ. 58. Circa primum quæſitum. col. fi. lib. 1.* A-
ret. *conſ. 120. col. fi.* Socin. *conſ. 190. col. 3. ver. ſecundo poſito. lib. 2.* † Am- 26
plia; quia ex præterito præſumitur in futurũ; ideo exemptus pro præteritis habet præſumptionem pro exemptione in futurum. Caſtr. *conſ. 318. Viſo, & examinato. col. 3. in prin. lib 1.* vbi dicit, quod præſumitur de præterito in præſens & futurum, vbi apoſt. *in ver.*
præſens. † Limita; quia ex præſenti non præſumitur in præteritum 27
in iis, quæ per diſcurſum ætatis & temporis eueniunt etiam nobis inuitis; vnde quis hodie viri potens, vel potens nõ præſumitur in præteritum etiam ad validitatem matrimonii, quando repugnat præſumptio iuris, vt quia ante non habuiſſet 14. annos completos. Gemin. *conſ. 24. n. 9. ver. per præmiſſa.* † Extẽde in ætate, 28
& ſimilibus, quæ temporis curſu mutantur; quia de præſenti nõ præſumitur in præteritum, Apoſtil. *ad conſ. Dyni 53. ſub n. 6. in ver. de*
præſenti. vbi late concord. allegat. † Extende in confinibus; quia 29
quæ de præſenti ſunt, non præſumuntur eadem confinia de anti-
quo, niſi probentur. Alex. *conſ. 16. In cauſa, & lite. n. 18. ver. reſpondeo*
aliter. lib. 5. † Extẽde generaliter in omnibus qualitatibus funda- 30
tis in certo tempore; quia debet probari tẽpus; ideo qui allegat ſtatutum ad infringendum aliquid præteritum, debet probare, ſi negatur, quod ſtatui ũ eſſet de illo tempore. Alex. *d. conſ. 16. n. 31.*
ver. nam qui ſe fundat. lib. 5. † Sic Notarius probatus de præſenti nõ 31
præſumitur in præteritũ fuiſſe Notarius, niſi probetur; quia qui ſe fundat in tempore, oportet quod limitate probet de tempore.
Alex. *conſ. 97. Viſo proceſſu. n. 5. & ſeq. lib. 7.* † Sic teſtes recepti in cõ- 32
tractu, qui dicantur approbati à partibus tempore contractus, ſi tempore examinis eſſent coloni, vel familiares producentis, nõn prælumerentur fuiſſe tales tempore receptionis, niſi probetur.
Alex. *conſ. 191. Viſis nouis. in prin.* maxime *n. 2. lib. 7.* vbi, quod qualitas, quæ non poteſt eſſe à principio tempore natiuitatis, ſi eſt
de præſenti, non præſumitur in præteritum, niſi probetur. † Sic 33
producẽs inſtrumentũ cenſetur approbare cõtenta in eo omnia à die productionis, non autem, quando continet factũ alienum, ſecus, ſi factum proprium. Alex. *conſ. 76. n. 10. lib. 7.* † Sic fama à 34
certo tempore, & citra, quod quis ſit vſurarius, non probat vſurarium ante famam ad annullanda inſtrumenta præcedentia. Alex. *conſ. 184. Viſo proceſſu. n. 12. ver. ſed fama ſuperueniens. lib. 7.* vbi apoſtil. *in vir. arguit.* citat concord. & dicit Alex. quod iſtud procedit; quia qualitas vſurarii non ineſt natura, quia nullus naſcitur vſu-
rarius. † Sic conſtitutio Synodalis, quod omnia inſtrumẽta vſu- 35
rarii ſint nulla, debet intelligi de inſtrumentis à die, quo probatur vſurarius, nõ ante, quod dicit notatu dignũ. Alex. *d. conſ. 184.*
n. 12. lib. 7. † Sic etiam dicimus de clerico; quia non ineſt à natura, 36
& clericus hodie, non præſumitur clericus ante; quia non ineſt à natura. Boer. *deciſ. 171. n. 14. in fi.* & quod dicitur de clericatu, idem eſt de notariatu, & ſimilibus. Rol. à Valle *conſ. 32. in prin. n. 3. lib. 2.*
Ctauct. *conſ. 484. n. 7.* plenius *conſ. 498. n. 4. & ſeq.* † Limita; quia ſi 37
tu locas aliquam rem nomine meo hodie, & ego ratũ habeam, non præſumetis retro poſſediſſe nomine meo. Bald. *conſ. 12. Qui-*
dam d. Matthæus. in fi. ver. vltimo quæritur. lib. 1. † Limita; quia ex præ- 38
terito nõ præſumitur in præſenti, quando alia præſumptio contraria concurreret, exemplum, probatur beneficium iuris patronatus fuiſſe deuolutum iam decem annis, nõ tamen præſumitur, ſi poſt multos annos ordinarius illud cõtulit ad præſentationem patroni; quia potius præſumitur, quod fuerit poſt deuolutionem

collatum,& deinde iterum vacauerit; quia præsumptio pro ordinario facit cessare aliam præsumptionem. Gemin.*cons.38.nu.1.*
39 *& seq.ver.sed vt apparet.* † Extende limitationem,vbi alia præsumptio scripta in iure se opponit; nam probatio, quod quis esset decoctus de præterito,non arguit de presenti;quia quilibet presumitur acquirere, Petr.de Anchar.*cons.5.n.7.& 8.ver.ad hoc dico.*
40 † Limita igitur; quia circa paupertatem præteritam non præsumitur in præsenti; quia res variari solet, & quis præsumitur acquirere.Pet.de Anchar.*d.cons.5.n.7.& 8.ver.ad hoc dico.* Alex.*cons.*
75.*Videtur,in fi.n.19.lib.5.* vbi reddit rationem;quia quis presumi-
41 tur lucrari.† Restringe in casu contrario;quia pauper de præsenti,& non soluendo, præsumitur etiam in præteritum pauper, & non soluendo propter eandem rationem; quia præsumitur acquirere.Alex.*cons.16.In causa,& lite.nu.3.lib.5.* vbi apostil.*in ver.sol-*
42 *uendo.* † Limita in scientia; quia is, qui cum titulo possedit tantum tempus, quod præscripsit, licet cõfiteatur hodie scire rem fuisse alienam;tamen non præsumitur scisse in præteritum;imo presumitur ignorasse bonam fidem. Bald.466.*Considerandum est,lib.*
43 *5.in fi.* est tex.& gl.*in c.fi de præscr.in gl fi.* † Extende;quia præsumptione dispensationis obtentæ completa per 30.annos non tollitur ipsa præsumptio per cõtradictionem particulatem factam post; quia non tollit effectum præsumptionis completum, ita
44 Peregr.Fab.*decis.109.lib.2.& decis.43.lib 3.*† Extende;quia si completa prescriptione Princeps abrogaret omnes leges inducentes prescriptionem, non cessaret propterea prescriptio,quæ habuit complementum,& effectum. Crauet.*de antiq.temp.in 4.par.n.35.*
45 *fol.*189.† Contrarium videtur velle Anch.& male,vt credo,*cons.*
46 409.*n.6.* † Extende;quia si præsumptio inducens actũ solemne est completa per 30.annos, vel aliud tempus à lege inductum, non cessabit per contradictionem, vel turbationem causatam post completam prescriptionem; quia dicitur acquiri ius in illo vltimo momento;quod retrotrahitur ad initium,ita Angel.*cons.*
47 318.*Dictus punctus.* † Limita, quando præsens status habet contra se alicuius temporis præteriti necessariam veritatem; quia tunc de præsenti non presumitur in præteritum. Alex.*d.cons.75.in fin.*
48 *lib.5.* † Limita in his,quæ sunt momentanea; quia si non habent effectum successiuum (prout in eo,qui vno tempore fuit vsurarius manifestus) non præsumitur manifestus durare. Ang.*d.cons.*
☞ 10.*n.10.& seq.* Vide,*Possessio an præsumatur continuata,vel non. Concluſ.*417.

Præsumitur actus factus ab eo, qui commodum sentit. Concluſ.624.

1 PRÆSVMITVR † in dubio actus factus ab eo,qui commodum ex eo reportat;quia extranea persona nunquam intelligitur in actu.Oldr.*cons.136.Quod ex productis.n.5.ver.non obstat,quod*
2 *aduersarij.* † Et pactum præsumitur appositum ab eo,ad cuius fauorem tendit.*l.cum manu fata,in 2.responso.ff.de contrahen.empt.* Olo-
3 drad.*d.cons.136.num.5.ver.non obstat,quod aduersarij.* † Amplia;quia ratione commodi & vtilitatis præsumitur in dubio actus factus ex dolo,quando gerens sentit commodum. Bal.*cons.250.In quæ-*
4 *stione Domini Milan.n.9.ver.ex quo sequitur.lib.1.* † Et præsumptio doli facilior redditur ex commodo,quod quis reportat. Fulgos.
5 *cons.173.In causa inquisitionis,col.3.ver.ex lucro namque.* † Amplia ratione obligationis;nam Hospitale constructum, si non apparet, à quo fuerit ædificatum, præsumitur ab eo, qui erat obligatus, *l.cum seruus.ff.de verbor.oblig.* Bald.*cons.*378.*Sequitur aliud.n.2.ver.sed*
☞ *hic restat videre. lib.1. & cons.*309.*Proponitur, quod Hospitale.nu.5.ver.*
6 *porro si dubitatur.lib.3.* Vide Mascard.*Concl.*715.*Communia expensa-*
rum.n.13.& seq. vbi plura. † Extende idem in Ecclesia patronata; quia præsumitur ædificata ab hærede, cui testator mandauit, q. construeret,& dotaret. Abb.*cons.*54.*Videtur primo,n.2.ver.sed ius nõ*
7 *obstat antibus,lib.1.* vbi,quod Ecclesiæ non nascuntur, & necessario ab obligato præsumuntur constructæ. † Amplia;quia ædificium in dubio præsumitur factum à domino fundi. Bald.*d.cons.*309.*n.*
5.ver.porro si dubitatur.lib.3. Extende; quia expensæ præsumuntur factæ à possessore fundi,vel rei,in qua est expensum. Mascard.*d.*
☞ *Concl.*715.*num.*12.*& seq.* Vide,*Possessio operatur multos effectus.Concl.*
8 428.† Extende;quia Ecclesia præsumitur ædificata ab eo populo,& ab illis parochianis, in quorum populo est sita, vel in quo-
9 rum vicinia reperitur.Mascar.*Concl.*587.*Ecclesiasticæ res.n.3.* † Item ab eo, cuius erat cura,& onus,quod fieret. Bald.*d.cons.*309.*nu.5.*
10 *lib 3.*allegat Bartol.*in l.cum seruus.ff.de verb.oblig.* † Amplia;quia si acta iudicialia perierunt,& fuerunt lacerata, præsumitur contra eum,contra quem acta lacerata faciebant. Castr.*cons.66.in fi.ver.*
11 *resultat etiam,lib.2.*allegat in arg.*l summa.* §.1.*ff.de pecul.* † Amplia; quia subditus præsumitur de mandato domini deliquisse, quando delictum affert commodum domino, & potuit prohibere, & non prohibuit.Bero.*in c.1.de offic.deleg.n.61.* † Amplia;quia datum Ecclesiasticis bonis præsumitur à communitis Prælati eiusdem Ecclesiæ,quos alimentat. Mascard.*Concl.*587.*n.2.*

Præsumitur actus factus ab eo, ad quem cura spectabat. Concl.625.

PVPILLVS † si reperiatur alimentatus, & ignoretur,à quo, præsumitur à tutore,ad cuius curam hoc spectabat. Roman.
*cons.*353.*Quoad primum,n.2.ver.ad idem,* allegat text.*in l.2.C.de alim.*
pupill præstan. Vide Concl.prox.præced.*n.9.* Vide Mascard.*Con-*
*clus.*734 *Factum an præsumatur,quod de iure erat faciendum.*

Præsumitur actus factus ab eo, cuius impensa ad actum interuenit. Concl.626.

SVPPLICATIO † præsumitur expedita,& porrecta ab eo,ad cuius instantiam cantat, quando cum impensa fuit registrata,& expedita. Ang.*cons.*326.*Ex themate,& actu.n.5.ver.qui quidem*
testes. † Extende,vt procedat etiam ad effectum faciendi incidere supplicantem in pœnam tanquam contrauenientem, quando concurrunt probationes aliæ, quæ etiam non sufficerent de per se;quia multum adiuuat expensa in expeditione facta. Ang.
*d.cons*326.*n.5.ver.super quinto.* Vide, *Mandatum non præsumitur,pro*
*probetur,& quando secus.Concl.*32.

Præsumptiones plures quando requirantur, & quando vna sufficiat. Concl.627.

REGVLARITER † vbi agitur de iudicando ex præsumptionibus,requiruntur plures præsumptiones, & vna non sufficit. Crauet.*cons.*57.*n.5.ver.quinto respondeo.* † Et duæ præsumptiones faciunt semiplenam probationem. Vide Rom.*cons.*127.
Posito,quod colum-ver.aut enim fama. † Limita, quando agitur de transferendo onere probandi. Vide infra, *Præsumptio operatur*
*multa,& quæ. Concl.*634.

Præsumitur quis acquisiuisse de suo proprio, non de alieno,& quando secus. Concl.628.

FRATER † habens in communi bona paterna cum aliis fratribus,& aliquid nomine proprio acquirens, si erat persona industriosa, & alii fratres non sunt industriosi, præsumitur acquisiuisse ex industria sua; ideo aliis non communicat. Roman.
*cons.*3.*Viso themate,per tot.Instit.per quas person.nob.acquir.* Sajanus *li-*
beri. & latius *cons.*346.*In hac causa,n.16.ver.quoad octauum.* vbi licus,si nihil habet, neq; industriam. † Amplia,vt in dubio res acquisita etiam nomine communionis, præsumatur ex pecunia acquirentis, ita vt non agant alii communione ad rem nomine communi emptam,nisi pretium restituant.*l.2.C.pro socia.* Rom.
*d.cons.*3.*ver.item hoc dicendum,* vbi hoc dicit maxime,si coniunctæ personæ nomine acquiratur, secus si nomine extranei; quia tunc ex pecunia extranei præsumitur. Bald.*cons.*87.*Patruus,*
in fin.lib.1. † Extende in omni acquirente pro alio, seu nomine alterius, vel pro persona nominanda; quia præsumitur de illo acquirere; ideo persona nominanda, vel cuius nomine emitur,
Empitio pro-
netur pretium restituere,si vult habere rem. Vide, *sona nominata,vel nominanda valet,& qualiter.Concl.*132. † Extende,
quia in dubio emens censetur emere de sua pecunia propria, ideo res empta efficitur sua. Bart.per illum text.*in d.l.2. Cap.*
*cio.*Bald.*in l.pen.C.si quis alteri vel sibi.* Roman.*cons.*3. Alex.*cons.*78.
*Discussis iis,col.1.circa fin.lib.2.& cons.*152.*lib.7.* Corn.*cons.*79.*Cra-*
primum.col.2.circa fin.lib.1. Bertrand.*cons.*258.*n.2.lib.3.* Dec.*cons.*
col.fin.in prin. Ruin.*cons.*199.*lib.2.* & est text.*in l.magis.ff.de solution.*
& in l.sed & si pupill. §.1.*ff.de negot.gest.* † Declara; quia talis præsumptio cessat, vbi constat de veritate in contrarium etiam ex coniecturis.Bald.Ang.& Salyc.*in l.qui aliena.C.si quis alteri,* nisi quæ coniecturæ maxime operantur, considerata qualitate personarum,& verisimilitudine. Bald.& Salycet.*in l.parvum.ad l.C.*
communia vtriusque iud. † Restringe igitur,quando frater nomine suo emit,puta domum,illam postea accatastrauit in libro Communis nomine omnium fratrum, & onera ab omnibus vt de re communi fuerunt soluta, & si laudum feratur super diuisione talis domus, non audiretur emens, si vellet reclamare laudum tanquam iniustum,& dicere, quod sit sua,& quod ex sola accatastratione communi nomine facta cum solutione onerum de communi efficiatur communis. Bartol.*in l.pura. C. de omni agro*
deserto,lib.11. Bald.*in l.censualis. C. de donat.* Roman.*consil.29.col.*
lum.3. Deci.*consil.21. numer.10.* † Amplia; quia filius familias non præsumitur acquisiuisse ex bonis patris, sed ex bonis suis. Federic. de Sen.*consil.57. versicul. super secundo, & sup-*
cul.super tertio. † Amplia; quia patruus præsumitur emisse de suo

suo proprio, non de communi inter eum, & neptem pupillam, nisi contrarium appareat. Bald. *cons.87. per tot. lib.1.* † Amplia; quia maritus acquirens nomine suo, & vxoris, vel nomine vxoris, præsumitur de suo acquirere, nisi contrarium probetur; ideo tenetur vxor restituere pretium. Rom. *cons.274. Dicta mater. in prin.* Vide, *Maritus acquirens pro vxore, quando vxori acquirat, & qualiter vxori debeatur. Concl.92.* † Amplia; quia quilibet emens simpliciter, præsumitur emere nomine suo, & de sua pecunia. Rom. *d. cons.274.* vbi apostil. *in ver. præsumitur*, citat infinitos concord. † Extende, vt procedat, etiamsi aliena quis administraret; quia in dubio de suo præsumitur acquisiuisse, non de alieno, quando habet patrimonium, vel negotiationem. Rom. *d. consil. 274. in fin.* & plenius *cons.346. n.16 & seq.* vbi secus, si nihil habet, neq; exerceat se in aliqua negotiatione, vel arte. † Limita multis casibus, de quibus infra Concl. prox. seq. Vide, *Socius acquirens, an suo nomine, vel societatis acquirere præsumatur. Concl.290.* Vide, *Acquisiuisse an quis præsumatur de suo, vel de alieno. Concl.443.*

Præsumitur quis de alieno acquisiuisse multis casibus. Concl. 629.

FILIVS † nullius artificii, & malæ conuersationis, præsumitur omnia acquisiuisse ex bonis paternis, & idem in fratre, vt præsumatur de bonis communibus. Specul. *tit. de iudic. §. sequitur videre. n.12. in fin. §. sed si mala conuersationis.* & *num.13.* dicit, quod si non habet industriam, vel artem, præsumitur de bonis communibus, vel paternis acquirere. Rom. *cons.346. In hac causa Basilien. in fin. n.20. ver quarto ad idem.* vbi late. † Vxor præsumitur acquisiuisse de bonis mariti, *l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Specul. *tit. de iudic. § sequitur videre. nu.13. ver. sicut alias.* Rom. *cons.159. Super eo. n 5. & cons.346. n.17 ver. primo ex eo.* Vide, *Vxor præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, & quando secus. Concl.394.* † Emens aliquid nomine extranei, præsumitur de pecuniis eius, cuius nomine emit, quando ille est extraneus, *l. super hypothecis. C. de pignor.* secus si proconiuncto acquiratur. Rom. *cons.3. ver. item hoc dicendum.* † Thesaurarius fisci præsumitur acquisiuisse ex bonis fisci, nisi aliud constaret ex inuentario, & rationibus, contra quas tamen admitteretur probatio in contrarium etiam per domesticos. Bald. *cons.298. Hac materia. n.2. ver. idem, quod in Episcopo. lib.1.* † Idem in alio officiali Reipublicæ, si nihil habebat tempore promotionis ad officium, præsumitur acquisiuisse ex officio; quia prohibetur aliquam negotiationem exercere. Rom. *d. cons.346 n.19. ver. tertia quia.* † Episcopus, & Prælatus præsumitur acquirere de bonis Ecclesiæ, si nihil habebat tempore, quo fuit creatus Episcopus, nisi doceat ex successione, vel alias acquisiuisse. Bald. *d. cons. 298. in prin. ver. aut dubitatur. lib.1.* Vide, *Bona per Prælatum acquisita, an sint hæredum, vel Ecclesiæ. Concl.112.* † Idem in sacerdote beneficiato. Roman. *cons.159. Super eo. ante num.5. ver. secundo vero casu.* plenius *cons.346. nu.18. ver. secundo idem probatur.* vbi reddit rationem; quia clerico beneficiato non licet negotiari. † Mulieres, & aliæ personæ, prout filia, neptis, & quæ sine suspicione turpis lucri acquirere non possunt, de paterno vel fraterno præsumuntur acquisiuisse, vt euitent lucrum turpe. secus, si habent artificium, per quod potuerint honeste lucrari. Bald. *cons.299. Dicunt Petrus, & Cynus. n.4. ver. tamen puto. lib.1.* † Socius, qui nullum habet patrimonium, neq; exercitium, vel industriam extra societatem, si acquirit, præsumitur ex pecunia sociali acquisiuisse. Rom. *d. cons. 346. n.17. ver. tamen.* vbi confirmat multis similibus. † Vide plene per Mascard. *Concl.31. An acquisita per fratrem.* vbi, quod frater præsumitur acquisiuisse de communi, dum stabant in communione, & quando secus.

Præsumuntur multa in dubio. Concl. 630.

HÆRES † præsumitur habuisse omnia bona hæreditaria, quando est vniuersalis hæres, gl. *inc si Episcopum. in ver. reddantur. circa med. 16. q.6.* Alciat. *reg.2. præsumpt.121. n.7.* † Bona ad æstimum alicuius præsumuntur esse illius. Socin. *cons.46. lib.3.* & illud, quod dicitur æstimum, non probare dominium, neq; possessionem, procedit, quando alius reperitur in possessione rei; quia hoc præualet, vt non præsumatur traditio facta, alias pro æstimo præsumitur, vt not. *in l. fin. C. de prad. naticul. lib.11.* & sic, quod æstimum plene probet, quando alius non reperitur possidere. Socin. *cons.89. col.5. lib.1.* † Probare nitens aliquid, si nihil probat, oritur præsumptio contra eum, quod res non ita se habeat, prout prætendit. Bald. *cons.67. Quia ex facto. col. penult. ver. & quia. lib.3.* sequitur Crauet. *cons.48. Cogitur nobilis.* faciunt tradita per Bart. & Ias. *in l. admonendi ff. de iureiur.* quando nihil probatum dicatur per actorem, & ideo fatuus est, qui conatur velle probare, quod non potest. † Exceptio releuans præsumitur calumniosa, & non vera, quando excipiens tardauit per longum tempus illam proponere. Castr. *cons.282. In causa ista. in prin. ver. nec obstat. lib.1.* Crauet. *cons.335. n.6. & seq. & cons.350. n.16.* vbi allegat alios. † Actum in dubio præsumitur, quod venit ex natura rei, licet non exprimatur. Bart. *cons.124. Punctus quæstionis. n.3. lib.1.* Castren. *cons 361. in fin. lib.1.* † Extende, quod venit ex natura contractus, præsumitur actum. Castr. *d. cons.361.* Bart. *d. cons. in fin. lib.1.* † Procurator præsumitur certiorasse dominum de iis, quæ gessit, quando longum tempus intercessit. Rom. *cons.481. num.3. & seq.* † Magis dilectus præsumitur in dubio magis honoratus. Vide, *Absurdum quid sit, & quando dicatur. Concl.65.* † Et nemo præsumitur voluisse præponere extraneos posteritati suæ. Rom. *cons.438. In causa. in prin.* vbi declarat non procedere, quando constat de contrario. Ang. Aret. *cons.11. In casu supradicto. in prin.* † Nemo præsumitur voluisse facere actum, per quem incideret in pœnam, & sic actus præsumitur gestus in casu permisso, non in casu prohibito, & pœnato. Ang. Aret. *cons.15. Attento, & diligenter. n.24 & seq. vers. quarto, vt dixi.* Vide, *Hæres præsumitur bona defuncti habuisse. Concl.50.* Vide, *Mandatum semper ad lucita interpretatur. Concl.37.* Vide, *Negligentia propria semper nocet, & quando secus. Concl.36.* Vide, *Præsumitur bonum in dubio. Concl.616.* Vide, *Præsumitur pro validitate actus. Concl.619.* Vide, *Statutum interpretationem passiuam recipit à iure communi. Concl.575.* Vide, *Scientia in quibus, & de quibus præsumatur. Concl.64.*

Præsumuntur multa ex lapsu temporis. Concl. 631.

possit prouideri, vel statui ad fauorẽ bannitorũ, intelligitur principaliter, & ideo si fiat decretũ, q̃ capiens, vel consignãs bannitos in fortiis Cõmunis, vel interficiens cõsequatur præmiũ soluendi 50. & bãnitus capiat, vel interficiat bannitũ, debet habere præmiũ; quia talis prouisio nõ est principaliter ad fauorẽ bãniti, sed in cõsequentiam. Alex. *d. cons.*1. *n.*26. *ver. vnde dicit Bal. lib.*3. † Extẽde; quia in casu conuerso si statutũ dicat, q̃ si quis cõduxerit capitũ bannitũ pœna capitali, habeat 50. & aliquis cõduxit capitũ q̃ furto paruo, qui tñ habebat alia furta maiora, ex quibus erat bãnitus, nõ debet habere præmium; quia principaliter cõductus captũ pro paruo furto, & in cõsequentiam detegũtur alia furta. Alexan. *d. cons.*1. *n.*26. *ver. ad idem, lib.*3. vbi, q̃ hæc quæstio fuit Pisis determinata. † Extẽde; quia statutum prohibẽs aliquem posse emere granũ in platea, nisi p̃ suo victu, scholaris emit granũ pro suo victu totius anni, postea mutat propositũ, qui recedit, potest vendere granũ, & incurrit pœnã; quia attẽditur principale propositũ, non q̃ venit in cõsequentiam, & secũdario. Alex. *d. cons.*1. *n.*28. *&* 29. *ver. dicit etiam Bald. lib.*3. & ibi apostil. dat concor. † Extẽde; quia statutũ puniens rapientem seruam alienã, si rapiatur am meretricẽ libidinis causa, non tenetur pœna statuti. Alex. *d. cons.*1. *n.*29. *ver. ad idem, lib.*3. † Limita, q̃n clerici & Ecclesia lædũtur in consequentiã statuti laicorũ; quia licet statutũ loquatur de laicis; si tñ effectus est collatus in clericos, nõ valet; quia deficit potestas statuendi directe, neq; per indirectũ, *c. statutum. de haret. in* 6. Anch. *cons.*12. *n.*8. *ver. & si dicatur. & cons.*155. *n.*9. & vbi late. † Limita; quia p̃hibitio principalis, q̃n respicit effectũ, ne aliquid fiat, prohibet etiã per indirectũ, ne illud fiat, vel adhibitũ deueniatur; si vero prohibitio respicit modum, tunc indirecta probatio valet per alium modũ, ita Abb. *in c. ne de prima.* † Limita, q̃n ius est radicatũ tẽpore, quo fit alius actus principalis p. iudicas secũdario, ita declarat Gomez. *in reg. de iure quæsito tollen. q.*3. *per tot.* maxime *in fi. vers. vt tamen.* † Declara hanc materiam; quia si cõstat de mẽte contrahentium, q̃ voluerint commutare actũ venditionis, erit venditio, licet interuenerit pretiũ & species permutata, q̃n magis incalescit venditioni; si vero magis incalescit permutationi, vt quia plus importat species permutata quã pretium, erit permutatio. Bart. *in l. Aristo. ff. de donat.* vbi plura apostil. Alex. dat concor. † Bart. *in l. fin. in fi.* maxime *n.*14. *ff. de don. caus. dat.* dicit, quid si cõtractui nominato vel innominato addatur aliquid. † Limita, q̃n lex prohibet, q̃ etiam veniat in cõsequentiam, & secũdario; quia tũc non habet locũ regula, q̃ ea, quæ veniunt in cõsequentiam, valeant, & nullus possit conqueri, nisi in specie cõcederetur, & nominatim exemplũ *in c.*1. *§. naturales, de feud. defunct. fuer controuer.* nam spurius, vel naturalis prohibetur succedere in feudo, si legitimetur; quia legitimatio restituit promissis natalibus, deberet succedere; quia istud venit in consequentiam legitimationis permissæ. Curt. Iun. *cons.*1. *n.*22. & plenissime 157. *n.*19. tñ quia d. *§. naturales,* prohibet, etiã secũdario fiat; ibi gl. ibi, *in ver. legitimati,* dicit, q̃ oportet, q̃ Imperator nominatim concedat, q̃ in feudo possit succedere. † Limita, q̃n ea militat diuersa ratio. Alex. *cons.*4. *circa pr. n.*5. *lib.*1. Vide, *Statuta quæ veniunt in consequentiam, quando attendantur, vel non. Concl.*451. Vide, *Directe aliquid fieri vel per obliquum, differunt. Concl.*451. Vide, *Prohibitio directa impedit factum prohibitum fieri per indirectum. Concl.*900. Vide, *Prohibitus directe non prohibetur per indirectum. Concl.*899. Vide, *Sententia lata in principali quando noceat in accessorio, vel non, & conuerso, Concl.*178. Vide Concl. prox. seq.

Principaliter fieri multa prohibentur, quæ admittuntur in consequentiam, & quæ. Concl. 663.

PRINCIPALITER † multa fieri prohibentur, quæ tamen in consequentiam fieri permittuntur. Vide, *Directe aliquid fieri vel per obliquum, differunt. Concl.*451. Vide, *Fraudibus via non est aperienda, sed illis est obuiandum. Concl.*475. † Et qui non potest cognoscere de causis instrumentorum principaliter, bene potest cognoscere secundario per viam probationis, si producuntur. Bal. *in l. pane. ff. quod falso tuto.* Rom. *cons.*300. *In casu,* sequitur Felin. *cum venerabilis. n.*25. *de except.* Vide, *Prohibitus directe quando non prohibeatur per indirectum, vel econtra. Concl.*899. vbi plura similia. † Factum de futura successione, videlicet quod quis succedat in hereditate alterius, non valet tanquam contra bonos mores, *l. factum, quod dotali. C. de pact.* & tamen valet pactum de non succedendo, licet in consequentiam introducatur, quod aliis succedat, quia valet. Alex. *cons.*28. *Ponderatis, col. fi. ver. nec obstat, Dec.*

cons.31. Et pro tenui, n.4. v. sicus est in pacto. † Cessio iurium si à statuto prohibetur, intelligitur de cessione, quæ fit principaliter de iuribus competentibus super re aliena, non aũt de cessione quæ fit accessoria, & in consequentiã ad venditionẽ, vel alium contractũ permissum Alex. *cons.103. Quoniã, n.7. vsq; in fi. lib.6.* † Iudex secularis licet super contractu iurato nõ possit pronunciare rationem iuramenti, sed possit iudex Ecclesiasticus ei inhibere, si tamen pronunciauit contractũ nullum, & transeat in iudicatum, iuramentum est sublatũ, nec põt iurans compelli ad obseruantiam contractus; quia cũ sit accessorium, sublato contractu iuramentũ euacuatur Lap. *alleg.25. per totam*, maxime *in fi. n.4. v. Clericus non potest subire iudici laico, neq; illius iurisdictionem prorogare. Concl.385.* † Statutũ laicorum licet non possit tollere iuramentũ, neq; effectum iuramenti directe, tñ per indirectum tollere videtur; quia põt tollere actionẽ ex iuramento orientem. Fed. de Sen. *cons.239.* * & communẽ, * & magis communem dicit apostill. ad Roma. *cõs. 12. v. indirectum.* † Canonicus licet non agat pro re cõmuni Ecclesiæ sine mandato; tñ potest agere pro interesse suo sine mãdato, & si recuperat pro suo interesse, recuperat etiã in consequentiã pro Ecclesia, q̃ facere non poterat directe, & principaliter. Lap. *alleg.51. n.15. v. si aũt.* † Canonica, & Euangelica denunciatio est inducta ad purgandum animam, & tñ ex ea quis consequitur in consequentiã id, quod furto sibi fuerat subtractum, vel erat amissum, q̃ principaliter non consequeretur; quia qui vult purgare animam in consequentiã, restituit male ablatũ. Lap. *d. alleg. 51. n.15. in fi. v. sicut dicitur.* † Excipiens contra vsurarium, ne in iudicio admittatur, quamuis non possit compellere eũ, vt restituat vsuras contractas, & exactas à tertio principaliter, & directe, tñ per indirectũ, & in consequentiã hoc obtinet; quia iudex ipsum compellet. Lap. *alleg.53. n.4.* † Excõmunicatus licet non possit cõpelli à tertio suo debitore, vt faciat se absoluere, vel vt satisfaciat, tñ id obtinet per indirectũ, si ipse excommunicatus agat in iudicio ad consequutionẽ debiti, & debitor excipiat de excõmunicatione, Lap. *d. allegat. 53. n.5. v. ostẽdo per simile.* † Iudex Ecclesiasticus licet principaliter nõ cognoscat de dote, sed iudex secularis; tñ cognoscendo de matrimonio potest etiã in consequentiam de dote cognoscere. Lap. *allegat. 66. in fin. num. 9. ver. quadam licent.* † Et idẽ est de arrha data pro matrimonio; quia licet directe Ecclesiasticus de ea non cognoscat; tñ de cognoscendo matrimonio potest etiam cognoscere de commissione arrharum, & inhibere seculari per indirectum, vt Fed. de Sen. *cons.169. in fi. v. an autẽ*, vbi ponit hanc cautelam. † Episcopus licet non possit tollere efficaciã professionis, neq; directe disponere cõtra religionem, tamen potest dare legẽ, per quam reddat inhabiles volẽtes profiteri, nisi sub certa forma, puta de sua licentia, vel alias ad tollẽdum fraudes. Lap. *alleg.87. nu.5. v. nec dicat aliquis.* † Papa contra matrimonium non potest dispensare, neq; disponere; quia quos Deus coniunxit, homo non separet; tñ potest inhabiles reddere ad contrahendum matrimoniũ, nisi cum certa qualitate Lap. *d. allg.87. n.5. v. in simili.* † Ex persona alterius quis cõsequitur damnum in consequentiã, q̃ non consequeretur ex persona sua, *l. verum. §. si reũ. ff. pro socio.* Lap. *alleg.94. col.pen. in pr. sub n.6. v. & licet ex hoc*, vbi idẽ de lucro, q̃ quis ex persona alterius capit, quod ex sua non caperet. Vide, *Alteri per alterũ non debet iniqua cõditio fieri. Concl. 313.* Vide, *Consequitur quis ex persona alterius, quod ex sua consequi non potest. Concl.758.* † Iuri successionis licet principaliter, & de per se renunciari non possit; tñ valet renunciatio vniuersalis, quæ cõprehẽdit etiã ius successionis, q̃ venit accessorie ad vniuersalem liberationem mariti ad fauorem vxoris, vt possit profiteri. Lap. *allg.130. n.24. circa fi. v. vnde si iure successionis*, & latius *n.25. v. itẽ licet non valeat.* † Pœna interdicti Ecclesiastici licet non possit imponi nondũ natis, & iis, qui non deliquerunt; tñ si interdicatur populus, censentur etiã interdicti, qui postea nati sunt tanquã de populo. Fed. de Sen. *cons.32. n.3. v. quod hoc sit verũ.* † Repetitio pœnæ licet in dubio nõ censeatur facta in noua cõstitutione, nisi sit dictũ Lap. *allg.37. in pr.* tamen monitio censetur repetita, per quam subsistneatur pœna incursa, qui in præcedentibus constitutionibus monitio erat facta. Feder. de Sen. *cons.109. n.2.* † Punire extra suam iurisdictionẽ nemo põt, neq; intra iurisdictionẽ exercere; tamẽ secus est in consequentiã; quia obtinẽs plura beneficia, & delinquens in vno loco põt deponi, & priuari à iudice loci delicti etiã quoad beneficia alibi sita, quibus non potuisset principaliter priuare. Fed. de Sen. *cons.45. n.3. v. & si diceres*, vbi tenet, q̃ Generalis ordinis potest visitari à visitatore prouinciæ, etiã si in consequentiã præiudicet locis extra prouinciã, in quibus visitatus est Generalis. † Contrarium tñ tenet quoad visitationem Generalis, vt si non possit à visitatore prouinciali, in *d. cons.n.6. v. item quæritur & n.7.* vbi pro vtraq; parte, & tandem in hoc resider. † Matrimonium licet debeat esse liberum, & pœna non possit stipulari neque committi in casu, quod non sequatur, quia esset compellere ad matrimoniũ contrahendum; tamen valet datio arrharum cũ commissione, & restitutione dupliciũ in casu, quod nõ sequatur, & sic quasi per indirectũ, & in consequentiã videtur admitti id, quod principaliter est prohibitum. Fed. de Sen. *cons.169. domino Comado per totum.* † Punire licet non possit officialis Episcopi, qui solum habet iurisdictionem ciuilẽ; tamen incidenter potest punire ratione contumaciæ vel inobedientiæ cõtra eo in casu ciuili cõmissæ, licet principaliter non possit. Fed. de Sen. *cons.302. n.3. v. officiales vero.* † Inferior licet nõ cognoscat principaliter, an excõmunicatus sit bene, vel male excõmunicatus à superiore; tamen incidenter cognoscit ad finem, vt si excipiatur in iudicio, quod non debet audiri; quia excommunicatus, & ipse replicat de nullitate excommunicationis, tanquã læ post appellationem potest eo casu cognoscere ad hunc finẽ incidenter. Cald. *cons.110. in pr. n.2. v. super secundo*, alias *1. de arbit.* Vide, *Inferior non potest factum superioris iudicare, & quando secus. Concl.120.* † Extende; quia licet Episcopus nõ cognoscat de subreptione literarũ Apostolicarum alteri directarum principaliter; tamen incidenter secus. Bal. *cons. 95. Punctus dubit. in fi. v. secundum dubium, lib.2.* † Iudex competens in causa feudi, licet sint pares curiæ. Oldr. *cons.272.* tamen si contractus est iuratus, ex quo ratione iuramenti audiri debet iudex Ecclesiasticus, erit etiam iudex negocii principalis in consequentia, licet principaliter esse non possit. Cald. *cons.116. alias 2. de iud. & foro compet.* † Tutela licet debeatur matri, nec possit mater, vel alia principaliter prohiberi à tutela; tamen per indirectum prohibetur; quia valet datio alterius tutoris, per quem mater excluditur. Bald. *cons.308. Testator in testamento circa fi. v. imo plus dico, lib.2.* † Iudices Florentiæ licet careant iurisdictione, vt non possint reuocare cõdemnationes factas à suis prædecessoribus in officio; neque possint eas reformare, tamen id intelligitur principaliter; secus si incidenter per modum exceptionis, si ageretur, vt sententia confirmaretur; quia possent eo casu reuocare. Aug. *cons.260. Punctus est, per dominũ, per tot.* † Enunciatiua verba inter contrahẽtes probant, quando non tractatur principaliter de enunciato, sed secundario, etiã si partes non se fundauerint super enunciato, alias secus; quia si principaliter agitur de enũciato nõ probãt verba enunciatiua. Vide, *Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probant enunciata, & quando secus. Concl.81. & Concl. ibi seq.* † Probatio leuior admittitur, quando non agitur principaliter de eo, quod est probatũ; secus est, si de eo principaliter agatur; quia requiritur plena probatio. Vide, *Probatio potest esse sufficiens quoad aliqua, & quoad alia secus. Concl.781.* Vide, *Probatio leuior requiritur in probanda qualitate quam in probando facto principali. Concl.793.* † Extende in venditione quę inter emptorem, & venditorẽ non probatur per testes, nisi deponant de pretio certo; secus si contra tertium; quia bene probant; ex quo non agitur de pretio principaliter. Alex. *cons.18. in pr. lib.1.* vbi apostilla in *v. non probabit.* † Iudex ad ciuilia nõ potest punire delicta criminaliter, nisi habeat etiã iurisdictionem criminalẽ, secus est, si secundario cognoscat, vt quia fuit cõmissum falsum, vel aliud delictum in causa ciuili, *l. nullum C. de testib.* Vide, *Iudex ciuilis quãdo criminaliter punire possit, & in quã pœnam. Concl.468.* † Mendicãtes Prædicatores, & Minores prohibentur acquirere noua loca principaliter ad habitandũ sine speciali licẽtia Papæ; tñ si oblatus offerat se, & domus suas religioni Mendicantium, poterunt inhabitare in consequentiã domos oblati; qa non principaliter acquisiuerunt ad habitandũ, idem, si acquirãt, vt ministrent sacramenta, quia poterunt in consequentiam ministerii sacramentorũ habitare. Castillio. plene *cons.19. n.6. & 7. col. penult. v. concluso.* † Item prohibentur studere legibus, si tamen incidenter, puta quia studentes iuri Canonico pro intelligentia iuris Canonici student iuri ciuili, est eis permissum. Gomes. in *reg. de iure quæsito non tollendo, q.3. in fin. & per totam.* vbi ponit alia similia. † Amplia; quia Papa non potest tollere ius & dominium 34 de iure naturali, vel gentiũ quæsitum, sed bene potest tollere ius, & dominium Ecclesiasticum, idem, si dominium laicale de iure gentium sit quæsitum in consequentiam iuris Ecclesiastici; quia tunc tollit illud, plura Fel. in *c. quia in Ecclesiarũ, n.40. de const.* & bi Dec. *n.122. & seq.* Vide, *Accessoria, quæ veniunt in consequentiam, quando attendatur. Concl.78.* † Extra territoriũ impune non paretur; 35 ideo statutũ non ligat forenses, nisi ratione rei sitæ in territorio, & in consequentiã. Vide, *Statutum circa forenses illos non comprehendit, si loquitur in personã, & quando secus. Concl.554.* † Idẽ, quia statutũ non porrigitur ad bona extra territorium statuẽtium, si principaliter de bonis disponit; secus si in consequentiam, videlicet 36

prohibendo subditum fauore prohibiti ; quia habebit locum etiam circa bona extra territorium in consequentiam, late Roma. *cõs.*39. *In proposita, per tot.* & maxime *n.*3. *v. super secundo, & per tot.*
37 vbi a post. dat cõcord. † Citari licet debeat is, quem tangit negocium principaliter, non tamen is, quem tangit secundario, & in
* consequentiam secundum * communem Alex. *cons.*86. *Visis dubitationibus, n.*3. *v. item licet. lib.*2. vbi plena a post ill. in *v. consequentia*,
38 dat plures concord. † Iurisdictio, & incorporalia sunt indiuisibilia per se tantum; tamen si accedunt corporabilibus possunt diuidi in consequentiam; ideo iurisdictio, quando cohæret territorio, diuiso territorio diuisa remanet. Alex. *cons.* 7. *In consultatione, n.*9. *v. praterea, lib.*5. Vide, *Directe aliquid fieri vel per obliquum differunt. Conc.*451. Vide. *Expresse fieri multa prohibentur, quæ tacite admittuntur. Conc.*658. Vide, *Tacitum quando plus operetur, quam expressum. Concl.*11. Vide Coclus. proxim. præced.

Princeps à populo libero creari potest. Concl. 664.

1 PRINCEPS † potest creari à populo libero, prout fecit ciuitas Florentiæ. Bald. in *l.*2. *col.*11. *C. de seruit.* Alciat. in *l. quod meo, n.*11.
2 *ff. de acquir. possess.* † Sic etiam fecit populus Romanus, qui omnem potestatem transtulit in Imperatorem, *Instit. de iure natur. gent. &*
☞ *ciuil. §. sed & quod Principi placuit.* Vide, *Imperium qualiter sit à Deo &*
3 *à populo. Conc.*31. † Sic etiam viduato Regno nouus Rex potest eligi à Regnicolis. Bald. *cons.*389. *Consuetudo est, in fi. ver. conclusio se-*
4 *cunda, lib.*2. † Et vnicum caput conuenit cuilibet corpori siue vero, siue mystico. Vide, *Caput vnicum conuenit. Concl.*77.

Princeps supremus, vel non, quis dicatur. Concl. 665.

1 SOLVS † supremus Princeps, videlicet Imperator, est solutus le-
2 gibus, non etiam Dux Mediolani. Fulg. *cons.*20. *Pro pleniori.* † Et Princeps dicitur omnis Rex, & appellatur Illustris, alii vero Barones appellantur nobiles. Bald. in *c. constitutus, el secondo de testib.*
3 Et Papa dicitur supremus Princeps omnium. † Ciuitas non recognoscens superiorem potest in sua ciuitate, quæ potest supremus Princeps in suo Imperio. Roma. *cons.*310. *In casu propositæ constitutionis per tot.* vbi, quod potest per legem vniuersalem auferre ius priuati, idem per legem specialem, quando causa publicæ v-
4 tilitatis, & alia, quæ supremus Princeps. † Limita; quia inferiores Principes non habent supremam auctoritatem; ideo non valet testamentum coram eis factum, non vtuntur plenitudine, & aliis, de quibus Soc. Iun. *cons.*138. *per totum, lib.*1. *& cons.*69. *n.* 42. &
5 *seq. lib.*1. † Dux Vrbini non habet iura Imperatoris in suo statu.
6 Soc. Iun. *cons.*69. *n.*43. *lib.*1. † Dux Ferrariæ non habet iura supre-
7 mi Principis idem Soc. Iun. *cons.*60. *num.*28. *lib.*3. † Dux Mantuæ non habet iura supremi Principis. Alex. *cons.*1. *nu.* 12. *v. vel si intelli-*
8 *gas, lib.*2. † Dux Camerini non habet iura supremi Principis. Vi-
9 de infra *Concl.*678. *n.*17. *v. limita.* † Dux Mediolani subest Imperio, ideo non potest indicere bellum, & capta in tali bello non
10 sunt capientium. Io. de Imol. *cons.*51. *per totum.* † Et non potest feuda donare; quia subditus est Imperio. Io. de Anan. *cons.*81. *in fi.*
☞ Vide tamen; quæ dicuntur in rubricis istorum Ducum; quia cõtrarium seruant omnes, & ideo non admitterent hanc iuris dispositionem, & contrarium tenent plurimi Doctores etiam in
☞ inferioribus Baronibus. Vide, *Barones, & Comites quid possint. Concl.* 28.

Princeps supremus habet fundatam intentionem in suo principatu. Concl. 666.

1 PAPA † in terris Ecclesiæ habet fundatam intentionem omnis superioritatis in toto statu Ecclesiæ. Abbas *cons.*82. *per tot. lib.*1. sequitur Ruin. *cons.*22. *per tot. lib.*1. & plenius alios citans Rolan. à
2 Valle *cons.*89. *in prin. lib.*2. † Amplia in Imperatore; quia omnes iurisdictiones ex suprema potestate spectant ad eum, ita quod qui non habet ab eo ex concessione, vel permissione, non dicitur habere iurisdictionẽ, & hoc de iure Romanorum. Bald. *cons.*
3 161. *Proponitur, quod num* 2. *ver. præsupposito, lib.*3. † Amplia in Regibus; quia in Regno suo habent intentionem superioritatis. Bald. *cons.*159. *Super eo, quod, n.*4. *ver.*3. *præmittendum, & in fin.* vbi, quod in
4 dubio omnia castra Regni præsumuntur esse Regis, *lib.*3. † Extende; quia feuda, quæ sunt in Regno Apuliæ, licet Regnum sit
* de directo dominio Ecclesiæ; tamen feuda ipsa sunt de directo
5 dominio Regis. Deci. *cons.*517. *In sententia, in fin.* † Amplia in Duce Mediolani; quia habet iura Imperii in suo Ducatu. Alexand.
6 *cons.*2. *Visis coducillis, num.*9. *lib.*1. † Extende; quia Dux Mediolani est dominus, & tanquam de suo potest disponere de iis, quæ ciuitas Astensis sibi subdita possidet in communi; quia sunt Princi-
7 pis. Io. de Anan. *cons.*81. *num.*4. † Amplia in Episcopo; quia habet intentionem fundatam in sua Diœcesi, quod omnes decimæ laicis possessæ sint in feudũ receptæ ab Episcopo, maxime, quod fama est antiqua de hoc, & apparent alii tenentes in feudum. Fulgos. *cons.*226 *per totum.* Vide, *Episcopo subsunt omnia monasteria &c-*
*clesiæ, & loca religiosa suæ Diœcesis. Concl.*245. † Extende; quia Episcopus habet fundatam intentionem de iure communi in sua Diœcesi, vt omnes Ecclesiæ sint illi subiectæ, nisi de contrario doceatur. Anch. *cons.*310. *Tres domini in pr.* † Extende, quod omnia spiritualia Episcopum habere fundatam intentionem in sua Diœcesi, de iure communi. Anch. *d. cons.*310. *in fi. n.*18. *v. praterea, vt superius.* † Amplia; quia quicquid possident ciuitates in communi, dicitur spectare ad Principem, cuius est ciuitas, & disponendo de bonis ciuitatum suarum, quæ in communi possidentur, dicitur disponere de suo proprio, non de alieno. Ioan. de Anan. *d. cons.*81. *nu.*4. Vide Mascard. *Concl.*552. *Dominus præsid.* vbi idem in
Diœcesi, prouincia, ciuitate, castro, & prædio; quia respectu iurisdictionis omnia præsumuntur Diœcesis, prouinciæ, ciuitatis, & castri, in prædio vero simpliciter. † Amplia in omni Principe, non recognoscente superiorem; quia possunt reseruata Principi exercere. Alex. *d. cons.*2. *n.*9. *lib.*1. Rolan. à Valle *cons.*89. *supra, lib.*2.
† Extende; quia feuda particularia, quæ sunt in Principatu alio, sunt de directo dominio Principatus. Dec. *cons.*517. *in fin.* † Contrarium, quod imo castra in Regno non præsumantur feudalia, neque Regis, sed libera, & allodialia. Roland. à Valle *cons.*32. *nu.*
34. *lib.*3. vbi alios allegat. † Declara, vt plene per Mascard. *Concl.*
323. *Comes*, vbi facit regulam pro contrario, & limitat. Vide, *Libertas præsumitur, nisi probetur seruitus. Concl.*338. † Extende; quia imo
potest Princeps compellere ad ostendendum titulum Castrorum, & regalium in suo Principatu. Rol. à Valle *cons.*89. *per tot. lib.*
2. vbi tollit contraria, & dicit esse speciale in iis, quæ habent præsumptionem iuris cõtra se, prout beneficium, iurisdictio, & alia,
quæ sine titulo haberi non possunt. † Amplia in omni ciuitate,
quia habet de iure communi fundatam intentionem, vt omnia castra, q̃ sunt intra fines territorii, & villæ sint de iurisdictione ciuitatis. Anch. *cons.*310. *in pri. v.*2. *idem illustris*, vbi hoc consulit pro Marchione Montis Ferrati, & ciuitate Albæ, contra Com. Sabaudiæ, & *in fi. n.*18. † Restringe in Italia; quia castra præsumuntur
libera, & nullis oneribus sunt obnoxia. Anch. *cons.*310. *n.*7. *v. item cum peruenerit.* † Amplia in castro; quia res, quæ sunt intra territorium alicuius castri, & ab aliquo non possidentur, præsumuntur communitatis forte, quod tamen non audet affirmare. Soc. *cons.*
181. *n.*2. *v. aliquando & secundo, lib.*2. † Extende; quia imo quicquid
est intra fines territorii, præsumitur de territorio, si nõ probatur exemptum. Dec. *cons.*517. *In sententia, n.*9. qui loquitur quoad iurisdictionem. † Amplia in Comitatu; quia quicquid est intra fines Comitatus, dicitur de Comitatu. Dec. *d. cons.*517. *n.*9. vbi
postilla plena in *ver. intra fines, & cons.*528. *nu.*2. † Amplia in omni
persona habente iurisdictionem in aliquo territorio; quia habet fundatam intentionem quoad omnia sita in territorio quoad iurisdictionem, non autem quoad dominium bonorum particularium. Soc. *cons.*181. *Visis capitulis. n.*2. *v. aliquando & tertio lib.*2. *confirmatur.* † Extende in Imperatore; quia licet sit dominus mixti quoad iurisdictionem, non tamen quoad dominium rerum particularium. Soc. *d. cons.*181. *nu.*2. *ver. aliquando & quarto, lib.*2. †
Extende in communitate; quia non habet fundatam intentionem circa dominium rerum possessarum ab extraneis intra communitatem, & territorium communitatis. Soc. *d. cons.*181. *n.*2. *ver.*
*aliquando & quarto lib.*2. Dec. *cons.*528. *n.*1. *v. sed tamen vis.* † Imo vide-
detur Dec. tenere *d. cons.*528. quod quicquid est intra fines communitatis, præsumatur communitatis, & valida est concessio facta ab eis de bonis in communitate existentibus, idem videtur
tenere Soc. *cons.*166. *v.*3. *Conclusio, nu.*3. *lib.*2. vbi, quod bona intra territorium sunt communis, vel domini, aut particularium. Vide, *Feudalia præsumuntur omnia castra, & Princeps habet intentionem*
*fundatam, & quãdo secus. Concl.*174. Vide, *Papa habet intentionem fundatam in statu Ecclesiæ. Concl.*66. Vide Ant. Gabr. *lib.*1. *tit. de præsumpt. Concl.*9. *Possessio, seu castrum existens intra fines Regni.*

Princeps potest multa de ordinaria facultate. Concl. 667.

PRINCEPS † potest omnia extra iudicium facere, quæ potest præses prouinciæ sedendo pro tribunali. Bal. *cons.*345. *Ad euidentiam,*
*n.*2. *v. item potest, lib.*1. & latius *n.*4. *v. & est sciendum.* vbi, quod dicitur magnus prætor; & quod potest prætor ex iurisdictione ordinata, potest Princeps ex sua ordinaria auctoritate. † Amplia, quia multa potest, quæ nõ debet; ideo rescriptum, quod Princeps admittit aliquid in quantum de iure debet, restringitur ad iura scrip-
tum

ptum, si vero dicit, quod admittit, in quantũ de iure põt, valet, etiam si contra ius scriptum. Io. de Imol. *cons.* 146. *in pr.* vbi, quod licet faciat contra ius, dicitur de iure facere in iis, q̃ non inducãt
4 peccatũ. † Amplia; quia bonus Princeps, qui est lex animata, meliorem adhibet medelam subditis; quã lex mortua, quæ futuris nõ prouidet. Io. de Imol. *cons.* 147. *n.* 12. *v. cæterum.* quod est Fulg. vbi, quod valet supplicatio porrecta Principi, & admissa, in quãtum de iure potest, quãdo iniquitas rei iudicatæ constat, lex mortua contra rem iudicatam prohibeat supplicari, per totũ consi-
5 lium à *n.* 30. *vsq; in fi.* † Amplia; quia de ordinaria potestate potest concedere facultatem legitimãdi, dummodo non comprehendat spurios; quia tunc nõ potest, si nõ vtatur absoluta. Alex. *cons.*
6 60. *Visa legitimatione, n.* 20. *lib.* 2. † Amplia; quia in dubio præsumitur vti semper ordinaria potestate. Vide infra, *Princeps quando dicatur vti plenitudine potestatis, vel non Concl.* 670.

Principis potestas non est disputanda, vel neganda, & quando secus. Concl. 668.

1 NEGANS † principem posse aliquid facere facit male; quia istud est ponere os in cœlum, ex quo multa mala sequi possent, & multa pericula, quæ sunt præcauenda, & quia eorum voluntas de consuetudine generali pro lege seruatur. Bal. *cons.* 248. *Quæritur vtrum donatio, in fi. lib.* 1. *& cons.* 262. *Recolo me consuluisse, n.* 2. *in fi. v. concludo, lib.* 1. vbi, quod reuocare in dubium auctoritatẽ
2 Principum esset reuangare mundum. † Amplia; quia in Principe semper præsumitur Veritas, & potentia. Bal. *cons.* 327. *Pridie enim, n.*
☞ 10. *v. pro domino nostro, lib.* 1. Vide infra, *Princeps præsumitur dicere veritatem, & causa in eo præsumitur vera. Concl.* 681. † Amplia; quia qui vult reuocare in dubiũ potestatem Principum, euacuat omnem
3 virtutem eorum, & Bal. dicit *cons.* 446. *Recolo me consuluisse, n.* 11. *lib.* 5. quod istud esset reuangare mundum, & quod ipse non esset
4 istius consilii. † Amplia; quia Princeps ex causa potest omnia, & auferre potest res particulariũ ex causa, sine causa nõ potest, se-
* cundum * communẽ, de qua Io. de Anan. *cons.* 81. *n.* 4. vbi tamen dicit, quod si constat de voluntate Principis facientis, cum clau-
5 sula, *non obstante, & ex certa scientia*, causa iusta est voluntas. † Amplia; quia nedum non est disputandum, sed nec dubitandum de auctoritate Principis supremi. Rom. *cons.* 310. *In casu.* Soc. *cons.* 47.
6 *In præsenti, n.* 21. *lib.* 4. † Amplia; quia sacrilegus est, qui disputat, an
7 electus à Principe pro digno sit dignus. §. *qui autem* 17. *q.* 4. † Declara; quia si constat de indigno, potest disputari; quia claue er-
8 rante. Zab. *cons.* 143. *n.* 2. † Et quod disputans de potestate Principis supremi, & de eius iudicio sit sacrilegus, est text. in *l.* 2. *C. de*
9 *sacrileg.* † Amplia; quia in dispositione quantumcunq; generali prohibitiua nunquam includitur de negocio auctoritatis Principis; quia semper excipitur in omni dispositione. Roma. *cons.* 2. *col.*
10 *fin. v. item vltimo.* † Restringe, nisi Princeps ipse voluerit sibi præiudicare concedendo, vel confirmando aliquid, per quod negetur factum contrarium in Principe, Rom. *cons.* 2. *in fi.* vbi apostil-
11 la in *v. præiudicare.* † Limita; quia bene licitum est negare Papam, Imperatorem & Principem posse tollere contractus, & testamenta, & alias pias dispositiones de rationabili potestate, quasi quod absoluta potestas non sit negãda, sed sit non rationabilis. Bald. *cons.* 82. *Factum proponitur quod, in princ. lib.* 1. *& cons.* 327. *Pridie enim, n.* 2. *v. item Princeps, lib.* 1. vb, quod Princeps, quatenus est homo rationalis, licet habeat absolutam potestatem, debet obedi-
12 re rationi. † Limita; quia licet non sit disputandum de potestate Principis directe; tamen admittitur indirecta disputatio, & negatio, quod Princeps aliquid possit, dicendo, quod Princeps in illo casu non intellexit disponere; quia non se extendit potestas, & non est negatio potestatis Principis absoluta, *ca. post translationem. §. quanquam. de renunc.* ita Gemin. in *cons.* 77. *n.* 3. *v. & si dicatur.*
☞ Vide, *Intentionis defectus attendi debet. Concl.* 271. † Extende; quia est
13 licitum negare intentionem Principis fuisse concedere, sed non potestatem, & ista sunt diuersa, & negatio intentionis non inducit negationem potestatis. Lap. *allegat.* 7. *in fi.* Gemin. *cons.* 65. *n.*
14 *v. non obstat*, hoc etiam dicit Zab. *cons.* 143. *n.* 2. *v. vnde cum dicunt.*
14 † Declara istam materiam intentionis Papæ, & Principis absoluti secundum Bal. in *l.* 1. *ff. de constit. Princip.* quia nullam iniuriam facimus Principi, si eum reputamus bonum & æquum; quia ex istis duobus titulis conseruatur maiestas, & Principatus, consequenterque bene dicimus, non voluit facere hoc cum iniuria alterius, & consequenter non negamus potestatem, sed præsupponimus iustam, & æquam intentionem Principis, ita Alex. *cons.* 123. *Scripsit, n.* 28. *& 29. ver. præterea, lib.* 4. ♀ est Barbatiæ, vbi apostilla allegat Bald. *cons.* 66. *lib.* 2. *& cons.* 277. *lib.* 5. Ias. in *l.* 1. *ff. de constit. Princ. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill.* Ægid. *dec.* 724. † Limita;
15 quia multa sunt, in quibus Papa, & Imperator limitatam habent potestatem, & in illis casibus potest de eorum potestate disputari. Alex. *cons.* 216. *Nec arguendi sumus, in princ. lib.* 2. Bello. *cons.* 2. *Proponitur in facto, in princ.* † Declara tamen; quia licet Princeps 16
possit omnia, debet tamen cauere, ne contra conscientiam faciat; quia veniet tempus, quando nauis est in portu dimittetur onusta, & qua mensura metietur aliis, eadem remetietur sibi; nec qui habet potestatem, confidat in ea; quia habet Deum vltorem. Bald. *cons.* 311. *Præmittendum est, vltra med. ver. cauebat tamen lib.* 1. Zabarel. *cons.* 142. *n.* 1. qui etiam loquitur in Papa, & in materia beneficiali quando facit sine causa, vbi, quod sicuti est maior, ita meliorem zelũ aliis habere debet. † Declara; quia istud non proce- 17
dit, vbi ex potestate dilatata exequẽda possunt venire mala Principi, & publico, quia qui diligit Dominum suum, debet habere oculos profundos, vt non solum videat superficiem pelagi, sed profundum, vbi non est tutum nauigare; quia veritas ratione munita debet dici. Bald. *cons.* 326. *Rex Romanorum, n.* 4. *& 5. v. pone, quod ego, lib.* 1. vbi aliqua pulchra dicit circa hoc. † Declara; quia 18
Princeps quantumcunq; absolutus astringitur materię subiacenti, secundum quam potest, vel non potest; & ideo præcaueat, ne quid velit posse, quod ex materia subiacenti non possit. Bald. *d. cons.* 326. *n.* 6. *v. præterea Princeps, lib.* 1. † Limita; quia bene licitum 19
est disputare de potestate Principis secundum decentiam; quia q̃ non decet licitum non est; & ideo peccat Princeps magis, quã alius, & hoc secundum Deum, rationem naturalem, & Canonicam. Bald. *cons.* 324. *Quæritur, vtrum Papa, in fi. lib.* 1. & ita etiam in Papa, si facit sine causa, etiam in materia beneficiali; in qua non debet recedere à iustitia. Zab. *cons.* 142. *n.* 1. *& 2.* † Limita; quia po- 20
testas Principis habet suos limites à Deo; ideo cum sint plures casus, in quibus Princeps nullam habet potestatem, in illis casibus potest de potestate Principis disputari. Alex. *cons.* 216. *Redarguendi, in pr. lib.* 2. sequitur Bellon. *cons.* 2. *in pr.* † Limita principali- 21
ter in Papa, & in omni alio iusto Principe; quia licet habeat plenitudinem potestatis; non tamen habet facultatẽ peccandi sine expectatione pœnæ æternæ; quia sicuti Deus non potest peccare, ita neque minister eius. Ægid. Bellam. in *c. non liceat Papæ, n.* 14. 12. *q.* 2. Vide Conclusionem proxime sequent.

Princeps vtendo plenitudine potestatis quæ possit, vel non. Concl. 669.

PRINCEPS † vtendo plenitudine potestatis, si eam habet, potest 1
conualidare, & facere omnia valida, etiã si sunt contraria iuri positiuo. Bal. *cons.* 267. *Ad euidentiam præmitto, per tot.* maxime *nu.* 9. *ver. tertium conclusiuum. lib.* 1. vbi, quod potest donare concubinæ suæ etiam existenti in coitu damnato de plenitudine potestatis, & valet donatio. † Et vlterius non est quærendum, quando Prin- 2
ceps vtitur plenitudine potestatis; quia quodlibet ei licet. Ang. in *l. item si verberatum.* §. 1. *ff. de rei vend.* plures citat Natta *cons.* 512. *n.* 19. Abbas *cons.* 109. *col. fin. lib.* 1. vbi, quod dato, quod non posset tollere ius quæsitum, bene potest de plenitudine tollere. † Et 3
nemo dicit Principi supremo vtenti absoluta potestate; cur ita facis? Alex. *cons.* 1. *nu.* 12. *v. vel si intelligas, lib.* 2. Rol. à Valle *cons.* 3. *nu.* 127. *lib.* 1. † Et ex certa scientia põt Princeps supra ius, contra ius, 4
& præter ius, seu extra ius, & super omnia. Rol. à Valle *d. cons.* 3. *num.* 130. *lib.* 1. † Contrarium, quod dictum Angeli & aliorum sit 5
falsum, & adulatorium; quia Princeps non potest sine causa publicæ vtilitatis vti plenitudine, & priuare tertium iure suo. Riminald. Iun. *cons.* 18. *nu.* 117. *& seq.* Crauet. *cons.* 241. *nu.* 20. *& seq.* vbi, quod ægre ferre non debet Princeps, quod sibi non liceat vti plenitudine in iis, quæ non sunt licita; quia maiorem potestatem non habet, quam ipse Deus; imo neque æqualem, & idem Riminald. plures allegans *dict. cons.* 18. *nu.* 121. *& seq.* dicit, quod plenitudo non est super iniquo, & quod dicitur tyrannus, si aliquid iubet iniquum; quia plenitudo Papæ, & Imperatoris intelligitur, claue non errante. Ias. *cons.* 233. *col.* 8. *lib.* 2. alias non est plenitudo potestatis, sed plenitudo tempestatis. † Amplia; quia 6
Princeps de plenitudine potestatis nedum potest legitimare spurium in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum; sed etiam potest post mortem patris spurii, & postquam ius est delatum venientibus ab intestato legitimare irrequisitis, & non citatis habentibus ius, si modo vtatur clausula, *non obstante, & ex certa scientia, de plenitudine, &c.* Bologn. in *addit. ad cons.* Io. de Anan. 81. *num.* 4. plenissime Abbas in simili *cons.* 84. *nu.* 3. *& seq. per totum, lib.* 1. vbi tollit contraria. † Extende; quia Princeps de plenitu- 7
dine potest tollere ea, quæ sunt iuris ciuilis, si apponat clausulam, *ex certa scientia, & non obstante.* Bologn. *d. addit. ad cons.* Io. de Anan. 81. *ver. confirmantur.* † Extende; quia etiam de plenitudine 8

potest tollere ea, quæ sunt iuris gentium; imo etiam iuris diuini ex causa, & causa præsumitur in Principe in dubio. Bolog. in *addit. ad cons.10. de Anan.*81.*n.*5.vbi,quod imo sufficit pro causa,quod Princeps putat causam subesse,& subsistere ex opinione sua. Vide infra, *Princeps præsumitur ex causa facere,& quãdo secus. Concl.*682.
9 †Amplia;quia Princeps supremus ea,quæ sunt iuris positiui,po-
10 test tollere etiam sine causa. Rol.à Valle *cons.*66.*n.*13.*lib.*2.† Extende;quia Princeps confirmando donationem vltra summam 500.non insinuatam etiã post mortem donantis, & postquã ius est quęsitũ hæredibus etiãpsis nõ citatis cõualidat donationẽ, si modo facit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,quia insinuatio est de iure positiuo,& Princeps censetur tollere legẽ positiuã inducentem insinuationẽ,quæ obstaret Abb. plene *cons.* 84.*Videtur primo per totũ lib.*1.vbi pro vtraq; allegat, & hanc tuetur *n.*3. *& seq.* & retrotrahitur à principio validitas, si hoc voluit
11 Princeps,& nullus cõqueri põt.† Infertur,quod si aliquis excõmunicatus est vigore constitutionis Papalis, si Papa vult habere constitutionẽ pro infecta excõmunicatus nõ indiget absolutio-
12 ne. Abb.*d.cons.*84.*n.*4.*v. hinc ibi, lib.*1.vbi multa similia adducit.† Infertur quod Princeps inducendo fictionẽ contra veritatẽ facit retrotrahi fictionẽ in præiudiciũ tertii quoad ius quæsitũ de iure ciuili,prout si contra rem iudicatam dat restitutionẽ,vel cõtra præscriptionẽ,vel si restituit minorẽ aduersus contractum,&
13 alia similia ponit Abb.*d cons.*84.*n.*5.*lib.*1.† Restringe,quando ius positiuũ fundatur in ratione naturali, vel iure gentiũ; quia tunc non potest Princeps sine causa tollere. Rol.à Valle *cons.*9.*n.*9.*lib.*
14 2.† Limita; quia de plenitudine potestatis obstant duo,ius diuinum,& ius naturale, quibus Princeps nullo modo potest derogare. Bal.*d.cons.*267.*n.*9.*v.*3. *conclusiũ, lib.*1.quod duplicatur *lib.*5. *cons.*447. Vide, *Princeps potest tollere ex causa ius tertii,& quando secus.*
15 *Concl.*680.† Extende;quia Princeps est rationalis, & subiicitur rationi; ideo plenitudo intelligitur, dummodo sit rationabilis.
16 Bald.*cons.*345. *Ad euidentiã, in pr.lib.*1.† Extende,quia qui tenet supremam potestatem, debet obseruare summam honestatem,& summã æquitatem,& tãquam regula esse debet; quia ratio à ca-
17 pite regi debet. Bald.*cons.*16. *Factũ sic proponitur, circa fi. lib.*4.† Extende;quia dicitur diabolica plenitudo,quando Princeps aliquẽ priuat sine causa,& recompensa. Rolan.à Valle,*cons.*69.*in fi.lib.*2. plene Rimin. Iun.*cons.*18.*n.*126. *& seq.* vbi multa, quod Princeps
18 non põt vti plenitudine,nisi ex causa publicæ vtilitatis.† Extende;quia vbi agitur de peccato inducẽdo ex vsu plenitudinis potestatis illa cessat; quia neq; Deus potest peccare, ergo neq; minister eius habet plenitudinẽ potestatis,si peccat. Ægid. in *c. non liceat Papæ,n.*14.*v.*3.*nota,cum seq.& n.*2. *&n.*4.12.*q.*2. vbi dicit esse de mente gl.ibi Hugo. Petri,& Archid. Præposit.ibi *nu.*6. Iacobat. *de concil.lib.*7.*art.*6.*n.*14. vbi, quod Papa potest omnia, excepto peccato proueniente ex lege diuina.† Extende; quia propterea nõ potest Papa de plenitudine potestatis, quando est citatus à concilio pro suspecto de hæresi, velle dissoluere concilium,neq; valeret statutum Papæ de eadem plenitudine, quod si
19 ser hæreticus,non potest citari, neq; puniri. Abb.*cons. super concilio Basiliensi in*1.*dub.col.*2.*ver. nam si Papa, & ver. tertia ratio*, quod
20 dictum bene pondera;quia Abb. fuit suspectus.† Limita,quando plenitudo potestatis, & certa scientia possunt operari inter subditos,sed contra non subditos non datur plenitudo potestatis. Alex.*cons.*11. *Alias consului,n.*8. *& seq. v. posset etiam aliter respondẽri,lib.*7. vbi loquitur in fortioribus, quod Imperator non potest vti plenitudine in præiudicium subditorum Ducis Mediolani, eo quia Dux non recognoscit superiorem ab immemorabili. Vide, *Principis potestas non est disputanda, vel neganda, & quando secus. Concl.*668. Vide, *Papa absolute potest omnia & qualiter intelligatur. Concl.*49. Vide, *Legitimatio spuriorum potest fieri, & stantibus legitimis & naturalibus, & quando secus. Concl.*222. Vide, *Restitutio in integrum quando trahatur retro, vel non. Conclusio.*294.

Princeps quando dicatur vti plenitudine potestatis, vel non. Concl. 670.

1 †Princeps dicitur vti plenitudine potestatis,quando expresse hoc dicit,& est necessarium. Alex.*cons.*60.*Visa,n.*20.*lib.*2.&
2 iterum,*cons.*11. *Alias consului,n.*6.*v. tamen in proposito,li.*7.† Amplia, vt procedat etiam, quando alias factum Principis non valeret; quia tunc præsumitur, quod voluerit vti plenitudine potestatis. Castr.*cons.*415.*nu.*5.*lib.*1.quem refert & sequitur Dec.*cons.*11. *Quoniam iudicantum, in fin.n.*20.*ver. & ad hoc bene facit.* Crauet. *cons.*75. *nu.*3.vbi alios allegat, Dec.in *c.quoniam Abb. in fin.n.*5.*de offi. deleg.* vbi apostill.& *cons.*11.*col.penult.* Hieron.de Tort. *cons. suo post consilia Ant.de But.n.*24.vbi,quod paria sunt, quod exprimat facere de plenitudine,vel quod faciat actum,qui non potest valere,nisi de plenitudine.† Contrarium videtur velle Fulgo *cons.*61. *Domina Catharina,nu.*4.*v.*4.quem refert & sequitur Dec.in *c.quæ in Ecclesiarum,nu.*27.*vĕr.*3.*conclusio. de constit.* quod causa non præsumitur semper in Principe,alias semper valebit factum iniustum à Principe,qui dicit esse absurdum, & quod ista videtur veriot opinio, sequitur Dec.in *d.c.quæ Ecclesiarum,nu.*27.*v.*3. *conclusio,de constitut.* Alex.plene *cons.*11. *Alias consului,n.*6.*lib.*7.† Declara;quia vbi non agitur de præiudicio tertii, neq; de grauioribus, concessio Principis ex certa scientia facta inducit plenitudinem potestatis, etiam in iis, quæ non possunt fieri, nisi ex causa, vt in minore, cui Papa scienter contulit beneficium; quia censetur secum dispensasse,& præsumitur causa,& quod etiam de plenitudine potestatis,in iis terminis loquitur Old.*cons.*330.*n.*6.& 331.*in pr.* Cald.*cons.* 31.quod est 8.*de rescript.*quod distingue,vt in *ver. Dispensatio tacita quando inducatur. Concl.*467. *Amplia, quia Papa.*† Si vero agitur de præiudicio tertii, maxime in iis, quæ sunt de iure naturali,vel gentium; tunc actus non subsistetur, neque quia causa præsumitur, neque quia de plenitudine fecisse dicatur, nisi exprimatur;quia potius debet interpretari,quod Princeps fuerit circumuentus,& in istis terminis loquitur Fulg.*dict.cons.*61.*n.*4.Dec.vbi supra,& argumento eius,quod dicitur Principẽ ex certa scientia non fecisse,licet sciuerit, nisi in facto hoc fuerit expressum. Old. *cons.*328.*n.*12.*&*332.*n.*7.*in fi.* & propterea dicit Alex.*cons.*216.*Nos arguendi,n.*10.*v.*7. *Princeps lib.*2.quod Princeps sine causa non tolleret ius tertii, nisi faciat de plenitudine,sed non præsumitur vti velle plenitudine,& ita plenius tenet Alex.*d.cons.*11. *Alias consului, n.*5.*& seq.v.& posito quod lib.*7.vbi loquitur,etiam quando nullitas esset de iure ciuili,& ibi Apostilla in *v.dubio.*dat concord.idem Alex.*cons.*60.*n.*20.*lib.*2.† Dicitur autem facere de plenitudine,qñ in specie derogat cum clausula, *non obstantibus legibus prohibentibus illud factum dispensari,vel fieri posse.* Alex.*cons.*1.*n.*10.*v. vel aliter respondeo*, plenius *cons.*2.*n.*6.*&* 7.*v. deniq, non obstat,li.*2.† Et idẽ,quando derogatio est in plenissima forma. Alex.*cons.*92. *Perspectis,n.*32.*v. fuit etiam,lib.*6.† Declara secundo,quia si agitur de tollendo iure diuino,vel naturali,non præsumitur causa,neq; censetur vti plenitudine potestatis ex eo, quod alias non valeret factum Principis,nisi duo concurrant,quod sciuerit agi de præiudicio tertii,& fuerit informatus secundo, quod sciuerit actũ non valere ex ordinaria potestate,secus si crederet valere ex ordinaria,ita Crau. *de antiquit.temp.parte*1.*v.non omitto.n.*42.*&*43.† Imo etiam si agetur de iure positiuo tollendo,& loquitur Crau.in Papa,quando agitur de tollendo iure in beneficiali,in quo habet plenissimam potestatem:& in Imperatore Alex.quando agitur de declaratione Imperatoris in præiudiciũ tertii non citati, vt sit nulla,*in dub. cons.*11.*n.*6.*& seq. lib.*7.† Extende idẽ, si Rex donat filio suo impotestate existenti;quia valet, si faciat auctoritate Regia,& plena, & sic de plenitudine, si hoc non exprimit,non valet,ita Bald.in *c.*1.§.*itẽ sacramenta de pace iuram firman.*sequitur Alex.*d.cons.*11.*n.*6. *lib.*7.† Declara tertio:quia Princeps præsumitur vti plenitudine potestatis in dubio, qñ sciuit factum plene, alias secus, etiam si dicat,ex certa scientia;quia nihil operatur circa non expressa,ita Crau.plene *cons.*126.*n.*2.*&* 3.*v. reperio etiam.*vbi reprobat Massa. *praxi.*§.*quæritur,n.*16.*&seq.*vbi appellat eum cæteris audaciorẽ, & dicit Crau.falsum esse, quod clausula, *ex certa scientia* deroget dispositioni habenti clausulam derogatoriã.† Et non sufficeret, si Princeps diceret vidisse priuilegium; quia ex hoc non dicitur plene sciuisse;quia potuisset vidisse vnum pro alio, nisi inseratur tenor. Alex.*d.cons.*11. *Alias consului,n.*3.*v.& licet,&n.*6.*&seq.lib.*7.† Declara,vt per Soc.*cons.*164. *Visa bulla,n.*13.*&seq.lib.*2. vbi distinguit quinq; casus.† Declarat etiam idem Castr. auctor huius opin.*d.cons.*415. *In facto præsenti, n.*5.*v. non obstat,* vbi facit tres casus. Primus est,quando actus non potest valere,nisi de absoluta potestate,vt valeat, præsumitur vti plenitudine: Secundus casus, quando non potest actus valere,nisi de absoluta,tamen creditur Princeps,quod valeret de ordinaria,& non censetur isto casu vti plenitudine;quia ignorauit esse necessarium: Tertius casus,qñ non poterat valere,nisi de absoluta,& sciebat:tunc censetur voluisse vti absoluta *lib.*1.sed hæc nõ videtur perfecta distinctio.† Declarat plenius Hieron. de Tortis *cons. suo post consilia Ant.de But. n.*24.*in fin.ver. non obstat,&n.*25.*cum seq.* quod ad hoc,vt præsumatur velle vti plenitudine potestatis,duo sũt necessaria, videlicet, quod possit vti plenitudine, & non esset, si cum non subdito,& quod ex iusta causa moueatur; quia cessante legitima causa non præsumitur velle vti plenitudine,& dicit communẽ,& infert, & quãdo vnũ ex duobus copulatiue deficit, non præsumatur Princeps vti hac plenitudine,licet factum Principis non valeret; ideo

ideo si Papa vult vti plenitudine, & etiam exprimat cum non suo subdito, non valet; quia non potest, & si nō exprimat, multo minus præsumi debet, cum non possit, & causa non præsumitur. †
16 Si vero sumus in subdito, in quo possit, & causa præsumeretur, tamen cessat, quando Princeps vnam causam expressit, quæ non est vera; quia tunc non præsumitur alia, ne plura specialia concurrant, imo præsumitur tunc, quod sicuti causa expressa est nulla, quod aliæ causæ etiam sint nullæ; quia melius est nullam causam auferre, quam ineptam, & non veram, ita plene Hieron. de
17 Tortis *d. cons. post consilia Ant. de But. n.* 26. † Amplia; quia dicitur vti plenitudine, quando facit ex certa scientia cum clausula, *non obstante* Abbas *cons.* 109. *col. fin. lib.* 1. Rom. plene *cons.* 369. *Circa primum. n.* 28, *v. non est dubium*, vbi apostilla plena in *v. ex certa scientia*, dat plurimos concord. quod imo sola clausula *ex certa scientia*,
18 importet plenitudinem potestatis. † Limita; quia in dubio Princeps præsumitur vti ordinaria potestate. Alex. *cons.* 60. *Visa legitimatione, nu.* 20. *lib.* 2. vbi apostil. in *v. ordinaria*, citat plurimos concord. & plurimos citat Curt. Sen. *cons.* 65. *n.* 12. vbi limitat, quan-
19 do constat de contrario. † Extende; quia nunquā præsumitur in dubio vti plenitudine potestatis. Alex. *cons.* 60. *Visa legitimatione, n.* 20. *lib.* 2. vbi plena apostil. in *ver. ordinaria*. citat infinitos, plene
20 Marsil. *sing.* 84. *Princeps in dubio.* † Declara; quia si actus spōtiure ordinario fieri plenior, in dubio nō præsumitur facere de plenitudine; secus, si iure ordinario non potest fieri plenior; quia tunc præsumitur vti plenitudine. Alex. *cons.* 92. *Perspectis, n.* 33. *v. quinimo,*
21 *lib.* 6. † Declara, quādo iure ordinario non valeret; tunc semper præsumitur vti plenitudine potestatis. Marsil. *sing.* 84. *v. sed quando*
22 *Princeps*, vbi citat plurimos. † Limita; quia in dubio non præsumitur vti plenitudine potestatis contra ius. Gemin. *cons.* 36. *circa fin. v. secundum quam*, vbi, quod debet constare, quod velit vti plenitudine, & quod apponat clausulam, *non obstante*, vt ibi dicitur: & idem in præiudicio tertii, vt auferat ius alterius. Gemin. *cons.* 99. *n.* 6. *inf. v. ex præmissis remanet, & n.* 7. & 8. in quibus locis loquitur de Papa in beneficialibus, in quibus habet latiores habenas, quam Princeps in profanis. Alex. *cons.* 203. *Perspectis, n.* 5. *ver. nec etiam posit, lib.* 6. & *cons.* 11. *n.* 6. *lib.* 7. Vide, *Clausulæ non obstantiū in rescripti quid operentur. Concl.* 348. Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere facta non sufficit, & quando secus. Concl.* 216. Vide, *Expressio individua, & specialis quando requiratur vel non. Concl.* 652. Vide, *Opiniones omnes multoties confirmantur à Doctoribus, quæ inuicem necessario confunduntur. Concl.* 152.

Principes qui dicantur habere plenitudinem potestatis, vel non. Concl. 671.

1 PLENITVDINEM † potestatis habere dicuntur in temporalibus solus Imperator, vel Rex liber in Regno suo. Bal. *cons.* 267. *Ad evidentiam præmitto, n.* 8. *v.* 2. *præmitto, lib.* 1. vbi, quod alii extraordinaria potestate non possunt vti plenitudine, quod consilium
2 duplicatur, *cons.* 447. *lib.* 5. † Extende; quia etiam alii Principes inferiores possunt habere plenitudinem potestatis ex priuilegio, de quo tamen constare debet. Bald. *cons.* 267. *n.* 8. & 9. *v.* 2. *præmit-*
3 *to, lib.* 1. † Extende; vt nedum ex priuilegio, sed etiam ex consuetudine inueterata possint Principes inferiores habere plenitu-
4 dinem potestatis. Bald. *d. cons.* 267. *n.* 9. *v. quia igitur, lib.* 1. † Declara tamen; quia Imperator, & alii, qui habent plenitudinem potestatis, non debent illa vti sine causa, sed debent vti ordinaria po-
5 testate. Alex. *cons.* 203. *Perspectis, n.* 5. *v. nec etiam posit, lib.* 6. † Amplia; quia omnes domini temporales Lombardiæ de consuetudine visuali; & quasi de quadam theorica, & practica vtuntur plenitudine potestatis, & sunt in possessione verbo & facto. Bald. *d. cons.*
267. *n.* 9. *v. sed tamen quia omnes, lib.* 1. quod duplicatur *li.* 5. *cons.* 447.
6 † In Duce Mediolani. Alex. *cons.* 2. *n.* 9. *lib.* 1. Vide, *Mediolani Dux, & eius priuilegia. Concl.* 165. † Generaliter in omni Principe non re-
7 cognoscente superiorem. Alex. *dict. cons.* 2. *n.* 9. *lib.* 1. † Amplia; quia
8 imo Legatus de latere Papæ facit de plenitudine, & potest tollere ius quæsitum ex sententia, vel de iure ciuili. Abbas *cons.* 109.
9 *col. fin. lib.* 1. † Limita; quia licet aliqui Principes de facto non recognoscant Imperium; qui tamen subsunt Imperio, prout Dux Mediolani, & Florentini; tamen non possunt indicere bellum, & capta non fiunt capientium; quia attenditur, quod de iure fieri debet, non quod de facto fit. Io. de Imol. *cons.* 51. *per tot.* maxi-
10 me *in pri.* † Limita; quia inferior, & qui recognoscit superiorem, nō potest vti plenitudine potestatis, sed debet vti ordinaria potestate. Alex. *cons.* 203. *Perspectis, n.* 4. *v. ac etiam videtur mihi, lib.* 6. &
11 iterum *n.* 11. *v. & inferior à Principe.* † Limita in locum tenente Prin-
12 cipis; quia non potest vti plenitudine, sed ordinaria potestate. Alex. *dict. cons.* 203. *n.* 4. *lib.* 6. & iterum *n.* 11. *ver.* 6. *quia.* † Extende;

quia non potest locum tenens tollere ea, quæ facta fuerunt à Principe, si non subest causa noua. Alex. *dict. cons.* 203. *n.* 14. *ver.* 7. *non potuit lib.* 6. † Limita in Duce Mantuæ. Alex. *cons.* 1. *n.* 12. *ver. vel* 13
intelligas, lib. 2. Vide tamen, *Barones, & Comites quid possint. Concl.* 28.

Princeps potest restituere subditum aduersus multa. Concl. 672.

PRINCEPS † potest restituere eum, qui alienauit aliquid cum 1
pacto redimendi ad 20. annos, quando postea ex necessitate belli, vel alias pro seruitio Principis liberauit illud pactum receptā noua pecunia; quia si durant 20. anni, & velit restituere totum pretium emptori, Princeps potest talem restituere etiam sine causa, de absoluta tamen potestate; quia modicum est præiudicium, ex quo soluit integrum pretium bello. Bald. *cons.* 2. *Proponitur in facto per totum*, vbi est casus. † Amplia; quia Princeps po- 2
test restituere infamem, & condemnatum de falso ad famam. Bald. *cons.* 350. *Proponitur, quod quidam, lib.* 1. † Amplia; quia solus 3
Princeps restituit spiritum instantiæ mortuæ. Vide, *Principi soli quæ reseruata esse dicantur. Conclusio.* 695. Vide, *Restitutio multiplex, & quotuplex. Conclusio.* 277. Vide, *Restitutio facta per Principem multiplex, plena, simplex, & quoad quid, & ex quibus inducatur. Concl.* 299.

Princeps potest omnia supra ius positiuum. Concl. 673.

PRINCEPS † potest manu Regia causas cognoscere & termi- 1
nare reiectis rigoribus fori ratibus iudiciariis. Bart. *in extrauag. Ad reprimendum, in ver. videbitur, in fi.* † Æquitatem naturalem sequi po- 2
test, licet sit contraria dispositioni iuris communis. Corne. *cons.*
218. *Licet, n.* 10. & 11. *li.* 1. † Possessorium introductum de iure posi- 3
tiuo omitti mandare potest, & solum bonum ius in petitorio cognoscendum iubere, supra *Concl.* 446. *n.* 10. † Fidem adhibe- 4
re potest, & adhiberi ab aliis mandare scripturis, quæ alias probationem non facerent, *c. cum dilectus*, vbi Canonistæ, *de fide instrument.* † Donationem non insinuatam, & consequenter nullam 5
conualidat etiam in præiudicium iuris tertio quæsiti; quia potest in illo casu tollere legem inducentem insinuationem, perinde, ac si nunquam emanasset, & tertius non potest conqueri. Vide supra in præced. Conclusion. *n.* 10. † Restituit condemnatum ex 6
sententia etiam in præiudicium iuris quæsiti ex sententia, quæ semper habet tacitam clausulam, *salua auctoritate superioris.* Abbas *cons.* 109. *col. fin. lib.* 1. † Ius tertio quæsitum de iure ciuili tollere 7
potest Abbas *dict. cons.* 109. *col. penult. & per tot. ver. quia dico. lib.* 1. † 8
Sanat omnes defectus iuris positiui absolute. Vide, Clausula, *supplentes omnes defectus*, quid operetur. *Concl.* 343.

Principes qui possint indicere bellum, vel non. Concl. 674.

PRINCIPES † non recognoscentes superiorem possunt ad inui- 1
cem indicere bellum de iure fori, & quæ occupant, faciunt sua. Old. *cons.* 70. Vide, *Bellum quis possit indicere. Concl.* 36. † Limita
de iure poli; quia attenditur causa, & voluntas. Oldrad *cons.* 70. 2
in fin. † Limita inter recognoscentes superiorem; quia is, qui re- 3
cognoscit, non potest indicere bellum, alter siue recognoscat, siue non, superiorem. Oldrad. *d. cons.* 70. † Extende in tantum; 4
quia etiam si de facto non recognosceret superiorem, cum tamen de iure recognoscat, attenditur, quod debet fieri de iure, non autem, quod fit de facto. Io. de Imol. *cons.* 51. *per totum*, maxime *in pr.* vbi, quod bellum inter Ducem Mediolani, & Ciuitatem Florentiæ fuit illicitum; quia de iure recognoscunt superiorem, licet de facto secus sit. † Limita; quod non recognoscens 5
superiorem non potest indicere bellum recognoscenti superiorem, sed debet petere iustitiam à superiore eius, qui recognoscit. Old. *d. cons.* 70.

Princeps potest condere leges, & statuta licita, alias non. Concl. 675.

PRINCEPS † potest condere leges. Doct. * omnes in *l. omnes po-* 1*
puli. ff. de iust. & iur. § sed & quod Principi placuit, in Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. quæ tamen sint honestæ; quia lex est sanctio sancta, iubens honesta, & prohibens inhonesta. *l.* 2. & ibi gl. *ff. de legib.*
† Limita; quia Deus non dedit potestatem Principibus faciendi 2
leges, vel statuta indebita, & iniusta. Hier. de Tortis *cons. suo quod est post cons. Ant. de But. n.* 21. *ver. ista quoque sententia*, allegat Bart. in *l.*
fi. C. si contra ius, vel vtil. public. † Limita; quia non potest statuere 3
contra ius naturale, vel gentium. Hieron. de Tortis *d. cons. suo post consilia Ant. de But. n.* 21. *& seq.*

Princeps non errat in iure, in facto secus. Conclusio 676.

1 PRINCEPS† dicitur habere omnia iura in scrinio pectoris; & ideo in iure nō potest errare, *l. vnum ex familia. §. ite Marcus Imperator. ff. de leg.* 2.† Ratio est; quia qui circa Cæsarem sunt, consueuerunt esse sapientissimi, & de facto ita est semper, per Bald. 3 *cons.* 129. *Factum proponitur, n.* 6. *ver. circa quintum, lib.* 2.† Amplia; quia Princeps non præsumitur facere per inadvertentiam ex eo, quia semper habet peritos, per quorum manus expeditiones transeunt. Castr. *cons.* 164. *In præsenti causa, col. antepenult. in fin. ver.* 4 *nec est tolerabile, lib.* 2. † Limita in facto; quia ita potest errare Prin- 5 ceps in facto, sicut alius. Bald. *cons.* 311. *circa med. ver. porro, lib.* 1.† Extende; quia Papa, & Princeps non præsumitur scire statuta, & 6 consuetudines locorum. Io. de Imo. *cons.* 24. *in princ.*† Restringe in alio Principe loci particularis, prout vnius ciuitatis. Io. de I- 7 mo. *d. cons.* 24. *nu.* 4. *ver. plus dicipotest.*† Limita; quia Princeps faciens contra suum decretum interloquutorium ex defectu voluntatis nihil agit; quia alio non expresso non præsumitur velle contra factum proprium, *cap cum olim, de re iud.* Abb. *cons.* 20. *Videtur primo, n.* 2. *lib.* 2. vbi, quod in iis, quæ consistunt in facto etiam proprio præsumitur ignorantia in Principe, & iudice ob ☞ multitudinem negociorum. Vide, *Ignorantia in facto proprio in quos cadat. Concl.* 15.

Princeps potest compellere subditos suos ad habitandum, & quando secus. Concl. 677.

1 PRINCEPS† potest compellere vasallos suos habentes originem, vt habitent, & redeant ad habitandum; quia licet domicilium alibi possint sibi constituere; tamen iuri originis renunciare non possunt. Roma. *cons.* 59. *Ad discutiendum, in princ.* vbi Apostilla in *ver. originis*, qui ad hoc iura allegat, & loquitur in Pandulpho Malatesta Vicario Fani pro Romana Ecclesia, & idem dicit Abbas, qui consuluit in eodem casu *cons.* 17. *In quæstio-* 2 *ne, ver. ad secundum, lib.* 2.† Extendit Socin. Iun. *cons.* 76. *lib.* 3. *in fin.* 3 per prædicta in domino Saxoli.† Extende, vt non solum subditi possint compelli sub pœna confiscationis bonorum ad habitandum in loco, vbi habēt bona, sed etiam forenses, & non sub- 4 diti. Abb *d. cons.* 17. *col.* 2. *v. ad secundū. lib.* 2.† Extende; quia hoc ipsum potest facere communitas, & statutum municipale, *l. fin.* 5 *C. de decr. ab ordin. faciend.* Roma. *d. cons.* 59. *in princ. ver. caterum.*† Extende; quia etiam Prætores, & Præfectus Vrbis compellit originarios ad habitandum, nisi aliter restringatur, *l. quod promulgatis, C. de offic. præfecti Vrbis.* Roma. *d. cons.* 59. *in prin.*† Amplia; quia 6 possunt domini ciuitatum, & locorum imponere pœnam confiscationis bonorum subditis non venientibus ad habitandum; quia licet confiscatio non competat, nisi positis in summa potestate; tamen de consuetudine etiam domini, & Vicarii Romanæ Ecclesiæ hoc possunt. Roma. *d. cons.* 59. *num.* 2. *ver.* 2. *potest.* vbi glo. 7 in *ver. ex consuetudine.*† Amplia; quia bannimenta huiusmodi facta per officialem de mandato domini viuæ vocis oraculo facto valent, & creditur officiali, quando est officialis ciuitatis; & quia de consuetudine creditur, vt dicit Rom. *d. cons.* 59. *n.* 6. *v.* 4. *viden-* 8 *dum*, vbi dat exemplum de Legato, cui creditur.† Declarat Abb. *cons.* 17. *in fin. lib.* 2. vt credatur officiali in hoc ex subsequentibus, quando dominus habet ratam cōdemnationem factam in vim 9 bannimentorum.† Limita; quia dominus castri non potest compellere ciues dominantis ciuitatis ad habitandum in castro ratione bonorum, quæ ibi habent Anch. Iun. *q.* 48. *per tot.* & ma- ☞ xime *n.* 12. *lib.* 2. Vide, *Officiali statur in iis, quæ spectant ad officium suum, & quando. Concl.* 102.

Princeps potest multa in subditos suos, & quæ non. Concl. 678.

1 PRINCEPS† potest punire in iudicio, & extra vasallos suos iniuste querelantes dominum suum. Bald. *cons.* 483. *Magnificus* 2 *dominus, n.* 2. *ver. caueant tamen lib.* 1.† Compellere potest vasallos suos ad bellum licitum, vt personaliter accedant, quando indiget eorum consilio, & opera personali pro bello, sin minus, pos- 3 sunt per substitutum seruire in bello. Bald. *d. cons.* 483. *n.* 4. *v.* 3. *quæ-* 4 *ritur, lib.* 1.† Amplia; quia potest interdicere commercium vasallis suis, ne conuersationem habeant in locis suorum inimicorū. Bald. *d. cons.* 483. *nu.* 5. *v.* 4. *quæritur, lib.* 1.† Amplia; quia compellit subditos suos, vt teneantur ire ad macinandum in molendinis propriis domini, quando ipsa molendina sunt ratione iuris publici, & sic de regalibus: secus, si de patrimonio particulari ipsius domini. Bald. *cons.* 404. *Quæritur, vtrum dominus per tot. lib.* 1. *de quitur* Natta *cons.* 106. *lib.* 1.† Onera imponit Princeps subditis, vt quilibet soluat tantum pro capite bestiæ, vel quod pro qualibet mensura grani tantum soluatur. Bald. *cons.* 404. *num.* 7. *v. amplius* 5 *potest, lib.* 5. vbi, quod etiam onera pro quolibet nascente possit imponere.† Legitimat subditum suum etiam in præiudicium 6 iuris quæsiti. Alex. *cons.* 2. *Visis codicillis, n.* 8. & 9. *lib.* 1. vbi loquitur in Papa, Imperatore, Duce Mediolani, & nō recognoscente superiorem, vt hæc possit de plenitudine.† Auferre potest Prin- 7 ceps, & eius locumtenens de iure vnius, & dare alteri, quando non claudicat; quia etiam aufert ab altero, & dat ei, à quo aufert. Alex. *cons.* 180. *In causa & lite, in fi. lib.* 6.† Princeps supremus, pro- 8 ut est Papa, vel Imperator, potest facere, quod subditi sui teneantur ad contractus Principis de potestatis plenitudine; quia sicut potest facere legem, quod dominus teneatur pro seruo, & patet pro filio, ita etiam contractus Principis, in quo obligat subditos, habet vim legis, & eos ligat, ita Castr. *cons.* 20. *in causa istarum, circa fin lib.* 1.† Et ideo Papa potest annullare contractum etiam valedum inter Marchiones Ferrariæ, & Bononienses; quia omnes sunt subditi Papæ. Zab. *cons.* 85. *n.* 2. *v. ad aliud quod*, vbi, quod sicut potest Princeps inter subditos aufferre ius, ita potest tollere contractum, ne acquiratur subditis.† Extende in Communitate, vt 10 populo; quia obligat particulares potius ex consensu, vt quia maior pars facit, omnes facere videntur, quā ex potestate. Castr. *d. cons.* 20. *circa fin. lib.* 1.† Et quod communitas possit tollere contractum & actionem quæsitam subditis, patet in ciuitate Bitritæ de qua in *c. in nostra de iniur.* plene Zab. *cons.* 85. *n.* 3.† Amplia; quia 11 potest Princeps, & ciuitas habens iura Principis ex causa piæ aliquem dominio rei suæ, & alteri dare. Castr. *cons.* 143. *Visis, & pe- deratis, circa fi. v. circa primū, lib.* 1. vbi loquitur in ciuitate Senarum.† Declara tamen, quia licet possit Princeps hoc facere, non tamē 12 præsumitur in reuocatione statutorum velle præiudicare particularibus personis, quibus est ius quæsitum. Castr. *cons.* 146. *in fin. ver. nec obstat, lib.* 1.† Amplia; quia potest Princeps supremus, vel 14 communitas tollere ius, vel contractum inter subditos suos, siue per legem fiat, vel statutum, aut sententiam, vel aliam dispositionem non improbatam. Zab. *d. cons.* 85. *n.* 3. Vide, *Princeps potest tollere ex causa iust. rtii, & quādo secus. Concl.* 680.† Amplia, quia Princeps tempore belli potest accipere castrum fortalitium, vel murum, aut campanile subditi, vel feudatarii, vel apponat custodiam, sed tamen finito bello restituere tenetur. Decian. *cons.* 35. *n.* 3. & *seq. lib.* 2. Rol. à Valle *cons.* 69. *n.* 4. *lib.* 2. *cum seq. numeru per totum.*† Limita, quia Princeps non potest alterare pœnas statutorum, sed eis debet esse contentus. Bal. *cons.* 256. *Præmittenda sunt, lib.* 4. vbi, quod pœnæ statutorū non sunt exasperandę, sed tamen propter enormitatē delicti in atrocioribus licitū est iura transgredi. Bal. in *l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui not. infam.* Gram. *cons.* 40. *in causa, n.* 4.† Limita in domino Camerini; quia licet sit dominus Castri Cerreti, non tamē valet obligatio, quam facit de hominibus Cerreti sibi vasallis, quia nō habet plenitudinē potestatis, neq; cōtra ius commune facere potest legem, ideo neq; subditos obligat sine eorum consensu, vt teneantur ex contractu domini. Castr. *cons.* 20. *per totū*, vbi est casus, *lib.* 1.† Limita, quia nō potest Princeps prohibere ius piscādi, vel venandi; quia de iure naturali est, plene Crau. *cons.* 643. *Publice pronunciatū*. vbi etiam ista- taret consuetudo, per totū, vbi *n.* 4. allegat Dec. *cons.* 197. *col.* 2. *in pr.* Ias. *cons.* 118. *lib.* 4. Natta *cons.* 375. vbi Crauetta dicit non obstare consuetudinem contrariam; quia ex actibus iniustis Principis non inducitur consuetudo, sed impressio, Rol. à Valle *cons.* 9. *nu.* 10. *lib.* 2.† Declara vt per eundem Crau. plene *cons.* 314. *n.* 3. *vers.* 15 *fateor*, nisi Princeps esset in possessione longissimi temporis aliquid percipiendi ex venatione, vel piscatione.† Et quod nō possit Princeps prohibere venationes in loco, in quo homines iuris in quasi possessione venandi, & ex venationibus reddituum percipiunt, late Ias. *cons.* 119. *lib.* 4.† Extende, etiā si fiat per viā legis generalis, vel statuti, quod nullus possit venari in tali loco; quia non valet. Ant. de Burr. post Host. & Io. And. in *c. non est de decim. col.* 1. Dec. *d. cons.* 197. *In causa inquisitionis, col.* 1. *in fi. & cons.* 271. *Inuestitura transmissa de Hispania, in princ.*† Et similiter, quod Princeps non 16 possit prohibere ius piscandi, tener Io. Fabr. in *§. Fluminā autem. Instit. de rerum diuisio.* sequitur Guid. Pap. *decis.* 114. incip. *Vtrum Ba- rones*, nam ius venandi, & ius piscandi æquiparantur, *l. item si fundi. §. aucupiorum quoque. ff. de vsufr.* & piscandi facultas de iure naturali omnibus competit in mari, & fluminibus, *l. nemo igitur ff. de rerum diuisio.* & iure naturali pisces capientium efficiuntur in diectis locis publicis, *l.* 1. *§. fi. ff. de acquir. rer. domin.* Vide, *Barones, & Comites quid possint. Concl.* 28. Vide, *Libertas Ecclesiastica, in quibus consi-* *fa. 17*

fiat, & quis contra eam facere dicatur, vel non. Concl. 342. Vide, *Piscandius est de iure gentium, & qualiter possit prohiberi. Conclus.* 358. Vide, *Vasallus quis dicatur, quotuplex. & ad quid obligetur domino. Conclus.* 28. Vide, *Venationes sunt de iure gentium, ideo nō possunt prohiberi. Concl.* 41.

Princeps quid curare debeat pro subditis suis, & è conuerso. Concl. 679.

1 PRINCEPS † curare debet quietem, & tranquillitatem subditis suis, & quod scandala ab eis tollantur: quia in quiete subditorum conquiescit Princeps eorum. *c.1. de offic Leg. lib.*6. Feder. de
2 Sen *conf.*185. *in pr.* † Magnanimus, & liberalis esse debet, non auaritus, prout mulier. Anch. *conf.*339. *n.*8. † Et verecundum est Regi, quod velit esse hæres cum beneficio legis, & inuentarii, ne teneatur vltra vires hæreditatis. Old. *conf.*94. *Eleganter, nu.*22. *v. in con-*
4 *trarium.* † Et nedum quietem & pacem subditis, sed etiam vicinis procurare debet, quia ex commodo, vel incommodo vicini, vicinus commodus, & incommodus fit; quia cortina cortinam trahit. *c. vnico, de sacra vnctio.* Fed. de Sen. *d. conf.*185. *nu.*2. *v. ex hoc se*
5 *quitur.* † Et principaliter tria debet attendere, quæ in omnibus attendēda sunt, quid deceat secundum honestatē, quid liceat secundum æquitatem; quid expediat secundum vtilitatem. Anch
6 *conf.*66. *Pro declaratione, nu.*2. † Extorsiones ne fiant per officiales, & familiares suos, curat bonus Princeps, nec vbiq; sunt ponendi officiales; quia sunt lupi inter agnos. Io. Andr. post Host. in *c.1. de*
7 *offic. ord in* 6. † Et quod non possit eos compellere ad collectas &
8 angarias nouas. Dec. *conf.*199. *col. pen. in prin.* † Et illicite facit Princeps aliquid extorquens à subditis suis. Bar. to. in *au. h. vt iudic. sine quoquo suffrag. col.* 2. quia imo curam subditorum suorum habere
9 debet. Soc. *conf.*60 *In causa, Rheni, n.*30. *& seq. lib.*3. † Bursales puniones nō permittat, sed quod puniantur homines, & non bursæ, quia honor boni Principis non requirit vtilitatem, nam compositiones bursales infamant bonum Principem. Feder. de Sen.
*dict. conf.*185. *in fi. v. & posito, quod reuocatio*, quia thesaurus Principis non est fiscus, sed subditi bene se habentes. Bald. *conf.* 404. *n.*5. *v.*
10 *quadē ergo lib.*5. vbi, quod cupiditas, & auaritia in Principe est detestabilis; quia facit ipsum in tyranniam incidere. † Veniam de facili non debet ostendere: quia ex ea datur fomentum ad delinquendum. Fed. de Sen. *conf.*275. *n.*1. *in fi. v. hinc est, quod incaute.* Vi-
11 de, *Facilitas Principis ad veniam reprobatur. Concl.*9. † Clementia tamen laudatur in Principe; quia Deus ideo tradidit Principi subditos, vt illos conseruet, & per clementiā redditur imitator Dei versus humanum genus. Zab. *conf.*94. *in fi.* Vide, *Clementia laudatur in Principibus. Concl* 373. † Imo Gramat. *dec.*23. *n.*17. dicit; quod
12 nulla virtus in Principe reperitur generosior, quā misericordia,
13 neq; admirabilior clemētia; quia Deo appropriantur. † Pecudes debet tondere, & non deglubere; quia istud est boni Pastoris expectare, videlicet quod lanam remittat. Bal. *conf.*324. *Quæritur v-*
14 *trum Papa, lib.*1. *in fi.* † In delinquentes non debet esse nimis gratiosus, vt impuniti euadant ob gratias. Alex. *conf.*18. *Visis capitulis,*
15 *in fin. v. non dico lib.*2. † Concessiones iniustas non potest Princeps facere subditis suis, & si faciat recurrēdum est ad superiorem iudicem, & Principem, non obstante quacunq; libertate & franchitia. Bal. *conf.*483. *Magnificus dominus lib.*1. vbi, quod tenetur dominus facere iustitiam subditis, alias possunt recurrere ad supe-
16 riores. † Male tractare subditos suos, nec iugo durissimo potest de iure Princeps illos afficere, & licet dominis male agentibus resisti non possit, tamen clauis iustitiæ errat, & delicta maiorum
17 velantur. Bal. *conf.*404. *Quæritur, vtrū, n.*5. *lib.*5. † Vectigalia necessaria populis subditis maxime debet Princeps procurare, ne despicere videatur oppressos, maxime tempore belli, & famis; quia
18 pane præcipue homo, & res publica sustentatur. Bal *conf.*452 *Lata fuit sententia, in prin. vsq; ad nu.*2. *lib.*3. † Potius de suo subditis cōferre debet, quam quod aliquid ab eis auferat, & si compellitur auferre ob publicas necessitates, debet prouidere, vt quod ab vno aufert, eidem per contributionē aliorum emendetur. Fulgo.
19 *conf.*20. *Propleniori, n.*6. *& seq.* † Ideoq; Deus Principem præfecit, vt malos homines compescat, & bonos tueatur ab oppressis.
* Fulg. *d. conf.*20. *circa si.* vbi, quod hæc est communis * sententia o-
20 mniū. † Melius prouidet bonus Princeps, qui est lex viuens, quā lex mortua, quæ futura non prouidet. Io. de Imo. *conf.*147. *In causa*
21 *inter, n.*12. *v. cæterum.* † Conseruare debet Princeps subditos suos
22 in gradu, in quo reperit. Rol à Valle *conf.*1. *n.*104. *lib.*1. † Thesaurizare magis debet amorem subditorum, quam aurum, & argētum. Rol. *d. conf.*1. *num.*101. *& seq. lib.*1. vbi hoc dicit esse in Duce
23 Mantuæ. † Iustitiam inter omnia tenetur ministrare Princeps subditis suis, & illos bene regere, & gubernare, alias non est Princeps nec verus dominus, Roland. à Valle *conf.*18. *n.*32. *lib.*30. plenius Affl. *dec.*263. *n.*76. *& seq.* vbi *n.*30. quod cauere debent Reges, ne leges iniustas faciant, & quod semē Principum deficit, si non faciunt iustitiam. † Et sicut Ecclesia est cultrix iustitiæ: ita etiam 24
Princeps secularis. Roma. *conf.*298. *Circa præmissam, nu.*2. *in fin. &*
*n.*3. † Subditos vti filios, & nepotes tractare debet. Crau. *conf.*241. 25
*num.*8. † Paterno amore subditos tractare debet, & eos in gradu, 26
in quo reperit, conseruare Io. de Platea, in *l. neminem in fin. C. de de-*
*cur. lib.*10. glos. in *l. si minor. ff. de seru. export.* sequitur Roland. à Valle *conf.*1. *num.*114. *lib.*1. Crauet. *conf.*9. *nu.*37. *& conf.*241. *num.*8. † Et 27
Princeps licet dicatur dominus subditorum & omnium eorundem bonorum. glos. in *l. bene à Zenone, in ver. omnia* * & ibi Doct. *
C. de quadr. præscr. glos. in *proœm. ff. in ver. sanctionem, & in l. Barbarius.*
ff. de offi. præto. tamen intelligitur respectu protectionis, ideo non potest noua vectigalia ei imponere Bald. *conf.*400. *Queritur vtrū* 28
*Dominus, num.*3 *lib.*5. Paris. *conf.*69. *Potest concedi, nu.*9. *lib.*1. † Curam subditorum habere & bene Rom. *conf.*60. *In causa Rheni, nu.*30. *&* 29
*seq. lib.*3 † Declaratis quia licet ad prædicta teneatur, tamen ex causa publicæ vtilitati, potest subditis collectam imponere. Bart. in
*l. vnica, num.*11. *C. de superindict. lib.*10. vel in *cap. cum dilecta, in ver. sin-*
*guli, nu.*22. *de rescript.* quia vtilitas publica magis prospicere debet quam priuatam. Bart. in *auth. de hæret. & Falcid. in pr.* † Prin- 30
ceps, qui habet supremam potestatem, debet seruare supremam
æquitatem, & honestatem. Crauet. *conf.*135. *in fin. num.*44. † Fouere debet Princeps subditos suos, & illos adiuuare. Abb. *conf.*20. 31
*Videtur, num.*2. *in fin. lib.*2. vbi, quod in dubio Princeps non præsumitur velle onerare subditos, quia tenetur fouere, & adiuuare. † 32
Vectigalia, & onera extraordinaria non sunt exigenda sine magna causa, & iussu expresso Principis. Abb. *d. conf.*20. *n.*3. *lib.*2. † Et 33
dominus non recognoscens vasallum in vasallum, vel subditum
in subditum, pati debet, quod vasallus, & subditus nō recognoscat dominum in dominum. Crauet. *conf.*241. *n.*16. *v. facit quod scribit, cum seq.* vbi ponit plura exempla, si Papa non habet Episcopū pro Episcopo, & potest Episcopus non habere Papam pro Papa.
† Et contra subditi non debent querelare dominos suos iniuste, 34
alias tanquam rebelles possunt puniri, & in domo, & in iudicio.
Bald. *conf.*483 *Magnificus dominus, nu.*2 *ver. caueant tamen lib.*1. Vide,
*Ecclesia debet esse cultrix iustitiæ. Concl.*4. Vide, *Rex qualis esse debeat, &*
ad quæ obligetur pro Regno suo Conclusio. 333.

Princeps potest tollere ex causa ius tertii, & quando secus. Concl. 680.

PRINCEPS † potest tollere ius tertii ratione publicæ vtilitatis. 1
Auth. res quæ. C. commun. de legat. l. si quis sepulchrum. ff. de relig. sumpt.
fun. Castr. *conf.*229. *Visis, in fin. & conf.*288. *col.*2. *lib.*1. Alex. *conf.*101.
*Visis instrumentis, n.*8. *lib.*1. vbi Apostilla in *ver. auferre*, dat concord.
idem Alex. *conf.*47. *Habita, n.*3. *li.*7. † Et bona bannitorum vendi- 2
ta ex causa publicæ vtilitatis potest auferre ab emptoribus, & restituere bannitis gratiatis. Alex. *conf.*190. *nu.*13. *ver. apertius, lib.*2. &
iterum *conf*216. *Nec arguendi, n.*21. *v.*5. *lib.*2. Castill. *conf.*8. *In facto, n.*
18. *& seq.* Fulg. *conf.*143. *Antonius de crimine, per tot.* † Et pœnam ap- 3
plicatam priuato potest ex causa remittere, & condemnare. Alex.
*d. conf.*190. *n.*13. *in fin. ver. facit, quod habetur, & conf.*216. *num.*21. *ver.*
*& secundum hanc, lib.*2. vbi, etiam si essent bona ex forma statuti
hæredibus occisi. † Extende; quia Princeps ex causa publicæ v- 4
tilitatis potest reuocare exemptionem concessam ab vniuersitate ex contractu, vel alio modo irreuocabili. Alex. *conf.*101. *Visis,*
*nu.*7. *& seq. ver.*2. *principali. er, lib.*1. vbi plena apostill. in *ver. reuocari*,
dat concord. † Extende; quia licet Princeps non possit reuocare 5
ea, quæ transierunt in contractum, bene reuocat ex causa publicæ vtilitatis, maxime si facit ex certa scientia, quæ etiā causa præsumitur, nisi contrarium probetur. Alex. *d. conf.*101. *n.*8. *lib.*1. vbi a-
postilla in *v. auferre*, dat concord. † Extende, maxime, quando in- 6
ter subditos, & ex causa publicæ vtilitatis: itē, quando agitur de
modico præiudicio. Alex. *d. conf.*216 *nu.*30. *&* 31. *ver. quia respondeo,*
*lib.*2. vbi etiam, quod causa præsumitur. † Amplia, & Regulā fa- 7
cias, quod Princeps supremus, & ciuitas non recognoscēs superiorem possunt per legem vniuersalem tollere ius quæsitum, &
dominiū particularibus, sed per legem particularem non potest
auferre itē, & dominiū alterius, nisi subsit causa legitima, & dicitur causa iusta fauor publicæ vtilitatis. Roma. *conf.*310. *In casu pro-*
positæ cōsultationis per tot. Alex. *conf.*47. *In hac causa, n.*3. *v. & per rescri-*
*ptum lib.*7. vbi dicit * communē. † Declarat tamen G. de sancto * 8
Gemin. in *conf. Old.*24. *Istæ sunt allegationes, n.*9. *ver. aut enim præ textu,*
quando delictum præcesserat eius, qui priuatur, & ita dicit * *
communiter Doct. intelligere *l. item si verberatum. ff. de rei vendica.*
& l. Lucius. ff. de euictio. † Item declarat Oldrad. *d. conf.* 224. *num.* 9

30 *v. non obstat, quod publica vtilitate*, & est alleg. inserta in *d. cons. 10. de Laud.* quod procedat, quando modicum datum fuit; secus si nihil daret Princeps in recompensam, quia in *d. l. item si verberatū*, *& l. Lucius*, aliquid fuit datum. † Amplia; quia Princeps potest tollere dominium rei suæ alicui. Castr. *cons. 229. Visis, n. 2. v. 4. quia*, *lib. 1.* vbi apostill. citat plures. † Declara, quia potest tollere dominium rei suæ subdito, dummodo ex causa publicæ vtilitatis. Castr. *d. cons. 229. in fin. lib. 1. cons. 288. col. 2. ver. aut quæritur, lib. 1.* † Et quod possit ex causa reuocare priuilegium subdito suo. Alexan. *cons. 216. n. 18. ver. 4. Princeps, lib. 2.* sequitur Dec. in *c. quæ in Ecclesiarum, nu. 127. de constit.* sed tamen Alex. ibi *n.* 30. intelligit, si modo Princeps faciat ex causa, vel de plenitudine, vt *nu.* 31. † Amplia; quia licet Princeps possit ex causa publicæ vtilitatis, & necessitatis rem alterius auferre, tamen illud intelligitur, data recompensa, vel soluto pretio, plene Roland. à Valle *cons. 69. per tot. lib. 2. v.* bi, quod licet aliqui teneant, quod non debetur recompensa de consuetudine, tamen contrarium verius est, & ibi ponit decem exempla, quæ videas. Paris. plene *cons. 1. n. 111. & cons. 11. nu. 116. & seq. cons. 101. num. 71. lib. 1.* vbi loquitur Parisius, etiam si auferat de plenitudine, & vide eundem Rolan. *cons. 71. n. 14. & seq. lib. 3.* vbi, quod pretium debet esse correspondens secundum æstimationem, non autem modicum pretium, secundum Bald. quem reprobat, & idem plenius tenet Bero. *cons. 177. n. 19. & seq. lib. 2.* vbi, quod debet continere causam publicæ vtilitatis principaliter; & recompensam debet etiam dare. † Extende; quia procedit ampliatio, etiam si adsit clausula, *non obstante*, Paris. *d. cons. 11. n. 116. & seq. lib. 1.* † Amplia; quia in iure quærendo ex consensu, potest Princeps auferre. Crauet. *cons. 134. n. 7.* quod intelligas in subdito, vt ibi *n.* 10. † In iure vero quæsito ex consensu, vel contractu Princeps non potest de plenitudine potestatis auferre dominium ab vno & dare alteri. Paris. *cons. 191. n. 69 lib. 1.* vbi dicit * communē. Crauet. *cons. 103. n. 15.* vbi, quod nullus discrepat, imo etiam si ius esset quæsitum per modum iuris ciuilis, non potest auferri à subdito secundum communē, * de qua Paris. *d. cons. 1. n. 108.* qui etiam dicit magis * communem *cons. 101. n. 70.* Crauet. *cons. 7. n. 10.* † Extende; quia licet magis communis * sit opinio, quod Princeps non possit auferre tertio dominium de iure gentium, vel ex contractu acquisitum, secus est, si tollit illud ex causa respiciente publicam vtilitatem. Alex. *dict. cons. 216. n. 19. v. pro hoc lib. 2.* † Declara, quia Princeps non potest tollere à subditis suis dominium rei suæ, siue vtile, siue directum quęsitum de iure gentium, nisi legem generalem condendo, vel iurisdictionem exercendo, vel ex causa publicæ vtilitatis. Castr. *d. cons. 229. Visis col. 2. v. breuiter iis non obstantibus, lib. 1.* Alex. *d. cons. 46. Habita, n. 3. & seq. li. 7.* * vbi dicit communem. † Declara; quia quod dicitur Principem ex causa posse tollere ius priuati, ex causa publicæ vtilitatis debet intelligi dato restauro, vel recōpensa. Alex. *cons. 151. In causa Bartolini, n. 2. & 3. v. circa secundū, lib. 6.* vbi apost. citat eundē Alex. *cons. 101. n. 8. lib. 1.* † Declara, quia Princeps etiam ex certa scientia non potest tollere dominium rei suæ tertio, nisi concurrat vnum de duobus, vel quod faciat ex causa publicę vtilitatis vere, vel quod ille, à quo aufert, sit in culpa, & debet hoc cōstare, quia non creditur Principi in hoc, imo potest probari contrarium, & datur appellatio. & qui dicit contrariū, somniat, vt late Christoph. Castillio. *cons. 8. In facto supposito, n. 15. & seq. vsq; ad n. 24.* † Declara; quia Princeps potest de plenitudine auferre dominium à subdito ex causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis, & data recompensa, sed contra non subditum secus est, Paris. *d. cons. 1. n. 110. lib. 1.* vbi citat concord. Crauet. *cons. 7. n. 9. & cons. 134. n. 10.* † Et ideo potest auferre castrum subdito, vel feudatario pro fortalitio faciendo ad defensionem status. Vide, *Feudum non potest reuocari, neque alterari inuito feudatario, & quando secus. Concl. 110.* † Imo Ecclesiam potest incastellare eo casu, vt per Rom. *cons. 52. n. 2. v. 3.* vbi apostil. in *ver. Innoc.* † Et propter pacem potest remittere iniurias, & damna subditis illata. Alex. *cons. 216. n. 19. lib. 2.* † Amplia, vt imo Papa etiam sine causa possit priuare aliquem titulo sui beneficii, & vocem habeat in electione successoris. Gemin. *cons. 8. nu. 7.* † Extende, quia in beneficialibus Papa etiam sine causa habet absolutam potestatem. Vide, *Papa absolute potest omnia, & qualiter intelligatur. Concl. 49.* † Amplia, quia Princeps etiam sine causa potest tollere ius tertii, quando agitur de modico præiudicio. Alex. *cons. 216. Nec arguendi, nu. 14. v. sed eis non obstantibus, lib. 2. & nu. 30.* † Et ideo pōt differre exactionem debitam ad tempus, quia agitur de modico præiudicio. Alex. *d. cons. 216. n 15. lib. 2.* † Extende; quia potest suspendere exemptionem etiam ex causa onerosa concessam, vel ex contractu. Alex. *d. cons. 216. num. 15. lib. 2.* quia dicitur agi de modico præiudicio. † Amplia, quia Princeps stipremus potest tollere ius tertii, & si agatur de magno præiudicio, etiam si sit de iure diuino, naturali, vel gentium. Alexand. *d. cons. 216. Non arguendi, num. 16. ver secundo nam Princeps, lib. 2.* quando apponit clausulam, *non obstante.* † Extende; quia Princeps potest etiam sine causa reuocare priuilegium, & sic tollere ius quæsitum ex priuilegio. Alex. *cons. 216. n. 17. ver. 3. soli Principi, lib. 2.* † Declara; quia ex causa potest tollere ius suum alteri, sine causa vero, & iniuste nō potest, etiam Papa, vel Imperator tollere ius suum alicui. Alex. *cons. 139. Viso puncto, nu. 4. ver. & si diceremus, lib. 7.* † Amplia, vt possit Princeps etiam sine causa tollere ius quæsitum ex sola contumacia, & ideo si extat statutum, quod positiones habeantur pro confessatis, valet rescriptum Principis, quod non obstante contumacia iudex iustitiam faciat, & tales positiones confessatæ ex contumacia non obstabunt. Baldus *cons. 121. Proponitur, quod ex forma statuti, lib. 1.* † Extende; quia potest Princeps committere reuisionem causæ per viam supplicationis, & non dicitur tollere ius quæsitum, neque dominium, licet dubium sit, quod non possit supplicari. Io. de Imol. *cons. 146. in prin.* † Amplia, quia potest Princeps de plenitudine legitimare filium spurium ex certa scientia etiam in præiudicium substituti, vel agnatorum, quibus est delata hæreditas, etiam ipsis non citatis, quando facit ex certa scientia, vel cum clausula, *non obstante*, aut quando in specie derogat substituto, & agnatis. Alex. *cons. Visis codicillis, per totum, lib. 1.* Bologn. in *addit. ad cons. 10. de Anan. 81. ver. nam vigore*, vbi multos allegat. Vide, *Princeps vtendo plenitudine potestatis quæ ponit, vel non. Concl. 669.* † Idem quando in specie constat, quod vult istud tertio quæsitum auferre; quia potest de plenitudine. Alexand. *dict. cons. 2. n. 13. v præterea, & nu. 16. in fin.* vbi idem asserit in feudalibus, quando in specie derogat habenti ius eum clausula, *non obstante*, *lib. 1.* Vide, *Princeps non præsumitur tollere ius tertii, etiam si hoc exprimat. Concl. 686.* † Idem; quia potest legitimare spurium post mortem patris post delatam hæreditatem venientibus ab intestato, & si faciat de plenitudine cum clausula, *non obstante* præiudicat, & valet. Bologn. in *addit. ad d. cons. 10. de Anan. 81. ver. plus dicebat*, vbi ponit alia similia, etiam tollendo ius gentium, & naturale. † Amplia; quia Princeps, & tenens locum Principis potest tollere ius quæsitum ex sententia, quando facit ex certa scientia, vel cum derogatione; quia in sententia semper est clausula, *salua suprema potestate.* Abb. *cons. 109. col. penul. v. quibus omnibus visis, lib. 1.* vbi etiam loquitur in Legato de latere, vsque in fi. † Extende; quia potest tollere dominium quęsitum de iure ciuili, quando ex certa scientia. Abb. *d. cons. 109. col. penult. & per tot. ver. quia dico, lib. 1.* † Declara; quia Princeps solus potest tollere ius quæsitum ex priuilegio, vel ex iure communi, non autem Legatus, vel gubernator illius, & hoc, quando Princeps faciat ex certa scientia, & ideo potest restituere maiorem, vel minorem aduersus lapsum termini ad appellandum, vel aduersus sententiam, & tollere omnem actionem quæsitā de iure naturali, vel gentium, plene Abb. *cons. 77. col. 1 in fi. & col. 2. ver. sed posito lib. 2.* † Amplia; quia Papa, & Imperator etiam de plenitudine potestatis possunt tollere ius quæsitum de iure gentium tertio etiam sine causa, quando præiudicium, vel æstimationem rei mandat solui ei, cui præiudicat. Bell. *cons. 2. Proponitur in facto, n. 6. & seq. v. quibus tamen non obst. antibus, vbi multa cumulat, n. 7. 8. & 9.* vbi dicit * communem, vbi quod tali casu præsumitur causa. † Imo quando Princeps generaliter per legem aliquid statuit, quod aufert ab aliquo, tunc non tenetur reficere pretium. Rol. *cons. 69. n. 44. lib. 2.* Gomes. in *reg. de non tollendo iure quæsito. quæst. 15. n. 4.* Alex. *cons. 190 Mature digesto, n. 16. & 17. ver. ad tertium, lib. 2.* † Contrarium, quod imo, siue ciuitas, vel Princeps per legem generalem etiam ex causa publicæ vtilitatis auferat ius suum tertio, siue per rescriptū, & sic legem particularem, teneatur dare recompensam. Alex. *cons. 190. Mature digesto, n. 2. & seq. v. 3. quia, lib. 2.* Roch. de Curte in *c. fi. de consuet. n. 449. circ. concluſ. 2. n. 26.* citat pro vtraque parte. † Declarat Alex. *dict. cons. 190. n. 16. & 17. ver. ad tertium, lib. 2.* quod quando Princeps, vel ciuitas per rescriptum, vel legem particularem tollit ius suum tertio; tunc bene tenetur dare recompensam, etiam si ex causa publica, secus, si tollat per legem generalem, quia multum refert inter legem particularem contra vnum, & generalem contra omnes, & maxime, quando ex causa publicæ vtilitatis præiudicat. † Secundo declarat, quando maxima concurrit causa, & per legem generalem, & clare constat, quod lex non vult dare recompensam, quia dicit, quod fiat sum pr ibus eorundem. Alex. *dict. cons. 190. n. 16. & 17. ver. ad tertium, lib. 2.* † Extende, vt procedat, ad etiam quando ex iusta, & rationabili causa Princeps vtendo plenitudine aufert ius quæsitum de iure gentium, quia potest, hoc

causa

causa respiciat publicam, siue etiam priuatam vtilitatem. Bello.
* *dict.cons.2.n.10.v. & primo sciendum.* vbi dicit * ita omnes tenere.
47 † Extende; quia bene potest sine causa tollere ius quæsitum ex iure gentiũ in iis, quæ sunt causata ab ipso Principe, ita Curt.Iun. *cons.138.n.5.* Dec. in *c. quæ in Ecclesiarum, n.127.* vbi loquitur, quando ex priuilegio, secus ex contractu, vel quando ex præscriptio-
48 ne, vel medio iuris ciuilis, vt ibi *n.121. & seq.* Gozad. *cons.5.n.17.* † Extende, vt procedat ampliatio etiam sine causa, quando agitur de modico præiudicio, & quando dicatur modicum præiudicium, vide plene Bello. *d.cons. 2.n.13.vsque in fin. ver.sed dicet fortasse,* vbi, quando agitur de dilatione, vel de sola possessione, vel de re
49 modica, vel soluitur pretium condignum. † Vide Sòc. *cons.266. lib.2.* vbi plura, quodo possit, vel non, de plenitudine tollere ius
50 quæsitum tertio de iure positiuo, vel gentium. † Extende; quia licet non possit tollere ius quæsitum de iure gentium, prout ex testamento, vel contractu, bene potest tollere actionem, quæ oritur ex testamẽto, vel contractu; quæ est de iure ciuili. Alex. *cons.2.*
51 *n.19.ver.quinimo dato, lib.1.* † Declara; quia regula est, quod Princeps non potest tollere ius quæsitum tertio sine causa legitima, & licet possit etiam sine causa illud tollere de plenitudine potestatis, tamen non censetur in dubio vti plenitudine potestatis.
52 Alex. *cons.216.n.10.ver.7. Princeps, lib.2.* † Extende; quia potest tollere dominiũ, & ius quæsitũ ex hæreditate delata, quia est ius in spe expectans aditionem, quæ est de iure ciuili. Alex. *dict.cons.2.*
53 *n.14.ver. & casum nostrum, lib.1.* vbi loquitur in legitimatione post delatam hæreditatem. † Idem, si hæreditas est delata, & adita, quia illud dominium ante possessionem captam est de iure ciuili, post possessionem est de iure gentium, quod tolli non potest.
54 Alex. *d.cons.2.nu.14.ver.plus dicit, lib.1.* † Declara tamen; quia licet Princeps censeatur derogasse iuri tertio quæsito, quando facit specifice mentionem, tamen iniquum est, quod sine causa auferat ius tertio quæsitum, ita Apostilla ad Alex. *d.cons.2.num.13. in*
55 *verb. excluderetur, lib.1.* imo idem Alex. ibi *nu.14. ver. & dicit Paulus de Castro,* expresse tenet, quod peccat Princeps sine causa auferendo ius tertii. † Extende; quia ex causa publicæ vtilitatis potest
56 dum Princeps, sed ciuitas auferre ius tertio quæsitum. Signorol. *cons.94. Per concilium, in prin.* † Declara totam materiam; quia si fumus in Principe supremo disponente de re subditi ex certa scientia, cum clausula, *non obstante,* ex causa valet, sine causa non,
* sed tamen in Principe iusta causa est voluntas, & ita * communiter teneri dicit Ioan. de Anan. *cons.81.n.4.* vbi Bologn. idem te-
57 net. † Restringe regulariter, quando Princeps non facit ex causa publicæ vtilitatis, vel soluto pretio, vel sine causa rationabili, quia etiam de plenitudine non potest tollere ius quæsitum de iure gentium ex contractu vel testamento. Bello. *d.cons.2. in princ.*
* vbi dicit * communem Alex. *cons.2.nu.7. lib.1.* Fulg. *cons.61.* D. Ca-
58 tharina, *n.4.* Fulg. *cons.143. per totum.* vbi late pro vtraque, & contrarium tenet, quando facit ex certa scientia. † Et dicitur diabolica potestas, quod aufert ab aliquo sine pretio. Roland. *cons.69.*
in fin. lib.2. vbi per totum consilium tollit omnes dicentes, quod sine pretio possit priuare aliquem sine causa, quia dicit intelligẽ-
59 dum, vel male, vel soluto pretio. † Et quod non possit sine causa tollere ius quæsitum de iure naturali, vel gentium. Curt. Iun.
* *cons.138.n.5.* vbi dicit * magis communem. Castr. *cons.46. in fi. ver.*
60 *plus videtur, lib.2.* † Et si forte sustulit ius alienũ sine causa, & parte non audita, valebit contrarium decretũ super restitutione iuris ablati, & substineri debet. Alex. *dict.cõs.47.n.5.v. præterea dato, lib.7.*
61 † Declara; quia quod dicitur Principem posse priuare subditum iure suo, intelligitur, vel si priuatio proueniat ex delicto, vel quasi, subditi, vel si Princeps dat recõpensam priuato, alias nõ. Ang.
cons.139. Visis omnibus, n.3.v. nec enim potest. Dec. in *c. quæ in Ecclesiarũ.*
62 *de constit.n.92. & seq.* † Vel potest intelligi, vt procedat, quando ex causa publicæ vtilitatis priuat aliquẽ fortalitio imminente bello securitatis causa, sed cessante bello tenetur restituere; alias in foro conscientiæ peccat. Rol. à Valle *cons.91.n.48. lib.2. & cons.69.n.*
63 *7. lib.2.* † Vel potest intelligi, quãdo non facit ex causa publicæ vtilitatis, & perlegem particularem, aut rescriptum, ita Alex. *d.*
cons.190. Mature, n.4.v.4 pro hoc, iuncto n.17.v. minus etiam obstat, li-
64 *bro secundo.* † Amplia, quia Princeps potest agros subditorum militibus distribuere pro paghis ex causa necessaria; quia dicitur respicere publicam vtilitatem. *Item si verberatum. §.1. ff. de rei vend.*
65 vbi Bart. & alii. † Declara, vt procedat ex causa necessaria publicæ vtilitatis, quando Princeps aliter non potest prouidere, item, quando bona non essent prohibita alienari extra certam familiam, item quia alii vicini, & de eodem loco debent concurrere. Fulg. plene *cons.20.nu.5.vsq; in fin.* vbi, quod Dux Mediolani non potuit donare bona familiæ nobiliũ de Corrigia, quæ erant sup-
posita fideicõmisso, & Dux ignorauit fideicommissum, & dicit
hanc * communẽ omnium opinionem, vt sine causa non possit. *
† Amplia nedum in Principe, sed etiam in Duce belli, & Rectore prouinciæ, seu ciuitatis, quia & ipsi, & vniuersitas possunt ex 66
causa publicæ vtilitatis præindicare iuri priuatorum. Alex. *cons.*
90. Mature digestu, n.13.v. fortificantur lib.2. vbi ponit plura exempla. † Quod possunt auferre animalia priuatorum personarum 67
pro conducendo frumento ad exercitum. Alex. *d.cons.190.nu.13.*
v. ad idem. lib.2. Extende in decurionibus, & in omni inferiore, quando faciunt ex causa publicæ vtilitatis. Alex. *cons.216.n.20.*
v. & pro hoc, lib.2. & plenius *n.31.v. item respondeo.* † Limita, quia da- 68
to, quod Princeps possit de plenitudine potestatis tollere ius tertio quæsitum, non tamen sufficit hoc ex intentione demonstrare per clausulas generales, & amplissimas, sed requiritur, quod verbis expressis dicatur. *c. quamuis, de rescript. in 6.* Curt. *cons.*
49. *Memoriæ, col.11.* Iaf. plene in *l. Barbarius, colum. 5. de offic. prætor.* † 69
Contrarium videtur tenere Alex. *cons.101. col.3. lib.1.* † Limita in 70
tantum Principem non posse auferre ius quæsitum tertio de iure naturali, vel gentium sine causa, quæ debet probari iusta, vt neque ipse Deus Princeps cæli, licet possit omnia, non tamen potest aliquid iniustum. Fulg *d.cons.61.n.4. & seq.* maxime *n.6.* † 71
Extende, vt idem sit in populo, vel alio superiore; quia sine iusta causa ex statuto, vel decreto, aut rescripto particulari non potest tollere ius tertio quæsitum, & causa debet esse probabilis. & releuans. Alex. *cons.47.n.3. & seq. lib.7.* † Extende; quia Princeps et- 72
iam Imperator sine causa non potest tollere ius conuentionis;
quia est naturæ. Anch. *cons.382. Retento ordine, n.5.* † Extende; quia 73
non potest Princeps sine causa tollere iuramentum confirmans contractũ; quia est de iure naturali. Anch. *d.cons.382.n.5.* Vide, *Papa licet posit omnia, intelligitur si ex iusta causa, alias non. Concl.51.* † Li- 74
mita, in beneficialibus; quia nec Papa præsumitur concedendo gratiam, perinde valere, & in qua dicit, quod non possit opponi defectus prioris gratiæ; tñ intelligitur semper, dummodo non tollatur ius tertio quæsitum. Gemin. *cons.11.n.3. cons.128.n.6. in fin.*
v. impetratio aut ẽgratiæ. † Limita; quia ius quæsitum ex contractu 75
non potest Princeps, vel respublica tollere. Ant. de But. *cons.59.n.*
3. & per totũ. vbi, quod si verba legis, vel reformationis sunt habilia tollere, restringuntur, vt non tollat, idem Castr. *cons.21. &*
cons.284. per totum, lib.1. plenius Dec. *cons.291. Pro tenui,* vbi, quod non præsumitur velle tollere, & verba restringuntur, & si sunt clara, quod nõ valet lex, vel prouisio tollens conuentionem, &
contractũ. † Declara totam istam materiã, quæ satis est contro- 76
uersa; quia Princeps quantumcunq; absolutus non põt ius quæsitum de iure naturali, vel de iure gentiũ tollere via ordinaria in
præiudiciũ subditi, & multo minus in præiudiciũ non subditi, & * *
ista est communis * opinio, ita Soc. *cons.164. Visa bulla, nu.13.v. pri-* *
mus est, lib.2. & cons.266.n.45. lib.2. & repetit *cons.120. nu.9.v. primus*
casus, lib.3. quãdo vero Princeps vtitur absoluta potestate, nõ potest tollere ius quæsitũ indistincte non subdito. Soc. *d.cons.164.n.*
15.v.4. casus, & cons.266.n.47.v.4. casus lib.2. & cons.120.nu.11. lib.3.
vbi dicit verũ: in subdito vero est controuersia; quia aliqui tenẽt, quod nõ possit tollere; aliqui, quod imo possit tollere absolute; alii, quod possit ex causa publicæ vtilitatis, & data recompensa. Soc. vero in *d. consilis in 2. & 3.* casu distinguit; quia si agitur de magno præiudicio, prout est causa criminalis, non potest tollere ius quæsitũ subdito, & non valet sententia lata sine citatione, aut agitur de modico præiudicio, & valet prout exemplificat in beneficialibus, in quib. Papa habet latiorẽ facultatẽ, prout ibi in secũdo casu, vel qñ Princeps concedit aliquid per priuilegiũ, licet etiam isto vltimo casu teneat contrariũ, quod nõ possit, sed in *cons.*
63.n.8. lib.3. ipse Soc. distinguit, si ius est quæsitũ plene non potest auferre etiã subdito de plenitudine; secus, si ius est quærendũ, &
in spe sola; quia tunc de plenitudine potest auferre, & idẽ repetit *cons 87.n.19. & seq.v. capio sextũ, lib.3.* vel dicas, q̃ potest cũ subdito
ex causa publicæ vtilitatis, & data recõpensa, vt supra *n.13. & seq.*
& n.21. & quod non valeat statutũ, per q̃ Princeps aufert dominiũ rei suæ tertio, communẽ * dicit Bero. *cons.177.n.19. lib.2.* † Li- * 77
mita in dubio; quia nõ præsumitur, q̃ Princeps velit tollere ius
tertii etiã ex causa publicæ vtilitatis. Old. *d.cons.224.n.9.v. si est du-*
biũ. † Limita; quia sine causa quis nõ põt iure suo priuari. Cald. *cõs.* 78
294. inpr. q. loquitur in Episcopo, vt nõ possit priuare electores iure eligendi, neq; patronos iure præsentãdi, alias est *2. de re. permut.*
† Et quod Papa sine iusta causa superuenienti non possit tollere 79
contractum, neq; ius tertii, plene Alex. *cons.1.n.11.v. venio ad secundum, lib.2.* † Extende, quia sine causa non potest Princeps auferre dominiũ priuati. Io. de Imo. *cons.146. in pr.* † Restringe, quando 80 81
facit de suprema facultate; quia nemo dicit, cur ita facis? si est su-

premus

premus Princeps, Alex. *d. conſ. 1. n. 12. ver. vel intelligas, li. 2.* vbi, quod
82 causa præſumitur eo caſu. † Et cauſa non præſumitur, quando a-
83 gitur de tollendo iure gentium, vel naturali. Fulg. *conſ. 61. n. 4.* †
Limita in tantum Principem, & Papam in dubio non præſumi,
quod velit tollere ius tertii, vt licet exprimat verba hoc impor-
tantia, niſi expreſſe tollat ius tertii, non præſumitur quod volue-
84 rit illud tollere. Gemin. *conſ. 128. n. 7. v. impetratio autem.* † Limita;
quia non poteſt Imperator aliquid diſponere contra teſtamen-
tum, ideo non tollit ius reſultans ex teſtamẽto ſine iuſta cauſa, q̃
85 non præſumitur. vlg. *conſ. 1. n. 4. & ſeq.* † Limita; quia non poteſt
Princeps ea, quæ ſunt peccati; & ideo ſi eſſet peccatum, quod a-
liquem iure ſuo priuaret, non poteſt priuare. Io. de Imol. *d. conſ.*
86 146. *in princ.* † Limita; quia Imperator cum cauſa, & ſine cauſa
non poteſt tollere ius quæſitum ex teſtamento in præiudicium
piæ cauſæ; quia non habet iuriſdictionem, ſed ſolus Papa hoc
☞ poteſt. Fulg. *d. conſ. 61. n. 6. & 7. in fin. conſilii.* Vide plene per Anto.
Gabriel. *lib. 3. tit. de iure quæſito non tollendo. Concl. 1. Princeps an poſſit.*
& Concl. 2. Princeps an poſſit alicui rem ſuam auferre.

Princeps præſumitur dicere veritatem, & cauſa in eo præſumitur vera, & quando ſecus. Concl. 681.

1 PRÆSVMITVR † pro veritate Principis, & pro poteſtate in du-
bio. Bal. *conſ. 327. Pridie enim n. 10. v. pro domino noſtro, lib. 1.* vbi, q̃
2 anima ſua in manica ſua. † Amplia; quia Princeps præſumitur
iuſtitia plenus; ideo pro facto Principis ſemper præſumitur, q̃
ſit iuſtum, *l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico.*
☞ Crau. *conſ. 188. n. 8.* Vide, *Præſumitur pro iudice. Concl. 621.* † Amplia;
3 quia ſi Princeps cauſam exprimat, præſumitur pro ea, & non po-
teſt probari contrarium. Bal. *conſ. 327. n. 10. v. & vbi exprimunt cauſam, li. 1.* maxime, inquit, vbi eſt pragmatica procerum Principis.
4 † Extende in tantum reputari veram cauſam Principis, & ab eo
expreſſam, vt non poſſit probari contrarium, quia ſi mentitur,
habet Deum vltorem, & Satan purgabit animam ſuam, & com-
plicium ſuorum. Bal. *dict. conſ. 327. n. 30. in fi. v. tamen ſi Imperator, lib.*
5 1. † Limita; quia Princeps in facto alieno dicens aliquid, quod eſt
contrarium iuri, vel ſtatuto, dicitur errare expreſſe, etiam ſi poſ-
ſet ſaluari aliquo ſpeciali caſu, ſi non expreſſit; ideo nulla eſt eius
14 † Adde nonum casum; quia non potest Princeps tollere citationem, quæ excludit crimen; quia ista est defensio, vt quis possit docere de innocentia. Hier. Tort. *d. cons. n. 22. & 23.* vbi quod hæc conclusio est indubitata, quod Princeps etiam de plenitudine non potest tollere examinationem causæ, quæ fit ad inquirendã veritatem, & reperit plenius *n. 24.* † Vide eundem Soc. *cons. 164.*

15 *prisa bulla, n. 13. & seq.* vbi facit quinq; casus principales; primus est, videlicet si vult vti ordinaria potestate, non absoluta, requiritur citatio; & causæ cognitio; secundus, si vult vti plenitudine, & sumus in beneficialibus, & Papa potest; tertius in criminalibus;

16 quartus in iuilibus; quintus cũ subdito. † Amplia; quia declaratio facta per Papã super pensione reseruata contra Cardinalem præsentem, & non citatũ est nulla; quia censetur ex falsa suggestione partis debentis pensionẽ. Cast. *cons. 339. Quia exceptiones, in pr. lib. 1.* vbi, quod improbus, & fraudulentus præsumitur, qui potest aliũ certificare, & non certificat de præiudicio illato, seu inferendo, vbi infinita allegat per quæ pars debet citari. Vide, De-

17 *claratio Papæ, vel Principis super quibus fieri possit, vel non. Concluſ. 91.* † Contrariũ allegat ibi *n. 1. v. in contrarium*, vbi, quod citatio est adinuenta in iudicialibus, nõ in extraiudicialibus, & plura exem-

18 pla, & tex. adducit. † Declarat tandẽ, quod triplex est declaratio: prima, q̃ tollit; & secunda, quæ modificat, proprie nõ est declaratio; quia nouũ ius inducunt, & in istis requiritur citatio partis, maxime, si erat præsens in curia, & poterat audiri, alias declaratio est nulla; tertia vero declaratio vera, & propria est illa, quæ illud, q̃ est dubiũ, declarat; & quia non est inductiua nouũ iuris, nõ requiritur citatio partis, & valet; iura aũt, quæ dicunt, q̃ in declaratione debet pars citari, debẽt intelligi de declaratione, q̃ tollit

19 vel modificat, nõ de ea, quæ obscuritatẽ declarat. † Limita; quia citatio nõ requiritur in iis, quæ põt Princeps facere de plenitudine potestatis. Gabriel. *comm. Concl. 1. n. 13. de citation.* vbi declarat.

Princeps tenetur ad obseruantiam contractus. Concl. 690.

1 PRINCEPS † licet possit omnia, quando non recognoscit superiorem; tamen non potest tollere contractus, & pacta facta etiam cum sibi subiectis. Gemi. *cons. 74. in pr.* vbi loquitur in Papa; quia obligatur ex suo contractu, sicut alius priuatus. Anch. *cons. 2. nu. 7. v. non obstat.* Zab. *cons. 147.* vbi, quod alias decolloraret, & scandalizaret Ecclesiam, & quod obligatur vt priuatus, & est

* communis * opinio. Iaſ. *cons. 1. lib. 1. in pr.* plena apostilla ad Dec. in *2. lect. c. canonum, de constit. in ver. contractui, n. 6.* Canonistæ in *c. 1. de probat.* Ruin. *cons. 69. n. 27. lib. 3.* Rol. à Valle *cons. 66. n. 33. & 36. lib. 2.*

* vbi de * communi; & plenissime in Papa Rom. *cons. 352. Quæritur, n. 23.* vbi apostil. infinitos citat attestãdo de * Cõmuni. Cast. *cons. 229. col. fi. v. 3. in fi. lib. 1.* Abb. *cons. 51. Ad elucidationẽ, in fi. lib. 2.* plene Fel. in *c. 1. in pr. de probatio.* vbi declarat septem modis, & ibi Deci.

2 in princ. & Bero. qui pariter declarant multis modis. † Et quod Princeps non possit tollere contractum; quia licet à principio sit voluntatis, post factum etiam in Principe est necessitatis. Castillio. *cons. 8. In facto, n. 21. & seq. ver. rursus, & illa fuit quæstio.* Castr. *cons. 164. In præsenti causa. col. 7. in fi. n. 6. ver. non sic, quando, lib. 2.* vbi apostilla citat Barb. *inter consilia Alex. 134. Clementissimi Dei, col. 7. ver. &*

* *quod voluit lib. 4.* & Paris. *cons. 70. In hac, n. 12. li. 2.* Bal. in *c. 1. de natur. feud.* vbi, quod licet Deus subiecerit Papæ, & Imperatori, leges; non tamen subiecit contractus. Rom. *cons. 109. In proposita, in pri.* & plenius *cons. 352. Quæritur primo, circa fin. n. 24.* vbi plenissima apostil. in *v. cæteret*, vbi, quod si sine causa posset tollere contractũ,

* priuaretur commercio hominum; quia nullus contraheret cum eo, & infinitos citat, & dicit communem, * & *cons. 392. Præsens consultatio, n. 12.* vbi loquitur etiam in supremo Principe, & *cons. 252. Pro decisione, n. 3.* vbi apostilla in *v. transierit.* Abb. *cons. 7. Nitar. col. fin. lib. 2. in pr. & cons. 94. In quæstione col. 3. nu. 4. v. quoad tertium, lib. 2.* Roma. *cons. 436. Quod indultum, n. 17.* Alex. *cons. 54. Viso dubio, n. 14. & seq. lib. 4.* quod est Vincentii Palæotti. Alex. *cons. fi. nu. 20. ver. & quod voluit idem Innoc. lib. 4.* quod est Barbatiæ vbi plurima adducit similia; quod licet Deus subiecerit leges; non tamen contractus; quia licet sit dominus legum; non tamen meorum bonorum, alias si contrarium diceremus, priuaretur commercio, & dũ

3 est omnium præsul, fieret omnium exul. & iterum ibi *n. 22.* † Extende maxime in Principe Ecclesiastico, & concilio; quia Ecclesia est cultrix iustitiæ, quæ non patitur aliquid iniustũ fieri in se, neq; in alium. Rom. *d. cons. 352. n. 16. v. & hoc maxime*, & multo magis in Papa. Bero. *d. c. 1. de probatio. n. 29. v. vtrum aũt Papa*, vbi, quod iiti contractus Papæ, & Imperatoris adeo sunt bonæ fidei, & æquitate exuberantes aliis cõtractibus, vt sola naturali obligatio-

4 ne, & pacto nudo obligentur prout mercatores infra *n. 22.* † Extende; quia Papa sine causa non potest reuocare ius eligendi cõcessum Germaniæ Principibus. Roma. *d. cons. 352. n. 23.* † Maxime, 5 quando contractus vltro citroq; est obligatorius. Alex. *cons. 1. n. 11. lib. 2.* vel ex causa onerosa. Zab. *cons. 147. nu. 3.* † Ratio est, quia 6 Princeps debet esse constans, & habere vnum calamum, & vnã linguam. Mars. *sing. 166. Inconstantia.* Bal. *cons. 327. Pridie nu. 4. lib. 1.* Dec. *cons. 689. n. 16. & seq.* Ceph. *cons. 58. Proponitur, n. 88.* Paris. *cons. 20. n. 45. lib. 1.* vbi omnes allegant illud dictum; *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita*, eo quod constantior veritas in Principe debet esse. † Alia ratio est; quia contractus est de iure gentium, 7 quod est immutabile, & non potest tolli per Principes. Rolan. à Valle *cons. 66. n. 34. & seq. lib. 2.* † Alia est ratio; quia si Princeps pos- 8 set tollere contractus sine iusta causa, nullus cõtraheret cum eo, & careret commercio hominum. Rom. *cons. 352. circa fi. n. 24.* vbi plenissima apostilla in *ver. careret*, citat infinitos, & extendit ad omnes Principes, & respublicas. Alex. *cons. 54. n. 14. lib. 4.* † Alia ra- 9 tio; quia licet Deus subiecerit leges Principibus absolutis; non tamen subiecit contractus. Rol. à Valle *cons. 66. nu. 33. & seq. lib. 2.* plenius *cons. 25. n. 40. lib. 3.* & dicit Bero. *d. c. 1. de probatio. n. 28.* quod Princeps non ligat successorem ex lege; quia est iurisdictionis, & par in parem, &c. sed ex contractu ligat successorem; quia non est iurisdictionis, sed facultatis, vt possit necessitatibus successorum prouidere. † Amplia, seu extende etiam de plenitudine po- 10 testatis. Dec. *d. c. 1. in 2. lect. de constit. n. 6.* & plenius in *c. 1. in pr. de probat.* & vbiq; apost. Ruin. *cons. 29. n. 4. vol. 4.* Rol. à Valle *d. cons. 66. n. 55. lib. 2.* † Extende, etiam si contractus contineat libertatẽ; quia 11 sine causa non potest reuocari. Rom. *cons. 352. n. 22. & seq.* allegat gl. in *c. ad apostolicæ, de re iud. lib. 6.* & apostil. ibi ad Rom. in *v. ad apostolicæ*, dat concord. † Extende; quia licet causa præsumatur in 12 Principe, secus est, quando contrauenit contractui, apostil. ad Dec. in *cap. 1. de probatio. in v. contrauenire.* † Amplia etiam, quando 13 cum subditis suis contrahit, & pacta, vel conuentiones facit, tenetur ad illorum obseruantiam; quia pacta in se naturalem æquitatem habentia cum subditis sunt seruanda. Rom. *cons. 52. n. 3.* vbi apostil. in *v. seruanda*, dat concord. & loquitur Rom. in dd. Burgi Vallistarii, vt teneantur obseruare pactum de fortalitio nõ fabricando. Abbas *cons. 51. in fin. lib. 2.* vbi, quod saltem habet vim legis, & *cons. 94. nu. 4. ver. quoad tertium, lib. 2.* † Extende maxime, 14 quando subditus non erat contrahens cum Principe tempore contractus. Abbas *d. cons. 51. in fin. lib. 2.* † Restringe; quia potest 15 Princeps tollere contractũ inter subditos in iis, in quibus habet plenitudinẽ potestatis. Rom. *cons. 352. n. 16. v. porro si dicatur.* † De- 16 clara tamen; quia si est vniuersitas, quæ habet iura supremi Principis, prout conciliũ, tunc potest tollere contractum inter subditos, quando omnes de vniuersitate concordant, secus, si aliqui contradicunt, etiam si vnus solus contradicit. Rom. *d. cons. 352. n. 16. v. porro si dicatur.* † Restringe; quia potest Princeps, & vniuersi- 17 tas habens iura Principis tollere cõtractum cum subditis factũ, quando vel omnes etiam illi, quibus præiudicatur consentiunt, vel quando ex causa fit reuocatio quæ sit iusta, ita Roma. *d. cons. 352. n. 20. & 21. v. nec præmissa.* † Amplia in feudo; quia Imperator 18 non potest reuocare, vel alterare feudum concessum etiam de plenitudine potestatis sine causa; quia nõ potest recurri ad pares, & si non sufficit, potest fieri bellum. Bald. *cons. 326. Rex Romanorũ, n. 4. & seq. ver. pone quod ego, lib. 1.* & latius *cons. 327. Pridie enim in pri.* vbi loquitur in Papa. & *n. 8. ver. videtur igitur*, vbi loquitur in Imperatore. *lib. 1.* late in Rege Franciæ Abbas *cons. 3. Nitar. col. penul. v. condescendo igitur, lib. 2.* vbi, quod non potest sine causa, & de ea debet constare, & si facit de facto: primum remedium est recurrere ad denunciationẽ Euangelicam: secundum ad Papam, qui est superior; tertium de facto resistere. Rom. *d. cons. 352. Quæritur, n. 24.* vbi apostilla in *v. non posse*, dat concor. & dicit * communẽ. *

† Amplia; quia contractus obligat fiscum, & Principem, & suc- 19 cessorem, nec potest tolli per Principem ex quo est de iure naturali. Bald. *dict. cons. 326. in fin. ver. si autem non est, lib. 1.* & latius *cons. 327. in pr. lib. 1.* vbi, quod alias non posset Princeps contrahere. † 20 Amplia in Papa; quia tenetur obseruare cõtractum initam cum subdito. Abbas *d. cons. 94. col. 3. num. 4. ver. quoad tertium, lib. 2.* vbi, quod tenetur obseruare contractũ emphyteusis; quia sicut emphyteuta non potest inuito Domino renunciare contractui emphyteutico, ita Papa non põt reuocare. † Extende, vt procedat, 21 etiã si contractus esset per rebellionẽ sublatus; quia omnia bona fuerint confiscata, quando Papa generalem fecit restitutionem ipsis rebellibus; quia cum ad contractus sint restituti, non potest Princeps postea tollere sine causa, neq; alteri cõcedere. Abbas *d. cõs. 94. col. 3. v. quoad tertiũ, lib. 2.* † Amplia, vt procedat, siue directe, 22 siue per indirectũ velit reuocare; quia obligatur ad obseruantiã

23 contractus à se celebrati. Gemin. *d. cons.74. in prin. ver. nec obstat.*† Contrarium, quod per indirectum possit limitare, quando nō est purus, sed conditionalis, seu relatiuus. Castr. *cons.284. per tot. lib.1.*

24 † Amplia in Papa, & Imperatore, qui multo magis tenentur obseruare contractus ratione bonæ fidei, & quia Ecclesia, & Principatus cultores iustitiæ esse debent. Bal. *cons.244. ius Abbatiale*, vbi multa accumulat, *lib.2.* quia nemo contraheret cum eis, si nō obseruarent suos contractus, Zab. *cons.147.* vbi adducit efficacē rationem, quia de iure naturali se obligant, à quo iure naturali surgit æquitas obligationis, & in istis Papa nihil potest, neq; Imperator. Cast. *cons.288. col.2. circa med. v. vnde sicut si Papa, lib.1.* apostil.

25 ad *d. cons. Roma.352. circa fin. in v. careret*, vide supra *n.3.*† Amplia in constitutione, quæ licet possit reuocari; secus, si transiuit in contractū. Roma. *d. cons.352. Quæritur, n.15. in fi. cum seq. v. cæterum aduer-*

26 *tendū.*† Amplia, vt procedat etiā in omni dispositione, & concessione facta ad commodū non subditorum; quia illa non potest

27 reuocari. Gem. *d. cons.74. n.1. v. aut intelligimus.*† Extende; quia exemptio concessa, siue per vniuersitatē, siue per Papam, siue Imperatorē, vel alium superiorem nō subdito, non potest reuocari; quia transit in contractū, ex quo venit ad habitandum, vel fecit se subditum. Rom. plene *cons.252. Pro decisione, n.2. & seq. ver. quoad*

☞ *secundum*, vbi apostilla dat concord. Vide, *Exemptionis priuilegium*

28 *potest reuocari per concedentem, & quando secus. Concl.570.*† Declara, vt procedat, qñ priuilegium est concessum nullatenus subdito, prout si Imperator concedit priuilegia Ecclesiis, quia non potest illa reuocare; secus, si sunt aliquo modo subditi actu, vel habitu, prout si Papa concedit Imperatori, potest reuocare, & idem de quocunq; alio laico. Gem. *d. cons.74. n.10. v.2. casu principali vsq; in fi.* vbi ponit diuersa exempla reuocationū, & Castr. *cons.228. n.2.*

29 *v. præterea videmus, lib.1.*† Contrarium videtur velle Lap. *alleg.93. n.2.* vbi, quod priuilegiū Imperiale non potest reuocari, quando concessum est in genere Ecclesiis; secus, si in specie sit cōcessum priuilegiū vni Ecclesiæ: ratio in primo casu est; quia esset tollere libertatem Ecclesiasticā; & ita procedit, quod dicitur, quod re-

☞ uocari nō potest. Vide, *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat, & quis*

30 *contra eam facere dicatur, vel non Concl.342.*† Declara; quia ex quo priuilegiū conceditur non subdito, dicitur in forma contractus;

31 ideo non reuocatur. Fel. *d. c.1. de probatio. n.2. v. est verum.*† Extende; quia Papa non potest reuocare confirmationē alienationis bonorū Ecclesiæ factæ laico non subdito Papæ; quia priuilegiū concessum nō subdito, & acceptatū habet se ad instar cōtractus vt non possit reuocari. Abb. *cons.41. Videndum, n.4. v. non obstat, lib.*

32 1.† Amplia; quia Imperator tenetur obseruare contractus, & pacta inita cū ciuitatibus, vel baronib. suis, nisi adsit dolus, vel iniustitia in contractu, vel pacto. Bal. *cons.367. Verba Cyni, lib.3.* & q tenetur obseruare pacta, & contractus. Bal. *cons.269. Etiam Impe-*

33 *rator, lib.4.*† Amplia; quia licet vsuræ sint prohibitæ ex parte recipientis; tñ Princeps debet soluere vsuras conuentas pro honestate, & vtilitate sua, alias nunquā inuenirent Principes, qui vellent mutuare pecuniā. Bal. *cons.360. Conclusio facti, post med. v. & ad*

34 *honestatem. lib.1.* & duplicatur *cons.252. lib.3.* incipit, *Ordo rei gestæ.*† Amplia in ciuitatibus, & Rectoribus ciuitatū; quia tenentur obseruare pacta, & conuentiones etiā de iure positiuo, Bald. *d. cons.269. Etiā Imperator, lib.4.* Io. de Anan. *cons.81. n.1.* vbi Bolog. in *apostil. in pr.* & de Communi Florentiæ cum illis de sancto Geminiano, q conuenta debeat obseruare. Ant. de But. *cons.59. Primo aspectu*, vbi quod licet iuramentū non obliget successores in ciuitate quoad periuriū, bene obligat quoad Deū, & validitatem, ac obseruantiā contractus. Castr. *cons.21. lib.1.* & de eisdem Florentinis cum cōmunitatibus sancti Geminiani, sancti Miniati, & Prati, vt teneantur ad obseruantiā conuētionum, idem Cast. *cons.284. lib.*

35 1. *per totū*, & cum communitate Volater. Dec. *cons.291. Pro tenui.*† Amplia; quia ciuitas nō potest tollere contractū, neq; statutum, quod transiuit in contractum. Ant. de But. *cons.66. in pr.* & Anch. *cons.366. in pr.* quod est Ant. de Butr. & ipsius Anch. & *cons.367.* q

36 est Salyceti. Rom. *cons.116. in pr.* vbi apostil. in *v. reuocari.*† Extende; quia quod non potest consilium generale ciuitatis; multo minus possunt deputati ab ipso consilio generali. Anto. de Butr.

37 *cons.66. n.2.* An. h. *dd. cons.366. & 367.*† Extende in Repub. Senarum; vt per Rom *cons.109. in pr.* & plena apostilla ad *cons. Rom.352. circa fi. in v. careret*, vbi extendit in Papa, & omnibus principibus.

38 † Extende, quia Priores Aretii non possunt reuocare constitutionē factam, quæ transiuit in contractū. Rom. *cons.116. Visis necessari-*

39 *is, in pr.* vbi plena apostilla in *v. reuocari.*† Extende in ciuitate, & Republ. Florentina; quia nō potest tollere deputationē officialis per quinquennium ex contractu locationis, si solitus erat locare operas, vel ex cōtractu innominato, si nō erat solitus locare. Ro. *d. cons.116. n.3.*† Extende; quia neq; Princeps pōt tollere contractū à ciuitate sua; quia cū ipse repræsentet ciuitatē, tenetur obseruare contractū ciuitatis, prout ipsa ciuitas. Sign. *cons.82. In quæstionib. n.14. & seq. v. nec huic obstat, vsq; in fi. consilii.*† Contrarium q ex causa publicæ vtilitatis possit Princeps reuocare exemptionē concessam per contractū, plene tuetur Alex. *cons.101. Visis instrumentis, n.6. in fi. cum seq. v.2. principaliter, lib.1.* vbi apostilla in *v. reuocari*, dat concord. & maxime, quādo facit ex certa scientia.† Amplia; quia Dux Mediolani, & Princeps aliquid cōcedens pro remunerationis adhærentibus sibi dicitur obligari ex contractu; Ideo non pōt reuocare. Io. de Anan. *cons.81. n.* [illegible] *& n.4. v. præterea*, vt supra dixi, vbi Bologn. in apost.† Extende, vt procedat, siue Princeps dederit, siue eius minister ipso postea remittente ex certa scientia; quia non pōt reuocare. Io. de Anan. *d. cons.81. n.3. in fi. & n.4. & per tot.* vbi Bolog. in *apost in pr.*† Amplia; quia non pōt tollere contractū initum cum Hebræis etiā super vsuris exigendis à Christianis. Alex. *cons.1. n.11. lib.2.* qui dicit hoc mare procedere, qñ contractus est vltro citroq; obligatorius, & sine causa.† Amplia; quia lex, q transiuit in contractū facta ab vniuersitate, vel Republ. Florentiæ nedū ligat officiales existentes, sed etiā successores, vt nō possint reuocare, quantumcunq; Principis absoluti potestatē habeat. Rom. *cons.116. n.3. vsq; in fi.*† Extende idem, qñ scientia, & patientia transit in contractū, quod est, quando aliquis facit aliquid circa rem meā, vel circa illud, quod me tangit, & cadit in certā speciē contractus; tunc scientia, & patientia habetur pro cōsensu. Alex. *cons. fi. lib.4. n.21. v. præterea.*† Extende in quocunq; Principe supremo; quia non reuocat obligationē sine causa, qñ transiuit in contractū. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.3. tit. de iure quæsito non tollendo Concl.6. Principis confirmationē.*† Amplia; quia nō pōt reuocare immunitates cōcessi in forma cōtractus sine causa iusta, puta propter non obseruantiā contractus ex parte priuilegiati. Alex. *d. cons.1. n.11. v. & Bal. lib.2.*† Et dicitur in forma contractus, qñ est cum non subdito. Zab. *cons.147. n.4. v. ad idem*, vel pretio dato, quod correspondeat. Soc. *cons.87. n.12. lib.3.* vel qñ ob causam, vel propter benemerita, vel in cōmēsurationem dati, vel facti. Gabriel. *de iure quæsito. Concl.6. n.6 & seq.*† Item; qñ acquisitio est facta per tempus immemorabile, q dicitur in forma contractus cum allegatione tituli contractus. Rol. à Valle *cons.66. n.40. & seq. lib.2.*† Ité dicitur in forma cōtractus, qñ interuenit pretium. Cast. *cons.288. n.2. lib.1.*† Item, quādo interuenit factū commensuratū. Dec. *cons.291. n.7. & 8.*† Amplia; quia tenetur obseruare locationē gabellarū etiam exorbitantem, quia contractus Principis habet vim legis. Io. de Imol. *cons.24. per tot.* maxime *n.3. & 4.*† Extēde; quia si locauit duobus gabellā eadem, puta vni datiū vini, q vendetur ad effectū abducendi, & ipso tēpore primæ locationis locat datiū vini, quod abducetur, & contingat vendi vinū durante prima locatione, quod abducitur durāte secunda locatione, licet vnicū datium sit soluendū, illud debetur primo cōductori, si secūdus sciuit, alias locator Princeps conseruet eos indemnes. Io. de Imol. *d. cons.24. nu.4. & seq. n.* [illegible] *secundū.*† Amplia; quia tenetur obseruare concessionē bonorum ad liuellū, seu emphyteusim subditis suis; quia ex quo contrahit cū eis, obligatur ad obseruantiā contractus. Fel. *in c.1. n.11. & 13.* vbi Dec. & alii, *de probat.* Rim. *cons.203. n.2. lib.2.* Paris. *cons.22. Illustrissima, n.47.* loquens in Imperatore, vbi, q tenetur obseruare suam inuestiturā, & *cons.23. n.77. & 79. lib.1. & cons.2. n.130. & seq. lib.4.* & Ceph. *cons.23. Feudum, n.49. & cons.58. Proponitur, n.78.* Soc. Iun. *cons.94. Consiliū, n.2 & cons.115. Præsens consultatio, n.11. lib.2.* vbi dicit non esse permissum Principi venire cōtra promissiones, & obligationes per eū, & eius antecessores factas in inuestituris aut quis, adeo, q mutare, vel alterare non pōt.† Amplia; quia Princeps non potest reuocare priuilegium alteri concessum, qñ non pendet à sola voluntate concedētis, sed ex iure alterius quæsito propter illius factū. Alex. *d. cons.54. n.12. in fi. lib.4.*† Ideo priuilegio cōcessum bannitis, quod possint morari in castro, quod eorum pera recuperarūt concedēti, nō est reuocabile, ita Alex. *d. cons.54. n.12.* vbi, q Nico. de Mattarel. ita cōsulit Senis *lib.4.* vbi hoc tetat.† Declara, nisi Princeps motu suo proprio cōcessisset. Alex. *d. cons.54. n.12. in fi. lib.4.*† Amplia; quia neq; pōt Princeps de plenitudine potestatis cōtrauenire cōtractui suo. Rol. à Valle *cons.38. & seq. lib.3.* & idē est in cōuentione, & pacto. Rol. à Valle *cons.13. n.35. lib.3. & cons.45. n.7. & seq. eodē lib.3.*† Limita; quia Rex, qui donauit bona rebellis, vel illa vēdidit, si postea restituat rebelli ex causa publicæ vtilitatis etiā ad bona alienata, talis restitutus recuperabit etiā bona donata cōtra donatarios, qñ Princeps scit ex certa sciētia; quia licet non possit tollere ea quæ sunt intra gentiū, intelligitur cessante causa publicæ vtilitatis. Fulg. *cons.14.*

61 *per tot. Antonius de crimine.* Castillio. *cons.*8. *In facto, n.*18. *& seq.* † Limita; quia Cõmune Florentiæ, quod fecit pacta cõmuni sancti Geminiani, q̃ omnes causæ cuiuscunq; quãtitatis, & qualitatis, deberent cognosci inter illos de sancto Geminiano per Potestatẽ dictæ terræ, q̃n terra sancti Geminiani se subiecit, non dicitur contrauenire, si Commune mandat pro dote mulieris de sancto Geminiano dari exequutionẽ suo instrumento per prætorẽ Florentiæ, quia iste est casus omissus à statuto sancti Geminiani, & q̃n ius exequtiuũ creatur à Principe ab initio exequẽdum per prætorem Florentię, non fit præiudiciũ conuentioni; quia nõ potuit quæri iũs quod prætori sancti Geminiani. Cast. *cons.*319. *Consi-*
62 *derandũ, col. pen. v. & prædicta deberent, lib.*1.† Limita; quia Princeps sicuti põt ex causa tollere ius quæsitum, ita etiam ex causa potest tollere contractũ, quæ causa bene præsumitur in supremo Principe; secus si recognoscat superiorẽ. Alex. *cons.*1. *n.* 11. *&* 12. *v. venio ad secundũ, lib.*2. & in concessione feudali, q̃ ex causa possit reuocari, licet trãsiuerit in contractũ. Alex. *cons.*16. *In causa, & lite, n.*30.
63 *lib.*5. *& cons.*224. *in re tã graui, n.*7. *v. & similiter potest Princeps, lib.*6.† Extende, vt idẽ sit in priuilegio, q̃ transiuit in contractũ, Gozad. *cons.*5. *n.*23. vbi plures allegat. Bal. in *l. donationes quas, C. de donat. A-*
64 lex. *cons.*101. *v. quod superior, lib.*1. *& cons.*224. *nu.*7. *lib.* 6.† Extende, q̃n adesset necessitas, vel cõtractus læderet, vel adesset mutatio status; quia nõ reuocatur, rebus sic stantibus; secus rebus muta-
65 tis. Rol. à Valle *cons.*1. *n.*158. *vsq; in fi. v. non obstat & quartum, lib.* 2.† Contrarium, q̃n contractus Principis est ex causa onerosa; quia
66 non põt tolli per Principem Ias. *cons.*93. *lib.*3.† Declara; quia licet non debeat Princeps reuocare contractũ, vel priuilegiũ ex causa onerosa, & in vim contractus cũ subditis celebratum; tñ sunt multi casus, in quibus põt, puta tempore belli, & necessitatis vrgentis. Menoch. *cons.*137. *n.*9. *lib.*2. & vide, q̃ sine causa non possit.
67 Rom. *cons.*352. *circa fin.* vbi apostil. plena.† Et idem, si superueniat causa ingratitudinis, vel adsit læsio præter intẽtionem concedentis enormis, vel si principatui magna læsio resultaret, potest reuocari, vide plene Nic. Festasium *tract. de æstimo & collect. parte*5. *c.*1. *n.*24. *& seq. tom* 12. *fol.*194. vt idem dicit *n.* 27. *& seq.* ob necessitatẽ reipublicæ, vel ob famem, pestem, vel penuriam, aut aliã ca-
68 lamitatem superuenientẽ, vt per Doct. in *c. nouit, de iud.*† Item ex absoluta potestate; ideo subditus potest semper timere. Bal. *cons.* 112. *Quæritur, qui intelligantur, n.*7. *v.*6. *quæritur, lib.*1. tamen diabo-
69 licam appellat potestatem. Rol. à Valle *cons.*69. *in fi. lib.* 2.† Item, q̃n ex iusta causa; quia tunc potest, etiam si agatur cum subdito,
70 vel alio. Rom. *d. cons.*352. *nu.*20. *& seq. per tot.*† Declarat apostil. ad Alex. *cons.*16. *n* 30. *lib.*5. vt procedat, quando causa est vera, & iu-
71 sta, & cognitio causæ adhibita.† Itẽ, quando cũ subdito, etiam si
72 adsit causa onerosa. Soc. *cons.*87. *lib.*3. *n.*12.† Cõtrarium, quod etiam cũ subditis nõ possit Princeps tollere pacta, & cõuentiones, sicut nõ potest tollere dominiũ, nisi ex iusta causa Rom. *cons.*52. *n.*
73 3. Alex. *cons.*54. *Viso, n.*13. *lib.*4.† Declara; quia contrarium procedit de honestate, affirmatiua de potestate. Alex. *d. cons.*54. *nu.*14. *in fi. & n.*15. *lib.* 4. *v. quinimo*, vbi, quod non possumus, quod honeste
74 non possumus.† Quando vero non agitur cũ subditis, etiam ex causa necessitatis non licet alterare conuenta, ita Nicol. Festas. de
* *æstimo, & collect. parte*5. *c.*1. *n.*28. *& seq.* licet dicat esse suã * opinio-
75 nem.† Et idẽ est cum recommẽdatis; quia etiã si sint subditi quoad quid, quoad reliqua sunt liberi, & extra necessitatem, neq; ex alia causa licet recedere à pactis, & conuentis. Bal. *cons.*499. *Pro-*
*ponitur per tot. lib.*4. Vide, *Priuilegium non potest reuocari, & quando se-*
76 *cus. Concl.*751. *per totã*, maxime *n.*66.† Limita; quia Papa potest sanare contractum nullum tanquam Papa, sed non potest tollere
77 proprium; quia tanquam priuatus contrahit. Zab. *cons.*147. *n.*2.† Limita; quia Princeps potest tollere contractum in consequentiam, licet non directe, q̃n reuera est conditionalis, vel relatiuus, puta Commune Florentiæ fecit pacta, & contractum cũ terris sancti Geminiani, & sancti Miniati, quod si habitarent per sex menses Florentiæ, essent veri ciues Florentini, postea Commune Florentiæ fecit legem, quod nullus ciuis Florentinus posset habere gradum, nisi fuerit allibratus per xx. annos, certe etiam illi de sancto Geminiano, & sancto Miniato debẽt esse allibrati per xx. annos; quia potest Commune Florentiæ in suos ciues disponere libere, & in consequentiam, si alterantur pacta, est licitum.
78 Cast. plene *cons.*284. *Visis & ponderatis per tot. lib.*2.† Limita etiam; quia Papa non obligatur ex contractu in beneficialibus. Roma. *cons.*369. *Circa primum. n.*27. vbi apostilla in *v. tollere*, quæ dat concord. & dicit teneri ex decentia, & in *cons.*352. *in apostil. fi. in fi.* dicit non teneri. Vide plene Ant. Gabriel. *lib* 3. *tit. de iure quæsito non tollendo. Conclus.* 5. *Princeps an possit contractum cum eo factum revocare.*

Principis contractus quando obliget successorem, vel non. Concl. 691.

CONTRACTVS,† vel obligatio Principis si est facta super no- 1
mine dignitatis, prout Rex contrahens, & se obligans ratione Regni, vel Regiæ dignitatis; talis obligatio transit ad successores in Regno, siue successor sit ex successione; vel electione, quia dignitas nunquã moritur, Bal. *cons.*159. *Super eo, quod, lib.*3. vbi est casus, & istos contractus à sede dependentes asserit; quia sunt perpetui, & loquitur in feudo cõcesso à Rege, vt etiã si linea Regis extinguatur, ad successores trãseat. Burlat. *cons.*16. *n.*47. Brun. *cons.*12. *n.*30. plene Dec. in *c.*1. *n.*37. *&* 38. *v.*2. *nota, de probat.* vbi declarat, dummodo contraxerit sub nomine dignitatis.† Extende 2
maxime etiã in cõcessione feudi sub promissione seruitii futuri. Bossi. *tract. de Principe, n.*326. *cũ seq.* Alb. *cons.*67. *in pr.*† Intellige, q̃n 3
seruitium est correspondens, alias secus. Bossi. *de pri. n.* 323. *& seq.*† 4
Amplia; quia etiam obligatio facta à Rege ex persona sua in iis, quæ sunt momentanea, dicitur perpetua, & durat perpetuo, licet persona Regis deficiat, secus in obligatione personali successiua. Bald. *d. cons.*159. maxime *n.*3. *v.*2. *præmitto, lib.*3. idem tenet Natta *cons.*512. *n.*24.† Amplia, quando Rex expresse contrahit nomine 5
successorũ in Regno; quia obligantur successores. Bal. *d. cons.*159. *n.*4. *& seq. v.*1. *nam q., lib.*3. vbi loquitur, siue succedant per electionẽ, siue alias.† Amplia; quia ista est regula, q̃ Princeps successor 6
obligatur ex contractu eius, cui succedit in principatu, latissime Dec. *cons.*25. *n.*42. *& seq.* vbi infinitos allegat, vbi loquitur etiam in donatione, q̃n in immensum non læderet principatum, & quãdo non per electionem. Menoch. *cons.*264. *n.*20. *& seq.* Rol. à Valle *cons.*66. *n.*33. *& seq. v. sed præmissa non obstantibus, lib.*2. *& cons.*13. *n.* 26. *lib* 3.† Extende, vt procedat etiã in successore per electionem 7
circa ea, quæ pertinent ad illã dignitatẽ. Rol. à Valle *cons.*1. *n.*4. *& seq. lib.*2. *& cons.*13. *nu.*37. *& seq. lib.*3. vbi *n.*39. quod sibi ipsi dicitur contradicere, si non obseruat. Menoch. *cons.*264. *n.*24. Rol. à Valle *cons.*1. *n.*40. *lib.*2. *cũ seq.*† Extende, quia tenetur quilibet succes- 8
sor in principatu etiã per electionẽ seruare pacta, & conuentiones suorum antecessorũ in principatu. Menoch. late *cons. d.*264. *n.* 20. *& seq.*† Extende; quia non põt Princeps successor contraue- 9
nire facto sui antecessoris. Menoch. *cõs.*360. *n.*23.† Extende; quia 10
si Princeps cupit à se facta obseruari ab aliis successoribus, ipse quoq; facta suorũ prædecessorum seruare debet. Rol. à Valle *cõs.* 45. *n.*13. *lib.*3.† Extende; quia neq; de plenitudine potestatis põt 11
Princeps reuocare contractũ. Rol. à Valle *cons.*45. *n.*13. *& seq. lib.*3. Dec. in *c.*1. *d. probat. in pr.* Ruin. *cons.*29. *n.*4. *lib.*4.† Restringe tamẽ 12
in facto, & contractu illicito. Rol. *cons.*1. *n.*121. *lib.*2.† Amplia etiã 13
in donatione; quia contractus est, & transfertur dominium. Castillio. *cons.*8. *In facto. n.*13. *& seq.* maxime *n.*21. *& seq.* maxime *n.*23.† 14
Amplia maxime in pactis, capitulis, & conuentionibus factis, cũ aliis castris, & locis, qui se supposuerunt alicui Principi; quia illa nõ possunt reuocari, neq; alterari, plenissime Rol. à Valle *d. cons.*1. *n.*40. *& seq. lib.*2. vbi *n.*45. dat exemplũ de illis de Anttono, qui se supposuerũt Spoleto certis pactis, de quibus Bart. *cons.*70. *Commune Spoleti, lib.*1. *& n.*46. loquitur de locis recommendatis; quæ dant palliũ, vel quid aliud, vt dicantur populi liberi, prout est castrum sancti Romuli, q̃ non est subiectum Ianuensibus; idẽ dicit de ciuitate Sauonæ, & multis aliis locis, & allegat plurimos, & in ciuitate Patauina, quæ subiecit se Venetis ex conuentione. Cast. *cons.*318. *Viso, n.*5. *v.*3. *& vltimo. lib.*1. *& per tot.*† Et idem de ciuitate 15
Florentiæ cum illis de sancto Geminiano consuluit Ant. de But. *cons.*59. vbi, q̃ obseruantia transit ad successores, & iuramenti robur; quia alias non obseruando læderetur decus publicum ciuitatis, & plenius Cast. *cons.*284. *per tot.* vbi de eisdẽ Florentinis obligatis ad obseruantiã conuentionum cum illis de sancto Geminiano, & de sancto Miniato, & de Prato.† Contrariũ dicit Abb. 16
*cons.*61. *Videtur primo. per tot. lib.*2. vbi, quod ciuitas Perusina, quæ fecit confœderationẽ cum Senensibus, & dum esset libera, concessit exemptionẽ ab omnibus gabellis Senensibus, quos etiam creauit ciues Perusinos, si ipsi simile priuilegiũ concederẽt, prout concesserũt, dicit Abb. q̃ postquam Perusini fuerunt subiugati primo per Regẽ Ladislaum, postea per Brachium de Montone, & vltimo deuenerunt in dominiũ Romanæ Ecclesiæ, cessauit exemptio; quia sicuti in præiudiciũ Principis nõ possunt imponere vectigalia, & gabellas; ita neq; etiã exemptionẽ concedere, sicq; contractus nõ transiuit ad successorẽ, qui debellauit.† De- 17
clarat Bal. *cons.*240. *Quod dicta franchitia, per tot.* maxime *in fi. lib.*4. quod tenẽtur obseruare; quia est ex cõtractu, sed Princeps debet ab eis releuari indẽnis.† Ego crederẽ, quod declaratio sit hone- 18
sta, & vera, q̃n Senenses instarent contra Perusinos pro obseruantia, & hoc modo intelligatur Bal. quãdo vero ipsi nõ instant,

sed agunt, vt non teneantur, quia sibi non impletur ex parte Pe-
19 rusinorũ & bene loquitur Abbas. † Extende in iis, quæ essent cõ-
cessa post capitulata cũ ipsis confederatis nõ absolute suppositis;
quia si incontinẽti iudicãtur conuentiones capitulatæ, vt sint ir-
reuocabiles, licet post capitula, dũmodo statim. Castr. *cons.* 314.
20 *Postremo, n.* 3. *v. præterea dico, lib.* 1. † Extende etiã in pactis initis cum
subditis; quia pactũ est de iure gentiũ, & obligat successorẽ, qui
tenetur ad obseruantiã, nisi ex parte subditorũ interuenisset do-
21 lus, seu fraus. Castillio. *cons.* 8. *n.* 23. † Amplia, etiã si quis successerit
iure belli, & propter debellationem; quia adhuc tenetur seruare
22 pacta, & conuenta electi. Crau. *cons.* 592. *n.* 59. *v. sed audio, cum seq.* v-
bi, quod non est dare differentiã, ex quo succedit in dignitate. †
Limita in Papa & Imperatore, qui non veniunt ex successione,
sed ex electione penit⁹ extranea à successione; quia nõ tenentur
seruare pacta, neq; contractus prædecessorũ, nisi quatenus respi-
ciant dignitatẽ, & ex eis dignitas obligetur. Iaſ. in *l.* 1. *ff. de constit.*
23 *pr. n.* 14. sequuntur Brun. *cons.* 1. *n.* 26. Soc. Iun. *cons.* 60. *n.* 29. *lib.* 3. †
Limita; quia non tenetur successor obseruare facta sui prædece-
ſoris, quæ facta sunt de re non vacanti, & nõ aperta, prout de be-
neficio vacante, vel officio, aut feudo, *c.* 1. *qui successo. tenean.* vbi
24 Bal. & alii, plene Capic. *dec.* 162. *n.* 5. 6. † Extende; quia procedit in
facultate testandi de feudo non aperto. Gabriel. *cons.* 83. *nu.* 42. &
seq. lib. 1. vbi multa cumulat; quia nisi casus eueniat tempore con-
25 cedentis, non obligatur successor. † Contrarium videtur velle
Capic. *dec.* 121. *n.* 11. *v. hic cadit dubitatio*, sed ipse loquitur, quando
26 fit priuilegium, vel concessio ex causa remunerationis. † Limita;
quia Princeps non tenetur seruare contractus antecessorũ suo-
rum etiam sine causa, quando non interuenit factum, vel pretiũ,
27 vel datio recompensatiua. Rol. à Valle *cons.* 66. *n.* 22. *lib.* 2. † Limi-
ta in concessione supremæ iurisdictionis, & regalium; quia sem-
per potest Princeps reuocare, vel saltem dicitur penes se maiorẽ
iurisdictionem retinuisse quam aliis ipse dederit. Rol. à Valle *d.*
cons. 1. *n.* 134. & *seq. ver.* 5. *respondetur, lib.* 2. vbi ponit exempla plurí-
ma. Doct. in *c.* 1. *de probat.* vbi Dec. *n.* 6. Vide, *Priuilegium quando suc-*
cessorem obliget, vel non. Concl. 742. Vide, *Successor in Regno, vel dignita-*
28 *te, an teneatur ad debita prædecessoris. Conclus.* 876. † Limita, quando
contractus non est celebratus sub nomine dignitatis; quia si in-
cipit à nomine proprio, successor non tenetur obseruare. Rol. à
29 Valle *cons.* 1. *nu.* 179. & *seq. lib.* 2. † Limita in contractibus factis à
Principe etiam ratione regni, & dignitatis, quando magnum
præiudicium resultaret Regno; quia non tenetur successor seruare;
& ideo enormis donatio, vel alienatio in graue, & enorme
damnum Regni non præiudicat successori. Bal. *d. cons.* 159. *n.* 3. *ver.*
& hec vera sunt, lib. 3. vide plene Tiraq. *de iure primog. quæst.* 35. *n.* 19.
& *seq.* vbi plene hoc examinat. Alba. *cons.* 62. *nu.* 23. Rol. *cons.* 1. *nu.*
169. *lib.* 2. Bosſ. in *tit. de Reg. al. n.* 36. Rol. à Valle *cons.* 2. *n.* 95. & *seq. lib.*
30 1. vbi, quod imo idem Princeps potest reuocare. † Limita quoad
Regalia; quia non potest in præiudicium successoris concedere,
vt obligetur successor. Rol. à Valle *cons.* 2. *n.* 102. & *seq. lib* 1. plenius
cons. 1. *n.* 96. *vsque in fin. ver. ad secundum, lib.* 2. vbi per totum multis
modis declarat, qualiter Regalia possint alienari, & quomodo
valeat alienatio; quia potest reuocari, quatenus sit damnosa, ma-
xime *n.* 169. & *seq.* intelligas de Regalibus Regni, vel Principatus;
31 secus loci particularis. † Limita, vt non obligetur successor Prin-
ceps ex contractu personali successiuo tempore facto per prædé-
cessorem; quia eo mortuo successor non obligatur. Bal. *cons.* 159.
32 *n.* 3. *v.* 2. *præmittendum est, lib.* 3. † Limita; quia Papa non tenetur ad
exemptiones concessas per Perusinos Senensibus, dum ciuitas
nolebat recognoscere Ecclesiam; quia subiecta facta expirant o-
33 mnia, ita Abbas *cons.* 61. *Videtur primo, lib.* 2. *per tot.* † Limita, quan-
do quis contraheret ratione nudi officii; quia contractus non
excedit personam officialis nudi ministri. Bal. *d. cons.* 159. *n.* 5. *v. nec*
obst. at, quod natura officii, lib. 3 Vide, *Papa an teneatur ad debita prædece-*
ſoris. Concl. 71.

Princeps non potest imponere legem suo successori, & quando secus. Concl. 692.

1 PRINCEPS † non potest imponere legem suo successori, ideo
non potest cõcedere priuilegium gratiosum, à quo non liceat
resilire successori. *c. si. in fi. de re' cript. in* 6. plene Natta *cons.* 511. *in pr.*
2 Vide, *Priuilegium quando successorem obliget, vel non. Concl.* 742. † Et li-
cet priuilegium ligaret; tamen semper minus ligat successorem,
quam concedentem Bosſ. in *praxi de Regal. n.* 31. Natta *cons.* 657. *n.*
3 11 & *seq.* † Declara, vt procedat de absoluta potestate, nõ autẽ de
ordinaria; quia priuilegia pendẽt ex voluntate Principis, & sunt
seruanda, quatenus velit Princeps. Bald. *cons.* 326. *Rex Romanorum,*
4 *n.* 6. *v. dicunt Doctores, lib.* 1. † Amplia; quia per mortem Principis ex
necessitate resoluitur omne ius seruitutis constitutæ. Bart. in *l. de*
diem, n. 2. *ff. de aqua pluuia. arcen.* † Et ideo seruitus imposita in feu-
do non ligat successorem imponentis seruitutem. Inl. Clar. in §.
feudum, q. 37. vbi distinguit. † Amplia, vt minus sibi ipsi non possit
imponere legẽ, à qua non liceat recedere. Natta *d. cons.* 511. Vide,
Imperare sibi ipsi nemo potest. Concl. 47. † Amplia; quia Princeps non
potest supplantare successorẽ concedendo feudũ non apertum.
Gabriel. *de iure quæsito. Concl.* 5. *n.* 14. vbi plures allegat. Vide, *Feudũ*
apertum, & deuolutũ quando alteri concedi possit. Conclus. 11. † Amplia;
quia successor non obligatur ad obseruantiã contractuum Prin-
cipis mortui, si tendant in magnam læsionẽ Principatus, plene
Gabriel. *de iur. quæsito, concl.* 5. *n.* 46. & *seq.* vbi plene Roian. à Valle
cons. 13. *lib.* 3. *n.* 13. & 16. quod declara, vt ibi *n.* 66. & *seq.* † Extende
idem, quando inciperet lædere præter intentionẽ concedentis.
Fel. in *c. nouit, n.* 8. *v.* 2. *limita, de iud.* † Amplia; quia Antiani, seu Pri-
ores ciuitatis habentes facultatem relegandi, & relegatos relie-
tuendi, si aliquẽ relegarunt cũ decreto, quod non possit vnquã
restitui, vel gratiari, illud decretũ ligans successores non valet, &
non obligantur. Ant. de Bur. *cons.* 74. *in pr.* † Limita, quia licet non
possit imponere Princeps legẽ successori, tamen donec appareat
de contraria voluntate successoris, ipse successor obligatur. & se-
cundũ decentiam debet obseruare facta à prædecessore. Cald.
cons. 526. *circa med. v. non obstat, quod priuilegians*, alias 11. *de priuileg.* 72
Limita, vt nõ procedat sine causa; quia concessit per Principẽ &
Imperatorẽ ligant successorẽ, maxime in iis, quæ non sunt privi-
legiũ merum. Bal. *cons.* 326. *n.* 6. *v. finaliter concludo*, vbi, quod de ista
quæstione nunquã fuit facta pax apud intellectuos, *lib.* 1. Vide,
Princeps tenetur ad obseruantiã contractus. Concl. 690. † Limita; quia si
per viã contractus ligatur fiscus, & successor, Bald. *d. cons.* 326. *in fi.*
lib. 1. vbi, quod non potest vllo modo Princeps tollere contra-
ctum; quia est de iure gentiũ. † Limita, nisi fiat confirmatio prin-
ut consuluit Bal. *cons.* 112. *in* 5. *q. lib.* 1. quod si priuilegiũ est gratio-
sum, licet possit disputari, quod liget successorẽ; tamẽ tutius est,
quod confirmetur. † Limita; quia minus ligatur Princeps per re-
ctionem; quia nõ habet à defuncto, quã Princeps per successio-
nem; quia magis obligatur ex pacto, vel facto prædecessoris. O-
sasch. *dec. Pedemont.* 139. *n.* 10. & *seq.* † Limita, quando Princeps de-
gem facit super eo, quod est de iure diuino, vel naturali, puta si
Papa detegit peccatũ esse per legem positiuam, quod erat etiam
de iure diuino. Ægid. Bella. *c. non liceat Papæ* 12. *q.* 2. Vide, *Gratiam*
potest reuocari per concedentem, & quando secus. Concl. 67. Vide, *Leges ab*
omnibus obseruandæ, & qui ligantur legibus, vel non. Concl. 267. Vide,
Par in parem non habet iurisdictionem, & quando secus Concl. 89.

Principis contractus habet multa specialia, & quæ. Concl. 693.

CONTRACTVS † Principis habet hoc speciale, quia habet vim
cõtractus, & legis; & ideo si est factus ex certa sciẽtia, habet
vim dispensationis, ita q; nihil obiici potest. Bal. *cons.* 248. *Quæ-*
ritur, vtrum, n. 2. *v. modo arguo sic, lib.* 1. † Et quod contractus Principis
habeat vim legis. Cast. *cons.* 415. *in facto præsenti, col.* 2. *in pr. lib.* 2. vbi
apostil. † Extende, vt idem sit in testamento is Principis; quis licet
spurii non possint hæredes instituí; tamen secus est in testamẽto
Principis. Bal. *d. cons.* 248. *n.* 2. *in fi. v. vnde si Princeps, lib.* 1. † Extende;
quia testamentũ Principis latiorem interpretationẽ sumit, qua
dicitur beneficium, item priuilegium, item lex. Bal. *cons.* 294. *Di-*
cta particula, in prin. & per tot. lib. 5. vbi, quod licet legatum vsus fru-
ctus, & donationis factum vxori restringatur ad tolã alimenta
stantibus filiis ex cõmuni consuetudine, in consuetudo non ex-
tenditur ad testamenta Principũ. † Extende in donatione facta
per Principẽ concubinæ suæ. Bal. *d. cons.* 248. *per tot. lib.* 1. vbi est ca-
sus, & *cons.* 262. *Recolo me consuluisse in pr. lib.* 1. † Declara tamen, vt
prædicta procedãt in Imperatore, & Regib. liberis, secus in aliis
Bal. *d. cons.* 248. *n.* 3. *v. sed ad hoc respondetur, lib.* 1. † Adde tñ quod de
auctoritate Principũ non est disputandum, & ideo quia eorum
potestas de cõsuetudine seruatur, quilibet Princeps, qui reputa-
tur liber, potest conualidare, & supplere contractum inũ. Bal. *d.*
cons. 248. *in fi. lib.* 1. † Extende; quia Princeps donans infamí vide.
tur ex suo contractu duo facere, videlicet restituere infamẽ bo-
næ famæ, & postea donare, Bal. *d. cons.* 262. *Recolo me cum alijs in n.* 1
in fi. v. præterea quando Princeps, lib 1. † Extende; quia valet donatio
Principis facta vxori suæ; qa cessat ratio, ne ex donatione donãs
incidat in paupertatem. Bald. *d. cons.* 262. *in prin. ver. præterea illatur*,
lib. 1. † Extende; quia Princeps valide, & efficaciter ex suo con-
tractu dotare potest filias spurias, & in euentum soluti matrimo-
nii dos est illis restituenda. Bald. *d. cons.* 262. *num.* 2. *versicul. sequens*
quæstio, lib. 1. † Concedere non debet Princeps alteri facienda, ut
quia

quæ ipsemet non faceret; quia minister excedens iustitiam dicitur imago Principis stulti. Bald. *cons.16. circa fi. lib.4.* † Tutor licet 12
non possit donare bona pupilli, taliit in tutore Principis; quia 13
valet donatio. Cuma. *cons.102. Ducissa Mediolani.* † Dominium transfertur ex contractu Principis absque traditione. Cuma. *d. cons.102. n.2.* Abbas *cons.94. in q. fi. lib.2.* vbi hoc dicit, quando ad- 14
sunt verba apta, prout, *dedit, tradidit.* † Subreptio non habet locum in contractu Principis; quia habet vim legis. Ioan. de Imol. *cons.24. n.3. & 4.* Vide, *Dominium rerum qualiter transfratur seu acquiratur. Concl.602.*

Princeps non potest alienare in magnam læsionem sui principatus, & quando secus. Concl. 694.

1 REGVLA † est, quod Princeps non potest facere alienationes, quæ tendunt in magnam læsionem principatus. Oldra. *cons. 94. col. fi. v. sed quid in casu præsenti, n.23.* & est tex. in Rege Vngariæ *in c. intellecto, de iureiur.* Bart. in *l. prohibere. §. plene. ff. quod vi, aut clam,* 2
late Gabriel. *lib.3. tit. de iure quæsito non toll. concl.5. n.46. & seq.* † Et idem in Imperatore. Alex. *cons.24. n.22. & 23. lib.5,* vbi, quod excepta donatione facta Ecclesiæ Romanæ non potest Imperator 3
minuere Imperiũ, & non valet alienatio, quæ minuit. † Amplia, etiam si donatio esset iurata; quia si est in magnam læsionem, nõ 4
valet; *d. c. intellecto, de iureiu.* Gratus *cons.147. col. fin. lib.2.* † Amplia; quia Princeps non potest donare, neq; alienare terras suas vasallis. Incert Author post Regulas Soc. *Reg.6. Donare non potest Princeps,* vbi limitat; quãdo fauore pacis, vel in remunerationem be- 5
nemeritorum tendit. † Limita, quando donatio, vel alienatio attenta magnitudine donantis non esset magna læsio, vt de Duce Mediolani, qui donat valide ciuitatẽ Astensem. Io. de Ana. *cons. 81. Viso instrumento*, quem sequitur Ruin. *cons.25. q. 6. lib.2.* & hoc 6
propter magnitudinẽ Ducatus. † Et idem in legato Regis Neapolis, & Hispaniarum facto de ciuitatibus; quia attenta magnitudine Regni valet. Ruin. *d. cons.25. n.16. lib.2.* vbi allegat simile de 7
Rege Aragonum, quem videas, & allegat Old. *cons.159.* † Limita, quando alienatio non lædit, nisi in modico. Crau. *cons.54. n.2.* 8
& seq. † Extende; quia dicitur agi de modica læsione, quando fit 9
infeudatio, ex quo retinet dominiũ. Crau. *d. cons.54. n.2.* † Limita, quando conceditur res solita concedi in feudum; quia non habetur ratio, an magnam læsionem inducat, vel non. Crauet. *d.* 10
cons.54. n.2. & 3. † Limita, quando concessio fieret filiis, vel vxori, vt per Old. qui loquitur in Rege Hispaniarum *cons.94. per tot.* ma- 11
xime *n.23. & cons.95.* † Limita, quãdo alienatio fieret reuocabiliter, pura ad vitam Reginæ; quia valet, prout in Rege Hispaniarum. Ruin. *cons.31. lib.1. nu.10. v.3. principaliter*, quod est repetitum *cons.131. lib.1.* Vide, *Rex an possit donare, vel alienare. Concl.336.* Vide Ant. Gabriel. *lib.3. tit. de iure quæsito non tollendo. Concl.8. Princeps an multis cuibus.*

Principi soli quæ reseruata esse dicantur. Concl. 695.

1 GRATIARE † bannitos, qui impune offendi possunt, potest solus Princeps; & ideo non creditur iudici dicenti se habuisse commissionem gratiandi, & qui gratiauit, & remisit bannitum. Bald. *cons.402. Colligamus statutum n.3. & seq. v. nec etiam istam* 2
cancellationem, lib.1. † Restituere infames, & condemnatos de falso ad famam, & honorem non potest, nisi Princeps; ideo Episcopus non potest restituere clericum Notarium condemnatum de falso ad famam, neq; ad officium notariatus. Bal. *cons.350. Pro-* 3
ponitur quod quidam per tot. lib.1. † Idem in bannitis etiam in contumaciam; quia sunt infames & possunt restitui solum per Principem ad famam, non autem per populum recognoscentem su- 4
periorem, vt de populo Bononiæ Alex. *cons.114. Repetitus, lib.2.* † Pedagia, passagia, & salmaria, & similia dicuntur esse de regalibus, & soli Principi dicuntur esse reseruata; ideo sine priuilegio Principis habeti non possunt, nisi adsit possessio immemorabilis. Bal. *cons.420. Verba Principis, n.5. v. Speculator autem, lib.1.* & quod nullus possit colligere pedagia, nisi habeat priuilegium à Principe, vel ex consuetudine immemorabili; quia transitus viarũ est liber. Bal. *cons.11. In causa passagii lib.2.* vbi, quod de consuetudine Italiæ talia exigentes præsumuntur ex concessione Principis, qñ 5
adest immemorabilis consuetudo. † Summaria causa per solum Principem potest committi, & fieri. Lap. *allegat.103. n.3. v. sed nun-* 6
quid. † Ætatis defectum tollere, & minorẽ maiorem facere. Dec. 7
cons.403. in pr. † Legitimatio spuriorum, & non legitimorum est de reseruatis supremo Principi. Cast. *cons.34. Super primo, in pr. lib.* 8
2. vbi apostil. in verbo *Principi*, allegat Corne. *cons.1. In præsenti, in pr. lib.3.* † Declara; quia etiam Vicarii perpetui, Duces, Marchiones, Comites, & Barones possunt omnia in suo territorio, quæ potest Imperator in Imperio, sed differentia est, quod ista est dispensatio, & habilitatio quædam; quia non est generalis. Castr. *d. cons.34. In primo dubio, lib.2.* vbi quod Dux Mediolani iure ordinario hoc potest in suo Ducatu, & idem dicit per omnia Dec. *d.* 9
cons.403. n.6. & 7. † Notariorum creatio est de reseruatis Principi, licet possint in suo territorio etiam communitates, Vicarii, & Barones perpetui illos creare. Castr. *cons.34. col.1. lib.2.* † Regalia, 10
& quæ sunt de regalibus; quia sunt Principi reseruata; ideo non possunt alienari. Vide, *Regalia an possint alienari, & qualiter. Concl.* 83. Vide, *Regalia quæ esse dicantur, & ad quem spectent. Concl.82.* † Et 11
ista reseruata Principi possunt alteri demandari, & delegari, prout plene Alex. *cons.138. Opportune consideratis, in pr. lib.1.* Vide, *Delegari quæ causæ possint, vel non, & à quibus. Conclus.146.* Vide, *Pedagia à quibus possint imponi, & exigi. Concl.204.*

Principis præsentia, vel factum habet multa specialia. Concl. 696.

DONATIO † patris in filium in potestate licet non valeat, sed 1
confirmetur morte; tamen si fiat per Principem non recognoscentem superiorem, non attenditur filii incapacitas, sed valet statim. Oldr. *cons.231. v si quis autem vellet.* † Insinuatio licet re- 2
quiratur in donatione facta vltra summam scutorum 50. secus est, si fiat à Principe non recognoscente superiorem. *l. sanc. mus. C. de donat.* Old. *d. cons.231. v. nisi forte quis.* † Contractus factus a Prin- 3
cipe, vel in præsentia Principis præsumitur recte, & rite factus; & ideo non competit restitutio in integrum, neque potest dici de læsione. Alex. *cons.240. ad fin. lib.6.* sequitur Crauet. qui alios allegat *cons.5. n.2.* Vide Conclusioem proximę præcedentem.

Princeps secularis pro Ecclesia, & Ecclesiasticis quando sit competens in subsidium in possessorio. Concl. 697.

PRINCEPS † secularis quando deficit brachium, & iustitia Ec- 1
clesiastica, tanquam timens Deum potest committere causam spolii Abbatis, suis proceribus, & secundum iustitiam ex Dei timore restituere Abbatem spoliatum. Bald. *cons.302. Ad euidentiam præmittendum, in fi. lib.5.* quod tamen intellige, quãdo clericus, vel Ecclesiastica persona agit contra laicum spoliatorem; secus, si contra clericum, quia semper iudex laicus est incapax. Ægid. Bella. *cons.40. n.45. & seq.* Franc. Marci *decis.190. lib.1.* & est * communis. Rol. à Valle *cons.23. per tot. lib.2.* vbi *nu.16. vsque in fin.* * Vide plenius, *Iudex secularis quando cognoscat de bonis, & rebus Ecclesiæ. Conclus.454.* Vide, *Negligentia inferiorum Prælatorum per quos supleatur. Concl.35.*

Principis factum vel licentia computatur inter impossibilia, & quando secus. Concl. 698.

PAPÆ † licentia vbi requiritur tanquã difficilis reputatur inter 1
impossibila. Fed. de Sen. *cons.175. Viso instrumẽto*, vbi quod donatio facta pro constructione loci, & Ecclesiæ, in quibus morari debeãt fratres Minores, ita quod si quid contra canones contineret donatio, habeatur pro non apposito, valet simpliciter sine onere, ex quo prohibẽtur fratres Minores habitare in locis cõstruendis sine licentia Papæ, quæ non est expectanda. † Amplia; 2
quia non dicitur negligens, qui non potest facere actum sine licentia Principis; quia talis licentia, & factum Principis excusat. Gem. *cons.42. n.7. v. restat igitur*, vbi videtur velle, quod saltem fiat diligentia ad cameram, & ostium Principis. † Amplia; quia is, qui 3
tenetur facere aliquid, quod sine iussu Imperatoris fieri non potest, excusatur; quia inter impossibilia factum Principis reputatur; ideo excusatur ab implemento contractus innominati Bald. *cons.104. Sex sunt, quæ habent, n.1. v. dixi quod requiritur, li.1.* † Amplia; 4
quia contrahentes sponsalia in gradu prohibito sub conditione, si Papa dispensauerit, censentur contrahere sub conditione impossibili; ideo si sequantur, non conualidantur sponsalia, sed nouo consensu erunt contrahenda; quia factum Principis reputatur impossibile. Aret. *cons.142. n.1. & seq.* vbi late. † Declara tamen, 5
quod dicitur factum Principis inter impossibilia numerari, quando factum est circa ea, quæ Princeps facere non consueuit, prout quod Rex Franciæ se conferat in Italiam pro adeunda hæreditate priuati. Corne. *cons.217. nu.5. lib.3* Vide, *Fortuitus casus* 6
quis dicatur. Concl.427. † Declara; quia secũdum passiones scribentium ista materia de licentia Principis, an sit facilis, vel difficilis, seu impossibilis; quia aliqui tenent, quod sit facilis, & non impossibilis; ideo nõ vitiatur statutum laicorum, quin etiam comprehendat clericos, ita Barbat. *in rub. de reb. Eccl. non alien. n.151.* allegat Alberic. de Rosate in 2. *parte statut. quæstio. 2.* sic tenere, &

reprobat Card. Zard. contrarium, quod imo talis licentia reputetur difficilis, & impossibilis, & non sit moderatio: & ideo statutum non valeat, tenet Zab. in *c. perpendimus, n. 13. v. & pro hoc deciditur, de sent. excom.* quem tuetur Opizo. in *l. filius familis. §. Diui, n. 80. in fin. ff. de leg. 1. cum seq.* vbi se declarat, si licentia Principis requiritur in iis, quæ sunt de iure communi, non est impossibilis, sed admittitur; si vero talis licentia requiritur circa ea, quæ respiciunt interesse Principis, reputatur impossibilis, ita declarat *nu. 83.* est bona declaratio.

Princeps debet esse constans, & non variabilis. Concl. 699.

1 VARIATIO, † & inconstantia non convenit in Principe, sed debet esse constans; quia varietas est legibus inimica, & maxime convenit Regi, & Imperatori illud verbum; *Semel loquutus est Deus*, & iterum, *quod scripsi, scripsi*, vnde Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, & non plures linguas, iuxta illud, *Quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita*, & ideo debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut polus in cælo. Bal. *cons.*
2 327. *Pridie enim, nu. 4. ver. & item varietas, lib. 1.* † Amplia maxime in contractibus; quia tenetur Princeps ad illorum obseruantiam; quia alias non posset contrahere. Bal. *d. cons. 327. in pr. lib. 1. & cons.*
3 326. *Rex Romanorum, lib. 1. n. 4. & 5. v. pone, quod ego*, vbi loquitur in Rege Romanorũ, qui non potest reuocare inuestituras feudorũ.
3 † Amplia maxime in Papa, & Eccle siasticis personis; quia variatio
4 super omnia in illis damnatur, quia est quædã illusio. Zab. *cons.*
5 142. *per tot.* maxime *n. 3.* † Amplia in gratiis. Bal. *d. cons. 327. n. 3. ver. item Celestinus, lib. 1.* † Extende; quia Princeps, qui contraria mandat, vel concedit, apparet inconstans, & leuis; ideo variatio reprobatur. Anch. *d. cons. 240. Per prædicta, n. 2.* Vide, *Variatio non admittitur in multis. Concl. 21.*

Princeps tria potissimum debet curare in omni negotio, & facto: quid deceat, quid liceat, & quid expediat. Concl. 700.

1 TRIA † potissime debet curare Princeps, quæ sunt in omni negotio attendenda: primum, quid deceat secundum honestatem: secundum, quid liceat secundum æquitatem: tertium, quid expediat secundum vtilitatem, *cap. magnæ. de voto.* Anch. *cons. 66. n. 2.*

Princeps habet proprium patrimonium. Concl. 701.

1 QVILIBET † Princeps potest habere proprium patrimonium separatum à Camera Fiscali. Ioan. de Imol. qui loquitur in
☞ Marchione Estense *cons. 35. nu. 23.* Vide, *Papa priuatam etiam personam habet in omnibus. Concl. 70.*

Principium est de essentia principiati, & quando secus. Concl. 702.

1 PRINCIPIVM † est de esse; & iure principiati, sicut pars de esse totius, & fundamentum de esse superædificati. Old. *cons. 200.*
2 *Principium est.* † Principium igitur artis scire oportet, alias principiati processum ignorare necesse est. Ang. *cons. 110. Sanctissima, &*
3 *illustrissima, in pr.* † Amplia; quia principium temporis intelligitur de prima die secundum propriam significationem in *l. 1. §. æstatem, &* §. *sequitur. ff. de aqua quotid. & æstiua.* † Restringe in re pluribus annis duratura; quia non ita stricte sumitur, sed per sex menses; ideo si scholaris collegii debet à principio deliberare se ad vnam scientiam, intelligitur intra sex menses. Petr. de Anch. *cons.*
99. *Egregie, & venerabili*, alias corrupte incipit, *Super themate, in fin.*
5 † Extende; quia si denunciator debet eligi in principio mensis Aprilis, & sibi credatur, alias non valeat, si electio non est prima die Aprilis, quæ dies est principium, non sibi creditur in denun-
6 cia. Bar. *cons. 209. Viso processu, n. 3. lib. 1. v. 3. probatur.* † Declara tamẽ; quia aliquando principium mensis intelligitur vsq; ad medium
7 mensis; non post. Bart. *d. cons. 209. nu. 3. v. sed hic non fuerunt, lib. 1.* † Amplia; quia principium dici est hora, principium hebdomadæ est dies, principium mensis est hebdomada, principium anni est mensis; & ideo verba testis dicentis, *in principio mensis*, intelliguntur per spatium hebdomadæ, & sic intra septem dies, apostil. ad
8 *cons. Signorol. 132. incip. Habui de facto.* † Contrarium tamẽ allegat, quando adiicitur dictio, *circa principium*, quia potest intelligi prima die, & etiam de octaua die, quæ est prima post hebdomadã,
9 & sic circa principium, apostil. ad Signo. *d. cons. 132. in fi.* † Amplia; quia finis anni incipit lapsis sex mensibus, secundum gl. in *l. fur*
10 *manifestus. ff. de furtis.* † Contrarium, quod finis anni sit duodecimus mensis, dicit ibi Bart. quem sequitur apost. ad *cons. Signo. 132. in fi.* † Limita; quia principium numeri non facit numerum. Roma in *l. 2. n. 5. ff. ad Syllani.*

Principium attendi debet, & quando. Concl. 703.

PRINCIPIVM † attenditur in actu nulliter concepto; quia si principio fuit actus nullus in sua conceptione, respectu virpersonarum, etiam si actus sit sub conditione, non cõsiderabitur licet tempore conditionis cesset vitium. Old. *cons. 94. Electer, circa negotium, in pr. v. & quantum ad primum.* † Idem in acquisitione facienda patri; quia sufficit, quod filius tempore stipulationis esset in potestate patris, licet tempore exactionis sit sui iuris; quia attenditur principiũ. Old. *cons. 112.* vbi ponit simile de fructibus beneficiorum intra 10. annos vacãtium, vt applicentur fabricæ, quia si vltima die decennii vacauerit beneficium, licet exactio sit post decennium, attenditur principium, ideò, vacatio, non exquutio, vel exactio fructuum. † Et de constituto pure facto à dodifferatur effectus apprehensionis possessionis quo ad detentionem post mortem donatarij; tamen constitutum purum operatur translationem dominii tempore cõstituti, licet exequatio detentationis sit dilata post mortem. Old. *cons. 114. Factum est tale, quædam mulier, n. 3. v. iuxta hoc.* † Idem in omni contractu, & obligatione, quorum actio potest incipere ab hæredibus, & contra hæredes; quia statim obligatio nascitur tempore cõtractus, & attenditur, licet exactio in tempus differatur. Old. *d. cons. 114. n. 3. v. iuxta hoc etiam*, vbi allegat *tit. C. vt ab hared. &c. & contra hared. in fi.* latius Old. *cons. 236. in prin.* vbi, q obligatio dicitur pura, licet solutio differatur, vt in obligatione eorum, quæ nõdum natæ sunt, quia solutio attenditur, cum nata fuerint, & quo modo. † Et de habente gratiã ad beneficium vacaturum primum certi valoris, quod attendatur tempus vacationis circa valorem, non autem tempus collationis successiuum. Old. *cons. 58.* vbi multa de gratia consumpta, & de consensu perfecto, licet habeat effectum in dem, vt attendatur initiũ ad hoc, vt res deducatur ad casum, à quo incipere possit. † Et de testamento, in quo fuit prætertus filius vi-
uens; quia cum sit nullum; licet filius prædecesserit testatori; tã non conualidatur; quia attenditur principiũ. *l. si filius. ff. de liber. & posth.* Old. *cons. 171. n. 5. quæritur.* † Et in donatione inter virum, & vxorem, quę licet sit prohibita, tamen si donatio fiat loco donationis factæ tempore sponsalium, & sic tempore, quo licuit donare, valet; quia attenditur principiũ, *l. si donat. §. si sponsus. ff. de donat. inter virũ & vxorem.* Oldr. *cons. 224. n. 25. ver. & ad hoc etiam*, vbi donatio facta de annulo alieno per sponsum sponsæ pòst suppleri de proprio mariti tempore matrimonii, & tempore prohibito propter principiũ licitum. † Prioratus si erigatur in Episcopat, adhuc priuilegia prioratus retinẽtur tanquã realia; & quia principium, & origo adhuc attenditur, & non accidens tantũ. Old. *cons. 267. n. 3. v. item si insficiatur.* † In electione, & confirmatione; quia si tempore electionis electus erat inhabilis, licet tempore collationis sit effectus habilis, non valet confirmatio. Cald. *cons.*
47. *in fi. v. in contrariũ*, quod est *1. de electio.* † In habilitate conside-
randa attenditur initiũ, an quis tempore impetrationis reficere fit habilis, vel non, & non sufficit, si post impetrationẽ efficiatur habilis. Cald. *d. cons. 47. in fin.* quod est *1. de electio.* Vide, *Habilitas perueniens quando conualidat actum nullum, vel non. Concl. 6.* † Regulariter in omni materia, & in omni actu; qui perficitur diuersis tempore, an attendatur principium, mediũ, vel finis; dicas, quod inspicitur tempus, vel principiũ, medium, & finis, & secundũ illam partem, à qua fuam formam sublimem recipit, & suum effectũ. & ad hoc dicit Cald. *cons. 167.* alias *1. de testib.* tendere omnia in-
loquẽtia de hac materia. † Bal. *cons. 401. Super facto domini, lib. 1.* declarat; aut actus à principio est taxatꝰ, vt si promisi solutre cẽ armatos ad rationẽ trium scutorũ, p̃ singulo, & attendatur lor monetæ à principio; aut simpliciter debeo armatos dare, & quodcunq; salariũ debeatur, vario tempore sum obligatus, & attenditur euẽtus. † Testis dictũ, & examẽ, & habilitas attenditur principio tẽpore iuramẽti; vnde si iurauit in termino, potest examinari post terminũ, si iurauit tempore iudico, pòst examinari tẽpore feriato, & si in loco honesto & cõgruo iurauit, potest examinari in loco incongruo. Bart. in *l. si quando. C. de testib.* Cald. *cons. 167.* alias *1. de testib.* Pet. de Anch. *cons. 38. n. 3. v. vltimo probatur.* vbi, quod vbicunq; aliquid venit per modum exequutionis actum præcedentẽ inspicitur actus præcedens, exemplificatur in iuramẽto testis. † Generaliter vbicunq; aliquid fit in exequutionẽ præcedentis actus, attẽditur actus præcedens, & sic principium. Pet. de Anch. *d. cons. 28. n. 3. ver. vlterius probatur.* Bald. *cons. 34.*
In quæstione prædicta, per tot. licet contrarium teneat *cons. 35. lib. 4.* vbi sunt consilia contraria, an quis iacurat pœnam non-

lutæ gabellæ, si contraxit tempore, quo debebatur gabella, licet exequutio contractus differatur in tempus, quo nō debetur ga-
15 bella. † In contractib. vbicunq; vnus contractus causatur ab alio, non consideratur contractus vltimus, sed primus, à quo dicitur, *l. si procuratorem, in pri. ff. mand.* Pet. de Anch. *cons.* 28. *nu.* 3. *v. præterea*
16 *quando vnus* † Declara; quia vbicunq; principiū dispositionis habet necessariā consequentiam ad finem, attenditur principiū, secus si habet consequentiam ad finē, non necessario, sed contingenter; quia attenditur effectus, & sic finis. Pet. de Anch. *cons.* 28.
17 *n.* 6. *& 7. v. & per ista non obstant.* † Dubius euentus rei operatur, ꝙ debet res dubia iudicari secun dū statum præcedentē, & non secundū exitum; & sic attenditur principium, & non finis. Anch.
18 *cons.* 285. *Tria principaliter n.* 6. † Amplia; quia in delictis attenditur principiū; quia ab animo delictū iudicatur; ideo associatus cum alio in territorio non diffidato si transeat per territoriū diffidatū, & capiat eū, censetur iniuste, & tanquā in territorio nō diffidato; quia præsumitur habuisse animū à principio, & in istis attenditur principiū. Io. de Anan. *cons.* 11. *n.* 4. *v. pro cuius declaratione.* † Et
20 quod attendatur principium, qñ agitur de imponēda pœna pro delicto. Bart. *q.* 15. *Statuto in pr. v.* 5. *probo sic.* † Declarat Bart. in *d. q.* 15. *col. fi. v. non obstat quinta*, vt procedat in delictis priuatis, alias secus; quia attēditur tempus cōmissi delicti, & locus tanquā prin-
21 cipaliora. † Contrariū, quod imo etiā in publicis delictis attendatur principiū, videtur dicere Bart. *d. q.* 15. *ver. contra, ver.* 2. *sic.* vbi,
22 quod est opinio controuersa. † Declara, & fac regulam; quia in delictis semper, quod principiū fuit permissum, attēdimus principium, non finē; exemplū, permittitur correctio moderata domino in seruientē; Dominus cæpit castigare ancillā, sed excessit; attenditur principiū; quia nō punitur pro omnibus verberibus, sed solū de iis, quæ faciunt excessum. Alex. *cons.* 75. *Viso themate, n.*
23 4. *v. circa aliud lib.* 3. † Idē; quia quoad excessum non præsumitur, neq; tenetur de dolo, sed solū de lata culpa, nisi ex genere instrumenti ad percutiendū contrariū præsumeretur; veluti si ad leuē castigationē adhiberet gladium, vel ferrum; & hoc quia initium
24 permissum attenditur. Alex. *d. cons.* 75. *n.* 4. *in fi. cū seq. lib.* 3. † Idem, si stante statuto, quod delinquens post Aue Mariā puniatur in duplo is, qui ante Aue Mariam cæpit corrigere ancillam, & perseuerans excessit post Aue Mariā non punitur secundum finem,
25 sed secundū principium. Alex. *d. cons.* 75. *n.* 6. *v. quoad aliud, lib.* 3. † Idē, si quis aggressus se tueatur, & vulnerauit aggressorē, postea etiam interfecit, consideratur principiū licitum; ideo non tenetur de homicidio secundū finem. Alex. *cons.* 24. *Animaduersis, n.* 5.
26 *v. & in simili videmus, lib.* 2. vbi citat concordantes. † Restringe, qa attenditur finis, qñ versamur in prohibitis tā ab initio, quam in fine; veluti si quis vulneret, & deinde interficiat; quia attenditur finis, videlicet homicidiū; quia pœna maior absorbet minorem.
27 Alex. *d. cons.* 75. *n.* 6. *v. quoad aliud. li.* 3. † Restringe, qñ agitur de pœna cōmissi delicti in pluribus territoriis diuersis; quia vnū territorium attendit principium, aliud attendit finem secundū processum delicti commissi. Alex. *d. cons.* 75. *n.* 7. *v. & istam doctrinā, lib.*
28 3. † Amplia; quia ad hoc vt quis teneatur de administratione mala, attenditur principium, non finis; ideo sufficit, ꝙ negocium à principio sit vtiliter gestū, licet diuersus exitus sit sequut⁹ postea.
29 *l. si successori, l. sed an vltro. § fi. ff. de negoc. gestis.* † Amplia; quia in iis, in quibus negotiū est cæptum, ꝙ certo tempore debuit finiri, & nō finitur propter impedimentū; tunc spectatur initiū. Alex. *cons.* 7. *Viso themate lib.* 3. *per tot.* vbi, ꝙ mercator, qui cæpit conducere extra mercantias emptas, & soluit gabellā, si impeditur intra terminū non soluit aliā gabellam alteri conductori, neq; incurrit pœnam prohibitionis de nouo factæ; quia cæptū negocium pro fi-
30 nito habetur. † A primordio tituli posterior formatur euentus, *l.* 31 *§. euentus. C. de imponend. lucrat. descr. lib.* 10. † Cōtraria regula; quia qualitas superueniens mutat dispositionē. Anch. *cons.* 171. *Casus est talis, in prin.* vbi ponit multa exempla. Vide in *ver. Actus quando*
principio, & quando fini attribuatur. Concl. 153. Vide, *Datium, & gabella quando prædecessori. vel successori debeatur. Concl.* 29. Vide, *Dispositio omnis intelligitur, rebus sic stantib. Concl.* 502. Vide; quia finis aliquando attenditur, vt in *v. Finis quando attendi debeat. Concl.* 377. Vide; qa aliquādo principiū, & finis attenditur simul. *Concl. prox. seq.* Vide, *Testes iurati in termino possunt examinari post terminum. Conclus.* 167.

Principiū & finis quando attendātur simul. Cōcl. 704.

1 PRINCIPIVM † & finis simul considerātur, qñ se compatiuntur, & vnū non trahitur ad aliud, sed vtrunq; concurrit cum effectu compatibili. Bart. in *l. qui habent. ff. de tut. in pr.* vbi loquitur de
2 origine, & accidenti. † Amplia, vt idem sit in puniendo delinquentē; quia si statuto cauetur, quod delinquens in domo possit impune interfici, poterit etiam interfici, si fugiat de domo extra domum illum insequendo; quia principium continuatur ad finem, & è contra; quia quicquid est licitum in termino, licitum est etiam in termino continuato actu. Bal. in *l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & clericis.* per *l. quod ait. § fi. ff. de adult.* Alex. *cons.* 24. *Animaduersis, n.* 28. *lib.* 2. Vide, *Continuatio actus, vel delicti multa operatur. Concl.* 978. † Declara tamen, vt procedat, quando continuatio fieret in loco statuentium; quia tunc vnum, & idem sunt 3
principium, & finis continuati; ideo is, qui repertus est in flagranti, & potest impune offendi, vel capi, poterit etiam capi, si fugiat insequendo eum per totum territorium statuentium, secus extra territorium; quia continuatio est difformis à principio. Alex. *d. cons.* 24. *n.* 29. *lib.* 2. vbi apostilla in *ver. alieno.* Vide Conclu-
nem proxime præcedentem.

Principium, & initium à Deo est. Concl. 705.

OMNE † principium à Deo est faciendum. 23. *distinct. c. In nomine Domini. Auth. de hered. & Falcid. in pr. rub.* Bald. *in prooem. decretal. in pr.* plene Ba. bat. in *rub. de side in trum. col.* 18. *cum seq.* † Et Deus 1 2
dicitur causa prima, quæ dignior est est causato. Bald. *prooem. decr. in pr.* † Et principium dicitur fundamentum ædificii, sine quo ædificium stare non potest, vnde corruente fundamento corruit 3
ædificatum supra fundamentum, Bart. in *quæstio. 6. Lapus, n.* 2. *v.* 5. *probatur.* † Et vbi Christus non est fundamentum, omne ædifi- 4
cium corruit; quia Christus est fundamentū nostrum. *c. cum palus. l. q.* 1. † Et vbi principium est nullum, & à lege reprobatum, om- 5
ne, quod ex eo sequitur, est nullum, & reprobatum. Bart. *d. q.* 6. *Lap. n.* 2. *ver.* 6. *idem probatur.*

Prioratus Conuentualis quid sit, & appellatione eius quid veniat. Concl. 706.

PRIORATVS † Conuentualis dicitur habere Ecclesiam collegiatam. Oldr *cons.* 281. *in pr.* † Et appellatione Prioratus con- 1 2
uentualis venit Ecclesia collegiata regularis, non autem secularis ex propria significatione. Gemin. *cons.* 131. *nu.* 4. *ver. deinde dixit.* † Declara tamē; quia improprie quandoque appellatione con- 3
uentualium veniunt etiam seculares. Gemin. *d. cons.* 131. *n.* 4. *v. licet quandoque.* † Amplia; quia etiam si non sit conuentualis, nomen 4
prioratus regularis sonat in dignitatem. Ægid. Bellam. *cons.* 38. *n.* 5. *in fin.* † Prioratus regularis qui subest Abbati Montis Oliueti, 5
licet nunquam habuerit in eo Priorat⁹; tamen potest Abbas, cui subest, in eo deputare Priorem; quia eo ipso, quod est prioratus, debet habere monachos. Abb. *cons.* 25. *Quoniam de infrascriptis, in prin. lib.* 2. vbi dicit, quod ex quo ibi debet esse congregatio monachorum; ergo etiam Prior: nec obstat, quod ibi nunquam fuerit Prior; quia in istis non respicitur; quid actum fuerit, sed quid 6
debuerit fieri. † Declara, seu restringe, vt non procedat, quando Prioratus non haberet redditus, per quos Prior, & socius possent viuere; quia tunc debet vniri alteri Prioratui per habentem facultatem vniendi, & seruitio loci debet deputari clericus secularis. Abb. *d. cons.* 25. *in princ. ver. quinimo vltra, lib.* 2. allegat *Clem. ne in agro. § ad hoc, de statu monach.* † Extende, vt non solum procedat 7
in prioratibus, sed etiam in grangiis, quæ habent bona propria sufficientia pro victu monachorum, & prioris; quia ista respiciunt augmentum cultus diuini. Abb. *d. cons.* 25 *in princ. ver. item vi-* 8
deo, lib. 2. † Declara; quia si Prioratus, vel grangia habent bona vnita monasterio Abbatiali, & de mensa sunt monasterii; tunc Abbas, si vult, potest apponere Monachos, & Priorem; quia ista respiciunt augmentum cultus diuini, sed si non vult, non tenetur isto casu, nec potest compelli, ita Abb. *d. cons.* 25. *circa princ. ver. item video, lib.* 2.

Prioratus an sit dignitas, & quam ætatem requirat. Concl. 707.

PRIORATVS † est dignitas. *c. nisi essent, circa fi.* ibi, *dignitas Prioratus, de præben.* Oldrad. *cons.* 257. *num.* 34. *ver. certum est*, imo solum 1
nomen Prioratus sonat in dignitatem, quamuis curam non habeat. Fed. de Sen. *cons.* 49. *in pr.* † Extende etiam in Prioratu con- 2
fraternitatum laicorum ad pium vsum; quia dicitur dignitas, ex quo habet collegium. Bald. *cons.* 473. *Reuerendissime pater, lib.* 2. † 3
Prioratus habens cōiugium duodecim monachorum cum Priore, id est conuentum cum duodecim monachis, & Priore dicitur Ecclesia collegiata, licet conferatur ad voluntatem Abbatis, & non ad electionem monachorum. Oldra. *cons.* 281. *in princ.* † Et 4
Prioratus conuentualis dicitur habere Ecclesiam collegiatam. Oldrad. *cons.* 281. *in prin.* & omne collegium dicitur habere dignitatem. Bald. *cons.* 1. *in fi. lib.* 1. Fed. de Sen. *cons.* 132. *n.* 2. vbi negatiue loquitur, ꝙ Prioratus non habens collegium non est dignitas. † 5
Differūt aūt Prioratus cōuentuales, & collegiati à non conuentuali3.

tualibus. *c.ne in agro. §. certum, de stat. monach.* Old. *d. cons.* 281. *n.* 3. & 4. *v. nec obstat*, vbi hoc dicit procedere; etiam si non exerceantur ibi ea, quæ sunt conuentualitatis, puta; quia Prior non eligitur à cõ-
6 uentu. † Prioratus autem duplex est; quia alius est secularis, prout de Præpositura, & Plebanatu loquitur Cald. *cons.* 293. *n.* 2. *v. item*
7 *verba generalia, alias 1. de rer. permut.* † Amplia; quia Prioratus sonant in dignitatem, licet habeant curam animarum, si habent Vicariũ perpetuum; & tunc Vicarius habet curam exercitio, Prior, habitu tantũ; & ideo potest esse Prior, si habet 20. annos, licet si ha-
8 beret curam exercitio, requiratur ætas annorum 25. Ægid. Bella. *cons.* 38. *n.* 4. *ver. facit, quod nõ. Guillelm.* † Contrarium tenet Ægid.
9 *cons.* 32. *n.* 26. *v. venio ad quartum*, quod non est dignitas. † Et gratia tunc est subreptitia, si in impetratione non fecit mentionem de cura, & non habet locum *c. licet Canon. de elect. in* 6. & potest conferri minori 25. annis. Ægid. *d. cons.* 32. *n.* 26. *v. ad* 4. vbi loquitur in Prioratu regulari sine conuentu, vt si habet Vicarium pro cura, dici possit beneficium simplex; quia cura habitu est penes mo-
10 nasterium, exercitio autem est penes Vicarium perpetuum. † Amplia; quia differunt Prioratus Curati à Parochiali; ideo expectatiua cõcessa Cardinali acceptandi Prioratus curatos, dummodo non sint Parochiales Ecclesiæ, potest acceptare Prioratũ, Curatum habentem Vicariũ perpetuum, vel temporalem, quãdo Vicaria est perpetua. Ægid. Bella. *cons.* 38. *à pr. vsq; ad v. in oppositum, nu.* 7. † Contrarium, quando Prioratus habet curam Paro-
11 chialem, si habet Vicarium temporalem, & Vicaria est tempora-
12 lis. Ægid. *d. cons.* 38. *n.* 7. *v. in contrarium, per tot.* vbi plura. † Limita; quia ruralis Prioratus, quando conuentum non habet, non dicitur dignitas; ideo non põt esse personatus, si non habet aliquam prærogatiuã in processionibus, vel vocibus dandis, plusquã alii Rectores, & Parochiani, & tunc si non habet curã, videtur paro-
13 chialis sine cura. Fed. de Sen. *cons.* 49. *Domine Raynuti.* † Imo Prioratus ruralis sine conuentu, & sine cura dicitur simplex personatus, & si non habet aliquam prærogatiuã inter Parochianos, hoc est, vt præcedat Rectores parochialium, tunc potest conferri habenti 14. annos, ita Fed. *d. cons.* 49. *in fi.* vbi tamen circa ætatem se remittit ad not. per Io. And. in *c. si ex tempore, de rescr. lib.* 6. *in nouella*, & latius, quod possit conferri habenti 14. annos, & non sit dignitas, nec personatus, sed simplex beneficium, quando est sine conuentu, & sine cura. Fed. *cons.* 132. *Casus talis est, per tot. & n.* 2. *ver. datur ergo*, quod potest conferri minori 14. annorum supra septẽ
14 annos existenti. † Et idem in Prioratu sine cõuentu, quando habet Vicarium perpetuum pro cura animarum; quia ex quo non habet curam habitu; quia in monasterium, neq; actu; quia in Vicarium perpetuum potest conferri minori, & non fit mentio de
15 cura. Ægid. Bella. *cons.* 32. *n.* 26. *ver. venio ad quartum.* † Si vero habet curam animarum Prioratus, vel Decanatus, Archipresbyteratus, siue Præpositura, & non habet collegium; tunc dicitur simplex Parochialis; & in eis habet locum *c. licet Canon. de electio. lib.* 6. Fed.
16 de Senis *cons.* 86. *Casus talis est.* † Declara tamen, quia secus esset, si haberent sub se capellas, in quibus haberent iurisdictionem; quia tunc dicerentur habere dignitatem, & non caderent sub *c.*
* *licet Canon. de electio. in* 6. Fed. *d. cons.* 86. *in fi. n.* 2. *ver. sed modo insurgit*, vbi Lap. in Apostil. in *ver. Capellanos*, dicit communem * opinionem, cum qua concord. Fed. *cons.* 132. *nu.* 2. *ver. & videmus*, & idem
17 in Præpositura, Fed. *cons.* 135. † Contrarium tamen tenet idem Feder. *cons.* 80. etiam in fortioribus terminis, quod plebes non dicantur collegiatæ, licet habeant capellas sub se ad earum collationem, etiam si capellani eligant plebanum.

Priores sunt multiplices, & quid possint, Concl. 708.

1 PRIORES † quandoque sunt superiores absolute, prout Abbates, prout est, quando sunt conuentuales, & eliguntur à conuentu, & Capitulo, vel à Capitulo generali & isti dicuntur maiores, de quibus per Innoc. in *c. in singulis, de stat. monach.* & Feder.
2 *cons.* 88. *in pr.* † Quandoq; tales Priores subsunt Abbatibus, prout etiam aliquando Abbates conuentuales subsunt maioribus Abbatiis, vt *d. c. in singulis. in pr. de stat. monach.* & de istis, & aliis vide plene per Fed. Sen. *cons.* 88. *in pr.* ad quid obligentur, & quod isti non sunt maiores Prælati; ideo ad Capitulum generale non
3 admittuntur, & quod ita Bononiæ fuit iudicatũ, & ita seruatur. † Aliqui sunt Priores conuentuales, qui ponuntur ab Abbatibus, prout in parochialibus, vel Ecclesiis curatis regularibus habentibus conuentum suppositum, & istæ Ecclesiæ vocantur obedientiæ. *c. cum ad §. tales, de stat. monach.* & isti amouentur ab Abbate, & ponuntur ad placitũ. Innoc. in *d. c. in singulis, n.* 2. *v. & ideo huiusmodi, col.* 2. *circa med. de stat. regul.* idem tenet Fed. *cons.* 134. *in fin. ver. ad secundum*, vbi, quod non liberant claustro; & idem dicit Fed. *cons.* 200. *in pr.* vbi, quod non possunt permutare Prioratus sine licentia Abbatis, & quod sint amouibiles ad placitum, Fed. de Sen. *cons.* 259. *Casus talis, in pri.* † Et quod huiusmodi Priores a-
4 mouibiles ad nutum Abbatis sint veri Priores, prout etiam monachi positi ad nutum in grangia, vel Prioratu, sint vere monachi, & possunt Prior, vel monachi interuenire in electione Abbatis generalis, cui subsunt, quando habent bona separata, & idem, si bona sint de mensa Abbatiali, late Abb. *cons.* 25. *Quoniã de ingrediendo. scriptis. col.* 1. *in fi. v. & ex iis, & col. seq. lib.* 2. † Extende, etiam si tales
5 Prioratus contulisset ad vitã, quia adhuc potest reuocare ad placitum; quia nõ valet talis permissio etiam per viã statuti. Fed. de Sen. *cons.* 56. *In præsenti consultatione, n.* 4. *v. vnde dicit.* † Aliqui etiam
6 sunt Priores, qui non habent conuentum, sed nudam curam animarum, & isti cum habeant dignitatem, sufficit, quod habeant 23. annos, vt per Fed. de Sen. *cons.* 132. *n.* 2. *ver. ad idẽ.* † Amplia; quia
7 quod dicitur de Prioribus, idẽ sit de Prioratibus, qui sunt multiplices; quia aliqui conuentuales, & habentes dignitatẽ, aliqui rurales sine dignitate, & aliqui cũ cura, & Vicario, aliqui sine cura, vel cũ cura, & sine Vicario perpetuo, de quibus in *v. Prioratu an sit dignitas, & quam ætatẽ requirat. Concl.* 707. † Prior habens con-
8 uentũ, & monachos in suo Prioratu dicitur Prælatus, & põtest cõmunicare de iure. *c. scriptũ, de electio.* & æquiparatur Abbati. *c. de regul.* vbi tex. appellat Patres, Abbates, seu Priores. † Extende, si
9 quia etiã potest absoluere monachos se inuicẽ verberantes, prodetur materia vagãdi, prout possunt Abbates. Fel. in *c. monachi, in pr. de sent. excom.* † Amplia, vt procedat, etiã si tales Priores nõ el-
10 gantur, sed Prioratus conferatur ab Abbate. Old. *cons.* 281. *in pr.* † Et potest esse iudex delegatus talis Prior, ideo dicitur habere dignitatẽ. Cle. & *si principalis. de rescr.* Old. *d. cons.* 281. *in pr.* & quod habeat dignitatẽ Prior conuentualis. Fed. de Sen. *cons.* 25. *n.* 4. *v. non*
11 *obstat, quod dicitur.* † Declara, q; licet Prior conuentualis dicatur habere dignitatẽ, & talis Prioratus sit dignitas; non tñ competẽ-
12 ditur sub nomine Prioratus alia dignitas, vt est Præpositura, Decanatus, Præsidẽtatus, & similes. Fed. de Sen. *d. cons.* 25. *n.* 2. *respondeo. illa cõstitutio.* † Amplia, vt Prior cõuentualis dicatur habere dignitatẽ, & dicatur Prælatus, etiã si sit creatus ab Abbate ad
13 beneplacitũ suum; quia paria sunt esse perpetuũ, vel posse esse, & per obitũ istius vacat Prioratus. Fed. de Sen. *cons.* 35. *Quãs monachus, col.* 1. *sed cõtra videt.* † Amplia, vt Prior cõuentualis dicatur ab-
14 solut⁹ à monachatu, ita vt acquirat Prioratui, nõ aũt monasterio, in quo professus est, etiã si esset Prior ad placitũ. Fed. de Sen. *d. cons.* 35. *per tot.* vbi est casus; secus in clausurali, vt ibi dicitur, & maxime
15 *n.* 2. *in fi. v. si volumus tenere.* † Declara; nisi Prioratus esset de mensa
16 monasterii; q; tunc etiã conuẽtuales acquirit monasterio. Fed. *d. cons.* 35. *n.* 3. *in pr. v. item non obstat.* † Limita in Priore clausurali, qui
17 dicitur habere officiũ non distinctũ à monasterio; ideo si exeat quatur, acquiritur monasterio, nõ officio Prioris. Fed. de Sen. *cons.* 20. *n.* 6. *v. eadem q.* vbi, quod eius administratio pendet à monasterio, & *cons.* 35. *n.* 2. *in fi. v. si volumus tenere.* Vide. *Abbas quid possit circa absolutiones, & dispensationes suorũ monachorũ. Concl.* 16. Vide. *Abbas, & Prælatus regulares habent multa priuilegia. Concl.* 6. Vide, *Prior clausturalis in quibus differat à conuentuali, & quid possit. Concl.* 710.

Prior conuentualis quis dicatur, & quid possit, & ad quæ obligetur. Concl. 709.

PRIOR † conuentualis dicitur habens conuentum vel collegium. *c. scriptum de electio.* † Prior conuentualis morari debet in Prioratu, non autem in clausto, *Clem.* 1. *ad fi. de stat. monach.* † Nõ vocatur ad electionem, neq; ad alios tractatus monasterii. Fed. *cons.* 35. *n.* 2. *v. si volumus tenere.* † Non acquirit monasterio, sed suo Prioratui. Fed. *d. cons.* 35. *Quidam monachus, per tot.* maxime *n.* 2. *in fi.* & etiã *in fi. consilii n.* 4. † Declara, nisi Prioratus esset de mẽsa monasterii; quia tunc acquirit monasterio. Fed. de Sen. *d. cons.* 35. *n.* 3. *v. sed hic Prioratus.* † Agere, tueri, pacisci, & acquirere põt pro suo. Prioratu. Fed. *d. cons.* 35. *n.* 1. *ver. sed contra videtur.* † Procurator, exequitor, & administrator esse potest. *c.* 2. *in pr. de testam. lib.* 6. Clem. *pen. cum gl. de procur.* Fed. *d. cons.* 35. *nu.* 2. *in fin.* † Limita ista omnia in Priore clausturali, quia nullum istorũ potest, & è contra vocatur ad tractatus, & acquirit, prout alii monachi suo monasterio, & nõ liberatur à clausto. Feder. *d. cons.* 35. *n.* 2. *in fi.* ibi, *ista omnia sant in clausturali.* † Nõ potest conuentualis præesse pluribus Prioratibus, *c. cum singula, de præb. lib.* 6. † Imo etiam Priores non habẽtes conuentum, nec dignitatem, nec curam, non possunt habere plures Prioratus regulares. Fed. de Sen. *cons.* 132. *in fin. nu.* 3. vbi, quod ratio est; quia magis prohibetur ambitio religiosis, quam secularibus. † Limita in Priore obedientiario; quia non liberatur à clausto. Feder. de Sen. *cons.* 134. *in fin. ver. ad secundum*, & dicitur

dicitur obedientiarius, qui habet Prioratū ab Abbate, & est suppositus monasterio; quia possunt amoueri ab Abbate, & reuocari ad clausturum. Innoc. in *c. in singulis, de statu monach. n. 2. col. 2. circa med. ver. & ideo.* Vide Concl. præcedentem, & proxime seq.

Prior clauſtralis in quibus differat à conuentuali, & quid possit. Concl. 710.

1 PRIOR † clauſtralis differt à conuentuali; quia conuentualis dicitur habere dignitatem, & liberatur à monachatu, & clauſtro, & dicitur Prælatus, & per eius obitum vacat Prioratus, vt per Old. *conſ. 281. in prin.* Fed. de Sen. *conſ. 35. in pr. ver. ſed contra vi-*
2 *detur, & nu. 2. in fi. v ſi volumus tenere.* † Clauſtralis vero dicitur habere officium non diſtinctum à monaſterio; ideo ſi ei relinquitur, acquiritur monaſterio, quemadmodum ſi alteri monacho
3 eſſet relictum. Fed. de Sen. *conſ. 20. nu. 6. ver. eadem q.* † Amplia, vt nullam prorſus habere dicatur adminiſtrationem prior clauſtralis, in tantum, quod eo ipſo, quod præeſt, non dicitur clauſtralis. Fed. *d. conſ. 35. n. 2. in fi. ver. ſi volumus tenere.* † Amplia, vt clauſtralis non poſſit eſſe procurator, exequutor, iudex, neque agere, neque defendere poſſit, prout declarat Fed. de Senis *d. conſ. 35. nu. 2. in fin. ver. ſi volumus tenere, vſque ad n. 3.* Vide Concluſionem proxime præcedentem.

Priores regulares manuales ſunt, & quando poſſint permutare, vel non, tales prioratus. Concl. 711.

1 PRIORES † regulares non abſoluti à clauſtro non poſſunt permutare Prioratus ſine licentia Abbatis, & ſi permutauerint; non valet permutatio, ſed perduntius, quod habebant in prioratibus. *cap. ſi religioſis, de elect. in 6.* Fed. de Sen. *conſ. 200. Quod permutatio, in pr.* vbi, quod neque datur regreſſus ad illos, ſed loqui-
2 tur in permutatione facta in manibus Legati. † Declara tamen, quod bene poſſunt permutare in manibus Papæ, dummodo ſic permutent, vt ſi erant manuales Prioratus etiam amouibiles, vt prius remaneant, alias ſecus. Cald. *conſ. 293. alias 1. de ver. permut.*
3 vbi *in fin. ver. reſtat reſpondere*, ita ſoluit. † Declara ſecundo, vt procedat, quod non poſſint permutare, quando ſunt Priorarus obedientiarii, vel non conuentuales, ex quo iſti ponuntur à ſolo
4 Abbate, vt per Fed. de Sen. *conſ. 134. in fin. ver. ad ſecundum.* † Amplia; quia iſti Prioratus regulates obedientiarii, & ſimplicia beneficia ſunt manuales, & amouibiles, & non poſſunt permutari; ſecus ſi in manibus Papæ, vel quando ſunt curata; quia non ſunt manualia. Vide, *Beneficia Eccleſiaſtica de ſui natura ſunt perpetua. Conciu. 56. n. 12. & multis ſeq.*

Priores, & officiales communitatum diuerſis modis nominantur. Concl. 712.

1 PRIORES † & conſiliarii appellantur Peruſiæ adminiſtratores ciuitatis, & in multis ciuitatibus Vmbriæ, de quibus facit mẽtionem Bald. *conſ. 396. Pro parte Zanis, lib. 3.* & de Prioribus loqui-
2 tur glo. in *l. item magiſtri. ff. de pact.* Rom. *conſ. 95. in princ.* † Priores appellantur Florentiæ, vt dicit Alex. *conſ. 17. In cauſa & lite, in prin.*
3 *lib. 6.* † Antiani appellantur Bononiæ, & in multis partibus Lombardiæ, de quibus, & eorum auctoritate facit mentionem Floria. de ſancto Petro *q. 2. in 4. & 5. dubio principali*, & Senarum Antiani dicuntur. Rom. *conſ. 65. in pr.* item Regii appellantur Antia-
4 ni, vt per Alex. *conſ. 17. In cauſa, & lite lib. 6. in pr.* † Conſeruatores appellantur in Vrbe Roma, de quibus meminit Verall. *deciſ.*
5 *54. lib. 2.* † Conſiliarii appellantur Florentiæ, qui ſunt ſubrogati loco Antianorum, & conſules dicuntur de iure, ſeu decuriones,
6 Rom. *conſ. 501. num. 8. & ſeq.* † Maſſarius, & ſyndici appellantur in
7 multis locis. † Syndici ſimpliciter appellantur in loco Terraci-
8 næ, & aliis locis, & in multis aliis ciuitatibus. † Caput militiæ, &
9 Priores in ciuitate Tyburtina. † Decuriones olim appellabãtur conſiliarii ciuitatum, qui conſiliarii dicebantur ciuitatis. gloſſ. in *rub. C. de decurio. lib. 10.* ſed tamen hodie Priores non habent tantam auctoritatem, prout decuriones. Rom. *d. conſ. 501. nu. 7. & ſeq. ver. quoad ſecundum.* Vide, *Decuriones qui dicantur, & eorum priuilegia. Concl. 127.*

Priores, & conſiliarii ciuitatum quæ poſſint, vel non. Concl. 713.

1 PRIORES † & camerarii Communis Peruſiæ, licet poſſint dare dilationem contra tẽm iudicatam, vt non exequatur, tamen non poſſunt in certam dilationem, quæ poſſet eſſe perpetua, concedere, neque ſtatutum ſuper hoc facere; quia contra rem iudicatam non valet reſcriptum à Principe impetratum, per quod rollitur effectus rei iudicatæ. Bald. *conſ. 396. Pro parte Zanis, lib. 3.* † Et iſti omnes officiales, quocunq; nomine nuncupentur; 2
procuratores ad agenda negocia ciuitatis dicuntur conſtituti, *l. procuratores. C. de decurio. lib. 10.* ideo, ſicut procurator generalis nõ poteſt tranſgredi ſuam auctoritatem, ita neq; iſti, ita arguit Rom. *conſ. 65. in prin.* † Non igitur poſſunt officiales electos à conſilio, & 3
populo priuare de iure communi; quia eadem ſolemnitas requiritur in reuocatione actus, quæ requiritur in celebratione. Rom. *conſ. 65. Viſo themate, n. 2. & conſ. 116. Viſis neceſſariis, in prin.* vbi apoſtilla in *ver. conſenſu.* citat plures concordantes. † Extende; 4
quia non poſſunt tollere ea, quæ per conſilia generalia ſunt ſtatuta, ſicuti non poteſt procurator mutare ea, quæ à domino ſuo facta fuerunt. Rom. *d. conſ. 65. n. 2. v. ſecundo illud*, vbi apoſtil. *in ver. ſi hominem.* † Reſtringe; quia Antiani Senarum ex particulari cõ- 5
ſtitutione poſſunt priuare Notarios, & alios miniſtros etiam appoſitos, & electos à conſilio generali, vt idem Rom. *d. conſ. 65. n. 3. & per tot. v. ſupradictis non obſtantibus.* † Amplia; quia appellari non 6
poteſt ad eos, tanquam ad ſuperiorem, licet ipſi eligant officialem, à quo, quando debet confirmari à ſuperiore, quia debet appellari ad ſuperiorem, non ad eos; ſecus eſt, ſi ipſi abſolute deputent officialem; quia ad eos poteſt appellari. Bal. *conſ. 299. Priores terrarum, lib. 3.* † Amplia; quia nec ſtatutis populi derogare, ne- 7
que illa reformare poſſunt ſine ſpeciali cõmiſſione, etiam ſi derogatio eſſet æqua, & rationabilis. Bal. *conſ. 209. Poteſtas conceſſa, lib. 5.* † Amplia; quia licet officiales Communis habeant liberum 8
arbitrium, & repræſentent populum; tamen non poſſunt donare; quia donatio non venit in adminiſtratione quantumcunque libera. Floria. de S. Petro *q. 2. dubio 4. in pr.* vbi *nu. 2.* limitat, niſi ob cauſam. † Amplia; quia Priores ciuitatũ popularium ſolent ha- 9
bere curam & limitatam poteſtatem, non autem iura Principis. Abb. *conſ. 36. Circa primũ, col. 2. in fi. ver. an valeat donatio, lib. 2.* vbi loquitur in Priorib. Recanati. † Amplia; quia ob mandatũ datũ ge- 10
neraliter ad reformandũ facta, vel ſtatuta cõmunitatis non poſſunt ſemel reformata reformare. Ant. de But. *d. conſ. 66. n. 2.* & idẽ tenet Anch. *conſ. 366.* quod eſt Ant. de Butr. & Anchar. & iterum *conſ. 367.* quod eſt Saly c. † Amplia; quia in mandato generali fa- 11
cto à conſilio generali nõ venit, vt alteri fiat præiudiciũ. Ant. de But. *conſ. 66. n. 3.* † Extende; quia in tali mandato generali nõ ve- 12
nit aliquod illicitũ. Anch. *d. conſ. 367. n. 2. v. 2.* quod eſt Saly cet. & Ant. de But. *conſ. 66. n. 3.* † Extende; quia mandatũ generale datũ 13
per ciuitatem particularibus ad ſtatuendum, & reformandum non comprehẽdit facultatẽ ſtatuendi contra iam ſtatuta, vel reformãdi iam reformata per ciuitatẽ conſtituentem. Ant. de But. *conſ. 66. n. 3.* Anch. *d. conſ. 366. n. 4.* quod eſt Ant. de But. & Anch. & iterum *d. conſ. 367. in ſi.* quod eſt Bar. de Saly c. Rom. *conſ. 65. n. 3. v. 2. quia.* † Extende; qa in facultate generaliter data Prioribus ciuita- 14
tis non cenſetur data facultas contraueniendi legibus, & ſtatutis generalibus. Abb. *conſ. 36. col. ſi. v. in poteſtate enim generaliter data, lib.*
2. † Amplia; quia Antiani, & Priores communitatis non poſſunt 15
conſtituere procuratorẽ pro vniuerſitate; quia ipſi non ſunt ſubrogati loco decurionum, ſed bene conſiliarii Cõmunis poſſunt conſtituere procuratorẽ Alex. *conſ. 17. In cauſa, & lite in pr. lib. 6. &*
conſ. 186. n. 8. & ſeq. lib. 2. † Extende; quia neq; poſſunt obligare eõ- 16
munitatẽ ſine ſpeciali cõmiſſione conſiliariorũ, ita Alex. *conſ. 135. Viſo proceſſu, in pr. lib. 7.* vbi dicit magis communẽ, & loquitur in * Prioribus Fani. † Amplia; quia non põt communitas & minus 17
conſiliarii eius, vel Antiani, ſeu Priores cõcedere immunitatem perpetuã, *l. 1. C. de immunita. nemini conced. lib. 10. l. vacuatis*, vbi Bar. & alii. *C. de decur. lib. 10.* quia eſſet cõtra publicã vtilitatẽ. † Reſtrin- 18
ge; quia bene poſſunt decuriones cõcedere immunitatẽ Doctoribus, & Medicis, *l. 1. C. de decret. decurio. lib. 10.* Ia. *conſ. 101. Immunitas fuit conceſſa, in prin. lib. 4.* vbi loquitur in Antianis Alexandriæ. † 19
Reſtringe; quia poſſunt nedũ Doctoribus, ſed etiã ſimilibus perſonis, q poſſunt prodeſſe cõcedere, prout eſt alicui aſſiſtẽti apud Principẽ. Ia. *d. conſ. 101. col. 2 v. 2. reſpondetur, li. 4.* † Reſtringe; quia 20
valet talis exemptio, quando per Principem fuit ex certa ſcientia confirmata. Ia. *d. conſ. 101. col. 2. ver. 3. reſpondetur, lib. 4.* vbi maxime, quando de plenitudine poteſtatis cum clauſulis *ſupplentes*, & derogatione. † Reſtringe; quia bene ob benemerita poſſunt conce- 21
dere immunitatẽ perpetuam ciui, vt Ia. *d. conſ. 101. col. 1. n. 2. v. 5. & adhuc, lib. 4.* vbi ponit multa ſpecialia de benemeritis, & tollit cõtrarium, quod ſufficit, quod conſter ex aſſertione decurionũ, & Principis. † Limita; quia Antiani Fanenſes poſſunt ex forma ſta- 22
tuti dictę ciuitatis dare cõſinia, & tollere, & conſequẽter poſſunt relegationes facere, reuocare, & moderari, non obſtante clauſula poſita in relegatione diſponente, quod niſi de conſilio conſulum, & nemine diſcrepante non poſſint relegationes factæ tolli;

quia

quia successores ligare non possunt Antiani, vel Priores ciuitatis. Ant. de But. *cons.* 74. *per tot.* & maxime *in pr.* vbi apostilla in verbo, *imponere*, dat concord. quod Priores, neq; Princeps potest ligare
23 suum successorem. † Extende; quia statutum moderans facultates Rectorum, & officialium non comprehendit Antianos, qui nõ sunt proprie officiales; quia officialis proprie est, qui sub alio
24 ius dicit. Ant. de Butr. *d. cons.* 74. *n.* 3. *& per tot.* † Tempore Alex. ist⁹ Antiani Fanenses, quos ita vocat Ant. de But. appellat Alex. Priores in *cons.* 135. *Viso processu, in pr. lib.* 7. vbi, quoꝫ non possunt obligare communitatem, & non mirum, si Ant. de But. appellat Antianos; quia erant Bononienses, vbi appellantur Antiani. † Limita; quia data facultate Prioribus eligendi medicũ certo tempore sub pœna, si non fiat electio per Priores de illo tempore,
26 poterit fieri per Priores successores; quia successor potest facere id, quod prædecessor omisit. Abb. *cons.* 93. *Duo sunt per tot. lib.* 1. † Limita; quia consiliarii vniuersitatis, & Priores, cum consilium repræsentent, & faciant, possunt generaliter statuere pro vtilitate publica, quod pascua, & aquæ communitatis retinentes, seu eisdem vti volentes soluãt certum quid communitati, maxime, quando concurrunt quatuor causæ, ex quibus regulantur actus humani, videlicet efficiens, materialis, finalis, & formalis. Ias. *cõs.* 71. *Ordinatio consiliariorũ, lib.* 3. *per tot.* vbi, quod causa efficiens sunt consiliarii, qui repræsentant totum populum, quando est conuocatum consilium, & interuenit decretum iudicis: causa materialis est, quando disponitur de rebus cõmunitatis: causa finalis est vtilitas publica: formalis, quando fuit formaliter conuocatum
27 consilium cum officialis præsentia, & decreto. † Restringe, vt limitatio procedat in iis, quæ sunt communia vt vniuersis; secus si essent communia vt singulis; quia tunc requireretur maior pars capitum familiarum, & domorum, & quod omnes essent vo-
28 cati. Ias. *d. cons.* 71. *in pr. v. nec isto casu requiritur, lib.* 3. † Restringe, vt non procedat, si ageretur de imponenda collecta, talea, vel onere in omnes inuitos, ex causa necessitatis; quia tunc bene duraret tale onus durante necessitate, & deberet etiam constare de necessitate; secus, si fiat ordinatio, vt circa bona Communis, qui vult illis vti, soluat certum quid; quia valet sine necessitate, & causa necessitatis etiã expressa non verificatur; quia qui vult vti bonis Communis, soluit. Ias. *d. cons.* 71. *in fi. ver. nec prædictis habet obstare lib.* 3. Vide, *Arbitrium datum aliquid faciendi, quæ facta comprehendat. Concl.* 476. *per totam*, maxime *n.* 10. *& seq.* Vide, *Reformatores electi quid possint. Concl.* 81. Vide, *Officialis Communis cum generali arbitrio quid possit. Concluſ.* 89. Vide, *Mandatum generale ad quæ se extendat, vel non. Concluſ.* 50. Vide, *Inferior non potest factum superioris iudicare, & quando secus. Concl.* 120.

Priora quæ dicantur, & quæ posteriora. Concl. 714.

1 PRIORA † dicuntur quæcunque, quæ possunt stare sine aliis, & de per se; alia autem, quæ de se stare non possunt, non sunt priora, ideo non operantur posteriora sine prioribus. *cap. si antequam, de pœnit. distinct.* 1. Cald. *cons.* 161. alias 6. *de probat. n.* 2. *ver. vnde*
2 *dicit Philosophus.* † Amplia, quia actus dependens à duabus causis, quarum vna est primaria, alia est secundaria, actus debet denominari à primaria, & illi attribuitur secundum Philosoph. 5. *Met.* Cald. *cons.* 282. *circa m. d. ver. & hæc ratio.* Vide, *Primas seu prior, vel posterior quis dicatur. Concl.* 660.

Priuatio præsupponit habitum. Concl. 715.

1 PRIVATIO † supponit habitum; quia nemo priuatur, nisi prius habuerit id; quo fuit priuatus, *l. decem. ff. de verb. oblig.* Anch. *cons.*
2 179. *Prima facie videretur.* † Et ideo qui agit spolio, vel dicit se spoliatum possessione, vel bonis, necessario dicit, se prius habuisse possessionem, & bona, quibus dicit se spoliatum fuisse. Alex. *cons.*
3 152. *In causa & lite n.* 2. *v.* 2. *probatur lib.* 6. † Et ideo emptori si remittitur necessitas denunciandi euictionem, intelligitur de iudiciali; quia remissio supponit habitũ; nulla autem necessitas denunciandi est, nisi, quando agitur in iudicio, ergo necessario de ista intelligi debet. Ang. *cons.* 177. *In facto proponitur.* Vide, *Euictio, vt habeat locum, requirit denunciationem, & multa alia, & quando secus. Concl.*
4 353. † Amplia, quia nemo põt excludi à priuilegio, vel alio actu, nisi fuerit inclusus; & ideo Iudæi non possunt excludi ab Ecclesia, vel donis spiritualibus; quia nunquam fuerunt inclusi. Alex.
cons. 6. *Super præmissa, in pr. lib.* 6. *& per tot.* vbi, quod pœnæ *c. quanquã,*
5 *de vsur. in* 6. non habent locum in Iudæo vsurario manifesto. † Amplia; quia liberatio præsupponit, & probat debitum præce-
6 dere; quia priuatio supponit habitum. Anch. *d. cons.* 179. *n.* 4. † Et soluens in dubio præsumitur debitor; ideo solutio inducit habitum præcedentis debiti; quia præsumitur facta ab eo, qui tenebatur, & ad quem spectabat onus soluendi, *l.* 2. *C. de alim. pup. præstan.* Bart. in *l. cum seruus, n.* 4. *ff. de verb. oblig.* † Extende; quia cancellatio instrumenti facta à creditore præsupponit instrumentum
7 crediti, quod cancellatur, præcedere ex eodem argumento priuationis ad habitum. Anch. *d. cons.* 179. *n.* 4. † Extende; quia reddito rationis præsupponit administrationem. Ang. Aret. *cons.* 78.
8 *Pro decisione, n.* 14. *ver. si enim cogeretur.* † Amplia; quia consequens præsupponit necessariũ antecedens, & è contra. Petr. Anch. *cons.*
9 261. *in pr.* † Amplia; quia emancipatio filii probat filium fuisse in potestate patris ante emancipationẽ. Vide plene Mascard. *Concl.*
10 599. *in fi. n.* 4. *Emancipatio quomodo fraudulẽta.* † Amplia; quia nemo vt dat, quod non habet, & nemo plus iuris in aliũ potest transferre, quã ipse habeat. Vide, *Dare alteri nemo potest id, quod ipse nõ habet. Concl.* 17. † Amplia; quia si fiat fideicommissum deficiente linea
11 hæredis deficientia supponit extitisse, vt late comprobat Rimin. Iun. *cons.* 177. *n.* 53. *& seq.* vbi, quod si nulli sunt nati, corruit substitutio; quia nõ potest dici defecta, vbi multa allegat. Vide, *substitutio facta, si sine filiis, expirat. si grauatus relinquat filiũ, licet moriatur. Concl.* 847. † Contrarium Dec. *cons.* 227. *col.* 2. & in eodẽ casu Soc.
10 vbi q̃ semper sdm̃ speciale tollit primum, & hac de causa debet de primo fieri mentio. † Declara; quia secundum priuilegium generale, seu rescriptum bene tollit primum generale, & conditionale, ẽt si de primo nõ sit facta mentio; quia nõ solum fit præiudicium in dilatione, tollit primum. Gemi. *d. cons. 107. n. 2. & 3.*
11 *v. nec obstat,* vbi loquitur in gratiis expectatiuis. † Limita in legib. testamentis, & aliis, de quibus vel faciens secundum habet notitiam primi, vel de facili inducitur reuocatio. Zabar. *cons. 52. n. 6.*
☞ *v. ad contraria.* Vide, *Clausula derogatoria quãdo sufficiat, vel non. Concl. 346.* Vide, *Derogatio in genere facta, quando sufficiat, vel non. Concl. 216.* Vide. *Testamentum primum quando reuocetur per secundum, vel non. Concl. 152.*

Priuilegium non allegans quando illud perdat, vel nõ. Concl. 753.

1 PRIVILEGIATVS † non allegat priuilegium, cuius vigore posset declinare forum, & litem suscipiat, vel in iudicem consentiat, non potest amplius allegare priuilegiũ, neq; illo iuuari. Bal.
2 *cons. 323. Allegationes egregij, lib. 5. in fin.* † Et valet processus factus, etiam si non cõsensit expresse, q̃n non erat notorium, neq; illud
3 allegauit. Castr. *cons. 432. Videtur dicendũ, in pr. lib. 1.* † Declara; quia non valet processus factus in contumaciam contra eum, qui nõ allegauit priuilegium, q̃n vel est notorium, vel etiam si non sit notorium, de eo præsumitur scientia, vt quia communiter talia priuilegia concedi solent, puta religiosis; & idem, quando priuilegium licet non sit notorium, tamen est tale, quod eximit ipso iure, non ope exceptionis, vel est tale, q̃ exemptus nõ potest illi
4 renunciare. Castr. *d. cons. 432. per tot. lib. 1.* † Si vero citatur exemptus, qui nõ comparet, vel etiam si comparet, & allegat priuilegium, sed non exhibet illud, & proceditur vtroq; casu contra eũ ratione dubij, an sit exemptus, vel non, valet processus, donec exhibeatur exemptio, qua exhibita processus redditur nullus, & ita dicitur Castr. *d. cons. 432. n. 6. v. præterea posito, lib. 1.* debere intelligi leges contrarias, videl. *l. si quis ex aliena. ff. de iud. c. cũ persona, de priuil. in 6. cum sim.* quia licet dicant valere processum interim;
5 non tamen negant, quod annullatur processus, si postea quandocunq; producitur, imo quasi inferunt à contrario. † Amplia; quia habens priuilegium, vel saluum cõductum, ne conueniat; si patiẽs se conueniri, & non ꝓducat saluũ cõductum, nisi in fine litis, censetur illi renunciasse, & debet condẽnari in expensis. Vide, *Calumnia quid sit, & quid calumniator, & qua pœna puniatur. Concl. 9.*
6 † Amplia; quia si is, qui habet priuilegium super iure baptizandi in Ecclesia filiali, negligit vti, & producere, vt feratur sententia, quæ transeat in iudicatum, priuilegium non releuat.
7 Card. Zabarel. *cons. 65. in fin.* † Amplia; quia habens dispensationem percipiendi fructus per biennium in absentia, si in primo anno non producit priuilegium, & fiat distributio fructuum inter præsentes, pro illo anno perdit priuilegium. Oldrad. *cons. 56.*
☞ *Tullius impetrauit.* Vide, *Citatio contra exemptum quando afficiat, vel non. Concl. 244.* Vide, *Contumax quando perdat priuilegium declinatoria. Concl. 1027.*

Priuilegium perditur per abusum, & quando secus. Concl. 754.

A BVTENS † priuilegio sibi concesso perdit priuilegium, *l. Iudæos. C. de Iud. l. eos. C. de aquæduct. c. priuilegium,* 11. *q.* 3. vbi plena glo. not. Dd. *in c. suggestum, de decim. l. qui sine. ff. de neg. gest. l. libera. ff. de pecul.* † Extende in conductore, qui abutitur re conducta. Vide, 2
Conductor non potest abuti re locata. Concl. 623. † Extende in vidua viuẽte luxuriose; quia perdit priuilegia viduis cõpetentia. Clar. 3
§. stuprum, n. 7. v. pariter etiã, vbi dicit* coẽm. † Amplia in patrono * 4
scienter præsentãte indignum. Vide, *Patronus quando priuetur, qui præsentauit indignum. Concl. 148.* † Limita in priuilegio concesso à 5
iure communi; quia non perditur, nisi in casibus à iure expressis. Vide, *Collator si indigno conferat, an priuetur iure conferendi. Concl. 427.*

Priuilegium quando perdatur per non vsum. Concl. 755.

PRIVILEGIVM † consistens in voluntate priuilegiati per non 1
vsum non perditur, neque præscribitur etiam per centum annos. glos. *in c. vt priuilegia, in ver. semel in anno, in fin. de priuil.* † De- 2
clara, dummodo ista facultas sit expressa in priuilegio. Deci. *in c. cum accessissent, n. 17. v. tertio prædicta conclusio. de constit.* † Declara ta- 3
men, quãdo in aliquo priuilegiati vsi sunt priuilegio, vt per Hostien. *in d. c. vt priuilegia,* quem sequitur Calder. *cons. 191.* alias 2. *de præscript. & cons. 455. in fin.* alias 13. *de censib.* † Amplia; quia priui- 4
legium tendens ad excipiendum nõ perditur per non vsum; ideo exemptio non perditur; quia dum petitur solutio, potest excipere. Signor. *cons. 70. In quæstione vertente, n. 13.* † Amplia, quia 5
priuilegium non perditur per non vsum, quando non venit casus; quia quod dicitur amitti per nõ vsum, debet intelligi per nõ vsum in casu, in quo euenit casus vtendi, ita declarat Felin. *in c. 1. n. 10. v. quarta conclusio, de treug. & pac.* † Extende; quia non tolli- 6
tur lex, si non est, qui ea vtatur etiam per mille annos, puta quia nullus nascitur hermaphroditus, per mille annos leges de hermaphrodito loquentes non tolluntur. Felin. vbi supr. *v. & in proposito, n. 10.* † Extende; quia si per mille annos appellatur ad Pa- 7
pam, non ad Archiepiscopum; nõ tamen cessat ius, q̃ ad Archiepiscopũ possit appellari; quia oportet quod nõ vsus habeat necessario implicitum actum contrarium. Fel. *d. c. 1. n. 10. ver. quarta declaratio, de treug. & pac.* Alex. *cons 132. lib. 1.* † Limita; quia inuesti- 8
tus de feudo, si distulit poni in possessionem feudi per 30. annos, & etiam per decennium perdit inuestituram, quando potuit, & neglexit. Castr. *cons. 369. Viso & examinato, in fin. lib. 2.* † Extende; 9
quia tanto tempore perditur ciuilis possessio, si potuit recuperare naturalem, & neg exit. Castren. *d. cons. 369. in fin. lib. 2.* † Limi- 10
ta; quia habens priuilegium, & non vtens eo per decennium illud perdit. Dec. *in c. cum accessissent, n. 16.* vbi *n. 17.* secundum nouam impressionem. *n. 63. & seq. v. tertia cõclusio, de constit.* dicit* cõ- *
munem. Dec. *cons. 638. n. 14.* Rimin. Iun. *cons. 56. n. 67.* Gabr. *cons. 162. per tot. lib. 1.* Decian. *consil. 25. n. 106. lib. 1.* Castr. *cons. 432.* † Ex- 11
tende, etiam si in priuilegio sit decretum irritans. Gabr. *d. cons. 62. in fin. lib. 1.* † Restringe in Ecclesia, vel ciuitate. Abb. *cons. 18. Pri-* 12
mo, quod communitas, col. pen. v. oportet, lib. 2. vbi, q̃ in iis, quæ cõpetunt ex priuilegio facultatis, nunq̃ perditur, nisi per actus cõtrarios. † Contrarium tenet Deci. *d. c. cum accessissent, nu. 17. de constit.* 13
alias *n. 63. & seq.* † Restringe, dummodo priuilegiatus habuerit 14
facultatem vtendi priuilegio, alias secus. Deci. *d. c. cum accessissent, n. 17. v. secundo prædicta conclusio, de constit.* Decian. *cons. 66. n. 65. lib. 3.* vbi, q̃ requiritur, quod pluries se obtulerit facultas. Gabr. *consil.*
151. n. 10. & seq. lib. 2. vbi limitat, q̃n non potuit vti *n. 12.* item, q̃n est concessum in remunerationem, *n. 11.* item, quando in præiudicium solius concedentis, *n. 11.* item, quando adest decretum irritans, *n. 16.* item quando est concessum ad vtilitatem alterius, *n.*
18. † Restringe in priuilegiato à Principe. Deci. *in d. c. cum accessissent, n. 17. v. quarta conclusio, de constit.* † Restringe, vt non proce- 15
dat in priuilegio exemptionis, sed solum in priuilegio faciendi 16
aliquid Alex. *cons. 33. col. 2. ver. nec obstat etiam id, quod habetur, lib. 5.*
† Restringe in priuilegio dato ad parandam exceptionem, pro- 17
ut quod quis non possit conueniri coram ordinario; quia exceptio est perpetua. Castr. *cons. 432. Videtur dicendum, in fin. v. item non*
obstat, lib. 1. † Limita; quia priuilegium datum ad aliquid faciendum perditur per decennium, *l. vnica. ff. de nundi.* Abb. *cons. 18. Pri-* 18
mo, quod communitas, n. 4. colum. 3. in princ. lib. 2. Alex. *cons 33. Ponderatis, n. 5. ver. nec obstat, lib. 5.* † Restringe, quando priuilegium est 19
datum ad non vsum, prout ad nõ soluendum aliqua onera; quia tunc non perditur, licet non soluatur. Alex. *d. cons. 33. num. 5. lib. 5.*

20 † Limita; quia priuilegiũ latum, si priuilegiatus vtatur eo stricte, per vsum strictum tollitur decennio, vt, ad latitudinem priuilegiatus redire non possit. Bart. *in l. vsum aqua. C. de aquæduct. lib.* 11.

Priuilegium quando perdatur per actum contrarium. Conclus. 756.

1 PRIVILEGIVM † per actum cõtrarium non perditur, quandõ quis facit vltra id, q̃ teneat ex lege; secus si actus tendit mi-
2 nus, quam prouisio legis. Oldr. *cons.* 101. *n.* 4. *v. & si dicatur.* † Amplia; quia Religiosi exempti ab Episcopo, & processionibus, si vocati veniant, non censentur renunciare suæ exemptioni, ex quo priuilegium est facultatis, maxime, si protestati sunt, q̃n venerũt.
3 Calder. *cons.* 393. alias 8. *de regular.* † Extende, vt idem sit, si vocant ad synodum etiã prætextu, q̃ teneantur, & accedant cum protestatione; quia non perdunt priuilegium. Bald. *d. cons.* 338. *Archiepiscopus Pragen. n.* 3. *v. super tertio, lib.* 4. † Amplia; quia singulares personæ alicuius ordinis nõ possunt per actũ cõtrarium p̃iudicare toti ordini; ideo priuilegium eorum nõ perditur. Bal. *cons.* 338.
5 *n.* 4. *v. super quarto, lib.* 4. † Restringe, nisi per longum tempus particulares contrauenissent; quia p̃sumeretur notitia ciuitatis; & tunc videntur ciues approbare. Abb. *cons.* 61. *in fin. n.* 8. *lib.* 2. sequitur Dec. *in c. cum accessissent, n.* 18. *de constit.* † Declara, quod dr̃ priuilegium perdi per actum contrarium, procedit, quod illum actum solum; secus si priuilegium respicit alias; quia quoad alia firmum manet. Bald. *d. cons.* 338. *in fin. v. super vltimo, lib.* 4. † Amplia; quia priuilegium cõcessum vniuersitati, vel ciuitati quoad alios, non perditur, si ciuitas exempta compellit ciues suos contra exemptionẽ, vt soluant ciuitati suæ exemptæ. Signo. Homod. *cons.*
8 70. *In quæstione vertente. n.* 13. *v. item non obstat tertia.* † Amplia; quia Capitulum habens priuilegium, seu statutum, quod nõ residentes non habeant fructus in absentia, licet quandoq; Capitulum dispensauerit ex causa cum aliquo; non tñ cessat statutum; quia non possunt tollere, & quia fuit ex gratia in casu particulari. Za-
9 bar. *consil.* 119. *n.* 2. *v. nec prodest, & n.* 3. Vide, *Exempti soluentes onera quando perdant exemptionem, vel non. Concl.* 575. † Limita; quia priuilegium perditur per contrauentionem, & sic actum contrariũ. Dec. *in c. cum accessissent, n.* 17. *v. quinto Abbas concludit, de constit.* qui intelligit in çtrauentione vniuersali, vt si patiatur se describi in libro æstimi, & q̃ vniuersalis sit ista descriptio, vel in libris, vel per
10 literas supioris. Gozad. *cons.* 23. *n.* 4. *& seq.* † Declara; quia perdit per vnicum actum çtrariũ, q̃n est momentaneum; secus si est generale priuilegiũ, & habet effectum successiuum. Alex. *cons.* 33. *n.*
11 4. *lib.* 5. † Extende; quia etiam per vnicum actum contrariũ priuilegio perditur priuilegiũ, *l.* 2. *C. de iur. dom. impetr.* Castr. *cons.* 431.
12 *Videtur, col.* 1. *lib.* 1. † Declara tñ, vt per Alex. *cons.* 33. *Ponderatis, n.* 2. *lib.* 5. & plene Ias. *cons.* 25. *li.* 3. vbi vult, q̃ solutio onerum facta per exemptum, & priuilegiatũ eidem nõ præiudicet, nisi sit lapsum tempus 30. annorum, & quod præiudicet solum in iis, quæ sunt
13 soluta, non in aliis, vide infra *n.* 26. *v. restringe.* † Extende; quia priuilegium concessum vniuersitati perditur per vsum contrarium etiam per singulares personas vniuersitatis. Abb. *cons.* 18. *Primo,*
14 *q. communitas, n.* 4. *lib.* 2. † Cõtrarium tenet Alex. *cons.* 190. *Mature discussis. in fin. v. vel aliter. n.* 24. *lib.* 2. vbi, quod vniuersitas, quę non potest alienare sine certa solemnitate, nõ perdit priuilegium per
15 actum contrarium. † Restringe; quia per vnum actum non contrarium vniuersaliter non tollitur priuilegium. Dec. *d. c. cum accessissent. col. pen. v. retenta tamen,* sed præiudicatur in illo actu tantum. Decian. *cons.* 43. *n.* 28. *& seq. lib.* 3. Alex. *cons.* 193. *Ex themate prope fin.*
16 *n.* 11. *v. postremo, lib.* 2. † Restringe, quando actus fit contrarius ab eo, qui ignorat priuilegium. Alex. *cons.* 103. *Visis scriptis, n.* 12. *v. primo quia, lib.* 2. vbi, quod in dubio hæres p̃sumitur ignorare pri-
17 uilegium, & *cons.* 33. *n.* 12. *& seq. v. non obstat, quod secundo, lib.* 5. † Restringe, quando cõtrauentio fit ab eo, qui potest renunciare priuilegio, alias secus. Dec. *d. c. cum accessissent, col. pen. v. secundo, t. concl. de constit.* Decian. *cons.* 43. *n.* 34. *& seq. v. sexto & hoc, lib.* 3. vbi, quod si ab alio præsumitur ignorantia priuilegiati. Zabar. *cons.* 130 *n.* 2. *v.*
18 *nec prodest.* Alex. *cons.* 190. *in fin. n.* 24. *lib.* 2. † Restringe, quando actus contrauentionis est nullus; quia non valet, vt si minor sine solemnitatib. nulliter alienat, vel nulliter facit actum contrariũ.
19 Alex. *cons.* 103. *n.* 12. *v. secundo potest responderi, lib.* 2. † Restringe, nisi contraueniens protestetur, quãdo actus est vniuersaliter cõtrarius; quia si non est vniuersaliter çtrarius, non requiritur p̃testatio. Dec. *d. c. cum accessissent, col. pen. v. tertio limitatur, de constit.* Alex.
20 *cons.* 190. *Mature, n.* 22. *v. non obstat sextum argumentum. lib.* 2. † Declara, vt per Alex. *cons.* 33. *Ponderatis iis, col.* 2. *v. fallit in munere decurionatus, lib.* 5. vt procedat, quando est actus vniuersaliter contra-
21 rius, alias non. † Restringe, dummodo controuersia sit sortita effectum. Dec. vbi supr. *in* 4. *limit.* † Restringe, quando contrauentio necessario infert renũciationem, alias secus; quia si cadit alia præsumptio, ista attendi debet. Dec. vbi supr. *in* 5. *limit.* Alex. *cons.* 33. *col.* 3. *v. quando imo si dicatur, li.* 5. vbi, q̃ ad fugiendum lites cõsetur soluisse potius, quam vt renunciet; & quia est donatio, quæ non præsumitur, sed omnis præsumptio contraria pro priuilegio sumi debet. Decian. *cons.* 43. *n.* 30. *& seq. lib.* 3. *v. quarto quia.* † Restringe in priuilegio per consuetudinem quæsito; quia requiritur multiplex contrauentio. Dec. vbi supr. *in* 6. *limit. in d. c. cum accessissent, de constit.* plene Zabar. *cons.* 131. *Videndum est, in fin.* † Ex quo non sufficiat vnicus, imo nec trinus actus, vt quis videatur recedere à priuilegio fauorabili consuetudinario, tenet Io. de Anan. *cons.* 48. *n.* 5. *v. circa vero,* vbi Bologn. *in ap. stil. circa fin. ver. circa vero.* † Declara; quia in priuilegio odioso, bene per vnicũ actum contrarium videtur recedi. Bologn. *d. addit. ad cons.* 48. *Io. de Anan. circa fin. v. circa vero,* sed forte non loquitur in consuetudinario; quia inducit *c. cum accessissent. de const.* & sic declaratio non cadit hic; sed est extensio limitationis. Alex. *d. cons.* 190 *in fin. v. non obst. tex. lib.* 2. *& cons.* 193. *in fin. v. nec etiam obstat, lib.* 2. † Restringe in priuilegio ciuitati, vel Ecclesiæ concesso; quia contrauentio personarum particularium non facit cessare priuilegium. Dec. vbi supra *in* 7. *limit.* Natt. *cons.* 160 *n.* 46. & est communis * opinio. Gozad. * *consil.* 23. *n.* 2. Abb. *cons.* 18. *Primo, quod communitas, col. pen. v. nec inficio meo, lib.* 2. Alex. *cons.* 190. *in fin. n.* 24. *v. vel aliter, lib.* 2. † Declara, vt quando deputati à ciuitate soluerunt, quia tunc præiudicant totem quoad illum actum. Gozad. *cons.* 23. *per tot.* maxime *circa fin.* † Declara tamen, dummodo non sit multiplicata contrauentio à particularium; quia ex quo censetur deuenisse ad notitiam ciuitatis, & Ecclesiæ, sibi præiudicant; quia videntur consentire, vt Abb. *cons.* 61. *in fin. lib.* 2. sequitur Dec. *in c. cum accessissent, n.* 18. *de constit.* † Contrarium videtur velle Grat. *consil.* 61. *n.* 45. *lib.* 1. vbi, quod etiam si per 20. annos non præiudicant ciuitati; quia requiruntur 40. anni continuati, idem tenet Gozad. *cons.* 23. *in pr.* † Contrarium, quod sufficiant 30. anni contra ciuitatem, vt prælegitur priuilegium exemptionis per solutionẽ particularium, q̃ ciuitas sciuit, & non contradixit, tenet Abb. *cons.* 18. *col. pen. v. quæro autem tempus, lib.* 2. vbi reddit rationẽ; quia est actio personalis & idem, q̃n maior est pars ciuitatis per 30. annos soluisset, perdit exemptionem ex sententia, & loquitur in ciuitate Auximi contra ciuitatem Recanati; quia licet, sint de statu Ecclesiæ, non requiritur centenaria, prout in Ecclesia Roman. vbi etiã, quę tempora deducenda sint. † Differentia est; quia Abb. *cons.* 61. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. vult, q̃ exemptio ciuitatis perdatur per contrarium, videl. per solutionem particularium sciente ciuitate, & dicit, q̃ sufficiunt decem anni; quia tanto tempore inducitur cõsuetudo contraria. † Abb. *in cons.* 18. *col. pen. lib.* 2. dicit contrarium, quod p̃ non potest accommodari consuetudo, sed præscriptio 30. annorum; quia exemptio si aufertur, est necessaria præscriptio, quæ infert vni, & dat alteri; non sic in consuetudine; igitur à die, quo sciuit ciuitas, vel maior pars soluit, currit præscriptio 30. annor. quia est quædam actio personalis, quæ tãto tempore præscribit. † Grat. *cons.* 61. *n.* 45. *lib.* 1. & Gozad. *cons.* 23. *in princ.* volunt, q̃ requiratur præscriptio 40. annorum contra Ecclesiam, & ciuitatem quia istud est regulare. † Restringe, quia non p̃iudicat in aliis, sed quoad actum cõtrarium dumtaxat. Alex. *d. cons.* 33. *col.* 2. *n.* 10. *ad id. constat, quod habetur, lib.* 5. vbi, q̃ neq; in illo actu, quando priuilegium non est momentaneum, sed successiuum idem tenet Decian. *cons.* 143. *Ex supra narratis, n.* 30. *v. tertio dico, lib.* 3. & q̃ præiudicet in illo actu tantum præterito, non futuro. Dec. *cons.* 436. *col.* 2. *n.* 2. qui dicit * coẽm, & quod ex actu cõtrario etiam deliberationis non præiudicetur in futurum, nisi per 30. annos continuauerit. Nat. *cons.* 1. *n.* 6. vbi respondet ad Ang. dicentem, quinto 10. dies describitur debet appellare. Ruin. *cons.* 219. *n.* 8. *lib.* 1. vbi q̃ non sibi præiudicat, nisi in eo, quod soluit, plenius Grat. *cons.* 61. *n.* 45. nisi spatio 40. annorum, *lib.* 1. Gozad. late *cons.* 23. *in pr. & n.* 9. *v. quinto, & vltimo,* vbi, q̃ quoad actus futuros non præiudicatur, si non sunt lapsi tot anni, q̃ cesset priuilegiũ, latissime Grat. *cons.* 549. *n.* 17. qui ostendit ex solutione non p̃iudicari quoad actus alios, & solutiones futuras, nisi sit legitime p̃scriptum plene Felin. *in d. c. cum accessissent, in* 3. *limit. de constit. n.* 28. vbi, quod requiruntur 40. anni, & Ias. *cons.* 25. *lib.* 3. vbi latissime idem dicit, & co. probat Castr. *cons.* 432. *Videtur dicendum, in fin. lib.* 1. Alex. *cons.* 190. *Ex themate, n.* 11. *v. postremo, lib.* 2. *& n.* 12. vbi, q̃ in priuilegio facto suo non perditur per vnicam contrauentionem, sed requiritur contrauentio per 30. annos, vel saltem per 10. annos secundum Compost. quẽ allegat. † Et ideo si Religiosi exẽpti ab Episcopo si passi sunt se conuenti in ciuilibus, sibi in ciuilib. tm̃ præiudica-

runt, non in criminalib. Castr. *cons.* 432. *Videtur dicendum, in fi. lib.* 1.
36 † Idem in eo, qui habet priuilegium continens plura capitula, si facit actum ctrariũ quoad vnum capitulum, non sibi ꝓiudicat
37 in alio. Castr. *d. cons.* 432. *in fin. lib.* 1. † Restringe, qñ alteri superiori fieret ꝓiudicium; quia etiã lata sententia non potest ꝓiudicare.
38 Ruin. *cons.* 219. *n.* 11. *lib.* 1. † Restringe; quia promittens soluere onera non censetur præiudicare sibi in exemptione obtinenda.
39 Ruin. *cons.* 126. *n.* 4. *lib.* 4. † E conuerso priuilegium exemptionis obtentum non derogat contrarię conuentioni. Ruin. *cons.* 163. *n.*
40 23. *lib.* 5. † Limita; quia exemptus si patitur se describi in æstimo Cõmunis, & cõpellatur soluere onera, prout non exempti, si nõ appellat intra 10. dies à die, quo scit se descriptũ, ꝑdit priuilegiũ, per tex. *in l.* 1. § *si quis tutor, in v. causas immunitatis, ff. quand. appell. sit*, vbi Ang. & Imol. plures citat Iaſ. *in l. falso, n.* 3. *C. de diuer. rescr.* Alex.
41 *cons.* 101. *n.* 10. *lib.* 1. & *consil.* 136. *n.* 10. *lib.* 2. † Contrariũ, quod imo sibi non præiudicat, licet non appellet; tenent relati ab Iaſ. *in d. l.*
42 *falso, n.* 3. *C. de diuer. rescript.* † Declara; quia imo sufficit sola ꝓtestatio, ꝙ non intẽdit sibi præiudicare, prout dicit Bart. *in l. veteranis. C. de iis, qui sponte mun. publ. lib.* 10. Alex. *cons.* 136. *n.* 11. & *cons.* 196. *n.* 6. & *seq. lib.* 2. & *cons.* 33. *n.* 6. *lib.* 5. Rip. *lib.* 1. *responso. c.* 21. *n.* 10. & *seq.* & *lib.* 2. *c.* 19. *n.* 24. & *c.* 25. *n.* 20. & 24. Rom. *cons.* 252. *in fi.* Gig. *de pensio. q.* 61. Gozad. *cons.* 23. *n.* 2. Iaſ. *in l. non solum.* § *morte, in fi. ff. de nou. ope.*
43 *nunciat.* † Imo ꝙ neq; protestatio sit necessaria, sed sit ad cautelam; ꝙa nisi solutio esset vniuersalis; quia ꝑditur priuilegiũ solũ ex actu vniuersali contrario, tenent Alex. *cons.* 33. *n.* 7. *lib.* 3. Deci. *in d. c. cum accessissent. in* 5. *conclus. in* 3. *limit. col. pen. de const.* vbi, ꝙ solum præiudicat sibi in solutis, non autem in futurum, nisi perseuerasset soluendo per 30. annos sine protestatione, de quo vide concord. plurimos *in pag. præced. n.* 34. *v. restringe, quia non præiudicat.*
44 † Declara, vt plene Alex. *d. cons.* 33. *Ponderatis, n.* 6. & *seq. lib.* 5. vbi, ꝙ si subeat munus vniuersale continens alia munera, prout officium Decurionatus, sibi præiudicat quoad omnia, nisi ꝓtestet; secus si non facit actum vniuersalem; quia ꝓtestatio non est necessaria, vel qñ sponte subit, est necessaria protestatio; secus si nõ sponte, vel protestatio sit de consilio; quia nisi soluat per 30. an-
45 nos, sibi non præiudicat, ẽt non protestando. † Restringe; quia imo soluens coacte sibi non ꝓiudicat; quia vbi alia coniectura potest elici, ꝙ non voluerit renũciare priuilegio, illa est eliciẽda. Alex. *d. cons.* 33. *n.* 10. & *seq. v. quinimo, lib.* 5. vbi *n.* 11. idem in illo, qui soluit decimas coacte, ad quas nõ tenebatur, vt sibi non ꝓiudi-
46 cet. † Limita; quia habens priuilegium latum, & amplum, si vtat stricte, & limitate per longissimum tempus, perdit priuilegium quoad vsum latum & amplum per 30. aut 40. annos. Bart. plene *in l. vsum aqua. C. de aquaduct. lib.* 11. & *l.* 1. *d. in. C. qui sponte munera*
47 *publ. subeunt.* † Et ꝙ ex longo vsu oriatur vera interpretatio priuilegij. Bal. *cons.* 246. *lib.* 3. Iaſ. *cons.* 128. *col. pen. lib.* 1. Cum. *cõs.* 162. *n.* 4.
48 † Imo ꝙ non requiratur longissimum tempus 30. vel 40. annorum. Crauet. *cons.* 101. *col. fin.* & 294. *col.* 4. *ver. ex quo datur intelligi.*
49 † Declara; quia vt Ecclesia perdat suum priuilegium, requiritur vsus cõtrarius per 40. annos, ita Iaſ. *in l. falso, in fin. C. de diuer. rescr.*
50 † Declara; quia habent locum prædicta, ꝙ habens priuilegium latum, & vtens eo stricte sibi præiudicat, qñ priuilegium est acquisitum ex ꝓscriptione immemorabili; secus si apparet priuilegium, ita Alex. *d. cõs.* 33. *Ponderatis, n.* 12. *v. nec etiam habet obstare, lib.* 5.
51 † Limita; quia priuilegium concessum priuatis personis perdit per actum cõtrarium sine præfinitione temporis. Abb. *d. cons.* 18.
52 *n.* 4. *v. quinimo, lib.* 2. † Extẽde, vt idẽ sit in priuilegio cõcesso vniuersitati, dũmodo principaliter non concernat fauorẽ Ecclesię.
53 Abb. *d. cons.* 18. *n.* 4. *v. quinimo. lib.* 2. † Declara; quia semper, ꝙ priuilegium est momẽtaneum, tollitur per vnicũ actum ctrarium; si vero habet tractũ successiuum, non tollitur ꝑ actũ contrarium non vniuersalem, sed sibi ꝓiudicat in eo, ꝙ fecit; si vero est actus contrarius vniuersalis, vel continuatũ est per 30. annos in cõtinuentione; tunc tollitur omne priuilegium habens tractum successiuum. Alex. *d. cons.* 193. *n.* 11. & *seq. vsq. in fin. v. postremo, circ.* 4. *lib.*
54 2. Vide, *Exempti soluentes onera quando perdant emptionem. Concl.* 575. Vide, *Renunciatio tacita iuri suo ex quibus inducatur. Conclus.* 179.

Priuilegium quando perdatur propter delictum, vel non. Concl. 757.

1 PRIVILEGIVM † generale Ecclesiæ, vt confugientes ad eam tueantur, perditur, si delictum est contra Ecclesiam. Fed. *cons.*
2 2. *col. fi. v. ad tertiam. c. fi. de immun. Eccl.* † Amplia; quia factus exemptus à iurisdictione ex priuilegio perdit priuilegium ꝓpter delictum. Menoch *cons.* 2. *nu.* 35. Limita; quia regulariter de iure Canonico priuilegium non perditur ꝓp delictum supetueniens, &

quando secus. Vide Soci. *in reg.* 31. *Priuilegium de iure Canonico*, vbi ponit tres fallentias, quas videas. † Limita; quia facultas cõcessa 3
hęredi alienandi bona prohibita alienari pro necessitatibus suis non perditur, licet hæres alienauerit ꝓp necessitatem dolosam, & ꝓcuratã; quia licet alienationes ꝓteritæ sint nullæ, & possint reuocari; tñ non operatur, quin possit ex vera causa vti facultate alienandi. Bald. *cons.* 20. *Quid important, n.* 2. *v. sed remanet, lib.* 2.

Priuilegium prosę, & hæredibus, & successoribus, ad quos transeat, vel non. Concl. 758.

PRIVILEGIVM † concessum alicui pro se, hæredibus & succes- 1
soribus super immunitate, & exemptione non transit ad singularem successorem. Iaſ. late *cons.* 89. *lib.* 3. † Contrarium tenet 2
Alex. *cons.* 193. *Exthemate, in pr. lib.* 2. vbi, ꝙ si est pro hæredib. tm̃, vel pro successoribꝫ tantum, nõ transit ad singulares successores; secus si simul sunt hæredes, & successores, maxime, qñ materia est fauorabilis. † Amplia; quia priuilegiũ exemptionis alicui cõ- 3
cessum pro omnib. eius descẽdentibus tam masculis, q̃ fœminis, habet locum in fœminis non maritatis; secus si sunt maritatæ. Bart. *in l. quoties. C. de priuil. schola. lib.* 12. cuius opinio * cõmuniter approbatur. Vide, *Hæredum appellatio an de vniuersali, vel particulari intelligatur. Concl.* 77. *cum duab. aliis Conclus. sb proxime seq.* † Contra- 4
rium tenet Alexan. *cons.* 125. *Viso processu, n.* 10. *v. prædictis etiam non obstat. lib.* 7. vbi, quod tex. *in l. quoties. C. de priuil. schol. lib.* 12. hoc nõ probat, & quod illa non est lectura Bart. sed cuiusdam D. Contis de Peruſio, & probatur ex stylo; quia Bart. non habet illũ stylum, & ꝙ à maioribus ita audiuit, & quod nullus grauis auctoritatis tenet illud dictum, & probat nõ posse esse verum; quia maritata non gaudet, sed bene vidua; quia si maritata non gaudet; ꝙa transit in priuilegium mariti, ita etiam vidua, quia donec est vidua, retinet priuilegia mariti, & hanc veriorem dicit apostill. *in v. demum*, quæ plurimos pro vtra q; citat. † Declarat Alex. *d. cons.* 5
125. *n.* 10. & *multis seq. lib.* 7. quia distinguendum est, aut priuilegiũ cõcessum est filiis, & filiab. expresse; & quia ista sunt nomina naturalia, quę non desinunt per transitum ad matrimonium; secus si nomina essent accidentalia, seu non naturalia. † Declarat 2. 6
Alex. *d. cons.* 125. *n.* 11. *lib.* 7. quia dato, ꝙ esset vera cõclusio in priuilegio odioso, nõ erit vera in alia dispositione fauorabili. † De- 7
clarat tertio idem Alex. *d. cons.* 125. *lib.* 7. *n.* 12. *v. ad istorũ confirmationem*, quia si concessio facta est in priuilegio filiis, & filiab. per nomina naturalia, competit ẽt nuptiis; si per nomina accidentalia, & non cõpetit; aut est dubiũ, & tunc artẽditur ratio principalis, & magis fauorabilis. † Limita, qñ priuilegium esset concessum 8
per terminũ cõm̃, prout sunt verba, coniunctos, consortes, & similia; quia licet proferantur in masculino cõprehendunt fœmina; secus si per terminum substantiuum. Alex. *d. cons.* 125. *n.* 13. *lib.* 7. vbi apostil. citat Tiraq. *de retract.* § 1. *glo.* 9. *n.* 200. *cum seq.*

Priuilegio quando renunciari non possit, vel secus. Conclus. 759.

PRIVILEGIO † fori à lege, vel à Principe inducto renunciari 1
non potest, *l pen. C. de pact.* vbi Bald. Castr. & alij. † Amplia; 2
quia priuilegio, ne quis egeat, renunciari non potest. Alex. *in l. non tantum, n.* 12. *ff. de re iudic.* † Amplia; quia qñ priuilegiũ exem- 3
ptionis est concessum, & interest concedentis, non potest priuilegiatus illi renunciare sine concedente. Vide, *Renunciare iuri in* 4
fauorem suum inducto quando quis non possit. Concl. 171. † Limita; quia priuilegio cõcesso ad fauorem priuilegiati, puta quod non possit aliquis alienare, donec habeat ætatem 30. annorum, potest priuilegiatus renunciare. Alex. *cons.* 103. *Visis scriptis, in princ. lib.* 2. † Extende; quia imo eo ipso, quod facit actum contrarium 5
priuilegio, censetur illi renunciare. Alex. *d. cons.* 103. *n.* 1. *v. nam per actum contrarium, lib.* 2.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. Conclus. 760.

PRIVILEGIATVS † non vtitur priuilegio contra pariter priui- 1
legiatum. Petr. de Anchar. *cons.* 37. *contra Ioannem, in princ.* Riminald. Iun. *cons.* 278. *n.* 72. vbi, quod fit reductio ad ius commune. Marsil. *sing.* 99. *Priuilegiatus, & sing.* 681. *Tradidi tibi*, & est regula, vt dicit Socin. Iun. *cons.* 74. *n.* 21. *lib.* 1. Felin. *in c. in præsentia, de probatio.* facit text. *in l. sed si milites.* §. *coaqualitas. ff. de excusat. tutor.* per quem text. plura similia infert Bald. *in cap.* 1. *col.* 3. *de probat. &* *in c. causam, el primo, de iud.* † Ratio est; quia si priuilegium frangi- 2
tur; quia priuilegiati concurrunt, reducimur ad ius commune. Roman. *cons.* 385. *num.* 4. *v. secunda ratio.* † Amplia; quia parochia 3

deducit quartam sibi debitã ex legato facto Ecclesiæ, in qua testator est sepultus, etiam si ex deductione quartæ impediatur opus, ad q̃ legatum pium est destinatum. Oldr. *cons.* 225. *n.* 25. Lap. *alleg.* 30. *circ. fin. v. si legatum est factum*, vbi, q̃ fiet commutatio legati in alium pium vsum. † Amplia; quia *c. cum esses. & c. relatum, de testam.* loquentia de causa pia, vt valeat testamentum cum duobus testibus, & parochiano non habet locum, si in primo erat solemniter instituta causa pia. Oldr. *cons.* 119. *circ. fi.* † Amplia; qa habens moratoriam, ne teneatur soluere per 10. annos suis creditoribus, non vtitur moratoria contra habentem similem moratoriam; quia pariter est priuilegiatus. Petr. de Anch. *d. cons.* 37. *in prin.* vbi distinguit; an agat vnus de damno, alius de lucro. † Amplia; quia licet fauendum sit ordinariæ iurisdictioni; non tñ, vt detrahat alteri ordinariæ iurisdictioni. Io. de Imo. *cons.* 140. *In casu proposito, n.* 3. *v. an iure etiam.* † Amplia; quia vnum Altare nõ debet cooperiri cum discoopertione alterius. Vide, *Altari seruiens de Altari viuere debet. Concl.* 312. † Amplia; quia priuilegium datũ, q̃ testamentum coram duob. testibus valeat inter filios, sicuti intelligitur ad fauorem filiorum; ita si inæqualiter in magna quantitate sunt instituti, & inter eos sit contentio de validitate; quia priuilegiatus non vtitur priuilegio cõtra pariter priuilegiatum, erit locus iuri communi, vt septem testes requiratur. Rom. *cons.* 385. *nu.* 4. *v. secunda ratio*, vbi reducit ipse ad priuilegiũ speciale liberorum de iure cõmuni, vide eum, an bene inducat, nisi quia ibi reuocatio respicit fauorem filiorum. † Extende; quia ecclesia, & pia causa instituta in solemni testamento, si testator facit sdm testm̃tum nõ solemne, in quo instituit aliam piam causam, non censetur reuocatum testm̃tum; quia priuilegiatus nõ vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatũ. Ang. Aret. *cons.* 91. *Pro decis. in pr. v. secundo.* licet si pia causa nõ esset in primo, sufficeret, vt ibid. *n.* 32. *nec etiam obstat secunda.* † Limita, quando vnus est magis priuilegiatus; quia vtitur suo priuilegio contra priuilegiatum habẽtem minus priuilegium. Corn. *cons.* 140. *n.* 14. *lib.* 1. & Couarr. *in* 2. *par. relect. c. possessor. §.* 2. *n.* 4. *v. quod vero.* † Et ideo Ecclesia hæres * contra Ecclesiam legatariã deducit Trebellianicam sdm̃ * coẽm. Couar. *in* 2. *part. relect. c. possessor, de reg. iur §.* 2. *n.* 4. *v. ex quibus.* Vide, *Piarum causarum concursus operatur, vt magis pia præualeat. Concl.* 336. † Limita; quia dupliciter priuilegiatus bene vtitur suo priuilegio contra priuilegiatum. Cephal. *cons.* 748. *n.* 18. † Limita; quia priuilegiatus in specie præfertur priuilegiato in genere. Menoch. *cons.* 52. *n.* 43. *lib.* 1. vbi dicit, q̃ communitas si petat restitui cõtra Ecclesiam aduersus omissam probationem, priuilegium communitatis dr̃ esse speciale; Ecclesiæ vero dicitur generale; quia non habet priuilegium, q̃ non detur restitutio contra eam, nisi ex generali regula, q̃ priuilegiatus nõ vtitur priuilegio, quod est quid genericum in omnibus, nõ speciale in indiuiduo. Vide Iaſ. *in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. num.* 11. Couarru. *in* 2. *parte prælect. cap. possessor. §.* 2. *n.* 4. *v. quod vero diximus*, vbi maxime, q̃n * in eadem re est specialiter priuilegiatus, & dicit * communem. † Limita, quãdo tractat vnus de damno, alter de lucro; quia tractatus de damno vtitur suo priuilegio. Menoch. *cons.* 447. *n.* 37. * Rimin. Iun. *cons.* 285. *nu.* 127. vbi dicit * coẽm, & *cons.* 351. *n.* 51. Alex. *cons.* 55. *in fin. v. circa s. primum, lib.* 5. Castr. *consil.* 37. *in fi. lib.* 2. Couar. *d. c. possessor, de reg. iur. in* 2. *part. relect. §.* 2. *n.* 4. vbi de * cõmuni. † Extẽde; quia vniuersitas, quæ fingitur vice minoris, restituitur aduersus Ecclesiam & minorem pariter priuilegiatum, q̃n vniuersitas tractat de damno Ecclesiæ, & minor de lucro, *l. verum § fi. ff. de minor.* Et possent allegari multæ aliæ rationes, maxime quia priuilegium petẽtis restitutionẽ dicitur in specie, alteri vero dr̃ in genere, vnde præfertur priuilegium in specie. † Et vniuersitas; quæ tractat de damno, restituitur contra aliam, quæ tractat de lucro, licet sint pares in priuilegio. Iaſ. *in authen. quas actiones, n.* 11. *C. de sacros. Eccl.* qui ita infert hoc casu. Castren. *cons.* 37. *in fin. v. quinto & vltimo, lib.* 2. † Et Ecclesia restituitur aduersus aliam Ecclesiam, quæ præscripsit; quia illa, quæ petit restitui, tractat de damno vitando, alia de lucro. Roman. *cons.* 166. *Visa diligenter, in fin. n.* 14. vbi dicit * communem. † Limita in casu contrario; quia is, qui est infamis, & non potest agere, si agat contra infamem, & ipse excipiat, quod infamis est, ipse replicet, tu non potes opponere hoc, quia es pariter infamis, procedit prima exceptio contra agentem, non secunda replicatio, ita Clar. *in praxi crim. q.* 15. *n.* 4. *v. fed quia*, vbi de * communi.

Priuilegium Principis viuentis est maioris efficaciæ, quam mortui. Concluſ. 761.

1 PRIVILEGIA † Summorum Pontificum mortuorum non sunt tantæ obseruantiæ, quantę priuilegia Pontificis viuentis sdm̃ Bald. *cons.* 232. *Fratres Prædicatores, in fi. v. solutio, lib.* 1. † Et priuilegia Principum defunctorum, q̃s sunt gratiosa, debent seruari, vt confirmẽtur in successorib. Bald. *cons.* 112. *in quæſt. lib.* 1. † Et regula est, quod magis obligatur concedens priuilegium ad illius obseruantiam, quam successor. Boſſ. *tit. de regul. n.* 32.

Priuilegium non præsumitur, nisi ostẽdatur, & quando secus. Concl. 762.

PRIVILEGIVM † cõtra ius commune non potest possideri sine titulo, quia titulus requirit bonam fidem; vnde alias possessio non procedit. Bald. *cons.* 311. *Præmittendum est. lib. 1. aperire.* † Amplia; quia priuilegium requirit scripturam secundum veriorem opinionem; & ideo de iure positiuo si non doceatur de priuilegio, pro eo non præsumitur, maxime, si est cõtra ius commune. Bald. *d. cons.* 311. *in fi. v. & vero quæratur. lib.* 1. † Amplia; quia priuilegium Principis requirit sigillum; ideo priuilegium sine sigillo nõ probat, nisi ꝓbetur, q̃ fuit sigillatum, & perditũ sigillum; & licet nõ ꝓbat priuilegium Principis sine sigillo; ita nec; transumptus illius, quamuis antiquum. Alex. *cons.* 150. *In causa. n.* 5. *& seq. v. ius posset attentari, lib.* 6. † Extende etiam si in narratiua priuilegij fiat mentio, *iussimus, & fecimus sigilli nostri appensione muniri*; quia licet verba enunciatiua Principis probent; secus isto casu; quia est priuata scriptura, & non constat, quod sit Priuilegium Principis, & quia caret sigillo, nec constat, quod sit amissum, vel habuerit. Alex. *d. cons.* 150. *n.* 6 *& seq. lib.* 6. † Limita; quia priuilegium antiquum carens bulla, seu sigillo Principis bene probat, & dicitur in forma probanti, quando habet subsignationem Principis. Signor. *cons.* 70. *In quæstione vertente, n.* 10. *in fi. & seq. vnde constat quæ ratio.* † Limita in priuilegio doctoratus, notariatus, & similia, quæ nõ præiudicant tertio; quia sufficit quasi possessio absq; exhibitione priuilegij; secus in iis quæ præiudicant tertio. Bald. *in l. non ignorat, col.* 5. *C. qui accus. non poss.* Vide, *Antiquum qualite, & quando aliquid dicatur. Concl.* 341. Vide, *Instrumentum non probat, q̃ origin. ale est vitiatum. Concl.* 246. Vide, *Quasi possessio conseruatur ex habitu, & communi reputatione, & quando secus. Concluſ.* 33.

Priuilegium concessum ad instar alterius priuilegiati quod paratur quoad omnia, & quãdo secus. Concl. 763.

PRIVILEGIVM † concessum ad instar alterius dicitur habere eadem priuilegium, quod habet ille, ad cuius instar conceditur. Oldr. *cons.* 300. *Factum tale est magistro, per tot.* vbi multa allegat, maxime *n.* 8. *v. & attendendum.* Rom. *cons.* 383. *In proposito, n.* 32. *v. si dicatur*, allegat text. *in l. Princeps. ff. de legib.* vbi Augusta dr̃ iuslatorum legibus, prout Imperator per æquiparationem facta Imperatori. † Amplia; quia priuilegium extensum de vno genere personarum ad aliud eandem vim habet in illo, ad quem fit extensio, q̃ habebat in primo etiam quoad specialiter declarata quoad primum. Gemin. *cons.* 56. *in princ.* vbi, q̃ concordata Germaniæ extensa ad Archiepiscopum, & clerum Ianuen. conferunt eide Archiepiscopo, & clero id omne, q̃ conferunt Germanicis. † Amplia, vt in tantum priuilegium cõcessum ad instar alterius priuilegij sequatur nãm eius, ad cuius similitudinẽ est cõcessum, vt priora erant reuocata, & nullius momenti, etiam concessum de instar erit similiter nullius momenti; quia abrogatum nulli habet similitudinẽ. Bald. *cons.* 232. *Fratres Prædicatores, n.* 2. *v. præterea lib.* 1. † Amplia in tm̃ priuilegium adæquationis operari idem, q̃ adæquato, q̃ continetur in eo, ad quem fit adæquatio; vt si aliqs familiaris nõ verus quoad priuilegia adæquat veris familiaribus & postea cõceditur priuilegiũ alteri, in quo excipiuntur veri familiares, erit ẽte xẽptus ad æquatis veris familiarib. Rom. *cons.* 383. *In proposito, n.* 2. *v. & si dicatur, cum seq.* † Extẽde; quia imo adæquatio facta per omnia veris familiaribus, ac si adæquatus verus esset familiaris, operatur, quod si post adæquationem cõceditur aliquod priuilegium veris familiaribus, censetur etiam cõcessum adæquato, ita Rom. *d. cons.* 383. *n.* 3. *v. caterum*, allegat gl. ordinaria *in l. si quis seruo. C. de furt.* vbi apostil. *in verb. si quis seruo*, dat concor. † Amplia; quia priuilegium de sui natura personale quoad heredes nõ transiret, bene trãsit, si in eo fuit facta exæquatio ad heredes nõ transiret, bene trãsit, si in eo fuit facta exæquatio ad heredes, priuilegio, q̃ transit ad hæredes. Bald. *cons.* 335. *Præmittendum q. n.* 6. *v. item si rationes, lib.* 1. † Amplia; quia pacta, & concordata inter Rempubl. Florentinam, & terras S. Geminiani, & S. Miniati, q̃ gaudeant omnib. priuilegiis ciuium originatorum, censentur q̃ adæquationem ciues creati sub conditione non simpliciter, & ideo si fiat lex, q̃ ciues Florentiæ non possint habere officia, nisi steterint allibriati per tot annos; idẽ erit de aliis, vt non fiat cõtra pacta

pacta conuenta. Caſt. *conſ.* 284. *Viſis, & ponderatis. col.* 3. *& per tot. ver. præditis tamen non obſtan. lib.* 1. vbi reſpondet ad omnia contraria, quia adæquata, & adinſtar aliorũ non debent eſſe melioris conditionis, quia plus non debet operari imago, quam veritas. † Limita; quia priuilegium conceſſum adinſtar alterius non æquiparatur in iis, quæ ſpeciali nota digni ſunt. Ant. de But. *conſ.* 19. *nu.* 9. *in fin. & n* 10. vbi, quod reſtringitur adæquatio ad ea, de quibus adæquatus eſt capax. † Limita; quia obligatio facta, vel alius actus factus à priuato adinſtar alterius, nõ habet eundem effectũ in iis, in quibus homo nõ poteſt fingere, veluti ſi datur certa forma ad cõſtituendam obligationẽ Cameralẽ, nõ valebit obligatio in forma Cameræ, licet partes voluerint, quod ſit efficacis, prout obligatio Cameralis, ita videtur velle Ant. Galleſ. *de oblig. Camer.* 3. *part.* 4 *q.* Vide, *Æquiparatorum idem eſt iudicium. Concl.* 308. Vide, Clauſula, *in omnibus, & per omnia*, quid operetur. *Concl.* 534. Vide, *Nota ſpeciali digna ſi nõ exprimũtur, nõ cõprehenduntur. Concl.* 68.

Probatio quid ſit, & qualiter ſit arbitraria. Concl. 764.

1 PROBATIO † nihil aliud eſt, quam veritatis oſtenſio. Signor.
2 *conſ.* 237. *Super facto, n.* 2. † Et probatio nihil aliud eſt, quam iudicem ad fidem deducere. Caſt. *conſ.* 193. *In cauſa, & quæſtione, in ſi. lib.* 1. Florian. de S. Petro *conſ.* 15. *n.* 24. vbi addit, quod eſt iudicem
3 ad fidem indubitatã inducere. † Multiplex eſt probatio, & multiplices gradus probationis, prout magiſtraliter docet Bart. *in l. admonendi. ff. de iureiur. n.* 14. *& ſeq. ver. ſecundo quæro.* vbi, quod in iudice cadit ſcientia, & neſcientia, inter quas media eſt credulitas, ſeu fides, ad quam credulitatẽ & fidem peruenitur per quatuor gradus: Primus eſt, quãdo actor affirmat, reus negat, quia index inducitur ad dubitandũ, & iſta non eſt probationis gradus, quia iudex ſolum inducitur ad inueſtigandum: Secũdus gradus, quia poſt dubitationem, & inueſtigationem incipit iudex ſuſpicari, & applicat animum magis ad vnum, quam ad aliud, & ſiquidem ex leuibus argumentis non poteſt ſequi condemnatio; quia adhuc dubitat; tamen eſt gradus probationis: Tertius gradus; quia ex ſuſpicione peruenitur ad opinionem, quãdo fortiora ſunt indicia, & iſtud opinari eſt ſecundus gradus probationis, & habet locũ ſuppletio per iuramẽtum, vt loquitur *d.l. admonendi.* Quartus gradus; quia ex opinione deuenitur ad firmam credulitatem, & iſta eſt plena probatio, & idẽ in criminalibus, & reperit Bart. *in extrauag. ad reprimendum, ver. ſummarie, n.* 7. *ver. circa modum*, vbi, q
4 etiãin cauſis ſummariis, pcedit. † Probatio debet eſſe ſolemnis, & legitima, etiãſi agatur de, pbatione faciendã iudici; ideo intelligitur, q̃ ſit parte citata, ſiue ſit per, pductionẽ iurium, ſiue p examen teſtium, ſi nõ eſt citata pars, cõtra quam fit, non releuat.
5 Alex. *conſ.* 147. *Viſis dubitationib. lib.* 6. *in pr.* † Extẽde, vt, pcedat, et-
6 iamſi cauſa ſit ſummaria. Alex. *d. conſ.* 146. *n.* 2. *lib.* 6. † Extẽde; quia mandatũ, pbari debet parte citata, in tm, q̃ nõ ſufficit, q̃ de mãdato nõ fuerit oppoſitũ, neq; q̃ Notarius fecerit fidẽ de mandato oretenus iudici nõ citata, & abſente parte, plene Alex. *d. conſ.* 147. *n.* 4. *& ſeq. per tot. ver. non obſtat. lib.* 6. quia ſemp poteſt opponi
7 hæc exceptio, & quia, pbatio nõ eſt ſolemnis, neq; concludit, de quo mãdato. † Perfecta, pbatio dicitur illa, q̃ fit per teſtes, & inſtrumẽta, vel confeſſionẽ partis, vel aſpectũ, nõ autẽ, quæ fit per iuramẽtũ, gl. *in d. c. cum de indebito. ff. de probat.* Dec. *conſ.* 18. *in c. at ſi*
8 *clerici, n.* 44. vbi late, *de iud.* † Ideo, vbi requiritur legitima probatio, nõ ſtatur iuramẽto; quia non eſt legitima, ſed priuilegiata. Aret. *in* §. *ſiquis in fraudem, n.* 8. *Inſtit. de actio.* Alex. *conſ.* 119. *col.* 4. *lib.* 2.
9 Ia. *in l. ſi quando. C. vnde vi.* † Declara; quia imo ſtãte ſtatuto requirẽte legitimã probationẽ, non ita ruditer intelligendũ eſt, vt excludat, pbabiles coniecturas, q̃ animũ iudicis mouere poſſunt. Caſt. *conſ.* 380. *lib.* 1. *& conſ.* 143. *lib.* 2. Imol. *conſ.* 92. & late Fel. *in rub.*
10 *de probat.* † Et quod, pbatio concludẽs præſumptiue, dicatur cõcludens, & plena, pbatio. Bart. & Saly. *in l.* 1. *ff. ſi cert. pet.* Dd. *in l. ſi. C. de probat.* Fel. *in c. quia veriſimile, n.* 7. *de præſumpt. & in c. in præſentia. nu.* 24. *&* 25. *de prob.* late Rom. *conſ.* 91. plenißime Caſtr. *conſ.* 381. *Iudex eſt miniſter Dei*, vbi plura exempla ponit, *lib.* 1. *& conſ.* 302. *per*
11 *tot. lib.* 2. Vide infra, *Probatio per coniecturas quando, & in quibus. Concluſ.* 795. † Et, pbatio plena nihil aliud eſt, q̃ iudicẽ ad indubitatã fidẽ adducere. Caſtr. *conſ.* 169. *Viſo puncto. n.* 4. *ver ſecunda ratio. lib.*
12 2. vbi apoſtil. citat Socin. *conſ.* 89. *in fin. 6. col. lib.* 1. *& conſ.* 187. *ver. ex quibus omnibus in fi. lib.* 2. † Probatio quælibet eſt arbitraria. Caſtr. *in l. admonendi. col. pen. ff. de iureiur.* vbi dicit, q̃ iudex poteſt adhibere fidẽ teſtibus ſingularibus, ſi eidẽ videatur, q̃ dicãt veritatem, per *l.* 3. §. 1. *ff. de teſt.* plene Caſtr. *conſ.* 381. *Iudex eſt miniſter, col.* 2. *ver. ratio tertio. lib.* 1. vbi apoſtil citat Socin. *conſ.* 187. *ver ex quibus omnib. in fi. & conſ.* 262. *ver. præterea etiam. lib.* 2. Caſt. *conſ.* 143. *in pr. & conſ.* 169. *n.* 4. *lib.* 2. *& conſ.* 302. *lib.* 2. Socin. *conſ.* 89. *In cauſa agitata. lib.* 1. quia probatio ad aliũm finem non fit, niſi vt iudex inducatur ad credulitatem, ſecundum probata, idem Socin. *conſ.* 262. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 4. *Multum diffuſe. lib.* 4. *& conſ.* 340. *nu.* 14. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 163. *In cauſa patrimonij. col.* 2. *& conſ.* 510. *In caſu, de quo agitur.* Marſ. *ſing.* 114. *vulgatum.* † Et illa dicitur concludens probatio, quæ inducit iu- 13
dicem ad credulitatem, *l. quinquaginta. ff. de probat.* Bartol. *in d. l. admonendi. ff. de iureiur.* Ant. de But. *c. ex literis. in* 6. *not. de prob.* Soc. *conſ.* 89. *In cauſa agitata. col.* 4. *circa prin. lib.* 1. *& conſ.* 262. *In cauſa magnifici. col.* 4. *ver. & pro certo. lib.* 2. *& conſ.* 11. *In cauſa domine. col.* 2. *lib.* 3. *& conſ.* 98. *Iuſtißime iudex. col.* 2 *ver. ſecundo quæritur. lib.* 4. & idem Soc. *conſ.* 90. *nu.* 6. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 24 *In caſu ad me tranſmiſſo. col.* 2. *ver. ſed tamen iu non obſtantib.* † Et ideo dicta teſtium multum arbitrio iu- 14
dicis relinquuntur, an probent, vel non, *d. l.* 3. *ver. & tu magis. ff. de teſtib.* ponit Bart. *in l. ſi quando. C. vnde vi.* Dec. *conſ.* 219. *in fin. & conſ.* 233. *col. pen.* vbi, quod probationes in tantum ſunt arbitrariæ iudici, vt eius arbitrio relinquatur, an ſit plene probatum, vel nõ. Caſtr. *conſ.* 143. *col.* 2. *in pr. ver. propter hoc. lib.* 2. vbi apoſtil. citat Soc. *conſ.* 187. *ver. ex quibus. & conſ.* 262. *ver. præterea. & conſ.* 235. *ver. ſecundum iſtam opinionem. lib.* 2. † Et quod materia probationum ſit ar- 15
bitraria, & conſiſtat in animo iudicis. Curt. Iun. *conſ.* 52. *n.* 8. Boer. qui plures citat *deciſ.* 101. *n.* 8. Dec. *conſ.* 133 *Viſo tenore Bullarum. n.* 6. *ver. & licet probationes. & conſ.* 463. *In cauſa quæ nomine Cameræ, n.* 23. *& conſ.* 577. *Viſo copioſo. n.* 2. *& conſ.* 650. *In cauſa. & conſ.* 652. *Viſo conſilio. n.* 4 *& conſ.* 233. *col. pen. ver. & licet probationes.* Dec. *conſ.* 595. *n.* 8. † Et maxime hoc eſt verum in cauſa ſummaria, ſola facti verita- 16
te inſpecta, vel in cauſa æquitate inſpecta. Bald. *in l. ſi lam. in fin. C. de teſtib.* ſequitur Aret. *conſ.* 84. *Diligenter ponderatis. col.* 3. *ver. & hoc maxime. & conſ.* 127. *In cauſa D. Antoniæ. col ſi. ver. nam probatio.* † Ex- 17
tende in caſu contrario, quia licet teſtes bene probent, & plene poteſt iudex eis nõ adhibere fidem, & ex aliqua cauſa, quæ eum moueat non credere. Bart. *inl. Lucius.* per illum text. *ff. de iis qui not. infam.* quem ibi ſequitur Caſtr. *in lect. Florentinis.* Socin. *conſ.* 98. *n.* 9. *lib.* 4. *& conſ.* 244. *ad fin. lib.* 2. Barbat. inter conſ. Calcan. *conſ.* 64. Soc. *conſ.* 262. *In cauſa magnifici, lib.* 2. vbi plures allegat, & alquid *conſ.* 89. *In cauſa agitata. col.* 6 *lib.* 1. *& conſ.* 37. *col. pen. lib.* 3. Caſtr. *conſ.* 143. *Viſo proceſſu, lib.* 2. *& conſ.* 380. *Iudex. col.* 1. *lib.* 1. aliquid per Corne. *conſ.* 4. *Multum. col.* 2. *lib.* 1. & plene *conſ.* 204. *& conſ.* 61. *lib.* 3. *& conſ.* 192. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 105. *Pro tenui. col.* 5. *& conſ.* 4 & 8. *Vis tota. col.* 4. *ver. cogitabam.* Anton. de But. *in c. ex literis. in* 6. *not. extra de probat.* pleniſſime Marſ. *ſing.* 114. *vulgatum.* † Declaratiõ; quia licet, pba- 18
tionis materia ſit arbitraria iudici, vt poſſit credere vel non credere teſtibus ex cauſa, intelligitur, dũmodo moueatur ex cauſa, pbabili, q̃ concludat bono & iuſto viro, alias teneretur in ſyndicatu. Bart. *in l. Lucius. ff. de his qui not. infam.* plenius Caccialup. *in l. admonendi. de iureiur.* & pro cautela tradit Dec. *in c. ex literis. de probat. col.* 2. q̃ iudex in actis cauſę exprimat cauſam, quare credat teſtibus, ne teneatur in ſyndicatu. Marſil. plura allegat *ſing.* 114. *n.* 3. † Extende; quia ſicuti probatio eſt arbitraria, ita etiã iuramẽtum 19
inductũ à iure in ſupplementũ plenæ probationis, an ſit deferẽdum, vel non. Caſt. *conſ.* 162. *Super primo. in ſi. lib.* 1. † Itẽ iuramentũ 20
inductũ à ſtatuto ſuper probatione, put q̃ lapſo decennio præſumatur ſolutio, ſi debitor iuret ſoluiſſe; quia intelligitur de iuramẽto præſtãdo à iudice arbitrio ſuo, & cum cauſæ cognitione etiã interrogato iurare debente, vbi, quãdo, & cui ſoluerit, put iudex arbitratus fuerit. Caſt *conſ.* 162. *Super primo. per tot. lib.* 1. † Di- 21
1 PROBATIO † per testes habet eandem vim, quam per instrumentum. *l.in exercendis. C. de fid.instrum. c.cum Ioannes, extra eodem tit.* Alex. *cons.64.ver.corroborãtur,lib.2.* Grat. *cons.90.n.40.li.2.* Dec.
2 *in c. quoniam contra, col.fi. de prob.* Paris. *cons.83.n.10 lib.1.* † Et appellatione instrumentorum veniunt etiam testes, nisi addatur qualitas instrumentorum publicorum. Bald. *cons.33.in prin.ver.secundo*
3 *videndum,lib.1.* † Imo probatio per testes dicitur vera, & naturalis probatio, probatio vero per instrumenta dicitur artificiosa, vel potius miraculosa. Felin. in *c.cum Ioannes, de fid.instru.* sequitur Nata *cons.166.n.8.* † Et fortior dicitur probatio, quæ fit viua voce per testes, quam ea, quæ fit per instrumenta; quia illa est de iure diuino, per instrumenta vero est de iure positiuo. Natta *cons.315.nu.15.*
5 † Declara; quia sumus in facto de recenti, & non multum antiquo, probatio per testes dicitur propria, & verior probatio, in factis vero antiquis melior est probatio per instrumenta, & scripturas, quam per homines, ex quo memoria hominum est labilis. Aret. *consil.65.col.2.vers.quinimo,* & late circa omnia prædicta & alibi multa de oppositionibus testium, & quomodo resoluantur, di-
6 cam. † Amplia; quia licet lex dicat aliquid probari per litteras, vel scripturam; tamen etiam admittitur probatio per testes, si non est exclusa. Rom. *cons.340. Circa primum, n.3.* Vide, *Statutum circa probationẽ quãdo valeat, vel non, & prohibẽs probationẽ p testes Concl.675.*

Probatio per testes nõ admittitur, si per scripturam fieri potest, & quando secus. Concl. 772.

1 PROBATIO † mandati, & alterius actus, qui per scripturam potest & debet probari, non admittit probationem per te-
2 stes. *l.unica.C. de mand.pr.* Old. *cõs.174.n.22.ver.opponitur tertio.* † Amplia, quia male præsumitur contra eum, qui vult probare per testes id quod potest probare per scripturam. Men. *cons.207.nu.37.*
3 *lib.3.* alleg. Crau. *cons.178.nu.5.* Curt. Iun. *cons.64.col.3.* † Extende; quia præsumitur contra eum, qui potest probare per multos testes, & probat per paucos. Item qui potest probare per testes de veritate, & probat per testes de auditu auditus. Men. *cons.207.n.35.*

& seq.lib.3. † Amplia; quia probatio non admittitur per testes, quã- 4
do lex, vel statutum hoc dicit. † Amplia; quia acta iudicii nõ pro- 5
bantur per testes. Ang. Aret. *cons.2.n.35.* † Contrarium, quod imo 6
probari possint acta iudicii per testes Anch. *cons.276.n.4.* Cast. *cõs.* 60. *Pro euidentia.lib.1.* & qualiter fiat probatio, vide ibi apost. quæ dat multos concor. † Declara; quia exceptis libello, & sententia, 7
reliqua probantur per testes, & aliter, quam per scripturam. Soc. *cons.46.Eleganter, in pr.lib.4.* † Declara; quia acta iudicii, de quibus 8
solet fieri scriptura, nõ probantur per testes, nisi allegetur deperditio actorum, secus de actis, de quibus non solet fieri scriptura, ita Ang. de Aret. *d. cõs.2.n.33.* vbi dicit communem. † Et ideo sen- *9
tentia non probatur per testes, nisi probetur, quod scriptura fuit perdita. Alex. *cons.59.In causa appellationis,n.3. ver.quinimo per testes, lib.7.* vbi apost. *ver. de perditam,* dat conc. & allegat Tiraq. *de retract. conuent. §.1.glos.7.n.55. & seq.* & plenius Alex. *cons.117. Viso ac ponderato, nu.7.ver.nec obstat,lib.7.* † Declara; quia vltra deperditionem 10
scripturæ probatam vt probetur sententia, necesse est, quod testes deponant, à quo iudice fuerit lata sententia, & tenorem, & alia. Alex. *d.cons.59.nu.3. & seq.lib.7.* vbi, quod non sufficit probatio per famam. Vide plene Malc. *conc.32. Acta Iudicii quomodo probentur.* vbi ampliat, & limitat. Vide eundem *concl.317. Collectoris facultas,* vbi, quod non probatur, nisi in scriptis, ampliat, & limitat. Vide eundem *Concl.523. Dispensatio,* vbi, quod probatur per testes, secus in cũria Rom. quia solum per scripturam. Vide eundem *Conclus.* 567. *Emancipatio an per scripturam probanda sit.* † Limita; quia proba- 11
tio, quæ debuit fieri inter aliquos per scripturam, inter eos, & alium tertium potest fieri per testes, ita videtur tenere Old. *d.cons.* 172. *ver.opponitur tertio,n.22.* † Limita, nisi scriptura probaretur ca- 12
su deperdita, quia tunc probatio contentorum in scriptura admittitur per testes. Oldr. *cons.209 In causa Hospitalis,n.9.ver. & probare.* Vide, *Testes non probant continentiam scriptura, si non probat scriptura. Concl.261.* † Limita, nisi scriptura, prout instrumentum con- 13
fectum à publice excommunicato reiceretur; quia contenta in instrumento per testes potuunt probari. Fed. de Sen. *cõs.74 Vetus querela, in fi. ver.sed posito.quod talis scriptura.* † Limita, quando copia 14
Notarii haberi non potuit, quia redigere in actis publicis, vel in scriptis, quia tunc probatio per testes admittitur, quæ alias nõ admitteretur. Alex. *cons.74. Viso testamento,n.9.lib.1.* † Limita; quia be- 15
ne admittitur probatio per testes & scripturam simul, quia statutum loquens de casu simplici non habet locum in mixto. Marsil. late in *Rubr. C. de probatio.n.37.ver.primo limitatur,* vbi ponit forte 20. limitationes. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Probatio per testes non admittitur multis casibus. Concl. 773.

PROBATIO † defectus causæ instrumentalis contra instrumẽ- 1
tũ non admittitur, nisi per instrumentum, iuxta not. in *l. generaliter C. de non num. pec. & l. iurigentium, §. quod fere. ff. de pact.* Cuma. *cons.160.in pr.* † Extende; quia contra propriam confessionem in- 2
strumenti in scriptis nõ admittitur probatio per testes, quod sit simulatum. Cum. *cons.155. in pr.* & plenius *cons.160. Ioannes & Gerardus.* † Restringe; quia bene admittitur probatio per testes, quando 3
præsumptio oritur ex instrumẽto; qa dicitur probatio per instrumentum, quæ fit per testes, quando origo trahitur ab instrumẽto Bal. *cons.312. In causa Baptistæ,n.3.ver.ad hoc respondetur,lib.5* † Restrin- 4
ge, qñ allegaretur defectus causæ; quia simul dicitur cõtractus simulatus; quia cũ simulatio tollat cõsensum, tunc probatio defectus causæ probatur etiã per testes contra instrumentũ. Bal. *d.cons.* 312. *n.3.ver.secundo quia,lib.5.* † Contrarium tenet. Cum. quando in- 5
strumentũ esset in scripturis confectũ, secus, quando scriptura ad probationem esset, *cõs.155 in pr.* † Declara, vt procedat, qp possit pro- 6
bari falsa causa, & simulata, quãdo vltra confessionẽ instrumenti extat cõfessio in iudicio. Cum. *d.cons.160.in pr.* † Restringe, qñ de- 7
fectus causæ allegaretur ob fraudem vsuratum, videlicet qp fuerit causa expressa ad effectũ palliandi cõtractum vsuratũ; quia tunc probatio admittitur per cõiecturas, & testes. Bal. *d.cõs.312.n.3.ver.* *tert. quia,lib.5.* † Restringe, vbi cum; causa expressa in instrumẽto 8
fuit in fraudem legis; quia qui allegat cõtractum nullum, & vult probare causam expressse nullam; quia in fraudem legis eli cõtractus, tunc admittitur probatio per testes. Bal. *d.cons.312.n.3.ver.est quarta,lib.5.* † Amplia; quia qñ instrumẽtum est celebratum in iu- 9
dicio, vel corã iudice, aut alias in scriptis, tunc probatio cõtra tale instrumentum debet esse in scriptis; quia probatio per testes nõ admittitur. Angel. *cons.160. D. Catharina,n.4.ver.nunc restat.* † Re- 10
stringe, nisi tale instrumentũ in scriptis celebratum esset nullum, vt quia solemnitas requisita nõ esset seruata, quia tũc pbatio per testes admitt. Ang. *d.cõs.160.col.pen.n.4.in fi.* vbi loquitur in eo q iurauit se maiorẽ in cõtractu celebrato sine solemnitate statuti, vt

11 posſit per teſtes probare, quod erat minor. † Declara reſtrictionem, niſi conſtaret de dolo minoris, qui dolose aſſeruit ſe maiorem, quia nō iuuaretur beneficio ſtatuti. Ang. *d. conſ.* 160. *n.* 5. Amplia, † quia acta iudicialia, & publica non poſſunt probari per teſtes, ideo depoſitiones teſtium non poſſunt probari per teſtes, quando potuit haberi copia Notarii. Alex. *conſ.* 74. *Viſo teſtamento. n.* 9. *lib.* 1. † Amplia, quia minor contrahens dixit ſe maiorem, non poterit probare ſe minorem, niſi per inſtrumēta. Anch. *conſ.* 226. *n.* 4. *ver. & præmitto.* vbi, quod probatio contraria aſſertorum in inſtrumento non prodeſt, niſi per inſtrumenta. † Extende, etiam ſi ſtatutum daret certam ſolemnitatē contractibus minorum, quia ſi minor dolose, prout preſumitur, dixit ſe maiorem, non poterit probare contrarium per teſtes, ſed debet probare per inſtrumenta. Anch. *d. conſ.* 226. *n.* 4. *in fi. ver. præterea.* † Extēde, quia inſtrumentum continens alienationē, non reprobatur tanquam ſimulatum, niſi per alia inſtrumēta, ideo probatio per teſtes non admittitur, plene Anch. *conſ.* 227. *Ad corroborationē. n.* 3. *ver. tertium, de quo.* ſequitur Dec. *conſ.* 463. *n.* 10. *& ſeq.* Natt. *conſ.* 628. *n.* 17. *& ſeq.* 16 Rim. Iun. *conſ.* 83. *n.* 21. *lib.* 1. † Contrarium, quod imo probatio ſimulationis admittatur per teſtes etiā contra inſtrumēta publica. Dec. *conſ.* 463. *n.* 9. plen. Decia. *conſ.* 62. *n.* 13. *li.* 3. vbi multos allegat. 17 † Declara, quia probatio admittitur per teſtes, ſed requiritur plenior, & efficacior. Ceph. *conſ.* 325. *n.* 18. *& ſeq.* vbi alios allegat, & vi. 18 detur velle Dec. *d. conſ* 463. *n.* 9. † Amplia, quia in iis, quæ requirūt proſolemnitate ſcripturam, non admittitur probatio per teſtes, prout de tutela. Bal. *in l. ſi. n.* 14. *C. de re iudic.* Maſc. *concl.* 1393. vbi reſtringit, vt ſolum procedat in datiua, non in teſtamentaria, quia ſi teſtamentum eſt nuncupatiuum, ſicut poteſt probari per teſtes 19 redactos in ſcriptis, ita tutela in tali teſtamēto. † Extende, quia in iis, in quibus ad eſſentiam neceſſaria eſt ſcriptura, ſolutio nō poteſt probari per teſtes, quia eodem vinculo, quo aliquid introdu- * citur, eodem quoq; modo ſolui debet, commu. * dicit Maſc. *concl.* 1338. *n.* 7. *& ſeq.* vbi *n.* 13. declarat, quod bene per 5. teſtes ſpectatæ fidei probari poteſt, & limitat ēt aliis modis, vt ibi, qñ eſſet deperdita ſcriptura, & qñ ſcriptura eſſet neceſſaria ſolum ex cōuentio- 20 ne partiū, nō de iure. † Extende in gratia Papæ, vel ſupremi Principis, quę teſtibus non poteſt probari, ſed per ſcripturam tantum, plene Maſcar. *concl.* 845. vbi limitat quoad qualitates gratiæ, quia poſſunt probari per teſtes. Item, quando gratia eſſet deperdita, & tunc *n.* 27. dicit, quod teſtes debent eſſe periti, & debent deponere de tenore, & quod erat gratia bona ſine vitio, &c. late Æg. *dec.* 21 746. *Licet obſeruet.* Caſſad. *dec.* 20. *n.* 2. *de preb.* † Et quod gratia non 22 probetur per teſtes, niſi ex cauſa. Rota *in nou. dec.* 5. *de offic. vic.* † Extende, quia probatio non admittitur per teſtes in iis, quæ conſueuerunt fieri per ſcripturam, ideo quod Capellania ſit honor, & dignitas non probatur per teſtes. Æg. *deciſ.* 432. *& dec.* 611. *&* 746. 23 Caſſad. *de præbend. dec.* 20. *n.* 2. † Amplia, quia etiam in iis, quæ poſſunt probari per teſtes, ſi conſtat, quod confecta ſunt inſtrumenta, non datur probatio per teſtes, nec conceditur remiſſoria. Æg. *dec.* 384. *Pro acceptatione, & in nou. dec.* 17. *Quando cauſa de teſtib.* vbi limitat, quando ſimul per teſtes, & inſtrumenta. Vide, *Mixtus caſus continetur ſub ſimplici, & quando nō. Concl.* 294. Vide, *Scriptura in quib. caſib. requiratur. Concl.* 87. Vide, *Statutum circa probationē per teſtes non* 24 *admittendam. Concl.* 637. Vide Concluſ. prox. præcedent. † Limita, quia conſtitutio, lex, vel ſtatutum, licet ad obligationem inducendam requirat publicationem, & conſequenter ſcripturam, * tamen per teſtes poteſt probari, ſecundum * communem. Maſc. *Concluſ.* 421. *Conſtitutio.* vbi late, & finaliter diſtinguit inter conſtitutionem ſuperioris, & inferioris, & reprobat, vide eum.

Probatio an poſſit fieri poſt terminum conuentum, & concluſum in cauſa. Concl. 774.

1 PROBATIO † damni inter ſocios cōuenti de reficiendo, quando intra certum terminum probaretur, fieri poteſt etiam poſt terminum, quia tale pactum non po eſt anguſtare probationem. 2 Bal. *conſ.* 317. *Punctus, ſuper quo conſilium. lib.* 4. † Amplia, etiam ſi in contractu partes iuraſſent, quia nihilominus poteſt fieri probatio poſt terminum conuentum. Bal. *d. conſ.* 317. *per tot. lib.* 4. † Amplia, quia probatio, quæ nō debuit fieri poſt terminum præfixum à iudice, ſi tamen fuit facta, & admiſſa, valet, & releuat. Iaſ. *in l. patre furioſo. ff. de iis, qui ſunt ſui vel al. iur.* Vide, *Facta multa tenēt, quæ fieri de nouo prohibentur. Concl.* 12. Vide Soc. *reg.* 3. 4. *Probato termino ad probandum elapſo*, vbi ponit regulam negatiuam, & ponit duodecim 4 fallentias, quæ ſeruiunt pro amplianonibus in caſu noſtro. † Limita, quando eſſet conuenta certa pœna; quia licet probatio fieri poſſet, tamen pœna deberetur ſecundum conuentionem. 5 Bal. *conſ.* 317. *circa med. ver. primo, quia, lib.* 4. † Limita, quando eſſet conuentum, quod vltra terminum non poſſet fieri probatio, vel eſſet appoſitus terminus ſub cōditione, quia tunc cōditio retinderet probationem poſt terminū. Bal. *d. conſ.* 317. *circa medium contrarium credo, lib.* 4. Vide, *Probationes non ſunt anguſtiande. Concl.* 71. & Vide, *Terminus præfixus ad agendum excludit agentem lapſo termino, & quando ſecus. Concl.* 64. Vide Concluſionem prox. præced.

Probatio per inſtrumenta dicitur prompta, & probatio probata, & quando ſecus. Concl. 775.

PROBATIO † per inſtrumenta dicitur probatio prompta, & admittitur quandocunque etiam poſt terminum, dummodo res ſit integra. Oldr. *conſ.* 139. *Ad habendā, in fi. ver. decimo.* † Amplia, quia probatio per inſtrumentum dicitur clara probatio, & euidens, & euidentiſſima, vt per Gem. *conſ.* 27. *Super dubio formato, in pr.* vbi, quod confundit probationem præſumptam contrariam. † Adde tamen, quod appellatione inſtrumentorum veniunt teſtes, niſi addatur, inſtrumenta publica, *l. notionem, §. inſtrumentorum. ff. de verb. ſignif.* Bald. *conſ.* 33. *in pr. verſ. ſecundo eſt videndum, lib.* 1. † Amplia, quia imo probatio per inſtrumentum eſt probatio probata, & notoria, & facit rem certā, quando poteſt opponi aliquid contra tale inſtrumentum. Iaſ. *in l.* 1. *n.* 10 *ff de non. op. nunc.* Cranet. *conſ.* 382. *n.* 8. Socin. *conſ.* 87. *col. fi. lib.* 3. Natt. *conſ.* 145. & 177. *in pr.* Rol. à Vall. *conſ.* 98. *n.* 10. *& ſeq. lib.* 1. latiſſime Tiraq. *de retrah. lign. §.* 2. *gl.* 1. *n.* 20. *& ſeq.* † Contrarium Bella. *conſ.* 3. *n.* 6. vbi, quod poteſt impugnari, ergo non facit notorium. † Declara, vt per Cran. *d. conſ.* 382. *n.* 8. verior ſit prima. † Declara, quia inſtrumentum facit rem notoriam, quando nihil, quod releuet, fuit oppoſitum, vel quando eſt concluſum in cauſa, & quod ita ſit intelligenda concluſio, quod inſtrumentū facit probationē probatā, rem notoriā, & claram, qñ eſt de eo diſcuſſum, qñ eſt cōcluſum in cauſa, & non ante: item Nat. *conſ.* 51. *n.* 18. & 19. Rol. à Val. *conſ.* 75. *n.* 30. *lib.* 1. vbi, quod eſt probatio probata, ſi nihil obiicitur, & ſic in dubio. † Et quod ſi eſt productum citata parte, & oppoſitum non facit probationem probatam, donec cognoſcatur de oppoſitis, late Natt. *conſ.* 194. *n.* 15. & niſi producatur citata parte, non facit aliquam eidem. Nat. *conſ.* 509. *n.* 19. † Et niſi aliter ſit productum, & petitum à iudice dari copiā parti per producentem, nihil valet productio. Rom. *conſ.* 156. *Honorande domine, n.* 3. † Et diſceptationem notabiliter admittit probatio per inſtrumenta publica. Purp. *conſ.* 340. *n.* 1. *lib.* 1. Rol. à Vall. *conſ.* 46. *n.* 13. *lib.* 4. † Amplia, quia probationē manifeſtam, certam, liquidam, & indubitatam præſtare inſtrumentum publicum, dicit Pariſ. *conſ.* 170. *nu.* 8. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 541. *n.* 28. *lib.* 1. Purp. *conſ.* 34. *in fi. lib.* 1. Menoch. *conſ.* 7. *n.* 4. *lib.* 1. Rol. à Val. *conſ.* 75. *n.* 19. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 2. *gl.* 1. *n.* 20. *& ſeq.* vbi prædicta, & infra ſcripta ponit latiſſime. † Amplia, quia vim definitoriam cauſæ habet. Bald. *conſ.* 233. *lib.* 1. Roland. à Vall. *conſ.* 79. *n.* 88. *lib.* 2. Crau. *conſ.* 382. *n.* 8. † Extende, quia dici ſolet de publico inſtrumento, noli me tangere. Bald. *conſ.* 249. *in fi. lib.* 1. Rol. à Vall. *conſ.* 46. *n.* 15. *lib.* 4. Crau. *d. conſ.* 382. *n.* 8. † Amplia, quia ſicut vbi eſt caſus publici inſtrumenti. Bald. *conſ.* 215. *n.* 3. *in fi. lib.* 2. Crau. *conſ.* 31. *in fi.* Rol. à Vall. *conſ.* 22. *lib.* 2. Crau. *d. conſ.* 382. *n.* 8. † Amplia, quia locator habēs inſtrumentum locationis pro ſe, habet intentionem fundatam contra conductorem, vt teneatur ſoluere penſiones promiſſas, & videatur ſoluiſſe, pōt cōdemnari. Alex. *conſ.* 196. *Viſis, in pr. lib.* 7. Limita, quia quod non cantat inſtrumentum, neq; ego cantabo. Cran. Sen. *conſ.* 53. *n.* 23. Bal. *in c. per venerabilē, de elect.* Alex. *conſ.* 32. *n.* 3. *lib.* 4. vbi multa ſimilia, q̄ lex non dicit, nec homo dicere debet. † Item, quia quoad non nominatum in inſtrumento, nihil probat. Alex. *conſ.* 86. *Lætatus ſum, n.* 4. *lib.* 7. vbi loquitur in guarentigiato inſtrumento, quia ſi nihil poteſt opponi contra, intelligitur quoad terminatos, non quoad tertiū. † Itē, inſtrumentū nō eſt probatio gesta, quādo in controuerſiā ponitur, & de iuribus diſputatur. Alias *in 1. remed. recup. n.* 225. quia ſtatur inſtrumento, donec contrarium probetur, *l. cū precib. C. de prob.* quod declarat, vt per Cran. *d.

do aliquid legitime opponitur. Dec. *cons.* 474. *Viso instrumento, sequitur* Rol. a Val. *cons.* 57. *Quoniam in præsens consultatio, nu.* 30. *ver. non obstant. lib.* 3. Burgun. Canalcan. *dec.* 5. 46. *n.* 194. Decian. *cons.* 5. *n.* 39.

23 *lib.* 1. vbi, quod procedit, donec contrarium doceatur. † Item procedit, quando contrarium non est probatum; quia tunc per contrariam probationem cessat priuilegium instrumenti. Decia. *cons.* 61. *Ex præmissa, n.* 86. *ver. non obstant modo, lib.* 3. Io. de Imol. *cons.* 138. *n.*

24 2. *ver. in contrarium.* † Et sufficit probatio præsumptiua contra instrumentum, vt dicatur simulatum, vel vsurarium, aut pignoratitium; quia in iis, quæ sunt difficilis probationis, sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones. Io. de Imol. *d. cons.* 138. *nu.* 2. *& seq. ver. in*

25 *contrarium.* † Item ad hoc, vt instrumentum probet, & detur fides, debet carere omni suspicione, alias illi non statur, & si est suspectum, illi non datur fides, nec exequi debet. Io. de An. *cons.* 58.

26 *in fi.* † Item magis attenditur veritas, quam instrumentum, si constat de depósito, & vere probetur, quod post depositum deponens secum reportauit pecuniam, potius veritas, quod non sit depositum, quàm instrumentum attenditur. Paris. *cons.* 54. *nu.* 80.

27 *lib.* 1. Soc. *cons.* 143. *lib.* 1. † Limita; quia instrumentum non probat

28 contra nō nominatū, & qui nō rogauit Notariū. † Extende; quia etiam si instrumentum sit pro Titio, & hæredibus, & filiis, non probat quoad eos, qui dicunt se filios, & hæredes, nisi hoc probent, & non facta probatione, instrumentum non loquitur de

29 eis. Castr. *cons.* 95. *Visis actis, in fin. lib.* 2. † Restringe, nisi sit successor contrahentis, vel rogantis; quia tunc probat etiam contra singularem successorem. Soc. *cons.* 11. *In causa D. Catharinæ, in princ. lib.* 3.

30 † Restringe, nisi habeat interesse; quia vt exceptio concludat, *tu nones nominatus in instrumento*, requiritur etiam, *& tua non interest*, alias non est bona exceptio. Ias. in *l. Iulianus, in fi. ff. de verb. obl.* Vide, *Falsi suspicio, quando habeatur pro falsitate. Conclus.* 45. Vide, *Instrumentum probat, & est probatio probata. Concl.* 237. Vide, *Instrumentum non probat quoad multa in instrumento descripta. & quando secus. Concl.* 242. Vide, *Obligatio est stricturis, & de vno casu ad alium non extenditur. Concl.* 33. Vide, *Productio iurium multiplex, & qualiter sit facienda in iudicio. Concl.* 871.

Probatio per aspectum priuilegiata in multis. Conclus. 776.

1 REGVLA † quia probatio, quæ fit per inspectionem oculare, nunquam censetur exclusa, & semper fieri potest; quia est fortior probatio de mundo. Ias. in *l. de periurio. nu.* 3 *ff. de in litem iur.* Idem Ias. in *l.* 1. *n.* 19. *in fi. ff. de nou. oper. nunciat. Insti. de grad. & agn. §. fi.* Bal. in *l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aquil. & in auth. quod semel, n.* 12. *C. quomodo, & quan. iud. & in rubr. C. de probat. n.* 5 *ver. sequitur visus.* & plene in *l. si quis testib. in fi. C. de testib.* vbi apost. quod possunt testes etiam super euidentia induci post conclusum in causa. Alex. *cons.* 116. *Posteaquam, in fin. lib.* 1 vbi apostill. in *ver. exclusa.* Castr. *cons.* 81. *col.* 3. *lib.* 2. Ias. in *l. eum qui, § in popularibus, col.* 4. *in princip. ff. de iureiuran.* Alexand. *consil.* 35. *Viso processu, num.* 9. *lib.* 4. vbi apostill. dat

2 plures concord. † Extende; quia talis probatio omnes alias probationes excludit. Bald. in *l. contra negantem, ad fin. C. ad leg. Aquil. & in l.* 1. *C. si aduer. liber. & in rubr. de prob. in prin.* Alex. in *l. qui bona. §. qui damni, colu. pen. ff. de damn. inf. & in l. Publia. ff. depositi, & consil.* 34. & *cons.* 95. *Viso processu. col.* 3. *lib.* 4. & *cons.* 134. *In causa, & lite, col. fin. lib.* 2. & *cons.* 39. *lib.* 6. Barb. in apostil. ad Bald. in *l. per hanc. C. de temp. app.*

3 Mars. in *rubr. C. de prob.* Cast. *cons.* 174. *Cum superius, lib.* 1. † Extende, quia etiam post didicita testificata admittitur reprobatio per euidentiā Ias. *d. l. de periur. n.* 4. *ff. de in lit. iur.* Bald. in *l. si quis testibus, in fi.*

4 *C. de testib.* vbi apost. hoc dicit. † Et q nunquā sit exclusa. Bald. in *rubr. C. de prob. col.* 1. *& in l.* 1. *C. si aduer. libert.* Alex. *cons.* 186. *col. fi. lib.* 2.

5 *& cons.* 35. *colu.* 3. *ver. præterea, lib.* 4. † Imo quod si statutum tollit omnem probationem, non censeatur tollere probationem euidentem per aspectum. Alex. *d. cons.* 186. *Visis subtilissimis, col. pen. n.* 13.

6 & 14. *ver. præterea, lib.* 2. † Et quod nunquam sit illi derogatum. Alex. *cons.* 35. *Viso processu, n.* 9. *ver. talis enim probatio, lib.* 4. vbi plena a-

7 post. in *ver. nunquam.* dat plures concord. † Infertur, quod si statutum mandat exequi sententiam, & rem iudicatam per tres conformes, non obstante nullitate, licet tollatur nullitas, quæ in continenti potest probari; non tamen tollitur nullitas, quæ ex inspectione processus est euidens per aspectum, & potest per inspectionem probari; quia ista probatio nunquam censetur sublata.

8 Alex. *d. cons.* 186. *n.* 13. & 14. *lib.* 2. † Et præfertur hæc probatio cui-

9 cunq; alteri probationi. Alex. *cons.* 35. *n.* 9. *lib.* 4. † Et nulla legis virtus potest excludere probationem, quæ fit per rei euidentiam. A-

10 lex. *cons.* 63 *Stantibus, nu.* 22. *ver. accedat, lib.* 4. † Extende; quia nulla legis virtus potest excludere probationem, quæ fit per euidentiam, etiam si requiratur mensuratio, & factum hominis. Alex. *d.*

cons. 63. *Stantibus iis, quæ supra n.* 22. *lib.* 4. Ias. *cons.* 116. *col. fi. lib.* 1. *& in eū qui. § in popularib. in* 4. *col. ff. de iureiur.* † Extende; quia potest fieri probatio

didicita testificata; quia in ea cessat subornatio. Ias. in *l. fin. col. vlt. ff. de in lit. iur.* † Extende, quia euidens probatio oculari operatur quod sententia contraria nunquā transit in iudicatum. Alex. *d. cons.* 63. *n.* 22. *lib.* 4. Innoc. & Canon. in *c. Fraternitatis, de frigid. & malefic.* Bald. in *l.* 1. *C. sent. rescindi non posse*; quia euidentia facti tollit tē iudicatā. † Restringe, quia non admittitur cōtra iuramentum in litem; quia est affectionis, non veritatis, ideo nō releuat. Ias. *d. l. de periurio, n.* 4. *ff. de in lit. iur.* † Restringe etiam in omni alio iuramento dato alicui per legem ita iubētem, puta ex statuto, quod stetur iuramento damnum passi, quia si per euidentiam vult cōtrarium probare, accusatus bene admittitur, sed statur iuramento, licet puniatur pœna extraordinaria, qui iurauit falsum, quando ex euidentia hoc constat. Bald. in *l. ait Prator, in pr. ver. circa sextum. ff. de iureiu.* vbi reddit rationem; quia cōtra dispositionem, & dispensationem legis nō admittitur probatio. † Amplia, quia ideo nedum iudex ex officio potest velle videre loca, & subiicere oculis, vt videat, an testes sint singulares, vel non. Alex. *cons.* 116. *in fi. lib.* 1. plenius Bero. *cons.* 144. *n.* 54. *lib.* 3. vbi, quod iudex ex officio pro sui informatione potest hoc facere expensis communibus, vt sibi liqueat de causa, etiam ex officio nemine petente. † Et maxime, vbi agitur de causa publicæ vtilitatis, vel de subreptione gratiæ, potest iudex ex officio facere inspectionem, vel experimentum oculare, an noceat tertio, vel publico gratia conditionalis sine præiudicio tertii etiam parte non citata. Bero. *cons.* 145 *nu.* 11. *lib.* 3. † Sed imo si pars petat, quod in supplementum probationis, & veritatis debeat se trāsferre ad locum, & rem oculis propriis subiicere, non potest iuste denegare assensum. *l. si irruptione §. ad officiū ff. si. regund.* per quem tex. ibi Alber. dicit, quod iudex potest & debet ire ad locū, de quo est quæstio, quando inspectio potest dilucidare negotium. Flor. in *l.* 2. *ff. de feriis.* idē dicit. † Et est generale nedū in causis confiniū, sed in omni materia, in qua veritas magis potest apparere, in prægnante muliere est tex. in *l.* 1. *ff. de vētre inspic.* an mulier sit virgo, est tex. in *c. proposuisti, de probat. quia debet inspici à matronis.* † Amplia; quia qui habet probationē ex aspectu contra se, dicitur habere validiorem probationē, quæ possit haberi; ideo repellitur. Anch. *cōs.* 158. *Ex narratis, n.* 26. † Amplia; quia hæc probatio per inspectionē præfertur cuicumq; alteri probationi. Bald. in *l. contra negantem. C. ad l. Aquil.* Alex. *cons.* 134. *In causa, & lite, col. fi. lib.* 2. † Restringe, quia si talis probatio per aspectum fiat ante alias probationes, quæ superueniant postea cōtrariæ, poterit iudex appellationis magis adhærere probationi contrariæ; quia soli iudici nō statur, iux. quod not. in *c quoniam contra, de prob.* Vide, *Iudici aliquid attestanti supra suam facultatem non creditur. Concl.* 477. † Amplia; quia hæc probatio per inspectionē iudicis, maxime in materia confiniū, est necessaria. Bald. in *c. cum olim, de præscript. d. l. si irruptione. §. ad officium. ff. si. regund.* † Amplia; quia non est maior probatio q illa, quæ fit per euidentiā; & ideo si iudex potest ipse oculis propriis videre veritatē, debet hoc facere; qa nō habet plus credere dictis testiū, quam ipse possit suo sensu, visu, & iudicio rationis cōprehendere. Castr. *cons.* 141 *Visis allegationibus, in fi. lib.* 2. *ver. quicquid sit*, vbi dicit, q quærere visum alterius, vbi possum habere propriū, dementia videtur. † Amplia; quia probatio per aspectum tollit omnem præsumptionem contrariā. Castr. *cons.* 81. *col.* 3. *lib.* 2. *n.* 3. *ver. quicquid sit*, & valet tam ad probādam affirmatiuam, quam negatiuā, vt ibi dicitur. † Amplia in iis, quæ peritia, & iudicio intellectus percipiū tur, prout, an res sit recta, vel non, vel subtus feudū Titii, vel Seii. Castr. *d. cons.* 141. *per tot.* maxime *in fi. lib* 2. † Amplia; quia operatur, quod stante statuto, quod stetur iuramento damnū passi, licet nō possit probari contrarium, bene potest per inspectionem loci probari contrarium; quia nunquam hæc probatio est exclusa. Ias. in *l. eū qui. § in popularib. ff. de iureiur.* † Qualiter fiat ista visitatio loci, vt releuet; dic, quod partes debent esse præsentes, vel citatæ, vt videant, & informent, & hoc debet constare, alias inspectio est nulla. Castr. *consil.* 412. *per tot. lib.* 2. Vide, *Visitatio loci differentiæ qualiter fiat per iudicem. Concl.* 217. † Limita; quia non procedit, quando nihil potest percipi ex oculari inspectione, quia frustra expectatur casus, cuius euētus nihil operatur. *l. pen. ff. de fideiuss. l. aliquando. § fi. ff. ad Velleia.* nam iudex nō debet admittere partem ad probandū id, quod probatum non releuat. *l.* 1. *l. ad probationem. C. de proba.* & *l stipulationem. § stipulatio duplex ff. de prætor. stipul.* & propterea agens hypothecaria, qui non probauit bona fuisse in bonis sui debitoris, si petat accessum ad bona, debet reiici; quia accessus nihil potest operari. Vide, *Testes contrarij super affirmatiua, & negatiua, existentia rei, qualiter cognoscantur. Concl.* 239.

Probatio non potest per pactum restringi, & quando secus. Concl. 777.

1 PACTVM quod † solutio debiti probari non possit, nisi per instrumentum publicum, non valet. Bald. *cons.* 33. *in pr. lib.* 1. & idem tenet Fulg. *cons.* 208. *Proponitur, quod.* quia probatio adinuenta videtur respicere publicam vtilitatem, plenius Bald. *consil.* 317. *Punctus super quo. n.* 2. *vers. hinc est, vsque in fin. lib.* 5. & vide infinitos citatos per Apostillam ad Alex. *cons.* 102. *Viso processu in fi. n.* 9 *lib.* 5.
2 *inciſum.* † Limita, nisi tale pactum esset iuramento firmatum; quia valet, vel saltem requiritur probatio magis clara per testes legaliores. Fulg. *cons.* 208. *Proponitur, quod.* Alex. *cons.* 158. *in fin. n.* 9. *lib.* 2.
3 † Extende, quia imo valet pactum iuratum, quod probatio non possit fieri, nisi per instrumentum inciſum redditum. Alex. *consil.*
4 102. *Viso proceſſu, in fi. n.* 9. *ver. item quia in instrumento, lib.* 5. † Contrarium tenet apost. ad eundem Alex *d. cons.* 102. *nu.* 9 *lib.* 5 *in ver. inci-*
5 *ſum*, vbi citat plurimos. † Declara; quia allegati in contrarium per apostillam loquuntur in pacto ſimplici, nō autem iurato, vt vide-
6 re potest. † Limita, nisi quādo debitum constaret per instrumentum publicum; tunc enim valet pactum, quod non possit probari solutio debiti apparentis per instrumentum, nisi solutio probetur etiam per instrumentum publicum. Bald. *cons.* 33. *in pr.* qui lo-
7 quitur in pacto iurato. *lib.* 1. † Contrarium, quod imo nisi isto casu valeat pactum, quod non possit fieri probatio solutionis de credito, quod constat per instrumentum, nisi per instrumentum, tenet apost. ad Alex. *cons.* 102 *in fi. n.* 9. *ver. inciſum, lib.* 5. vbi reprobat
8 Bal. † Declara limitationem, vt non procedat, nisi respectu solutionis; secus autem respectu compensationis; quia potest oppo-
9 ni compensatio, & probari per testes. Bald. *d. cons.* 33. *in fi. lib.* 1. † Limita; quia bene valet pactum quod probatio non legitima sit sufficiens. Alex. in *l. Titia, col.* 4. *ff. ſolut. matrim.* Vide Conclusionem
☞ proxime præcedentem.

Probationes non sunt angustandæ, sed illis fauendum. Concl. 778.

1 PROBATIONES † non sunt angustandæ, sed illis fauendum, ideo quandoq; post peremptorium admittitur probatio. Fed.
2 de Sen. *cons.* 114. *Super puncto, in fi. ver. & hac ratione.* † Amplia, vt idē sit, quia quandoq; probationes minus sufficientes admittuntur, vt probatio non angustetur. Fed. *d. cons.* 114. *in fi. ver. ſæpe enim.* Am-
3 plia, † quia non valet pactum, per quod conuenitur, quod probatio solutionis debiti per legitimos modos facta non valeat, nisi
☞ fiat per instrumentum publicum. Vide, *Probatio non potest per pactū*
4 *restringi, & quando secus. Concl.* 777. † Declara, vt procedat ampliatio, quando debitum non constaret per instrumentum, sed si constat per instrumentum, tunc valet pactum, quod solutio non possit fieri, nisi per instrumentum publicum. Bald. *cōſ* 33. *Verba inſtru-*
5 *menti, lib.* 1. *in pr.* † Amplia, quia probationes amare tractandæ non sunt, sed naturali discretione debent intendi. Bald. *cons.* 489. *Or-*
6 *viſo, in pr. lib.* 2. † Amplia, quia in tantum probationes non sunt angustandæ, vt licet sit conuentum etiam cum iuramento, quod damnum debeat probari intra mensem, tamen etiam post men-
7 sem poterit probari. Bal. *cons.* 317. *Punctus ſuper quo, li.* 4. *per tot.* † Extende, quia non valet pactum, & conuentio partium, quod non possit probari, nisi per instrumentum. Io. de Imol. *cons.* 37. *n.* 4. *ver.*
☞ *item non obſtat.* Vide, *Probatio potest fieri post terminum conuentum. Cōc.*
8 774. † Limita in odiosis, & in iis, in quibus partes per calumniam consueuerunt proponere, quia imo angustanda est probatio, vt in eo, qui opponit actori, quod est excommunicatus, debet probare excommunicationem plene intra octo dies post diem oppositionis, vt est tex. in *c. pia, de except. in* 6. vbi gl. in *ver. octo dierum.*

Probatio incontinenti, & prompta admittitur, & quando secus. Concl. 779.

1 PROBATIO, † quæ offertur incontinenti, nunquam censetur exclusa, quando est prompta. Abb. in *c. ſuper eo, in ſi. de off. deleg.*
2 vbi, quod etiam stare statuto reiiciente cōmunem exceptionem non habet locū, quādo in continenti offertur probatio. † Quando dicatur incontinenti, plene Menoch. in 1. *remed. recuper. nu.* 253.
3 † Extende in interdicto adipiscēdæ. Menoch. 1. *remed. adipiſ. n.* 102.
* 4 9. 29. *cum ſeq.* vbi dicit *cōmunem. † Extende in nullitate proposita, quæ nō impedit exequtionem, secus, si in continenti offertur probatio nullitatis. Rip. in l.* 4. *§. condemnatum, nu* 15. *ff. de re iud.*
5 † Extende, quia si lapsa sunt tempora probatoria, non datur probatio vltetior, secus est quando est prompta. Oldr. *cons.* 139 *Ad ha-*
bendum, in ſi. † Amplia; quia licet exceptio contra testes debeant obſeruari in fine litis post dicta testificata; secus est, si offertur incontinenti probatio Fel. in *c. ex parte, n.* 15. *de teſtib.* Vide Maſcar.
Concl. 694. *Exceptio vbi opponitur. n.* 4. *& ſeq.* † Amplia, quia appellans à grauamine, & in casu non appellabili, bene iustificatur appellatio, si offert in continenti probare causam. Vide plene in eorum auctorē post regulas *Soc. reg.* 9. *Probationē offerens in peremptoria*, vbi ponit regulam negatiuam, & nouem fallentias, quas potest videre, & quando impediat exequtionem, vel non, vide eum. Vide, *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit exequtionem, & quando ſecus. Concl.* 409. *n.* 29. *& ſeq.* † Limita, seu restringe in spolio; quia non admittitur probatio etiam incontinenti ad impediendam restitutionem. Menoch. late in 1. *remed. recuper. n.* 239. *qu.* 21. *n.* bi late Ægid. *conſ.* 2. *n.* 16. † Declara restrictionem multis modis, & vt ibi per Menoch. † Extende limitationem, vt procedat etiam in restitutione vxoris, licet velit promptam probationem facere, quia maritus sit frigidus vel maleficiatus. Ferret. *conſil.* 20. *col.* fin. Vide, *Suſpenſio petitorii facta operatur multa Concl.* 917. Vide plenius
☞ per Mascard. *Concl.* 687. *Exceptio domini*, vbi quando procedat, vel non, & quando dicatur incontinenti. Vide, *Incontinenti quæ ſunt, dicuntur ineſſe. Concl.* 81.

Probatio præsumptiua à lege inducta efficax, & quādo secus. Concl. 780.

PROBATIO † prouenies ex iuris præsumptione est tantæ efficaciæ, & valoris, ac si esset ex instrumentis, vel testibus; *ſtutor.* vbi *Doct. C. de petit. tut.* Castr. *conſ.* 51. *circa med. lib.* 2. † Erectus gula, quod probatio, quæ sit per coniecturas, & præsumptiones legales; dicit in euidentissima, & sufficiens *d. l. ſtitutor. C. de pœnal.*
tutor. Castr. *conſ.* 74. *In causa mota col.* 2. *in fi. ver. item est alia, lib.* 2. vbi dicit hanc esse regulam, & apost. ibi citat Fel. in *rubr. de probat. n.*
ſecunda concluſio, vbi declarat. † Et ideo qui probat se aliquotem-
pore possedisse, & nunc allegat se possidere, præsumitur, quod continue possederit, & de præsenti possideat, nisi contrarium probetur. Bart. in *l. Cel ius ff. de vſucap.* & est cōmunis † opinio, vt attestatur Alex. *conſ.* 133. *n.* 3 *lib.* 1. † Amplia; quia probatio præsumptiua an sufficiat, vel ne, traditur per Bart. & alios, quos citat late Rom. *conſil.* 91. *Viſis ac ponderatis, nu.* 4. *& ſeq. ſecundo videndum*, vbi respondit aliquæ exempla ciuilia, & criminalia, & tandē *n.* 6. distinguit, & dicit iudicio suo rectissimam esse suam distinctionem. † Et primus casus est, quando probatio per testes concludit per præsumptionem iuris. & de iure, & casus est indubitatus, quod talis probatio est sufficiens. Rom. *d. conſ.* 91. *n.* 6. *ver. ego autem*, vbi apposite citat Felin. in *cap. quia verſimile. ante fin. vſque ad n.* 7. *de præſumpt.* † Idem, quando probatio testium, vel alias concludit per præsumptionem iuris, vt quia testis deponit de adulterio in causa testimoniæ; quia vidit nudum cum nuda. Rom. *d. conſ.* 91. *n.* 6. *volum.* 3. *aliquando vero concludit probatio* vbi apost. in *ver. nuda.* & in *ver. concludere.* citat plurimos concor. † Idem, quando præsumptio tollit actum reiteratione. Nam solitus fœnerari, vel turari, vel adulterare mulierē, si reperitur suspectus, vel suspicionis causa, vt quia contractus, de quo agitur, est suspectus de vsuris, res furata penes eum, solus cum sola, quam solitus fuit adulterare, certe in istis tur præsumptio ex solito. Rom. *conſ.* 91. *col.* 3. *n.* 6. *ver. aliquando* *concludit per præſumptionem.* & plenius *conſ.* 167. *Antonius accuſatus n.* 7. *& ſeq. ver. vltimo hoc adulterium*, ſequitur Crau. *conſil.* 137. *Magis Robertus poſt n.* 10. Idem, quando testis concludit ex ratione præ-
sumptiue, veluti si dicat se vicinum in his, quæ sunt nota vicinis, quæ regulariter concludit, & licet potuerit fuisse absens, quoc-
su non concluderet; tamen donec probetur absentia, sufficiens probatio præsumptiua, plene Alex. *conſ.* 82. *Viſo proceſſu. n.* 8. *& ſeq. hoc confirmo, lib.* 3. Vide, *Teſtis dictum dubium qualiter intrepretandum. Concl.* 286. † Limita; quia præsumptio non est legitima, quando potest adesse, actui, & abesse, quia non concludit. Rom. *conſ.* 91. *col.* 6. *in fin. ver. aliquando vero probatis.* Vide, *Poſſeſſio quando præſumitur continuata vel non. Concluſ.* 417. Vide, *Præſumptiones ſunt liquidæ vel non. Concluſ.* 411. Vide, *probationes, & duæ faciunt ſemiplenam probationem. Concl.* 611. Vide *Præſumptio operatur multa. Concl.* 694.

Probatio potest esse sufficiens quoad aliqua, & quoad alia secus. Concl. 781.

PROBATIO † non potest esse sufficiens quoad vnum effectum, & quoad alium effectum non releuare. Oldr. *conſ.* 161.
num. 6. *ver. neque nouum est.* † Amplia; quia probatio testium
quoad tertium est legitima, licet testes non deponant de tercio

pretio; quæ tamen non releuat inter emptorem & venditorem, nisi testes deponant de certo pretio. Alex. *consil.* 18. *Viso causæ pro-*
3 *cessu, in pr. lib.* 1. vbi apost. *in ver. non probabit.* † Amplia; quia quãdo agitur principaliter de aliquo, requiritur plena probatio; si vero non agitur principaliter, sufficit leuior probatio, quæ non esset
4 sufficiẽs; si de illo principaliter ageretur. † Amplia, quia probatio contra instrumentum directa requirit tres testes, sed contra qualitatem resultantem ex instrumento sufficit ordinaria, & le-
5 uior probatio. Anch. *consil.* 9. *in pr. ver. qualiter autem.* † Amplia, quia testes deponentes super venditione facta, sed nesciunt pretium, probant titulum venditionis ad effectũ præscriptionis, sed non probant venditionem, si de ea ageretur. Soc. *consil.* 143. *n.* 9. *ver. con-*
6 *firmo hoc, lib.* 1. † Amplia; quia licet probatio plena requiratur, qñ agitur de matrimonio; secus si incidenter ad effectum legitimationis, plene Rot. *dec.* 34. *part.* 2. *n.* 15. *& seq.* vbi ponit plura exem-
7 pla. † Limita; quia imo probatio, quæ est legitima quoad venditorem in causa euictionis sibi intimatæ, in qua suscepit litem in se, & induxit testes quoad se integros, probant etiam quoad emptorem, licet sint affines emptoris; quia ex quo probatio legitima pro vno est legitima quoad habentes causam ab eodẽ; quia res est indiuidua. plene Ang. Aret. *consil.* 5. *Tota virtus, n.* 9. *ver. & in-*
cipiamus, per tot. vsq; in fin. Vide, *Effectum diuersum eadem res habere potest. Concl.* 54. Vide, *Principaliter fieri multa prohibentur, quæ admittũtur in consequentiam. & quæ. Concl.* 663. Vide, *Probatio ad vnum finem facta non prodest ad alium, & quando secus. Concl.* 783.

Probatio non admittitur, & quæ non releuet. Concl. 782.

1 PROBATIO † non est admittenda, vt fiat, quæ si facta esset, non releuaret, *c. cum contingat. §. verum, de offic. deleg.* Fed. de Sen. *consil.* 148. *Casus talis est, aliqui sunt, n.* 2. *ver. item facit alia, l.* 1. *l. ad proba-*
tionem. C. de probat. Abb. *consil.* 60. *In casu, col. fin. in princ. ver. ex tertio,*
2 *lib.* 2. Rom. *consil.* 226. *Vltra prædicta, n.* 3. *ver. quarto ostenditur.* † Et frustra expectatur euentus, cuius effectus nihil operatur. *l. penul. ff. de*
3 *fideiuss.* Vide, *Probatio per aspectum priuilegiata. Concl.* 776. † Extende; quia is, qui vult repetere vsuras solutas ex contractu, qui declaratus fuit licitus, & sententia transiuit in iudicatum, & fuit expressio consensu volentis repetere approbata, non debet admitti ad probandũ; quia probatum non releuat. Abb. *consil.* 60. *In cau-*
4 *sa, col. fi. in pr. ver. ex tertio, lib.* 2. † Extende; quia neque est danda dilatio ad probandum illud, quod probatum non releuat. Rom.
5 *d. consil.* 226. *n.* 3. *& 4. ver. ostenditur.* † Amplia; quia articuli impertinentes, & qui probati non releuant, non sunt admittendi. Vide, *Articuli impertinentes non admittendi, & quando secus. Concl.* 524. Vide, *Circuitus vitandus, & quando secus. Concluſ.* 229. Vide, *Frustratoria non debet esse lex, & alia prouiso. Concl.* 520.

Probatio ad vnum finem facta non prodest ad alium, & quando secus. Concluſ. 783.

1 PROBATIO † facta ad vnum finem non prodest, neq; nocet ad alium finem; ideo actor producit contra reum instrumentum suum ante litis contestationem ad certiorandum reum, vt possit credere, vel contendere, talis probatio non sufficit ad cõdemnandum, nisi producatur post litem contestatam. Feder. de
2 Sen. *consil.* 160. *n.* 2. *ver. non obstat.* † Amplia, quia probatio facta in possessorio suspenso petitorio nõ releuat ad effectum petitorii; quia iudex censetur priuatus iurisdictione in petitorio. Æg. *decis.*
3 336. *in fi.* Rota *in nou. decis.* 16. *n.* 2. *de rest. spol.* † Amplia; quia probatio facta super incidenti ad effectum obtinendi absolutionem à iuramento vsurario, quod instrumentum sit vsurarium, non releuabit in causa principali, quando agitur de vsura ꝓbanda. Fed.
4 de Sen. *consil.* 300. *Factum tale est, debitor, in fi.* † Amplia; quia probatio facta per testes ad effectum criminis non sufficit in causa ciuili; quia sunt diuersæ causæ, & publicatio testium facta in vna non præiudicat in alia de nouo examinari. Bald. *consil.* 75. *Modus de-*
5 *fensionis, lib.* 4. † Extende in casu conuerso; quia probatio facta ex causa ciuili non sufficit in causa criminali, in qua requiritur clarior probatio. Castr. *consil.* 168. *Super primo, nu.* 3. *lib.* 1. *ver. illud constat.*
6 † Amplia in casu contrario; quia probatio criminis facta in causa ciuili non sufficit in criminali ad condemnandum, sed solum ad inquirendum. Bald. *consil.* 479. *Punctus talis est, quidam in fi. lib.* 3. *ver.*
7 *nec obstat.* Castr. *d. consil.* 168. *n.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia instrumentum productum in causa summaria ante litem contestatam non probat in alio iudicio plenario. Alex. *consil.* 212. *Ponderatis, n.* 17. *v. quod si*
8 *productio, lib.* 6. † Amplia; quia probatio facta in causa ciuili summaria non probat in causa ciuili ordinaria. Castr. *consil.* 168. *Super*
9 *primo, n.* 3. *v. illud autem, lib.* 1. † Amplia; quia sententia etiam in iudicio plenario ad vnum finem lata non præiudicat in alio iudicio ad alium finem. Ioan. de Imol. *consil.* 146. *n.* 7. *in fin. vers. & licet*
dicatur, & plenius *consil.* 130. *n.* 9. *ver. circa tertium,* vbi in fortioribus terminis, quod sententia lata super debito, & executa pro vno termino maturato, non obstat it pro alio termino; quia est de aliare, & ad alium finem. † Extende; quia probatio ad vnum finẽ 10
facta, & in vno iudicio non probat in alio ad alium finem, prout dicimus de sententia; quia idem dicimus de sententia, quod de probatione, ita arguit Ant. de Butr. *consil.* 36. *in pr. & per tot.* & clarius Anch. *consil.* 336. *n.* 2. vbi, quod acta, & probationes in causa status nocent omnibus, & iuuant omnes, prout sententia. Re-
stringe, † quando agitur de qualitate personæ imprimẽda, pro- 11
ut in causa status, vt quis sit ingenuus, vel vsurarius; quia in eo casu, etiamsi res variatur in alio iudicio, probat, quatenus ad eũdem finem deducatur; quia variatio rei non operatur, quando idem est finis, vt sit vsurarius. Ant. de Butr. plene *consil.* 36. *n.* 2. *ver.*
non obstat. in tib. per tot. & dat exemplum de hærede declarato agẽte quoad certa bona; quia ad eundem finem, vt sit hæres, probatio facta sufficit, licet ad alia bona hæreditaria ageret. † Restringe, 12
quia probatio facta in iudicio possessorio summario, putain interdicto retinendæ, seu *vti possidetis,* probat in alio iudicio, *c. reintegranda. 3. q.* 1. inter easdem personas, ex quo est causa similis, videl. possessoria, & summaria, licet ad diuersum effectum. Ang. Aret.
consil. 13. *Videtur primo, in fin. ver. quoad secundum. per tot.* † Amplia; qa 13
confessio in iudicio facta super exceptione non præiudicat in alio iudicio etiam inter easdem personas per viam agendi & in possessorio. Anch. *consil.* 146. *Quæstio talis, n.* 10. *& seq. ver. sed subtilius.*
† Extende; quia acta & probationes in vna causa non præiudi- 14
cant, neq; probant in alia etiam inter easdem personas, qñ ad alium effectum, & alium finem. Anch *d. consil.* 146. *in fi.* † Extende; 15
quia probatio facta in iudicio summario, & executiuo non præiudicat in plenario, & ordinario etiam inter easdem personas; nã requiritur ad hoc, vt acta & ꝓbationes factæ in vno iudicio probent in alio etiam inter easdem personas, ꝙ ita se habeat præcedens causa ad sequentem, quod sententia lata in ea pariat exceptionem rei iudicatæ in secunda. Bald. & Alex. *in l.* 2. *C. de eden.* i-
dem Alex. *consil.* 212. *Ponderatis, col.* 3. *& 4. lib.* 6. Felin. *in c. causam, quæ,* in 1. regula, q̃ ibi ponit. *de testib.* Alex. *in l. cum lite.* in apostilla ad Bart. *ff. iud. solu.* Ant. de Butr. *consil.* 36. *n.* 2. † Declara, quia si in iudi- 16
cio summario, & executiuo probatio fuit plenarie facta; tunc probat etiam inter easdem personas in iudicio plenario. Anton. de Butr. *consil.* 36. *in fin.* Castr. *consil.* 3. *nu.* 3. *ver. quarto principaliter, lib.* 2. Declara, vt per Castr. *consil.* 3. *n.* 3. *ver. quarto principaliter,* vbi, quod probationes factæ in summario iudicio non probant in ordinario, quando sunt receptæ parte absente, & non in sufficienti numero, & non sunt publicatæ; secus si sint publicatæ, & factæ citata parte. & in sufficienti numero, & nihilominus dicit, quod iidem testes publicati poterunt in ordinario iudicio examinari, & non poterunt variare, & probabunt, & loquitur inter easdẽ personas. † Amplia; quia probatio facta in causa ciuili summaria nõ 17
probat in criminali etiam inter easdem personas. Bart. *in l. qui Ro-*
mæ. §. duo fratres. ff. de verbor. oblig. l. nam & postea. §. minor ff. de iuretur.
Doctor. *in cap.* 2. *de restitut. in integr.* Anton. de Butr. *in cap. cum dilectus, de ordin. cognit.* late Socin. Iun. *consil.* 8. *Visis, & diligenter. lib.* 2.
† Amplia; quia probatio facta in iudicio summario non facit fi- 18
dem in iudicio plenario, & quando secus. Vide Soc. *Reg.* 33. *Probationes facta in iudicio summario,* vbi ponit tres fallentias: primo, quando probatio est per confessionẽ: secundo, quando in summario iudicio essent receptæ à partibus: tertio, quando partes consensissent. † Amplia; quia probatio facta cõtra adulterum nõ 19
præiudicat mulieri. *l. denunciasse. §. fin. ff. de adulter.* Bart. *consil.* 175.
Domine Potestas, n. 3. *v. præterea probationes. li.* 1. † Limita in criminali- 20
bus; quia confessio fideicommissarii, qui accommodauit fidem, vt spurii succedant in bonis patris, si hoc fateatur ad finem, vt fides ab hæredibus suis obseruetur; tamen talis probatio, & cõfessio probat contra fraudulentam fidem profisco, vt possit bona fiscus vendicare. Cald. *consil.* 354. alias 25. *de test. am.* qui loquitur, quando fuit facta in mortis articulo, & absente fisco. Vide, *Fiscus succedit indignis, & incapacibus institutis, & quando secus. Con-*
cluſ. 394. † Restringe, quia confessio, & probatio facta in cri- 21
minalibus contra principalem delinquentem non probat contra eum, qui dedit opem, vel socium, qui non fuit citatus, nec contra eum sunt receptæ probationes; quia res inter alios acta. Bald. *consil.* 497. *De accessorio, per totum, lib.* 1. Vide, *Res*
inter alios acta alijs non præiudicat quoad multa. Concluſ. 265. † Li- 22
mita, quia probatio facta de pacto retrouendendo inducit probationem prioris venditionis; quia venit ex necessitate præambula,

bula. Bald. *conſ.39 Proponitur, quod, in fin. lib.3.* Vide, *Conſequens in-*
23 *cludit ſecum neceſſarium antecedens, & è conuerſo. Concl.757.* † Limita;
quia probatio innocentiæ à tertio facta quoquomodo, & ex textu
probat innocentiam etiã pro abſente, & ignorante iſte prodeſt.
Cattr. *conſ.168. Super primo, col.2 n.6 lib.1. ver. ſuper quinto*, vbi late.
24 Vide, *Innocentia habet multa ſpecialia. Concluſ.168.* † Limita, vbi agi-
tur finaliter de purgatione peccati; quia vndecunque claruerint
delicta, purganda ſunt; & ideo probatio facta in materia pecca-
ti, & vbi agitur de periculo animæ, probatio in vno iudicio facta
probat etiam in alio, licet ad alium finem quàm peccatum, vel
periculum animæ etiam inter alias perſonas, & in hoc non atten-
ditur rigor legis ciuilis. Ant. de Butr. *conſ.36. n.3. ver. item hic inten-*
ditur, vſq; in fin. vbi loquitur in probatione facta cõtra vſurarium.
☞ Vide, *Acta ad vnum finem, an probent ad alium finem. Concl.90.* Vide,
Exceptio rei iudicatæ, & alia non obſtant ex vna cauſa agenti. Concl.384.
Vide, *Intentio agentis regulat omnes actus ad finem intentionis, &c. Con-*
cluſ.269. Vide, *Præſentia in iudicio ad vnum finem an præiudicet ad aliũ*
finem. Concl.604. Vide, *Probatio in criminali probat in ciuili, & quando*
ſecus. Concl.780. Vide, *Probatio præſumptiua à lege inducta, efficax, &*
quando ſecus. Concl.780. Vide, *Res iudicata quibus caſibus non pariat ex-*
probanda copula carnali cum conſanguinea vxoris; qua non ad-
mittuntur illi de familia ad fauorem delinquẽtis. *c. in literis. de*
ſtib. ita Franc. Aret. *in d. conſ. 13. Viſo. n. 17. ver. nec obſtat.* qua non
delinquentis volentis probare delictum ſuum ad ſui cõmodum
non procedit, vel ibi extra domum ſortẽ committit delictum, vi-
mita etiam, ꝙ dicitur teſtes in ſubſidium admitti, qui alias non
mitterentur, ſi alii teſtes nõ interfuerunt, procedere, dũmodo
conſtet, ꝙ alii teſtes non interfuerunt: qa bene tũ admittuntur
ſecus, ſi hęc probatio nõ eſt facta. Alex. *d. conſ. 64. n. 6. & quando-*
ſpondeo. lib. 1. Marſ. *d. ſing. 73. in fi.* † Declaratio aſſimatoria vide-
Franc. Aret. *conſ. 13. Viſo diligenter. n. 24. ver. nec obſtat ver.* Vide
trimenũ quã probationẽ requirat. Concl. 130. n. 6. † Imo non ſufficit,
ꝙ hęc probatio fiat per eoſdem teſtes, qui reprobantur, ſed
beri fieri p alios teſtes. Alex. *d. conſ. 64. in fi. lib. 1.* Cur tam ſi-

lariſſimè Plot. *in l. ſi quando*, n. 149. *C. vnde vi.* & Boſſe *in d. nu.* 168.

83 † Dubito de hac vltima qualitate; quia ſemper cluſoria redderetur; quia ſi iſti ſoli fuerunt præſentes, & non alij, qualitas eſt im-

84 probabilis, niſi per iſtos. † Limita, quia vbi perfecta probatio requiritur, non ſufficit coniecturalis, & præſumptiua. Soc. *conſ.*

85 194. *n. 9. circa fi. lib. 2.* Ruin. *conſ. vlt. n. 16. lib. 4.* † Extende; quia præſumpta probatio non poteſt cauſare aliam præſumptam, ne cõcurrant duo ſpecialia. Corn. *conſ. 24. n. 7. lib. 4.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 20.* qui loquuntur in dominio, vt præſumatur

86 continuatũ, ſi conſtet plene de eo; ſecus ſi præſumptiue. † Idem in poſſeſſione præſumpta, vel priuilegiata, tenet Gabr. *conſ. 31. n. 10.*

Probatio leuior requiritur in probãda qualitate, quam in probando facto principali. Concluſ. 793.

1 PROBATIO † leuior requiritur in qualitate, quã in facto principali, quando factum principale non negatur: nã teſtamentum ſi negetur, debet probari per 7. teſtes; ſi vero teſtamentum non negatur, ſed ſolẽnitas teſtamenti; tunc duo teſtes ſufficiunt: ſecus, ſi factum eſſe teſtamẽtum negetur. Dec. *in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. n. 6. ver. & retenta communi.* & poteſt eſſe ratio, q; præ-

2 ſumitur pro actu celebrato. † Ratio poteſt eſſe; quia qualitas dicitur accẽſſoria ad factum, vel delictum, & ſequitur naturam facti; ideo venit ad quandam acceſſionem, ita Bald. *conſ. 378. Videtur minus, lib. 4. in fin.* ſequitur Rom. *conſ. 449. Inquiritur. in fi.* † Cõtrarium, quod qualitas imo difficilius probetur; quia non poteſt probari, niſi per illo qui habent notitiam malefitij, vel rei qualificatæ, & viderunt. Bart. *q. 8. Per Italiam. in pr. n. 2. ver ſexto probo ſic.*

4 † Amplia idẽ eſſe, ſi parochianus, aut patronus agit, vt remoueatur curatus tanquam non inſtitutus ab Epiſcopo; quia ſi negatur factum, h. e. inſtitutio, debet Rector probare ſe inſtitutum, ſed probata inſtitutione; tunc quia præſumitur pro ea, incumbit onus parochiano probandi, quod non ſit Canonica. Fed. de Sen.

5 *conſ. 103. per tot. & in fin.* † Amplia; quia magis de facili præſumitur qualitas, q̃ ſubſtantia. Ang. Aret. *conſ. 15. Attento & diligenter, n. 43.*

6 & 44. † Amplia; quia copula carnalis licet debeat probari inter ſponſum, & ſponſam, quando non eſt traducta ad domum viri, & eſt impubes; ſecus tamen eſt, ſi non negatur factum, videl. traductio, & habilitas propter præſumptionem iuuenum cupidorũ. Cald. *conſ. 158. alias 3. de probat.* quia tunc ſtatur iuramento ſpõſi, quando pro eo concurrit præſumptio facti. Innoc. quem ita

7 debere intelligi, dicit Cald. *in c. continebat. de deſponſ. impub.* † Amplia; quia probatio leuior admittitur, & ſufficit, quando aliquid per modum cauſæ, & incidẽter deducitur, quam ſi principaliter de eo tractetur. Gemin. *conſ. 27. n. 7. in fi. ver. & ſic matrimonia, & n.* 8. vbi, quod matrimonium per modum cauſæ legitimationis filiorum probatur per præſumptiones, etiãſi concurrant alia matrimonia plene probata. Bald. *conſ. 195. In hac cauſa, in pr.* Rot. vt per Cot. *deciſ. 22.* vbi alios allegat, & * communem dicit Pariſ. *conſ. 57.*

8 *n. 46. lib. 4.* † Extende, vt idem ſit in omni incidenti probando, qa leuior probatio admittitur, quę non ſufficeret, quando principaliter ageretur. Fed. de Sen. *conſ. 300. Factum tale eſt debitor. in fi.* vbi, quod probatio ſuper contractu vſurario ad effectum obtinendi abſolutionem à iuramento vſurario non ſufficeret ad probatio-

9 nem vſurarum, quando principaliter de vſura quæreretur. † Extende; quia vbi non agitur principaliter de dominio, ſed incidẽter, licet probatio dominij requiratur plena; tamen ſi incidenter agitur de dominio, ſufficit leuior probatio. Pariſ. *d. conſ. 57. n. 44. lib. 4.* vbi dicitur procedere, etiamſi agatur de magno præiudicio.

☞ Vide, *Incidens quid ſit, & qualiter ſuper eo pronuncietur. Concl. 70.* Extẽde † in titulo auctoris ſui in beneficio; quia licet debeat probari plene, quando de eo agitur principaliter. Ægid. *dec. 595. vbi ius auctorum.* tamen ſecus eſt, ſi de eo agitur incidenter. Æg. *deciſ. 112. Sub-*

11 *rogatus tenetur. & deciſ. 645. Non obſtantibus concluſionibus.* † Idem in conſuetudine, quæ licet debeat probari plene, quando de ea agitur principaliter; ſecus, ſi incidenter. Ægid. *dec. 65. Articulus for-*

12 *matus.* † Extende in expreſſione, vel aſſertione alicuius qualitatis facta per impetrãtem, vt ſi dixit ſe magiſtrum, vel presbyterum, aut aliam qualitatem habentem; quia ſufficit probatio per communem reputationem. Ægid. *dec. 114. Si impetrans*, alias 9. *de prob.*

13 Rot. *in antiq. dec. 14. de probat.* alias 349. † Idem, ſi expreſſio eſt circa qualitatem beneficii, quæ eſſet plene probanda; quia ſufficit communis reputatio, vel fama, quando non agitur principaliter

14 ſuper illa qualitate. Ægid. *dec. 389.* alias 29. *de probat.* † Extende in reſtitutione in integrum, quæ ſi intentatur principaliter, requirit litis conteſtationem, & obſeruationem terminorum: ſecus, ſi incidẽter petatur, videl. per modum replicationis. Rot. *in antiq. dec. 2. de reſt. in integr.* & plenius *dec. 3. eod. tit. in nou. ſi peritur*, quæ eſt

9. Ægid. *deciſ. 502.* † Idem in nullitate, quæ principaliter deducta 15
requirit litis conteſtationem, & obſeruationem terminorum: ſecus ſi incidenter petatur. Rot. *in antiq. deciſ. 24. de iudic.* alias 281. Ægid. *dec. 319. in pr.* † Extende in probando clericatu; quia licet 16
requiratur plena probatio, quando principaliter agitur de clericatu; ſecus tamen eſt, quando de eo incidenter agitur: quia ſufficit quaſi poſſeſſio, vel communis reputatio. Rot. *in antiq. dec. 7. Mortuo Titio.* alias 865. & ſic intelligi debet, *deciſ. 8. de cauſ. poſſ. in antiq.* † Declara, quia iſta omnia procedunt, quando agitur de re- 17
plicatione pro actore ad tollẽdum obſtaculum, per quod repelleretur ab agendo. Gemin. *conſ. 16. n. 5. ver. in contrarium.* † Extẽde; 18
quia licet fama non probet infamiam, neq; in cauſa grauj ſtatus, id procedit, quãdo agitur principaliter; ſecus ſi incidenter. Put. *deciſ. 77 lib. 2. n. 11.* † Amplia etiam in quantitate contra conuictũ 19
de mendacio in negocio principali, vt ſi dico, quod tibi mutuaui centum, tu negas, probaui mutuum per duos teſtes, qui non recordantur de quantitate, ſtatur iuramento meo ſuper quantitate. Bart. *in l. admonendi, num. 4. ff. de iureiur.* † Extende in probatio- 20
ne iniuriæ, quæ negebatur; quia quoad circumſtantias ſtatur iuramento iniuriati, ita Cyn. *in l. ſi non conuicii. C. de iniur. n. 18. ver. 14. ergo quæro.* vbi ponit alia exempla. Amplia; quia in iis, quæ ſunt difficilis probationis, leuior probatio admittitur. Vide ſupra, *Probatio leuior admittitur in iis, quæ ſunt difficilis probationis, & quãdo ſecus. Concl. 792. & Concl. ſeq. 794. & 795.* † Amplia; quia magis de faci- 21
li probatur qualitas, quã ſubſtantia; ideo aditio, quæ debet probari per factum, non ita faciliter probatur per nõ factum, ſicuti probaretur qualitas, ſi conſtaret de ſubſtantia facti, ita Franc. de Alberg. *conſ. in certo poſſ. conſ. Bart. 129.* & Franc. Tigri, *inter conſ. Bart. 158. lib. 1. in princ.* † Amplia; quia magis de facili conceditur pro- 22
rogatio actus exiſtenti, & finiturj, quam quod de nouo creari poſſit: quia eſt quædam qualitas, quæ facit actum longiorẽ. Vide infra, *Prorogatio conceditur magis de facili, quam quod actus de nouo fiat. Concl. 920.* † Limita; quia ſi ſumus in facto priuilegiato, prout in 23
crimine læſæ maieſt. in quo ſufficit præſumptiua probatio ad cõdemnandum dicere, quod non eſt in aliis criminibus; tunc ſi agitur de probanda qualitate, quæ non ſit de ſubſtantia illius criminis: tunc præſumptiua probatio non ſufficit: ſecus, ſi qualitas eſſet de ſubſtantia: quia ſicut probatur crimen; ita qualitas, quæ eſt de ſubſtãtia criminis, ita Gig. *de crim. læſ. maieſt. tit. quomodo probetur, q. 5. per tot.* vbi dat p. o vtraq; parte auctoritates, pro negatiua Bart. *in l. in qq. ff. ad l. Iul. maieſt.* Gramm. *conſ. 31.* & alios, pro affirmatiua. Ang. *in l. f. amoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt.* & tandem ſic diſtinguit, & propre ea teſtes, qui ad mitterentur ad probationem criminis læſæ maieſt. licet infames, vel minores, aut mulieres: non tamen admitterentur ad qualitatem probandam. Boſſ. *de crim. læſ. maieſt. n. 111. & ſeq.* † Extende Bart. in caſu ſingulari; quia ſi extat ſtatu- 24
tum, quod negans maleficium puniatur grauius, & confitenti remittatur pars pœnæ impoſitæ, aliquis confitetur delictum, ſed negat qualitatem, quæ diuerſificat, vel facit ceſſare delictum, an puniri debeat grauius: dicit Bart. *q. 8 per Italiam. in ver. ſolutio, circa fin.* quod ſic, ſed *in ver. ad hoc tamen aduertendi.* dicit eſſe verum, ſi qualitas plene probatur, alias ſecus: & ideo dicit, quod ſi probaretur per indicia, quæ ſufficiunt ad torturam, & per confeſſionẽ in torturã illatam, non diceretur ſufficienter probata qualitas hoc caſu vt pœna aucta à ſtatuto habeat locum, & videtur mouerj: quia qualitas eſt poſita in conditione, quæ non probatur, niſi plene.

Probatio ſemiplena quid ſit, & quando ſufficiat, vel non. Concluſ. 794.

1 PROBATIO † ſemiplena plus eſt, quam indicium, vel cõiectura. Caſtr. *conſ. 143. Viſo proceſſu, col. 2. in fi. n. 3. lib. 2.* † Probatio ſe- 2
miplena ſufficit, vbi agitur incidenter de remouendo obſtaculo, per quod agens excluditur à poteſtate petẽdi: quia in illo præambulo ſufficit ſemiplena probatio ad remotionem obſtaculi, *c. 2.* vbi Innoc. *de reſtit. in integr.* Gemin. *conſ. 16. ver ſuper ſecundo, n. 5. in ver. in contrarium videtur*, quod eſt ſubſcriptum etiam per Matheſil. de Matheſilanis, vbi, quod ad obtinẽdam abſolutionem à iuramento per vſurarium, qui promiſit non cõtrauenire ſuper ſolutione vſurarum, vel alias requiritur ſemiplena probatio, idẽ tenet Fed. de Sen. *conſ. 300. in fi. ver. item dico.* † Amplia, vt ſi quis 3
dicat ſe læſum ad finem, vt poſtea audiatur in negotio principali, ſufficit in iudicio præambulo ſemiplena probatio. Gemin. *d. conſ. 16. in fi. n. 5. ver. hoc idem tenet.* † Amplia, vbicunque læditur ius par- 4
tis, dummodo non pereat ex toto, ſufficit ſemiplena probatio. Gemin. *d. conſ. 16. in fi. n. 6. ver. præterea licet.* † Et ideo in cauſa meri 5

possessorii, in quo non iudicatur ex toto, sufficit semiplena. Vide, *Possessorij causa dicitur modici præiudicij, & habet multa specialia.*

6 *Concl.* 445. Alex. *cons.* 103. *Super eo, n.* 3. *lib.* 7. † Amplia; quia ea, quæ narrantur in libello non ad principalem intentum, quę sunt verificanda, sufficit, quod probetur per semiplenam probationem.

7 Gem. *d. cons.* 16. *in fi.* † Amplia, si deducitur incidenter aliquid per modum causæ, quælibet probatio videtur sufficere. Gem. *cons.* 27. *n.* 7. *in fi. ver. & sic matrimonium, & n.* 8. Bald. *cons.* 195. *in pr. lib.* 3.

8 † Amplia; qa vbi quis allegat iustam causam absentiæ, & legitimum impedimentum, vel non tutum accessum ad finem reuocandi sententiam contra se latam, sufficit semiplena probatio.

9 Gem. *cons.* 57. *n.* 2. *ver. imo quod plus est.* † Amplia, quando agitur, vt sententia lata super titulo beneficij retractetur; qa agens ad hoc sufficit, quod semiplene, & præsumptiue doceat de titulo beneficij, maxime, quando est possessor; quia ius principale partium non lædit. Gem. *d. cons.* 57. *n.* 3. *ver. & si aliquis.* vbi, quod sufficit

10 transumptũ tituli. † Amplia contra eũ, qui occultat instrumenta, vel impedit fieri posse probationem; quia contra eum oritur præsumptio, vt leuior probatio sufficiat. Crau. *cons.* 178. *Viso processu. n.* 5. *& seq.* † Amplia, quia omnis probatio per modum præ-

11 ambuli sufficit, quod sit plena. Ægid. Bellam. *d. cons.* 41. *n.* 9. *v. quarto quia.* † Amplia; quia semiplena probatio si nõ sufficit ad victoriam, sufficit ad excusandum actorem, vel reum succumbẽtem

12 à condemnatione expensarum. Anch. *cons.* 248. *Ad prædicta dubia. n.* 13. † Amplia; quia semiplena probatio de solutione debiti pro-

13 bati plene sufficit, & excludit plenã probationẽ. Petr. de Anch. *cons.* 283 *ture stricto. n.* 6. † Amplia vbcunque agitur de statu rei,

14 vel personæ non principaliter, vt quia non agitur ad illius declarationem, sed per indirectum, seu incidenter. Ægid. Bellam. *cons.* 41. *n.* 3. *& seq. ver. ad secundum.* vbi, quod sufficit probatio per communem *opinionem, & famam. † Extende in eo, quia agit hypo-

*15 thecária; quia dominium incidenter probatur per communem

* *opinionem, quod is, qui hypothecatus esset dominus. Ægid. d.

16 *cons.* 41. *n.* 4. † Idem, si agatur familiæ herciscundæ, vel communi dividundo; quia dominium probatur ex semiplena probatione.

17 Ægid. *d. cons.* 41. *n.* 4. † Extende; quia si quis impetrat beneficium per obitum Titii vacãs, sufficit probatio semiplena, videl. quod Titius pro Rectore communiter reputabatur. Ægid. *d. cons.* 41. *n.*

18 4. *ver. hinc est.* † Idem in matre accusante mortem filii ad suã, vel suorum iniuriam; quia probat se matrem probando cõmunem

19 reputationem. Ægid. *d. cons.* 41. *n.* 4. *ver. & pro hoc facit.* † Contrariũ; quãdo requiritur probatio veritatis; quia nunquam sufficit pro-

* batio per communem * opinionem, quæ est semiplena probatio-

20 nis. Ægid. *d. cons.* 41. *n.* 4. *& seq. ver. in contrarium.* † Extende cõtrarium, quia vbicunque agitur de probatione directa, & principali, non sufficit semiplena probatio. Ægid. *d. cons.* 41. *nu.* 9. *ver. tertio*

21 *probo sic.* † Extende contrarium, quod vbicunque illud, de cuius probatione agitur, intercedit in actu tanquam pars essentialis ipsius actus, vel perficit actum essentialiter, non sufficiat semiplena probatio. Ægid. Bellam. *d. cons.* 41. *n.* 9. *in fin. cum seq. ver. tamen iis*

22 *cessantib.* † Extende in agente reali, prout rei vendicatione: quoniam debet plene probare dominium suum, & possessionem rei.

23 Ægid. *d. cons.* 41. *n.* 10. † Idem in allegante emptionem: quia plene debet probare dominium venditoris. Ægid. *d. cons.* 41. *n.* 10. *in pr.*

24 † Limita; quia semiplena probatio semiplenæ probationis non reperitur: ideo nõ suppletur vnquam: quia si quis probet famam per vnum testẽ, & fama probetur semiplene, nihil releuat. Bald.

cons. 394. *In causa Ludouici. n.* 6. *ver. sexto permitto. lib.* 2. Vide, *Testis vnicus probat multis casibus, qui exprimuntur. Concl.* 281.

Probatio per cõiecturas quando, & in quibus sufficiat, vel non. Concl. 795.

1 EA † quæ consistunt in animo, probantur per coniecturas, & præsumptiones, & circumstantias, quę eliciuntur tam ex facto, quam ex verbo. Gemin. *cons.* 7. *n.* 4. *ver. aut est dubium.* Abb. *cons.*

67. *In causa. que, n.* 3. *lib.* 2. Vide, *Animus. & intentio ex quibus probetur.*

2 *Concl.* 336. Vide, *Dolus quomodo, & qualiter probetur. Concl.* 574. † Imo etiam si sint magni ponderis, probantur per iuramentum. Rom.

3 *cons.* 76. *In causa nobilis, n.* 5. vbi apost. *in ver. instrumentum.* † Regulã constituit Castr. *cons.* 74. *In causa mota, col.* 2. *ver. sed his non obstantib. lib.* 2. quod ea, quæ de sui natura probari non possunt, probantur

4 per coniecturas, & verisimilitudines. *l. non omnes.* §. *à Barbaris. ff. de rerum dilit.* † Et quod regula sit, in obscuris, & ambiguis indicia, & coniecturas facere plenam probationem, veluti si de nocte in a-

* potheca frumenti factum fit, communem * dicit Masc. *concl.* 1124.

5 *n.* 7. vbi citat plures. † Et nedum sufficit probatio per cõiectura, sed etiam admittuntur testes, qui alias non admitterentur ad-

do aliæ probationes haberi non possunt. Masc. *d. concl.* 1124. *n.* 7. & 14. vbi citat plurimos. † Ratio est; quia in iis, quæ à communiter contingentibus sunt difficilis probationis, vel ex natura rei, sufficiunt indicia, & præsumptiones. Masc. *d. concl.* 1124. *n.* 8. vbi colligit quatuor conclusiones: Primo videl. in obscuris. Secundo in antiquis: Tertio in simulatione: Quartum contrarium præsumptiua probatio sufficit, & est vnica conclusio, quæ omnes sunt casus difficilis probationis. Ias. *in l. prætor ait. n.* 20. *ff. seq. ff. de edend.* Marc. *cons.* 5. *n.* 27. Crau. *cons.* 73. *num.* 19. & 20. Bertaz. *cons.* 105. *n.* 9. plene Castr. *cons.* 143. *col.* 2. vbi late, *lib.* 2. quod veritas per eam, contemplatur de probatione, quæ haberi potest. Plene Alex. *cons.* 24. *Animaduersis. n.* 6. *ver. sed præmissis.* vbi, quod recitentatur de probatione, quæ haberi potest, & ibi plena apostilla *ver. contenta.* dat plurimos concord. & iterum *cons.* 33. *Visis themate, lib.* 2. Amplia in antiquis, quæ excedunt memoriam hominum, quia probatio per coniecturas, & indicia admittitur. Anch. *cons.* 310. *Tres domini, num.* 5. *& seq. ver. postremo de iurib.* Ias. *cons.* 128. *lib.* 1. Masc. *d. concl.* 1124. *n.* 10. † Extende; quia verba enunciatiua probant in antiquis. Vide, *Verba enunciatiua, & quando secus. Concl.* 8. † Extende; quia sola fama probat in antiquis. Masc. *d. concl.* 1124. *n.* 9. plene Rom. *cons.* 76. *In causa nobilis, n.* 5. vbi apost. *in ver. probat.* Vide, *Fama probata legitime quando probet, vel non. Concl.* 66. † Extende; quia in antiquis sola probatio præsumptiua probat, ex qua difficilis est probatio. Bald. *in auth. quas actiones, in vlt. col. C. de sacrosc. & in c. vasallus, circa fin. si de feudo fuerit contra.* Anch. *cons.* 5. *col.* 1. *in fin. tertii dubii.* Calc. *cons.* 8. *col.* 5. *ante med.* Ias. plene *cons.* 128. *col.* 1. *in fin. lib.* 1. vbi, quod sufficit probatio coniecturalis, licet necessario non concludat. † Extende; quia in antiquis leuiores probationes sufficiunt, quæ sunt remissæ arbitrio iudicis. Corn. *cons.* 5. *Videtur in hac in pr. & col. fin. lib.* 2. late Paris. *cons.* 104. *In præsenti. n.* 42. *lib.* 1. † Amplia; quia contractus probatur vsurarius ex coniecturis, & præsumptionibus. Gemin. *cons.* 16. *Quoad primum. per tot.* Cald. *cons.* 508. alias 10. *de vsur.* Petr. de Anch. *cons.* 9. *Plurima coniecturæ per tot.* † Extende; quia extra instrumentum vsurarius quis probatur ex coniecturis, & consequenter ex testibus singularibus. Castill. *cons.* 21. *per tot.* maxime *in princ.* Vide, *Vsurarius manifestus non potest testificari, nisi præstita cautione de vsur. & c. Concl.* 342. † Amplia; quia quando plures præsumptiones, & coniecturæ concurrunt, habent vim plenæ probationis, & ex eis iudicari potest. *l. excipiuntur. ff. ad Syllan.* vbi Bald. dicit, quod ex multis indiciis resultat plena probatio etiam ad condemnationem capitalem, quod semper intelligas in iis, quæ sunt difficilis probationis. Ias. *in l. licet imperator. n.* 5. *ff. de leg.* 1. Vide, *Probationes plures imperfectæ quando faciant vnam perfectam, vel non. Concl.* 796. Vide supra, *Præsumptio operatur multa, & qua. Concl.* 634. † Extende; quia vnum verisimile alteri additum plene probat. Dec. *cons.* 596. Marsil. *sing.* 396. † Extende; quia iudex potest credere coniecturis, quando sunt plures. Bald. *cons.* 380. *n.* 3. in 2. † Extende, etiam si dictæ præsumptiones, & coniecturæ sunt de diuersi generis; quia si tendunt ad eundem rei finem, plene probant. Anch. *cons.* 276. Rom. *cons.* 7. Alex. *cons.* 24. *col. pen. lib.* 2. Decius. *cons.* 146. *col.* 7. Aret. *cons.* 65. *col.* 3. *ver. ergo.* Vide Socin. *cons.* 89. *col. ver. sed reperio, lib.* 1. † Et quod plures præsumptiones, & coniecturæ vrgentes simul iunctæ faciant plenam probationem. Rom. *cons.* 7. *Visis necessariis, n.* 3. late Calean. *cons.* 77. *col.* 1. *in fi. & col.* 2. *in* 5. Bald. *cons.* 249. *Super libris circa fi. lib.* 1. Crau. *cons.* 118. *Visis allatis.* 11. *& cons.* 73. *n.* 19. Socin. *cons.* 89. *n.* 14. *& 15. lib.* 1. † Extende; quod præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes. *l. licet imperator. ff. de leg.* 1. Vide, *Præsumptiones sunt liquidissima probatio. & duæ faciunt semiplenam probationem. Concl.* 611. † Restringe, vt non procedat in præsumptionibus, & coniecturis remotis, & in his genere non concludentibus, argumento *l. dolum, cum ibi not. Cin. dolo.* plura exempla de hoc ponit Ang. *l. si quis ex argentariis. §. ff. de edend.* † Declara; quia prædicta procedunt in his, quæ de sui natura sunt difficilis probationis. *l. non omnes.* §. *à Barbaris. ff. de testib. milit. gl. in l.* 1. *C. de probat.* Innoc. *in c. cum officij. de testib.* Fed. de Sen. *cons.* 119. *Nulli dubium.* Castr. *cons.* 74. *In causa mota, col.* 2. *ver. sed his non obstantib.* late *cons.* 146. *Viso themate supradicto, lib.* 6. Bart. & Ias. *in l. si fugitivus. ff. de argentarius.* §. *prætor ait. ff. de edend.* Bald. & Salyc. *in l. si fugitivus. C. de seruit. fug.* Bart. *in l. in illa.* in vltimis verbis. *ff. de verb. oblig.* & alibi multi. lex contentatur illa probatione, quæ potest haberi licet non sufficiens. Soc. *cons.* 213. *Cum præsenti, col.* 4. *ver. proiis accedit. & cons.* 291. *Visis litteris. col. pen. ver. præterea, lib.* 2. Ias. *cons.* 128. *lib.* 1. Parlam. 53. *lib.* 1. † Et debet intelligi de iis, quæ sunt difficilis probationis de sui natura, vt quia nec actu, nec habitu verisimiliter reperiunt testes interuenire; secus si actu, vel habitu secundum nu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rã rei potuerunt interuenire; q̃ licet non interuenerint; non tñ
fuisse tunt p̃sumptiones, vel coniecturę solæ. Ant. de Butr. *in c. ter-
tio loco de probat.* Alex *cons.* 64. *Viso themate, & dubiis, col.* 2. *lib.* 1. vbi
dicit ita ét consuluisse Ant. de Butr. consil. per eũ allegato, quod
est *cons.* 24. *Quæstio ista dubia vulgaria habet.* & est ratio; quia alias se-
queretur, quod semper testes non integri sufficerent; quia dice-
ret probare debens, alios testes non interfuisse. sequitur Ias *in l.
cunctos populos in* 1. *lect. ad fi. C. de S. Trin.* & q̃ libet coniectura, vel in-
diciũ debet p̃bari per duos testes. Vide, *Rei vendicatione agẽs. Con-
clus.* 117. *n.* 12. Restringe; quia imo aliquando vna cã præsumptio,
24 vel vnicũ indicium sufficit. Vide infra *n.* 37. † Amplia; quia fraus
probatur ex coniecturis. Petr. de Anch. *d. cons.* 9. *in princ. & per tot.*
Vide supra, *Probatio leuior admittitur in iis, quæ sunt difficilis probatio-*
25 *nis. Conclus.* 732. *n.* 48. *& seq.* † Extende; quia dolus probatur cõiec-
26 turis. Anch. late *cons.* 337. *De efficacia, n.* 5. *& seq.* † Extende etiã ad
effectum reuocandi testamentũ; quia si ex coniecturis, & p̃sum-
ptionibus cõstaret, institutũ in primo testamẽto p̃hibuisse te-
statorẽ posse reuocare testamentũ, haberetur pro reuocato p̃ in-
directũ, licet ad reuocationẽ directã requiratur solẽnitas. Anch.
27 *d. cons.* 337. *n.* 5. *& seq. iuncto n* 8. † Amplia; quia ét in criminali ib. ad-
mittitur probatio p̃ coniecturas in iis, q̃ sunt difficilis probatio-
nis, prout sunt delicta cõmissa de nocte. Bald. *cons.* 152. *Plura tan-
guntur. n.* 5. *v. restant duo dubia, lib.* 1. Rom *cons.* 7. *n.* 3. vbi plena apost.
in v. inducitur. Masc. *Conclus.* 1124. *n.* 7. Marsil. *cons.* 5 *n.* 27. *& seq.* Crau.
cons. 73 *n.* 19. & 20. Bertaz. *cons.* 105. *n.* 9. late Bossi. *tit. de partu suppos.*
n. 33 *& seq* Alex. *cons.* 94. *n.* 42. *lib.* 2. Gramm. *voto* 21. *n.* 5. Clar. *§. fi. q.*
28 64 *ver. & ideo dici solet.* Gabr. *de probat. Concl.* 1. *n.* 30. † Extende, etiã
si coniecturæ, & p̃sumptiones sint diuersi generis. Rom. *d. cons.* 7.
29 *n* 3. † Extende multo magis in ciuilibus, q̃n res est difficilis pro-
bationis. Bald. *cons.* 263. *Tres sententiæ, per tot. lib.* 2. Alex. *cons.* 50. *Vi-
sis. & opportune, n.* 6. *lib.* 1. Calca. *cons.* 19. Soc. Iun. *cons.* 3. *& cons.* 90. *n.*
16. *lib.* 2. Dec. *cons* 510. *& 517. n.* 12. Paris. *cons.* 52. *n.* 37. *lib.* 1. *& cons.* 75.
30 *n.* 16 *eod lib.* Boer. *cons.* 40. *n.* 47. † Et illa dicitur p̃fecta probatio, q̃
iudicem inducit ad credendum. Soc. *cons.* 187. *nu.* 5 *lib.* 2. *& cons.* 37.
n. 9. *lib.* 3. Dec. *cons.* 453. *n.* 23. Paris. *cons.* 57. *n.* 48. *lib.* 1. Crau. *cons.* 268.
31 *col. fin.* † Extende in tantum, q̃ in iis, q̃ sunt difficilis probationis,
iudex p̃t moueri ad credendum testi singulari. Marsil. *sing.* 114. *&
in l. § fi quis, n.* 40. *& n* 149. *ff. de quæstio.* Sylua. *cons* 51. Soc. Iun. *cõs.*
32 99. *lib.* 2. † Imo p̃sumptiones sunt arbitrariæ iudici, *c. ad nostram, de
empt. & vend. c. illo vos, de pign.* Corn. *cons.* 137. *lib.* 3. Soc. *cons.* 262. *lib.* 2.
prout etiã omnis probatio, q̃ mouet animum iudicis, dicitur ar-
bitraria. Ant. de Butr. *in c. ex litteris in* 6. *not. de prob.* Bald. *in l. fi. in pr.
C. communia ep̃st.* Dec. *cons.* 275. *col. pen. in prin. & cons.* 272. *col.* 3. *circa*
33 *med. & cons.* 650. *n.* 1. Paris. *cons.* 107. *n.* 48. *lib.* 1. † Extende in furto
rei pignoratæ; quia nedum furtum probatur coniecturis, & præ-
sumptionibus, q̃ faciunt plenam probationem, sed ét alia similia
34 difficilis probationis. Florian. *cons.* 11. *n.* 3. *& seq.* † Extende, quia ad
probandum ea, quæ fiunt in domo, prout custodia diligens rei
pignoratæ, q̃ fuit derobata ad excusandam culpam, & ad defen-
sam, pp difficultatẽ probationis sunt testes idonei illi de domo,
etiam si sint Hebræi. Flor. de S. Petr. *cons.* 11. *n.* 8. *& seq.* Vide tamẽ;
quia si sunt de domo & sunt Iudæi, an duplex defectus obster, de
quo *in ver. Testes habentes plures defectus repelluntur in totum, & quan-*
35 *do secus. Concl.* 218. † Extende in probatione identitatis corporum
antiquorum; quia probatio in antiquis dicitur difficilis; & ideo
sufficiunt coniecturæ, & fama. Bald *cons.* 265. *Verba laudi.* & latius
36 *cons.* 267. *Quæstio potest esse, in princ. lib.* 2. † Amplia in tortura illata
per officialem in camera; quia sufficit probatio per indicia, & cõ-
iecturas, ex quo in camera. Alex. *cons.* 156. *Viso processu, nu.* 2. *lib.* 5. *&*
37 *cons.* 189. *In causa, & lite. n.* 14. *lib.* 6. † Amplia, quãdo hinc inde plena,
& contraria probatio est facta; quia tunc indicium, & coniec-
tura admittitur pro plena probatione, quæ iuuabitur. Natt. *cons.*
38 572. *n.* 13. plenius Grat. *cons.* 86. *n.* 10 *lib.* 2. † Extende, quando pro-
bationes sunt hinc inde plenæ, & pares; quia habens pro se qua-
lem qualẽ p̃sumptionem debet obtinere. gl. fing. & communi-
ter approbata *in l. si duo patroni, in pr. in gl. parua. ff. de iureiur.* quã ibi
Ang. dicit esse meliorem de iure, & eam sequitur *in l.* 1. *ff. de excepti.*
39 *reiud.* † Amplia † in probatione contra cõiecturam, etiam si re-
sultet ex instrumento; quia contraria coniecturalis probatio re-
40 leuat. Anch. *cons.* 9. *in pr.* † Amplia, quia probatio alimentorũ p̃sti-
torũ est difficilis, ideo sufficit præsumptiua; vn de si testes pro-
bant, Titium pluries ad meam mensam vidisse comedere, suffi-
cit; quia non est necesse, quod viderint semper, & cõtinuo. Corn.
41 *cons.* 110. *circa fi. lib.* 1. † Amplia, quia potest iudex coniecturalem
probationem, & non perfectam attendere, & illi fidem adhibe-
42 re. Curt. Iun. *cons.* 52. *n.* 8. Boer. *dec.* 105. *n.* 8. † Amplia in mero pos-
sessorio, in quo cũ agatur de modico præiudicio lex contentatur

faciliori probatione. Crau. *cons.* 158. *n.* 12. *col.* 1. † Extende; quia in 43
causa meri possessorii testes singulares probant, & scripturis an-
tiquis statur, etiam si sunt enunciatiuæ tãtum, idẽ Crau. *cons.* 158.
n. 12. *& cons.* 46. *n.* 6. *& in tract. de antiq. temp. in* 2. *part. n.* 17. *cum plu-
rib. seqq.* Natt. *cons.* 235. *n.* 4. *cum seq.* † Amplia; quia cõiecturis pro- 44
batur falsitas, vsura, & aliud delictum, quando non agitur ad pœ-
nam personalem, vel criminalem, sed agitur de crimine ciuiliter.
Io. de Anan. *cons.* 49. *Dubium de quo, per tot.* vbi *n.* 4. dicit * commu- *
nem, & ibi plene Bologn. in apost. † Declara; quoniam vbicunq; 45
probatio per coniecturas sufficit, requiruntur plures cõiecturæ,
& vna non sufficit, bene duæ vehementes præsumptiones faci-
unt vnam plenam probationem. Io. de Ana. *d. cons.* 49. *n.* 2. *& seq.
ver. & est ponderandum.* † Declara; quia falsitas, q̃ requirit dolum, & 46
dolus ipse cum non possit probari vere, p̃batur per p̃sumptio-
nes, coniecturas, & indicia, si non agitur ad pœnã corporalem; si
vero agitur ad pœnã, debent esse perspicuæ, & manifestæ, & cla-
ræ, videl. tales, q̃ nõ possint, nisi in malam partẽ interpretari. Vi-
de Masc. *Concl.* 530. *Dolus an vere.* vbi in fin. quod est arbitrariũ iu-
dici, quæ sint claræ, & manifestæ. † Amplia in casu conuerso; quia 47
actus suspectus, & inter personas prohibitas validatur ex coniec-
turis, & p̃sumptionibus. Vide, *Confessio suspecta ex quibus conualidetur. Concl.* 660. † Amplia; quia probatio concludens p̃sumpti- 48
ue dicitur plena, & vera, p̃batio. Vide supr. *Probatio quid sit, & qua-
liter sit arbitraria. Concl.* 764. † Extende; quia ex ea p̃t iudex pro- 49
cedere ad diffinitiuam ex sola p̃sumptione violenta, licet p̃ par-
tem non probetur, nec allegetur per text. & Dd. *in c. asserte, de præ-
sumpt.* Dec. *cons.* 233. *n.* 6. *ver. & licet probationes.* † Amplia in simula- 50
tione; quia fit occulte, & non adhibentur testes, sed vnus de alte-
ro confidit; quia probatur coniecturis, & præsumptionib. Castr.
d. cons. 74. *n.* 2. *ver. sed iis non obst. antib. lib.* 2. vbi apostill. citat Soc. *cons.*
264. *Visis, ver. septimo, & vltimo, lib.* 2. & alios, & plenius Castr. *cons.*
169. *Viso puncto, n.* 4. *lib.* 2. *& cons.* 143. *lib.* 2. & vbiq; apost. dat concor.
† Amplia; quia simulatio; quia à communiter contingentib. fieri 51
solet, sine testibus probatur per præsumptiones, & coniecturas.
Masc. *Concl.* 1124. *n.* 11. *& seq.* vbi idem in vsurario contractu, & a-
liis fraudibus. Vide, *Simulatio probatur per coniecturas, & qualiter pro-
cedat. Concl.* 263. † Amplia; quia ea quæ de sui natura probari non
possunt, probantur per verisimiles præsumptiones, coniecturas, 52
& indicia. Castr. *cons.* 74. *lib.* 2. *col.* 2. Socin. *cons.* 264. *lib.* 2. *col.* 2. *l. non
omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. l. consensu. C. de repud.* & ibi Dd. ideo
filiatio probatur per coniecturas. Castill. *cons.* 23. *in pr.* Vide, *Filia-
tio ex quibus probetur, vel præsumatur legitima, vel non, & c. Conclus.* 547.
† Et idem in iis, quæ sunt difficilis probationis. Alex. *cons.* 211. *Visa
facti. lib.* 2. Rim. *cons.* 165. *n.* 13. *lib.* 1. Bald *cons.* 152. *Plura tanguntur. lib.*
1. † Extende in ætate; quia nascimur in obscuro, & est difficilis 53
probationis; ideo coniecturis, & indiciis ætas probatur. Mascard.
Concl. 665. *in pr.* & plenius *concl.* 675. *Ætas an probetur ex indiciis.* vbi 54
declarat. † Extende; quia confinia antiqua probantur p̃sumptio-
nibus, & coniecturis. Vide Masc. *Concl.* 397. *Confines an, & quando
probentur per præsumptiones*, vbi dicit procedere, si non constat de 55
contraria possessione iusta. Vide, *Confinia qualiter probentur. Concl.*
700. † Et in omni negotio probationes requiruntur iuxta qualí-
tatem negocii. Castr. *cons.* 143. *Viso processu, col.* 1. *in fi. li.* 2. † Et in istis 56
casibus præsumptiones dicuntur liquidissimæ probationes. *l. li-* 57
cet Imperator. ff. de leg. 1. Bart. *in l. post contractũ. ff. de donat.* Bald. & Saly.
in l. emptione. C. plus valere, quod agitur. Felin. *in rubr. de probatio. ver. se-
cunda concl.* Vide, *Præsumptio operatur multa. Concl.* 634. † Limita in 58
criminalibus, in quibus clarior probatio requiritur; ideo ex du-
bia probatione nunquam fit condemnatio directa criminalis.
Alex. *cons.* 15. *Viso processu. n.* 2. *ver. hoc præmisso. lib.* 1. Vide, *Crimen non
probatur ex præsumptione, sed debet clare probari. Concl.* 1081. † Limita, 59
quando agitur contra officialem criminaliter; quia non sufficiũt
præsumptiones etiam in iis, quæ sunt difficilis probationis, pro-
ut in dolo, & barattaria, sed clara probatio requiritur propter
bonam præsumptionem iudicis. Menoch. *de arb. cas.* 116. *in fin.* vbi
dicit menti tenendum.

Probationes plures imperfectæ quando faciant vnam perfectam, vel non. Conclus. 796.

PROBATIO † ex multis perficitur iuxta illud: Quę non prosunt 1
singula, multa iuuant. *l.* 2. *§. ætas.* & ibi gl. *ff. de excus. tut.* per quã
dixit Barb. *cons.* 45. *Scribitur, col.* 3. *lib.* 1. quod metus probatur ex
pluribus cõiecturis. † Et procedit regula maxime in iis, quæ sunt 2
difficilis probationis, vel quando probatio est verisimilis; quia
imo iudex non tenetur, nec debet applicare animum suum ad vn-
nam speciem probationis. *l.* 3. *§. eiusdem. ver. non vtiq., de testib.* & id-

eo potest, & debet ex diuersis præsumptionibus, & probationibus se informare. Castr. *consil.* 381. *Iudex est minister. ver. in peroratis, lib.* 1. late Dec. *consil.* 596. *ver. sexto & vltimo.* Castr. *cons.* 143. *Viso processu, n.* 2. *ver. dico igitur, lib.* 2. allegat text. *in c. fi. de successio ab intest. & in l. ob carmen. § fin ff. de testib.* & Castr. *cons.* 169. *num.* 4. *lib.* 2. Amplia;

3 †quia vnus testis de visu, & scientia, & plures de auditu à donãte iuncta fama publica plene probant donationem, maxime, quando non est summæ excedentis. Bald. *cons.* 240. *Donatio facta,*

4 *per tot. lib.* 1. † Et testes singulares coniunguntur ad faciẽdam plenam probationem, & maxime in causa summaria, quod intelligi, si tendunt ad eundem rei finem. Barbat. *cons.* 70. *lib.* 2. Vide, *Testes singulares quando, & in quibus probent, & in quibus non. Concl.* 265.

5 †Et vnus de veritate, & alius testis de confessione probant. Barb. *d. cons.* 70. *lib.* 2. Castr. *cons.* 381. *Iudex. col.* 2. *ver. cum igitur, lib.* 1. allegat

6 *c. cum dilectus de success. ab intest.* † Et quod vnus testis de confessione præsente parte, & alii plures de pluribus cõfessionibus diuersis temporibus absente parte plene probent. Castren. *cons.* 143. &

7 *cons.* 109. *lib.* 2. †Extende; quia vnus testis deponens de vero actu, alii duo de confessione, iunguntur, & plene probant. Curt. Iun.

* 8 *cons.* 148. *num.* 50. vbi de * communi, & *cons.* 303. *nu.* 40. † Imo vnus deponens de vero actu, & insuper de confessione cum alio conteste de confessione plene probat. Soc. Iun. *cons.* 135. *n.* 2. *lib.* 3.

☞ Vide plene *in ver. Testes duo plen. probant, & quando non. Concl.* 278.

9 †Et vnus deponens de veritate cum fama, vel cum fuga, seu priuata scriptura, seu alijs præsumptionibus facit plenam probatio-

10 nem. Castr. *d. cons.* 381. *Iudex est, in princ. & num* 1. *in fin. lib.* 1. † Et vnus deponens de veritate mutui, & tres, qui audiuerunt, quãdo petijt mutuum, & promisit restituere, licet sint singulares, probant, plene Castr. *d. cons.* 381. *Iudex, num.* 2. *lib.* 1. multo magis si duo

11 sunt contestes de auditu cum illo de veritate. † Imo quod vnus testis de veritate, & iuramentum in supplementum, quando est omni exceptione maior, probat plene, Castr. *cons.* 143. *col. fin. lib.* 1.

12 †Et vnus testis informatus, & confessio facta absente patte ple-

13 ne probant; & iunguntur. Flor. *cons.* 15. *num.* 21. & 22. † Item vnus testis informatus ex fama publica. Florian. *d. cons.* 15. *num.* 22. Ca-

14 strens. *cons.* 143. *n.* 3. *vsque in fin. lib.* 2. †Item vnus testis de confessione facta præsente parte, & alii plures singulares de confessione extraiudiciali facta absente parte iunguntur ad plenam probationem faciendam. Castr. *d. cons.* 143. *n.* 2. *ver. dico igitur, per tot. lib.* 2.

15 †Item testes singulares cum lapsu longi temporis licet non sufficientis ad præscriptionem inducũt plenam probationem, quod instrumentum sit simulatum, & ex causa turpi. Castr. *consil.* 169.

16 *Viso puncto, num.* 4. *per tot. lib.* 2. †Item testis vnus de veritate mutui, & alter de confessione facta præsente parte iunguntur, & faciũt

☞ plenam probationem. Petr. de Rauenn. *sing.* 714. Vide plenius multa similia *in ver. Testes duo. Concl.* 278. & Alexand. *cons.* 76. *Viso libello. n.* 4. *ver. quoad secundum, lib.* 6. vbi a post. *in ver. quod sic.* dat plu-

17 rimos concord. quibus ad de Crau. *consil.* 267. *n.* 5. † Et duo testes de mutuo; quia præsentes, sed nesciunt quantitatem; quia perficitur probatio per coniecturas, si constat per vnũ testem, vel plures, quod recipiens mutuo in sua præsentia petierat decem mutuo, erit probatum mutuum in decem. Alex. *cons.* 189. *In causa, &*

lite, num. 15. *ver. accedit quod egregie, lib.* 6. Marsil. *sing.* 322. Vide alios

☞ casus similes *in ver. Testes duo plene probant, & quando non. Concl.* 278.

18 † Amplia, quia cõiunguntur plures scripturæ imperfectæ ad coadiuuandum; item plures testes; item mixtim plures testes, & instrumenta, seu scripturæ, & probatio resultans ex pluribus similibus, vel diuersis proprie, & vere dicitur probatio. Bald. *consil.*

19 398. *Super eodem puncto, num.* 3. *lib.* 3. †Et ideo fama, quæ facit semiplenam probationem, & scriptura priuata recognita per comparationem, quæ facit aliam semiplenam probationem, iungũtur, vt faciant simul plenam probationem. Alex. *cons.* 103. *Super eo, n.* 5.

20 *ver. tertio præsuppono, lib.* 7. † Extende, quia plena probatio conficitur ex diuersis probationibus imperfectis, quando tendunt ad eundem finem, prout arbitrio iudicis videtur esse expediens; nã iunguntur scripturæ plures, testes, fama, confessio, & alia adminicula ad vnum perfectum. Bald. *cons.* 397. *Punctus talis est. num.* 2.

21 *ver. prædicta consultationi, lib.* 3. †Amplia; quia ex pluribus præsumptionibus tendentibus ad idem efficitur vna plena probatio. Calc. *cons.* 8. *n.* 9. Crau. *cons.* 158. *n.* 11. Roman. *cons.* 7. *n.* 3. vbi plena apostill. *in ver. inducitur.* Alex. *cons.* 52. *col.* 2. *lib.* 4. Socin. *cons.* 187. *col.* 2.

22 *lib.* 2. Ias. *cons.* 128. *lib.* 1. *l. sententiam. C. de pœn.* Bald. *in c. cum causam, de probat.* †Extende, etiam si sint diuersi generis præsumptiones; qa efficiunt plenam probationem in iis, quæ sunt difficilis probationis. Roman. *cons.* 7. *n.* 3. Bart. *in l. admonendi. ff. de iureur. num.* 48. Socin. *cons.* 89. *col.* 6. *lib.* 1. Dec. *cons.* 233. *Viso tenore bullarum, col. pen.*

23 *& in c. cum causam.* vbi gloss. & Felin. *de probat.* †Et quod iudex debeat applicare animũ suum ad vnam speciem probationis. Dec. *d. cons.* 233. *num.* 6. *& cons.* 275. *num.* 10. *in fin. cum seq. & cons.* 650. n. 4. Socin. Iun. *cons.* 90. *Abunde. num.* 18. & 19. *lib.* 2. cum allegatis per Crau. *cons.* 73. *num.* 21. Castrens. *cons.* 381. *in princ. lib.* 1. Florian. de S. Petro *cons.* 15. *num.* 23. vbi, quod ista est veritas, quicquid in cõtrarium teneat Bald. & plenius *num.* 14. Castr. *consil.* 169. *Viso puncto, num.* 4. *lib.* 2. & plene *cons.* 302. *Ego Paulus, lib.* 2. vbi, quod procedit in iis, quæ sunt difficilis probationis, & quod non potest dari certa regula. † Contrarium, quod ex imperfectis probationibus non in sua specie non fiat vna plena probatio. Vide, *Testes non integri supplentur, & adiuuantur ex integris, & quando secus. Concl.* 272. *nu.* 6. *ver. Limita, quia licet.* †Imo expedit iudici habere probationes per multos, & varios modos. Alexand. *consil.* 4. *col.* 1. *lib.* 1. maxime in iis, quæ sunt difficilis probationis. Ias. *consil.* 128. *lib.* 1. quia ex multis fit plena probatio. Castrens. *consil.* 380. *Iudex. lib.* 1. Socin. *consil.* 262. *In causa. col.* 7. † Extende, quia idem est, quando sunt plures semiplenæ probationes etiam diuersæ; quia iunguntur ad perfectam probationem. Crauett. *d. consil.* 156. *num.* 11. Alexand. *cons.* 4. *lib.* 7. † Extende; quia ex pluribus adminiculis, quando vnum alteri adminiculatur, resultat plena probatio. Socin. *consil.* 89. *col.* 6. *lib.* 1. & quod ex pluribus vehementibus adminiculis causa possit decidi, est text. *in cap. cum dilectus, de succeff. ab intest.* Bald. *cons.* 400. *lib.* 5. † Et illa dicitur plena probatio, quæ inducit iudicem ad fide credendum. Socin. *cons.* 187. *col.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 111. *n.* 8. *lib.* 3. *& consil.* 98. *n.* 8. *lib.* 4. † Amplia; quia vnus testis de veritate coniunctus cum alia semiplena probatione probat plene. Anchar. *cons.* 276. *Visa diligenter. n.* 5. Crauett. *consil.* 267. *num.* 5. vbi concord. allegat. † Amplia maxime in iis, quæ habẽt tractum successiuum, & momento non expediuntur; quia singularitas non obstat; imo testes singulares probant. Anch. *d. cons.* 276. *num.* 6. *& seq.* † Amplia; quia probationes plures imperfectæ simul iunguntur ad faciendam vnam perfectam, & qualiter procedat. Aret. *consil.* 65. *In presenti consultatione.* Alex. *consil.* 150. *col. fin. lib.* 5. incipit, *Multa in approbationes.* Cuman. *cons.* 155. Antognol. Fulg. *cons.* 165. *In quæstione proposita.* Abb. *consil.* 16. *Ad claram decisionem lib.* 1. *& cons.* 54. *In præsentia causa. lib.* 2. Ioan. de Anan. *cons.* 49. *Dubium, de quo quæritur.* Alexand. *cons.* 24. *Si præcedentibus indiciis, col. fin. & cons.* 13. *An promissio & consil.* 32. *lib.* 1. *& consil.* 11. *Sentio in dubium reuocari. lib.* 4. late Ias. *in rub. l. admonendi, n.* 209. *& seqq. ff. de iureiur.* Marsil. *in rubr. C. de probat.* Socin. *cons.* 89. *col.* 6. *lib.* 1. vbi declarant, qualiter procedat. Capoll. *cons.* 32 *Quidam rustici, col.* 7. † Extende; quia duæ semiplenæ probationes diuersi generis faciunt vnam plenam probationem, quando tendunt ad eundem finem. Florian. à S. Petro *cons.* 13. *num.* 23. *ver. nam ex pluribus.* vbi allegat Bart. *in l. admonendi ff. de iureur. ver. in præmissis. nu.* 48. & dicit, quod est ipsa veritas, quicquid contrarium teneat Bald. *in auth. rogati. C. de testib.* † Contrarium, si non sunt in sua specie perfectæ. Vide, *Testes, Concl.* 272. *supra citat. & Testes singulares quando, & in quibus probent, &c. Concl.* 265. † Declara, quia procedunt conclusiones, quod plures probationes imperfectæ iunguntur ad perfectam probationem, quando præsumptiones, & coniecturæ, seu probationes imperfectæ in sua specie, vel alias à iure sunt approbatæ. Alex. *cons.* 11. *in prin. lib.* 4. Paris. *cons.* 27. *in fin. lib.* 2 Bald. *in l. si quis ex argentariis. § 1. num.* 4. *ff. de edend.* Alex. *cons.* 13. *n.* 19. *lib.* 1. *& cons.* 150. *col. fin. lib.* 5. Ias. copiose *in Admonendi. n.* 257. *ff. de iureiur.* Crau. *cons.* 216. *n.* 12. *& seq. infra n.* 30. † Et quod requiratur, & quod bergenus probationis imperfectæ in sua specie si perfectum, alias non possunt coniungi, vt plene probat Bald. *in d. l. si quis ex argentariis. § 1. in* 4. *not. ff. de edend.* sequitur Alex. *d. cons.* 11. *Sentio in dubium, n.* 6. *lib.* 4. *& cons.* 14. *Ex iis, qua, n.* 19. *lib.* 1. vbi, quod singulæ coniecturæ debet plene probari ad hoc, vt habeat locum regula: Quæ singula non prosunt, &c. gl. & ibi Bar. *in l. fin. C. famil. herciſc.* Vide plenius *in ver. Indicia, quæ sufficiãt ad turam. Concl.* 97. *n.* 19. *& seq.* † Amplia maxime in antiquis, in quibus propter difficultatem probandi iura videntur dispensare ex pluribus probationibus imperfectis fiat vna perfecta. Ias. *cons.* 128. *lib.* 1. quia imo expedit iudici habere probationes per varios modos. Alex. *cons.* 4. *col.* 1. *lib.* 1. † Et ideo fideicommissum antiquum ad probandam identitatem, & quod bona fuerint in bonis fidei committentis, sufficit probatio per vnum testem de visu, & per de fama iuncto catastro, qui de se non sufficerent, iuxta not. *in l. 3. ff. de testib. & in l. instrumenta. 4.* iuncta gl. ibi. *C. de probat. & in fin. de succeff. ab intest.* Soc. *cons.* 186. *In controuersia, ver. ex quibus omnibus, lib.* 2. Felin. *in c. cum causam, extra de probat.* Corn. *cons.* 34. *lib.* 3. *& consil.* 61. *col.* 6. *lib.* 3. † Et vbicunque agitur de probando aliquo antiquo facto, minus legitimæ probationes sufficiunt; quia scripturæ ibi non authenticæ probant. Corn. *cons.* 142. *Videtur prima facie dum, in pr. lib.* 3. Alex. *consil.* 82. *In causa vertente, lib.* 1. Dec. *cons.* 35. *num.*

39 *tenui.* Alex. *consil.* 115. *col. pen. lib.* 4. † Limita in criminalibus, qualiter procedat, Declara, vt dixi. Vide supra, *Probatio plena, & plenior, & aliquando plenissima requiritur in criminalib. Concl.* 789. *n.* 37. *ver. & id-*
40 *eo.* † Limita; quia duæ semiplenæ probationes diuersorum actuũ non iungũtur ad faciendam vnam plenam probationem. Rom. *consil.* 91. *Visis, ac per contra, n.* 11. *ver. clarũ est*, vbi inducit text. ad hoc *in c. cum dilectus. de succeſſ. ab inteſt.* Alex. *consil.* 11. *Sententia, n.* 5. *ver. ſed ſi*
41 *plures, lib.* 4. † Extende; quia duo teſtes probantes vnam partẽ teſtamenti, alii duo probantes aliam partem teſtamenti non probant teſtamentũ. Rom. *d. conſ.* 91. *n.* 11. *ver. ſecundo idẽ probatur*, vbi a-
42 poſt. *in ver. probationem.* dat concor. † Extẽde; quia ſtante ſtatuto, ꝙ ſi quis ſoluerit à tali loco vſq; ad talem locũ, puniatur certa pœna, nõ poteſt puniri, ſi vnus teſtis deponit, ꝙ vidit à tali loco vſq; ad medium viam, alter vidit à media via vſq; ad locum; quia non eſt plene probatum. Rom. *d. conſ.* 91. *col. ſi. ver. tertio idem probatur.*
43 † Extende; quia ad probandã conſuetudinem, ſi duo teſtes deponant de vno actu inferente ad cõſuetudinẽ, & alii duo de alio actu inferente ad cõſuetudinem, non probatur conſuetudo, ita Rom. *d. conſ.* 91. *col. ſi. v. quarto idem probatur*, vbi apoſt. *in ver. inducen-*
44 *tem*, quæ dat concord. † Extende; quia licet, qñ plures ſemiplenæ probationes tendunt ad eundem effectum, iungãtur ad plenam probationem, illud eſt verum, qñ ſuat ſemiplenę perfectę; ſecus ſi imperfectæ; quia non iunguntur. Alex. *conſ.* 11. *Sentio, per tot.* ma-
45 xime *n.* 5. *& ſeq. lib.* 4. † Extende; quia ad p. obandum dominium non ſufficit ſimplex locatio; & liber cataſtri, & vnus teſtis de auditu, vnus de famæ cũ adminiculis imperfectis; quia nulla ꝓbatio ſemiplena pfecta concurrit; ideo nõ põt fieri probatio perfecta. Alex. *d. conſ.* 11. *per tot. lib.* 4. vbi eſt caſus conſilii; & qa tendunt ad diuerſos effectus, max. *n.* 7. *& ſeq.* vbi ponit plura ſimilia exẽ-
46 pla. † Extẽde; quia imo ẽt plures imperfectæ ſemiplenæ ꝓbationes tendentes ad eundem finem, qñ ſunt in ſe imperfectæ, non ꝓbant, neq; iunguntur, puta, ſi plura indicia & plures pſumptiones per vnum teſtem ſolum probandæ, prout fama, confeſſio extraiudicialis, indicium per ſingulares teſtes probatæ. Alex. *d. conſ.*
47 11. *Sentio, per tot. n.* 5. *vſq; in fin. lib.* 4. † Extende; quia imo duæ ſemiplenæ probationes tendentes ad eundem finem non iungũtur, puta vnus teſtis de cõfeſſione facta pſente parte ſemiplene ꝓbat, & alius teſtis de alia confeſſione facta parte præſente alio tẽpore vel loco, ſemiplene ꝓbat, iſtæ duæ ſemiplenæ ꝓbationes non iunguntur ad faciẽdam plenam probationẽ, ita Alex. *conſ.* 68. *Viſo proceſſu, n.* 7. *& ſeq. v. nec obſtat, ſi dicatur, lib.* 3. vbi apoſt. allegat Curt. *in tract. de teſt. Concl.* 47. Alex. *conſ.* 180. *In cauſa, & lite, n.* 10. *v. ſortius*
48 *videtur, lib.* 6. *& conſ.* 127. *n.* 8. *lib.* 7. † In cõtrarium faciunt dicta ſupta in princ. & quia iunguntur vnus teſtis de mutuo, & alius de confeſſione mutui parte præſente, vt Petr. de Rauen. *ſing* 714. de quo vide *in ver. Teſtes. Concl.* 278. vbi declaratur, per Felin. *in c. cum cauſam, n.* 10. *& ſeq. de teſtib.* vide eum, Alex. *conſ.* 76. *Viſo libello, nu.* 4. *ver. quoad ſecundum. lib.* 6. ſequitur Crau. *conſ.* 267. *nu.* 5. vbi allegat concor. & apoſt. ad Alex. *d. conſ.* 76. *in ver. quod ſic.* dat concor. pro vtraque, & hanc veriorem dicit apoſt. ad Alex. *d. conſ.* 180. *n.* 10. *li.*
49 6. *in ver. iungi.* † Declarat apoſt. ad Alex. *d. conſ.* 68. *n.* 8. *in ver. iungi, lib.* 3. quod ſaltem duo teſtes de duabus confeſſionib. parte præſente ſaltem pluſquam ſemiplene probant, ita vt ſit deferẽdum iuramẽtum in ſupplementum, quando nõ eſſent in contrarium præſumptiones, prout in caſu Alex. qui in fi. d. conſilii dicit, non eſſe locum iuramento in ſupplemẽtum, quando ſumma magna, & concurrunt ibi inueriſimilitudines. Vide, *Singula quæ non pro-*
*50 *ſunt, ſimul iuncta iuuant. Concluſ.* 276. Vide, *Teſtes ſingulares probant. &* quando ſecus. *Concl.* 265. † Limita; quia ſecũdum *communem duæ probationes imperfectæ nunquam iunguntur, quando ex teſtib. ſingularibus proficiſcuntur. Alex. *conſ.* 94. *Repetitus, n.* 3. *ver. & licet*
aliàs, lib. 7. Vide pleniſſ. Gabr. *lib.* 1. *tit. de probat. Concl.* 1. & ſup. *n.* 34.

Probatio nõ excludit probationem contrariam. Concluſ. 797.

1 PROBATIO † non excludit probationem. Ægid. *conſ.* 2. *n.* 19. vbi, quod iura producta; quia poſſunt contraria probatione
2 offuſcari, non faciunt probationem claram. † Extende; quia probatio per duos teſtes dicitur plena probatio, & tñ poteſt contrarium probari. Alex. *conſ.* 114. *In cauſa, & lite, n.* 8. *ver. nec obſtat, lib.* 4.
3 † Extende; quia habẽs gratiam, *perinde valere*, de beneficio conditionalem, videl. quatenus eſſet de iure patronatus cum cõſenſi patronorum, ſi ſpolietur, debet reſtitui, etiã ſi ſpoliator probauit eſſe de iure patronatus; quia probatio non excludit cõtra-
6 Signor. *cons.* 129. *In quæstione vertente.* † Extende; quia mulier non potest suscipere alienam defensionem in iudicio pro alio agen-7 do, sed neque excipiendo, si opponitur. Sign. *d. cons.* 129. *n.* 3. † Extende; quia neque pro marito potest suscipere mandatum ad iudicia, neque alium substituere habilem parte opponente, & sen-8 tentia lata est nulla. Sign. *d. cons.* 129. *per tot.* † Miles non potest esse procurator, si tamen admissus est, valent gesta per eum. Oldrad.
9 *cons.* 130. *n.* 8. † Damnatus, vel confessus de publico iudicio non potest esse ꝓcurator, licet alii infamati, seu infames pro alio delicto secus. Bald. *cons.* 281. *Iudex formauit, nu.* 6. *lib.* 2. *ver. item publico*
10 *iudicio.* † Infamis non potest esse in iudicio procurator, sed bene ad contractus. Castr. *cons.* 32. *num.* 3. *ver. quantum ad secundum, lib.* 2. † Declara tamen; quia is, qui constituit procuratorem infamem, non potest ipse allegare hanc inhabilitatem, sed is, contra quem cõstituitur. Castr. *d. cons.* 32. *n.* 3. *lib.* 2. † Procurator inhabilis, & qui procurator esse non potest, si constituatur procurator cum facultate substituendi, & substituat personam habilẽ, an alter substitutio valeat, & substineatur ex persona substituti, gloss. in *Clem. religiosus, in gl. fin. de procur.* vbi distinguit tres species inhabilitatis, late Ias. post Alex. & alios *in l.* 1. *§. acquirimus, in fi. ff. de acq. poss.* Felin. & Dec. *in c. post concessionem, in fin. de probat.* † Vide infra, *Procurator datus ad iudicia, vel negocia in quib. differat, &c. Concl.* 846. ꝙ sicuti nõ valet procura in mulierẽ inhabilẽ, cui data est facultas substituẽdi ita non valet substitutio ab ea facta, si fuit oppositum. Sign. *d. cons.* 129. † Et quod valeat substitutio facta à procuratore inhabili habente facultatem substituendi, facit quia substitutus dicitur creatus à principali constituente, nõ ab ipso procuratore. gl. *in c. de procur. & in c. iis qui, de procur. in* 6. Bart. *in l. si ita me ꝓ. eod.* † Et quod substitutus habeat à primo constituente, & regatur à persona principalis domin. Ias. *in l. quod quis, in 3. lim. ad illum text. C. de procur.* † Et quia si moritur substitutus præsidium reuertitur ad dominum, non ad procuratorem substituentem. Vide infra; *Procurator substitutus si moritur, potestas reuertitur ad dominum, non ad procuratorem, & quando secus. Concl.* 853. † Procurario facit; quia substituens tenetur pro facto, & male gestis à substituto. Vide infra, *Procurator substituens tenetur pro substituto, & quãdo. Concl.* 852. † Limita; quia monachi, & presbyteri, etiam si opponatur, bene possunt esse procuratores pro laico cõsanguineo, etiam coram iudice seculari. Vide Concluſ. prox. seq. † Limita; quia procurator potest esse quilibet, qui non reperitur prohibitus; quia regula est permissiua. Fulg. *cons.* 117. *in pr.* Vide, *Mandatum fieri non potest in personas incertas. Concl.* 53.

Procurator potest esse clericus, & in quibus causis, & quando secus. Concl. 812.

CLERICVS † potest esse procurator laici in curia Ecclesiastica, *c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Fed. de Sen. *cons.* 270. *Quod clericus, in pr.* † Amplia, vt licet esse non possit in omnibus causis, & in omni curia procurator laici, tamen si non opponatur ante litem contestatam, valent gesta per eum admissum. Fed. de Sen. *d. cons.* 270. Rom. *cons.* 384. *In casu proposito*, vbi, quod ex decreto Concilii Basil. presbyter nõ potest esse procurator laicis in curia seculari. † Declara tamen; quia si in prima instantia fuit opposita exceptio non potest etiam in secunda instantia esse procurator, si vero in prima instantia non fuit opposita exceptio, potest esse & in prima & in secunda; imo nõ valeret oppositio facta in causa appellationis, quando in prima instantia nõ fuit opposita. Roman. plene *d. cons.* 384. *in pr.* † Amplia; quia in causis pietatem respicientibus clericus potest esse procurator, vt tradit Fed. de Sen. *d. cons.* 270. *in fin.* Rom. *d. cons.* 384. *n.* 2. qui dicit idem esse quando esset procurator pro miserabili persona. † Extende; quia imo si fuisset opposita exceptio in prima instantia, potest in secunda instantia, & vlteriori probare, quod causa est pro miserabili persona, vel pia causa, & valebit processus. Rom. *d. cons.* 384. *n.* 2. † Amplia; quia potest presbyter, vel persona religiosa esse procurator pro laico coram seculari pro coniuncto, quia hoc mandatum confert lex omnib. qui sunt in gradu coniunctionis priuilegiato, vt per Dd. *in c. fi. de postul.* gl. & Dd. *in l. filiusfam. §. veteran. ff. de procur.* † Contrarium vide *in ver. Coniuncta persona quando agat pro coniuncta, & quibus casib. Concluſ.* 735. † Limita; quia non potest clericus esse procurator in causa laici coram laico, *c. 1. & 2. de postul.* † Et de sacerdote, quod non possit esse procurator in causa laici coram seculari, extat decretum Concilii Basil. vt dicit Rom. *cons.* 384. *per tot.* † Extende; quia tam in causa primæ instantiæ non potest esse procurator, si opponatur, quam etiam in causa appellationis non potest esse presbyter procurator pro laico, in tantum, quod si oppositio est facta, & continuet, processus est nullus. Rom. *d. cons.* 384. vbi est casus; qui dicit, decretum Concilii Basil. habere clausulam irritantem. † Declara; quia hæc exceptio contra presbyterum sufficit, quod in prima instantia fuerit simpliciter opposita, *tu non poteris esse procurator, quia es sacerdos*, & non requiritur alia specificatio, quod non possit; quia causa non est pia, neque pro miserabili persona, Rom. *d. cons.* 384. *n.* 3. *ver. quoad secundum.* Quoad Concilium autem Basil. vide, quæ alibi dixi.

Procu-

Procuratorem non possunt constituere multi sine culpa sua. Concl. 813.

1 RELIGIOSVS † non potest facere mandatum etiam ad agendum, quia spectat ad conuentum suum. Vide, *Monachus agere non potest, & quando secus, & quid possit, vel non. Concl. 318.*

Procurator qualiter constituatur ab vniuersitate, & minoribus. Concl. 814.

1 VNIVERSITAS † nō potest constituere procuratorem etiam ad lites sine decreto magistratus. Bal. *cons. 499. Ita ad plenum, in princ. lib. 2.* Vide, *Vniuersitas qualiter constituit syndicum. Concl. 267.*
2 † Auctoritas syndicorum, decurionū, & administratorum ciuitatis est cum libera. Cratet. *cons. 495 per tot.* † Restringe; quia non possunt consiteri habuisse, & recepisse, neque quietare præceptationem, quia non possunt donare. Crau. *cons. 494. per tot.* vbi latissi ne. Vide, *Confessio inter personas prohibitas, vel non quando operetur donationem, vel secus. Conclus. 659.* † Amplia in minore; quia non constituit procuratorem sine decreto magistratus. Bald. *cons. 499.*
5 *lib. 2. in princ.* † Amplia in mulieribus, & aliis personis; quia si datur certa forma, & solemnitas, ea debet seruari secundum iura municipalia, alias mandatum est ipso iure nullum. Bald. *d. cons. 499. in princ. lib. 2.*

Procurator nō potest cōstitui ab eo, qui nomine alieno agit sine mandato, & quādo secus Cōcl. 815.

1 REGVLA † est, quod is, qui agit nomine alieno, nō potest cōstituere procuratorem ante litem contestatam, *l. neque. ff. de*
2 *procur. Lap. all. 82. circa fi. n. 6. ver. item non potest.* † Amplia in eo qui agit nomine officii; quia non dat procuratorem sicut nec qui agit
3 nomine alieno. Lap. *d. alleg 82. in fi ver. item non potest, n. 6.* † Declara; quia qui agit nomine officii respicientis priuatam vtilitatem, non potest constituere procuratorem ante litem contestatam, secus si nomine officii publici. Alex. *d. cons. 186. Visis. nu. 10. lib. 2. ver. nec verum esse puto.* quia habentes officia priuata non habent legiti-
4 mam administrationem, secus si habent officia publica. † Et ideo coniuncta persona non constituit procuratorem. Lap. *d. all. 82. nu.*
5 *6.* † Contrarium videtur vellē apostilla ad Abba *in cū. cum L. & A. n. 25. de reind. in ver. vbicunq;* licet non fiemet, allegat. *c. accedens. in fi. de procur.* per quod videtur quod ante litē contestatam coniun-
6 cta persona etiam cōstituat procuratorem. † Idem in tutore. Lap. *d. alleg 82. nu. 6. ver. sed bene tutor.* & constituit actorem ad lites cum
7 decreto iudicis. Fulgo. *cons. 182. Titius fecit testamentum.* † Idem in
8 exequutore Lap. *d. alleg. 82. in fin. n. 6.* † Idem in capitibus creditorum; quia non possunt procuratorem constituere in iudicio, maxime ante litem contestatam. Alex. *cons. 186. Visis n 8. vers. tertia est*
9 *dubitatio. lib. 2.* † Idem in prioribus vniuersitatum. Alex. *d. cons. 186.*
10 *num 127.* † Idem in omni administratore agente nomine alieno, & ad vtilitatem alienam; quia non potest constituere procuratorem ante litem contestatam. Alex *d cons. 186. num. 9. ver. nec obstant,*
11 *lib. 2.* † Idem in œconomo Lap. *d. allegat. 82. in fi.* vbi est casus decisionis. † Idem in parte interueniente pro filio; quia si nomine filii agit, descendit, nō potest alium substituere, si vero pro suo interesse ageret, bene posset substituere, vel alium constituere. Bald. *in*
13 *cresn. 21. ver. primo quæro. C. de accusat.* † Amplia; quia imo quando-
q; is, qui agit nomine proprio prout in popularibus actionibus, & in causa criminali, tamen non potest procuratorem constituere, Vide, *Procurator non potest constitui in multis casibus &c. Concl. 817.*
14 † Limita; quia tutores, & curatores licet non constituant procuratorem, nisi lite contestata, bene constituunt actorem ad lites, q æquiparatur procuratori, nisi in eo; qui constitui debet cum decreto iudicis, secus in procuratore. Fulg. *cons. 182. per tot.* vbi qualis
15 terre uocetur. † Limita, post litem contestatam, quia omnes prohibiti dare procuratorem, vel substituere, tunc possunt tanquam
16 domini litis effecti dare procuratorem Lap. *d. all 82. in fi. n. 6.* † Limita; quia abbas & Prælatus, qui potest nomine suo, & conuentus agere, potest etiam procuratorem cōstituere; quia regula est, quod qui potest per se agere, pōt etiam constituere procuratorē. Bart. *in l. 1. n 6. ver. quarto ad idem ff. de procur.* quod tamen intelligas nomine suo pro iure, & interesse suo. q. habet ratione administrationis, ideo dicit, quod male facit. Notarii, qui dicunt, quod suo nomine, & non me Ecclesiæ constituit procuratorem, & regulare esse in iure dicit Abb. *in c. edoceri. num 8. de rescrip* vbi plena apostil. quod qui potest per se agere, potest procuratorem constituere.

† Declara; quia imo potest nomine suo, & Ecclesiæ agere, & con- 17
stituere procuratorem ante litem contestatam; quia licet nullus agens nomine alieno ad vtilitatem alienam possit constituere procuratorem ante litem contestatam. fallit in Prælato; quia agit nomine alieno ad vtilitatem suam. Alex *cōs. 186. Visis subtilissime. n. 9.* 18
ver. nec obstat, lib. 2. vbi, quod dicitur procurator in rem suam. † Extende regulariter; quia qui potest per se ipsum esse in iudicio nomine suo, potest procuratorem constituere; nam minor in iis, in quibus potest esse in iudicio, potest etiam constituere procuratorem sine vlla solemnitate. Bart. *in l. etiam. § si ff. de manumiss. vind.* & generale esse, dicit Abb. *in c. ex parte, n 6. ver. nota vnum casum. de rest. spol.* † Idē in filiofamilias; quia si per se ipsum sine patre potest 19
stare in iudicio, in illis potest sine patre procuratorem cōstituere. Gem. *in c. si. de iud. in 6. in pr. n. 3.* † Idem in seruo; quia cum sit capax 20
alimentorum, sicuti potest stare in iudicio in causa alimentorum, ita poterit in eadem causa procuratorem constituere Bar. *in l. seruos in pr. ff. de alim. & cibar. legat. gl. in l. 1. in ver. preces. C. de precib. Imper. offer.* quam ad hoc allegat Bart. *in ver. Abbas, seu alius Prælatus, in fi.* † I- 21
dem in Monacho etiam ordinis Minorum; quia circa alimenta sibi relicta pro quibus stare potest in iudicio, potest etiam procuratorem constituere. Bart. *d. l. seruos, circa princ. ff. de alim. & cibar. leg.* & plene per Abb. post Innoc. *in c. cum I. & A. de reiud. n. 24. & seq. ver. circa primum.* vbi ponit multa exempla, in quibus Monachus potest esse in iudicio sine superiore; & in illis potest etiā procuratorem constituere sine superiore. † Idem in patre agente in causa fi- 22
lii tanquam administratore, quia si agit nomine suo, & pro suo interesse tanquam pater, potest etiam procuratorem constituere, si vero ageret nomine filii, tunc non potest constituere procuratorem Bald. *in l. 1. col. n. 21. ver. primo quæro. C. de accus.* † Contrarium, q 23
imo pater quomodocunque agat siue suo nomine, possit constituere procuratorem, tenet Alex. *cons. 186. n. 10. ver. nec verum esse puto lib. 2.* vbi, quod legitimi administratores, vel habentes liberam administrationem possunt constituere procuratorem etiam ante litem contestatā, sed patet est legitimus administrator. † Idem in 24
procuratore generali; quia speciale est, vt possit procuratorem constituere. Alex. *d. cons. 186. n. 10. ver. nec verum esse. lib. 2.* † Idem in 25
omnibus administratoribꝰ cum libera. Alex. *d. cons. 186. n. 10. lib. 2.* † Idem in omnibus administratoribus legitimis, & ex publico, vel 26
ad vtilitatem publicam. Alex *d. cons. 186. n. 10. lib. 2.* Vide, *Pater tanquam legitimus administrator filiorum potest multa. Concl. 127.*

Procurator à solo Prælato quando constitui possit, vel non Concl. 816.

PRÆLATVS † solus habens conuentum, prout Abbas, non pōt 1
constituere procuratorem sine conuentu. Oldr. *cons. 130. Omni prolixitate. in pr. ver. modo ex prædictis quæritur.* † Contrarium tenet 2
quod imo solus Prælatus in re communi possit constituere procuratorem. Fed. de Sen. *cons. 227. Si potero, in pr.* late per Lap. *alleg. 49.*
num 8. ver. sunt qui dicunt. vbi indistincte hoc tenet esse verum; tam post litem contestatam, quam ante. & tollit contraria, & sequitur Feder. Castren. *consil 35. Cum elegantissime. per tot.* maxime *in fi. lib. 1.*
† Declara, vt in arduis solus Prælatus non possit ita Lap. *d. all. 49. 3*
n 8. vers. quæro, quod in arduis. † Declara; quia procurator constitutus 4
à Prælato non dicitur procurator Capituli, seu Conuentus, sed dicitur Procurator Prælati constituentis; ideo nō potest vti procurator Capituli agere. Castr. *cons. 16. Si ponderarentur. n. 2. lib. 1.* Vide, *Prælatus solus habens Conuentum non potest constituere procuratorem, neque Prælatus ordinarius Ecclesiæ. Concl 500. cum Conclusi proxime præced.*

Procurator non potest constitui in multis casibus, in quibus non cadit mandatum. Concl. 817.

REGVLA † est, quod procuratoris datio est de iure permis- 1
sorum; ideo si non reperitur prohibitum, censetur permissum, quod quis per procuratorem gerere possit. Fulgos. *consil. 117. in princip.* † Tamen expediri per procuratorem non possunt ea, 2
quæ cohærent industriæ personæ; ideo in alienatione bonorum Ecclesiæ non constituitur procurator, nisi præmisso tractatu, & causæ cognitione, & deliberatione; quia consilium, quod debet adhiberi per Capitulum, non potest delegari procuratori. Federic. de Sen. *consil. 109. numer. 3. versic. non obstat.* † Extende, 3
quia non potest mitti procurator ad consilium, quando quis est de consilio ciuitatis, quia ista respiciunt industriam personæ. Fulgos. *d. consil. 117. vers. in oppositum*, vbi per totum consilium argumenta pro vtraq; parte, & concludit tandem, quod est arbitrium superiori admittere, vel non admittere, procuratorem. † Extende 4

idem in vocatis ad Synodum, vel concilium; quia per procuratorem non possunt satisfacere, ex quo respicit industriam personæ.
5 Fulgo. *d. cons. 117. per tot.* vbi declarat tribus modis. † Primo modo, quod in casu necessitatis, seu necessarii impedimenti possit per procuratorem satisfacere, dummodo procurator sit eiusdem qualitatis, ita tenet
6 *d. cõs. 17. col. 2. circa fi. ver. solutio.* † Secundo, quod possit p procuratorẽ satisfieri, si nullus opponit; si vero fiat oppositio,
7 secus. Fulg. *d. cons. 117. n. 2.* † Tertio, quod istud sit arbitrarium superiori, & quæstio requirat decisionem Papæ, quia in vtramque
8 partem sunt argumenta. Fulg. *d. cons. 117. insi.* † Amplia, vt ea quæ dependent ab animo vt est aditio hæreditatis, & similia, non possint per procuratorem expediri; quia eo ipso, quod vult constituere, actus à voluntate, & animo dicitur cõsumptus. † Amplia in
9 causa criminali criminaliter intentata, & multis aliis casib⁹. Vide
10 Conclusionem proxime sequentem. † Amplia in popularibus actionibus; qa licet qlibet agere possit de populo nomine ꝓprio, tamen procurator constitui non potest. apostil. ad *cons. Dyn. 29. in*
11 *ver. l si quis.* † Amplia; quia si homo, prout infidelis, vel Iudæus baptizatur, nõ potest constitui procurator ab eo ad respõdendum,
12 *c. cum paruulus, de consecr. distinct. 4.* † Amplia; quia alii sunt casus, in quibus non potest constitui procurator, & constitutus etiam specialiter non admittitur, de quibus per Doct. *in l. fi. C. de procurat.* vbi Alex. in vltimis verbis, & Doct. *in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam.*
13 *no infect.* † Amplia, quia nõ potest constitui procurator ad factum iam perfectum; & mandatum superueniens eo casu non obligat mandantem. Bart. *in l. si vero remunerandi. §. fipoſt credita. ff. maud.* vbi
14 etiam Bald. Ang. quoq; *in l. Iulianus, in pr. ff. qui satisd. cog.* † Amplia; quia non potest constitui procurator ad percipiendum stipendium ex publico. *l iubemus*, alias incip. *per hanc. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12.* quem ad hoc citat Castr. *cons. 228. Quæritur primo, in pr. lib.*
☞ 2. quod est Rom. Vide. *Mandatum non potest interuenire in multis casibus. Concl. 54.* Vide, *Actor vel syndicus pro vniuersitate, vel minore potest constitui, & qualiter. Concl. 124.*

Procurator in capitalibus, & aliis causis non admittitur, & quando secus. Concl. 818.

1 PROCVRATOR † non admittitur in causa, in qua Papa citari fecit aliquem ad personaliter comparẽdum Old. *cons. 298. Profundamẽto. per tot.* vbi ponit aliquas limitationes, allegat *l. in pecuniarius, in fi. C. de procur.* † Declara; nisi iustã causam haberet; quia excu-
2 sator admittitur, ex quo citatio non potest ad impossibile arctare. Cald. *cons. 107.* quod est 5 *de procur.* & duplicatur 137. alias 5. *de dila-*
3 *tio.* vbi ponit causas legitimæ excusationis. † Amplia, quia non admittitur procurator in causa criminali & ista est regula Anchar. *cons. 272. Plene, & subtiliter, in princ.* Iul. Clar. *in § fin. q. 32. in prin.* vbi
* * dicit regulam † communem, & *n. 2.* adducit rationem * communem, quia alias redderetur iudicium elusorium. † Extende; quia
4 procedit regula nedum in criminibus publicis, sed et priuatis, qñ imponitur pœna corporis afflictiua supra relegationem, com-
* 5 munem * dicit idem Clar. *d. § fin. q. 32. nu. 2.* † Contrarium de iure
6 communi. † Extẽde in iudicio, in quo pœna fustigationis imponi-
* 7 tur, * communem Clar. *d. q. 32. n. 3. v. ex hac autem ratione.* † Contrarium tenet Alex. *cons. 116. in fi. lib. 2.* vbi quod non est pœna capitalis
8 fustigatio. † Extende, etiam si pœna sit arbitraria Principi; quia nõ admittitur procurator in causa tali criminali, etiã si Princeps consueuerit arbitrari pecuniariam, secus si tale arbitrium sit collatum in iudicem, & consueuerit arbitrari pecuniariam pœnam, ita Clar.
9 *d. q. 32. n. 8. ver. sed quæro*, vb reddit rationem; quia ea, quæ Principi sunt reseruata, non subiacent regulis subditorum. † Extẽde; quia etiam si dicatur de nullitate sententiæ condemnati, non admittitur procurator, ita seruari dicit Iul. Clar. *d. § fi. q. 32. n. 21.* licet alle-
10 ger pro vtraque parte. † Extende, etiam si agatur ad pœnam capitalem; vel corporis afflictiuam per viã exceptionis, secus si crimen excipiendo opponitur non ad pœnam, sed ad repellendũ testem,
* vel actorem. Clar. *d. q 32. nu. 22. ver. tu scis.* vbi dicit * communem.
11 † Extende; quia impedimentum quartanæ non est legitimum, ad
☞ excusandum. Vide, *Impedimentum legitimũ quod dicatur. Concl. 28. &*
12 *Concl. ibi prox. seq.* † Extende, vt procedat, etiã si fuit admissus, quãdo pars fuit protestata. Bald. *cons. 281. Iudex formauit, n. 5. ver. nam si*
* *est intentatum, lib. 2.* * communem, & magis communem dicit Iul.
13 Clar. *d. § fi. q 32. n. 24. ver. contrarium.* † Contrarium tenent plures,
* & est communis * opinio. de quibus Clar. *d. q. 32. n. 24.* qui declarat primam opinio. procedere, quando ad accusationem contrariam, quando ad inquisitionẽ, quia non ita de facili præiudicatur
14 fisco; sicuti parti. † Extende; etiã si in causa capitali pœna sit iudici arbitraria, puta, quod possit condemnare in persona, vel in pecu-
15 nia; quia nõ admittitur procurator. Anch. *d. cõs. 272. in pr.* † Extẽde, quia procedit; etiam si iudex in cõtumaciam fuerit arbitratus; nam pecuniariam; quia reus compareat, & purget contumaciam, non admittitur procurator; quia põt iudex variare, & tes reuenitur ad primũ arbitrium, alias esset melioris cõditionis contumax quam qui ab initio comparuit. Anch. *d. cons. 272. per tot.* † Declara si totam istam materiam, quando pœna est arbitraria iudici et forma statuti (prout Papiæ) & tunc in iis, quæ sunt prohibita de iure communi, & est certa pœna, admittitur; vel non secundũ pœnã quam sequi debet arbitrium; si vero nulla est pœna certa, tũc admittitur consuetudo ciuitatis, si nõ extat consuetudo, attendit qualitas delicti personarum, & circumstantiæ; qa si adest dolus de consequentis, nõ admittitur procurator, si cessat dolus, vt qui interficit quis hominẽ saxo, dum se tueretur à cane volẽs percutere eum, & vbi cessat dolus, admittitur procurator; & idẽ in modicis & leuibus, put in vino adminutũ vendito; quia licet pœna sit arbitraria, non potest excedere relegationem, ita per plenã quæstionem Sign. *cons. 169. per tot.* vbi pro vtraque & *in fi. n. 53.* ita distinguit. † Declarat etiam apostil. ad Bart. *cons. 100. A domino Cyno. ad*
ver. Procuratores, li. 1. quia si delinquẽs est ratione delicti, vel culpæ, tũc nõ admittitur procurator, neq; pater neq; alius, aut nõ ratione delicti, & culpæ, & tũc admittitur, & credo, q sit eadem distinctio cum præcedenti, licet per diuersa verba. † Declara etiam vt
d. apost. fi. ad Bart. *d. cons. 100. lib. 1.* vt sit in arbitrio iudicis admittere vel non considerata qualitate facti, & delicti, vbi videtur dat cautelas aliquas. † Rationes plures assignat, quare in causa criminali capitali nõ admittat procurator; Prima est principalior, videlicet ne sententia reddatur elusoria. Alex. *cons. 116. in pr. lib. 2.* tamen *n 18. ver. pro ista opinione*, videtur reprobare, quæ iam si sit carceratus, nõ admittitur simpliciter; ideo dicit tunc esse, ne in causa magni iudicii procurator præiudicare possit, vel quia est præsumptio, quod principalis diligentius causam sui defendet. † Extẽde; quia vbicunq; agitur de pœna capitali procurator non admittitur, & dicitur capitalis, quãdo aliquis detinetur perpetuo ad carceres, vel in monasterio ad pœnam, secus si ad correctionem. Cald. *d. cons. 104. ver. non obstat, quod talis pœna*, alias *ad procur.* † Extende Florentiæ; quia vltra ius commune extat particularis lex, q inquisitus de re, vel causa capitali teneatur personaliter cõparere, & se excusare, & constituere in carceribus absq; libertino, & securitate, vt possit docere de suis iuribus, & se defendere, alias non auditur † Restringe; quia si fuit admissus, quia neq; pars neque iudex repulit eum, valet: gesta. Rom. *cons. 213. Dun sunt. n. ver. tertio posito, cum seq.* vbi dat plura similia de excommunicato, & aliis, & ibi apost. *in ver. per eum* citat pro vtraque, sed dicit hanc magis * cõmunem. † Amplia in tantum non admitti procuratorem in causa criminali, vt si quis accuset per procuratorem criminaliter, accusatus veniat absoluendus. Cuma. *cons. 42. S'se processu, in fine* loquitur quãdo pœna corporalis veniebat imponenda, & hæc est magis * communis opinio de iure communi. Iul. Clar. *in § fi. q. n. 23. vers. quæro nunquid.* † Contrarium de contumacia reuerenda accusatore, dicit Iul. Clar. *in d. § fi. q. 32. n. 23.* quia sublata est pœna talionis. † Declara tamẽ, quia si accusator esset bannitus, vel excommunicatus de crimine, pro quo ꝓcurator non auditur, non etiã auditur volens accusare. Iul. Clar. *d. q. 32. n. 23.* † Extẽde, vt procedat ista denunciatione, qa officialis deputatus ad denunciandũ maleficia, debet per se ipsum denunciare, & nõ põt per procuratorem vel alium hoc facere in delictis criminalibus. Bal. *cons. 161. Propter quod. in fi. li. 5.* † Amplia; quia Florẽtiæ ex particulari lege datur no 1445. qui vult se tueri ab homicidio, debet se carcerib⁹ confi-
tuere, alias non auditur extra carceres p se, nec per procuratorem. † Amplia; in tantum, vt quouis modo per indirectũ nõ sit admittendus procurator, ẽ si sit dubia res, an pœna capitalis sit imponenda, veluti si quis vulnerauit alũ, & dubiũ est, an vulnus sit mortale; quia si pro vulnere est pœna pecuniaria, nõ debet inquiri de vulnere, in quo iudicio admitteret ꝓcurator, ne si sequatur mors iste homicida sit per indirectum admissus per procuratorem, & fecerit suas defensiones extra carcerem ita Iul. Clar. *d. § fi. q. n.*
10. *ver. sed pone*, vbi quod melius est expectare eximum, & postea requirere. † Amplia in bannito capitaliter, quia licet non possit ꝓcurator parere, tamen non auditur per procuratorem in alia causa criminali, in qua agitur de pœna corporali, sed si petat salũ conductum pro banno, debet sibi concedi per Principem, vel per iudicem ad licentia principis. Iul. Clar. *d. § fi. qu. 32. n. 12. & seq. vbi n. 14.* dicit ex dicem de iure communi posse concedere talem salium conductum, sed quod Mediolani seruatur de licentia Senatus, & non aliter fit, licet. Vide Farinac. *q. 11. nu. 58.* † Contrarium, quod facto, dicit posse bannitus non excusetur; & possit condemnari non dato sibi salio conductu, tenent plures, quos citat idem Farinac. *d. q. 11. nu. 58.*

Amplia

31 † Amplia, quia vbicunq; banni pœna imponitur cum cõfiscatione bonorũ, tunc bannitus æquiparatur deportato, nõ autem relegato, quia relegatus non patitur confiscationẽ bonorum; tunc non auditur per procuratorẽ, vt plenissime tuetur Alex. *consil.116. Animaduersis, per tot.* vbi pro vtraq;, & hanc tuetur, & tollit omnia
32 contraria, *lib.2.* † Extende; quia dato, quod esset opinio controuersa, saltem æquiparatur deportato quoad confiscationem bonorum, licet posset æquiparari relegato quoad bannũ, & saltẽ casus mixtus est, ideo lex loquẽs de casu simplici, ꝙ relegat° audiatur per procuratorem, non habebit locum in casu isto, ita Alex. *d.*
*33 *consil.116.n.7.ver.preterea, cum seq.lib.2.* vbi dicit *commun. † Extende, quia in omnibus casibus, in quibus venit imponenda pœna banni, & bannitus talis potest impune offendi, tũc quia æquiparatur deportato, nõ admittitur procurator. Alex. *d.consil.116.per tot. lib.2.* & ꝙ deportato æquiparetur, qñ potest impune offendi, est
* communis * opinio, vt per Ang. Aret. *consil.47.n.36.& seq.ver.nec*
34 *obstat.* † Amplia; quia in causa criminali quis per se ipsum in iudicio esse debet. Vide Soci. *reg.28. Litigare tenetur quis per se in iudicio criminali, l.fi.C.de procurat.* vbi limitat septem modis. Vide plenius Soc. *reg.44. Procurator pro alio in causa capitali.* vbi limitat 17. modis,
35 quos videas. † Limita, vbicunq; procedi potest contra absentem, admittitur procurator in quacunq; causa, *l.seruum quoq;. §. publice, ff.de procur.* Calder. *consil.107.* quod est 5. *de iud.* alias duplicatur 137.
* quod est 5. *de dilat.ver.item si procederetur*, &c * cõmunem dicit Clar.
36 *in §.fin.q.32.n.11.ver.hæc autem conclusio*, vbi citat plurimos. † Extende, etiam si sit causa capitalis, in qua de iure nõ potest procurator interuenire, quia si ex forma statuti datur, quod possit procedi contra absentem, debet admitti procurator. Signor. *consil.2. Statuto ciuitatis.n.14.ver.decimotertio probat.* Alex. *consil.4. Viso processu, in prin.*
* *lib.6.* vbi plures citat, & dicit * communem, & ibi apostil. *in ver. defensa*, dat plures concordant. etiam ad docendum de innocentia.
37 † Contrarium, quod imo non admittatur procurator, est cõmu-
** nis, * & magis * communis opinio, & ita seruari in practica, attestatur idem Iul. Clar *d.§.fi.q.32.n.11.ver.contrariam autem*, vbi plures allegat, & dicit, ꝙ totus mundus ita obseruat, alias ꝙ desineretur tota tela criminalis; quia per statuta Italiæ proceditur contra absentem, & omnes auditentur per procuratorem, & hoc fuit
* prius dictũ ab Alex. *consil.116.n.18.ver.quinimo, lib.2.* vbi dicit * com-
*38 munem, & magis * communem. † Et quod hodie non admittatur procurator in causa capitali, etiam stante statuto, quod possit procedi contra absentem, affirmat apost. ad Alex. *consil.4. Viso processu, in ver.procurator, lib.6.* vbi, quod ita seruatur de generali con-
39 suetudine, & quod Alex. male ibi consuluit. † Declara; quia licet procurator nõ admittatur in causa capitali ad defensionẽ rei, bene admittitur ad opponendũ exceptiones impedientes, p̃cessum, puta, ꝙ inquisitio non procedit, quod iudex non potest inquirere, quod accusator nõ pot accusare, & similes. Alex plene *consil.138.*
40 *n.14.ver.& licet alias.lib.6.* † Declara; quia bene admittitur defensor, sed non procurator, ita Alex. *d.consil.4.in pr.lib.6.* & ibi apost. *in ver.defensor*, dat plures concord. videl. Cæpoll. *consil.crim.46. cum decem consiliis seqq. & consil.64. & 72. & 73. & 74.* Corn. *consil.17.col.fin. lib.3. & consil.122.lib.4.* Alex. *consil.138.n.14. lib.6.* Dec. *consil.429.col.1.*
* & * communem dicit Alex. *d.consil.4.n.2.vers. sed hæc disputatio*, vbi, quod vidit ita Bononiæ seruari, & ipse alibi pluries seruauit, quod instructor, & defensor potest examinari facere testes super innocentia rei absentis, & obtinere, quod non ponatur in banno, quia etiam iudex tenetur indagare veritatem, & repetit *d.consil.138.n.13.*
41 *vsque in fi.lib.6.* † Declara; quia vbi agitur de pœna infra relegationem, & sic minore relegatione, admittitur defensor p:o absente ad docendum de innocentia, vbi vero est pœna relegationis, vel supra, tunc admittitur solum ad allegandum causas absentiæ, & cerriorandum, non ad defendẽdum, ita apost. ad Alex. *d consil.116. in ver.procurator.lib.2.* vbi plures citat, & repetit eadem apostill. ad
42 Alex. *consil.4. in ver procurator, lib.6.* † Limita; quia admittitur procurator in causa criminali ciuiliter intentata. Fed. de Sen. *consil.23.*
43 *n.2.ver.& ideo cum talis.* † Extende, vt causa dicatur ciuiliter intentata, vt admittatur procurator, vbicunq; agitur non ad depositionem, sed ad remotionem, vel correctionem, seu carcerationẽ pro correctione, etiam si in libello narrata fuerint aliqua, quæ importarent depositionem, quia si in libello concluditur solum de correctione, & carceratione, causa est ciuilis, & potest procurator interuenire. Cald. *consil.104. An si Abbas*, alias 2. *de procurat. & consil.481.*
44 alias 3. *de accus.* † Imo etiam si agatur de priuatione, vel depositione ab ordine, vel dignitate, quod possit interuenire procurator,
* 45 communem * dicit Iul. Clar. *d.§.fi.q.32.n.6.* † Extende in relegatione in insulam temporali, vel perpetua; quia potest interuenire procurator, licet aliqualiter dici possit corporis afflictiua. Cald. *d.*

consil.103. vltra med.ver.item relegatio, alias 2. *de procur.* allegat *l.seruum quoque, §.publice*, vbi dicit *communem opinionem; & idem Bart. * *in l.pen. §. ad crimen, n.4.col.2.* vbi, quod * cõmuniter ita tenẽt quasi omnes, & ita seruatur *ff.de publ.iud.* Alex. *consil.116.per tot.* maxime *in pr.lib.2.* † Contrarium tenet apost. ad Alex. *d.consil.116.in ver, relegationis, lib.2.* vbi, quod est afflictiua. † Limita in causa criminali; & 46 47
capitali contra vniuersitatem; quia admittitur syndicus vniuersitatis. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver legitime, in fin.* vbi idem in Collegio, & Capitulo. † Extende; quia imo etiam agendo cri- 48
minaliter, & accusando in causa capitali debet syndicus vniuersitatis admitti. Bart. *d.extrauag. in ver. legitime, in fi.* vbi apost. *in ver fierent.* † Limita; quia si procurator fuit admissus parte non opponente, valet processus factus. Bald. *consil.415.lib.4.* Ror. aliquid *dec.35.de* 49
procur. alias 420. apost. 1. ad Alex. *d.consil.116. Animaduersis, in ver. relegationis. in fi.lib.2.* vbi citat Rom. *consil.215.* † Limita, quãdo extat statutum, prout fere per totam Italiam, quod contumax habeatur pro confesso. Alex. *d.consil.116. Animaduersis, in pr.ver. tertio nam cõtra, lib.2.* † Contrarium seruatur, & est magis * communis opin. Alex. 50 51*
d.consil.116.n.18.ver.quinimo, lib.2. † Limita; quia si ꝓceditur per in- 52
quisitionem in causa capitali, bene potest ex parte inquirentis interuenire procurator. Io. de Ana. *consil.1.n.2. ver.ex quib.etiam.* † Li- 53
mita, vbi esset consuetudo, vel stylus admittendi procuratorem etiam in causa capitali, prout in Delphinatu attestatur Guid. Pap. *decis.338. Aliquis accusator.* sequitur Iul. Clar. *in §.fi.q.32.n.3.* † Limi- 54
ta, quando accusatus, vel inquisitus pro delicto capitali est carceratus, quia pro eo potest interuenire procurator. Io. de An. *d.consil.1.n.5.* & ibi Bolog. *in addit.n.14.ver.plus dico*, vbi dicit * communem, *
& obseruantiã ita seruare, pro hac parte est *decis.15. de procur.in nou.* & est 201. & * communis opinio, & ita seruatur in praxi ex com- *
muni vsu. Iul. Clar. *in d.§.fi.q.32.n.16.ver.itẽ quæro, & q.34.n.7.* Cõtrarium † tenet Alex. *consil.116.col.fi.ver.pro ista opinione, li.2.* vbi plu- 55
rimos citat. † Declara, ne erres, quia non admittitur procurator 56
ad respondendũ querelæ, interrogationi, & aliis, de quibus principalis est informatus, sed bene ad faciẽdum defensiones; ita Iul. Clar. *d.q.32.n.16.ver.in vero*, vbi, quod admittitur etiam defensor sine mandato, & quod non potest dari mandatum ad sentẽtiam; quia fertur in faciem rei. † Limita; quia licet non admittatur pro- 57
curator in causa capitali pro inquisito, vel accusato, qñ est absens, tamen admittitur instructor, vel informator. Lud. Bolog. *in addit. ad d.consil.10. de Ana.1.n.14.* Bart. *consil.100. in fi.lib.1.* † Extẽde; quia ad- 58
mittitur excusator, si causas absentiæ velit solum proponere, non autem defendere, & est * communis opinio. Iul. Clar. *d.§.fi.q.32.* *
n.11.in fi.ver.bene verum est, & plenius *n.17.* vbi de * cõmuni obser- *
uantia, etiam si non habeat mandatũ ad excusandum, sed ad causam, apostill. ad Alex. *consil.116.n.18. in ver procurator, lib.2.* vbi plures concord. † Extende; quia bene admittitur defensor pro carcerato etiam sine mandato; & licet possit prodesse, & non obesse, tamen admittitur. Iul. Clar *d q.32.n.16.circa fi.* † Limita, vbicunq; ex 59 60
forma statuti in causa capitali solũ imponitur pœna pecuniaria; quia potest tunc interuenire procurator. Sign. Homo. *consil.2.n.15. ver.ad idem facit.* † Extendit Alex. *d.consil.116.in pr.vers. quarto facit, & ver.quinto facit, lib.2.* etiam si condemnatus vltra centum libras 61
possit offendi impune, quia medicinalis est, non capitalis, videl. nisi soluat. † Limita, quia bene admittitur procurator ad allegan- 62
dum capitales inimicitias in loco, vbi citatur, & non tutum accessum habet, communem * dicit Iul. Clar. *d.§ fi.q.32.n.18.* † Limita; * 63
quia bene admittuntur pater ꝓ filio, dominus pro seruo, Episcopus pro clerico suo, Abbas pro Monacho, Princeps pro subdito, Cuiras pro ciue, pro suo interesse, * cõmunem dicit Clar. *d.q.32.* *
n.5.ver.vlt. quæro, vbi secus dicit, si vellent pro reo defendere; quia non audiuntur, nisi ipso constituto in carceribus. † Limita; quia 64
vbicunq; accusatio est inepta, quia non specificantur bona, ita; alia, quæ debent specificari, ex quo non agitur de delicto, sed de quæstione separata, admittitur procurator. Bal. *consil.238. Verba accusationis, n.2.ver. secundo quæritur, lib.2.* vbi, quod procurator admittitur in respicientibus processum. † Limita, quando procurator 65
allegat solũ exceptiones dilatorias, vel declinatorias, prout quod accusator sit excõmunicatus, vel infamis, vel iudex incompetẽs, cõmunem * dicit Clar. *d.q.32.n.19.ver. pariter etiã.* † Declara, & re- * 66
stringe; quia nõ admittitur ad allegandũ aliquid, quod tangat delictum, prout quod habuit gratiã, vel fuerit absolutus, & ideo, si exceptio esset dubia, vel mixta; qn nõ admittitur, secundũ * cõ- *
munem, de qua idem Clar. *d.q.32.n.19 ver. hoc tamen intelligendum.* † Limita; quia licet procurator non admittatur in causa capitali, 67
si tamen Papa, vel eius vices gerens admittit procuratorem, valet processus. Bald. *consil.415. Punctus quæstionis, lib.4. in pr.* † Limita; quia 68
si quis interfecit bannitum, bene auditur per procuratorem do-

centem de banno occisi secundum * communem, de qua idem
69 Clar. d. § fi. q. 32. n. 20. ver. quæro non. † Declara, quia admittitur procurator, quando probauit bannum, ita quod de banno notorie constat: secus si sit dubium; quia debet constitui, si tamen plures interficiant bannitum, vno constituto, alii per procuratorem audiuntur super banno. Clar. d. § fi. q. 32. n. 20. vers. hæc tamen intellige.
70 † Limita, quando ex probationibus factis per procuratorē admissum resultat defensio rei, qui de homicidio doloso imputabatur; quia si constat, quod homicidium fuit casuale, & excusabile, tunc factum à procuratore legitime factum dicitur, & cōualescit, licet à principio non valeret. Bald. cons. 415. per tot. maxime circa pr. lib. 4.
71 † Extende idem in eo, qui ex forma statuti propter lapsum temporis, vel priuilegium non potest inquiri; quia si procurator, vel excusator opposuit exceptionem competentem, non potest procedi contra inquisitum etiam in causa capitali. Bart. cons. 100. A. D. Cyno. in fi. ver. super quinto. lib. 1. vbi apost. in ver. procuratores. † Limita; quia in omni causa ciuili admittitur procurator. Abb. in c. cum dilecti. de constit. vtil. vel inut. Dec. cons. pen. † Extende, in causa criminali,
73 vbi imponitur pœna pecuniaria, * communem dicit Iul. Clar. d. §.
74 * fi. q. 32. nu. 4. † Limita, etiam si causa sit criminalis; quia si pœna est pecuniaria, admittitur procurator; quia cessat ratio; quod iudicium sit elusorium, cōmunem * dicit Iul. Clar. d. §. fi. q. 32. n. 4. ver. ceterum.
75 † Extende; quia in causa criminali, in qua agitur solum de pœna
* relegationis, & de minori, potest procurator interuenire * secundum communem, de qua idem Clar. q. 32. n. 5. vbi dicit ita seruari reprobata distinctione aliquorum, an relegatio sit ad certum locum, quę dicitur confinatio, an à certo loco, & hanc etiam tuetur Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. legitime, per tot. maxime n. 2.
76 Alex. cons. 116. Animaduersis, in pr. lib. 2. † Extende, etiam si pœna pecuniaria imponatur à statuto loco pœnæ vltimi supplicii de iure cōmuni, veluti si pro homicidio imponeretur pœna pecuniaria.
*77 Iul. Clar. d. § fi. q. 32. ver. dictum est, n. 7. vbi * dicit cōmunem. † Declara tamen; quia si statutum imponeret pœnā mortis, à qua posset condemnatus liberari soluendo tantam summam, non esset pœna pecuniaria, & procurator non admitteretur. Clarus d. q. 32.
78 nu. 7. ver. hoc tamen intellige. † Contrarium tenet Alex. cons. 116. Animaduersis, in pr. ver. quinto facit, libr. 2. quando statutum dicit, quod bannitus à centum libris supra possit impune offendi; quia censetur medicinalis donec soluat; prout excommunicatio, non autem
79 capitalis. † Extende idem è conuerso, si statutum imponat pœnam pecuniariam pro delicto, & si non soluerit intra certū terminum, imponat pœnam corporalem, adhuc procurator potest interuenire, dummodo reus sit soluēdo, vel det idoneum fidei iussorem,
80 ita Iul. Clar. d. q. 32. n. 9. ver. vlterius quæro. † Extende, vt procedat etiam in causa vulneris, pro quo imponitur pœna pecuniaria; quia licet dubium sit an lethale, si tamen proceditur pro vulnere, ad-
* mittitur procurator, cōmunem * dicit Iul. Clar. d. §. fi. q. 32. n. 10. ver. sed pone, vbi reprobat hanc praxim; quia melius est expectare exitum, an vulneratus moriatur, ne per indirectum si moriatur, i-
81 ste sit per procuratorem defensus. † Extende, quando proceditur contra mortuos puta in crimine hæresis, vel læsæ maiestatis; quia admittitur hæres, & procurator, ex quo cessat ratio, quod iudicium reddatur elusorium. Iul. Clar. d. § fi. § 32. n. 15. vbi, quod ita fuit iu-
82 dicatum per Papam Clem. V. † Declara, quia vbi procurator admittitur, sententia fertur in principalem & procuratorē. Iul. Clar.
83 d. q. 32. in fi. † Limita; quia bene admittitur excusator ex causis legitimis, Vide, *Procurator ad excusandum delinquentem &c. Concl.* 848.
☞ Vide Ant. Gabr. lib. 7. tit. de criminalibus. Conel. 9. *Procurator non admittitur*, vbi pro crimine venit imponenda pœna corporalis.

Procurator non compellitur acceptare mandatum, sed bene si acceptauit, compellitur, & quomodo possit acceptare. Concl. 819.

1 PROCVRATOR † non compellitur acceptare mandatum, si
2 non vult esse procurator. † E conuerso si procurator semel ac-
3 ceptauit mandatum; compellitur illud perficere. † Et potest procurator acceptare mandatum, etiam si dixit nolle acceptare mandatum, dum ibi præsentatur; quia ab absente cōstitutus fuit; nam quamdiu mandans durat in eadem volūtate, potest semper mandatum etiam recusatum acceptare. c. licet. de procurat. in 6. Ale. cons.
81. Reuocatur in dubium. n 3. in fi. ver. secundo vero casu. lib. 5. & cons. 189.
4 Viso statuto, in fi. vbi dicit * communem, li. 7. † Declara tamen; quia mutatio voluntatis mandantis non præsumitur. Alex. d. cons. 81 n.
4. vbi apostilla, in versic. voluntatis. lib. 5. sed tamen si mandans consensisset procuratori, quando dixit nolle mandatum acceptare, bene tunc esset reuocatum, & non posset illud amplius acceptare. † Contra declarationem facit Franch. in c. licet, de procurat. in 6. quod etiam si procurator recusauit velle acceptare mandatum præsente mandante, poterit postea acceptare. † Sed apost. ad fi. & lex. dict. consil. 189. in fi. libr. 7. in vers. tolle, reprobat Franch. dicens, quod non poterit acceptare sine voluntate mandantis expresse.

Procurator qua actione teneatur versus dominum, & è contra. Concl. 820.

PROCVRATOR † tenetur domino de iis, quæ procurando nomine gessit, actione mandati. ff. de procur. l. qui propria. S. procurator vt in cæteris. Bald. cons. 186. Ad euidentiam. in pr. ver. secundo præmittendum. lib. 2. † Et ista actio, quæ competit domino contra procuratorem pro exactis vigore mandati, de iure communi est ordinaria, non autem exequutiua. d. l. C. de exec. rei iud. & conquerens de restitut. vol. Anch. cons. 227. † Tamen Florentiæ per statutum fori mercatorum. libr. 2. expresse cauetur, quod exequutiue possit procedi realiter & personaliter tam contra procuratorem, quam contra quemcunque rei alienæ administratorem. † Amplia; quia procurator, qui vendidit rem domini & recepit pretium, acquirit pretium domino: ideo dominus vltra actionem personalem mandati potest agere rei vendicatione ad pretium contra procuratorem, si extat pretium. Bald. d. cons. 186. circa pr. ver. secundo præmittendum, lib. 2. † Amplia; quia procurator, qui recepit mandatum speciale ad emendum prædium certum nomine domini, illud emat nomine suo, compellitur communicare rem emptam domino actione mandati. Alex. cons. 58. Circa primum, in fi. lib. 1. † Extende idem in procuratore habente mandatum ad recipiendum scripturam; quia licet suo nomine illam recipiat, tenetur actione mandati restituere. Alex. d. cons. 58. in pr. li. 1. dummodo procedat mandatum, & constet. † Amplia, quia procurator tenetur pecuniam exactam nomine principalis restituere principali, prout è contra dominus, & hęredes illius tenentur actione contraria procuratori de eo, quod expendit pro domino, & remanet creditor. c. cum pro causa, de procur. Spec. tit. de procur. versic. ille autem, qui fuit procur. † Amplia, quia procurator inordinatam, vel ineptam litem mouens, si condemnetur in expensis, tenetur de sua bursa soluere, & releuare dominum, quia in generali mandato non continetur, vt litem malam moueat. Castr. cons. 67. lib. 1. † Idem, si procurator calumniosam litem proposuit, vel suscepit, quia non consequitur sumptus factos aduersus dominum. Bart. in l. 4. ff. de re iudi. † Limita; quia si trado procuratori meo rem meam, vt vendat, & ille beat pecuniam mutui nomine, tenetur mihi ex persona huiusmodi occasione mutui, non autem vt procurator. Bald. d. cons. 186. n. 1. vers. amplius nos habemus, lib. 2.

Procurator nomine sui principalis agere debet, & quando secus. Concl. 821.

PROCVRATOR † nomine sui principalis agere debet, non autem nomine proprio. † Amplia, vt oblat', qui omnia bona sua obtulit monasterio, non possit agere contra suos debitores post obligationem, etiam si non sit nota; quia vbi cunq; de exaparebit, acta sunt nulla; quia egit nomine suo, & actio non competebat. Federicus de Senis cons. 287. per totum. † Amplia, vt procedat tam in mandatario, seu procuratore constituto ab homine, quam in constituto à iure. Lapus allegatione 51. num. 2. vers. ad secundum, vbi reprobat Innoc. tenentem contrarium, & dicit quod ita determinarunt Doct. Bononienses, & latius n. 4. & 5. & seq. tamē n. 9. & 10. dicit esse disputationem de apicibus iuris, & reprobatur de iure Canonico. & quod tutius est non exprimere quo nomine agatur, & iudex bene facit; si non compellat hoc declarare. † Amplia in Prælato, qui agit nomine Ecclesiæ, & nō suo quia nō est dominus, sed habet administrationem. Lap. d. all. n. 5. ver. ideo enim Prælatus, vbi, quod si Abbas agit vt procurator nomine Conuentus, vterque nomine Conuentus agere censetur. † Amplia, vt semper nomine Ecclesiæ agi debeat quando agitur ad commodum Ecclesiæ, prout si agitur pro recuperatione bonorum Ecclesiæ, secus, si quis ageret spolio pro beneficio recuperando; quia nomine suo ageret. Lap. d. alleg. 51. n. 7. ver. item si, quis, & n. 11. declarat nomine Ecclesiæ, id est, domorū, non autem quod proptere a sit procurator Ecclesiæ in abstracto. † Amplia, vt procedat ne dum in actione, sed etiam in exceptione; quia excepto debet formari nomine Ecclesiæ, & non nomine proprio. Lap. d. alleg. 51. n. 7. versic. item facit ad hoc. † Amplia, vt quandocunque aliquis clericus de eadem Ecclesia agat in defectum, & negligentia Prælati

Prælati in casu *c. cum olim, de testib.* quod nomine Ecclesię agere debet, si tamen ageret nomine proprio, & Ecclesiæ communiter & diuisum, valeret. Lap. *d. alleg. 51. n. 4. & seq.* vbi est casus Lap. † Declara, vt etiam valeret, si ageret expresse pro Ecclesia, vel nomine Ecclesiæ, quia istę subtilitates reiiciuntur à iure Canonico. Lap. *d. alleg. 51. n. 9. ver. nam agere.* Vide, *Ius Canonicum admittit simplicitatem reprobata subtilitate. Concl. 578.* † Declara, vt procedat, etiam si non exprimeret quo nomine; vel proprio, vel Ecclesiæ ageret, nam procederet actio & libellus, & iudex bene faciet, si non compellat declarare. Lap. *d. alle. n. 10. ver. item cum agatur.* Inno *in d. c. cū olim, in pr. vers. tamen si iudex.* † Amplia, vt in tantum procurator nomine sui principalis agere debeat, vt si simpliciter quis appellet tanquā procurator, non expresso nomine cuius procuratorio nomine appellabat, non valeat appellatio etiam si postea appareret mandatum à certo, cuius nomine intendat voluisse appellare. Calder. *cons. 103.* alias *1. de pact.* † Limita secundum Inn. *in d. c. cum olim, n. 2. circa fi. ver. item res.* in clerico agente ad recuperationem bonorum Ecclesiæ male alienatorum contra ius; quia nomine suo proprio agit pro Ecclesia, licet Lap. *d. alleg. 51. n. 2.* dicat contrarium, & In. hoc non tenere, sed quod solum refert aliorum opiniones. † Limita, in eo, qui actione populari pro alio agit; quia nomine suo agere debet pro actione tali Innoc. *d. c. cum olim, n. 2. circa fi. de testib.* † Limita in Canonico agente nomine suæ præbendæ, quia si agit contra illos de sua Ecclesia agit nomine proprio pro præbenda, si vero agit contra alios, agit nomine Ecclesiæ. Innoc. *in c. ex litteris. in pr. vers. & expedit, & probat.* † Limita, quando quis agit ad vtilitatem propriam, vt si agat quis spolio pro beneficio consequendo; nam tunc nomine suo proprio agere debet; quia non agitur ad vtilitatem beneficii. Lap. *d. alleg. 51. n. 7. ver. item si, qui petit.*

Procuratorem dimittere qui teneantur. Cõcl. 822.

1 PROCVRATOREM † constituere, & dimittere tenetur is, qui habet litem, & se absentat; nullo dimisso procuratore; quia dicitur esse in culpa, secus si se absentaret ante litem motam. Bal. *in l. ab eo, n. 7. C. quomod. & quand. iud.* Bart. *in l. fi. ff. de in integr. rest.*

Procuratorio nomine obligatus non tenetur de suo. Concl. 823.

1 OBLIGANS † se nomine alieno, vel aliquid procurans nomine alieno, de suo proprio non tenetur. Gemi. *cons. 150 per tot.* Bero. *cons. 199. in pr. lib. 1.* Abb. *cons. 23. Videtur dictum, lib. 1 in princip.*
2 † Amplia; quia propterea valet argumentum de tanquam tali, qñ quis duplicem repræsentat personam. Sign. Homod. *cons. 227. n. 3.* Vide, *Argumentum de tanquam tali. Concl. 508.* † Amplia in proxe-
3 neta; quia licet se obliget, non tamen tenetur de suo, ex quo negocium gerit ratione officii de re ad eum nõ pertinente; ideo nomine proprio conueniri non potest. Bal. *cons. 366. Visis constitu. li. 5.*
4 † Amplia; quia sententia lata contra aliquem tanquam procuratorẽ non potest exequi contra eum, sed debet exequi cõtra principalem Sign. Homod. *cons. 15. In quæstione vertente in fin. ver. præterea prædictus. l. Paulus, & l. procurator. ff. de procurat.* Guido Pap. *decis. 86. in fi.* Alex. plene. *cons. 95. Visis processibus, nu. 12. ver. & licet vicarius. lib. 2.*
5 † Extende, vt procedat, etiam si procurator condemnatus procuratorio nomine fuisset negligens in non appellando, vel in dolo; quia sententia debet exequi contra dominum, etiam si dominus deberet releuari à procuratore negligente. Alex. *d. cons. 95. n. 13. ver.*
6 *item posito. li. 2.* † Extende, etiam si fuit pronunciatum simpliciter sententiam exequendam, quia debet exequi cõtra principalem, non autem contra procuratorem condemnatum procuratorio nomine etiam si fuisset negligens, & in dolo non appellando. Ale.
7 *d. cons. 95. nu. 12. ver. & licet Vicarius, lib. 2.* † Restringe, quando esset procurator in rem suam; quia tunc dicitur principalis. Ang. Areti.
8 *in l. si se non obtulit. ff. de re iudic.* † Amplia in quocunque ministro se obligante nomine domini; quia non tenetur de suo. Bero. *consil.*
9 *199. in pr. lib. 1.* † Amplia in tutore, vel curatore; quia sententia lata contra pupillum non potest exequi contra tutorem; quia non tenetur de suo. Guido Pap. *decis 86. circa fi.* est rex. *in l. 4. §. tutor. ff. de re*
10 *iudic.* Abb. *d. cons. 23. in pr. lib. 1.* † Amplia; quia officialis contrahens
11 vt officialis, non obligatur de suo. *d. fi. de instit. act.* † Amplia in in-
12 stitore; quia obligat dominum, non seipsum. *d. fi. de instit. act.* † Amplia in procuratore habente mandatum à domino ad recipiendũ mutuo mille; quia si accepit ea obligat dominum principalem, si contraxit vt procurator; quia paria sunt, cõtrahere per se vel procuratorem suum. *d. ossa, in fi. ff. de relig. & sumpt. fun.* gl. fi. *d. l. si procurator, ff. de dol. mal except. c. qui per alium facit, de reg. iur. in 6. l. 1. ff. de vi, & vi ar-*

mat. † Extende, etiam si post contractam obligationem nomine 13
domini prædictus, procurator per litteras priuatas promiserit soluere; quia licet non dixerit, vel scripserit vt procurator, nõ tamen censetur voluisse obligare seipsum nomine proprio. *l. si pupilli 9. t.* vbi Bart. *ff. de neg. gest. d. l. si ff. de inst. act.* Deci. *cons. 510. n. 5.* facit *l. eum, qui mutuam. C. si cert. pet.* † Extẽde; quia eadem persona potest plu- 14
res personas repræsentare, puta seipsum; communitatem, & particulares homines eiusdem communitatis. *l. procurator, qui pro euictione. ff. de proc. l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest.* & ideo si exprimit, quo nomine faciat obligationem, eo tantum nomine obligatur. Bartol. Ang. & alii *in dict. l. si pupilli. §. 1. ff. de negot. gest.* idem Bart. *d. l. procurator, qui pro euictione. ff. de procur.* Bald. *cons. 2. n. 4. lib. 5.* Deci. *d. cons. 510. nu. 4.* gl. Bart. & alii *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ff. de verb. oblig.* Ægid. *decis. 10. & decis. 108. & decis. 148.* plene Iaf. plura cumulans *in l. post dotem, in pr. n. 72. ff. solu. matr.* † Amplia in negociorum ge- 15
store, quia non tenetur de suo, si concepit obligationem in personam domini, secus, si in personam suam. Bero. *cons. 199. n. 3. & per tot. libr. 1.* † Amplia in eo, qui vti fideiussor, seu expromissor se 16
obligat pro Titio; quia licet teneatur, non tamen facit obligationem suam. Bero. *d. cons. 199. in fi. ver. sed si dixisset. lib. 1.* † Restringe, 17
quando dixisset; *me obligo soluere nomine Titii*, quia si non constat de mandato Titii, vel si non habet ratum, tenetur de suo. Bero. *d. cõs.* 18
199. n. 7. lib. 1. † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus se obligat quis vt minister alterius, debet cõstare, quod sit talis; alias de suo tenetur. Bero. *d. cons. 199. n. 6. lib. 1.* † Extende idem multo ma- 19
gis, si non esset minister, vel excederet mandatũ. Vide infra, *Procurator quãdo dicatur falsus, vel non. Concl. 830.* † Limita in eo, qui est 20
minister Cõmunis, quia si simpliciter se obligat, non potest tueri, quod tanquam minister se obligauerit. Bal. *cons. 2. Visa petitione, n. 4. ver. ecce ergo tria, li. 5.* quod est Franc. D. Baldi. † Extende in minis- 21
tro ciuitatis recipiente pecuniã mutuo nomine ciuitatis; quia debet docere quod sit vera in vtilitatem ciuitatis, alias tenetur de suo, sed conditione ob causam, & mutuans debet agere via ordinaria, non executiua; quia ex numeratione non obligatur, neq; ex verbis; quia non diriguntur in ipsum; nisi vti ministrum. Bart. *cons. 94. Viso puncto per tot. lib. 1.* † Limita decem casibus, quos ponit 22
Soc. *cons. 154. n. 6. & seq. lib. 2. vsque in fi.* quando accommodauit fidem nomine proprio, quod quando dicatur, ipse ponit decem exempla pulchra, quando dixit, quod pretium, & commodum participauit, quando se, & hæredes obligauit, quando res etiam ad illum spectabat. Abb. *cons. 23. per tot. lib. 1.* vbi, quando vt procurator, & etiam nomine proprio se obligauit. † Limita in contractu 23
vltro citroque obligatorio, si extant coniecturæ. Hieron. Gabr. *cons. 71. in pr.* † Quid in dubio, vt quia est procurator, sed non ex- 24
pressit procuratorio nomine, sed simpliciter expressit nomẽ proprium Vide late Iaf. *in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunc.* Vide, *Ciuitas qualiter obligetur ex mutuo, & aliis contractibus. Concl. 282.*

Procuratorio, an proprio nomine actus dicatur gestus, & qualiter cognoscatur. Concl. 824.

STIPVLATIO † restitutionis dotis concepta in personam tertii, 1
cui maritus dotem restituere promisit cum præsentia; & consensu mulieris, in dubio præsumitur interuenisse vt in ministrum & procuratorem mulieris; quia non præsumitur mulier voluisse donare tertio stipulanti sibi ipsi in psentia mulieris. Petr. de Anch. *cõs. 22. Et circa istam, in pr. ver. aut dubitatur.* Vide Bart. *in q. 5. incip. Adunantiam. per tot.* † Amplia, etiam si talis interueniens sit consan- 2
guineus, quia adhuc vt minister cẽsetur interuenire, vel vt procurator etiam quod verba sint concepta in eũ, nisi esset descendens, quia tunc præsumeretur nomine proprio, & quod mulier hoc admittens voluit eum vti donatariũ hoc facere. Petr. de Anch. *d. cõs. 22. n. 3. ver. & licet.* † Amplia; quia procurator cum libera, in quem 3
translatum est plenum ius; licet faciat actum nomine suo obligat mandantem. Bar *in d. q. 5. Adunantiam, in pr. n. 3. ver. quinto sic.* † Am- 4
plia; quia vbicunque contrahens in verbis narratiuis se facit, & nominauit procuratorem, licet in dispositiua simpliciter cõtrahat, censetur procuratorio nomine cõtraxisse; quia dicta in præfationibus censentur repetita in sequentibus, & talia subiecta, qualia prædicata. Bald. *cons. 210. Quæritur, vtrum filius, lib. 2.* † Extende. & 5
si procurator faciens actum, vt procurator, postquam dicat *per se, & suos hæredes*, quia debet intelligi dicto nomine Salycet. *in l. ei, qui. C. quod cum eo, qui.* Soc. *cons. 158. lib. 2.* & faciunt dicta per Soc. Iun. *cõs. 27. li. 2.* Boer *decis. 80. & decis. 273.* † Extende multo magis, si dixit, 6
per se, & suos hæredes dicto nomine; quia res non habet difficultatem aliquam, quia illa dictio est repetitiua præcedentium. Bart. *in l. si talis scriptura, ver. quæro quid si testator. ff. de leg. 1.* Corn. *cons. 248. Circa hanc consultationem. ver. quia ad hoc, lib. 1.* Gozad. *consil. 29. numer. 15.*

† Extende, quia agens in iudicio tanquã procurator Titii, si postea facit alios actus simpliciter, nec addat, vt procurator, tamen censetur fecisse procuratorio nomine. *d.l. procurator. qui pro euictione. in fi. ff. de procur.* Bart. *in l. qui seruum. ff. de interrog. act.* Alex. *in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunc.* Bart. Alex. & alii *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig.* † Extende idem in contrahente, *cons. 37. col. 3. ver. & prædicta procedunt. lib. 3.* Corn. *cons. 313. In hac. lib. 1. & cons. 327. col. 1. in fi. cũ seq. eod. lib. 1.* † Amplia in patre administratore filii; quia si contrahat de re filii, cuius habet legitimam administrationem, censetur in dubio administratorio nomine. Corn. *consil. 27. In hac consultatione. n. 3. lib. 2.* † Extende; quia vbicunq; negotiũ gestum, vel res, super qua contrahitur, spectat ad dominum principalem, procurator, qui tacito nomine procuratoris simpliciter cõtrahit, censetur nomine principalis; nõ autem nomine proprio contrahere, & se obligare. Alciat. *reg. 2. præsump. 24.* † Extende in marito contrahente super re, vel negotio vxoris; quia censetur nomine procuratorio, licet hoc nõ exprimat, quia maritus dicitur procurator vxoris in rebus dotalibus, *l. maritus. C. de proc.* Corn. *cons. 160. col. 2. lib. 1.* † Declara tamen; quia ex quo non expressit, si principalis non habet ratũ, tenetur de suo, vt per Corn. *d. cons. 160. col. 2. li. 1.*

☞ Vide 3. *Procuratorio nomine obligatus non tenetur de suo. Concl. 823.* Limita; † quia si quis contrahit simpliciter, non expresso nomine officii, vel dignitatis, non potest tueri, quod nomine officii, & alieno contraxerit, quia imo obligatur de suo. Bald. *cons. 2. Visa petitione. n. 4. ver. ecce ergo. lib. 5.* † Extende in casu conuerso; quia contrahens nomine officii, quod exprimit, nõ potest dici alieno nomine contraxisse. Bart. *in q. 5. Adunantiam. ver. contra. n. 5. ver. secundo fit.* † Limita multis casibus, quibus pſumitur potius nomine proprio, quã procuratorio. Soc. Sen. *cons. 154. n. 6 & seq.* † Limita; quia ad inducendam ratificationẽ domini, eo quod sciuerit, & tacuerit semper, est necesse, quod nomine domini contraxerit, vel gesserit, & sic procuratorio nomine; quia tacita ratificatio non inducitur, nisi in iis, quæ gesta sunt nomine eius, qui dicitur ratificasse.

☞ Vide, *Mandati fines sunt exacta diligentia seruandi. Concl. 39.* † Declarat Bart. totam hanc materiam *in 5 q. Adunantiam*, & primo arguit, ꝙ actus simpliciter factus censeatur nomine principalis, & dantis auctoritatem; quia non est necesse exprimere, quod in vim talis facultatis postea arguit contra, quod non censeatur factus nomine auctoritatis datæ, nisi exprimatur; tertio soluit, & declarat, ꝙ si mandatum circa prohibita est ad vnum factum, puta inter certas personas de certa re, & loco, & præsumitur in vim auctoritatis factum, aut ad negotium, vel factum vniuersale, & censetur posse facere iure ordinario ex suo officio; si vero est negotium, quod potest fieri nomine proprio, & alieno, factum simpliciter præsumitur nomine proprio, secus, si proprio nomine facere nõ potest.

† Limita, quando verba Titii interuenientis in negotio alieno stipulantur sibi præsente eo, ad quem negotium spectat, & etiã hæredibus, & successoribus suis; quia tunc nomine proprio censetur interuenire vti donatarius, vel volẽs sibi acquirere. Pet. de Anch. *d. cons. 23. Verba stipulationis. n. 6. ver. & in primo dubio.* † Extende, vt in tantum sit verum, quod si quis, vt minister, interuenerit in stipulatione pro alio, hæredibus talis ministri non potest solui, *l. cũ quis. ff. de verb. obl.* Pet. de Anch. *d. cons. 23. n. 7. ver. tertio pro hoc.* † Contrarium ad limitationem tenet idem Pet. de Anch. *cons. 22. n. 5. ver. sed dubium magnũ facit, vsq; in fi.* † Declara, vt procedat limitatio, qñ super re cõmuni interponitur stipulatio ab eo, qui habet rem communem, & sibi, & hæredibus suis stipulatur in totũ præsente alio, ad quem communio spectat; quia præsumitur donatio, secus si totum negotium spectat ad eum, qui præsens petitur stipulari à tertio pro se, & hæredibus suis. Pet. de Anchar. *d. cons. 22. in fi. n. 11. ver. item alia est inspectio.* † Extende limitationẽ, vt procedat etiam in casu contrario, quia habens mandatum, & obligans se, & suos hæredes, censetur nomine proprio se obligare. Pet. de Anch. *cons. 22. num. 10. vers. item obstare videtur, & cons. 23. n. 8. vers. ad idem.* Vide,

☞ *Actus gestus ab eo, qui plures personas repræsentat, quo nomine censeatur factus. Concl. 148.* Vide, *Actus validus in dubio interpretari debet. Concl. 136.*

† Limita in procuratore habente mandatũ ad emendũ, vel aliud faciendum, licet si faciat simpliciter, censeatur vt procurator, tamen fallit, quando repudiasset mandatum, vel esset lapsum longum tempus à dicto mandato ad actum, & aliis casibus, de quibus relatiue Soc. *Reg. 6. Mandatum habens ad aliquid emendum.*

Procurator quando teneatur cauere, vel non. Concluſ. 825.

PROCVRATOR † Rei, quando nõ fuit releuatus à domino in mandato procuræ, non admittitur, nisi caueat, & satisdet, quod dominus ratum habebit, imo tenetur satisdare de iudicio sisti, vel de iudicato soluendo, secus si dominus relevatus est. Alexand. *consil. 160. Viso processu. num. 4. & seq. ver. si autem quæramus. lib. 5.* † Amplia magis, quando non habet mandatum, vel habet, sed dubium, *l. in eo. ff. de regul. iuris. l. vnica. §. rei autem. C. de sacrosanct.* Vide plenissime Socinum *Reg. 40. Procurator. de cuius mandato dubitatur*, vbi ponit hanc regulam, & limitat viginti modis, quos videas per te. † Extende; quia si dubium est mandatum, procurator admittitur cum cautione rati, si dominus est absens, si vero dominus est præsens, debet venire in personam, & procuratorem confirmare, casus est singularis secundum Angel. *in l. mutuo. §. si qui. ff. de procurator.* Roman. *singul. 98.* † Extende idem in procuratore substituto; quia si substitutio est dubia, admittitur cum cautione, quod substituens habebit ratum, vt est text. *in l. de cui. ff. de curat. bon. dand.* & ibi Bart. sequitur Roman. *singul. 98. incip. Si habes.* Vide Socin. *in Reg. 38. Defensor alienæ litis nemo videtur sine satisdatione*, limitat tribus modis. † Limita, quando dominus in mandato releuat procuratorem ab onere satisdandi, plene loan. de Anan. *consil. 82. Viso statuto, per tot.* vbi *in fin.* quod ita de consuetudine seruatur, vbi Bologn. in apostill. ad Alexand. *consil. 160. n. & seq. verſic. si autem quærimus, lib. 5.* † Extende, etiam si extat ratum (prout Florentiæ) quod procurator Rei non audiatur, nisi data satisdatione; quia intelligitur statutum, quatenus principalis pro procuratore non satisfecerit, vt fit conforme iuri communi. Ioan. de Anan. *consil. 82. Viso statuto, per tot.* vbi etiam Bologn. in apostilla. † Extende, vt procedat, etiam si dominus, qui releuauit procuratorem ab onere satisdandi, non possideat. Alexand. *consil. 160. num. 5. vers. nec tunc requiritur, vsque in fin. lib. 5.* vbi, quod sufficit, quod habeat aliqua mobilia, quæ possit obligare, & tollit Bart. contrarium tenentem, quem dicit debere intelligi in deiussione de iudicio sisti, non autem de iudicato soluendo. Limita; † quia procurator, qui præsumitur habere mandatum, prout si habet iura principalis, non obligatur ad satisdandum. Ibid. *in addit. ad d. consil. Ioan. de Anan. 82. in fin.* licet non firmet pro obligato.

Procurator quando admitti debeat, vel non cum cautione rati. Concl. 826.

PROCVRATOR † regulariter admittitur cum cautione rati, quando exhibet mandatum procuræ sufficiens, de cuius valido rogitu dubitatur, veluti si negetur Notarium esse Notarium, vel manum illius esse recognitam, quia interim cautio non est sufficiens. Bald. *consil. 118. Quia plenissime. num. 4. ver. sed videamus. lib. 3.* & latius *in fin. ver. si tamen est dubium.* † Amplia; quia vbicunque certum est mandatum, sed dubitatur, an sit sufficiens, vel reuocatum semper procurator debet cauere; secus, si mandatum est certum, & non dubitatur de validitate, plene Socin. *Regul. 39. Procurator si de eius mandato.* † Cautio autem cum præstetur iudicio, & sit prætoria, sufficiens est, si procurator promittat de rato, etiam si non dicat se curaturum, quia subintelligitur. Bald. *d. consil. 118. num. 4. vers. sed videamus, lib. 3.* † Amplia etiam in tutore, quia si dubitatur, vel non constat de tutela, admittitur agens cum cautione de rato. Dynus *consil. 25. Quæstio talis est.* † Declara tamen; quia cautio præstita in prima instantia non releuat in secunda, nisi iterum præstetur; ideo potest iterum opponi exceptio in secunda instantia, *tu non es tutor, vel procurator*, non obstante cautione de rato in prima instantia data. Dyn. *dict. consil. 25. per tot.* † Amplia; quia vbicunque domino acquiritur ex contractu negotiorum gestoris, procuratoris, filii, serui, & cuiuslibet personæ liberæ sine facto domini, eidem, qui contraxit, solumpretest cum cautione rati. Alexand. *in l. eum. quirita. §. qui filio. num. 5. in fin. ff. de verbor. obligat.* vbi Ias. *num. 10. & seq.* † Extende, vt procedat, etiam si dominus prohibeat. Ias. *d. l. eum. quirita. §. qui filio. num. vers. secundo aduerte. ff. de verbor. obligat.* † Declara, vt procedat in his quæ fiunt, vel acquiruntur re, secus si verbis. Iason *dict. l. eum. quirita. §. qui sibi, num. 10. & seq. ff. de verbor. obligat.* † Limita; quia vbi acquiritur mandatum speciale, nõ admittitur procurator cum cautione rati, nisi probetur mandatum sufficiens falsum temere. Vide Corn. Bald. *dict. consil. 118. circa fin. vers. sed remanent dubia, lib. 3.* Vide Conclusionem proxime sequentem. Vide plenius infra, *Procurator si egit sine mandato legitimo, quando valeat iudicium, &c. Concluſ.* 828.

Procurator admissus, qui non debuit admitti, valide agit, & quando secus. Concl. 827.

1 PROCVRATOR, † qui non debet admitti, si admittatur, valent gesta per eum. Oldrad. *consil.* 130. *Omni prolixitate, nu.* 8. *ver. ad secundum*, vbi, quod si duo sunt dati simpliciter ad causam, &
2 solus vnus fuit admissus, valent gesta. † Amplia in muliere, & milite, qui licet procuratores esse non possint: tamen admissi valide
3 procedunt. Oldrad. *d. consil.* 130. *num.* 8. † Amplia in criminalibus, in quibus procurator admittitur, & per admissum gesta tenent. Oldrad. *consil.* 130. *num.* 8. & hanc partem tenet Roman *consil.* 215. * *num.* 3. ibi * postil. *in ver. per eum* dicit magis * communem, & citat
4 pro vtraque parte plurimos. † Contrarium tenet Cuman. *consil.* 42. *Viso processu, in fin.* vbi, quod accusatus per procuratorem actoris in causa capitali, vbi pœna corporis imponitur, venit absoluen-
5 dus, etiam si nihil opposuit accusatus. † Declara; quia si procurator Rei fuit admissus à Principe, vel vices Principis tenente, valet processus: secus si ab inferiore, nisi constaret ex probationibus factis, quod causa non est capitalis, vt quia iam sunt factæ probationes, ex quibus constat, quod homicidium fuit casu fortuito, & non ex dolo, vel quod inquisitus non meretur pœnam capitalem; quia tunc valent gesta per procuratorem admissum. Bald.
6 *consil.* 415. *in pr. & per tot. lib.* 4. † Declara; quia quando neque pars, neque iudex reiecit, valent gesta à procuratore in causa criminali,
7 & capitali. Roma. *d. consil.* 215. *num.* 2. *& seq. ver. tertio posito.* † Amplia in seruo, qui ad supplicandum non admittitur, & si admissus, valet rescriptum, quod reportauit. *l. vniuersis. C. de precib. Imper. offer.* Oldr. *consil.* 130. *n.* 8. *& consil.* 317. *in princ.* quia ista est exceptio, quæ
8 in initio debuit opponi, vt ibi dicitur. † Amplia in principali (prout in muliere) in causa propria: quia si non potest agere, nisi data cautione de reficiendis expensis, vel cum consensu mariti, qui pro ea fideiubere teneatur; quia intelligitur, si opponatur; si vero non opponatur ante litem contestatam, valet processus.
9 Castrens. *consil.* 277. *Quia probabiliter dubitatur. per tot. libr.* 1. † Amplia; quia procurator admissus ad aliquid faciendum, quod facere non potest, valide facit, si non est oppositum. Roman. *d. consil.* 215. *Duo sunt. num.* 4. *ver. tertio ad idem.* Vide, *Exceptio competens non op-*
10 *posita. Conclus.* 398. † Declara; quia procurator admissus in casu, in quo speciale mandatum requiritur, contra quem nihil fuit oppositum in principio, neque in medio iudicii, habet præsumptionem pro se, vt teneatur opponens probare mandatum non esse legitimum. Alexand. *consil.* 102. *Viso processu, num.* 3. *ver. præterea lib.* 5.
11 † Amplia; quia si procurator post litem contestatam interuenit, & eius persona fuit tacite legitimata; quia nihil fuit oppositum, non poterit amplius obiici in reliquo processu etiam in causa appellationis: quia licet appellatio rescindat pronunciatum; tamen non rescindit, nisi grauamen iudicis, non autem grauamen proueniens ex culpa, vel negligentia partis non opponentis, ita Bald. notabiliter *in l. ita demum, in princ. C. de procur.* Vide Conclu-
12 sionem proxime sequentem. † Extende multis modis, de quibus *Nota* *inver. Mandatum debet produci parte opponente, alias non valent acta, &*
13 *quando secus. Conclus.* 62. † Contrarium, quod exceptio, *tu non es procurator*, possit opponi ad processum ad impediendam litis contestationem, & hoc casu sit dilatoria, & etiam possit quandoque opponi, & in qualibet instantia tanquam peremptoria. Dyn. ple-
14 ne *consil.* 25. *Quæstio talis est per totum.* † Declara; quia si nullum habebat procurator mandatum, iudicium erit nullum, & sic habet locum contrarium; si vero habebat mandatum, sed dubium; tunc potest sanari per admissionem; quia imputatur constituenti, ita in simili distinguit Alexan. *consil.* 103. *Visis scriptis. n.* 19. *ver. secundo re-*
15 *spondeo, lib.* 2. qui loquitur, quando per iudicem fuit admissus, & idem, quando per partem esse debet. † Declarat alio modo Socin. *reg.* 38 *Iurisdictionem prorogare errantes non intelliguntur, in fi. ver. adde*
tamen; quia licet hæc exceptio possit quandocunque opponi, tamen qui continuauit vsque ad finem, præsumitur habuisse mandatum, & incumbit onus probandi opponenti, & dicit notabile
16 dictum esse Io. de Imol. *in l. sciendum. ff. de verb. oblig.* † Declara plenius vt plene per Masc. *Concl.* 693. *Exceptionem falsi procuratoris.* vbi ponit regulam, quod is, qui admisit procuratorem post litem contestatam, si postea opponat de mandato, debet probare non esse legitimum; quia per admissionem fuit in quasi possessione procuratoris constitutus, vbi citat etiam pro contraria plures, sed dicit
17 priorem opinionem veriorem: declarat tamen; quia si iudex velit, potest compellere asserentem se procuratorem ad docendum de mandato, vel ad cauendum, de rato, si dubitetur. † Limita, quia iudicium sine consensu patris, glos. & ibi Doct. *in l. cum non solum. §. ne-*
cessitatem. C. de bon. quæ liber. Castr. *consil.* 277. *Quia probabiliter, colu.* 2. *ver. non obstat glos. lib.* 1. † Extende in falso procuratore; quia iudi- 18
cium redditur nullum, etiam si non sit ante litem contestatam oppositum; quia respicit substantiam iudicii, ex quo deficit actor, vel reus, qui non est procurator. Castr. *d. consil.* 277 *col.* 2. *ver. non obstat, quod allegatur lib.* 1. Vide, *Exceptio competens non proposita præsumitur. Concl.* 398. Vide, *Exceptiones dilatoriæ, seu declinatoriæ quando proponendæ ante litem contestatam, vel non. Concl.* 390. Vide, *Facta mutare-*
nent, quæ fieri de nouo prohibentur. Conclus. 12. Vide, *Legitimatio personarum debet fieri in omni iudicio, & quando secus. Concl.* 244. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Procurator si egit sine mandato legitimo, quando valeat iudicium, vel non. Concl. 828.

IVDICIVM † habitum cum procuratore substituto, qui sub- 1
stitutus fuit à non habente potestatē, valet, si non fuit oppositа exceptio mandati, *l. ita demum. C. de procur.* Cald. *consil.* 106. *in prin.* vbi, quod exceptio ista est dilatoria, alias 4. *de procur.* † Extende i- 2
dem in procuratore principali amisso post litem contestatam; quia si nihil fuit oppositum, valet iudicium, neque admittitur exceptio in causa appellationis. Vide Conclusionem proxime præcedētem. † Amplia, vt imo valeat iudicium, etiam si exceptio 3
procuratoris opponatur in actis, quia potest per dominum ratum haberi iudicium etiam post sententiam. *l.* 3. § *falsus. ff. rem ratū hab.* Cald. *d. consil.* 106. *ver. præterea.* alias 4. *de procurat.* vbi, quod imo eo ipso, quod principalis cognoscit, & videt causam per alium agi, & non contradicit, mandare videtur. † Amplia; quia valet iudicium factum cum falso procuratore: quia si fuit admissus ratquam pro- 4
curator, censetur persona admissio approbata. Bald. *cons.* 498. *Casus. super quo lib.* 2. *in princ. ver. circa primum. lib.* 2. quod est Dominici de Imperialibus. † Extende, etiam si à principio esset oppositа 5
exceptio: quia si postea simpliciter opponens iudicium, subtinuit, censetur personam procuratoris approbasse. Bald. *d. consil.* 498. *in princ. lib.* 2. vbi idem dicit in iudice suspecto; quia si coram eo litigatum fuit, censetur recessum à suspicione. † Declara; quia am- 6
pliatio procedit, & extensio, quando mandatum procuratoris esset nullum ope exceptionis: quia si non opponitur, censetur approbata persona talis procuratoris; secus est, quando mandatum est ipso iure nullum: quia non fuit seruata forma, & solemnitas statuti. Bald. *cons.* 499. *Ita ad plenum, in pr. li.* 2. †, Declara alio modo, 7
quando mandatum fuit actum cum illo procuratore: quia censetur approbata persona, ita vt amplius contra eam opponi nō possit: si vero mandatum non fuit productum, semper potest opponi, etiam si sit litigatum cum eo, imo etiam scienter. Alex. *consil.* 72. *n.* 3 *&* 4. *lib.* 4. † Amplia; quia si iudex pronunciat mandatum esse 8
legitimum, censetur persona habilitata, etiam si sit factum mandatum à minore. Io. de Anan. *cons.* 92. *in fin. & consil.* 93. *Viso processu, colu.* 2. *ver. circa primum.* Alexand. *cons.* 59. *Viso processu. n.* 4. *ver. secundo respondeo. lib.* 2. † Extende, quando pronuncia esset super legitimo 9
mandato ad fauorem principalis talis procuratoris, de quo dubitatur: quia non audiretur condemnatus opponens de mandato, neque principalis, si vellet negare in alia causa esse procuratorem illum. Anchar. *consil.* 41. *Prima facie videretur.* & communem * dicit * Alex. *consil.* 114. *In causa & lite. in fi. lib.* 4. vbi, quod is, cuius quo pronunciatum est mandatum legitimum, non potest amplius opponere, quod non sit legitimum, salua exceptione fallitatis. † Ex- 10
tende; quia procedit ampliatio etiā, vbi mādatum requiritur speciale, & procurator non habet speciale; quia si super eo pronunciatur, quod sit legitimum, non potest amplius opponi quod mā-
datum nō est speciale: quia sententia quoad partes trāsit in iudicatum. Alex. *cons.* 102. *Viso processu, in pr. n.* 1. *& seq. ver. nec obstat lib.* 5. Restringe, † quod prædicta non procedunt in falso procuratore: 11
quia licet pronuncietur legitimus procurator, non nocet dominо ratum non habenti; quia res est inter alios. Bologn. *in addit. ad consil. Io. de Anan.* 96. *in fin.* & plenius *consil.* 104. vbi, quod truffa est dicere, quod acta faciunt, non procuratorem esse procuratorem, vbi Bologn. *in apostill. num.* 3. Alexand. *consil.* 114. *in fi. lib.* 4. † Et ma- 12
xime procedit restrictio in pronuncia super mandato minoris: quia non est in iudicio: quia si non constat de legitimo mandato, talis pronuncia non facit procuratorem eum, qui non est. Alex. *consil* 102. *Super causa, prope sin. numer.* 6. *versic. nec eis obesset, libr.* 2. alias esset aperta via fraudibus. † Declara restrictionem, nisi domi- 13
nus sciuisset disputari de mandato, & tacuisset: quia in sui præiudicium valebit pronuncia. Bologn. *in addition ad dict. consil. Ioan. de Anan.* 96. *in fin.* & idem Bologn. *in addit. ad consil. Io. de Anan.* 104. *n.* 3.

14 Et † procedit declaratio, si dominus fuisset citatus, & non comparuisset, vel si presente domino procurator falsus comparuisset.
15 Bolog. *in addit. ad d. cons. Io. de Anan.* 104. *n.* 3. † Declara totam istam materiam; quia etiam in extraiudicialibus, si procurator nō habet aliquod mandatum, pronuncia iudicis non potest facere illum procuratorem, & isto casu soluens non liberatur, & litem prosequens nulliter agit; si vero procurator habet mandatum, sed dubium, & iudex pronunciat legitimum, licet pronunciare debuisset non legitimum; tunc soluens illi liberatur, & valet iudicium; quia dubia eras processit à constituente, in cuius potestate fuit claro, & aperte loqui, ita Alex. *d. cons.* 103 *Visis scriptis, n.* 19. *vers. secundo respondeo, lib.* 2. vbi extendit, etiam si ex quocunq; alio dubio iuris,
16 vel facti mandatum esset dubium. † Declara; quia talis pronuncia iudicis facta in iudicio super mandato legitimo, de quo erat controuersia, si principalis est absens, talis pronuncia non nocet principali, nisi in illo iudicio; secus in alio, & idem constituens in alio iudicio poterit contra eundem, cum quo nata est pronuncia, negare illum fuisse suum procuratorem, licet in primo iudicio fuerit procurator, pronunciatus legitimus, ita Alex. *d. cons.* 103. *n.* 20.
17 *ver. pro hoc bene facit, lib.* 2. † Imo quando iudex pronunciauit mandatum mei procuratoris esse legitimum, me absente, & non citato, quod mihi non noceat etiam in illa causa, si vere non est legitimum mandatum. Alex. *cons.* 61. *Viso processu, n.* 2. *ver. nec obstant notata, lib.* 5. † Declara igitur; quia si mandatū mei procuratoris fuit
18 pronunciatum esse legitimum per iudicem in cōtradictorio cum meo aduersario, & nō appellauit, talis pronuncia legitimat mandatum quoad aduersarium citatum, sed non potest amplius opponere, quod non sit legitimum mandatum, sed quoad me non citatum, & non præsentem, non nocet talis pronuncia, si mandatum non est legitimum. Alex. *d. cons.* 61. *n.* 2. *& seq. ver. & primo oppo-*
19 *nitur, lib.* 5. † Amplia, quia mandatum inducitur, si dominus scit, & patitur aliquē se gerere pro suo procuratore; quia videtur mandatum dare. Vide, *Mandatū ex quibus tacite inducatur. Concl.* 31. †Ex-
20 tende; quia si is, qui nullum habet mandatū, gerat litem pro domino, vel negotium, & constituatur procurator à domino sciente eum agere, vel egisse, dicitur ratificasse gesta ab eo. Alex. *consil.* 112. *Super eo. lib.* 5. *in fi.* vbi allegat *decis. Rot. in nou. fuit dubitatum*, quæ est 38. *de procur. n.* 454. sed melius facit *decis.* 56. *de appell. in antiq.* alias 586. *quidam, qui non erat.* & plenius Alex. *cons.* 146. *n.* 14. *& seq. lib.* 5.
21 † Declara; quia extensio procedit, quod per constitutionem procuratoris inducitur ratificatio gestorum ab eo, quando dominus sciuit eum gessisse, si negotium durat; secus, si esset finitū, nisi nomine domini esset gestum. Alex. *d. cons.* 146. *n.* 14. *& seq. lib.* 5. vbi q
potest constitui procurator ad contrahendum matrimonium, & si fuit contractum, inducitur ratificatio; quia pendet; secus in homicidio commisso, si constituatur ad perpetrandum, non inducitur ratificatio; quia non pendet, nisi domini nomine esset commissum. † Amplia; quia licet nullum habens mandatum non acquirat illud ita de facili, vt per scientiā, & patientiā domini videatur datum; tamē si procurator iam habet mandatum strictum, & apponat manus ad ea, quæ non comprehenduntur in mandato sciēte domino, censetur prorogasse mandatum; quia facilius da-
23 tur prorogatio. Alex. *cons.* 84. *Super, in pr. lib.* 5. † Limita; quia falsus procurator, qui nullum habet mandatum, vel de cuius mandato non constat, non sustinet personam actoris, neq; rei, & exceptio potest semper opponi, & processus est ipso iure nullus, Io. de An. *cons.* 96. Castr. *cons.* 277. *col.* 2. *ver. non obstat, quod allegatur, lib.* 1. Vide,
24 *Procurator quādo dicatur falsus. Concl.* 830. † Declara; quia si non habens mandatum agat tanquam procurator, & nihil opponatur, valet tunc iudicium, & censetur cōstitutus in mora reus; quia sibi imputet, si de mandato non opposuit; secus in extraiudicialibus. Corset *sing. suo, in ver. procurator, il primo*, vbi dicit scribendum literis aureis. † Restringe; quia licet exceptio procuratorii possit sem-
25 per opponi, tamen ēt actor in qualibet parte iudicii potest man-
26 datum producere. Roma. *cons.* 170. *Sciebant per tot.* † Declara alio modo; quia si non opponitur exceptio mandati contra procuratorem ante litem contestatam, oritur præsumptio, quod habeat mandatum, & iudicium valet, ita quod non teneatur docere de mandato, ex quo fuit admissus, sed bene potest is, qui non excepit, probare contrarium, & opponere adhuc de non mandato.
27 Abb. *cons.* 61. *in pr. ver patet enim, lib.* 1. † Limita, quando agit procurator, vt ponat aduersarium in mora, vel pœna; quia debet exhibere mandatū, alias nihil agit, siue in iudicio, siue extra iudicium.
28 Alexand. *cons.* 78. *Viso, n.* 6. *& seq. lib.* 5. † Limita; quia si quis habeat mandatum validum, & inualidum, & agat ex inualido, actus non
29 subsistinetur ex valido mandato. Rom. plene *cons.* 446. *per tot.* Put. *decis.* 298. *lib.* 3. Achill. *decis.* 7. *de procur. & decis.* 10. *de appell.* † Limita;

quia is, qui agit cum mandato reuocato, dum res est integra, vt quia mortuus est principalis, quo casu mandatum finitur morte, *l. mandatum, C. mandat. Inst. eod.* § *finitur.* iudicium est ipso iure nullum. Bart. & alii *in l. de quære, § cum absentem. ff. de iudic. & in l. in summa, § fin. de re iud. l. Paulus. ff. quæ sent. sine appell.* quæ procedunt, maxime re integra, vt per * omnes *in l. nulla, C. de procur.* Vide, *Mandatum finitur morte. Concl.* 65. † Extende idem, quando mandatum erat reuocatum, vt quia erat ad tempus, & ante cœptū iudicium tempus erat elapsum, arg. not. *in d. l. mandatum. C. mand.* † Restringe maxime, quando principalis fuit sciens, & patiens, quod procurator sine mandato, vel cum mandato, quodiam expiraueret, egit, ex quo scit, & patitur, videtur ratū habere, vel nouum mandatum dare. Rot. *dec.* 455. vide tamen; quia allegans scientiam debet probare, *in ver. Ignorantia præsumitur in dubio. Concl.* 23. † Declara restrictionem, vt non procedat, quando dominus constituit procuratorem eum, qui prius gessit se pro curatore constituens, & constituens propter absentiam non potuit scire veriſimiliter gesta; quia non censetur ratificasse gesta, siue mandatum sit ad iudicia, siue ad negotia. Castr. *in l. si is. ff. de excep. rei iud.* † Limita tamen; quia exceptio procuratoris, vel tutoris, & similium, licet debitoria; potest tamen opponi quandocunq; , quia redditi iudicium nullum. Dyn. *cons.* 25. *Quæstio talis est, tutor, per tot.* Signor. *cons.* 128. *n.* 6. Alex. *cons.* 147. *Visis, n.* 4. *& seq. ver. non obstat. lib.* 8. † Extende, vt procedat, etiam si lata sit sententia, & Notarius fecerit fidē, quod fuit rogatus de mandato; quia non probat maxime facta in iudicio absente parte. Alex. *d. cons.* 147. *n.* 5. *lib.* 6. *& per tot.* Vide, *Mandatum debēt produci parte opponēte, alias nō valent acta, & quādo secus. Concl.* 60. Vide supra, *Procurator admissus qui non debuit admitti, vtilde agit. Concl.* 827. Vide, *Sententia est nulla ex defectu mandati, & quando secus. Concl.* 151.

Procurator falsus qua pœna puniri possit, & quando secus. Concl. 829.

PROCVRATOR † falsus si contrahat tanquam procurator, cum non sit, & hac de causa aliquid exegit, vel recepit, tenetur ratione dolī commissi actione furti, *l. falsus. C. de furt.* † Contrarium, quod imo teneatur solum actione de dolo, crimine stellionatus, & sic pœna extraordinaria; quia de fecit titulus de stellionatu net Bald. *cons.* 14. *Filius familias liberauit in pr. lib.* 1. *& cons.* 35. *end. lib. per tot.* † Amplia in procuratore reuocato; quia si post reuocationem tanquam procurator scienter exegit, furti tenetur Cuma *cons.* 42. *Viso processu, circa pr.* † Amplia in iudicialibus; quia falsus procurator interueniens pro eo patitur exequutionem sententiæ lata contra principalem, vt sit valida in præiudicium falsi procuratoris. *l. Plautius. ff. de procur.* Bolog. *in addit. ad cons. Io. de Ana. 96. num.* 2. † Declara, vt procedat, quando reuera non erat procurator, & sciebat; secus si esset in aliquo probabili errore. Bolog. *in addit. ad cons. Io. de An. 96. circa fi. ver. & hoc est verum.* † In procuratore actoris falso sententia est ipso iure nulla, sed bene agitur contra eum non ex sententia, sed ex promissione rati, si eam præstitit, si non præstitit, tenetur ad interesse, eo ipso, quod requisitus non docet de legitimo mandato. Bolog. *ad d. cons. Io. de An. 96. circa fi. ver. hoc præsupposito.* † Limita, vbi nihil recepit procurator falsus, quia sine malo lædit, non punitur etiam crimine stellionatus, licet faciat contra bonos mores, ideo si cessat ex causa gratuita, vel aliud committit gratis nullo recepto, non tenetur ad aliquid Bald. *cons.* 14. *imp. ver. aut liberauit eum. lib.* 1. † Limita in falso procuratore, quando actum illius per principalem ratificatur; quia videtur potius audacter, quam dolose contraxisse. Bald. *d. cons.* 14. *desi ver. illud enim est verum. lib.* 1. Vide, *Stellionatus crimen, & pœna quando, & in quibus casu habeat, vel non. Concl.* 691.

Procurator quando dicatur falsus, vel non. Concl. 830.

DICITVR † autem falsus procurator, qui nullum habet mandatum, *l. falsus C. de furtis.* Io. de Ana. *cons.* 96. † Extende; quia dicitur falsus procurator is, qui non docet de suo mandato. Io. de Ana. *d. consil.* 96. *nu.* 1. † Extende; quia dicitur falsus procurator is, qui est procurator, sed antequam habeat notitiam de mandato, se gerit pro procuratore. Bolog. *in addit. ad d. cons. Ioan. de Ana.* 96. † Extende; quia falsus procurator dicitur is, qui fuit constitutus procurator à Titio nomine suo, & aliorum absentium, qui si absentes ratum non habent, dicitur falsus procurator; ideo remittur de suo. Bartol. *in l. procurator, qui pro eructione. num.* 4. *ff. de procur. & in l. procurator i falso. ff. de cond. causa data.* Alciat. *in l. finis. num.* 4. *ff.*

5 *ff. si cert. pet.* † Si vero procurator habet mandatum, sed illud excedit, vt quia tanquam procurator gerit ea, quæ non continentur in mandato, licet largo modo sit falsus procurator in eo, in quo contrahit sine mandato, obligatur solum, vt de suo teneatur ad illud; quia ad id, quod dicit, videtur fidem suam adstringere. Soc. 6 *cons. 154. col. 1. in fi. lib. 2.* vbi videas omnino. † Extende; quia est generale, quod contrahens vt procurator, si non doceat de mandato, tenetur de suo. Bero. *cons. 199. n. 6. lib. 1.* Vide, *Falsitas, seu falsum quot modis dicatur. Concl. 42.*

Procuratores plures dati quando dicantur insolidum, vel non. Concl. 831.

1 PROCVRATORES † plures dati simpliciter, & absq; clausula, *insolidum*, videntur dati insolidum, prout de tutoribus, curatoribus, & executoribus vltimarum voluntatum. Oldr. *cons. 130.* 2 *n. 8. ver. ad secundum dubium*, vbi dicit hanc veram opin. † Contrarium videtur velle gl. *in c. nec iniuste, in ver. sit ergo patet, de procur.* & procedit etiam in procuratoribus ad negotia; quia si nō adest dictio, *insolidum*, debent omnes interuenire, vt de vtroq; est text. *in c. si duo, de procur. in 6. & in l. si plurib.* vbi Dd. *ff. de procur.* Bart. *in l. Græce, 9. illud. ff. de fideiuss.* Castr. *cons. 282. In causa ista, n. 8. vers. ven. io ad quar-* 3 *tum, lib. 1.* † Declara tamen, vt prima opinio procedat, quod dati simpliciter censeantur insolidum, & valeat processus ab vno ratum factus, quando fuisset per iudicem electus, & admissus; quia multa facta tenent, ita Oldr. *d. cons. 130. n. 8. ver. ad secundum*, se quia- 4 tur Rota *in nou. decis. de procu.* † Amplia; quia plures procuratores censentur dati insolidum, quando adest clausula *insolidum*. Vide, 5 *Insolidum fieri*, quid importet. *Concl. 201.* † Extende idem, si adsunt verba æquipollentia, vt, *constituo tales procuratores, & quemlibet eorū, vel vnumquemq; eorum, aut vtrumq; eorum*. Fran. *in c. si duo, de procu. in 6.* 6 vbi allegat etiam contrarium tenentes. † Extende, vt idem sit, qñ in clausulis de rato dixisset: *promittens habere ratum, quicquid per dictos procuratores, & quemlibet eorum factum fuerit*: secus, si dicta clausula aliter sit concepta. Castr. *d. cons. 282. col. antepen. n. 8. lib. 1. ver. ve-* 7 *nio ad quartū.* † Amplia; quia si procuratores sunt dati insolidum plures, non refert, an vnus ex eis sit inhabilis; quia mandatū non vitiatur, ex quo est separabile in quemlibet eorum, si vero non esset insolidum; quia omnes debent interuenire, vno inhabili existente, omnes impediuntur, & corruit in totum mandatum. Soc. 8 *cons. 87. In præsenti consultatione, in 2. memb. 1. q. lib. 1.* vbi plene. † Amplia; quia si sunt dati plures procuratores insolidum, quilibet de 9 per se dicitur datus sine aliis. † Limita; quia plures procuratores dati insolidum, licet omnes singulariter dicantur dati, tamen est locus præoccupationi, vt quod vnus eorum cœpit, alter non possit prosequi, neq; se intromittere, *d. l. si plurib. ff. de procu. c. si duo.* & ibi Fran. *de procur. in 6.* Lap. *alleg. 22.* plura ponit similia Fel. *in c. cū olim.* 10 *col. 3. de re iud.* † Restringe, quando essent dati plures procuratores insolidū diuersis temporibus, & instrumentis; quia tunc per constitutionem secundi reuocatur primum mandatū, nisi adsit clausula, citra reuocationem, *l. si quis cum procuratorio, § fin. ff. de procur.* vbi Castr. & not. Bald. *in l. falsus, C. de furt.* Decian. *cons. 28.* & declara, vt per Castr. vbi supr. Vide Conclus. prox. seq.

Procuratores duo insolidum si sunt constituti, alter ab altero inuito exigere potest, & quando. Concl. 832.

1 PROCVRATORES † duo si sunt dati insolidum, alter potest ab altero inuito exigere, quando mandatum est datum insolidum ad exigendum. Fed. de Sen. *cons. 124. Quidam, per tot.* quod est subscriptum à Io. Benedicto, And. Ranerio, & Bald. de Theo- 2 baldis. † Amplia, vt idem sit in duobus executoribus insolidum 3 datis; quia primus, qui cœpit exequi, facit collegam extraneum quoad illū actum. Fed. de Sen. *d. cons. 124. inst.* † Amplia, vt multo magis possit vnus procurator alteri insolidum sponte soluere, & consequitur liberationem. Fed. de Sen. *d. cons. 124. ver. super secundo. & per tot.* & concord. Feder. *cons. 180. Quidam constituit. per tot.* vbi, 4 quod sufficit, quod sint insolidum. † Extende ampliationem, vt procedat etiam, vt vnus ab alio exigat debita contracta post procuratorium datum, quando est insolidum ad exigendum præsen- 5 tia, & futura. Fed. de Sen. *d. cons. 180. per tot.* vbi est casus. † Amplia, pluribus compromissariis insolidum electis, vt qui primo incepit negotium, & præoccupauit, efficiatur melioris conditionis, prout de duobus procuratoribus dicitur. Cald. *cons. 52. per tot.* maxime *in fin.* alias *6. de elect.* Vide, *Præoccupatio quando inducat acquisitionem iuris. Concl. 517.* Vide, *Executores plures si sunt dati insolidum, prauentus solus procedit. Concl. 536.* Vide, *Parium in concursu, quis præferri debeat. Conclus. 83.*

Procurator dominus litis effectus quid possit, vel non. Concl. 833.

PROCVRATOR † per litis contestationem efficitur dominus 1 litis, *l. post litem. & l. si defunctus. ff. de procur. l. procuratorib. C. eod. c. quamuis. eod. tit. in 6.* Oldr. *cons. 290. in fi. ver. nec obuiat. c. 1. de procur. in* 6. Bald. *in l. nulla, C. de procur. l. ab executore, §. si. ff. de appell. l. si procura-* 2 *torem, §. 1. ff. mand. l. procurator, ff. de dolo.* † Extende; quia post litem contestatā procurator, & dominus censentur vna, & eadem persona. gl. *in l. si procurator, la seconda, in gl. penul. ff. de except. dol.* Ias. *in d. l. procuratorib. C. de procur.* † Extende; quia dominus effectus litis per 3 contestationē potest causam finire, & inchoate de nouo, *d. l. nulla dubitatio, C. de procur.* & est ratio; quia nō reuocatur procurator effectus dominus litis per mortē principalis ēt re integra. *l. mandatum. C. mand.* Vide, *Mandatum finitur morte, & aliis modis. Concl. 65.* † Ad- 4 de tamen, ꝙ in causis, in quibus non contestatur lis per primum actum, qui solet fieri post litē contestatā, efficitur dominus litis; quia primus actus habetur loco litis contestatæ. Franc. *in d. c. 1. de procur. in 6.* allegat gl. *in c. 1. de lit. contest. & in l. nulla, & in l. nihil, C. de procur.* & in vtroq; loco Alex. post Bart. & alios. † Restringe; quia 5 licet efficiatur dominus litis per cōtestationem ipsius litis. Oldr. *cons. 290. in fi. ver. nec obuiat.* tamen dicitur dominus instantiæ, & litis, non asit dominus rei; ideo in causa appellationis nō substituit, cum sit diuersa instantia. Oldr. *cons. 317. Seneca, n. 2. ver ad secundum.* † Amplia; quia procurator constitutus simpliciter, qui non habet 6 facultatem substituēdi, si est effectus dominus litis, potest substituere tanquam dominus litis, *l. ab executore, §. si. de appell.* Aret. *in §. fi. Inst maud.* † Extende, etiam si mandatum esset ad certū tempus 7 limitatū; quia poterit tanquā dominus litis effectus post tempus causam prosequi tam ipse, quam substitutus, qui esset effectus dominus litis. Alex. *cons. 135. Ponderatis iis, in pr. lib. 2.* † Extende idem 8 in patre, & legitimo administratore, in coniuncto tutore, & aliis, qui habent à lege mandatum; quia licet non possint constituere procuratorē, vel substituere, bene possunt post litem cōtestatam tanquam domini litis effecti, *l. neq; tutores.* & ibi Alex. Ias. & alii, *C. de procu.* Rom. *cons. 241. Speciales domini.* † Amplia; quia mandatum 9 procuratoris effecti domini litis non reuocatur per mortem domini, *l. mandatum, C. mand. l. more, & l. & quia. ff. de iurisd. om. iudic. l. si defunctus. ff. de procurat.* Ias. *in l. nulla, C. de procur.* vbi reddit rationem. Spec. *tit. de procur. §. ratione quoq;, ver. sed nunquid procurator.* vbi Ioan. And. in addit. Guid. Pap. *dec. 119.* vbi, quod hæc opinio, quæ est de iure ciuili, seruatur de stylo curiarū Franciæ. † Declara hoc esse ve- 10 rum, qñ principalis moritur cum hærede; quia tunc non reuocatur; quia talis procurator dominus litis repræsentat hæredem, in quē verba executiua sententiæ possunt proferri. Bart. & Dd. *in l. nulla, C. de procur. & in l. 1. C. de sent. & inter loc.* & propterea inoleuit practica, ꝙ cōpareat procuratorio nomine talis defuncti lite pendente, & vt dominus litis, & procurator hæredum dicti defuncti. † Secus si defunctus decessit sine hærede; quia tunc extinguitur 11 mandatum, quamuis fuerit litem contestatus, vt est text. sing. *in l. 1. C. de act. & oblig.* & ratio est secundum Bal. ibi *col. 2.* quia quandō mandās decedit sine hærede, nulla remanet imago defuncti, quē nullus repræsentat; ideo procurator, vel mandatarius nō potest vti titulo sui nominis, quod vere & ficte extinctū est à rerum natura. *l. postquam, in pr. C. vt leg. nom. cau.* † Restringe ēt, quia imo per mor- 12 tem domini reuocatur mandatū procuratoris effecti domini litis, quando agitur de re, super qua iudicium pendebat, nō transitura ad hæredē; quia cum instantia nō transeat in hæredem; ergo neq; in procuratorem dominum litis effectum, *l. si operatū, ff. de oper. lib.* Rom. & alii *in l. si eum hominem ff. de fideiuss.* Bald. *in l. 1. C. si pend. ap-* *pell. mors interu.* ita late Ias. *cons. 138. lib. 4.* † Amplia; quia non potest 13 dominus principalis sine causa reuocare procuratorē dominum litis effectum, neq; in se causam assumere, *l. procuratorib. C. de procu.* vbi Ias. ponit ibi rationem, & limitat. † Restringe; quia bene po- 14 test dominus principalis adesse liti cum procuratore domino litis effecto, ne ipse procurator colludat cum aduersario, t. 2. & ibi gloss. *de procur. l. Paulus. ff. eod. tit.* † Restringe; quia bene potest do- 15 minus præsente, & non contradicente procuratore domino litis effecto actus occurrentes exercere in causa. *c. si quem. de procur. in 6.* plene Alex. *d. l. procuratoribus. C. eod.* secus si contradiceret procurator. † Idem, si procurator dominus litis esset absens, impeditus, 16 vel infirmus; quia dominus principalis poterit præsente aduersario actus omnes exercere, vt idem Alex. *in l. procuratoribus. C. de procur.* † Declara totam istam materiam; quia si procurator non 17 cōtradicit, vel est absens, seu impeditus, potest dominus sine dubio; si contradicit, non potest dominus, nisi assistere, ne colludat, quando procurator vult facere ipse; si non vult facere, licet

contra-

contradicat, dominus potest per se omnia. Alex. *d. l. procuratoribus. C. de procur.* Franc. *d. cap. si quem. eod. tit. in 6.* Guido Pap. *decis. 140.* vbi
18 apostill. † Amplia; quia procurator dominus litis effectus debet obtinere, vel succumbere dicto nomine, *l. quod quis. & l. neque. C. de*
19 *procur.* † Extende; quia sententia aliter lata esset nulla, *l. 1.* vbi est gloss. & Dd. *C. de sent. & interloq.* & not. *in c. querelam. de elect.* Abbas
in ca. causam, de dolo, & contum. & rationem adducit Bart. *in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. obligat.* † Amplia; quia potest procurator
20 dominus litis effectus sine speciali mandato appellare. Alexand.
21 *consil. 135. Ponderatis. lib. 2.* † Amplia, quia etiam mandatum ad lites pro certo tempore non restringatur lapso tempore, quando is procurator est effectus dominus litis. Alexan. *d. cons. 135. Ponderatis iis,*
22 *in prin. lib. 2.* † Amplia, quia procurator dominus litis effectus præiudicat domino principali, si citatur ad sententiam, & non appel-
23 lat. Corn. *cons. 144. col. pen. & fi. lib. 4.* † Extende, quia licet iudicium non possit incipi cum procuratore, quando dominus est præsens: & ideo prima citatio non valet facta in procuratorem, secus est, quando procurator esset dominus litis effectus. Alex. *in l. furiosus. ff. de re iudic.* & ideo valet actus factus citato procuratore domino litis effecto, licet sit contumax. Gemin. *inc. si quem, de procu. in 6.* vbi
24 etiam Franc. Alex. *in l. procuratoribus. C. de procur.* † Limita, quia in causa criminali procurator nunquam efficitur dominus litis: ideo non substituit alium post litem, quando non habet hoc in facul-
25 tate. Bald. pulchre *in l. reos, n. 21. in fi. ver. breuiter veritas est. C. de accus.*
26 † Contrarium tenet ibi apost *in ver. non possit.* allegat Ang. *in l. 1 ff. de procur.* † Limita; quia in causis etiam ciuilibus reuocatur mandatu procuratoris effecti domini litis per mortem domini principalis.
27 *Clem. fin. de procur.* † Restringe hanc opinionem, vt licet reuocetur mandatum per mortem naturalem: non tamen per mortem ciui-
28 lem. Guid. Pap. *dec. 547.* † Restringe; quia *d. Clem. fi. de procur.* procedit in procuratore actoris; secus in procuratore Rei. Guid. Pap.
29 *d. dec. 547.* † Limita, quod procurator dominus litis effectus quoad contenta in suo mandato habet regulatam facultatem; ideo in iis, quæ requirunt mandatum speciale, non potest ex eo, quod sit effectus dominus instantiæ, illa facere. Oldr. *d. consil. 290. in fin.*
30 *ver. nec obuiat.* † Contrarium tenet Dyn. *cons. 23. Super quæstione, n. 2. ver. item super eo.* vbi, quod potest iurare de calumnia tanquam dominus litis etiam in causa appellationis, etiam si abstinuit à man-
31 dato, postquam fuit dominus litis in causa primæ instantiæ. † Declara tamen, seu extende contrarium, quod procurator, vel syndicus constitutus per vnum annum, si fiat dominus litis, poterit causam prosequi, tanquam dominus litis: & idem in tutore, & si-
32 milibus. Alex. *cons. 135. Ponderatis iis, in prin. lib. 2.* † Limita; quia procurator, vel syndicus non valide constitutus non potest aliquid vltra mandatum, quando iudicium erat nullum defectu rescripti impetrati sine mandato, ex quo iurisdictio non est data; ideo nihil potest isto casu vti dominus litis, si iudicium est nullum. Alex.
☞ *d. cons. 135.* vbi est casus, *lib. 2.* Vide, *Sententia debet concipi in personam procuratoris, qui fecit causam, non domini, alias nulla, & quando secus. Concl. 136.* Vide, *Citatio non dicitur legitima multis modis, & casibus. Concl. 238.*

Procurator datus post litem contestatam quid possit. Concl. 834.

1 PROCVRATOR † datus post litem contestatam æquiparatur procuratori venienti ante litem contestatam, qui non est litem contestatus. Cald. *cons. 210. circa fi. ver. probatur & latius*, alias
2 *4. de appellat.* † Extende; quia talis procurator desinit esse procurator, si finitur tutela, vel procura constituentis; quia res dicitur integra, licet post litem contestatam sit constitutus. Fulg. *consil. 182.*
3 *Titius fecit testamentum. nu. 1. ver. vel quando ipse tutor.* † Declara; quia si res non esset integra, vt quia procurator aliquid fecisset in causa; quia poterit litem prosequi, appellare, prosequi appellationem, etiam finita tutela, vel finito syndicatu. Alex. *cons. 135. Ponde-*
4 *ratis, in pr. lib. 2.* † Extende; quia imo etiam si detur procurator ab administratore ciuitatis, vel antianis, & similibus ante litem contestatam, si cessat syndicatus, vel officium, res est integra; quia nihil fecit procurator, expirat mandatum; si vero non est integra, durat, etiam quod officium constituentis sit finitum. Alex. *consil. 128 Sentio, n. 5. lib. 6.*

Procurator ante receptum mandatum potest exercere officium procuratoris, & quando secus. Cõclus. 835.

1 PROCVRATOR † constitutus vere, licet nondum receperit mandatum: potest tamen explicare mandatum tanquam procurator, quando in mandato non est data certa forma libelli: quia satis est, quod fuerit certioratus de mandato per litteras domini, licet mandatum non receperit. Alex. *cons. 146. Intentata, & lite, in fi. ver. præterea vt dicit Bald. lib. 5.* Castr. *in l. absens. de iurisd.* vbi pro vtraque parte, & *in l. 1. ff. de procurat. vers. nota etiam, & in ver. item nota.* † Contrarium, quod non possit exercere officium procuratoris, nisi postquam receperit mandatum, tenent Io. And. *in Clem. 1. de procurat. in ver. receptis.* Compost. *in c. 1. de elect. in 6.* Speculum, quem allegat cum aliis Bar. *cons. 73. Quæritur, vtrum, in pri.*
† Declara tamen: quia prima opinio, quod sufficiat, quod procurator tempore actus gesti tanquam talis, tenent plures, sed saltem valet prima opinio, quando non adest contradictor, vt tenet Alex. *d. cons. 146. in fi. ver plus dicit Bald. lib. 5.* & ita etiam tenet apostill. ad Bart. *cons. 73. Quæritur, vtrum, in ver procuratorem, in fi. lib. 1.* † Declara; quia si ignorauit mandatum, vt quia licet, non valerat propter dictantiam loci, in quo fuit constitutus tunc non valent gesta, alias secus. Dd. *in l. multum. ff. de cond. & demonstr.* vbi Alex. & Soc. Declarat † plenius Bart. *cons. 73. Quæritur, vtrum, n. 1. & seq. lib. 1.* vbi, quod mandatum solo consensu perficitur, & ideo potest fieri inter absentes; sed tamen requiritur, quod procurator certificetur per Nuncium, vel Epistolam, ita quod non sufficeret certioratio facta per extraneũ, allegat *consil. cxvnii not. ff. de verb. oblig.* & ibi apost. *in ver procuratorem.* citat multos concord. & ideo dicit Bart. quod si per alium extraneum certificetur, & consentiat, non habet legitimum mandatum, & non valet administratio, quem sequitur Alex. *d. cons. 146. in fin. n. 34. ver. primo vt concludit, lib. 5.* † Declara; quia si in mandato procuræ est clausula, quæ communiter apponitur, *promittes habiturum* tunc etiam si non habuit mandatum, valet actus gestus ante receptum mandatum. Alex. *d. cons. 146. In causa & lite, in fi. n. 33. ver. quarto quando mandatum. lib. 5.* vbi apost. *in ver. Dominicus.* dat concord. † Amplia; quia procurator constitutus in præsentia sine dubio potest administrare, & exercere mandatum, licet illud non habeat penes se, quia est certus de eo. † Extende, vt idem sit, quando fuit constitutus in absentia, & fuit per Nuncium, vel epistolam à domino certioratus. Bar. *d. cons. 73 n. 2.* vbi apost. *in ver procuratorem. lib. 1. fi.* † Extende, vt idem sit, quãdo dominus notificauit procuratori, quod volebat eum procuratorem suum cõstituere intra certam diem, & ipse acceptauit, quia licet non receperit mandatum, potest administrare. Bart. *d. cons. 73. n. 2. ver. sed si certificetur. lib. 1.* † Extende idem in tutore, quia licet sit tutor: cum tamen hoc ignoraret, licet quid gerat vt tutor nihil agit. Rom. *cons. 553. Quoad primum, vol. 6. 7. ver. quoad tertium.* vbi *n. 8. & seq.* idem dicit in executore testam. & in iudice, & ibidem apostill. *in ver. quod nec.* citat plurimos concor. † Declara, quod dicitur, procuratorem, antequam acceperit mandatum, vel fuerit per dominum certioratus per epistolã, vel Nuncium, non posse administrare, vt administratio facta alias, & non legitime non præiudicet domino Barr. *d. cons. 73. in fin. ver. super secundo, lib. 1.* vbi apost. *in ver. super secundo.* dat plurimos concor. † Restringe, quando procurator non recepit mandatum, & non est certificatus à domino per nuncium, neque per epistolam, sed per extraneum; quia non potest administrare, & non valet, quod dicit Bart. *d. cons. 73. n. 2. lib. 1.* † Restringe, quando dominus certificauit procuratorem, quod volebat eum constituere indeterminate; quia licet eum absentem constituat, ex quo non est certus, non valet mandatum, donec vt supra certioretur, & gesta non valent. Bart. *d. cons. 73. nu. 2. ver. sed posito. lib. 1.* vbi, quod incertitudo impedit administrationem, & non valet, quod agit. † Declara tamen, quia restrictiones procedunt, quando adest contradictor, vt de mandato opposuit, alias non. Alex. *d. cons. 146. In causa, & in col. fi. lib. 5.* Vide, *Actus nullus redditur, si requisita ad actum non apparet tempore actus. Concl. 140.* Vide, *Iudex delegatus non habet iurisdictionem tempore actus. Concl. 435.* Vide, *Mandatum antequam præsententur litteræ delegationis Concl. 435.* Vide, *Mandatum debet produci parte opponente, alias non valet, nisi tacitum, & quando sit. Concl. 62.*

Procurator in rem suam qualis sit, & quid possit. Cõclus. 836.

PROCVRATOR † in rem suam dicitur, qui ex procuratione cõmodum sibi applicare debet. Bald. *cons. 186. n. 1. ver. illud constat. lib. 2.* vbi, q̃ non est proprie procurator, nec venit in statuto loquẽte de procuratore. † Idem in institore in rem suam, quia institor præpositus negotiationi quæstuariæ vniuersali in totã ciuitatem, q̃ quæstum suũ facit. Abb. *d. cons. 74. col. 3. in fi.* † Declaratur procurator in rem suã, qui alienũ negotium gerit, & sua utilitate. Fulg. *cons. 202. Gulielmus, vol. 4. n. 1. ver. sed & dato.* † Extende libertate, q̃ possint exprimere, vel consuetudine ius conficiendi conferentes ex priuilegio, vel consuetudine ius conficiendi conferentes ex priuilegio, vel consuetudine ius conficiendi conferentes ex priuilegio

cuiatores fisci in rem suam. Abb. *cons.* 74. *Illud de iure, col.* 3. *in fi. lib.* 2.

§ † Et in effectu, ex quo administrat rem propriã & nõ tractat aliena negotia, nõ est vere ꝓcurator, & non venit in statuto aliquid disponẽte de procuratoribus. Bart. post gl. *in l.* 1. *ff. de procur.* Ias. *in l. qui stipendia, C. eod.* vbi multa ad hoc, licet ibi ponat, quod Spec. & Io.
6 Andr. dubitauerint de hoc. † Et quæ differentiæ sint inter procuratorem in rem suam, & procuratorem ad aliena negotia. Castr. *in l. per diuersas, C. mand.* gl. *in l. si procuratori falso, ff. de cond. ob caus. & in*
7 *d. l. qui stipendia, C. de procu.* † In dubiis, qui agit simpliciter, vt procurator, censetur agere vt simplex procurator, nõ vt in rem suam.
8 Ang. Aret. *cons.* 53. *Clarum videtur, n.* 2. *&* 3. † Et obligatio facta procuratori Episcopi cẽsetur facta Episcopo; ideo Episcopo mortuo euanescit mandatũ, & procurator amplius non agit. Ang. Aret. *d.*
9 *cons.* 53. *n.* 3. *ver. tertio dictus Gaius.* † Declara, nisi procurator, cui fit obligatio, haberet solum vnicũ mandatũ in rem suam; quia censetur obligatio facta procuratori tanquã in rem suã. Ang. Aret. *d.*
10 *cons.* 53. *n.* 5. *&* 6. *ver. secundo probatur.* † Constituitur procurator in rem suam ex testamento etiam ad sui incommodum, vt sit debi-
11 tor. Fulg. *cons.* 202. *col.* 3. *ver. sed fingamus.* † Et constituitur procurator in rem suam tam pure, quã sub modo, & sub cõditione. Fulg.
12 *d. cons.* 202. *col.* 3. *vers. sed fingamus.* † Et dicitur constitutus procurator in rem suam, siue hoc expresse fiat per verba clara: *Constituo te procuratorem in rem tuam*: siue etiamsi fiat per verba æquipollentia, prout: *pono te in locũ meum*. Alex. *in l. qui quadringẽtia, ff. ad Trebell.* Ias.
13 late per Alex. *in l. si cum emptor, col.* 2 *ff. de pact.* Bal. *in l.* 3. *C. de nouat. in fin.* † Procurator in rem suam, cui fit cessio, habet ẽ iura directa quoad exercitium; quia licet ex cessione iurium nõ transeant, nisi actiones vtiles, & directæ remaneant penes cedentem; secus est quoad exercitium, si vltra cessionem constituit cedens cessionarium procuratorem in rem suam. Castr. *cons.* 361 *Venerabilis, col.* 2. *lib.* 1. allegat *l. qui stipendia, C. de proc.* vbi late Ias. plene Aret. *cõs.* 124.
14 Eximie. Vide, *Cedens iura quando possit exigere à debitore, vel non. Concl.* 185. † Extende; quia si debitor intendens satisfacere suo creditori, eidem cedat nomen sui debitoris, & constituat eum procuratorem in rem suã, censetur mandasse etiam directas actiones, ita ꝙ poterit exigere ab ipso debitore debitoris, nulla facta excussio-
15 ne. Bal. *in l.* 2. *C. quand fisc. vel priu.* Vide, *Creditor an possit exigere debitum suum à debitore sui debitoris, & quando. Concl.* 1062 † Extẽde, quia procurator in rem suam constitutus ab Episcopo, vel alio Prælato cum cessione iurium, & qui potest exercere vtiles, & directas actiones, si sibi fiat obligatio de fructibus Episcopatus, licet Episcopus moriatur, quoad fructꝰ separatos à solo viuẽte Episcopo, poterit procurator in rem suam illos consequi, etiam si dies solutionis venerit post mortem Episcopi, dummodo ꝓ fructibus separatis à solo viuente Episcopo. Ang. Aret. *d. cons.* 53. *Clarũ videtur,*
15 *n.* 4. *ver. sed tamen iis non obstantib. vsq; in fin.* † Agere potest cessionarius, & procurator in rem suam duplici actione, videl. vtili nomine suo, & directa procuratorio nomine in rem suam nomine cedentis, & cognoscitur ex modo concludendi, an directas, vel vtiles intentauerit; quia si sibi condemnari petit, intentauit vtiles, si sibi procuratorio nomine, intentauit directas. Bar. & alii *in d. l. qui*
stipendia. vbi Ias. *C. de procur.* Ang. Aret. *cons.* 53. *Clarum videtur. n.* 4. *&*
* 5. *ver. sed tamen iis non obstantibus.* vbi dicit, quod * omnes Dd. ita te-
17 nent. † Vtilitas potest esse; quia si intentauit vtiles, non obstat ex-
18 ceptio personalis competens cedenti, puta, quod sit excommunicatus; secus, si intentauit directas, *cap.* 1 *de except. in* 6. † Secunda vtilitas est; quia si intentetur vtilis, priuilegia competẽtia ex persona cedentis non competunt cessionario, prout sunt priuilegia actionis dotis; si vero agit actione directa, competunt. Bart. *in l.*
post dotem. ad fin. ff. solut. matr. Ias. *d. l. qui stipendia. C. de procur.* Bald. *in*
l. 2. *C. quand fisc. vel priuat. & in l. hæredem, C. de hæred. act.* Vide, *Mandatum cum libera quid operetur. Concl.* 46.

Procurator cũ libera quid possit, vel nõ. Concl. 837.

1 PROCVRATOR † etiam generalis cum libera potest expedire ea, quæ requirunt mandatum speciale. Dec. *consil.* 2. *in vlt.*
2 *dub.* † Extende, siue mandatum sit generale in omnibus cum libera, siue speciale in vno negotio cum libera; quia potest omnia in generali, vel in particulari negotio, prout dominus potest. Bart. *in*
l. procurator. ff. de procur. & est text. & ibi Dd. *in l. si procurator. ver. quia*
3 *si plenam, C. eod.* † Extende; quia procurator cum libera ad exigendum non potest prorogare terminum ad soluendum debitori in præiudicium domini. Bar. & Alex. *in l. qui Romæ, §. Callimachus*, vbi,
an excutetur à mora incursa vigore talis prorogationis, *ff. de verb.*
4 *oblig.* † Extende; quia non potest confiteri habuisse mandatum procurator cum libera ad exigendum. Bart. *in l. si debitorem ff. de no-*
uat. & faciunt not. *in l.* 2. *§. creditum, ff. si cert. pet.* dum volunt Doct. quod procurator ad accipiendam pecuniam mutuo ex simplici confessione mutui non obligat dominum. † Extende; quia pro- 5
curator cum plena, & libera potestate æquipollente speciali mandato non potest remittere, nec donare ius sui principalis. *l. contra*
ius. §. fi. ff. de pact. l. filius famil. ff. de donat. in puncto Alex. *cons.* 15. *Ab-*
syndius, lib. 1. *& cons.* 30 *Circa primum, col pen. eod. vol.* Decia. *cons.* 97.
col. 2. bene facit Card. Zab. *cons.* 59. *Ad primum.* Abb. *cons.* 55. *In quæ-*
stione, n. 5. *in fi. cum seq. ver. non obstat tertium motiuum, lib.* 1. vbi, quod non potest renunciare, vel refutare donata, & quæsita domino. † Extende; quia non potest promittere damna, & interesse in ca- 6
su inobseruantiæ, neque facere pactum de stando dicto simplici partis super damnis, & interesse; quia induceret donationẽ, quã non potest facere, ita Alex. & alii supradicti. † Declara circa pro- 7
missionem damnorum, & interesse, nisi esset solita clausula, & consueta. Vide infra, *Procurator quid possit extra mandatum, vel non.*
Concl. 844. † Limita; quia procurator, quantumcunque cum libera, & latissimam habens facultatem non potest ad iui cõmodum 8
aliquid facere in præiudicium domini. Vide infra, *Procurator generalis non potest præiudicare domino in multis, & quando secus. Conclus.*
844. † Limita; quia procurator, & quicunque constitutus ad con- 9
trahendum, vel ad quoscunque contractus cum libera, & absoluta potestate non potest donare, *l filius. §.* 1 *ff. de donat.* quia donatio non venit in libera facultate concessa. Bart. *in extraua. ad repri-*
mendum, ver. videbitur, n. 6. *ver. sed si hæc facultas.* † Limita, quia in fa- 10
cultate quantumcunque libera ad contractus non venit dolus; quia semper inest clausula, quod dolus absit; quia licet relaxentur ea, quæ sunt iuris ciuilis, non tamen ea, quæ sunt de iure gentium, vel habent naturalem æquitatem. Bart. *in d. extrau. ad repri-*
mendum, ver. videbitur, n. 6. vbi apostill. *in ver. absit.* Vide, *Mandatum*
cum libera ad quæ se extendat, vel non. Concl. 44.

Procurator simpliciter datus ad causam appellare potest, sed non compellitur prosequi, & quando secus. Concl. 838.

PROCVRATOR † simpliciter datus ad causam expressam 1
appellar, sed non tenetur prosequi appellationem, *l. inuitus. C.*
de procur. c. non iniuste, eod. titul. Zabarell. *consil.* 134. *nu.* 4. *ver. & in eo,*
quod. Castr. *cons.* 236. *Viso puncto. in princ. lib.* 2. † Extende, etiam in 2
procuratore Ecclesiæ. Zabarell. *d. cons.* 134. *n.* 4. *ver. & in eo, quod.* † Et 3
quando procurator constitutus in causa censeatur etiam constitutus ad causam appellationis, vel non. Alex *cons.* 36. *col fi. lib.* 2. *nu.*
9. *ver pro hoc quia.* Vide, *Appellare qui teneantur. Concl.* 362. † Amplia; 4
quia non potest procurator generalis appellare, eam volens ab exequutione. Ias. *in d. l. inuitus n.* 5. *ver nota tamen.* vbi, quod requiritur mandatum speciale. *C. de procur.* † Limita; quia procurator ad 5
lites, vel certam litem bene potest, & tenetur prosequi restitutionem in integrum, & appellationem in ipsa causa restitutionis in integrum. Ias. *in d. l. inuitus n.* 4 *ver quarto limita. C. de procur.* † Limi- 6
ta, si simpliciter, & vniuersaliter constituitur ad causas sine enumeratione causarum; quia etiam ad futuras censetur constitutus. Oldr. *cons.* 308. *n.* 2. *&* 3 *ver. respondetur.* & eo casu tenetur prosqui appellationem. Ias. *in d. l. inuitus. n.* 4. *C. de procur. ver secundo fallit.* & quod procurator generalis ad lites possit appellare, & teneatur etiam appellationem prosequi. Castr. *d. cons.* 236. *in pr. lib.* 2. † Exten- 7
de limitationem in simpliciter substituto ab eo, qui habebat mandatum ad appellãdum: quia ad omnia censetur substitutus. Oldr. *cons.* 314. *n.* 4. *ver. secundo obijcit.* † Limita; quia licet non com- 8
pellatur prosequi appellationem; tamen si vult, bene potest. Alex. *d. cons.* 236. *Viso themate, n.* 9. *ver. pro hoc etiã. li.* 2. † Extende in sub- 9
stituto à syndico vniuersitatis: quia potest appellare, & prosequi appellationem, quando fuit substitutus post litem contestatam. Alex. *cons.* 135. *Ponderatis in pr. lib.* 2. qui loquitur etiam finito principali syndicatu. † Declara extensionem: quia non procedit in ꝓ- 10
curatore particularis personæ; quia licet substituat post litem cõtestatam: tamẽ si expirat mandatum principale ante finitã causam, non potest substitutus appellare, neq; prosequi appellationẽ etiam volente aduersario. Castr. *cons* 104 *li.* 1 † Limita in appellatio- 11
ne ab interloquutoria, ꝙ declara vt per Ias. *in d. l. inuitus. C. de procur.*
n. 4. † Extende; quia procurator ad causam potest appellare ab in- 12
terloquutoria, & illam prosequi sine alio speciali mandato. Castr. *d. cons.* 236. *in pr. lib.* 2. † Extende; quia licet restitutio in integrum 13
requirat speciale mandatum; tamẽ ꝓcurator ad causam, si læditur in aliquo incidenti articulo, põt petere restitutionem in integrũ, & illam ꝓsequi absq; mandato speciali. Castr. *d. cons.* 236. *in pr. li* 2.
Limita † in tutore, & curatore; quia tenentur appellare, & appel- 14
lationem prosequi. Ias. *d. l. inuitus. n.* 4. *ver. tertio limita. C. de procurat.*

Decla-

15 Declara † omnes limitationes; quia quãdo prosequi tenetur; nõ tamen de suo. Zab. *d. cons. 134. nu. 4. ver. & in eo, quod.* Vide, *Appellare qui tenentur, & qui prosequi etiam obligentur. Concl. 362.*

Procurator ad lites quid possit. Concl. 839.

1 PROCVRATOR † ad lites potest offerre creditori debitum, vel melioramenta debita à suo principali, & valet oblatio. Bal.
2 *cons. 25. in fin. ver. octauum dubium. lib. 1.* † Amplia; quia potest & tenetur appellare, licet non teneatur prosequi appellationem, nisi certis casibus, de quibus per Iaſ. *in Liuius, num. 3 & 4. C. de procur.*
3 Amplia; † quia procurator, qui de mandato domini fecit pactum ad fauorem fideiussoris, quod primæ pecuniæ soluendæ cedent in extinctionem debiti, in quo fideiussores accesserunt, poterit ex noua causa, puta contrahendo noua debita cum eodem creditore, soluere illi in causam noui debiti creati post obligationem. Rom. *cons. 94. Visis, nu. 4 & seq. ver præmissis tamen.* vbi apost. *in ver. si hominem.* extendit nedum, quando ius quæsitum fuit facto prohominem.
4 curatoris, sed etiam in facto domini. † Extẽde, vt procedat, etiam si in solutione dixisset, quod soluebat in aliam causam saluo iure primæ conuentionis; quia licet videatur induci quædam perplexitas, & contrarietas, quæ annullat actum; tamen ex quo potest congrue alium sensum habere, vt sit saluum ius in aliis solutionibus, debet interpretari pro validitate actus non pro nullitate. Ro-
5 man. *d. cons. 94. n. 6. & seq. ver. secundo principaliter.* † Restringe secus esse, si noua causa non superueniret; quia rebus sic stantibus non posset auferre ius quæsitum tertio ex præcedenti conuentione.
6 Rom. *d. cons. 94.* † Limita; quia procurator ad lites non potest solui. Bald. *cons. 25. in fi. ver. octauum dubium lib. 1.*

Procurator ad agendum potest defendere, & quando non. Concl. 840.

1 PROCVRATOR † datus ad agendum ab actore potest etiã defendere. *c. constitutus. de procurat.* Vide. *Mandatum generale ad*
2 *quæ se extendat, vel non. Concl. 50.* † Extende; quia procurator datus ad defendendum matrimonium dicitur sufficiens ad impugnan. ad defendendum matrimonium contractum matrimonio, quod defen-
3 ditur Peregr. Fab. *decis. 247. lib. 3.* † Limita in procuratore rei; quia datus ad agendum non potest defendere, *d. a constitutus de procur.* Rom. *singul. 116. in cip. secundo procurator.* vbi dicit, quod ille tex. est
4 incognitus Legistis. † Extende, vt procedat, etiam si mandatum esset amplum ad agendum, & ad quoscunque alios actus iudiciarios; quia verba geminata & vniuersalia solent comprehendere etiam diuersa, & insolita, argum. not. *in l. ballista ff. ad Treb.* tamen non comprehendunt ea, quæ sunt maiora expressis. Soc. *in l. quidam relegatus. colum. 3. ver. quarta conclusio. ff. de reb. dub.* & ita intelligit glos. *in Clem. ne Romani, de electio. ver. quouis alio modo, & in clem. fin. de sent. excom.* sed procurator accusati tenetur ad multo plura, quam procurator actoris, maxime in accusationibus rei, electu satisdationis, & pœnarum, quas incurrit, nisi faciat ea, ad quæ obligatur, vt Florentiæ in statuto cessantium ergo, & comprobatur ex Bar.
5 *in l. filiusfamilias. §. 1. ff. de donatio.* † Restringe Florentiæ propter stylum Notariorũ, qui dicunt, *ad agendum, &c.* & secundum formũ-
6 larium extenditur clausula etiam ad defendendũ. † Declara; quia clausula illa, &c. non inseruit ei in causa, vbi interrogatur in fama, prout in accusatione cessantis; quia non admittitur procurator ad defendendum, nisi habeat mandatum speciale ad defendendum. *l. non solum. §. fi. ff. de proc.* vbi tutor accusatus tanquam suspectus non potest defendi per procuratorem, nisi habeat mandatum speciale. Hostien. *in summa tit. de procur. §. in qua re. ver. vbi autem de infamia.*

Procurator quid possit extra mandatũ, vel non. Cõclus. 841.

1 PROCVRATOR † potest ea, quæ sunt connexa mandato; quia mandatum comprehendit connexa. Oldr. *cons. 126. Na-*
2 *tura cuius. §. in pr.* † Amplia, vt mandatum factum in actis ad prosequendam causam post libellum datum intelligatur secundum naturam causæ, & eo modo, ac si dominus causæ interueniret: & propterea non vitiatur, si est in causa beneficiali, etiam si constitutio sit facta nomine proprio, & Ecclesiæ, licet nomine proprio agere non possit. Lap. *alleg. 51. Dicebatur, in pr. ver. respondetur ad pri-*
3 *mum.* † Amplia, vt possit nedum connexa, sed etiã proxima mandato. Oldr. *d. cons. 126. in pr. ver. & ideo habens.* vbi, quod habens mãdatum ad eligendum potest postulare; quia est proximũ electioni, & quæ dicatur proxima declarat in fine cons. & *in ver. mandatum. Concl. 42.* † Amplia, vt mandatũ ad aliquid cõprehendat ibi extendat ad omnia, ex quibus mandatum impeditur, quia hoc est clausula, *& ad agendum, & defendendum pro præmissa.* Lap. *alle. 51. per tot.* vbi mandatum Prælati, in quo committitur administratio temporaliũ, & spiritualium cum clausula, *ad agendum, & defendendum super præmissis, & ad connexa.* comprehẽdit, & se extendit ad omnem causam, etiam si ageret de dominio bonorum Ecclesiæ directe, vel non, & ad omnia per quæ administratio prædicta posset impediri, vt tollantur, & dicit ita obtinuisse Florentiæ. † Amplia; quia procurator præiudicat domino vendendo rem dominicam extra mandatum, vel qñ est dubium de mãdato, si postea emptor cũ tali titulo præscripsit; quia titulus extra mãdatum habet causam præscribẽdi. Dyn. *cõs. 46. in quæstione qua vertitur. n. 2.* † Amplia; quia procurator ad vendẽdum, seu alio titulo alienandũ simpliciter, potest tamen opponere constitutũ, & pactum de ingredendo propria auctoritate, & cessionem iurium, & omnia alia pacta iuris pœnalia; quãdo sunt solita apponi. Bal. & Ang. *in l. bene a Zenone.* per illum tex. *C. de quadrien. præscr.* vbi dicunt esse quotidianum, sequitur Iaſ. *in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si ver. pet.* & per eosdem in *l. vt liberu. C. de collat.* Castr. *in l. pignore. § si creditor. ff. de pign. actio.* lex. in a. post. ad Bar. *in l. solutũ. § fi. ff. eod.* Soc. *cõs. 139. col. fi. lib. 2.* Extende; quia licet procurator ad vendendum pro certo pretio possit vendere habita fide de pretio, tamẽ hoc minime procedit, quando esset cõsuetudo in loco vendendi habita fide de pretio nisi promissio emptoris reputaretur pecunia numerata. Alex. *in l. a diuo Pio. § sed si emptor. ff. de re iud.* Vide, *Vendere quinto pro habita fide de pretio. Concl. 67.* † Extẽde, quia procurator generalis, simpliciter, & generaliter constitutus, censetur habere mãdatum ad omnia, quæ de consuetudine sunt consueta apponi, etiam libertate pacta pœnalia secundum subiectam materiam gestorum per citate Iaſ. *in l. certi condictio. § si nummos. ff. si certi pet.* † Extende, quibens mandatum ad obligandum dominum vsq; ad certã quantitatem, & non vltra, potest ipsum obligare ad cambia soluenda pro dicta quantitate, si hoc erat solitum, vel de consuetudine eo loco. Rom. *cons. 114. col. 2. & cons. 94. ad fi.* faciũt not. per Ang. *in l. quis hæredẽ. in fi. C. de instit. & substit.* vbi, quod habens mandatum ad aliquid, habet & ad omnes clausulas, & pœnas, quæ sunt de consuetudine circa illud. † Extende; quia habens mandatum cum libera potest confiteri habuisse, & recepisse, quando est de consuetudine. Bal. *cõs. 131. in pr. lib. 3.* † Extende; quia procurator ad vendendum cum clausulis solitis, & cõsuetis, potest in instrumento venditionis apponere cõstitutum, cum sit de consuetis. Soc. *cons. 139. col. lib. 2.* quia clausulę, quæ solent apponi, habentur pro appositis, si nihil sit dictum. Bar. *in l. fi. in fi. pr. ff. de iu. quæ in fraud. credit.* Rom. *cons. 214. in secundo dubio.* Felt. *in c. 1. n. 23. vt lite non contes. & rec. cap. 2. n. 18. de fid. instrum.* † Amplia; quia procurator ad conuenditionem aliquam rem ad mensũtam, vel æstimationem, si conligit ibi nulla facta mensuta, neque æstimatione, valet conlignatio, & dominium est translatum; quia si mandatum non fuit perfectum impletum, potest impleri, & perfici. Ang. & Sal. *in l. cum a nobis. C. de peri. & commo. rei vend.* Alex. *in l. quod sæpe. § in ff. de cur. & cog.* † Extende; quia procurator licet habeat mandatum ad vendendum pro tanto pretio si vendat pro minori, non transfert dominium in emptorem, tamen si emptor suppler pretium ratificando conualidat contractum. Aret. *in l. dul genitor,* quam legit cum. Ipo *tere. ff. mandat.* † Amplia; quia mandatum procurat ad accipiendum pecunias mutuo, censetur tacite datum ad accipiendum sub tuo sub cambiis, & recambiis, quando consuetudo est in ciuitate, prout Florentiæ, quod pecuniæ nõ mutuantur, nisi sub cambiis. Rom. *cons. 94. n. 7. ver. quoad secundum,* vbi apost. *in ver. quia fit.* & eo talis procurator valide obligat dominum ad cambia recta morem regionis. † Extende, quia mandatum datum à Principe vel vniuersitate ad vendendum gabellas, intelligitur datum ad vendendum secundum morem solitum ciuitatis. Rom. *d. cons. 94. n. 8. ver. primo ex eo,* vbi apost plena citat concord. *in ver. verum.* dem Rom. *cons. 114. n. 4. ver. quoad secundum.* † Extende in mandatis testatoris, & Principis; quia ampliatur, & restringitur vt plus, minus contineat secundum consuetudinem, & morem ciuitatis. Rom. *d. cons. 94. n. 8.* † Limita; quia procurator nõ potest constituere in damnum principalis ex mandato ad lites, quia forma mandati est seruãda Oldr. *cons. 126. Natura.* vbi de hoc pro vtraq; parte, & videtur inclinare in hanc partẽ. † Limita; quia procurator constitutus ad vendendum cum certis pactis, & conditionibus non seruatis ferma mandati in tali venditione, venditio non caret bona, & dominus poterit vendicare bona, & agere contra emptorem pro recuperatione, & ratio videtur, quia mãdatum non reuocatur, nisi ad ea quę continentur in mandato. Ruin. *cons. 30. col. 2.*

Declara

19 †Declara vt supr. *in ver. Procurator generalis. Concl. 844. ver. Extende,*
20 *quia imo.* †Extende; quia constitutus ad iudicia, vel ad exigendū non potest facere aliquam compositionem, vel transactionem in præiudicium domini, *l. transactionis. C. de transact.* quia istud requirit mandatum speciale, *c. qui ad agendum, in fin. de procur. in 6. c. per tuas de arbitr. & in l. mandato generali. ff. de procur.* & quia procurator ad exigendum non potest remittere non exacta *l. non abstulit.* vbi Bald. *C. de nouat.* imo non potest confiteri habuisse. Vide infr. *Procurator ad exigendum non potest confiteri habuisse, & quando secus.*
21 *Concl. 847.* † Extende, etiam si in mandato adsit clausula, *promittens firmum ratum & gratum.* Vide, Clausula, *promittens habere ratū.*
22 *Concl. 299.* † Extende; quia procurator ad videndum pro certo pretio non potest vendere cum dilatione ad soluendum; quia dando terminum non videtur vēdere pro illo pretio propter interusurium medii temporis, *l. si constante. §. quoties. ff. sol. matr.* & sic
23 excederet fines mandati. † Extende, vtidem sit, si detur mandatum ad vendendum pro certo, vel incerto pretio conuenerendo in certam causam; quia si fieret conuersio, non valeret venditio.
24 †Declara tamen; quia posset procurator simpliciter datus ad vēdendum bona fide habere fidem de pretio. Castr. *in l. eleganter, §. si vendiderit. ff. de pign. actio.* Bart. & Alex. *in l. à D. Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud.* & quod possit habere fidem de pretio, vel non. Vide, *Vēdere qui non possint habita fide de pretio, & quando secus. Concl. 67.* † Restringe, nisi dominus sciuerit procuratorem excessisse, & non cōtradixerit. Vide, *Mandati fines sunt exacta diligentia seruandi. Concluſ.*
26 *39.* † Limita generaliter; quia procurator faciens vltra sibi mandata, vel contra non obligat dominum, quia factum non valet.
27 Abb. *cons. 55. In quæstione, n. 6. lib. 1.* † Limita; quia procurator constitutus ad obligādum principalem pro rebus, & mercibus credendis, & vendēdis, puta Titio, si se obligat procuratorio nomine pro rebus, & mercibus datis principali, vel procurator à Titio ante mandatum non obligatur principalis. Bald. *cons. 182. col. fin. prope fin. lib. 1.* Vide, *Mandati fines non sunt seruandi multis casibus. Concluſ. 40.*

Procurator generalis ad omnes causas non potest multa, & quæ. Concluſ. 842.

1 PROCVRATOR † generalis ad omnes causas non potest comparere in causa criminali sine speciali mandato. Dd. *in l. cū clericu, & in auth. clericus. C. de episc. & cler.* Specul. *tit. de procur. §. 1. ver. sed nunquid.* & pro notabili sequitur Guid. Pap. *dcis. 338. in fi.* Vide,
2 *Mandatum generale ad quæ se extendat. Concl. 50.* † Extende; quia non potest obligare principalem ad alium forum, puta laicum ad fo-
3 rum Ecclesiasticum. Bald. *cons. 167. Verba, lib. 3.* † Extende; quia nō potest prorogare iurisdictionem iudicis, *cap. cum olim, el primo,* vbi
4 Dec. *de offic. deleg.* Felin *in c. P. & G. n. 12. eod. tit.* † Amplia; quia mādatum ad certas causas contra Titium, & generaliter ad omnes alias lites, & causas, intelligitur contra Titium, non cōtra alios.
Bart. *in l. quod dicitur. ff. de tutel.* Felin. *in c. sedes, de rescript. col. 5.* Vide,
5 *Mandatum ad certas causas non extenditur ad alias, & quando secus. Concluſ. 41.* † Amplia; quia non potest declarare libellum obscurum datum à principali, licet ipse procurator illum produxerit. Vide,
6 *Mandatum speciale requiritur multis casibus. Concl. 52.* † Extende; quia respondendo positionibus, si aliquid confitetur, quod præiudicat domino, non valet, nisi habeat in specie ad respondendum positionibus. Canon. *in c. 2. de iur. calum. & in c. fi. de iureiur. in 6.* Ex-
7 tende; quia† si pendente brachio militari procurator generalis facit disgumbrationem verbalem, nō potest prejudicare domino, licet voluntarie dixerit tenere pro actore rem disgumbratam; ideo necessaria est concessio brachii militaris, *l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confess.* & ibi Bart. & alii, maxime Castr. Alex. *cons. 176. in pr. lib. 6.* quia in iis, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, non præiudi-
8 catur domino. † Declara, quia bene præiudicaret domino in iis, quæ sunt per modum coactionis respondendo libello, aut positionibus, quia compellitur præcise respondere, extra istos duos casus non compellitur; ideo non præiudicat, nisi habeat mandatum speciale, & est ratio; quia spontanea confessio sapit donationem, quæ non cadit in generali mandato. *l. contra iuris. §. fin. ff. de*
9 *pact.* Castr. *in d. l. certum. §. sed an ipsos ff. de confess.* † Restringe; quia bene potest declarare propriam obscuritatem causam ab ipsomet procuratore in confessione, vel disgumbratione. Bald. *in addit. Specul. tit. depositi, ver. potest quis interpretari,* & idem Bald. in *l. si*
10 *quis intentione ambigua. ff. de iud.* † Idem in errore proprio corrigendo, quia potest propriam confessionem erroneam revocare, *l. error, cum ibi not. C. de iur. & fact. ignor. l. non fatetur,* & ibi Bart. *ff. de confess.* Vide, *Confessio per errorē quando possit revocari, vel non. Concl. 649.*
11 † Amplia; quia mandatum generale, & cum clausulis generalibus non includit maiora expressis, & in quibus mandatum speciale requiratur. Vide, *Clausulæ mandatorum procurā diuersæ, & quid operentur. Concluſ. 364.*

Procurator non potest dari ad agendum vtiliter tantum, sed indistincte ad agendum. Concluſ. 843.

1 PROCVRATOR † debet constitui indistincte ad agendum, ità quod non valeat mandatum, si constituerētur ad agendū vtiliā tātum; quia debet posse prodesse, & obesse, prout iustitia suadebit in causa. Lap. *alleg. 120. n. 3. ver item non valet,* allegat not. *in c. exposuit, de dilatio.* † Amplia, quia nō valet mandatum, in quo dominus promittit ratificare, quicquid procurator legitime fecerit; quia debet fieri simpliciter promissio rati circa ea, ad quæ se extendit mandatum. Bald. *cons. 96. Decreto cauetur. in pr. lib. 1.*

Procurator generalis non potest præiudicare domino in multis, & quando secus. Concl. 844.

1 PROCVRATOR † pacis cendo nō potest principali suo prēiudicare. Cald. *cons. 210. vltra med. ver. aut dicimus* alias *4. de appell.* quod consilium duplicatur per Cald. *cons. 105.* alias *3. de procur.* qui loquitur, quando non habet mandatum ad hoc. † Extende;
2 quia nullo modo pōt procurator præiudicare domino faciēdo, ꝙ causa appellationis deseratur. Fulg. *cons. 150. nu. 1. & 2. ver. neque enim.* † Declara; quia non potest procurator renunciare expresse
3 instantiæ, neq; facere pactum, quod appellatio non duret, quia esset donare, quod requirit speciale mandatum, sed bene negligendo potest permittere, quod appellatio transeat deserta. Alex.
cons. 115. Attentis narratis, in princ. lib. 5. vbi, quod semper competit restitutio in integrum. † Amplia; quia contumacia procuratoris
4 in extraiudicialibus non pōt præiudicare domino. Cuma. *cons. 5. Non reuocando in dubium. in fin. ver. quod contumacia.* † Amplia; quia
5 Prælatus per vnum, vel plures actus factos contra ius quæsitum ex consuetudine non censetur renunciare consuetudini, etiamsi cū consensu Capituli; quia expresse nō possent renunciare. Alex.
cons. 5. Si vera sunt, n. 14. ver. quarto principaliter, lib. 5. † Extende, quia
6 non potest Prælatus sine consensu Capituli inducere consuetudinem, per quam iura suæ Ecclesiæ perdantur. Alex. *d. cons. 5. n. 20. ver. postremo. lib. 5.* † Amplia; qa non potest vecturalis ex dolo suo
7 non soluēdo datium facere cadere merces domini in cōmissum. Cuman. *d. cons. 5. n. 4. ver. tertio quia.* † Extende, etiamsi adsit statutum, quod cuiuscunq; sint merces, cadant in cōmissum, quia non
8 præiudicat domino ignoranti, & sine culpa. Cuman. *d. cons. 5. in fi. ver. & dato quod,* & intelliga quoad hoc, quod periculum debet esse committentis dolum, videl. vecturalis, quando dominus nō est in culpa, alias secus. Bald. *cons. 417. Quidā vecturalis. lib. 1. per tot.* † Amplia in procuratore, quia regulariter ex dolo suo nō præiu-
9 dicatur domino. Æg. *cons. 4. col. 3. ver. posseā interpositis,* vbi hoc dicit esse verum, quando contra procuratorem non potest indemnis seruari, alias secus. † Declara; quia dolus procuratoris ante
10 litē contestatam non nocet domino, neq; post litem, si dominus non pōt esse indemnis, qñ ipse ignorauit, si vero dominus sciuit bene præiudicat dolus. Æg. *d. cons. 4. col. 4. ver. Hostien.* † Amplia, quia
11 procurator non potest facere actum, per quem dominus incidat in pœnam sine mandato speciali, & hoc siue dominus incidat in pœnā directe, siue in consequentiam, vt quia alius incidit in pœnam, qui habet regressum cōtra dominum. Bald. *cons. 288. Quidā Antonius lib. 4 & cons. 181. Factū super quo lib. 5. l. 1. §. si procurator. ff. si quis iu. dic. non obtemp.* vide regulam cum ampliationibus, & limitationib. apud Ias. *in l. si procurator. ff. de cond. indeb. & in l. is, cui opus. §. qui procuratorio. in fin. ff. de nou. oper. nun.* plene Rom. *cons. 241. Spectabiles. n. 11.* † Extende; quia procurator supplicando contra transactionem iuratam non potest facere incidere dominum in pœnā,
12 si non habet mandatum speciale, vel nisi ratum habuerit dominus gesta à procuratore. Anch. *cons. 382. Retento ordine, n. 9.* † Extende; quia stante statuto, quod nullus procurator producat testes
13 in causa sub pœna, non potest sine mandato speciali, quia agitur de pœna annullationis. Bart. *cons. 206. Inter procuratorem, in fi. lib. 1.* Bald. *cons. 110. lib. 1.* Bart. *cons. 26. Statuto ciuitatis, lib. 2.* † Extende;
14 quia imo dominus faciendo actum nunquam censetur velle incidere in pœnam, si alia coniectura capi potest. Ioan. de Im. *cons. 146. n. 8.* † Extende; quia si pœna inducitur à statuto, quod iudex
15 ordinarius non possit allegari suspectus sub pœna (prout Senis est) procurator non poterit sine speciali mandato recusare iudicem; quia dominus incideret in pœnam. Rom. *cons. 220. Circa primum. n. 7. ver. ego autem.* † Extende, etiam si sit procurator qualiscunq;
16 rem suam; ideo maritus committens falsum in causa dotis circa iudicia, si nomine suo agat vtiliter, nō tamē præiudicat vxori, vt

perdat dotis causam, sed bene maritus perdit quoad sui vtilitatē, licet non præiudicet vxori. Io. de An. *cons.* 12. *Primo ad intellectum.*

27 *n.* 5. *& seq. ver. circa vero secundum.* † Extende; quia mandatum generale, imo speciale ad agendum cōtra talem circa talem villam non. potest agere occasione dominii villę, quando dominus suus incideret in pœnam impositam contra molestantes, sed requiritur singulare mandatum ad petendum villam; quia illa verba possent verificari propter villam in confinibus terminandis. Alex. *cons.* 17. *In causa & lite, n.* 3. *lib.* 6. quia requiritur taliter speciale, quod dominus non possit dicere, q̄ non extendatur ad hoc.

28 †Extēde; quia procedit ampliatio, etiāsi procurator habeat mādatum generalissimum cū omni balia & auctoritate, *l.* 3 §. *si procurator*, & ibi Bart. & Ias. *ff. quod quisque iur. & in l. pen. ff. de iis quæ in fraud. credit.* Dd. *in c. non potest, de procur. in* 6. Alex. plene *cons.* 33. *Viso themate, col. fi. n.* 6. *lib.* 2. quam regulam ponit cum pluribus limitationib. Ias. *l. si procurator. ff. de cond. indeb.* & idem Ias. *in l. is cui opus. §. qui procuratorio, in fi. ff. de nou. oper. nunc.* faciunt tradita per Alex. *cons.* 83. *In causa, col.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 149. *n.* 7. Felin. *in c. in nomine, col.* 1. *de testib. & in c.* 1. *col.* 7. *vt lite non contest.* Crau. *cons.* 54. *n.*

29 5. *&* 6. Rom. *cons.* 64. Paris. *cons.* 51. *n.* 25. *lib.* 4. †Et non sufficeret, q̄ procurator haberet mandatum cum libera, vt possit facere incidere dominum in pœnam. Alex. *cons.* 108. *Viso processu. n.* 6. *in fi. ver. & non sufficeret, si procurator, lib.* 6. vbi, quod requiritur mandatum

20 speciale, vel ratificatio. † Extende; quia non potest producendo falsum instrumentum, vel testes aut illis vtendo facere incidere dominum in pœnam, vel amissionem causę. Alex. *d. cons.* 108. *n.* 6.

21 *ver. postremo, lib.* 6. † Extende; quia petēdo plus debito non potest facere incidere dominum in pœnam. Alex. *cons.* 207. *n.* 8. *ver. pœna autem, lib.* 9. Extende, quia instituendo litem iniustam, vel calumnioſam, siue actiuē, siue passiue sine domino non potest illum onerare in expēsis, sed procurator de suo tenetur. Castr. *cons.* 67.

22 *lib.* 1. Alex. *cons.* 207. D. *Alexander. n.* 4. *ver. quoad pœnas, lib.* 7. † Contrarium quoad expensas dicit apostill. ad Alex. *d. cons.* 207. *nu.* 4. *in*

23 *ver. venit, lib.* 7. † Extende; quia procurator quantumcunq; generalis non potest, ea quæ inducunt dolum, vel delictum contra suū principalem. Rom. *cons.* 74. *Miror cur tanta in princ.* vbi apostil.

24 *ver. non includantur*, dat plurimos concord. † Extende, vt idē sit in procuratore allegante suspectum de fuga, quia si ex forma statuti dominus posset incidere in pœnā, quatenus male caperetur, requiritur mandatū speciale. Rom. *d. cons.* 241. *n.* 11. vbi apostill. in

25 *ver. non potuit*, dat concord. † Declara; quia ad hoc, vt mandatum dicatur speciale, & sufficiens ad faciendum incidere dominum in pœnam, non sufficit, quod sit in indiuiduo, puta ad capiendū, & capi faciendum debitores suos vti suspectos de fuga, sed debet esse specificum ad capi faciendum talem & talem vti suspectum: ratio est; quia dominus, dum cōueniretur ad pœnam posset dicere non intellexi de persona tua, ita Rom. *cons.* 241. *n.* 11. *ver.*

26 *quod autem speciale.* Socin. *cons.* 120. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. † Item in mādato ad veniendum contra fidem principalis non sufficeret, si non

27 loquitur in indiuiduo. Crau. *cons.* 54. *n.* 6. † Extende singulariter, vt procedat, etiāsi agatur de pœna alteri imponenda. Bart. *d. cons.* 206. *lib.* 1. *in fi ver. probatur alia ratione*, quod duplicatur *li.* 2. *cons.* 26. vbi apostil. *in v. quod sit pœnale*, hoc aduertit; quia in statuto prohibetur procurator producere testes sub pœna 25. librarum, & tamen Bart. tenet ibi, quod mādatum speciale requiritur, quando agitur de pœna, & licet forte posset dici, quod agitur de pœna constituentis ibi procuratorem; quia annullatur actus, tamen iste nō fuit sensus Bart. quia primo de nullitate actus ex sola prohibitione legis pœnalis, postea vt alia ratione probaret suum assumptum, conuolat ad aliam rationem; quia in materia pœnali mandatum speciale requiritur, vnde non potest intelligi Bart. ibi de pœna nullitatis actus; quia illud est, de quo dubitatur, & non est licitum arguere ex præsupposito, de quo controuertitur, sed loquitur, quando agitur de actu pœnato, & sic videtur loqui etiā Alex. *cons.* 33. *in fi. lib.* 2. quia si agitur contra alium ad pœnam, pōt

28 dominus forte incidere in eandem pœnam. †Extende; quia procurator ad appellandum nō potest appellando à sententia nulla, & deferendo appellationem præiudicare domino, ne possit dicere de nullitate, quia hoc modo faceret cadere dominum in

29 pœnam. Fulg. *cons.* 150. *n.* 1. *ver præsertim si ex eius.* †Extende; quia procurator petendo plus debito non potest facere incidere dominum in pœnam, quia dominus non est in dolo, nisi dedisset mandatum speciale ad hoc. Alex. *cons.* 73. *In causa, n.* 8. *v. quinimo,*

30 *lib.* 6. † Extende; quia si procurator habet mandatum speciale ad dicendum de nullitate simpliciter, non extenditur, vt possit dicere de nullitate, per quam dominus incidat in pœnam, nisi sit dictum de pœna. Bald. *cons.* 13. *Magnifico Cauagliere, lib.* 5. *& cons.* 181.

lib. 5. *per tot.* vbi extendit, etiam si constitutio sit ad dicendum de nullitate cum tali, quia non venit nullitas pœnata, nisi ex necessitate de illa esse intelligendum. † Extende, etiam si dominus promisit habere tantum etiam cum iuramento, quicquid

fuerit. Bart. *in l. si procurator, n.* 6. *ff. de cond. indeb.* vbi apost. magna. †Extende; quia procurator negando domino fuisse solutum non potest facere, vt ipse dominus oneretur onere probandi solutū fuisse debitum. Alex. *cons.* 83. *In causa, & lite, n.* 4. *ver. tertio principaliter.* Rebuffus *in tract. de expensis, in prin. n.* 3. *sponderi, lib.* 1. quia hoc modo faceret illum cadere in pœnam. † Idem magis, si negauit narrata, prout narrantur, quia non potest facere incidere dominum in aliquam pœnam in odium negotiis inductam. Alex. *d. cons.* 83. *n.* 5. *lib.* 1. †Restringe, quando dominus mandauit, quod fraudem committeret; quia tunc bene onerabitur. † Pater, vel dominus, qui mandauit, *l. si pater §. fin. ff. quæ fraud. credit.* † Restringe, quia bene procurator habet mandatum speciale ad dicendum de nullitate certi laudi pœnati, vel certi

di expressi, ita quod constet, quod non de alio potuit intellegere, quam de pœnato, tunc dicitur habere mandatum speciale, & potest facere incidere dominum in pœnam. Bald. *cons.* 13. *in princ. & cons.* 181. *lib.* 5. Socin. *Regul.* 42. *Procuratoris factum*, in prima fallentia. † Restringe, quia bene potest dominus incidere in pœnam ex facto generalis procuratoris, quando etiam cōmittebat principalis, veluti si principalis subornauit falsos testes, & procurator generalis illos in iudicio examinati fecit, vel produxit; quia tunc præiudicatur domino; quia præsumitur tunc mandatum speciale, ita Rota, vt per Accorambon. *part.* 2. *decis.* 27. Vide *Mandatum ad delinquendum, vel homicidium faciendum ex quibus* præsumitur, *vel non. Concl.* 34. Vide Socin. *d. Reg.* 42. *Procuratoris factum, quod cadit in delictū vel dolum, nō præiudicat domino*, vbi limitat, seu restringit, quando ex dolo procuratoris esset tius quæstū domino, tunc procurator præiudicat ex dolo, & delicto suo ipsi domino in illo ex dolo quæsito. † Amplia, etiam si procurator sit cum libera, q̄ non potest remittere, nec donare ius sui principalis. † Amplia, quia procurator habens mandatum speciale ad defendendum reum, & ad iurandum de calumnia non præiudicat domino ex contumaciā, quia non iurauerit de calumnia, ex quo dicitur decere contra mandatum. Ang. *cons.* 277. *Tutor alimentauit, n.* 2. *nu.* 2. *secundo.* † Extende, etiam si sit procurator generalis; quia nō præiudicat domino, si fuit contumax in iurando de calumnia. Ang. *cons.* 277. *n.* 2. *ver. si autem fuit.* † Extende maxime, quando principalis est paratus purgare moram, quæ ius partis non ladit, quia semper admittitur, nec cōtumacia hoc casu nocet domino. Ang. *d. cons.* 277. *n.* 4. *ver. & hoc credo verissimum.* † Amplia generaliter & indistincte; quia procurator quantumcunque generalis, & cum libera non potest facere actum ad sui commodum, & in præiudicium domini, *l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact.* Dec. *cons.* 402. *col.* 3. *cons.* 493. *Viso tenore, col.* 2. *nu.* 11. qui allegat text. *in l. si emptum. §. fin. ff. de contrahen. empt.* Bald. *in l. creditor. §. Iucus ff. mandati.* † Amplia, quia delictum procuratoris non nocet domino. *l. vnica §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obtemp.* † Extēde; quia si procurator etiam non appellauit, succurritur domino per restitutionem in integrum, quando procurator non est soluendo. Alex. *cons.* 95. *vis. proœsib. n.* 7. *ver. & licet gl. lib.* 2. † Cōtrarium, quod imo si procurator negligit appellare, noceat domino, *l.* 1. §. *fi. ff. quando appell. sit.* 1. §. *procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemp.* & istud nō est inductum in odium domini; sed quia non potest appellari vltra tot. dies, in Alex. *cons.* 95. *n.* 7. *ver. quoniā respondeo, lib.* 2. vbi, quod dominus debet sibi imputare, si fuit in mala electione. † Declara idem Alex. *d. cons.* 95 *n.* 7. *in fi. ver. cum non constet, & n.* 8. *cum seq. lib.* 2. multis modis: Primo, quia debet constare, q̄ procurator non sit soluendo, & quia hæc exceptio requirit altiorē indaginem, & in cōtingit probari non potest; ideo non impedit executionem eius dicti. † Declarat Bart. *in l.* 1. §. *fin. ff. quand. appell. sit*, quod si procurator ex dolo, & contumacia vera, quæ est delictū, non appellat, non debet nocere domino, quin possit appellare, vel quin restituatur, quia, pcurator non habet mandatum ad delinquendum, & sic non nocet domino. † Etidē dicit Bart. *d. l.* 1. §. *fi. ff. quand. appel. sit. in fi.* si ex actis constaret de iniustitia sententię; quia debuit appellare, & non appellando est in pœna, & dolo, & contumacia vera, q̄ declarat Alex. non procedere in dubio; quia semper præsumitur pro sententia in dubio, ita dicit Alex. *d. cons.* 95. *n.* 8. & 9. *nec similiter obstat, lib.* 2. † Contrarium, quod imo siue conste ex actis, quod debuerit appellare, siue non, & procurator non appellauerit, quod dominus non possit appellare, nisi quando ipse procurator non esset soluendo. Alex. *d. cons.* 95. *nu.* 10. *ver non omino*, *lib.* 2. vbi dicit * communem contra Bart. † Declara igitur, seu potius restringe quod in omnibus casibus, in quibus dominus

restitui

restituitur ad appellandū ꝙ dolum, contumaciam, vel negligẽtiam procuratoris, procedit, qñ dominus erat absens, & ignorauit sententiam latam, à qua debuit appellari; sed si dominus erat ꝓsens, & sciuit latā sententiam, seu laudum: vt quia sibi fuit notificatum, tunc non restituitur, quia est in culpa principalis, quia potuit & debuit appellare. Alex. plene *d. cons. 95. n. 11. & seq. v. vnde*
* 51 *eo casu, lib. 2.* vbi dicit * cõmunem. † Et ꝓcedit restrictio, seu declaratio, ẽt si procurator non esset soluendo; qa culpa est principalis, & domini, q̃ sibi nocere debet. Alex. *d. cons. 95. n. 12. v. & per hoc* etiã *dico, lib. 2.* vbi dicit, ꝙ quando culpa est communis, ꝓcurato-
52 ris, & domini, non releuatur dominus. † Amplia; quia ꝓcurator generalis non pōt renunciare appellationi in ꝓiudicium domini. Bald. *in l. si. n. 4. v. sed nunquid procurator. C. de temp. appell.* Ang. *in l. bonorũ. n. 2. ff. rem rat. hab. & in l. ab executore. §. si procurator ff. de appell.*
53 † Extende in casu conuerso; qa si fuit renũciatũ appellationi per principales, non pōt procurator neq; expresse, neq; pp & cumaciam suã renunciare dicto iuri q̃sito & facere, ꝙ sit locus appellationi, cui fuit renunciatũ. Castr. *cons. 282. In causa ista, col. 3. in fi. v.*
54 *& col. 4. in pr. v. praterea & si consensisset, lib. 1.* † Amplia; qui non pōt renũciare exceptionib. domini sine spec ali mãdato. Castr. *d. cons. 282. In causa ista, & col. 3. fin. & col. 4. in princ. num. 3. lib. 1 ver. praterea,*
85 *n.* 4. *ver & procurator producendo. lib.* 2. † Amplia; quia instrumentum productum in tantum acceptatur, vt licet adsit clausula extensionis ad consilium sapientis, non possit extendi post productionem; quia censetur producens approbare eo modo, quo iacet. Rimin.

86 Iun. *cons.* 78. *n.* 43. *lib.* 1. † Amplia in eo, qui producit scripturam privatam, quia probat, & sibi præiudicat *d. Pedem. dec.* 39. *nu.* 23. imo etiam si sit priuata, & non solemnis scriptura, producens eam ap-

87 probat. Ang. *cons.* 132. *n.* 3 *ver. secundo quia.* † Contrarium Rim. *cons.* 213. *n.* 4. *& seq.* vbi, quod pacto fieri non potest, quod scriptura pri-

88 uata probet; ideo productio non operatur, vt probet. † Limita in productione facta per procuratorem; quia si non habet mandatum speciale, non nocet domino, quia potest dominus ante sententiam reuocare; quia est actus voluntariæ iurisdictionis, ideo non potest procurator ex confessione sua voluntaria præiudicare domino, neque Prælatus Ecclesiæ, neque tutor pupillo, plene Abb. in *c. 1. vt lite non contest. n.* 29. *& seq. ver. venio nunc ad tertium,* vbi Feli. *n.* 14. *ver. circa tertium, & n.* 15. *cum seq.* vbi declarat, quæ sit voluntaria, & quæ contentiosa, & licet loquatur in confessione iu-

89 diciali, idem in ficta resultante ex productione. † Limita in Ecclesia; quia licet Prælatus producat instrumentum quod præiudicat Ecclesiæ, in alienatione, vel dominio rerum Ecclesiæ non præiudicat, quia sicuti non posset Prælatus alienare bona Ecclesiæ sine solemnitatibus, ita neq; posset transigendo, compromittendo, vel confitendo per indirectum facere. Fed. de Sen. *cons.* 94. *Casus talis per tot.* Sign. *cons.* 71. *Factum sic se habet per tot. nu.* 3. *& seq.* Anch. *cons. fin. in pr.* maxime in realibus. *Decis. Pbolos.* 98. *item fuit quæsitum,* vbi apostill. declarat, qui loquuntur in tranfactione, & compromisso, & in confessione. Calder. *cons.* 153. alias 5. *de confess. in fi.* plene Castr. *cons.* 34. *n.* 2. *ver. quæritur ergo, & ver pro primo facit,* vbi distinguit, aut confessio tendit ad liberandum debitorem, qui vult soluere, & præiudicat, quia ex necessitate facit, aut ad obligandum Ecclesiam, & non valet; quia ex voluntate facit, & repetit *consil.* 294. *lib.* 2. & plenius *cons.* 338. *Primo quæritur, n.* 3. *lib.* 1. vbi, quod nullo modo præiudicat Ecclesiæ confessio Prælati, & si posset, aperiretur via malitiis. & si præiudicaret, datur restitutio in integrũ, & quod confessio Prælati nocet Ecclesiæ. glos. in *c. dudum. el secon-*

90 *do. in ver. de veritate dicenda, de electio.* † Extende, quia confessio Prælati non potest nocere Ecclesiæ, vt Ecclesia possit condemnari, maxime, quando Ecclesia iam fundasset intentionem suam, & est tex. in *c. postea quam* 25. *q.* 2. glos. in *c. dudum, el secondo, in ver. de veritate*

* *dicenda, circa med. ver. sed nunquid crederetur, de elect.* vbi * omnes. Bart. sequitur eandem glos. in *l. certum.* §. *sed an & ipsos, in fin. ff. de confess.*

* Castr. *cons.* 338. *n.* 3 *lib.* 1. & communem * dicit Rom. *cons.* 389. *in prin.*

91 † Extende generaliter in omni materia prohibita, quia sicuti quis non posset confiteri expresse, ita etiam neq; producendo instrumentum potest tacite confitendo probare in materia prohibita, neq; confiteri. Rim. Iun. *cons.* 18. *n.* 172. *& seq.* allegat Crau. qui hoc

92 idem dicit *cons.* 175. *n.* 5. *in fi. & n.* 6. *ver. non obstat secundum.* † Limita; quia is, qui producit iura, præsumitur confiteri contenta in ea a die productionis, & scire; ideo nõ grauatur ante productionem & singularis successor, qui habet præsumptam ignorantiam, quod res sit emphyteutica vel feudalis, & tenetur à die scientiæ intimandum, & mensem petere inuestituram, excusatur, si petat intra unum, & mensem à die factæ productionis, licet annus, & mensis ante esset lapsus, ita Alex. *cons.* 76. *In causa, & liten.* 10. *ver. nec enim obstant illæ partitæ lib.* 7. † Limita; quia is, qui producit instrumentum, non confitetur simpliciter, sed quatenus instrumentum est solemne, vel sit verum, alias non, & ideo producẽs potest opponere quod sit falsum, vel nõ solemne. Alex. *cõs.* 124. *Viso processu, n.* 3. *ver. nec obstat, lib.* 7. Contrarium supra *n.* 31. *& seq.* vbi declaratur. † Declara secus esse quando non respectu instrumenti producti, sed respectu facti emanaret simplex confessio; quia tunc etiam instrumentum reddatur falsum, vel non solemne, confessio tamen manet. Alex. *d. cons.* 124. *nu.* 5. *lib.* 7. † Limita, quia imo simpliciter confessus fuisset, & allegando errorem cõfessionis ex productione instrumenti nullius vel nõ solemnis vel falsi instituisset errori

* cultantem ex confessione prædicta. Alex *d. cons.* 124. *n.* 7. *ver. quia dicit Bart. lib.* 7. vbi maxime dicit verum, quando instrumentum productum continet factum alienum, & non proprium. † Limita, quia producens instrumentũ, vel acta animo impugnandi illa non præiudicat, neque censetur confiteri contenta in eis, petitio producente acta grauaminis in causa appellationis, quæ tenetur producere, quia si cõfiteretur omnia contenta in ea esse vera, nihil haberet remediũ. Crau. *cons.* 175. *n.* 7. *ver. secundo respondeo.* Rom. Iun. *cons.* 18. *n.* 174. *ver. secunda responsio,* vbi etiã ex explicatis in producente acta grauaminum, vel instrumẽtum quod impugnat, & extat *dec.* Æg. Bell. *dec.* 396. *Si appellauit procurator.* plura similia allegat Barb. *cons.* 18. *n.* 41. *ver. & si ducatur.* Felin. in *c. 1. vt lite non contest. in fi. ver. septima declaratio.* † Limita, qñ produceret quis gratiam, in qua fateretur delictum in executione banni contra eum lati; qua cum pendeat à banno, si bannum esset nullũ, erit nulla etiam confessio pendens ab eo. Alex. *cons.* 30. *nu.* 4. *& seq. lib.* 7. † Limita; quia si aduersarius contrarium probaret eius, quod cõtinet scriptura à me producta, tunc cõfessio ex productione mea contenta in scriptura producta, mihi nõ præiudicat. Innoc. in *c. cum venerabilis, qd.* 2. *n.* 2. *ver. imo videtur. de except.* vbi idẽ asserit procedere etiam si confessio esset expresse facta eorũ, quæ cõtinentur in instrumento probato. Bal. in *l. si quis testib. n.* 2. *ver. sed nunquid. C. de testi.* † Declara tamen, vt si contrarium non esset probatũ, sed solum pronunciatum, illam scripturam productã non probare contenta, ad hoc men probat cõtra producentẽ, & confessio sine tacita per productionẽ, siue expressa sibi nocet. Innoc. *d. c. cũ venerabilis, col.* 2. *ver. ad secus dicendũ, de except.* † Contrariũ tenet, & declarat Alex. *cons.* 124. *n.* 5. *ver. nec obstat. li.* 7. vbi, quod imo possum contra instrumentum me producturn dicere, quod sit non solemne, vel falsum, quia per productionẽ cõfiteretur nõ simpliciter, sed quatenus probat, sed si cõfessio esset explicita; quia etiam si instrumentum sit falsum, vel nõ solemne, probat, & præiudicat. † Limita; quia producens instrumentũ censetur fateri omnia in eo contenta, quatenus tamen illa instrumentũ necessario de iure id concludat, nã producẽs instrumentum locationis, quæ nõ probat dominiũ, neq; possessionem, non censetur confiteri dominiũ, neq; possessionem; quia hoc non resultat necessario de iure ex tali instrumẽto. Gem *cons.* 38. *n.* 2. *in pr. producens, cum seq.* maxime *n.* 3 *ver. sed istud necessario.* † Extende quod producens instrumentũ, in quo enunciatur Titium Sen. Notarii publicum, probat esse Notarium de illo tempore, sed nõ in praeritũ, quia non infertur necessario. Alex. *cons.* 97 *Viso processu, n.* 10. *ad hoc obstat. lib.* 7. vbi reddit rationẽ; quia q̃ se fundat in tempore debet præcise, & limitate probare, & quia ex præsenti non plumbetur in præteritum. † Limita; quia producens scripturã non cõtinetur ea, quæ veniunt per modum enunciationis, & quæ inciderter dicta sunt. Alexan. *cons.* 16. *col.* 4. *n.* 12. *ver. præterea etiam. lib.* 1. ter dicta sunt. Alexan. *cons.* 16. *col.* 4. *n.* 12. *ver. præterea etiam. lib.* 1. Ioseph. Ludou. *dec.* 29. *n.* 29. plene Ias. in *l. contra iuris* §. *fi. fin. n.* 13. *& seq. sequen ff. de pact.* Felin. in *c. cum venerabilis. nu.* 23. *de except.* Rimin. Iun. *cons.* 84. *nu.* 23. *lib.* 1. vbi loquitur. † Contrarium, vt imo non probet quoad enunciata. Decia. *cons.* 20. *num.* 7. *lib.* 2. Crauet. *cons.* 77. *n.* 8. Dec. plene in *d. c. cum venerabilis, n.* 94. *& seq. ver. præterea concluso, de except.* vbi pro vtraque, & declarat. † In verbis enunciatum & incidenter dictis per Notarium in testamento, & quod productio in enunciatiuis non inducat confessionẽ Bal. in *d. cum venerabilis, col. pen. de except.* sequitur Ias. *d. l.* 1. § *editiones ff. de edict.* Felin *d. c. cum venerabilis,* vbi etiam Dec. & quod verba enunciatiua in instrumento producto non probent contra producentẽ. Bart. *cons.* 170. *in pr.* vbi dicit communem, * *lib.* 2. & sequitur in leg. *minores,* ne, in qua clericus ex dictatur legitimatus, & licet produxerit ipse legitimationem, non probatur clericus in tali præiudicio, & ille

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contraria *num.* 7. Cephal. *cons.* 236. *num.* 18. Rimi. Iun. *cons.* 421. *num.* 25. & 26. Crau. *de antiq. tempor.* §. *viso, nu.* 60 *fol.* 61. vbi pro vtraque,

106 & hanc tenet cum distinct. † Contrarium Bal. in *l. cum precum, ver. extra quæro. C. de libera. causa. & in l. alia, ver. quæro. C. de iis, quib. vt indign.* Lap. *allegat.* 119. *Quæro pone, quod procurator.* Card. *cons.* 56. *Casus. super quo.* Crauet. *cons.* 77. *n.* 8. vbi, quod non potest impugnare enunciata, neque incidenter dicta, allegat Alba. *cons.* 52. *in* 2. *dub.*

107 *lib.* 2. † Declara; quia si verba enunciatiua sunt prorsus extranea, & non conueniunt principali dispositioni, non probat contra producentem, secus si faciunt ad dispositionem, quia sicut probant inter contrahentes, ita etiam probant cõtra producentem, & ita intelligendum esse Bald. & alios probat Natt. *cons.* 333. *Sentio*

108 *in fauorem, nu.* 2. vbi late. † Declara; quia verba enunciatiua, quod quis sit meus procurator, probant contra enunciantes nedum ad fauorem contrahentium, sed & ad fauorem extraneorum. Rom.

109 *cons.* 63. *n.* 2. *ver. nec obstat.* † Declara; quia bene probat circa enunciatiua prolata à partibus, quæ instrumẽtum, vel scripturam produ-

110 ctam fecerunt *d. Pedem. decis.* 39 *n.* 30. Crau. *de antiq. tempo. §. Viso de verbis, n.* 60. *& seq. fol.* 61. † Declara, si instrumentum productum non est confectum cum producente, sed inter alios, quia enunciata solum nocent partibus enunciantibus. *l. optimã. C. de contrah. & commit stipul.* & maxime, quando enunciata sunt geminata, vel

111 reiterata in diuersis instrumentis etiam diuerso tempore factis, alias narrata non præiudicant producenti. † Declara; quia quando verba enunciatiua sunt necessaria ad actum producẽtum, tunc producens censetur fateri, & approbare verba enunciatiua ne-

112 cessaria. *d. Pedem decis.* 39. *nu.* 30. † Limita; quia confessio, quæ resultat ex productione scripturæ interpretari debet, vt minus noceat producenti; ideo si potest secundum veritatem facti resultare vera confessio, & ficta, intelligitur de ficta, sin minus, nocet producenti. Rui. *cons.* 76. *Videretur, col. penul. ver. nec obstat dam dicebatur, li.*

113 4. † Limita, quando instrumentum productum continet aliquid erratum, quod non concordat cum prothocollo; quia constito de errore producens non sibi præiudicat, nisi quatenus instrumentum sit verum; quia si est erratum, non nocet. Bald. *consil.*

114 307. *Proponitur, quod Notarius lib.* 5. *per tot.* † Limita; quia si quis producat instrumentum testamenti, vel legati ad fauorem suum facti, & tale legatum petat, & consequatur, non censetur illud approbare in ea parte, quam continet legatum, quæ est reprobata, & sublata à iure communi, quia cum illa pars sit pro non scripta, & non apposita, quoad illam partem non sibi præiudicat. Bal. *cons.*

161. *Quidam Mecus per tot. lib.* 5. vbi loquitur in filio, cui pater minus reliquit, quam nouercæ cum clausula, quod plus petere non posset; quia licet producatur legatum, & petatur, tamen non sibi præiudicat quoad beneficium *l. hac edictali. C. de secund. nup.* quæ tollit

115 illam clausulam, quod plus petere non possit, appositam per partem. † Extende; quia producens testamentum imperfectum non sibi præiudicat, vt efficiatur perfectum. Ceph. *cons.* 377. *n.* 74. *lib.* 2.

116 Afflict. *decis.* 25. *n.* 5. *& seq.* allegat Gram. *cons.* 28. *crimin. n.* 2. † Extende, quando sumus in materia prohibita, quæ non pendet à confessione, prout donatio inter personas prohibitas. Crau. *cons.* 173.

117 *n.* 5. sequitur Rim. Iun. *cons.* 18. *n.* 172. *& seq.* † Extende; quia productio testamenti nocet, quatenus testamẽtum probet, alias secus, ideo circa narratiua, & enunciatiua non probat, prout si Notarius dicat, quod testator cœcus, vel sanus, &c. Rim. Iun. *cons.* 84. *nu.* 23.

118 *lib.* 1. vbi alios citat. † Declara omnia prædicta; quia si testamentum est nullum, vel non solemne, in iis, quę non possunt per producentem suppleri, productio nõ facit solemne; si vero solemnitas deficiens põt sanari, prout in filio præterito, & filius producat tale testamentum, tunc bene præiudicat, ita *d. Pedem. decis.* 39. *n.* 31.

119 *& seq.* vbi late dat exempla. † Extẽde; quia producens instrumentum cum apostilla, quæ non valet super reuocatione instrumenti sine testibus non censetur approbare apostillam reprobatam.

120 Crauet. *cons.* 637. *n.* 13. † Limita in alio iudicio; quia sibi non nocet confessio resultans ex productione instrumenti in diuerso iudicio, maxime, quando fuit procurator, qui produxit. Crauet. *cons.*

688. *nu.* 4. vbi late, & quod non nocet in alio iudicio inter alios. Cephal. *d. cons.* 377. *n.* 69. *& seq. ver. neque restitit.* Rimi. Iun. *cons.* 213.

121 *n.* 20. † Contrarium, quod imo nocet etiam in alio iudicio, dicit Crauet. *cons.* 746. vbi, quod is, qui producit testes ad probandam genealogiam, & cum protestatione, quod in illa causa tantum, sibi præiudicat in omnibus, in quibus testes deponunt, si pars ad-

122 uersa non consensit protestationi. † Declara; quia productio facta à procuratore in vna causa non nocet in alia. Rimi. Iun. *d. cons.*

123 213. *n.* 21. *& 22.* vbi dicit * communem. † Limita, quando produ- * cio fieret cum protestatione in parte, & partibus Rota in *no. decis.* 3. *de fid. instr.* alias 382. Imol. in *c. cum venerabilis, n.* 26. *de except.* Purp. *cons.* 68. *n.* 18. *lib.* 1. Rip. *cons.* 2. *n.* 15 *lib.* 2. plures citat Ioseph. de Lud. *decis.* 19. *Fuit coram m. n.* 26. vbi allegat. Alex. *cons.* 136. *insi. ver. non omitto, lib.* 2. vbi plus dicit, quod non censetur facta productio de illa parte, quæ est contra producentem stante protestatione, maxime, si non est contradictum protestationi. Specul. in *tit. de instru. edit.* §. *videndum, vers. quid si produco*, quem sequitur Alber. in *l.* 1. §. *editiones. ff. de eden.* vbi, quod in iudiciis inualuit talis cautela. Bald. in *l.* 1. *col.* 1. *C. de confess.* vbi loquitur in libro rationum, & dicit, quod cauti litigantes producunt in parte, & partibus. Alexand. *d. consil.* 136. *In causa.* Felin. in *c. cum venerabilis in* 2. *limit. numer.* 15. *de except.* Roman. *cons.* 433. Bart. in *l.* 4. *C de confess. & in l si quidem. C. de except.* late Grat. *cons.* 161. *num.* 6. *lib.* 1. & respondent etiam confirmantes ex illa conclusione, quod quãdo res producta habet duo capita, vnum in fauorem producentis, alterum in odium, nunquam producens ad fauorem censetur acceptare odium. Curt. Iun. *cons.* 166. *n.* 11. Soc. *cons.* 98. *n.* 22. *lib.* 4. Crauet. *de antiq. tempo. pàr.* 1. *n.*

116. † Et quod producens in parte, & partibus intelligatur accepta- 124
re in iis, quæ sibi prosunt, & aduersario nocent, facit text. in *l. non omnis. ff. si cert. pet.* quia actus agentium non debet operari vltra intentionem agentis. Feli. *in d. cap. cum venerabilis, n.* 23. *in* 2. *limitat. de except.* & Grat. *cons.* 14. *num.* 14. *& seq. lib.* 1. vbi, quod producta ad vnum finem non debent contrarium operari, quia actus agentium; ideo protestatio releuat, & eum sequitur Rota *in nouiss. in* 1. *parte decis* 445. *num.* 4. allegat Ægid. qui hoc admittit, vt ad vnum effectum facta productio, & probatio, contrarium non operetur; & hanc productionem in parte, & partibus releuare, dicit Rota *decis.* 3. *de fid. instrum. in nou.* & hanc decisionem Rotæ sequitur Rota moderna, vt per Cot. *decis.* 383. *insi.* sequitur Alexand. *cons.* 124. *num.* 5. *& 6. lib.* 7. vbi dicit * communem, & eandem decisionem * Rotæ citat apostil. ad Iason. in §. *item si quis, il secondo. num.* 24. *Inst. de actio. in ver. protestatio.* simile in procuratore ad appellandum, & prosequendum; quia potest protestari, quod acceptet mandatum solum ad appellandum, & licet producat, protestatio releuat. Rota *in no. decis.* 2. *de procur. ver. hoc verum, & decis.* 9. & rursus *decis.* 3. *in antiq. eod. tit.* Ægid. *decis.* 346. *Procurator*, & omnino Bologn. in *l. fin. C. de eden. numer.* 55. *& seq. vsque in fin.* vbi dicit, quod non est de actis, nisi pars, quæ facit pro producente, & nisi aduersarius producat reliquam partem, non potest iudex ex ea iudicare. Vestri. in *prax. de productione iurium* dicit * communem; & sequitur * *decis. Rotæ* 3. *de fid. instr. in nou.* Felin. in *d. c. cum venerabilis. nu.* 23. *de except.* vbi, quod tenenda est protestatio, quæ releuet, multa allegat *decis. Cather. Pedem.* 39. *n.* 6. *& seq.* vbi *nu.* 7. dicit * communem, * licet contrarium teneat, & idem dicit Felin. in *c. imputari in fin. de fid. instrum.* & * communem dicit Rip. in *ca. cum M. Ferrarien. num.* 79. *de const.* Socin. *cons.* 36. *col fin. n.* 13. *ver. sed ad hoc respondetur, lib.* 4. sequitur Malcar. *concl.* 368. *num.* 22. & hanc vsu receptam in praxi dicit Vestr. *in praxi*, vbi et dicit * communem, *de productio. iur. libr.* * *6. ver. amplius. num. mihi* 16. *ver. quæ protestatio.* Paulus de Eleazar. in *repet. c. si ex parte. nu.* 10. *de confess.* vbi dicit * communem. † Et quod * producens librum rationum in parte & partibus, non censetur 125
approbare capita diuersa, & separata. Alexand. *cons.* 186. *Vi isubtilissi. nu.* 6. *& 7. ver. non obstat, quod socii lib.* 2. vbi, quod facta & capitula separata sunt, quando diuersa sunt, & diuersum tempus continent. † Contrarium tenet Iul. in *l.* 1. §. *editiones, n.* 18. *ff. de eden.* 126
qui alios allegat. Alba *cons.* 59 *in fin.* Decian. *cons.* 70. *num.* 18. *libr.* 3. *Pedem. decis.* 39. *n.* 26. dicit hanc veriorem, & receptiorem, & hanc tenet Bal. in *c præsentatum, de testib. & in l.* 1. *col.* 2 *ver. ex hoc pone. C. vt instrum.* Rom. *consil.* 433. *Quoad primum circa fin.* Castr. *cons.* 331. *in causa Sylueftri, colum.* 2. *lib.* 1. Saly cet. in *dict. l.* 1. §. *editiones*, vbi Castr. dicit obtinuisse in facto, vbi Iaf. Felin. in *cap. sed dubitatur. de side instrum.* Crauet. *cons.* 1. *col.* 3. *lib.* 2. est *cons.* 201. *n.* 5. Dec. in *cap.* 1. *de prob.* Bald. *d. c. cum venerabilis, col. pe. n.* 22. *de except.* vbi Dec. *n.* 22. Alex. *cons.* 16. *nu.* 12. *lib.* 5. & hanc * communem dicit Decian. *cons.* 20. *n.* 8. *lib.* 6. Mah. * del. *cons.* 59 *insi. & n.* 2. Feli. in *c. cum venerabilis, n.* 22. *ver. secundus casus, de except.* Parif. *cons.* 125. *n.* 22. Ial. *cons.* 57. *lib.* 1. & hanc * commu- * nem dicit Imol. in *c. perpetuus, de fid. instr.* Feli. in *c. imputari, eodem tit.* Rip. in *c. M. Ferrarensis, de constit. num.* 79. † Et quod protestatio 127
producentis in parte, & partibus nihil releuet. Alex. *cons.* 124. *Viso processu. col.* 2. *lib.* 7. Soc. *cons.* 11. *In causa domina Catharinæ. in princ. lib.* 3. Afflict. *decis.* 14. *Ioannellus, nu.* 6. Castr. *cons.* 332. *In causa Sylu. n.* 1. *ver. & si dicatur lib.* 1. sequitur Crauet. *cons.* 80. *Nobilis, n.* 7. Alexan. post Bald. in *d. l.* 1. *C. vt quæ desunt aduoc. n.* 10. Ial. in *l.* 1. §. *editiones. ff. de eden. dicit* Castren. *d. consil.* 332. *In causa Sylueftr. colum.* 2. *versus. nec potest dicere. lib.* 1. dicit, quod efficitur communis, & licet possit non producere, tamen non potest post productionem à se factam facere, quod non probet contra producentem, & hanc magis * *

communem, dicit Crau. *cons.* 382. *n.* 2. allegat Ias. *cons.* 57. *col.* 4. *lib.* 1.
* qui de * communi attestatur. Mandel. *cons.* 59. *in fin.* Sim. de Præt.
cons. 195. *n.* 18. vbi dicit, protestationem non releuare in connexis,
& quando instrumentum est cum producente, nec etiam releuat
protestatio aliquo casu, & quod protestatio non releuet. Crauet.
cons. 80. *n.* 7. allegat Castr. *cos.* 331. *In causa Sylueſtri, col.* 2. *ver. nec poteſt.*
* *lib.* 1. Crau. *conſ.* 201. *n.* 6. *ver. nec poteſt.* & hanc * commu. dicit Imol.
in d. c. G. de fid. inſtr. & hanc partem tenet Cæs. Vrsill. *in addit. ad Affli.*
dec. 14. *n.* 14. *dec.* 25. *in fi.* Ias. *Inſtit. de actio. § item ſi quis, il ſecondo, n.* 24.
& hanc crebriorem dicit Cache. *deciſ. Pedem.* 39. *n.* 26. *& ſeq.* vbi di-
cit crebriorem, & declarat multis modis, plures citans, & hanc te-
128 net apost. ad Alex. *d. conſ.* 116. *in fi. lib.* 2. *in ver. firmat.* † Declara; quia
productio in parte, & partibus non releuat, quando pars, contra
quã est facta productio, impugnauit, nec acceptauit productio-
129 nem. Crauet. *conſ.* 201. *n.* 6. *ver. nec poteſt impugnare.* † Declara; quia
negari non potest, quin opinio sit dubia, & in dubio confessio ex
productione resultans, & omnis alia confessio semper interpre-
tatur, vt non præiudicet confitenti. Rota *in nou. part.* 1. *dec.* 613. *in fi.*
130 *& deciſ.* 462. *in pr. & deciſ.* 806 *in pr. part.* 1. † Declara; quia si produ-
citur scriptura publica, & de per se probans non releuat protesta-
tio; si vero producitur scriptura priuata, quæ nõ probat, nisi con-
tra cõfitentem, & scribentem, non censetur inducta approbatio
in iis, quæ faciunt pro scribente, quando præsumptio est in cõtra-
rium. Bart. *in l. poſt legatum. ff. de iis, quib. vt indign.* Alex. *conſ.* 123. *lib.* 1.
& conſ. 118. *lib* 5. & in Epistola idem Bart. *in l. Publia. § ſi. ff. depoſ.* vbi
etiam Cast. & Alex. idem Alex. *in l.* 1. C. *vt quæ deſunt aduoc.* Bart. *in l.*
in iis. § ſi ſeruus ff. ſol. matr. & conſ. 50. *lib.* 1. *& conſ.* 87. *lib.* 2. & quod si
scriptura producta nõ probaret pro aduersario; quia priuata eius
manu, neque probet, postquam per me fuit producta. Mandel.
conſ. 448. *n.* 9. & tunc protestatio releuat. Ceph. *cõſ.* 136. *n.* 19. Surd.
131 *conſ.* 151. *n.* 97. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 213. *n.* 13. *& ſeq.* † Declara; quia is,
qui producit limitate, & cum protestatione sibi præiudicat, nisi
quando pars aduersa reproduceret eundemmet librum contra
eum, qui limitate produxit, ita Ias. *d. l.* 1. *§ editiones, ff. de edend.* & ita
132 tenet Alex. *conſ.* 124. *Viſo proceſſu, n.* 6. *lib.* 7. † Declara; quia si pars,
contra quam facta est productio cum protestatione, non acquie-
uit protestationi, non releuat, veluti si dixit velle vti instrumento
in partibus facientibus pro se; si vero nõ contradicit protestatio-
133 ni, releuat, ita Dec. *d. c. cum venerabilis. de excep.* † Imo quod eo ipso,
quod pars velit vti eodem instrumento producto, non releuet
protestatio, tenet Paris. *conſ.* 125. *n.* 22. *& ſeq. lib.* 1. Mandel. *d. conſ.* 59.
134 *in fin.* Ias. *in d. l.* 1. *§ editiones, ff. de edend.* † Declara; quia si instrumen-
tum productum cum protestatione in parte, & partibus continet
factum proprium protestantis, & producentis, non releuat, si ve
ro continet factum alienum, releuat. Alex. *conſ.* 124. *Viſo proceſſu, n.*
135 6. *ver. præterea, & n.* 5. *ver. plus dicit Bart. lib.* 7. † Declara; quia in con-
nexis, & indiuisibilibus res est clara, quod protestatio nihil opera-
tur, quia nõ potest acceptari in parte, sed debet in totum, & cum
suis qualitatib. acceptari. Ias. *in l. contra iuris, § ſi filius, n* 11. *ver. quin-*
to ex eodem, post Bald. *ff. de pact.* Vide, *Confeſſio qualificata. Concl.* 673.
136 † Declara, vt per Vestr. *in praxi Curiæ Romanæ. lib.* 6. *tit.* 1. vbi, quod
contraria opinio seruatur in curia, quæ præiudicet; ideo adinuen-
ta est cautela, quod fit productio per cõpulsum, & prima opinio
potest procedere in 4. vel 5. casibus, vt per Feli. *d. c. cum venerabilis,*
137 & Rip. *d. c. cum M. Ferrar.* in locis supradictis. † Declara; quia si is,
contra quem fit productio, tacuit, valet protestatio, alias secus.
Decia. *conſ.* 70. *n.* 18 *lib.* 3. & hoc dicit sine dubio. Crau. *conſ.* 201 *n.* 5.
quia nõ releuat protestatio, nisi pars, contra quam fit productio,
* taceat, & acquiescat protestationi, & * communem dicit *conſ.* 382.
138 *n.* 2. Vrsill. *in addit. ad deciſ.* 29. *Afflict. in fi.* † Declara; quia si scriptura
faciebat fidem contra producentem ante productionem non re-
139 leuat, protestatio, alias secus. Alex. *d. l.* 1. C. *vt quæ deſunt aduoc.* † Decla-
ra; quia si instrumentum productum est confectum cum produ-
cente, tunc non releuat protestatio. *Pedemon deciſ.* 39. *n.* 26. *& n.* 33.
Fel. *in c. cum venerabilis, n.* 2. *de except.* Sim. de Præt *conſ.* 195. *n.* 18. secus
* si cum alio. Rot. *in nou. deciſ.* 3. *de fid. inſtrum.* & hanc * comm. dicit
Alex. *conſ.* 124 *n.* 6. *lib.* 7. Feli. *in d. c. cum venerabilis, n.* 23. *de except. ver.*
140 *primus casus.* † Contrarium veriorem dicit Cacher. *d. deci. Pedem.* 36.
141 *n.* 26. *&* 27. vbi dicit hanc veriorem, & citat plures. † Declara; quia
si protestationi nõ fuit contradictum, releuat. Rim. Iun. *conſ.* 421.
n. 27. vbi citat plures, & facit *deciſ. Put.* 119. *lib.* 2. quia quando ni-
hil fuit oppositum in termino, nõ potest opponi post terminum.
Deci. *in c. cum venerabilis, n.* 101. *ver. dicatis breuiter, de except.* Crauett.
de antiq. temp. § ſi vero, n. 73. *fol.* 64. vbi admittit, si pars, cõtra quam
fit productio, consentit, & dicitur consentire, si tacuit, & nõ con-
tradixit, vt *in ver. quæritur etiam, n.* 25. *&* 29. *fol.* 72. & hanc partem,
quando non fuit contradictum, plene Paris. *conſ.* 125. *num.* 22. *lib.* 1.
deciſ. Pedem. 29. *n.* 7. communem * dicit *deciſ. Peruſin.* 19. *num.* 29. *&* *
quando in productione non fuit contradictum non potest am-
plius contradici. Put. *deciſ.* 119. *libr.* 2. † Et quod protestatio non
tollat effectum resultantem ex productione, verior opinio est,
quia protestatio cum sit declaratoria mẽtis, nõ releuat in iis, quæ
non pendent à mera voluntate declarantis. *Pedem. deciſ.* 39. *n.* 27.
Dec. in *l. fi. C de eden. in fin.* † Et procedit, etiam si pars non contra-
dixit, & sic contra declarationem proximam. Paris. *in c. cum ve-*
rabilis, n. 59. *de except.* † Declara; quia protestatio in capitulis contra-
xis nihil releuat, secus in separatis *d. Pedem. deciſ.* 39. *n.* 28. *& ſeq. Feli.*
dict. c. cum venerabilis, nu. 22. *de except.* Sim. de Præt. *conſ.* 195. *num.* 18.
† Quid respectu rei, contra quem est facta productio? an ipse pos-
sit pro se repetere instrumentum in parte, & partibus. Crau. *de an-*
tiq. temp. § viſo de verbis. n. 72. *& ſeq. fol.* 63. tenet, quod sic, quando
sunt capitula separata, allegat Guid. Pap. *deciſ.* 503. † Limita, quã-
do productio est nulla, vel parte non citata, vel absente. Ale. *conſ.*
8. *vol.* 3. Marſ. *ſing.* 81. incip. *Aduertas.* Gram. *conſ. ciuil.* 137. *in pr.*
Ceph. *conſ.* 562. *lib.* 4. Celsus Vgo *conſ.* 46. *n.* 5. † Limita, quia pro-
ducens copiam scripturæ non authenticam, & non probantem,
non videtur fateri contenta in ea, nisi quatenus probet, & in
forma probanti authentica. Ale. *conſ.* 108 *Viſo proceſſu. n.* 4. *in fi. ver.*
nec obſtat, lib. 5. *cum ſeq.* vbi apost. in *ver. producit*, citat Alex. *conſ.* 146.
ad fi. lib. 2. & alios. † Extende, maxime, quando talis scriptura erat
solemnis est super facto alieno. Alex. *conſ.* 107. *n.* 6. *ver. item quando,*
lib. 5. † Limita in capitulis; quia producens capitula non videtur
confiteri, quæ in eis continentur. Alex *conſ.* 80. *Examinate proceſſa,*
n. 10. *lib* 2. † Limita, quando productio esset nulla, puta iudice non
sedente, vel die non iuridica. Alex. *conſ.* 30. *Ex allegatis, n.* 2. *& ſeq.*
lib. 7. † Limita, quando fieret coram iudice incompetenti, quia
neque nocet, vt extrajudicialis confessio. Alex. *d. conſ.* 30. *n.* 3. *ver.*
corroboratur, lib. 7. † Limita; quia sola productio articulorum non
induxit confessionem contentorum in eis. Ale. *conſ.* 80. *Examina-*
to, n. 10. *ver. præterea, lib.* 2. † Limita; quia non potest quis ex scri-
pura producta, vel cõfessione resultante pars, quæ non acceptat,
ideo requiritur acceptatio. Ceph. *conſ.* 562. *n.* 5. vbi, quod debet
acceptari cum omnibus suis qualitatibus allegat Got. *conſ.* 1. *n.* 15.
qui hoc dicit, & Curt. Iun. *conſ.* 147. *n.* 7. Surd. *conſ.* 151. *n.* 94. *lib.* 2.
† Restringe in Ecclesia. Abb. *c. nouit, n.* 28. *de iud.* vbi, quod potest
inducere legem ciuilem pro se, & illa etiam respuere quoad id
ud. † Limita; quia producens scripturam priuatam tertii potest fa-
cere, quod non probat, non obstante productione. Rimin. Iun.
conſ. 213. *n.* 5. *& ſeq.* vbi multos allegat, vbi ponit multas limita-
nes, quas vide, videlicet, si sententia fuit contraria. † Extende quia
idem est in instrumento producto; quia si esset nullũ, vel nõ pro-
baret, ex productione non sumit robur, vt probet, nisi eodem-
do, & eo ipso, quod constat esse nullum, vel non probare, contra
de errore producentis, & non probat, ita Alex. *d. conſ.* 124. *n.* 5. *ver.*
nec obſtat, lib. 7. † Extende; quia producens instrumentum in certis
partibus, si pars aduersa illud re, pduc it quoad alia cõtenta, & ita
constat, quod sit instrumentũ rogatum, non propterea probatur,
& si pars, quæ primo produxit, velit probare, ipse, qui contra-
non erat Notarius, neq; matriculatus, auditur. Ang. Aret. *conſ.* 3.
Iuſtiſſime domine, in fi. vbi, quod fuit hoc discussum, & ventilatum.
† Limita; quia productio instrumenti non nocet, qñ contradictum
tacitam professionem fuit pronunciatum. Rimi. Iun. *d. conſ.* 213.
17. *& ſeq.* Crau. *de antiq. tempo. § viſo de verbis, n.* 57. *fol.* 60. † Limi-
in actu reuocato, qui potuit reuocari; quia nõ nocet producenti
Rimi. Iun. *conſ.* 18. *nu.* 175. *ver. tertia succedit.* allegat dec. Capol.
lam. *deciſ* 395 quẽ sequitur Rota moder. vt per Caputq. *dec.* 395.
Confeſſio facta per productionẽ, li. 1. *impreſſ.* & sequitur Gram. *deciſ.* 1.
n. 85. † Limita; quando fuit iudicatum contra scripturam pro-
ctam; quia non nocet confessio. Rimin. Iun. *conſ.* 213. *nu.* 17. *&*
† Limita, quando sumus in alio iudicio. Rimi. *d. conſ.* 213. *nu.* 20. *&*
ſeq. † Limita, quando quis producit instrumentũ, vtilius multo
obtineat declarari, quia tunc non censetur approbare. Crau. *an-*
175. *n.* 6. *& ſeq.* vbi probat viua ratione; quia appellans qui tenet
producere acta primæ instantia, & sententiam, quã impugnat, n
censetur tamen approbare. Rim. Iun. *conſ.* 18. *n.* 184. † Limita, quã
non fatetur, nisi ea, in quibus fundetur intentio sua. Ceph. *cons.*
263. *nu.* 21. *ver. tertio reſpondetur, & conſ.* 369. *nu.* 137. ex meme. de
qui hoc firmat *conſ.* 244. *num.* 11. *in fine. verſic. præterea in libello.* † Li-
mita, nisi producens renũciauerit productioni re integra. Ia. Ale.
§ *editiones, ad ſi. ff. de edendo.* † Extende idem, nisi renouiset ante
quam pars aduersa acceptauerit talẽ confessionẽ. Surd. *cons.* 151. *n.*
94. *& 95. lib.* 2. † Limita in instrumento falso producto, quando
censetur fateri producens, qui credidit verum. Crau. *cons.* 82. *n.* 3.
sequitur Becc. *cons.* 102. *n.* 22. Rota in *nouiſſi. par.* 2. *deciſ.* 197. *num.*

vbi de *communi, vbi, quod talis confessio tacita ex productione ita inhæret instrumento, vt si instrumentum non probet, neq; 167 confessio. † Extende; quia si instrumentum productum non probat, neq; confessio resultans ex eo probare debet propter productionem, quia ita inhæret instrumento, vt non separetur. Rot. in *nouiss. dec. 159. in pr. in 2. par.* *vbi dicit communem. † Declara; quia semper, quod producitur scriptura super facto alieno, dicitur per 168 errorem, secus si super facto proprio. Cantuc. *dec. 159. par. 2. in no-* 169 *uiss. per tot.* † Declara; quia habens intentionem fundatam ex instrumento, si producat scripturam contrariam continentem factum alienum, dicitur produxisse per errorē: Cantuc. *d. decis. 159.* 170 *in fin. part.* vbi, quod onus probandi incumbit asserenti contrarium. † Vide Socin. qui ponit hanc conclusionem in Reg. 12. *Instrumentum si per aliquem producatur*, vbi limitat duobus modis: Primo, si instrumentum productum habet capitula separata: Secundo, quando est præsumptio contra, quæ non videtur applicari posse huic regulæ, sed confessioni, vide eum.

Producens, qui cōfitetur contenta in productis vera, an possit reuocare talē confessionem. Concl. 873.

1 CONFESSIO † oritur ex productione iurium contra producentem, conclusione proxime præcedente. † Amplia; quia 2 ista tacita confessio, quæ fit per productionem, non potest reuocari, Crau. *cons. 201. n. 6. ver. & ista confessio*, allegat Anch. *cons. 223. Ad euidentiam, n. 3. ver. item quia*, & hanc tenent Innoc. in *c. cumolim, de confess.* Spec. Io. And. Ant. de Butr. Abb. Im. Fel. & alii citati *dec. Pedem. 39. in fi.* Decia. *cons. 20. nu. 9. lib. 2.* Rom. *cons. 433. col. fi. ver. quoad vltimum*, sequitur Crau. *cons. 80 nu. 6.* vbi reddit rationem; quia instrumentum productum est de actis, & non potest tolli voluntate vnius, & quia est commune, acquisitū est ius parti, contra quam est productum, & idem dicit Crau. *cons. 201. col. 2. in fi. ver. & ista cōfessio.* Feli. in *ca. imputare, ver. septima & vltima, col. 1. de fid. instr.* Gabr. *cons. 40. in fin. lib. 1.* plures citat Vestr. in *praxi tit. de productio. iur. ver.* 3 *amplius, lib. 6.* † Contrarium, quod imo ista confessio tacita resultans ex productione re integra, antequā sit à parte acceptata, possit reuocari, per plura tenet Surd. *cons. 151. n. 94. & seq. ver. secundo respondeo*, vbi allegat Bar. Bald. Ang. Im. Aret. Soc. Dec. Curt. Iun. & alios, Nat. *cōs. 501. n. 19.* latissime Crau. *de antiq. temp. §. viso de verbu, n. 63. 64. & seq.* vbi pro vtraq; allegat, & hanc tuetur respondendo ad contraria *fol. 62.* quando constat de errore, vt quia constat de alio instrumento contrario, allegat Felin. in *d. c. imputari. ver. est verum, n. 7. de fid. instr.* & regulariter omnis confessio quantumcunq; * deliberata potest reuocari secundum communem, & *magis cō- 4 munem, de qua Gabr. *concl. 5. de confess. in fi. & concluſ. seq.* † Declara, quicquid sit de iure, de stylo curiæ confessio, quæ oritur ex productione articulorum etiam cum iuramento in causa beneficiali, seu matrimoniali, item procurator semper potest reuocare, etiā non docto de errore, in causa vero profana reuocat etiam nō docto de errore, qñ non sunt dati medio iuramēto, & ratio est; quia in facto alieno procurator potest variare; quia nō bene informatus, vt est *dec. 19. de procur. in nou.* si vero procurator fatetur articulos, vel positiones partis aduersæ in profanis domino sciente, & patiente ad requisitionem iudicis, tunc procurator non reuocat; sed dominus docto de errore: Rot. in *antiq. dec. 2. de confess.* & hoc in eadem instantia, in alia vero instantia bene dominus reuoca- 5 re potest. † Si vero procurator producat instrumentum, ex quo resultat confessio procuratoris circa præiudicialia contenta in instrumento, quando factum alienum continet, pariter dominus potest reuocare, etiam non docto de errore, ita Rot. in *nouissimus* 6 *dec. 613. in fi. par. 1.* † Generaliter Rota tenet, quod omnis confessio erronea, vt qa in facto alieno consistit, facta in iudicio pōt quandocunq; reuocari non docto de errore secundum stylum Palatii vsq; ad sententiam, & in quacunque instantia, & post rem iudicatam datur restitutio aduersus confessionem, ita Ægid. Bella. *decis. 693. Erronea confessio*, sequitur Pap. *dec. 16. de rescrip. in no. in fi.* & idem 7 tenet Rota moder. *decis. 159.* † Declara; quia de iure communi reuocatur confessio erronea, si doceatur rē aliter se habere. Olasch. 8 *dec. Pedem. in fi. 39.* † Declarat Vestr. *d. prax. tit. de prod. lib. 6. ver. tu autem intelligas, mihi n. 19 & seq.* dummodo non directe, sed per indi- 9 rectum, & aliis modis, vt ibi. † Declara, quia potest reuocari confessio tacita ex instrumento producto, quando instrumentum non probat de se, vt quia est vel falsum, vel nullum, & de se non est efficax. Ægid. Bell. *dec. 395. Id quod*, sequitur Gram. *dec. 103. n. 85.* Rim. Iun. *cons. 18. nu. 175.* & ita tenet Rot. moderna, vt per Caputaq. *lib. 1. impress. decis. 199. Confessio facta per productionem.* † Declara; 10 quia non potest reuocari, quando fuit acceptata; quia transit in contractum. Rom. *cons. 433. circ. fi.* vbi, quod eo casu non potest ab vna parte reuocari, & ibi apost. in *ver. non potest.* Olasch. *d. dec. 39. circa fi.* † Cōtrarium, etiam si fuit acceptata, quod possit reuocari. Soc. 11 Iun. *cons. 180. num. 83. lib. 2.* secus ante acceptationem, vide supra contrarium, *num. 10.* † Declara, quia in continenti reuocatur non 12 probato errore, antequam fuerit acceptata, sed tamen reuocatur probato errore quandocunq;. Gabr. *tit. de confess. concl. 6 n. 8. & seq.* vbi in fin. quod in continenti dicitur intra tres dies, & hanc communem, & magis *communem Gabr. *concl. 5. in fi. de confess.* & communem, & *magis communem Mascard. *concl. 368. in fi.* † Declara; 13 quia sicuti expressa confessio reuocatur probato errore, ita etiam tacita, & quando in facto alieno. Crau. *cons. 391. n. 2.* & plenius in *tract. de antiq. temp. §. Viso de verbis, nu. 58.* vbi plures allegat, maxime Socin. *cons. 97. n. 11. & seq. lib. 4.* † Et dicitur probatus error eo ipso, 14 quod instrumentum inter alios non est solemne, vel nullum, aut non probat. Alex. *cons. 124. n. 5. lib. 7.* Vide, *Confessio per errorem quando possit reuocari, vel non. Concl. 649.*

Productis contra se non opponens censetur producta approbare. Concl. 874.

PRODVCTO † instrumento, vel alia scriptura cōtra aliquem, 1 si ille, contra quem producitur, nihil opponit, censetur approbare. Alex. *cons. 185. In causa, & lite, in fi. lib. 6.* sequitur Crau. *cons. 596. in pr.* vbi dat concord. Vide plenius, *Exceptio competens non opposita præiudicat in multis. Concl. 398.*

Producta in iudicio quando communia effecta dicantur. Concl. 875.

SENTENTIA † producta in iudicio, & dicta testium effecta 1 dicuntur communia; ideo vtraq; pars potest altera inuita vti. Bal. *cons. 119. Statuto cauetur, n. 3. ver. ite cum sententia, lib. 2.* Anch. *cōs. 208. Iudex de iure, nu. 19. ver. ex prædictis omnibus.* † Amplia; quia pro- 2 ductio scripturæ in iudicio facta, vel corā arbitro operatur, quod tam productio, quam scripturu producta efficitur cōmunis, & in potestate iudicis; ideo nō potest vna pars comburere scripturam etiam priuatam, & quæ alias impune potuisset comburi ante productionem, quia per productionem est effecta communis, & cōburens potest pœna falsi puniri. Bal. *cons. 323. Punctus vtrum vigore, circa med. lib. 4. ver. vnde ex tali scriptura.* † Amplia in instrumento; 3 quia si producitur per vtiam partem, ita efficitur communis, vt vtraq; pars possit illud allegare ad probationem, quia licet non sit productū, non probaret, tamen productio hoc operatur. Bal. *cōs. 405. Punctus quæstionis talis in fi. lib. 4.* † Extende tam in iuribus, & in- 4 strumētis, quam etiam in testibus productis; quia efficiūtur communia, & probant pro vtraq;, & vna pars non potest auferre in pīudiciū alterius Rom. *cons. 433. Quoad primum, n. 10. & seq. ver. quoad vltimū*, vbi apost. in *ver. auferri.* † Amplia; quia quælibet positio in 5 iudicio facta efficitur ita communis, vt licet quis nō possit vti positione à se negata, bene vtitur, si ex aduerso est probata; quia pbatio est communis. Anch. *cons. 208. nu. 19.* † Amplia; quia rescriptum delegationis causæ obtentum ab vna parte contra aliam super lite vel negocio efficitur commune vtriq; parti, quādo fuit productum citata parte. Rom. *consil. 343 Ex proposito, n. 13. ver. quoad tertium*, vbi apost. in *ver. citationem.* dat concor. † Amplia; quia is, q 7 semel produxit instrumentum citata parte, tenetur illud exhibere, & potest compelli, si facit ad causam; quia effectum est commune. Ang. Aret. *cons. 99. Videndum censeo. n. 15. ver. quoad illud*, vbi, quod arbiter potest facere illud exhibere inter eosdem partes. Vide, *Acta iudicialia quando sint communia. Concl. 93.*

Producens falsum instrumētum quando puniatur, vel non. Concl. 876.

PRODVCENS † instrumentum, vel testes, qui arguuntur de fal- 1 so, si renunciat vsui talis instrumēti, euitat pœnam falsi. *l. si falsos. C. de fals.* Bal. in *l. si aduersarius. C. de fid. instr. in prin.* Anch. *cons. 173. Circa primum, n. 3.* † Extende; quia potest renunciare quādocunq; 2 ante sententiā, vt euitet pœnam; quia non punitur, nisi per seneret in vtendo vsq; ad sententiam. Alex. *cons. 108. Viso processu, n. 7. ver. plus dico, lib. 6.* † Et intelligas vsq; ad sententiam, quæ faciat rem iu- 3 dicatā, & ideo lata sententia in prima instantia si renūciat in causa appellationis excusatur, prout in mora, quando potest purgari vsq; ad sententiam, purgatur etiam in causa appellationis. Alex. *d. cons. 108. nu. 7. vers. & sicut potuisset, cum seq. lib. 6.* † Amplia, vt procedat, etiam si renunciet vsui instrumentorum, vel testium, qui arguuntur de falso cū protestatione, q nō intendit vti, nisi in quantū vetū dicant, vel contineāt. Bal. *d. l. si aduersarius. in fi. C. de fid. instr.* vbi, q cauti aduocati hoc faciunt, & dicit hoc esse meū tenēdum. 4 † Amplia; qa etiā postq declarauit velle vti, potest renūciare velle 5 vti. Anch.

vti. Anch. *d. cons.* 173. *Circa primum, n.* 3. quod procedit in eo, qui vti-
6 tur solum, secus in fabricante, vt declarat *nu.* 8. † Declara tamen, quia si ambæ partes tam actor, quam reus producerent falsa instrumenta, vel falsos testes ad perdendam causam, vel pænam incurrendam, primo debet discuti exceptio primo opposita de falso, nec per replicationem falsi aduersus excipientem de falso tollitur cognitio falsitatis primo oppositæ, & in dubio, & pari causa
7 melior est conditio rei. Alex. *cons.* 108. *Viso processu, in fi. lib.* 6. † Limita, nisi producens fecisset fabricare instrumentum falsum, vel testes subornasset; quia renunciando vtui non euitaret pænam. Bal. in *d. l. si aduersarius, in fin. ver. vltimo quæro. C. de fid. instrum.* Anchar. *d.*
8 *cons.* 173. *nu.* 8. † Extende etiam, quando præsumptio esset, quod ipse fabricauerit, quia tunc non desistit post productionem, sed
9 potest condemnari. Anchar. *d. cons.* 173. *n.* 8. † Limita; quia producens instrumentum falsum præsumitur illud fabricasse, nisi ostendat authorem. Ias. *cons.* 168. *vol.* 2. *lib.* 4. Vide, *Falsi pœna pro quibus de-*
10 *lictis imponenda. Concl.* 51. † Declara; quia vtens falso instrumento, si est principalis præsumitur habere scientiam, si procurator, secus, ideo principalis punitur, quia in facto proprio procurator secus, quia de facto alieno. Castr. *cons.* 203. *in fin. lib.* 2. Vide Conch. prox. seq. Vide, *Interrogatoria ad effectum arguendi de falso. Concl.* 320.

Producens testes, qui dicuntur falsi, qualiter declaret, an eis vti velit, & quid operetur declaratio. Concl. 877.

1 PRODVCENS † testes, qui arguantur de falso, si citatur ad declarandum, an eis vti velit, si declarat, quod non intendit vti, nisi in quantum verum dicant, non tenetur de falso. Bald. in *l. si aduersarius. C. de fid. instrum. in fi.* vbi, quod cauti aduocati hoc faciunt, & quod est menti tenendum, † Contrarium tenet Bart. in
2 *l. dies. ff. ad l. Corn. de falsis, la seconda.* Bero *cons.* 22. *in fi. li.* 3. & pro hac parte Bald. *cons.* 96. *Decreto cauetur, in pr. lib.* 1. plene Clar. in § *falsum,*
* *n.* 25. *ver. & quia* vbi dicit *communem, qui debet respondere sine conditione, sed pure, siue sit factum proprium, siue alienum; siue*
3 *de recenti, siue de antiquo.* † Declara, quia non sunt contrarii Bart. & Bald. nam procedit Bald. doctrina, quando pars non opponit, quod specifice respondeat ideo si nihil opponitur, protestatio conditionalis est bona, secus, si opponatur; quia tunc bene tenetur specifice declarare, & simpliciter, plene Fulgos. *cons.* 177. *Publicato processu, per tot.* vbi, quod iudex debet terminum assignare ad deliberate respondendum. † Extende, quod dicitur de testibus, sic etiam in instrumentis productis. Bar. in *d. l. diuus, la seconda. ff. de falsi.* Clar. *d.* § *falsum, nu.* 20. *iuncto nu.* 24. vbi ponit de vtente
5 testibus, & instrumentis. † Et hæc interrogatio est adiuncta ex necessitate, quia vtens teste, vel instrumento falso, ita demum punitur de falso, si scienter hoc faciat, secus si ignoranter, & quia scientia difficulter probatur, idcirco fuit adinuenta hæc interrogatio. Clar. in *d.* § *falsum. n.* 20. *vers. vtens,* & clarius *n.* 25. *vers. & quia.*
6 † Amplia; quia producens testes, si interrogatur, vt respondeat, an velit vti, quia interrogans vult arguere de falso, & respondeat velle vti in partibus fauorabilibus, habetur pro non responso, quia est obscura responsio. Bald. *cons.* 96. *Decreto cauetur, in pr. lib.* 4.
7 † Vide tamen Castr. *cons.* 205. *Quantum ad primum, in fi. lib.* 2. vbi a-
8 post. citat Corn. *cons.* 233. *n.* 4. *lib.* 2. quod potest dicere, nolo vti aliqua falsitate, & relenatur. † Terminum tamen debet dare iudex respondere debenti ad clare, & pure respondendum, in quo possit deliberare. Fulg. *cons.* 177. *Publicato processu, per tot.* Bart. in *l.*
9 *diuus, la seconda. ff. de falsis.* † Et quando factum est de antiquo alieno, longior dilatio dari debet, quam si de recenti, & in proprio facto licet semper debeat respondere pure, & simpliciter. Clar. *d.* §.
10 *falsum, nu.* 25. † Adde tamen, quod licet vtens falso instrumento, vel falso teste possit interrogari, vt supra, à parte, contra quam vtitur, non tamen potest interrogari à iudice ex officio procedente, ita Rim. *cons.* 569. *nu.* 5. quod dictum notandum dicit Clar. in *d.*
11 § *falsum, n.* 20. *in fin.* † Operatur autem hæc responsio; quia si dicat velle vti, & sint falsi, puniri potest de falso, per Bart. in *d. l. diuus, la*
12 *seconda. ff. de falsi.* † E conuerso si dixerit nolle vti, non potest puniri de falso; quia error præsumitur. Bart. in *d. l. diuus. la seconda. ff. de fal-*
13 *sis.* † Declara tamen; quia quod dicitur eum non puniri, intelligitur, nisi ipse procurasset falsitatem; quia semper punitur, etiam
14 si diceret nolle vti. Bart. *d. l. diuus, la seconda. ff. de falsi.* † Limita, quia quando extat decretum, vel statutum, quod debeat respondere producens testes, an eis vti velit, alias habeatur pro negante, si respondit velle vti in illis passibus, in quibus faciunt pro se, responsio tanquam incerta non valet, & habetur pro non respondente, quia non potest diuidi responsio, vt in parte acceptetur, in parte non, propter iuramentum testis indiuiduum. Bal. *cons.* 96. *De creto cauetur, in pr. inc. lib.* 1. Vide Conclusionem prox. præced. Vide *Falsitas circa testes quot modis committatur. Concl.* 58. *nu.* 12. *& seq.* Vide *Interrogatoria ad effectum arguendi. Concl.* 320. Vide Ant. Gab. *lib. de crimin. concl.* 7. *Instrumentum, vel scripturam producens.*

Producta iura quando producenti restituenda, vel non. Concl. 878.

IVRA † producta in iudicio in aliqua causa, quando sunt generalia, & inseruire possunt in alia causa, sunt restituenda producenti, Guid. Pap. *dec.* 471. *in fi.* vbi, quod retenta copia quæcunque iura producta de stylo illius curiæ mandantur restitui. † Extende; quia imo tempore productionis sufficit, quod iudex, & pars viderit, quia producens illa secum reportat, quia non est necesse, quod dimittantur, & relaxantur in actis. Gem. *cons.* 98. *Istis videtur, nu.* 1. Vide, supra, *Productio iurium multiplex, & qualiter facienda in iudicio. Concl.* 871. *n.* 15. † Limita, quando sunt iura specialia ad illam causam, prout procura, cura, & similia; quia non restituuntur. Guido Pap. *d. decis.* 471. *in fin.*

Professio religionis multiplex, alia in genere simpliciter, alia in genere subalterno, alia in specie. Concl. 879.

PROFESSIO † generaliter facta religioni obligat profitentem religionem in genere, & eius bona generaliter religioni acquiruntur & distribuuntur per Episcopum. Cald. *cons.* 408. *circa pr. ver. professi in genere.* alias 23. *de reg.* † Dicitur quis professus in genere, qui per seipsum votum solemne emisit, vel in manibus Episcopi, seu alterius se Deo vouerunt religionem seruaturos quoad tria substantialia regulæ. Cald. *cons.* 408. *ver. professis in genere, ante medias* 23. *de reg.* † Item is, cui est legata libertas, si monachus efficitur, quia acceptando legatum obligatur religioni in genere, *ff. de cond. appos.* Cald. *d. cons.* 408. alias 23. *de reg.* † Item is, quinta annum probationis emisit professionem in ordinibus Minorum, vel Prædicatorum. Cald. *d. cons.* 408, alias 23, *de regul. ver professus genere, & cons.* 411. alias 26. *eod. tit. in pr.* † Professio in genere subalterno est, quando quis professus religionem certi ordinis, sed nō certi monasterii, vt si fiat professio in manibus Generalis ordinis, vel etiam alterius recipientis nomine Generalis, quia tunc toti ordini est facta professio, & toti ordini acquiruntur bona aliter professi. Cald. *d. cons.* 408. *circa med. ver. & alii sunt professi.* alias 23. *de reg.* † Professio specialis, & indiuidua certæ regulæ in certo monasterio facta dicitur, & taliter professi bona spectant ad monasterium. Calder. *d. cons.* 408. *ver. alii sunt, qui profitentur.* alias 23. *de reg.* † Amplia; quia alia est expressa, alia tacita, vt in Conclusione proxime seq.

Professio expressa, & tacita quæ sit, à quibus possit fieri, & qualiter emittatur expressa. Concl. 880.

PROFESSIO † duplex, alia expressa, alia tacita. Cardin. *cons.* 21. *Quidam Laurentius, in pr.* Vide, *Professio religiosus multiplex. Concl. præced.* † Expressa requirit formalitatem verborum, per quam effectu profitens promittit castitatem, morum conuersionem, & obedientiam, ac etiam abdicationē cuiuslibet proprietatis. Cald. *d. cons.* 21. *in pr.* † Tacita est, quæ surgit ex coniecturis, & qualiter emittatur. Card. *d. cons.* 21. *in pr.* Vide Conclus. proxime seq. † Professio regulariter emitti potest quandocunq; per eum, qui habet 14. annos completos. *c. 1. de reg. lib.* 1. Lap. *alleg.* 47. *in pr. n.* vbi, quod etiam facta ante 14. annum potest rata haberi in ætate legitima, & dummodo quis habeat ætatem legitimam, potest illam facere quandocunq; intra annum. *c. constitutionē. § inalio autem, de reg. lib.* 6. † Declara tamen; quia etiam si non habet 14. annos, dummodo sit doli capax, potest profiteri secundum Vgo. quē refert Cald. *cons.* 390. *in pr.* alias 5. *de regul.* † Qualiter emittatur, & quæ requirantur dicas. † Primo in manibus superioris habētis facultatem illi recipiendi est emittenda professio, adeo, q̄ emissa in manib⁹ talis superiori, vel excommunicati, vel non habentis facultatem recipiendi, nō obliget. Lap. *alleg.* 47. *in* 2. *dubio. n.* 5. *ver. item intelligitur, & lamas alleg.* 4. *ver. secundum dubium circa fin. & alleg.* 87. *in causa. & quæstione. n.* 3. *ver. item ex quo.* Cald. *cons.* 390. alias 5. *de reg. in pr. ver. maxime quia ponitur*, qui loquitur de professione emissa in manibus non habentis facultatem recipiendi, vt non valeat, & idem *cons.* 411. *circa pr. ver. item facit*, alias 26. *eod. tit.* vbi, quod non dimittit matrimonium postea contractum, & idem tenet Card. *cons.* 106. *n.* 6. † Et deuere. quiritur consensus Monachorum, & quod fiat super altare, vel quod recipiatur ab eo, qui potest recipere, alias non tenet Card. *d. cons.* 106. *A mulier, in pr.* † Declara tamē; quia vacante monasterio non potest conuentus simul recipere ad professionē, quando ibi

Abbati hoc competit. Card. *d. cons. 106. n. 2.* allegat *c. fi. de reg. lib. 6.*
10 †Extende; quia si alicui cõmittitur facultas recipiẽdi aliquem ad
11 professionẽ sub certa conditione, illa nõ seruata, nõ valet profes-
sio. Card. Zab. *d. cons. 106 per tot.* † Declara tamen, quod non valet talis professio facta in manibus non habẽtis facultatem recipendi, donec fuerit ratificata per superiorẽ, & sic potest rata haberi, licet non valeat Lap. *d. alleg. 87. n. 3. ver. item ex quo*, & Cald. *cons. 411 circa pr. ver. item facit*, alias 29. *de reg.* vbi quod ante ratificationem valet
12 matrimonium interim contractum. † Restringe, vt nõ procedat, quando ab initio fuit nulla, non solũ quia emissa in manibus non habentis facultatem recipiendi eum, sed ẽt quia emittens professionẽ erat minor 10. annorum, & non doli capax; quia si dimisit quandoque habitum, quandoque retinuit, ẽt si maior factus non
13 sufficit ratificatio. Cald. *cons. 390.* alias *5. de reg.* † Secundo requiritur ad professionem emittendam ad effectũ, vt bona transeant in Monasterium, quod profitens renuncíet propriis, & offerat bona monasterio. *Clem. consuluit, qui clerici, vel vouent.* Lap. *alleg. 130. F*
14 *super quo, n. 2. ver. redeo igitur.* † Declara in monasteriis, in quibus ingressi nõ vruntur propriis bonis, quia eo ipso, quod quis habitum assumit, & obedientiã assumit, bona sua dedicasse videt. Lap. *alleg. 130. n. 9.* vbi, quod secus est, si quis transeat ad secularem, vel talem ordinẽ, in qua propriis quis vtatur, & *numeris seq.* vbi ponit alias declarationes, idem Lap. *d. alleg. 130. n. 17. ver. praterea si quis, & n.*
15 *23. in fi. ver. ad contraria.* † Tertio, quia debet professionẽ emittens renunciare seculo, & pompis eius, & non sufficit, q offerat se, & bona sua, & promittat obedientiam Abbati, & suis successoribus, quia hęc est conuersio, non professio, & minor est conuersio, quã
16 monachatus. Lap. *d. alleg. 130. n. 3. ver. itẽ ista mulier.* † Declara, vt in 6. 7. & 8. modis de quib⁹ infra; quia tũc professio emissa censetur, non conuersio, si interueniant alia, quã sola oblatio & promissio
17 obedietię. Lap. *d. alleg. 130. in fi. n. 26. ver. ad secundũ.* † Quarto requiritur ad professionem non sola obedientia, quæ cõuenit ẽt seculanibus, sed ẽt castitas, & renunciatio propri, & seculi simul. Lap.
18 *d. alleg. 130. n. 4. ver. item promissio.* † Declara, nisi obedięntia promittatur monachalis, & regularis in manib⁹ superioris, quia ex ea veniunt substãtialia professionis. Lap. *d. all. 130. n. 10. & 11.* Inn. & Io. Andr. in *c. porrectum, de reg.* & idem Lap. eadem *alleg. 130. n. 17. vers.*
19 *praterea si quis, & n. 26. ver. ad tertiũ.* † Quinto debet professio fieri in scriptis. *c. omnes fœminæ. 27 q. 1.* Lap. *d. alleg. 130. n. 5. ver. item formam.*
20 Cald. *cons. 391. ver. & hoc maxime*, alias *6. de reg.* † Contrarium; quia
21 *130. n. 26. in fi.* †Sexto; quia, p fessio emittitur per multa alia verba
22 diuersa, de quib⁹ Lap. *d. all. 130. n. 7. v. in contrariũ. & n. 8.* †Septimo professio, quæ nihil aliud est, quã religionis solẽnis promissio, emittitur per solam dedicationem in monachũ, & fratrẽ in manib⁹ superioris; quia ex tali promissione veniũt substantialia profes-
23 sionis. Lap. *d. alle. 130. n. 10. ver. archidiaconus dicit.* † Contrariũ, quod sola receptio in monialẽ nõ inducat professionis emissionem, nisi tria substantialia emittantur. Bald. *cons. 206. Proponitur quod, lib. 4.*
24 †Octauo professio dicitur emissa, si est seruata forma data, & quę est in vsu religionis approbatę, quia illa sufficit ad professionem.
25 Lap. *d. all. 130. n. 11. vers. item regula.* † Nono tacita professio facilior est, & ex multis emittitur, de quibus per Lap. *alle. 130. n. 12. & mul-*
26 *tũ seq.* † Decimo in professione præsumpta, quia sufficit, si interuenerunt solemnitates debitæ. Lap. *d. all. 130. n. 16. ver. item solemnitates.* † Vndecimo requiritur, quod habitus suscipiatur in Eccle-
27 sia, & cum solita solemnitate, alias non præsumitur animo profitendi. Cald. *cons. 390. circa pr. ver. item ponitur, quod impositio*, alias 5.
28 *de regul.* † Duodecimo requiritur, quod professio fiat in religione approbata, alias non obligat, etiã si profitens credidit religionem esse approbatam. Cald. *cons. 411 circa pr. ver. ad idem, quia not. gl.* alias
29 *26. de reg.* † Limita in religione Mendicãtium; quia ipsi antequam steterint per annum in religione, non possunt profiteri etiam expresse. *c. non solum, iuncto c. constitutionem, de reg. li. 6.* Lap. *alleg. 4. n. 4.* vbi, quo recipientes professionem in ordine Mendicantium ante annum sunt suspensi ipso iure, & latius *alleg. 47. col. 2. ver. in contrarium, n. 2. & 3.* vbi ponit rationem, quare annus iste sit cõcessus.
30 † Declara hanc limitationem in tantum procedere, vt nec possit ratificari post annum professio facta in regula Mendicantiũ intra annum. Lap. *alleg. 4. An dispositio, nu. 4. ver. secundum dubium*, vbi dat cautelam, quod purgetur prius vitiũ, & inhabilitas superiorum,
31 vel quod ingrediatur aliã religionem. † Restringe limitationem, vt nõ procedat in fratribus Seruorum; quia possunt habere bona in communi, & ante annum valet professio. Cal. *cons. 400.* alias 15.
32 *dere.* † Declara, quod iste annus datus ante professionem Mendicantiũ debet esse continuus, & completus, & non intermediatus. Lap. *d. alle. 47. p tot. ver. in contrarium, col. 2.* vbi multas rationes adducit. † Contrarium tenuit Bart. Brixien. in sua *q. venerabili*, quæ incipit, *Quidam intrauit monasterium*, quem alleg. Lap. *d. allega. 47.* vbi *n. 3.* Lap. dicit procedere, quando primo steterisset per annum integrum in monasterio, postea ante professionem exiuisset, & reuersus postea professionẽ fecisset; quia satis est, quod per annum continuum steterit in monasterio Mendicantium, secus si exiuisset ante annum, & reuersus esset; quia debet annus esse cõtinuus, & hic est casus Lap. qui respondet hoc modo ad Brixien. † Declara limitationem, vt non procedat in coniugatis, quia si ipsi votum castitatis, & religionis pariter emittunt, obligantur, & professionem faciunt etiam ante annum; & est speciale in eis. Lap. *allegat. 130. n. 17. in fi. ver. Item Io. Andr.* quem allegat vna cum Hostien. in *c. dudum. super ver. castitatem, de conuer. coniu.* Vide, *Professio quando, & quibus casibus non obliget religioni. Concl. 884.* Vide, *Professio religionis ex quibus præsumatur, vel inducatur, vel non. Concl. 882.*

Professio tacita qualiter emittatur, vel inducatur. Concluſ. 881.

PROFESSIO † tacita emittitur, si quis intret religionem Mendicantium, & in ea steterit vltra annum; quia licet intra annum non obligetur religioni in specie, ne q; in genere *c. non solum, de reg. in 6.* tamen si in religione perseueret post annum, obligatur in genere religioni, etiam si professionem non emittat; & ideo non potest redire ad seculum, licet possit aliam religionem ingredi. Lap *alleg. 130. Factum super quo, n. 12. ver. item dico de professione.* † Declara tamen; quia ad hoc, vt tacite professio emittatur, requiruntur multa, videlicet quod gerens actus inducentes tacitã professionem sciat, tales actus ex consuetudine, iure, vel statuto inducere tacitam professionem, item, quod quis sit ætatis aptæ, item quod illos actus sponte exerceat, & secundum aliquos, quod triduo perseueret; item secũdum aliquos, quod primo fuerit nouitius. Gem. *cons. 66. n. 5. ver. sed ad hoc.* † Amplia in tantum, vt si quis steterit in religione Mendicantium post lapsum anni sequentis primum annum, etiam si non profiteatur, adhuc tamen intelligitur profiteri illam religionem præsumptione iuris & de iure, & sic nedum in genere obligatur, sed in specie illi religioni, *c. 1. de reg. in 6.* vbi Host. quem refert Lap. *d. alleg. 130 n. 14. ver. nec mirum.* † Amplia, vt post lapsum anni ingressus professionem Mendicantium possit compelli ad emittendam professionem expressam. Lap. *d. alleg. 130. n. 15. ver. item Io. Monach.* vbi ponit quatuor modos profitendi. † Amplia; quia imo etiam intra annum ingrediens religionem Mendicantium obligatur religioni in genere, licet non possit emittere professionem, quando apparent indicia, quod voluit seculum mutare, indicia autem sunt, si renunciauit beneficio, vel bonis in ipso ingressu, vel alias de rebus suis disposuit, quo casu non potest redire ad sæculum, licet illi religioni non obligetur, sed solum in genere religioni est obligatus. Lap. *d. alleg. 130. n. 12. & 13.* †Extende hanc ampliationem, etiam si simpliciter bona, vel beneficium renunciauit, non dicendo, quod relinquebat seculum; quia adhuc obligatur religioni in genere. Io. And. in *d. 6. non solũ, de reg. in 6.* Lap. *d. alleg. 130. n. 13. ver. imo plus*, vbi quod in dubio quis præsumitur ingredi religionem pro religione. †Extende hanc ampliationem, vt in coniugatis sponte castitatẽ, & religionẽ vouẽtibus inducatur professio facilius; quia iã sunt experti, vnde possunt profiteri etiam intra annum religionem Mendicantium, Lap. *d. alleg. 130. n. 17. in fi. ver item Io. Andr.* † Amplia in tantũ, quod professio tacita dirimit matrimonium postea contractum. *c. vnico de voto lib. 6.* Lap. *d. alleg. 130. n. 15. in fi. ver. item si professio.* † Amplia, vt eo ipso, quod quis transit ad religionem, & habitum sumit, vt ad seculum nõ redeat, alia professione nõ emissa, nõ potest ad seculum redire, *c. super eo, de reg.* vbi gl. Lap *d. alleg. 130. ver. item eo ipso*, sed hæc est tertia ampliatio, supra *ver. Amplia, quia imo, n. 5.* vbi qualiter animus probetur. † Amplia, quod etiã obligatur quis religioni in genere & tacite præsumitur, p fiteri, si quis vouear, se perpetuo religiose victurum, vel tali religioni seruitutũ. Lap *d. alleg. 130. n. 16. ver. item præsumitur.* † Et idẽ, si fecit se promoueri ad sacros ordines intra annum, quando nõ est ordo Mendicantium. Cal. *cons. 400. ver. & idem si intra*, alias *de reg.* † Amplia; quia tacita professio religionis fit p coniugii absolutionem, *c. inquirente, qui clerici vel vouentes.* Lap. *d. all. 130. n. 16. in fi. ver. per coniugii.* † Item tacita professio fit per assumptionem vestium benedictarũ intra annũ, quando non est regula Mendicantium. Cal. *d cons. 400.* al as 15 *de reg.* † Amplia in eo, qui existens intra annos discretionis defert habitum nouitiorum per annum; quia efficitur tacite professus. *clem. eos, de regul.* iuxta not. ibi. † Amplia, vt imo si is, qui proposuit seculum mutare, vouear se alicui religioni per ingressum, vel habitus susceptionem, irreuocabiliter obligatur religioni, *capite consuluit, qui ite-*

qui clerici, vel vouen. c. consuluit, de reg. pendet supra à tertia ampliat.
16 *ver. amplia. quia imo, n.* 5. † Amplia; quia suscipiens habitum, & officium professorum in monasterio censetur profiteri. Card. Zaban.
17 *cons.* 106. *A. mulier, in fi.* allegat *c. vidua, de reg. cum ibi not.* † Declara tamen; quia si per talem exercentē officium nō esset impleta forma potestatis datę alicui erigendi monasterium, talis professio nō ob-
18 ligaret. Card. *d. cons.* 106. *in fi.* † Item suscipiens habitum professorum dicitur tacite profiteri, nisi pœniteat intra tres dies. Card.
19 Zab *cons.* 21. *Quidam Laurentius, in principio ver. secundo non potest.* † Item per assumptionem habitus indistincti, non autē indistinctissimi, illiusq; delationem indistinctam, veluti si impubes nouitius assumat habitū, & continuet in eo etiam lapso 15. anno suæ ætatis,
20 Card. *d. cōs.* 21. *in pr.* † Item per delationē habitus indistinctissimi, veluti si pubes assumat habitum, illumque deferat vltra annum.
21 Card. *d. consil.* 21. *in prin.* † Extende; quia tacita professio emittitur, quando cōstat de mente, vt quia professus tacite renūciauit mundo, & pompis, & quidam mutare asseruit. Card. *d. cons.* 21. *in pr. ver.*
22 *aliquando surgit tacita.* † Extende; quia per iuramentū de non exeūdo religionem inducitur tacita professio. Card. *d. cons.* 21. *in pr. ver.*
23 *aliquando quia iurauit.* † Extende; quia si quis fuit manumissus ea
24 conditione, dicitur tacite professus. Car. *d. cons.* 21. *n.* 1. *in fi.* † Limita in puero 9. annorum; qui suscepit habitum in domo, & emisit professionem in manibus non habentis potestatem, quia factus maior quando que habitum portauit, quandoque dimisit, & officium solitum exerceri per professos exercuit; quia nihilominus non valuit prima professio, nec obligatur ex tacita, vel ex actibus subsequutis, postquam fuit maior, etiam si verus superior sciuit, & tacuit eum factum maiorem deferre habitum, & officium exercere, quod solis professis competit. Cal. *cons.* 390. alias 5. *de reg per*
25 *tot.* † Limita, quia laicus promittens guardiano Fratrū Minorum recipienti nomine conuentus veram obedientiam, & omnia facere, quæ erunt imposita dicto nomine, & de iure debito, & guardianus recepit eum in conuersum, non dicitur professus, quia ex promissione obedientiæ nō infertur ad castitatem, & propriī abdicationem, & in dubio obligatio. & professio non præsumitur. Cal. *cōs.* 391. alias 6. *de Reg.* & est, professio magis necessaria in conuer-
26 sis, *c lex continentiæ.* 27. *q.* 1. † Limita; quia monialis recepta per monasterium in Monacham non dicitur professionem emisisse ante annum, nisi promiserit tria substantialia religionis. Bal. *cons.* 206.
27 *Proponitur quod, in pr. lib.* 4. † Extende, vt nec emittatur tacita professio per lapsum anni, quando monialis recepta protestata fuit,
28 quod nolebat profiteri. Bal. *d. cons.* 206 *per tot. lib.* 4. † Et antequam monialis emiserit professionem, reputatur vt laica secularis; ideo solemnitates statutorum laicorum, quæ non habent locum in monialibus professis, & Ecclesiasticis personis, bene habent locum in moniali nondum professa. Cast. *cons.* 433. *Cum statutum, col.*
☞ 2. *circa fi. ver. tertio principaliter per tot. lib.* 2. Vide Conclusionem proxime sequentem, & Concl. prox præced.

Professio religionis ex quibus præsumatur, vel inducatur vel non. Concl. 882.

1 PROFESSIO † præsumitur emissa ex solēnitatibus, quæ seruantur in ingressu religionis; quia solemniter recipit ingrediens habitum præsentibus vocatis, vel in Ecclesia, vel in altari, vel ab Episcopo, vel Abbate interueniente benedictione solemni. Io. Andr. in *c. vidua, de reg.* super *ver. sacrum* Lap. *alleg.* 130. *Factum, super*
2 *quo, n.* 16. *ver. item solemnitates.* † Amplia, vt eo ipso, quod quis profiteatur ordinem Monachatus, licet nō exprimat quam regulam, præsumitur profiteri in genere vnam de religionibus approbatis,
3 iuxta not. in *c. porrectum, de regul.* Lap. *d. alleg.* 130. *n.* 16. *ver. item præsumitur.* † Amplia in coniugatis, qui de consensu vouent castitatem, quia etiam sine solemnitatibus professio in eis præsumitur, & facilius obligantur, ratio; quia iam sunt experti professionem seculi, & sic cum iam sint vni vinculo obligati, facilior est transitus.
4 Lap. *d. allegat.* 130. *n.* 17. *in fi. ver. item* Io. And. † Amplia; quia per delationem habitus religiosi longo tempore quis præsumitur pro-
5 fessus in illa religione Fed. de Sen. *cons.* 129. *n.* 3. *ver. an vero iste.* † Extende; quia per solam assumptionem vestium benedictarū quis tacite emittit professionem, etiam intra annum, quando ordo nō
6 est Mendicantium. Cald. *cons.* 400. alias 15. *de reg.* † Amplia ex motione ad sacros ordines in monasterio non Mendicantium inducit tacitam professionem, & intra annum. Cald. *d. cons.* 400. alias
7 15. *de reg.* † Amplia; quia professio præsumitur emissa, quādo quis assumpsit habitum professorum, & fecit testamentum, diu sterit in religione, & quando concurrunt signa vltra habitum, quod
8 voluit profiteri. Bal. *cons.* 111. *Quidam li.* 1. *in pr.* † Limita, in minore 25. anni; quia licet ingrediatur religionem Mendicantiū, & assumat habitum non nouitiorum, sed professorum, tamen non efprofessus, si nō habuit animum se obligandi, ideo post duos menses potest redire ad seculū quoad forum contentiosum, quia non præsumitur renunciasse delationi, quā habet in anno probationis Bal. *d. cons.* 111. *Quidā inuenis, per tot. li.* 1. secus (inquit) quoad forum conscientiæ, quia si habuit animū profitendi, in conscientia tenetur. † Declara, quia in omnibus semper est attendenda cōscientia professi, vel nō professi, vt ea non sit læsa, quia si esset læsa, ex quo coram Deo ista aguntur, tenetur, vel non tenetur, prout dictat conscientia ingressi. Bald. *d. cons.* 111. *lib.* 1. *in pr.* † Limita in conuentu quia professio non præsumitur in eo, licet guardianus Fratrum Minorum recipienti nomine cōuentus promiserit veram obedientiam, & omnia facere, quæ erunt sibi imposita, & de iure debita, quia in dubio non præsumitur voluisse profiteri, vbi multa requisita ad professionem comuersi. Cal. *cons.* 391. alias 6. *de reg.* † Limita in iis, qui vnum vel duo ex tribus substantialibus religionis solum promittunt, vt puta promittunt obedientiā solam, vel obedientiam, & carentiam proprii; quia vere non sunt professi. Cald. *cons.* 415. alias 3. *de reg. per tot.* maxime *circa fi.* † Declara; quia sola promissio obedientiæ inducit professionem, quando esset promissio obedientia Monachalis, vt quia professus renunciaret omni suæ voluntati, & in totum se committeret voluntati superioris. Cald. *cons.* 416. alias 31. *de reg. vltra med.* Vide Concl. prox. præced.

Professio religionis operatur multa, & quæ. Concl. 883.

PROFESSIO † religionis operatur multa, nā patria potestas solvitur per professionē, & ideo filius nō acquirit patri vsumfructum, si pater, vel filius est professus, Fed. de Sen. *cons.* 35. *Quidam monachus, n.* 3. *ver. hinc est.* † Causa ingratitudinis cessante, ita quod pater non poterit exhæredare filium ingratum professum in religione. Abb. *cons.* 87. *Pro clara, in pr li.* 2. † Tollit ius successionis ei-ca acquisita per Monachum professum tam ex testamento, quā testari nō potest, quam ab intestato, quia succedit monasterium. Fed. de Sen. *d. cons.* 35. *n.* 3. *ver. si volumus tenere.* † Restringe, quia monachus professus, qui ante professionem faceret testamentum, in quo multa legata pia fecit, & monasterium, in quod postea ingressus est, hæredem instituit, potest post professionē reuocare testamentum, & velle decedere intestatus. Ant. de Butr. *cons.* 79. vbi dicit * communiter teneri, quod mors ciuilis non æquiparatur naturali, ergo potest reuocare testamentum, & dicit, quod sufficit reuocatio coram duobus, vel tribus testibus, & idem Ant. de Butr. in *c. in præsentia. de probat.* vbi attestatur, sic ita alias cōsuluisse. † Catrarium tenet Fed. de Sen. *cons.* 35. *n.* 3. & Ianoc. quem allegat, vbi quod in acquirendis ę qui paratur morti naturali, ideo non potest reuocare, & ita Dec. in *c. in præsentia, n.* 68. *de probat.* vbi reprobat Ant. de Butr. Ias. in *auth si qua mulier, n.* 27. *C. de sacrosanct. Eccles.* Rub. Alb. *cons.* 155. † Eximit professum a tutela, quia tutor esse non potest vasolide professus. Gem *cons.* 66. *in fi. ver. circa quartum.* † Legitimat filiorum professio, & ingressus religionis, sicut oblatio cum-legitimum professio, & ingressus religionis, sicut oblatio cum-ecta, ita Rui. *cons.* 112. *n.* 6. *lib.* 2. † Extende; quia imo habilitat ad dignes, sed non ad dignitates sine dispensatione Papæ. Vide, *Ingressi religionis. Cōcl.* 134. † Operatur, quod iniuria facta professo cessetur facta monasterio in tantum, quod Monachus nō potest remittere iniuriam. Fed. de Sen. *cons.* 35. *n.* 3. *ver. præterea posito.* † Amplia; quia professio acquirit bona professi secundū professionē, quæ si est in genere generalissimo facta, videlicet religioni, bona pfessi sunt religionis in genere distribuēda p Episcopū, vel certe pfessio facta in genere subalterno, vt religioni certi Ordinis, acquiritur Ordini; si vero est specialis in certo monasterio, acquiritur monasterio. Cald. *cons.* 408. alias 23. *de reg. per tot.* Vide Socin. reg. *Ingressi monasterium*, vbi restringit quinq; modis, quos videas. † Et professio dicitur matrimonium spirituale; quia professus dicitur coniunctus cum Christo. Gem. *cons.* 66. *n.* 4. *ver. ad propositum, circa* 5. & facit professum religiosum. Gem. *d. cons.* 66. *n. fi. n.* 9. † Extende; ampliationē, vt procedat ét respectu vsusfructus; quia si quis habet vsumfructū ad vitā suam per professionem, acquiritur monasterio vsusfructus. Gem. *cōs.* 80. *n.* 9. *ver. secūdo premitto.* † Amplia; minor 25. annis nō restituitur aduersus professionem emissam, quia non potest dici lęsus, ex quo ad meliorem statū se transtulit. Bal. *cons.* 111. *Quidam inuenis, n.* 2. *ver. aliud dubium, lib.* 1. † Amplia, quia licet monasterium habeatur loco filii eorū, qui sunt professi in eo, tamen non rumpitur testamentum factū à professo ante professionem, & sic nō quoad omnia habetur loco filii vere. Bar. in auth *si qua mulier, n.* 7. *C. de sacrosanct. Eccles.* Abbas in *cap. imprimis, n.* 2. vbi Dec. *n.* 16. *de probat.* idem Dec. *cons.* 31. *col.* 2. quos citat quidam ad Antonium de Butr. *cons.* 79. † Limita; quia professio clandestina non operatur in præiudicium tertii; ideo si professus stat in seculo

lo tanquam laicus scient.us suis superioribus,& habetur pro laico; quia contrahit publice, valet venditio ab eo facta, nec potest reuocari à monasterio, in quo fuit professus propter errorem cõmunem. Petr. de Anch. *cõs.* 49. *De viribus professionis.* Vide, *Monachus quæ retineat, & quæ perdat per professionem. Concl.* 314.

Professio quando,& quibus casibus non obliget religioni. Concl. 884.

1 PROFESSIO †emissa prætextu rescripti ab excõmunicato impetrati non obligat religioni in specie, sed solum in genere, si ille alias sine rescripto non erat professurus. Cald. *cons.* 27. *Non valet receptio*, alias 4. *de rescr.* & idem repetit in *cons.* 397. alias 12. *de re-*
2 *gul.* † Amplia; quia professio emissa in ordine Minorum, & Prædicatorum intra annum probationis non obligat religioni, nisi in genere, & ideo valet matrimonium interim contractum, quia nõ
3 dirimitur. Cald. *cons.* 411. alias 26. *de regul.* † Et taliter professus in genere potest intrare quamcunq; religionem etiam Canonicorũ
4 Regularium. Bal. *cons.* 111. *Quidam iuuenis in fi. lib.* 1. † Amplia; quia monialis recepta in monasterio, licet si perseueret post annum, censeatur profiteri tacite; tamen si protestata fuit, quod nõ intendebat profiteri, non obligatur. Bal *consil.* 206. *Proponitur, quod cur-*
5 *rentibus. lib.* 4. † Amplia, quia professio emissa tacite in monasterio per eum, qui sub conditione implenda habebat hanc facultatem si recepit professum non impleta conditione non obligat, sed talis poterit sub obedientia Episcopi viuere. Card. Zab. *cons.* 106. *per*
6 *tot.* † Amplia; quia professio emissa in manibus non habentis facultatem recipiendi, & incorporandi religioni non valet, & si cõtrahat matrimonium, non dirimitur. Cald. *cons.* 411. *in pr.* alias 26.
7 *de regul.* Card. Zab. *d. cons.* 106. *A. mulier, n.* 3. † Amplia, vt idem sit in professione emissa in religione reprobata, quam tamen profitens credidit esse approbatam, quia non obligat, & valet matrimonium contractum. Cald. *d. cons.* 411. alias 26. *de regul. ver. ad idem quia.*
8 † Extende, & declara, quod vbicumque professio non renuit, non etiam valet donatio facta monasterio ex causa professionis. Cal.
9 *cons.* 412. alias 27. *de regul.* † Declara; quia vbicumq; professio non tenuit, licet professus, si habuit animum mutandi seculum, obligetur religioni in genere, tamen potest sub obedientia Episcopi
10 viuere. Card. Zab. *d. cons.* 106. *A. mulier. nu.* 3. *vsque in fin.* † Amplia, quia masculus profitẽs in monasterio, & habitu monialium non obligatur religioni monialium, sed religioni in genere. Feder. de
11 Sen. *cons.* 273. *Nicolaus Episcopus, n.* 1. *ver. ad primum.* † Limita; quia bene valet professio emissa etiam ab excommunicato iuxta not. in *c. cum illorum, de sentent. excommu.* Cald. *cons.* 27. quod est 4. *de rescr.*
12 & idem repetit *cons.* 397. alias 12. *de rescrip.* † Declara, quia licet valeat professio facta ab excommunicato, non tamen valet facta in manibus excommunicati; quia tunc potest emitti in manibus, & recipi per conuentum, quando Prælatus, & conuentus essent soliti recipere professiones, Cald. *cons.* 414. alias 29. *de regul.* quod reduplicatur *cons.* 535. alias 3. *de sent. excomm.*

Professio ex quibus dicatur impediri, vel non. Concl. 885.

1 PROFESSIO †emissa cum reseruatione certorũ bonorum facta per profitentem non impeditur, neq; dici potest nulla; quia talis reseruatio, vel quatenus obstaret professioni habetur, p non facta, vel intelligitur quoad vsum facti de promissione Abbatis. Bal. *cons.* 248. *Quæritur, an reseruatio, li.* 2. vbi loquitur, etiamsi profitens sit protestatus professionem nullam, quatenus reseruatio nõ
2 valeret. Ang. *cons.* 272. *n.* 3. vbi recitat opinionem, & maiorem auctoritatem adducit pro hac parte. † Contrarium tenet Ang. *cons.* 121. *Nicolaus vendidit, col.* 2. *in fi. ver. secunda ratio, vsque in fi.* vbi recitat opiniones, & distinguit: quod aut profitens protestatus fuit, quod non intendit profiteri, nisi cum reseruatione bonorum, & non valet professio, aut non fuit protestatus, & tunc professio valet, sed
3 reseruatio bonorum non tenet, & ibi dicit hoc verissimum. † Declara, vt per Bart. in *auth. ingressi. C. de sacrosan. Eccl. n.* 29. *ver. quæro ergo*, vbi recitat omnes * opiniones, & distinguit, quod administratio sit reservata, nõ dominii, nisi sit dictum de dominio; quo casu attenditur intentio profitentis, de qua magis cõstat, vt si omnino voluit profiteri, reseruatio vitietur, si omnino voluit domini-
4 um reseruari, omnina professio vitietur. † Declara, vt per Angel. *cons.* 272. *n.* 4. vbi, quod si professio sit Deo cum pacto, vitiatur pactum, & non professio, si fiat homini, vitiatur professio, & non pa-
5 ctum. † Limita, quia bene impeditur professio, si Papa, aut alius superior mandaret aliquem recipi ad professionem certi monasterii, postquam dotatum fuerit; quia si recipit ante dotationem, non obligatur profitens. Card. *cons.* 106. *A. mulier, per tot.* vbi, quod censetur facta in manibus non habentis potestatem. † Limita, 6
quia si quis profitetur sub certis conditionibus in aliqua regula sibi obseruari promissis, non obligat extra illas conditiones. Card. Zab. *d. cons.* 106. *per tot.* Vide, *Oblatio, & dedicatio sui, & bonorum religioni quid operetur. Concl.* 17.

Professus in vno monasterio in eo debet perpetuo manere,& quando secus. Concl. 886.

PROFESSVS †in vno monasterio debet in eo perpetuo manere, *c.* 1. & 2. 19. *q.* 3. Lap. *alleg.* 131. *pro dubiy propositi, in pr.* † Amplia 2
in tantum, vt exeuntes ex monasterio, in quo sunt professi, & ad aliud monasterium eiusdem ordinis transeũtes possunt ad claustrũ reuocari à suo monasterio. Lap. *d. all.* 131. *in pr. n.* 1. *ver. vnde exeuntes.* † Amplia, vt procedat etiam in eo, qui transiuit ad arctiorẽ 3
non petita licentia, quia potest reuocari ad claustrum sui monasterii, tanquam quod transitus processerit ex leuitate. Lap. *allegat,* 131. *n.* 2. *ver. si vero transeat.* Vide, *Monachus quãdo de vna religione ad aliam possit transire. Concl.* 324. † Limita, nisi de licentia sui superioris, 4
vel Papæ ad aliud monasterium transiret. Lap. *d. alleg.* 131. *n.* 3. *in fi. ver. & primo.* Fed. de Sen. *cons.* 19. *in pr. & circa fi. ver. ad primam quæstionem.* Vide, *Translatio Monachorum, & aliarum personarum multa o-* 5
peratur, & quæ. Conclus. 367. † Limita, nisi fiat prælatus in suo, vel alieno ordine, *c. nullus, de electio. in* 6. Feder. de Sen. *consil.* 5. *nu.* 2. *vers. quando promouetur, & cons.* 19. *in prin. & col. penult. ver. ad primam quæstionem.* † Limita, quando promouetur ad Episcopatum, vel etiam 6
ad parochialem de licentia sui Abbatis. *Clem.* 1. *de electio.* Fed. *cons.* 19. *in pr. n.* 3. *ver. in contrarium*, vbi ponit plura exempla; quia Monachus assumptus ad dignitatem secularem non acquirit monasterio, sed Ecclesiæ suæ. † Limita, nisi propter crimen detrudi debeat 7
in arctius monasterium, *ca. quoniam, de simon* † Limita, nisi esset ex- 8
pulsus ex suo monasterio; quia tũc Episcopo subest, qui potest, & debet eidem ordinare habitum, & vitam religionis. Fed. de Sen. *cons.* 38. *Quidã professus, per tot.* † Limita in eo, qui est professus in ge- 9
nere religioni, & non ordini, quia potest transire ad quemcunq; ordinem etiam laxiorem, prout professus intra annum probationis ordinem Mendicantiũ, quia nõ obligatur ordini, sed religioni. Bald. *cons.* 111 *in fi. ver. præterea esto, lib.* 1. † Vide Soc. *reg.* 12. *Vouens & professionem faciens in vno monasterio semper in eo manere debet*, vbi 10
ponit quinque fallentias. prima est, si vult transire ad arctiorem, secunda, si ad æqualem petita licentia; tertia, si ad tempus pro vtilitate monasterii; quarta, si ratione studii: quinta, quando expellitur vt delinquens.

Professus in vna regula non compellitur inuitus ad aliam regulam Concl. 887.

PROFESSVS † in vna regula non potest ad arctiorem regulam 1
suscipiendam inuitus compelli etiãm per Papã. Oldr. *cons.* 96. *Numquid Monachum.* † Declara; quia bene potest Papa restringere 2
statum regularium, prout sibi visum fuerit etiam ipsis inuitis. glo. in *c.* 1. *de statu Regul. lib.* 6. Gemin. *cons.* 96. *n.* 4. *ver. quia Papa.*

Professus in vna regula, si ad aliam transfertur, sufficit prima professio. Concl. 888.

PROFESSVS † in vna regula, seu ordine si trãsfert ad aliã regu- 1
lam, seu ordinẽ, potest assumi ad Prælaturam in secundo monasterio, & non debet iterum profiteri, quia prima professio sufficit. Fed. de Sen. *cons.* 5. *Quidam Monachus. in prima quæstione*, vbi allegat pro vtraq; parte, & *n.* 3. *ver. ad primam*, tenet hanc partem, vbi, q̃ professio semel facta quoad substãtialia religionis censetur facta in omni religione. † Amplia in tantũ, quod nõ potest repete- 2
re iura monachatus in primo monasterio, quia locũ monachii in duobus monasteriis habere non potest. Fed. *d. cons.* 5. *in pr. ver. in secunda quæstione iuncta solutione q. sub n.* 3. *vers. ad primum membrum secundæ partis*, & latius *cons.* 19. *in pr.* vbi pro vtraque parte, & *col. pen. ver. ad primam quæstionem*, vbi tenet hanc partem. † Amplia, quia li- 3
cet non sit professus in secundo monasterio, tamen remanet monachus secundi monasterii postquam dimisit officium, vel dignitatem. Fed. *d. cons.* 5. *n.* 4. *in fi. ver. sed si volumus.* † Contrarium tenet 4
idem Fed. *d. cons.* 5. *ver. ad secundum membrum, n.* 2. vbi vtramq; partem substinet, & dicit *n.* 5. *ver. & si diceres.* quod ista opinio plus sibi placet, & hanc partem etiam tuetur *cons.* 19. *col. penult. ver. ad secundam quæstionẽ.* † Declaratur, quod si ab vno monasterio est transla- 5
tus ad aliud, vt ibi esset Abbas, & postea renũciet Abbatiæ, est sup-

positus ordinario, quia à primo monasterio est absolutus, & secundo non est obligatus, quia non est translatus, vt esset ibi monachus, sed vt esset ibi Abbas; secus si, vt esset monachus, & properea erit suppositus ordinario, ita distinguit Iatius Fed. *cons.* 19. *n.* 4. *ver. in contrarium videtur.* quod non remaneat monachus, vbi ponit argumenta, & *in fin. ver. ad tertiam quæstionem.* sub *nu.* 6. tenet hanc partem.

Profitendus quando possit renunciare successioni, & bonis. Concl. 889.

1 INGRESSVS † religionem, antequam profiteatur, potest soli renunciare successioni, & bonis ad fauorem fratrum, vel seruorum, quia reputatur laicus. Vide, & declara in *ver. renunciare iuri de*
2 *futuro quis non potest, & quando secus. Concl.* 172. *ver. restringe.* † Amplia; quia etiam monialis profitenda reputatur laica, & secularis; ideo solemnitates statuti laicorum sunt seruandæ. Castr. *cons.* 433. *Cum*
3 *statutum, col. fi. in pr. ver. sed respondeo, lib.* 1. † Extende, vt procedat tertiam si monialis post contractum vere profiteatur, quia adhuc professio non trahitur retro ad tempus contractus facti ante professionem. Castr. *d. cons.* 433. *n.* 4. *lib.* 1.

Professi bona in religione incapaci cui acquirantur. Concl. 890.

1 BONA † professi in religione Mendicanti, quæ non est caræ bonorum, acquiruntur succedere debentibus ab intestato secundum* communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum. Rom. *cons.* 296. *Circa declarationem, per tot.* vbi apost.
2 *in ver. vigesimo sexto*, & in *ver. communis*, quæ allegant concord. † Alia tamen opinio fuit, sed abrogata, quod acquirerentur Ecclesiæ Romanæ, quæ fiscum habet, sed Papa Ioan. renunciauit huic ac-
3 quisitioni, vt dicit Roman. *d. consil.* 296. *in princ.* † Alia tertia opinio fuit, quod debeant erogari in pias causas secundum Ang. in sua quæstione, quam allegat, & reprobat idem Rom. *d. consil.* 296. *col.* 2. *ver. licet dominus Angel.*

Progenies quid sit, & comprehendat. Concl. 891.

1 PROGENIES † proprie dicitur vltra nepotes, improprie vero accipitur etiam pro filiis, & nepotibus: Simon de Præt. *de*
2 *connect. vlt. volunt. lib.* 3. *n.* 60. *fol.* 292. † Domus appellatio, vt si testator vocet omnes de domo sua, intelligitur de agnatione, non de domo habitationis. Anch. *cons.* 152. *Plura sunt. n.* 5. *& seq.* Vide, *Agnatione qui comprehendantur. Conclus.* 245. *nu.* 7. † Familiæ appellatio de quibus intelligatur, Vide, *Familiæ appellatione quid veniat. Concl.* 75.
3 † Stirpis appellatio quod intelligatur de descendentibus. Vide, *Stirpis appellatione quid veniat. Concl.* 704. † Posteritas continet solum masculos, & non fœminas, ideo donatio facta Titio, & eius posteris, seu posteritati, non includit fœminas. Anchara. *cons.* 339. *Pro*
4 *maiori intelligentia, n.* 6. Vide, *Posterorum appellatione qui veniant. Conclus.* 455. † Restringe, nisi hoc nomen posteritatis proferatur à muliere, quia tunc veniunt etiam fœminæ. Anch. *d. consil.* 399. *num.* 16.
7 † Restringe, nisi proferatur cum dictione vniuersali, prout, omni
8 posteritati. Anch. *d. cons.* 339. *n.* 17. † Extatere importat tam ex latere agnatorum, quam cognatorum in dispositione statuti. Sign.
9 *cons.* 225. *in princ.* † Proles dicitur idem, quod latus; ideo applicatur ad agnatos & cognatos. Sign. *d. cons.* 225. *n.* 2. Vide, *Prolis appellatione quid veniat. Concl.* 907.

Proœmium quid sit, & denotat causam finalem, & quando secus. Concl. 892.

1 PROOEMIVM † est necessarium ad intelligentiam faciliorem. *l.* 1. *ff. de orig. iur.* vbi, quod prefationes libentius nos ad lectionem propositæ materiæ inducunt, & faciliorem præbent intellectum, & dicitur proœmium primus sermo, & principium est cuiusq; rei potissima pars, & reddit benevolum, & attentum lectorem. Barb. *cons.* 64. *in pr. lib.* 4. Bald. in 1. *Const ff. in* 2. *dect.* † Proœmium denotat causam finalem, quia ex eo colligitur mens. Oldr.
2 *cons.* 103. *Quæstio est. ver. secundo ex hoc.* Lap. *alleg.* 101. *In ciuitate Florentiæ. nu.* 24. *ver. circa secundum*, vbi, quod exordium restringit totam dispositionem, & apostil. in *ver. exordio.* Bald. *cons.* 201. *In prouincia, in pr. ver. quod autem tam constitutio. lib.* 1. *& cons.* 250. *In quæstione domini Milani in fi. n.* 16. *lib.* 1. *ver. item proœmium.* Bart. & alii in *l. cum ij. n.* 4. *in pr. & in* 9. *eam transactionem ff. de transact.* quia mens colligitur ex proœmio. Alex. *cons.* 7. *num.* 3. *lib.* 2. & proœmium dat intellectum dispositioni. Per. de Anch. *cons.* 37. *Contra Ioannem n.* 2. *& cons.* 44. *in pr.* Alex. *cons.* 68. *Viso n.* 5. *ver. item statutum. lib.* 3. *& cons.* 143. *Visotitulo, n.* 3. *lib.* 6. vbi apost. dat concord. Bero. *cons.* 54. *n.* 6. *dicto. pulcherrime* Barbat. *cons.* 1. *num.* 1. *lib.* 3. & plenius *cons.* 64. *in prin. lib.* 4. & *cons.* 14. *lib.* 4. *n.* 3. vbi dicit conclusionem esse veritissimam. Soc. *cons.* 159. *num.* 2. *& seq. lib.* 2. Rom. *cons.* 38. *In casu, in princip.* vbi apostil. in *ver. colligitur, & cons.* 180. *n.* 6. vbi apostill. in *ver. inductiua.* Abb. *cons.* 103. *col.* 3. *n.* 2. *lib.* 1. † Et ex præfationibus declaratur animus proferentis. Anch. *cons.* 398. *Dominus R. n.* 5. † Et ex proœmio elicitur causa, per quam mouetur statuens, & eius intentio. Alex. *cons.* 60. *Viso. n.* 9. *lib.* 6. † Et dicta, & facta in præludiis declarant mentem, & intentionem contrahentium. Castr. *cons.* 52. *col.* 2. *ver. colligat autem, lib.* 2. Rom. *cons.* 65. *Viso themate, n.* 7. vbi apost. in *ver. professum.* videinfra *n.* 47. *ver. ampliæ, quia mens.* † Et ex dictis in proœmio intelligitur, an dispositio sit fauorabilis, vel odiosa principaliter. Roman. *cons.* 328. *Præsens consultatio, n.* 3. *& cons.* 16. *num.* 4. vbi late apost. † Et causa expressa in proœmio præsumitur finalis Barb. *cons.* 40. *col. lib.* 4. *& cons.* 14. *n.* 2. *& cons.* 64. *in princ.* vbi plenissime. *lib.* 4. & dicit esse conclusionem veritissimam. Crau. *cons.* 775. *nu.* 6. *& cons.* 888. *n.* 2. Castr. *cons.* 385. *col.* 2. *in pr. lib.* 1. † Declara secus, quando casus non possunt comprehendi sub ratione proœmii, quia tunc præsumitur impulsiua. Ias. *d. cons.* 1. *n.* 7. *lib.* 1. & plenius *in auth. quas actiones. n.* 18. *C. de sac. Eccl.* vbi, quod si est generalis ad totam dispositionem, dicitur finalis, alias dicitur impulsiua. † Amplia statutus, qua proœmium denotat causam finalem. Bald. *cons.* 250. *in fi. n.* 16. *ver. item proœmium statuti, lib.* 1. quia præambula statuti habentur pro eorum ratione. Bal. *cons.* 254. *In quæstione predicta, n.* 3. *ver. præterea præambula, lib.* 4. vbi loquitur in statuto inducente priuilegium exemptionis tempore nundinarum, & *cons.* 291. *In primis est videndum, in fi. lib.* 4. vbi loquitur in statuto abbreuiante instantias curiarum. Io. de Ana. *cons.* 7. *num.* 4. *& seq. ver. sed in non obstantibus. dict. cons.* 7. *n.* 3. *lib.* 1. Grat. *cons.* 113. *nu.* 7. *lib.* 1. Dec. *cons.* 3. *n.* 16. *lib.* 1. Mes. *lib.* 6. *præsum.* 2. vbi citat plures maxime Rub. *cons.* 147. *nu.* 17. † Et in statuto de comprehensis inter coniunctos, vt proœmium denotet mentem statuentium. Anch. *cons.* 159. *Rationes, quæ, in prin.* † Et animus disponentis ex causa expressa in proœmio cognoscitur. Crauet. *consil.* 888. *num.* 2. † Extende in tantum proœmium denotare causam finalem, vt si causa proœmii fundatur super præsumpta ratione, illa ratio operetur, etiam si esset, quia esset iuris & de iure. Bald. *consil.* 250. *num.* 16. *in fi. ver. item si fallitus. lib.* 1. vbi, quod statutum contra fallitum fundans se super fraude præsumpta præcedit, etiam si non constaret de fraude; quia ratione fundata præsumptione facit talem præsumptionem iuris & de iure. † Et tende maxime, quando post proœmium sequitur dispositio per verba, *& ideo fecerunt dispositionem*, quia dicitur causa inhærens, & finalis, qua cessante cessat dispositio, late Soc. *cons.* 159. *n.* 20. *& seq. lib.* 2. vbi, quod minor, qui liberauit tutorem, quia in proœmio dicebatur, fidelem administrationem reddidisse, si constat de contrario, redditur nulla liberatio. † Idem in hærede adeunte ante confectione inuetarii, qua tenetur de suo propter præsumptam fraudē, quod occultauerit bona, & tamen licet probet, nihil occultasse, tenetur; quia præsumptio non admittit probationem contrariam, ex quo lex decidit super præsumptione. Bald. *d. cons.* 17. *in fi. n.* 16. *lib.* 1. † Extende; quia ex proœmi. & causa finali tantum, & restringitur dispositio statuti; ideo si ab uni disponitur, & aliquid disponitur, cessante fraude, de qua in proœmio cessat statutum. Alex. *cons.* 143. *Viso titulo. num.* 3. *& seq. lib.* 6. | Extende; quia causa finalis per proœmium declarata restringit generalitatem dispositionis. Bald. *cons.* 159. *Eleganter, & copiose, n.* 4. *ver. nisi dicamus.* & 2. Lap. *alleg.* 101. *n.* 24. *ver. circa secundum*, communem* dicit Soc. *cons.* 24. *Abunde, & eleganter. lib.* 4. † Etiam contra vim verborum restrictio ex causa proœmii statuti expressa. Fulg. *cons.* 123. *in fi. sequitur.* Crau. *cons.* 775. *Anno, n.* 6. † Et quod proœmium, & præfatio ostendat mentem, & rationem statuentium, & disponentium, late Castren *cons.* 261. *Visis, nu.* 2. *ver. capio nunc, lib.* 2. & denotat rationem finalem, quæ vbi militat, haber locum dispositio, & plena apostil. quæ dat concor. Abb. *cons.* 93. *Duo sunt, col. pen. in pr. lib.* 1. † Extende; quia sicuti nigrum declaratur ex rubrica, ita dispositio declaratur ex præfationibus, seu ex proœmio, & propterea quādo verba dispositionis sunt generalia, & dubia, restringuntur secundum proœmium. Soc. *cons.* 24. *Abunde. & eleganter. lib.* 4. *per tot.* & idem ex rubrica, plene Rom. *cons.* 16. *nu.* 4. vbi apostil. *ver. declaratur, & in ver.* But. *cons.* 77. *n.* 2. *in fine.* † Et quod proœmium, seu præfatio debet esse regulam. Alex. *cons.* 37. *In causa mota. in pr. lib.* 1. *ver. nam ex præmissis.* & 2. *tione.* † E conuerso etiā ampliat ratio proœmii, quia potest ex ea ampliare, ampliat, & restringere, restringit, seu declarat. Fulg. *cons.*

120.n.3.Io.de Ana.*cons.*7.*num.*4.*&sequen.ver.sed iis*,incip.*Visis,& ponderatis*,pleniſſime Rom.*cons.*16.*Viſo themate*,*n.*4.*ver.primum vi-*
22 *detur*,vbi plena apoſt.citat ad hoc plurimos.†Extende;quia proœmium,& rubrica generalis extendunt,& reſtringunt,& declarant mentem,& diſpoſitionem,plene Roman.*conſ.*16.*n.*4.*& ſeq.* vbi plena apoſt.in *ver.declaratur*, quæ multa adducit concor. & in
* *verb.rubrica*, vbi dicit * communem.Barb.*conſ.*1.*n.*1.*lib.*3.& communem * dicit Soc.*conſ.*24.*Abunde*,*in pr.lib.*4.Curt.Iun.*conſ.*307.
*nu.*13.*&*14.Menoch.*lib.*6.*præſumpt.*2.Clar.*lib.*2.*præſumpt.*7.*n.*9.*v-*
23 bi plures citat.†Extende;quia intitulatio libri declarat mentem, quo nomine quis fuerit negociatus.Alex.*conſ.deciſiuo*30.*col.*2.*ver. quantum autem ad ſecundum*,*lib.*2.*nu.*6.*&conſ.*186.Zaccha.*col.*1.*ver. ſed iis non obſtantibus*,*lib.*6.Caſtr.*conſ.*319.*Viſis*,*col.*1.*ver.nũc ergo*,*li.*2. Soc.*conſ.deciſiuo* 291.*antepen.num.*14.*pen.&ſi.ver.præterea etiam præ-*
dicta,*lib.*2. Dec.*conſil.*68.*Pro reſolutione*,*vol.*2.*in princ.*& eſt doctrina
* Bart.communiter * approbata in *l.ſi patruus.C.comm.vtriuſque*
24 *ver.ex prædictis autem apparet.*†Extende;quia ſi præfatio eſt generalis,& diſpoſitio ſpecialis,extenditur,& generaliter intelligitur. Rol.à Vall.*conſ.*67.*n.*84.*lib.*3.& idem Curt.Iun.*conſ.*185.*in pr.*vbi,
* quod communis * opinio eſt, quod licitum eſt arguere à ratione proœmij generali, licet diſpoſitio ſit ſpecialis; vt generaliter in-
25 telligatur,& *conſ.*307.*n.*13.*&*14.†Extende,quia ratio expreſſa in proœmio, ꝙ fauore publicæ vtilitat s facit, quod diſpoſitio ſtricta ſequens & odioſa, late interpretatur.Goz.*conſ.*1.*nu.*16.allegat Dec.*conſ.*10. Men.*lib.*6.*præſumpt.*2.*n.*13.& idem ſi ad obuiandum
26 fraudibus extenditur. Gomeſ.*reg.de veriſimi.not.in* 1.*par.*2.† Amplia;quia dicta in præfationibus cenſentur repetita in diſpoſitione ſequenti. Bart.*l.cum ij.num.*4.*ff.de tranſact.*Rol.à Val.*conſ.*67.*n.*
27 83.*lib.*3.Mantic.*de conject.vlt.volunt.lib.*5.*tit.*15 *n.*7.† Amplia, quia cauſa proœmij refertur ad omnia. Alex.*conſ.*294.*Perſpectis verbis,*
28 *num.*9.*lib.*6.† Et tam ad præcedentia, quam ad ſequentia.Barbat.
29 *conſil.* 40.*num.*67.*lib.*4.*&conſil.*64.*num.*2.*eod.lib.*†Amplia in tantum cauſam finalem denotari ex proœmio, vt ſi ceſſat cauſa proœmij tanquam cauſa finalis ceſſat diſpoſitio. Rom.*conſil.*180.*Si*
30 *admittimus*,*n.*6.*&*7.vbi apoſt.in *ver.priuilegium.*† Amplia;quia vt habeamus mentem diſponentis, recurrimus ad proœmium, & clauſulæ proœmij referuntur ad totam diſpoſitionem. Alex.*conſ.*
31 204.*Perſpectis*,*num.*9.*ver.præterea*,*lib.*6.† Amplia; quia intentio legislatoris colligitur ex proœmio,ſeu ex præfatione Ang.*conſil.*67. *Municipali lege n.*2.*ver.de ſecundo.*Barba.*conſ.*1.*n.*1.*lib.*3.& quod proœmium det intellectum toti legi.Curt.Iun.*conſ.*185.*n.*2.Menoch.
*lib.*6.*præſumpt.*2.*num.*2.vbi alios allegat.Rubr. Alexand.*conſi.*147.
32 *num.*17 Roman.*conſil.*90.*Viſo*,*in princip.nu.*2.† Extende;quia licet de neceſſitate proœmium non ſit apponendum, tamen appoſitum cenſetur cum miniſterio.Barba.*d.conſil.*1.*nu.*1.*lib.*3.& plenius
*conſ.*64.*in princ.lib.*4.vbi,quod non eſt ponendum in lege,quando nullum præbet effectum, ſed poſitum bene declarat men-
33 tem.†Extende, quia ex proœmio mens concedentis cognoſci-
34 tur.Caſtr.*conſ.*3.*n.*2.*lib.*1.† Extende, etiam ſi proœmium eſſet ex interuallo, quia ſaltem declarat actum poſtea celebratum, ſi eſt
35 dubius.Petr.Surd.*conſ.*202.*n.*34.† Et quod ratio, & mens diſponentis colligatur ex proœmio,& an ſit materia odioſa,vel fauorabilis.Fulg.*conſ.*120.*Suppoſita bulla*,*nu.*3.vbi,ꝙ ex ratione proœmij diſpoſitio ampliatur, reſtringitur, & declaratur.*l ſi.*vbi Bart.*C.de hared.inſtit.* Soc.*conſ.*24.*col.*1 *lib.*4.Dec.*conſ.*644.*col.*1.*n.*2.Soc.*conſ.*
36 153.*nu.*26.*& ſeq.ver.comprobatur.lib.*2.† Et ex proœmio cognoſcitur,an gratia ſit motu proprio,an ad inſtantiam partis,quando in eo fit mentio de petitione, vel cõcordia partis; quia ceſſat motus
37 proprius.Pet.de Anch.*conſ.*37.*Cõtra Ioannem.n.*2.† Extende; quia præfationes faciunt nos ſcire,& intelligere poſteriora, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus Bart.*conſil.*243.*Fuit qui-*
38 *dã.n.*2.*in ſi.lib.*1.† Amplia in tranſactione ; quia dicta in proœmio quod partes volebant tranſigere,denotant cauſam finalem trãſigendi, non autem paciſcendi. Ang.*conſ.*94.*Cum lis*,*n.*4.*ver.in contrarium*,*in ſi.ver.non obſtat*,*quod ſaltẽ*,vbi,quod operatur,quod non
39 ſubſtinetur alio modo oppoſitum ſapiente.†Extende in concordia, quia ex proœmio cognoſcitur, ad cuius fauorem concordia
40 ſit celebrata.Anch.*cõſ.*141.*Super prædicto dubio in pr.*† Amplia;quia ratio proœmij declarat, reſtringit, & extendit legem, & ſtatu-
41 tum,plene Rõ.*conſ.*16.*n.*4.*&n.*6.† Amplia,qa declarat,& coniecturam facit quid intellexerit legislator. Men.*lib.*6 *præſumptio.*2.
42 *in princ.*† Amplia ; quia dicta in proœmio, & præfatione cenſentur repetita in contractu ſequenti in continenti;ſecus ſi ex interuallo.Alex.*conſ.*122.*viſo proceſſu.n.*2.*lib.*2.& ideo qui fecit ſe procu-
☞ ratorem in proœmio, ſi contrahit ſimpliciter, cenſetur, vt procu-
43 ratator.Vide,*Repetitio præcedentium verborum,& qualitatum,quando & ex quibus inducatur*,*&c.Concluſ.*187.† Amplia; quia proœmium in

tantum denotat cauſam finalem, vt ſi proœmiũ fiat ad exequũtionem laudi, vel inſtrumenti, & diſpoſitio ſit contraria proœmio,non valeat diſpoſitio.Anch.*cõſ.*180.*Viſa diligenter narratione*,
*n.*6.*&ſeq.&per tot.* vbi,quod contractus minoris eſt nullus cum proœmio, quod volebant partes exequi laudum,per quod mullæſus, quia inſtrumentum dicitur erratum, & continere contraria,& perplexitatem.†Extende,quia impedit proœmium,ne fiat 44
aliquid,quod ſapiat contrariam diſpoſitionem. Ang.*d.conſ.*94.*in ſi.ver.non obſtat.*†Extende;quia ſi ad fauorem alicuius proœmium 45
diſponit,non debet in odium,& ſciſſuram conuerti eiuſdem.Barba.*conſ.*40.*n.*67.*lib.*4.† Extende, vt idem ſit in curæ decreto ſub 46
proœmio vtilitatis pupilli, & minoris; quia non extenditur ad cõtraria,& damnoſa,ẽt ſi adſit clauſula,*cũ pactis,& modis apponendis*; quia debet intelligi de nõ repugnantib.proœmio.Anch.*d.cõſ.* 180.*nu.*8.*&ſeq.ver.præterea pro confirmatione.*†Amplia,quia mens, 47
& ratio finalis ex proœmio elicitur. Alex.*conſil.*160.*Viſo ac diligenter*,*nu.*9.*lib.*6.*& conſ.*7.*Viſis & diligenter*,*nu.*3.*lib.*2.Barb.*conſ.*64.*Pro vera huius*,*n.*1.*lib.*6. Soc.*conſ.*153.*n.*27.vbi,quod cauſa finalis,ratio & mens colligitur ex proœmio, & *conſ.*159.*nu.*20.*lib.*2.& animus diſponentis ex cauſa proœmii dignoſcitur. Crau.*conſ.*888.*num.*2. Barb.*conſ.*1.*in princ.lib.*3.*& conſ.*20.*in prin.lib.*2.plene Rom.*conſ.*16.
*n.*4.vbi apoſtil.in *ver.declaratur*,citat infinitos.†Amplia in conſti- 48
tutione ſynodali,ſeu Epiſcopali contra non reſidentes,quia ſi ex proœmio conſtat, quod priuat non reſidentes inſolentes cauſa proœmii,reſtringit, vt nõ habeat locũ contra nõ tales,ſed ex probabili cauſa non reſidentes. Zabar. *conſil.*132.*in princ.* qui loquitur in conſtitutione Bononiæ. † Amplia in codicillis, & vltimis vo- 49
luntatibus. Alex.*conſil.*204.*Perſpectis verbis*,*nu.*9.*ver.præterea*,*lib.*6. †Extende in ſententia,quia mens colligitur.Alex.*conſ.*55.*Quoniã*, 50
*in princ.lib.*5.licet *nu.*11.limiter,ſi eſt appellatum. † Extende in de- 51
creto maioris magiſtratus Mediolani.Ias.*conſ.*1.*num.*3.*ver.quod autem in ipſo decreto*,*lib.*1. & in decreto Principis Men.*lib.*6.*præſumpt.*
*2.num.*6.vbi alios,Purpur.in *l.cum quid.n.*110.*ff.ſi cert.pet.*† Extende 52
in reſcriptis. Curt.Iun.*conſ.*185.*nu.*2. Menoch.*lib.*6.*præſumpt.*2.*n.*
4. Purpur. *d.l.cum quid*,*num.*110.† Extende in decreto, Curt.Iun. 53
*conſil.*238.*n.*33 *&ſeq.*† Extende in bullis Papæ etiam Mendicantibus conceſſis; quia cauſa attenditur, vt ſi eſt fauorabilis,non poſ- 54
ſit in odium conuerti, ſic Barba.*conſil.*40.*num.*67.*lib.*4. Menoch.
*lib.*6.*præſump.*2.*num.*5.Fulgoſ.*conſil.*120.*Suppoſita bulla*,*num.*3.Mandoſ.*reg.*15.*q.*2.*n.*2.† Extende,in tranſactione. Crauet. *conſ.*351.*nu.* 55
2.& idem in compoſitione,& tranſactione Gozad.*conſ.*1.*num.*16. Angel.*conſ.*94.*Cum lis*,*num.*4.*& in fin.* † Extende in contractibus. 56
Barba.*conſ.*64.*in princ.lib.*4.Decian.*conſ.*3.*num.*116.*lib.*1.plene Menoch.*lib.*6.*præſump.*2.*n.*10.† Extende in permutatione Grat.*conſ.* 57
60.*n.*8 *lib.*2. vbi loquitur in præparatorijs.† Extende in donatione. Crauet.*conſ.*301.*De anno*,*n.*2.vbi late.† Extende in libro ratio- 58
num.Grat.*conſ.*117.*num* 6.*lib.*1.† Et in libro ſociali, vel computo- 59
rum,vide ſupra *nu.*23. † Extende in legato. Corn.*conſ.*115.*lib.*2.Ic- 60
quitur Crauett.*d.conſil.*301.*num.*2.*ver tertio iſtam quæſtionem.*Grat. 61
*conſ.*90.*num.*8 *lib.*2.†Extende in diuiſione.Alex.*conſil.*75.*nu.*3 *lib.* 62
6.*incip.Viſo themate.*† Extende in diſpoſitione teſtatoris.Menoch. 63
*d.præſumpt.*2.*lib.*6.*n.*11. † Extende in locatione. Grat.*conſ.*78.*num.* 64
13.*lib.*1.† Extende in inueſtitura.Menoch.*d.præſumpt.*2.*lib.*6.*nu.*9. 65
† Extende in gratia.Grat.*conſ.*137.*nu.*14.*lib.*1.† Extende in ſtatuto 66
habente proœmium , quod interficiens bannitum præmietur. 67
Grat.*conſ.*44.*n.*18.*lib.*2. † Extende in ſententia iudicis.Men.*d.lib.* 68
6.*præſumpt.*2.*nu.*7.vbi plures allegat,ſed vide ſupra in *ver.Limita.* 69
† Io priuilegio.Rom.*conſ.*180.*n.*6. † Extende in laudo. Alex.*conſ.* 70
80.*colu.*1.*lib.*5. Men.*præſumpt.*1.*nu.*8.*lib.*6.† Extende in concordia. 71
Anch.*conſ.*141.*Super prædicto dubio in prin.*†Extende in exequutione laudi. Anchar.*conſ.*180.*Viſo,diligenter.num.*6.*&ſeq.per tot.*† Ex- 72
tende in cura decreta. Anch.*conſ.*180.*n.*8.*&ſeq.ver.præterea pro con-* 73
firmatione.† Extẽde in ſupplicatione, vt in parua data. Mãdoſ.*reg.* 74
15.*q.*2.*nu.*2.† Extende in reg. Cancellariæ. Gomeſ.*reg de veriſi.not.* 75
*n.*2.*in proœmio.* † Et generaliter in omni diſpoſitione præfationes 76
denotant cauſam finalem.& proximam. Beto.*conſ.*141.*nu.*8.*lib* 3. Goz *conſ.*1.*n.*14.† Amplia; quia ex proœmio dignoſcitur, an Prin- 77
ceps moueatur ex cauſa publicæ, vel priuatæ vtilitatis.Zaba.*conſ.* 142.*n.*2.*ver.quoad ſecundum.*† Amplia multo magis, quando proœ- 78
mium eſt vnitum cum lege, & iſta eſt ratio ; quia dicitur ineſſe cũ diſpoſitione.Ang.in *l item quia.*§ *de iuſtano ff.de pact.* Barb.*conſ.*20. 79
*nu.*5 *lib.*2.† Amplia in contractu ; quia dicta in præfationibus denotant cauſam finalem.Ioſ.de Imol *conſ* 128. *Viſis ac ponderatis*,*n.*2. vbi colligitur mens contrahentiũ, vt ſi aliquid cõcedatur filiæ;& hæredi pro dote,intelligat nomine proprio,nõ hæreditario;ideo creditori hęreditatis nõ poteſt ſatisfieri in eo, quod datũ eſt cauſa

doris, vel alimentorum. † Et quod causa finalis colligatur ex proœmio, & ratione proœmii Bartol. *in l. fin. ff. de hæred. instituta.* Barbat. *consil. 20. num. 2. & sequent. lib. 2.* Alexand. *consil. 75. num. 5. lib. 6.* Soc. *consil. 159. num. 20. lib. 2.* vbi, quod idemest, ac si dicatur, & hoc ideo fecit; quia denotat causam, rationem, & mentem: idem *consil. 153. num. 7. lib. 2.* Dec. *consil. 600. Et inspecta. num. 2.* Grat. *consil. 78. nu. 13. & consil. 137. num. 14. lib. 1.* Iaſ. *consil. 1. num. 3. ver. quod autem, lib. 1.* Barbat. *consil. 1. num. 1. lib. 3.* per tex. in *l. regula §. & licet. ff. de iur. & facti ignor.* & tradit Iaſ. in *l. si pacto quo pœnam. n. 14. ver. tertia Conclus. C. de pact.* † Et quod causa finalis ex proœmio inducatur, & præſumatur in tantum, quod ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio. Gomeſ. *in reg. de veriſi. not. q. 3. n. 6.* & plenius in *reg. de Annali q. 1. in prin.* vide in *reg. de Annali q. 1. nu. 2.* & ante eum Iaſ. quem allegat in *l. qui quadraginta, nu. 2. ff. ad Trebell.* † Amplia; quia in inueſtitura feudali proœmium denotat causam finalem, vt ex ea arguatur ad ampliandam obligationem feudatarii. Io. de An. *conſ. 7. num. 4. & ſeq. ver. ſed iis non obſtantibus,* vbi, quod ſi deficit causa finalis ex proœmio, deficit diſpoſitio. † Extende, in lege & teſtamento, vt Io. de An. *d. conſ. 7. nu. 5.* † Amplia, quia proœmium denotat & oſtendit qualitatem rei. Barb. *conſ. 20. n. 2. lib. 2.* † Amplia; quia ceſſante cauſa proœmii ceſſat diſpoſitio, plene Tiraqu. in *tract. ceſſante cauſa. limit. 1. nu. 5.* ſequitur Men. *lib. 6. præſump. 2. lib. 12.* allegat Port. Imol. *conſil. 123. num. 18.* Roland. *conſil. 49. num. 43. lib. 1.* Bald. *conſil. 201. In prouincia. in princ.* Alex. *conſ. 143. Viſo titulonu. 3. & 4 lib. 6.* & eſt text. in *l. ſi. ff. de hæred. inſt. & in l. cum pater, §. dulciſſimus ff. de leg. 2.* vbi Bart. & alii, & Bald. *conſil. 201. In prouincia. in princ. lib. 1.* Barba. *conſ. 40. n. 67. lib. 4.* † Et in cauſa expreſſa in ſolutione. Dec. *conſ. 600. Et inſpecto. n. 2.* † Extende, quia ceſſante cauſa proœmii, quæ dicitur indutia priuilegii, ceſſat ipſum priuilegium tam in reali, quam in perſonali, vt plene p. Rom. *conſ. 180. Si admittimus. n. 6. ver. præmiſſis tamen non obſtantibus,* qui dicit communem, & ibi apoſt. in *ver. privilegium,* dat concor. & declarat relatiue. † Amplia; quia credendum eſt ſtatuentibus habentibus liberum arbitrium, ſi hoc exprimant in præfationibus ſtatutorum. Bart. in *l. ambitioſa. n. 27. ver. viſis, & examinatis. ff. de decret. ab ord. facien.* Dec. *conſ. 191. nu. 4.* Iaſ. *conſ. 227. ver. decimo ad idem, lib. 2. & conſ. 101. col. 3. in fi. lib. 4.* & communem dicit Dec. in *l. 1. n. 69. ff. de offic. eius.* Curt. Iun. *conſ. 349. n. 10. in fi. cum ſeq.* † Contrarium Iaſ. *d. l. 1. de offic. eius. nu. 59. & ſeq.* † Declara; quia in iis quæ potuerunt interuenire tempora actus, ſtatur aſſertioni in proœmio, alias ſecus. Rui. *conſ. 69. in pr. lib. 1.* † Limita; quia præfationes ſuperfluæ quandoque ſunt, & nihil faciunt; ideo omittendæ. Rol. a Val. *conſ. 59. in prin. lib. 1.* † Limita in contractibus factis longe poſt proœmiũ, quia non arguitur tunc à ratione proœmii ad contractum, ita Bar. in *l. cum quid. ff. ſi cert. pet. n. 10. ver. tertio poteſt.* Alex. in *l. pacta nouiſſima. n. 5. C. de pact. & conſ. 122. n. 2. lib. 2.* Feli. in *c. cum M. Ferrarienſis. n. 69. & 70. de conſtit.* † Contrarium Purpur. *d. l. cum quid, n. 110. ver. limitatis. ff. ſi cert. pet.* † Declara, vt per Men. *d. lib. 6. præſump. 2. nu. 14.* vt procedat contrariũ, quando proœmium nõ eſt ſcriptum, ſed ſolum tractatum, limitatio vero, quando cõſtat de eo. † Limita; quia licet proœmium denotet cauſam finalem, non tamẽ ipſum proœmium facit ius, ſed id, quod ad ipſum ſequitur, ideo ſtatutum dicens; quia vſurarii faciunt fieri inſtrumenta de duplo eius, quod ſoluunt, idcirco ſtatutum, quod detur exequutio ſolum pro ſumma vere ſoluta, non probat, quod ſola medietas ſit ſoluta. Bald. *conſ. 443. n. 4. ver. adde quod proœmium, lib. 3.* † Limita, quãdo verba diſpoſitionis ſunt clara, quia nedum non recipiunt à cauſa proœmii interpretationem, ſed è contra proœmium recipit interpretationem à clara diſpoſitione. Socin. *conſ. 24. Abunde, & eleganter. per tot. lib. 4.* per glo. 2. in *clem. 1. ad fi. de electio.* vbi Io. de Im. & alii *ver. concludo,* late Men. *lib. 6. præſumpt. 2. in fi.* vbi inducit ſimile de rubrica generali, quia illi derogatur per nigrum clarum late Im. *d. clem. 1 de electio. n. 20. & ſeq. ver. aduerte tamen.* † Limita, quando diſpoſitio eſſet clara, & ſpecifica, quia tunc proœmium recipit declarationem à diſpoſitione magis lata, ſecus ſi diſpoſitio ſit dubia. Soc. *d. conſ. 24. in pr. ver. puta tamen. lib. 4.* Corn. *conſ. 177. lib. 4. n. 5.* † Limita, quia proœmium, & cauſa in eo expreſſa non operatur, quando non eſt vnica, ſed plures; quia non ceſſante vna non ceſſant aliæ, vt per Lap. *d. alleg. 101. nu. 24.* † Limita, quando proœmium fundatur ſuper ratione præſumptiua; quia non reſtringitur diſpoſitio ſtatuti generaliter loquentis, etiam ſi ratio præſumptiua non probetur. Bald. *conſ. 250. In quæſtione D. Milani, n. 14. & ſeq. lib. 1. verſ. ſed adhuc reſtat.* quod duplicatur *lib. 5. conſ. 382.* † Limita in iudice aliquid præmittente in ſententia, de quo non conſtat, quia ipſi non creditur, quando fuit appellatum. Alex. *conſ. 55. Quoniam cauſa, nu. 11. ver. non obſtant allegata. lib. 5.* † Extende idem magis, quando ex actis conſtat de contrario. Alex. *d. conſ. 55. num. 12. lib. 5.* † Limita, quando omnes caſus deciſi poſſunt comprehendi ſub ratione proœmii, alias non. Iaſ. *conſ. 1. nu. 7. & per hoc non obſtat. lib. 1.* ſequitur apoſt. ad Alexan. *conſ. 143. lib. 6. in ver. finalem,* & idem eſt de mente Lap. *d. allegat. 101. n. 24.* † Limita, quia, quando ratio proœmii eſt ſtrictior, quam diſpoſitio, ſtatur impulſiua. Corn. *conſ. 177. num. 5. lib. 4.* † Declara, quia ratio proœmii præſumitur finalis, ſi reſpicit futura, ſi præterita, præſumitur impulſiua. Io. de Imol. in *d. Clement. 1. n. 21. de elect.*

Prohibentis melior conditio in pari cauſa, & quando ſecus. Concl 893.

PROHIBENTIS † melior eſt conditio in pari cauſa. Oldrad. *conſil. 222. Citato Capitulo, in fi. verſ. præterea in re pari. I. Salmon. ff. com. diuid.* † Amplia, vt mater præferatur aui, & patri volenti dare filium monaſterio, quia ſi mater non conſentit, melior eſt conditio prohibentis etiam hoc caſu. Feder. de Sen. *conſ. 274 per tot.* † Amplia; quia ſi ſocius habens iuriſdictionem communem vult fabricare fortalitium in territorio communi inuito alio ſocio, melior eſt conditio ſocii prohibentis. Bal. *conſ. 165. Tres erant valuaſores. lib. 1.* Rom. *conſ. 52. In quæſtione, in pr.* † Extende maxime, quando interueniebat fides vaſallis de non fabricando fortalitio. Rom. *d. conſ. 52. in pr.* † Declara, quia ſemper melior eſt conditio ſocii prohibentis, quando alter vult vtire ad ſum, ad quem non eſt deſtinata; quia altero prohibente non poteſt, ſi vero vellet vti re communi ad vſum deſtinatum, præterire deberet nõ obſtãte prohibitione ſocii. Bal. *conſ. 37. Quid Nouum. n. 4. lib. 5.* vbi loquitur in eo, qui inuito ſocio incidit ſyluam cædendam, quod non poſſit prohiberi, quia facit actum, ad quem res communis eſt deſtinata. † Amplia; quia ſi concurrant duæ cauſæ contrariæ ad eandem diſpoſitionem, vna, quæ iuuat, altera, quæ nocet, quæ attendatur. Vide, *Mixtura cutex ſimplibus mixta applicetur, & quando ſecus. Concl. 295.* † Amplia; quia vbicunque concurrit æmulatio, vt quia aliquid ſit ad æmulationem, ſemper melior eſt conditio prohibentis. Vide, *Æmulatio quando mala, & quæ prohibita ad æmulationem. Concl. 232.* † Amplia, quia licet melior ſit conditio vtentis re deſtinata ad vſum rei; dummodo agatur de ſolo vſu, ſecus ſi de nouo opere, vel nouo vſu. Boer. *dec. 320. n. 12. ver. nam inquit.* † Amplia; quia melior conditio prohibentis demolitionem rei; quia licet quis poſſit ſuum proprium ædificium demoliri facere, ſecus, ſi commune. Boer *d. dec. 320. n. 12. in fin. ver. ſic etiam.* † Limita; quia melior conditio vtentis re communi ad vſum deſtinatum. vide plene Iaſ. in *l. ſerui electione, §. Labeo. n. 16. & ſeq. ff. de leg. 1.* vbi ponit plura exempla, & in *conſ. 98. lib. 1.* vbi, quod ſicuti eſt melior conditio prohibentis, quando prohibet aduerſarium non vtentem ad vſum deſtinatum, ita è contrario, quando is, qui vtitur, vult vti ad vſum deſtinatũ, præſertur. Cath. *conſ. 55. In cauſa, quæ vertitur. col. 2. in princ. ver. illud. lib. 2.* † Limita, quod licet melior ſit conditio prohibentis, ſi tamen ante prohibitionem, qui habet rem communem, ædificauit in ea, non compellitur ad demolitionem *dict. l. Sabinus ff. communi diuid.* quod declara, vt per Bal. in *d. l. Sabinus,* niſi ſit facta prohibitio ante opus, vel niſi opus eſſet factum ignorante ſocio. † Limita; quia licet in pari cauſa, & quando vtraq; pars tractat de damno vitando, melior ſit conditio conuenti, quam actoris, tamen hoc non procedit, quando non ſunt pares per omnia; quia ſi reus eſt in culpa, vel dolo, quia non fecit, quod facere debeat, melior eſt conditio petitoris. Dyn. *conſ. 32. Quæſtio talis eſt ordinamus, n. 3. ver. ſed tamen diceret aliquis.* † Limita; quia volens ædificare molendinum in flumine primo in tempore, quo licitum eſt vnicuiq;, ſi habens aliud molendinum ante prohibet fabricantem, qui dedit cautionem de demoliendo, melior eſt conditio fabricantis, ſi non impedit primum in aqua, quia licet inferat damnum; quia pauciores ibunt ad primum molendinum, tamen prohiberi non debet, ideo ſi non docet ſe poſſe prohibere, non poteſt prohiberi, vel demoliri nouum opus. Bal. *conſ. 464. Factum dignoſcitur. per tot.* maxime *n. 7. lib. 4.* Vide, *Caſtrenſis. care vel reædificare quando liceat vel non. Concl. 121.* Vide, *Communis cauſat, & multa operatur. Concl. 533.* Vide, *Conditio melior eius, ſi impars cauſa. Concl. 603.* Vide, *Fauendum eſt probationibus actis. Concl. 86.* Vide, *Maior pars multa operatur.*

vide plura exempla.
Concl. 14.

Prohibere

Prohibere qui potest malum, & non prohibet, quãdo teneatur, vel non. Concl. 894.

1 QVI † potest prohibere offensam, & homicidium, & nõ prohibet, si est superior, vel iudex, videtur consentire, & tenetur. Feli. plene in *c. quantæ, n. 2. de sent. excomm.* & ita per illum tex. tenent ibi Innoc. circa fin. & Hostien. Io. Andr. in fi. qui dicunt, q̃ si ex dolo non prohibet, quilibet, cum possit prohibere vulnerantem clericum, est excommunicatus, cum agatur de iure publico, vt clerici tueantur, & clarius Abb. antiq. qui dicit procedere in iudice, patre, domino, & omni, qui potest prohibere, & Collect. ibi dicit, quod semper inest dolus in eo, qui potest prohibere malũ, & non prohibet; quia videtur complacentia mali adesse, & Abb.
2 in fi. ibi. † Idem dicit Henric. Boich. in *d. c. quantæ de sent excom. in fi.*
* & plenius Ant de Bur. *col.* 2. vbi, quod est cõmunis *opinio, quod quicunq; potest prohibere, & non prohibet, est excommunicatus, si ex dolo, & quod dicitur de parentibus, idem de clerico parens est animarum, & versatur publica vtilitas. Card. Zab. omnino ibi in fi. & per totum, qui sequitur Abbatem, vt præsumatur dolus in habente iurisdictionem. † Contrarium esse de iure
3 ciuili dicunt multi, vel saltem, quod conclusio sit vera, quod is, qui potest prohibere malum, & non prohibet, dicitur consentire; & pari pœna puniatur in foro conscientiæ, dicunt Barb. & Dec. in
* *c. 1. de offic deleg. n. 38. in fi.* qui dicit *communem & ibi Bero. *n.* 75. di-
* 4 cit *communem. † Declara; quia imo conclusio procedit in foro tam conscientiæ sine dubio, quam etiam in foro contentioso, & ita loquitur ex necessitate text. in *d. c. quantæ, de sent. excom.* quia excommunicatio respicit forum contentiosum, & quia ille text. & *in cap. dilecto, de sent. excomm. in* 6. loquitur, & procedit per modum interpretationis, & fictionis, quæ non habet locum in foro conscientiæ, ita Bero. *d. c. 1. n. 75. & seq. de offic deleg.* idẽ o procedit in eo, q̃ habet sub ditos, in quos ratione iurisdictionis potest prohibere, & si non prohibet, censetur consentire, & maxime *n. 78. ver. pro responsione*, & optime facit tex. in *c. negligere. 2. q. 7.* cuius verba sunt. *Negligere cum possit deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere, caret*
5 *scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* † Extende maxime, quando superior nedum non prohibet, sed imo auctorizat malefactores, quia maiori pœna punitur. Clar. *d. q. 87. n.*
* *4. ver. hæc autem omnia*, vbi dicit *cõmunem, citat plurimos, dat exemplũ in Prælato, qui non prohibet prædicãtes falsa dogmata; in domino castri, vel villæ, qui non prohibet aggressores viarũ, & expoliatores, sed permittunt; quia maiori pœna puniri debent, se-
6 cus in delictis minoribus seu minimis. † Amplia; quia in Francia de consuetudine seruatur, quod illi, qui fuerunt præsentes rixæ, in qua commissum est homicidium, si potuerunt prohibere, & non prohibuerunt, tenentur impetrare litteras regias innocentiæ, alias essent culpabiles. Clar. *d. q. 87. n. 3. in fin. ver. cæterum in Gal-*
7 *lia.* † Extende in omni eo, qui potest alium defendere sine periculo, & non facit; quia tenetur. vide omnino Præpositum in *c. error, 83. dist.* & in *c. negligeres, 2. q. 7.* vbi etiam Gemin. & alii hoc tenent, & declarant, quomodo procedat, vide eundem Felin. *d. c. quantæ, n. 3.* vbi declarat, *de sent. excom.* Et quod præcise Prælatus, & alii superiores teneantur prohibere mala, & delicta, cum possint, alias teneantur, est text. in *c. præterea, 23. q. 8.* & in *c. error. 83. dist.* vbi idem in patre respectu filii, in domino respectu serui, & in omni alio, qui potest sine periculo obuiare, vt teneantur in foro conscientiæ, & etiam in foro fori. Præpolit. *d. c. error*, & plenius in *d. c. negli-*
8 *gere. 2. q. 7.* † Et in omni eo, qui potest prohibere delictum, & non prohibet; quia habetur pro delinquente, & socio delicti, & saltem tenetur emendare damnum, ita Anch. *cons. 158. Ex narratis, n.* 3. & 4. Et in vicino, & socio itineris, est tex. in *c. non in inferenda, & c.*
9 *qui potest, 23. q. 3.* gloss. in *c. dilecto. de sent. excõ. in 6. in ver. vicino.* † Amplia; quia seruus erga dominum, filius erga patrem, & è conuerso, si sciunt aliquid moliri contra eos, tenentur reuelare, alias incidunt in crimen læsæ maiestatis. Bart. in *l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de parric.* cõcord. Felin. qui allegat pro, & contra. *d. c. quantæ, nu. 4. de sent. excom.* vbi extendit, & limitat, sed vide plene Clar. in §. *fi. q.* 87. vbi tenet in filio erga patrem, seruo erga dominum, vasallo erga dominum, & similibus, & plene Men. *casu* 355. *per tot.* vbi latissime examinat. Vide, *Reuelare quando quis teneatur delinquentem,*
10 *vel non. Concl.* 310. † Contrariũ allegat verius Bal. quem refert Feli. *d. c. quantæ, de sent. excom. n. 4. vers. sed aduerte*, vbi, q̃ anima Bart. propter illud dictum, & assessores, qui eum sequuntur, cruciantur in inferno; quia iure cautũ non repetitur, quod sola scientia inducat
11 hanc pœnam mortis. † Amplia in crimine læsæ maiestatis; quia sciens punitur, si non reuelat, de qua quæst. plene Meno. qui declarat *d. casu* 355. *n. 9. & seq.* vbi distinguit. Vide plenius, *Scientia sola non nocet, & quando puniri possit. Concluf.* 67. † Infertur propterea, quod is, qui in rixa se ingessit animo diuidendi, & prohibendi, non meretur aliquam pœnam. Gram. *dec.* 25. *Magnificus Pirrus, in fi.* Marf. *cons.* 281. *lib.* 1. Boff. *tit. de homicid. n.* 33. *in fin.* Clar. § *fi. q.* 90. *ver. quæro, numquid, nu.* 8. *in fin.* † Imo si quis defenderet extraneum, & eum defendendo occiderit alium, non debet puniri. Iaf. in *l. vt vim, n.* 29. *ver sed pulchrum dubium*, vbi dicit * communem. *ff. de iusti. & iure.* sequitur apost. ad Clar. §. *fi. q.* 87. *in ver. non tenetur* † Limita regulariter; quia nemo puniri debet ex eo, quod non prohibuit. Rom. *cons.* 117. *Nec præmissa in pr.* vbi apostill. in *ver. non puniatur*, vbi citat plurimos. & ita est de iure ciuili, & communis *opinio, vt de communi, & magis communi late Clar. *§. fin. qu.* 87. *n.* 3. *ver. quæro nunc*, & ista est regula, & ibi apost. ibi ad Clar. in *ver. non teneatur.* citat plurmos. † Extende, vt procedat etiam de iure Canonico, vt
15 refert *communem Clar. *d. q.* 87. *n.* 3. *ver. & hanc opinionem.*

Prohibitio hominis operatur, quantum prohibitio legis, & quando non. Concl. 895.

PROHIBITIO † alienationis rei alienæ facta à lege, vel à te- 1
statore, vel pacto contrahentium æquiparatur, & paritet impedit translationem dominii, *l. fi. C. de reb. alien. non alien.* Abb. *cons.* 91. *Videtur primo, nu.* 2. *lib.* 2. † Declara, vt per Fed. de Sen. *cons.* 31. *n.* 1. 2
col. 2. *in prin. ver. nec soluendo credo*, vbi, quod partificantur in illo casu tantum quoad significatum verbi alienationis, quoad alia non; quia fortior est prohibitio legis & testatoris, quam prohibitio per pactum contrahentium. † Amplia; quia prohibitio siue legis, siue 3
hominis, tollitur per iuramentum æqualiter; ideo prohibitus alienare fundum dotalem, vel aliquid simile à lege, vel ab homine medio iuramento alienans irreuocabiliter, alienat, *c. licet mulieres, de iureiur. & c. cum cõtingat.* † Limita; quia fortior est prohibitio ho- 4
minis, quam legis multis casibus, per Fed. *cons.* 31. *nu.* 1. *ver. soluendo credo*, qui dat diuersos casus, vt in voto, in interdicto alienare, & similibus. † Limita; quia prohibitio legis impedit translationem 5
dominii: prohibitio vero hominis ex contractu secus; ideo licet duo barones pacti sint, quod vnus non possit acquirere in territorio alterius, neq; è contra, tamen valet permutatio inter eorum hæredes postea facta. Bald. plene *consil.* 368. *Quod permutatio, lib.* 5. Vide, *Mutius agit lex, quam homo. Concl.* 292.

Prohibitio alienationis quãdo realis, vel personalis. Concl. 896.

PROHIBITIO † dicitur realis, & perpetua, quando est im- 1
personaliter facta, & quoad respicientia solum possessionem, vel rem prohibitam, ita Curt Iun. *cons.* 225. *n.* 48. *& seq.* veluti si testator prohibuit rem exire de familia, vel alienari prohibuit perpetuo extra familiam, & repetit *cons.* 263. *n.* 34. *& seq.* latissime Cap. *dec.* 108. *in pr. n.* 2. vbi, quod prohibitio dicitur realis, quãdo impersonaliter, vel in rem, vel quando cum causa perpetua, ne exeat de familia perpetuo personalis est, quando exprimitur appellatiuum nomen, prout hæres; personalissima, quãdo exprimit certa persona. † Extende multo magis, quando prohibitio est impersonalis, q̃ prohibuit perpetuo, ne res exeat de familia, & descendẽtibus. Cur. Iun. *d. cons.* 225. *n.* 50. Soc. *cons.* 225. *Præsens consultatio, n.* 3. 2
col. 4. *in fi. ver. ex quibus infero*, late Craff. in § *fideicommissum q.* 5. *in fi.* vbi allegat Alex. in *l. filius familias. §. dtus. n.* 25. *ff. de leg.* 1. & Paris. *cõs.* 92. *n.* 43. *lib.* 2. qui de *communi attestantur. † Extende; quia vbicunq; * 3
additur prohibitioni causa, vt remaneat perpetuo in hæredes, & successores, cõprehendit omnes hæredes, & successores in infinitũ. Alex. *cons.* 56. *Consideratis verbis, lib.* 1. & ret. *cons.* 45 *col.* 4. Cur. Iun. *d. cons.* 225. *n.* 58. *& seq.* vbi etiam citat alios. Dec. *cons.* 23 *per tot.* & est *communis opinio. Craff. in § *fideicommissum, q.* 5. *n.* 11. plenissime *
Cap. *d. dec.* 108. *in pr.* † Et procedit etiam si prohibitio sit facta ex- 4
presso nomine hæredis; quia si causa exprimitur perpetua, prohibitio erit perpetua; Craff. *d.* § *fideicommissum, qu.* 5. *nu.* 11. † Extende, 5
quando testator prohibuit bona alienari; quia voluit illa deuenire ad suam posteritatẽ; quia prohibitio dicitur realis, & perpetua, Curt. Iun. *d. cons.* 225. *n.* 59. Rom. *consil.* 457. *in secundo dubio*, vbi declarat, & distinguit, quando causa expressa extẽdat perpetuo, vel non. † Extende, quando verba prohibitionis diriguntur in ipsa bo- 6
na, vt quia non prohibet hæredes alienare, sed prohibentur bona posse alienari; quia erit impersonalis, & realis, communem *dicit *
Craff. *d.* § *fidecommissum, q.* 5. *in fi.* Capic. *d. dec.* 108. *in pr.* vide Ful. *cõs.* 116. *Io. quondam, in pr.* † Declara plene hanc materiam, vt per Rom. 7
d. cons. 457. *in pr.* vbi apost. dat concor. vbi distinguit plures casus, quando sit personalis, vel realis. Vide, *Fideicommissum quando perpetuum familiæ, & quando personale. Concl.* 252. † Limita, quando pro 8
hibuit

hibuit testator etiã impersonaliter vendi habito respectu per relationem ad certas personas. Curt.Iun.*d.cons.*225.*n.*46.& 47. Extende, † quando prohibuit hęredes, & descendentes in infinitũ alienare, tunc est prohibitio personalis. Soci.Iun.*cons.*263.*n.*36. Idé, † si prohibuit certas personas nominatas posse alienare; quia * est personalis, & non excedit personas nominatas, * communem dicit Couarru.*var.resol.lib.*3.*c.*5.*n.*4. Crassin. §. *fideicommissum*, *q.*5. *nu.*10. vbi * communem dicit. † Declara tamen, quia si ratio per modum dispositionis est generalis, & perpetua; tunc ratio attenditur, & dicitur prohibitio perpetua ex ratione; licet sit personalis respectu personæ expressæ, ita Crass.*d.*§. *fideicommissum*, *qu.*5.*nu.*11. vbi dicit * communem, & multos allegat. † Idem, si prohibuit testator filios alienare; quia non extenditur ad nepotes. Rom.*d.cõs.* 457.*in pr.ver.quoad secundum*, vbi apost. in *ver.ad nepotes.* dat conc. † Declara, nisi testator adiecisset rationem generalem, puta, prohibuit filios alienare, quia voluit perpetuo bona remanere in filios, & descendentes, vel in masculos de familia; quia tunc attenditur ratio, & prohibitio personalis, propter rationem generalem extenditur secundum rationem. Rom.*d.cõs.*457. *Circa propositam*, *col.*2.*in pr.ver aut prohibuit*, & ibi apost. in *ver.hæredes*, citat plurimos, * & dicit * communem, sequitur Iacob. Mandel.*cons.*54.*n.*4.*ver.nec obstat*, vbi citat plures. † Et quod prohibitio ad tempus extendatur etiam vltra tempus per rationem adiectam. Decia. plene *cons.* 35.*n.*105.*li.*3. † Declara; quia prohibitio alienationis alia est nuda, quæ non valet, & dicitur nuda, si non apparet causa, propter quã fiat, neque quorum contemplatione. Rom.*d.cons.*457. *Circa propositam in pr.* † Si vero causa exprimitur, vt quia constat, quorum contemplatione faciat prohibitionem, vt quia habuit respectum ad descendentes, vel ad masculos, vt quia prohibuit perpetuo alienari, vel simpliciter alienari; quia voluit remanere in filios, & descendentes masculos, vel in illos de agnatione; tunc valet prohibitio. Rom.*d.cons.*457.*in pr.* vbi apost. 1.in *ver.valida*, dat conc. † Sed si fiat prohibitio etiam cum causa, sed non per viam dispositionis, puta enunciando solum, quod prohibet alienationem, sic enim separare potest, quod bona conseruentur in descendentes; tunc dicitur nuda, & non valet, nec extenditur secundum rationem enunciatam, sed solum restat personalis. Rom.*d.cons.*457. *col.*2.*ver.aut prædicta verba*, vbi apost. in *ver.transitum facit*, dat conc.

Vide, *Fideicommissum particulare in quibus fieri possit &c. Concl.*234.

Vide, *Fideicommissum vniuersale*, & *particulare qualiter cognoscatur. Concl.*229. & *Concl.ibi* 254. & etiam *Concl.*252.

Prohibitio facta hæredi ad quos se extẽdat, vel non. Concl.897.

PROHIBITIO † alienationis facta per testatorẽ; qua voluit, prohibita alienari perpetuo deuenire in posteros, & descendentes suos, est perpetua, donec extent descendentes. Bald.*cons.*448. *Præmissis verbis*, *in pr.lib.*5. vbi, quod appellatione descendentium continentur omnes in infinitum. Alex.*cõs.*56. *Consideratis verbis in pr.ver.tamen attento*, *lib.*1. Rom.*cons.*457. *Circa propositam*, *col.*2.*ver.* * *aut prohibuit alienare*, vbi apost. in *ver.hæredes.* dat concord. & * dicit communem. † Extende, vt procedat etiam, quando testator post prohibitionem subiunxit, quia volebat; quod peruenirent perpetuo in hæredes; quia sub nomine appellatiuo cẽsetur prohibuisse. Bal.*d.cons.*448. *circa si.ver.sed quo ad alia.lib.*5. † Extende, vt idẽ sit, quando prohibitio alienationis facta est in hæredes hæredis; quia ad eos trãsit. Rom.*d.cons.*457.*col.*2 *post med.ver. aut phibitio directa.* vbi apost. in *ver.transit.* † Extende; quia prohibitio alienationis bonorũ stabilium facta omnib⁹ hæredibus, & successoribus est perpetua, & continet saltem omnes descendentes testatoris. Alex.*cons.*56.*in pr.ver.consideratis verbis*, *lib.*1. † Et idem si prohibuit perpetuo alienari; quia voluit perpetuo peruenire ad hæredes, & successores, & quod vsusfructus remaneat eius vxori toto tempore vitę suę, & post ipsius mortẽ ad ipsius hæredes, & successores perueniat; quia durat perpetuo in omnes descendentes testatoris. Alex.*d.cons.*56.*in pr.ver.tamen attento*, *lib.*1. † Idem, si quis prohibeat hęredes, & descendentes suos alienare; quia vult, q̃ bona sua remaneant in ipsos hæredes, & descendẽtes; quia ad omnes trãsit prohibitio. Rom.*d.cons.*457.*col.*2.*circa si.ver.& hæc sunt.* † Limita, quando prohibitio est facta hæredi scripto, quia non se extendit ad hæredes hæredis scripti. Bald. *cons.*272.*in causa egregia*, *in fin.n.*5. *ver.quantum ad primum lib.*5. † Idem, si est facta hæredi demonstrato, puta, prohibeo te hæredem. Alex.*cons.*56.*n.*2.*ver.hoc expressius*, *li.*1. † Extende, vt procedat, etiam si prohibitio sit facta sub nomine appellatiuo, videlicet, quod ipsi hæredes non possint alienare; quia non extenditur prohibitio, nisi ad primos hæredes; quia dictio, *ipsi*, est demonstrans ad oculum. Bal.*cons.*304. *Nobilis vir*, *lib.*5. vbi in fi. dicit in substitutione facta inter hęredes, vt non se extendat, nisi ad primos, & *cons.*448. *circa si.eod.lib.*5. † Extende, vt idem sit, quando prohibitio sit hæredi sub nomine proprio, vel prohibitio apparet personalis, quia non extenditur ad alias personas. Paris.*cons.*25.*n.*23.*lib.*2. Rol.à Val.*cons.*100.*n.*87. *cum seq. lib.*4. & idem Rol.*cons.*70.*n.*41.*lib.*3. † Extende; quia hæres prohibitus nominatim censetur ipse hæres testatoris, non autem hæres hęredis. Bart. plene *cons.*7. *Factum tale.ver. præterea in pœnis*, *vsque in fi.lib.*1. sequitur ponendo plura similia Alex.*cons.*140. *Viso dicto testamento.n.* 6. & *seq.lib.*6. † Extende; quia si legatarius prohibetur alienare, non prohibetur transmittere, aut alienare in filium, quia est potius continuatio, quam alienatio, & ideo filius potest libere alienare; quia prohibitio facta patri non se extendit in filium. Bal.*cõs.* 449. *Quando testator.in pr.lib.*5. † Extende in pœnalibus, quia pœna imposita hæredi non transit ad hæredem hæredis. Bald. *in fi.n.* 22. *quæstione.* C. *de hæred.instit.* quem citat Alex. *d.cons.*140.*n.*7.*lib.*6. vbi dicit esse intelligendum Bald. secundum Bart. *d.cons.*7.*li.*1. vbi delicet quando nominatim. † Restringe, nisi prohibiti essent hæredes omnes simpliciter sine dictione, *ipsi*; quia ex quo nomen appellatiuum hæredum omnes continet, censetur omnes prohibiti. Bald.*cons.*448. *circa si.ver.sed si non habet*, *li.*3. Alex.*d.cons.*56.*in pr.li.*1. † Limita, quia prohibitio alienandi intra certam ætatem, & certum tempus facta, inducit permissionem extra illud tempus. Crot.*cons.*61.*n.*15. Paris.*d.cons.*25.*n.*14.*lib.*2. Rol.à Val.*d.cons.*100.*n.* 85.*lib.*4. † Extende; quia idem est, si prohibetur quis alienare sine licentia matris, vel exequutorum datorum in testamento; quia illis mortuis censetur permissa; quia licentia non est necessaria. Alex.*cons.*206. *Ponderatis verbis*, *n.*4. & *seq. ver præterea*, *præsupponatur*, *lib.*6. vbi, quod causa redacta est ad non causam, & licet prohibitio. † Extende in tantũ, quod nec requiritur decretum iudicis loco licentiæ, quando mortui sunt, vel non extant illi, qui poterant dare licentiam, vel sine quorum licentia alienatio fieri nõ potest, ita Alex.*d.cons.*206.*in si.n.*10.*ver.super vltimo.lib.*6. vbi dicit, quod contraria procedunt in tutore, vel curatore, qui dantur audice; quia ipsis mortuis, vel non extantibus iudex potest proout supplere cum decreto suo: quia supplet defectum eorum, quos ipse dare potest, secus est in aliis, qui non pendent a iudice. † Limita; quia si testator prohibet alienari rem extra familiam in perpetuum; quia vult rem prohibitam remanere in familia, non extenditur vltra quartum gradum. Ale. *d.cons.*56.*in pr.li.*1. † Restringe, nisi adsit dictio importans perpetuitatẽ, vel si dixit, quod volebat, quod res prohibita perpetuo remaneret in suos descendentes, & de familia. Cur.Iun.*cons.*226.*n.*45. & *seq.* Vide, *Fideicommissum ex prohibitione restricta. Concl.*263. & *Concl.*254. & *Concl.in* 261.

Vide, *Substitutio vulgaris quando tacita*, *vel expressa. Concl.*801.

Prohibitus alienare quibus modis, vel personis sit prohibitus, vel non. Concl.898.

PROHIBITVS † alienare cẽsetur prohibitus omnib⁹ modis alienare, siue directe, siue per indirectum; ideo Prælatus Ecclesiæ, qui non põt alienare sine solemnitatibus, nõ potest compromittere, nec concordare, nec transigere, quando ex eis põt sequi alienatio. Fed.de Sen.*cons.*94. *Casus talis est per tot.* Gem.*cons.*10.*per tot.* † Extende; quia imo prohibitus alienare, tenetur, & non potest consentire alienationi prohibitæ. Ale.*cõs.*158. *Circa primũ*, *in pr.li.*3. vbi, quod mulier, quæ prohibetur relinquere secundo marito plus quam vni ex filiis primi matrimonii, tenetur, vel non potest in tali casu, vbi extat statutum, quod maritus lucretur medietatem dotis, vel si vult nubere, debet pacisci, vt lucrum non excedat portionẽ legis prohibentis, alias dicitur consentire statuto, & nõ valet. † Contra licet; lucrum in pręiudicium filiorũ primi matrimonii. † E contra licet; alienatio nõ perpetua censetur permissa de bonis Ecclesiæ, & tutibus per Prælatũ; ita etiam censetur permissum cõpromissum, per quod deuenitur ad alienationem non prohibitam. Gemin.*d.* *cons.*10. *per tot.* † Amplia; quia locatione permissa tantũ ad nouem annos, nõ valebunt locationes fraudulẽter factæ, videlicet prima ad nouem annos, inde ad tres annos, alia ad nouẽ annos, & sic illa cessiue; quia licet cassentur pcedentes; tamẽ vt tollatur fraus, locator non tenetur stare, nisi locationi primæ nouẽ annorum, de nec sit finita. Bal.*cons.*324. *Casus talis est.lib.*3. vbi, quod ista locatio nouem annorũ per singulos annos est vtilis, & tradit idem Bald. *cons.*392. *Locatio rer. Ecclesiæ*, *lib.*5. *per tot.* † Amplia; quia prohibitus alienare prohibetur etiam iura, & actiones cedere. Dyn.*cõs.*23. *per quæstione.in pr.* vbi, quod cessio iurium est alienatio. † Amplia, & in tantum prohibitum alienare, esse prohibitũ, vt nec per legem permittentem ius admittendus per iudicem; nam mulier, quæ pro-

prohibetur plus conferre marito, quam vni ex filiis primi matrimonii, cui minus relinquit, prohibetur dare tantum in dote matrito, vt ex forma statuti lucretur plus, quã primus filius ex primo
7 matrimonio habeat. Bald. *cõs.120. Quæstio formatur, li.4. in pr.* † Extende in filio spurio, cui patet vltra alimenta necessaria legare nõ potest, si instituat vxorẽ. cui dedit facultatem alienandi facto fideicommisso in non alienatis, & ipsa spurio cedat, censetur accommodata fides defuncto in fraudem, idem fideicommissarius agit, & recuperat, vel fiscus, cui fit applicatio, quia licentia data non inducit spurium, quia directe, neque per indirectum potest habere bona patris, Io. de An. *cons.13. per tot.* vbi Bolog. in apostill.
8 † Contrarium, quod si quis prohibeatur acquirere in certo loco per statutum, si per aliud statutum promittitur præmium in bonis occidenti bannitum, capiat præmium etiam prohibitus acquitre-
9 re, plene Rol. à Val. *cons.80. n.35. & seq. lib.3.* † Declara totam istam materiam, vt plene per Rol. à Val. *d. cons.80. nu.29. & seq. lib.3.* vbi ponit quatuor cõclusiones. Prima est, quod cessante prohibitione vnusquisq; de iure communi erit capax: secũda, quod per simplicem prohibitionem alienandi in forensem non est prohibita successio ab intestato, vt ibi *nu.32.* tertia, quod simplex prohibitio non comprehendit ex causa testamenti: quarta conclusio, quod si prohibitio est vniuersalis per verba, *quoquo modo*, comprehendit ab intestato, ex testamento, & quamcunq; necessariam aliena-
10 tionem. † Amplia; quia prohibita muliere alienare, vel obligare bona sine consensu mariti, & proximiorum ex forma statuti (prout Papiæ) etiam prohibetur adire hæreditatẽ. Cum. *cons.176. Statuto Papiensi.* † Extende, quia licet istud statutum non habeat locũ
11 ex causa necessaria, sed tantum ex causa voluntaria, tamen non valet alienatio, quæ fit per mulierẽ in executione laudi lati, quia prohibitus alienare prohibetur compromittere, quãdo deuenitur ad alienationem, vt in eodem statuto. Cast. *cons.400. Viso puncto, prope fin. ver. contrarium, lib.2.* † Limita; quia prælatus prohibitus alienare si alienat bona Ecclesiæ non seruatis solemnitatibus,
12 licet non valeat alienatio in præiudicium Ecclesiæ, & successoris, valet tamen in præiudicium Prælati eius vita durante propter contrauentionem, & dolum. Cald. *cons.258. in fin.* alias *2. dein, quæ fiunt à Prælat.* † Limita; quia prohibitus alienare extra certas per-
13 sonas, vel testari, si personæ, quarum causa inducitur prohibitio, & non extant, cessat prohibitio, & põt fieri alienatio. Bald. *consil.*
14 *336. Quæritur, vtrum, nu.3. ver. in alio puncto, lib.3.* † Extende, vt idem sit, si persona, cuius causa prohibetur alienatio, vel non extaret;
15 vel consentiret. Bald. *cons.448. Præmissis verbis, in fi. lib.5.* † Limita, quia gubernatores loci pii, licet prohibeantur alienare, tamen non prohibentur transigere, quando instrumentum, super quo fundatur ius pii loci, redditur suspectum de falso per confessionẽ
16 Notarii, qui de illo rogatus fuit. Bal. *cons.252. Post quã Notarius.* † Limita; quia prohibitus alienare extra certũ genus personarum, vt extra familiã, vel descendẽtes, poterit ex testamento transferre in eum, qui alias esset sibi successurus, & quando nõ. Vide incertum auctorem post regulas Soc. *Reg.12. Prohibitus per testatorem*, vbi restringit duobus modis, quos videas. Vide, *Alienatio fideicõmissi rei*
17 *prohibitæ alienari quando, & ex quibus permissa. Conclus.259.* † Limita, quia filius prohibitus alienare vsq; ad certam ætatem non prohibetur facere legata, & codicillos, ex quo talis prohibitio videtur facta fauore filii prohibiti. Signor. Homod. *cons.25. Casus talis est, in*
18 *fi. n.14. ver. redeo ad nouam.* † Limita; quia prohibitus alienare non prohibet in filios proprios alienare, quia talis nõ est alienatio, sed
19 potius continuatio. Bald. *cons.449. Quando testator, li.5.* † Extende etiã in prohibitione alienationis rei particularis, vt nõ possit alienari, nisi in Petrum, & Paulũ filios legitimos prohibentis; quia si
20 phibitus, qui est filius spurius prohibẽtis, haberet filios legitimos, seu legitimatos per subsequens matrimoniũ, illi succedent; qa dicitur continuatio eiusdem dominii. Bal. *cons.141. Pactus talis est, lib.*
5. † Restringe, quia prohibitio particularis, quod certa res nõ possit alienari, nisi in filios legitimos prohibentis, extẽditur, vt nec filius naturalis prohibiti succedere possit. Bal. *d. cons.141. n.3. vsq; in*
21 *fi. lit.5.* † Limita, quia prohibitus alienare nõ censetur prohibitus si alienat in personam vocatã à testatore. Ang. *cons.169. Super puncto, col.3. ver. tertia ratio*, & est cons. Nicolai de Prato subscriptũ à Io. de
22 Riccis de Florentia, & ab Angelo. † Extẽde; quia prohibitus alienare vel donare, non prohibetur alienare, vel donare in coniunctos, ad quos post mortem alienantis bona peruenire deberent. Rom. plene *cõs.199. Præsens, n.9. ver. quoad secundum*, vbi plura similia de feudo, & aliis, & apost. ibi in *ver. per tex.* dat conc. maxime in *ver. facit prætered*, vbi citat plurimos concor. Vide incertum auctorem post regulas Soc. *Reg.12. Prohibitus per testatorem extra certum genus personarum potest trãsferre in eum, qui sibi erat successurus*, vbi ponit duas fallẽtias: primo, si verba sunt geminata: secundo quãdo ille, qui ab intestato succedit, esset à statuto prohibitus acquirere. qa esset forensis. † Limita, quia prohibitus alienare bona, quæ testator voluit post mortem hæredis deuenire ad locũ pium, si alienat, non incurrit pœnam, si ante conditionis euentũ bona recuperauit, vel successit rei, in quem erat facta alienatio. Ang. *d. cons.169. in pr. & per tot.* vbi multa allegat, & dicit attendendam rationem, & non verba, & est consilium Nicolai de Prato, & Io. de Ricciis, cui etiam Angel. subscripsit sine difficultate, si vendens non habuit scientiam pœnæ in casu alienationis. † Declara, vt procedat sine 24
dubio limitatio, quando hæres, qui alienauit, ignorauit pœnam adiectam, ita videtur restringere Ang. in sua subscriptione ad dictum *cons.169.* in fi. Vide, *Alienatio fideicõmissi & rei prohibitæ alienari quando & quibus permissa. Concl.259.* Vide, *Alienatione prohibita, quæ alienatio permittatur. Concl.262.* Vide duas conclusiones prox. seq.

Prohibitus directe quando non prohibeatur per indirectum, vel è contra. Concl. 899.

CVRIA † mercantiæ Florentiæ, quæ prohibetur cognoscere 1
de causis instrumentorum, & vltimarum voluntatum, non prohibetur secundario cognoscere, si producantur ad probationem instrumenta, & vltimæ voluntates. Bald. in *l. plane. ff. quod falso tato.* vbi, quod ita audiuit Bart. in voce inducere illum tex. idem Bart. in *l. filius. ff. quod cum eo.* Rom. *cons.300. In casu.* sequitur Fel. in *c. cum venerabilis. n.25. de excep.* Soc. *cons.51. col.1.* Dec. in *l. quedã puella. §. si. n.3. de iurisd. omn. iud. ver. similiter.* † Extende; quia licet si agatur 2
principaliter de interpretatione rescripti Principis, interpretatio sit ad Principem remittenda, secus est, quando incidenter, puta, quia producitur priuilegium ad probationem, vel ad processum. Abb. & Dec. in *c. cum venissent. de iud.* Vide, *Inferior non potest factum superioris inducere, & quando secus. Concl.120.* † Extende, quia licet in- 3
ferior nõ possit cognoscere de excommunicatione superioris, an sit valida, vel non, id procedit quoad principalem cognitionem, secus quoad secũdariam, puta si opponatur ad processum, quod est excommunicatus. Cald. *cons.110. ver. super secundo, n.2.* alias *1. de arbitr.* Vide *Inferior. Concl. prox. citata.* † Extende, quia iudex secula- 4
ris non cognoscit de causa spirituali principaliter; tamen incidenter quando ad processum incidit, potest cognoscere, vt in *ver. Iudex secularis non cognoscit de incidenti, &c. Conclu.455.* de quo articulo plene Fel. in *c. cum sit generale. de for. compet.* vbi ponit Reg. cum ampliat. & limit. & Ias. in *l. quoties. C. de iud.* † Amplia, quia prohibitus 5
acquirere stabilia in loco, non prohibetur habere pretium bonorum legatorum, quando prohibitio non est ex delicto prohibiti. *l. apud Iulianũ*, vbi plene Ias. *ff. de leg.1.* & ponit multa exẽpla. † Am- 6
plia; quia iudex, qui non potest prorogare instantiam, potest facere decretum, quod non currat, & si non appelletur, saltem præbet causam, quod detur restitutio, ac si lapsa, vel cursa non esset. Ant. de Butr. *cons.44. n.2. ver. aduertendum, vsque in fi.* Vide Conclus. prox. sequ. Vide, *Principalis dispositio attenditur, non quæ in consequentiam. Concl.662.* Vide, *Principaliter fieri multa prohibentur, quæ admittuntur in consequentiã. Conc.663.* Vide Ant. Gabr. *lib.1. tit. de præsumpt. Concl.7. Antecedenti prohibito.* Vide Mascard. *Concl.102. Quibus præsumptionibus antecedens.*

Prohibitio directa impedit factum tanquam prohibitum etiam fieri per indirectum. Concl. 900.

QVANDO † aliquid prohibetur, censetur prohibitum omne 1
id, per quod peruenitur ad illud prohibitum. *l. oratio. ff. de sponsal.* Fed. de Sen. *cons.163. n.1. in fi.* Anch. *cons.204. Punctum vnius, n.5. & seq.* & hanc esse regulam dicit Sign. *cons.160. n.4.* Cast. *consil.*
400. *Viso puncto, circa fin. ver. contrarium lib.2.* † Et ideo prohibito 2
matrimonio prohibentur sponsalia; quia per ea peruenitur ad matrimonium. Abb. *consil.65. Ad decisionem. col. fi. ver. circa quartum dubium, lib.2.* † Et prohibita electione prohibetur postulatio; quia 3
per eam peruenitur ad electionem; quia est coniuncta ei Abb. *d. cons.65. col. fi. ver. circa quartum, lib.2.* † Extende, quia per viam legis 4
permittentis generaliter, non potest permitti prohibitum in specie; ideo mulier, quæ non potest plus relinquere marito, quam vni ex filiis primi matrimonii, non potest dare tãtam dotem marito, vt ex lucro statuti plus lucretur, quam possit sibi relinqui. Bal. *cons.120. Quæstio formatur, in prin. lib.4.* † Extende, quia prohibitus 5
alienare in aliquem censetur prohibitus quoscunq; actus facere, ex quib. alienatio illa sequi posset. Bal. in *l. quoties. la prima, in princ. C. de fideicom.* † Extende; quia prohibitus alienare, prohibetur etiã 6
compromittere, quãdo per compromissum deuenitur ad alienationẽ, neq; dicitur causa necessaria, sed voluntaria. Cast. *cõs.400.*

7 *prope fi. ver. contrarium, lib. 2.* † Declara totam istam materiam, vt per Abb. in *c. tuæ. nu. 4. de procur.* quia prohibitio respiciens effectum, quod non fiat aliquid, prohibet omnem modum; si vero prohibitio respicit modum, tunc per alium modum potest fieri: dat exemplum, quod ciuitas facit edictum, quod nullus possit exire ex ciuitate, intelligitur quoad effectum; si vero fiat bannum, quod nullus exeat de ciuitate per muros, intelligitur quoad modum, & sic per portam potest fieri exitus: & idem dicit ad alium finem Abbas *cons. 64. Videtur primo, col. 4 pen. ver. nec obstat, lib. 2.* vbi, quod alias si diceremus contrarium effectum per fraudem tolli posset.

8 † Declara alio modo, quia prohibitus directe prohibetur per indirectum omnimodo, si subest eadem ratio vtroque casu, alias non. Alex. plene *cons. 194. n. 14. lib. 2.* vbi apost. in *ver. ratio*, dat con-

9 cordantes. † Declara alio modo, vt per Alex. *cons. 220. Ponderatis, n. 8. ver. nec obstat in contrarium, li. 6.* quia quando aliquid est prohibitum directe erit etiam prohibitum per indirectum, quando permissio licita non accedit: dat exemplum, statutum, quod non petens creditum suum per 10. annos, illud perdat, nō valet; quia nutritium peccati propter malam fidem, si vero accedat permissio, quia statuentes inducunt præsumptionem solutionis, quod facere possunt; vel quia accedit bona fides debitoris, puta hæredis: tunc prohibitum per directum potest valere in consequenti-

10 am per indirectum intercedente permissione. † Idem in statuto, quod non potest tollere citationem; quia est defensio naturalis, sed bene potest variare modum, puta nō valeret statutum, quod sententia non citata parte, vel non audita valeat, sed bene potest valere statutum, quod lata sententia nulla ex capite citationis debeat dici de nullitate intra certum terminum, alias non audiatur vlterius; quia non est tollere citationem, sed modificare, seu vari-

☞ are modum Alex *cons. 225. n. 8. ver. nec obstat secundum eos, lib. 6.* Vide, *Limitatio, & moderatio dispositionis non dicitur contrariari. Concluſ. 355.*

11 † Amplia, vt item in casu conuerso, quādo aliquid est permissum, censentur permissa omnia, per quæ peruenitur ad illud. *c. præterea, de off. deleg.* Fed. de Sen. qui loquitur tam in prohibitis, quā in per-

12 missis *cons. 163. n. 1. in fi. & cons. 201. in pr. & cons. 226. in pr.* Abb. *cons. 65. col fi ver. circa quartā, lib. 2.* † Prout è conuerso obligatus permittere aliquem posse idere censetur obligatus nihil per se, vel alium directe, vel indirecte agere, per quod ille possessor inquietetur.

13 Bald. *cons. 195. Præsupposito quodam, in pr. lib. 2.* † Et qui promisit non molestare, censetur promisisse occasionē molestiæ non præstare,

14 vt declarat Soc. *cōs. 26. In præsenti, col. 1. lib. 3.* † Item censetur promisisse nihil agere, ex quo possit sequi molestia etiā ex dispositione legis. Bart. Bald. & Salyc. in *l. hac edictali, C. de secund. nup.* Alex. *cons.*

158. *Circa primū, per tot. lib. 5.* Rui. qui alios citat. *cons. 94. Circa primū, n. 4. lib. 5.* nā qui vult antecedens, vult ēt necessarium consequens.

☞ Vide, *Molestiam non dare promittens ad quid obligetur. Cōcl. 307.* † De-

51 clara, quia non procedit, qñ diuersa ratio est inter principaliter prohibitum, & modum, per quem peruenitur ad illud. Sign. *cons.*

16 45. *in fi.* † Amplia; quia sicut fratres Minores non possunt habitare in locis de nouo construendis sine licentia Papæ; ita ēt prohiben-

17 tur donationes, & legata eis facta ad vsum prohibitū. Fed. de Sen. *cons. 175. Viso instrumento, per tot.* † Amplia, quia laici, qui prohibentur statuere aliquid, per quod clerici ligentur, prohibiti censentur

18 nedum directe, sed etiā per indirectum. Cald. *cons. 11. de constit. in fi.* † Extende, quia prohibentur ēt statuere contra laicos consanguineos clericorum. Feli. plene in *c. Ecclesia S. Mariæ, n. 99. q. 13. de cōstit.* vbi ponit plura similia exempla. & qñ laici laborantes bona gra-

19 uantur. † Rationē allegat Feli. vbi supra; quia offendens meū cōsanguineū mei causa dicitur offendere me clericum, & allegat, q̄ propterea si Titius, cum quo habeo pacem propter me, offendat meum cōsanguineum, vel familiarem, rumpit pacem, & offendit

20 me. † Extēde; quia laicus iudex, qui prohibetur punire clericum, prohibetur quocunq; modo etiam per incidens; quia licet sit cōtumax, vel delinquat in causa ciuili coram laico iudice, adhuc nō

☞ potest puniri. Fed. de Sen. *cons. 302. n. 3. ver. non item iudex laicus.* Vide, *Iudex secularis in quibus causis procedat contra clericos. Concl. 451.* Ex-

21 tende; † vt etiam procedat, quando ex punitione concubinæ clerici, ipse clericus infamaretur. Fel. *d. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 102. in 16. q. de constit.* vbi dat alia exempla, & dicit notandum ad multa similia,

22 quę possunt euenire, & non valet consuetudo cōtraria. † Amplia; quia habens bona donata cum pacto, q̄ in vita sua faceret quicquid sibi placeret cū pacto, quod non possit alienare, alias reuertantur ad donantem, non poterit ēt ad certum tempus alienare, neq; ad lōgum tempus locare, quia cum sit donatarius ad vitam, verba illa prohibitiua alienationis necessario intelligūtur etiā ad modicum tempus. Abb. *cōs. 91. Videtur primo, lib. 2.* vbi q̄ illa verba, quod possit facere quicquid sibi placet, restringūtur quoad gau-

dimentum. † Amplia; quia sicuti prohibita est directa donatio, ita ter virum & vxorem, nisi morte confirmetur, ita etiam prohibita est omnis via, quæ tendat ad validitatē d. donationis; ideo nō valet cōpromissum, neq; laudum, neque aliūs contractus permissus super donatione prohibita fundatus. Bal. *cons. 29. Casus, prædicti vxori, n. 4. ver. secunda quæstio, vsq; insi. lib. 1.* † Extende; quia sicut nō valet donatio inter virum & vxorem, ita non valet consensus cōfirmans talem donationē. Dyn. *cons. 44. Quæstio, de qua agitur.* Amplia; † quia prohibitus donare vltra summā sine insinuatione, vel certa forma seruata, phibetur per omnem modum, ne fiat frāus; ideo non valebit donatio facta supra summā cum cautela, q̄ tot sint donationes, quot sunt summæ permissę, quia per indirectum permitteretur prohibitum ex fraude Bal. *cōs. 324. Casus talis est, n. 2. ver. quia quoties, lib. 3. & cons. 392. Locatio ter. Ecclesiæ, ante med. ver. nec etiā potest aliqua arte lib. 5.* † Extende idem in locatione permissa ad nouennium de bonis Ecclesiæ; quia nō valebit locatio ad nouennium primo loco, & inde ad tres annos, si fiat alia ad nouennium, & sic successiue; quia solum attenditur prima nouennalis, donec finiatur, & aliæ successiuæ tanquam in fraudem nō attendantur. Bal. *d. cons. 324. per tot.* vbi est casus, *lib. 3. & cons. 392. per tot. lib. 5.* Amplia; † quia prohibitus actum gerere prohibetur etiam illi actui consentire. Anch. *cons. 204. Punctum vnius, n. 2.* † Declara, quando consensus tendit ad eundem finem, alias secus. Anch. *d. cons. 204. col. fi. n. 13.* † Amplia, quia prohibitus alienare prohibetur etiā ser-

uitutem cōstituere. Ias. in *l. fi. n. 147. & 148. C. de iure emph.* † Extende; quia Prælatus prohibitus alienare, prohibetur cōferri in præiudicium Ecclesiæ, alias per indirectum aperiretur via fraudibus. Castr. *cons. 338. Primo quæritur, n. 3. lib. 1.* vbi late. † Amplia; quia prohibitus aliquid facere intelligitur etiā per alium, cui possit imperare. Anch. *d. cons. 204. n. 2.* † Restringe, quia promittens non molestare, vel se nō intromittere, censetur obligatus pro iure de præterito, secus pro iure de futuro post promissionem acquisito. Anchā. *d. cons. 204. n. 11. & seq. ver. sexto & vltimo* † Restringe, quia vniuersitas promittens nō se intromittere in actu, vel iurisdictione, censetur ratione iuris vniuersalis; sed tamen particulares ex iure suo quæsito, puta donato, legato, vel alia acquisitione poterunt. Anch. *d. cons. 204. n. 7. & seq.* † Amplia; quia pater qui prohibetur legare spurio aliquid vltra alimēta necessaria, alias fisco applicatur tanquā ab indigno, prohibetur etiam per circuitum, & indirectum, ideo si instituat vxorē, quæ postea cedit spurio, auferur ab indigno, quia est in fraudē. Io. de An. *cons. 13. per tot.* vbi Bologna post. & fideicōmissarius agit, vt reuocet fideicōmissum alienatum in incapacem. † Amplia, quia lex, quę prohibet dari accusatori vl-

tra duas dilationes, prohibet ēt, quod non sit communis dilatio accusati, quia per indirectum haberet vltra duas. Sign. *cons. 100. n. 4.* † Extende; quia regula est, quod prohibitio directa nō fraudet-

tur per obliquum, & quia quod nō possum per me, neq; per alium debet permitti, nisi in casibus, in quib⁹ expresse lex permittit per alium fieri, quod per me non possum. Sign. *d. cons. 160. n. 4. & seq.* † Amplia, quia qui prohibetur agere contra aliquem, prohibetur ētiā contra eius fideiussorem, quia agendo contra fideiussorem, tenetur illi cedere iura, & fideiussor pariter ageret contra principalem, ita Ale. *cons. 109. n. 8. lib. 4.* Vide, *Dos quādo possit restitui. Concl. 762.* plenius in *ver. Fideiussor non potest esse sine principali obligatione, & quando secus. Concl. 292.* † Extende, quia mulier, quæ renunciauit in hypothecæ quoad certa bona mariti, nedum non pōt agere contra dicta bona, sed neq; cōtra alium tertium habentem iura protra emptoris, cui renunciauit, ex quo tertius molestare posset. Vi-

de, *Molestiam non dare promittens ad quid obligetur. Concl. 307.* † Restringe, quando agitur solum de priuilegio fori, puta, quia pupillus, qui non potest conueniri, nisi coram officialibus pupillorum, si eius fideiussor conueniatur, qui postea agere debebit cōtra pupillum coram officialibus pupillorum, nō potest tamen pupillus trahere agentem contra fideiussorem ad forum pupillorum. Vi-

de, *Incompetentia quando habeat locum. Concl. 79.* † Amplia; quia prohibitio directa comprehendit etiam factum tanquam prohibitū per indirectum, & quādo secus. Vide, *Directe aliquid fieri, vel per indirectum, differunt. Conc. 451.* † Limita, quia multoties conceditur via ad id, quod alia via denegatur. *l. fi. in fi. C. de vsur. rei iud.* Fed. de Sen. *cons. 242. in fi.* vbi, quod pendente lite inter creditorem, & debitorem super præiudiciali non potest molestari fideiussor, etiam si cōtra eum adsit res iudicata, quia licet creditor directe nō possit inhiberi respectu fideiussoris cōdemnati, tamē respectu principalis debitoris inhibetur, quia alias fideiussor posset agere, & sic per indirectū cōtra principalem debitorem, si ipse molestaretur.

☞ Vide, *Principalis dispositio attenditur, non quæ veniunt in consequentiam & c. Concluſ. 662.* † Extende, quia licet, arbiter non possit restituere ad in-

in integrum, bene potest pronunciare restituendum esse, & delegatus licet non possit mittere in possessionem, potest tamen pronunciare esse mittendum. Sign. *cons.* 45. *Compromissum factum*, vbi,
43 quod ita obtinet de facto. † Extende, quia licet laici directe non possint tollere iuramentū, bene possunt ex causa per indirectum, puta strauendo, quod dolo, & metu extortum præsumatur apost.
*44 gis *cōmunem. † Contrarium Alex. *cons.* 59. *Viso instrumento*, n. 6. *lib.* 1. vbi dicit *magis cōmunem, & grauioribus DD. munitam, & ab ea non recedendum, & idem dicit Rol. à Val. *cons.* 99. *lib.* 3. vbi
tollit omnia contratia, & non valet argumentum, ꝙ illud, quod prohibetur directe, possit fieri in consequentiam quoad spiritua-
45 lia, vt laicis permissa dicantur. † Declarat Alex. *cons.* 151. *n.* 14. & 15. *ver. nec ad hoc obstat, li.* 7. vbi, quod tunc procedit regula, quod prohibitum directe sit permissum in consequentiam, quando in necessariam consequentiam actus permissi venit actus prohibitus;
46 non alias. † Limita, quia licet de potestate Principis directe quis disputare non debeat, admittitur tamen indirecta oppositio, quod Princeps non intellexerit facere id, quod non poterat, & hæc non est directa oppositio contra potestatem Principis. Gem.
47 *cons.* 77. *n.* 3. *ver. Est dicatur.* † Limita, quia prohibitum permittitur propter maius periculum, quam sit prohibitio. gl. in *c. omnis autem*
48 *lex, dist.* 3. & *c. Nerui prope fin.* 13. *dist.* † Limita in statuto prohibente mulierem posse obligari vllo modo sine solemnitate (prour Ancon.) quia intelligitur de obligatione directa, & principali, non autem de ea, quæ non est damnosa, & venit in consequentiam, ideo potest adire hæreditatem non damnosam sine solemnitate, item constituere procuratorem, item acceptare donationem, licet in consequentiam obligetur. Ang. *cons.* 317. *quod mulier per tot.*
Vide, *Dispositio omnis inspicatur, & interpretatur prout verba dirigantur.*
49 *Concl.* 497. † Extende, quia prohibitus probare, post publicationem testium, & didicita testificata intelligitur prohibitus directe probare, sed in consequentiam reprobare, & sic per obliquum non. Signor. *cons.* 243. *n.* 6. & 7. vbi, quod potest probari indirecte,
50 puta contra testes vel quid simile. † Restringe, quando ex obligatione, quæ venit in consequentiam, mulier damnificaretur; quia nō potest adire hæreditatem damnosam tacite, nec expres-
51 se sine solemnitate. Ang. *cons.* 318. *Mater intestata.* † Limita; quia regula, quod si aliquid fieri prohibetur censetur prohibitus omnis modus, per quem peruenitur ad illud, procedit, quando militat eadem ratio, alias secus. Alex. *cons.* 194. *Consideratis verbis. n.* 14. *lib.* 2.
52 † Extende; quia licet spurius non possit esse hæres patri directe, potest tamen per obliquum, veluti si patri succedat auus vel auia, quia possunt instituere spurium nepotē, & illum facere hæredem patri; quia hæres hæredis testatoris primi est hęres. Io. de Imo. *cons.*
53 71. † Limita; quia prohibitus excipere non prohibetur principaliter agere. Anch. *cons.* 73. *Visis omnibus, in fin.* Vide Conclusionem prox. præced. Vide, *Alienatione prohibita quid sit prohibitū. Concl.* 261.
Vide *Iudex per indirectum pronunciare potest super prohibitis. Concl.* 471.
Vide Ant. Gabr. *lib.* 1. *tit. de præsumptio. Concl.* 7. *Antecedente prohibito.*
Vide Mascar. *Concl.* 102. *Quibus præsumptionibus antecedens.*

Prohibitus alienare sub pœna ad certum tempus, quando incurrat pœnam, vel non. Concl. 901.

1 PROHIBITIO † facta per patrem filio, ne possit alienare vsq; ad 25. annos aliqua bona sine consensu deputatorum certæ confraternitatis, alias bona alienata deuoluantur ad confraternitatē si aliener, bona alienata sunt deuoluta confraternitati. Bald. *cons.*
326. *Punctus talis est, lib.* 4. qui loquitur, etiam si pars deputa orum
2 consensit; quia non sufficit, & est consiliū Ang. & Bal. † Declara; quia prohibitio alienationis facta per testatorem valet, quando rem prohibitam in casu alienationis applicauit alteri, alias secus, quia esset nudum præceptum, quod non valet. Ang. *cons.* 137. *Qui-*
3 *dam Huguccius. in princ. ver. ad primum.* † Amplia, vt procedat etiam, quando Hospitale esset institutum hæres cum prohibitione alienationis; quia si testator apposuit pœnam priuationis in euētum, quod rector Hospitalis alienaret facta alienatione, Hospitale priuatur ipso iure tota hæreditate; sed tamen aget contra rectorem ad damna, & si nō esset, soluendo Hospitale restituetur intra qua-
driennū. Ang. *cons.* 168. *Testator in omnibus*, vbi omnino tollit contraria, quæ dixit *cōs.* 154. & respondet ad omnia. Vide, *Prælatus cum*
4 *Capitulo in extraiudicialibus præiudicant Ecclesiæ. Concl.* 504. † Contrariū tenet Ang. *d. cons.* 154. *Andreas Petri*, vbi, quod ex quo non est facta applicatio alicui in casu contrauentionis, quod non priuatur Hospitale, ex quo est nudum præceptum, & quia applicatio si fiat venientibus ab intestato, decederet pro parte testatus, pro parte non. † Amplia; quia si testator sub pœna priuationis grauauit hæ- 5
redem, ne alienaret bona, quę voluit esse suppositā fideicōmisso, & deuolui in casu alienationis ad aliū, seu ad fideicōmissarium, & hæres alienet siue ante conditionem fideicommissi, siue post, semper pœna incurritur. Ang. *cons.* 137. *Quidam Huguccius, circa pr. ver. venio ergo ad secūdum.* † Extende; quia is, qui alienat, non potest 6
alienare, alienationem non valere ad euitandam pœnam, Ang. *d. cons.* 137. *n.* 2. *ver. ad illud autem.* † Amplia; quia prohibitus alienare 7
fideicommissum vsque ad certum tempus, non censetur permissus vltra illud tempus, quia remanet prohibitio tacita ex natura fideicommissi. Ruī. *cons.* 117. *n.* 27. *lib.* 1. Vide, *Fideicommissum non potest alienari, & quando secus Concl.* 283. † Limita, quando alienata es- 8
set simulata, quia non incurritur pœna. Bald. *d. cons.* 326. *in pr. lib.* 4.
† Declara, tamen, quia ex eo solo, quod pretium est confessatum 9
in venditione, & non apparet solutū non dicitur simulata venditio, neq; pœna euitatur. Ang. *cons.* 137. *n.* 2. *ver. ad illud autē.* † Limita, 10
quia bene pōt cōfraternitas remittere caducitatē, quia potius pœna censetur filio apposita ad terroré, quam ꝙ pater voluerit priuare filium. Bal *d. cons.* 326. *per tot. lib.* 4. † Limita, quia si pater lega- 11
tarius, vel hęres prohibetur alienare sub pœna caducitatis, non tamen prohibetur filius, qui successit patri, ideo si filius alienat, non
incurrit pœnam Bal. *cons. Quando testator, in pr lib.* 5. † Extende limi- 12
tationē, vt si pater, phibetur, filius vero non, euenìat casus, quod pater relinquat à substitutis pupilli, an attendatur persona patris prohibiti, vel filii permissi, cum hic concurrat factum vtriusque, & Bal. *cons.* 449. *n.* 2. *ver ponè ergo, li.* 5. dicit, quod attenditur persona permissi. Vide, *Hæres iussus sub pœna quando incurrat pœnā. Concl.* 55.

Prohibitus alienare si alienat, cui, & qualiter bona applicentur. Concl. 902.

LEGATARIVS †, phibit⁹ alienare rē legatā, nisi filiis testatoris, 1
si alienat, possunt filii testatoris vēdicare rē alienatā; qa istud non est nudū præceptum, sed est in fauorē filiorū testatoris. Bal. *cons.* 31. *Quidā Petrus. lib.* 5. † Et dicitur prohibitio valida, quādo te- 2
stator exprimit causam, quia in casu alienationis vult, ꝙ deueniāt in familiā suam, vel si simpliciter dixit velle, ꝙ in familia sua conseruentur, quia non esset hoc casu nuda prohibitio. Cast. *cōs.* 247. *In causa, quæ vertitur, col.* 2 *circa med. ver. quod autē dicta prohibitio, lib.* 1.
† Idē, si dicat, quod in casu alienationis vult, quod bona alienata 3
deueniāt ad filios filiorū, si extāt, alias ad filios filiarū, quia tūc nō est nuda prohibitio, & valet. Ang. Aret. *cons.* 58. *Nulli dubium. in pr.*
† Declara tamen, quia legatarius prohibitus vendere rē legatam, 4
nisi Petro. Petrus nō est legatarius, sed poterit soluto eodē prētio sic præferri. Bal. *d. cōs.* 31. *circa si lib.* 5. vbi non aperit, sed sic potest elici ex alleg. per eū. † Si tamen causa esset turpis, vel probrosa, non 5
valeret tanquā reprobata à iure. Castr. *d. cōs.* 247. *col.* 2. *post ined. ver. per quod patet li.* 1. † Amplia, quia si cōstat, cui voluerit applicari hæ- 6
reditatē in casum contrauentionis, res est clara, si vero non exprimit testator, cui facié da sit applicatio, in dubio cēsetur contēplatione cohæ. edū, si extāt, sin minus, venientiū ab intestato. Mandel. *cons.* 7. *n.* 13 *ver semper videtur præsuppositum.* Rim. Iun. *cons* 279. *n.*
87. † Amplia, qa in dubio applicatio rei, quæ cecidit in cō nissum, 7
quia fuit alienata cōtra prohibitionē testatoris, prout fideicōmissum, debet applicari iis, quorū contēplatione facta est, phibitio, vt ad eos perueniat, ita Ceph. *cons.* 282. *n.* 7. vbi loquitur in fideicōmisso, phibito sub pœna priuationis in descendentes in infinitū, quia applicatur filiis alienātis, nō autē fratrib⁹, & transuersalibus, quia descendentes sunt proximiores, & vocati ad portionē sui a-
scendētis. Dec. plene *cons.* 584. *Visa prohibitione, in pr.* & iterum *cons.*
637. vbi duplicatur. † Et quod applicatio fiat illis quibus fideicō- 8
missum debetur post eū, qui alienasset. Ias. in *l. filius familias. §. dui, n.* 17. *ff. de leg.* vbi Ruī. *n.* 10. *ver. & ex hoc potest inferri.* Soc. Iun. *n.* 42. & *seq. ver. decimo & vltimo nota.* † Extende, etiam si vnus filius testato- 9
ris sit grauatus restituere alteri filio, qa intelligitur, si granat⁹ filios non habuerit, ergo præferūtur filii alienantis. Ceph. *d. cons.* 282. *n.*
17. † Extende, vt procedat, etiā si non sint nati filii alienantis, quia 10
hoc casu fideicōmissum est transmissibile cōtra naturam suam ex mente testatoris. Ceph. *d. cons* 282. *n* 17. & idem Ceph. *cons.* 16. *n.*
38. & *seq.* & quod filio nascituro debeat, & transmittatur, videtur tex. in *l. si in personā. C. de fideicom.* ita Boer. *decis.* 12. *in fi.* Parisi. *cons.* 23. *n.* 203. *lib.* 1. Soc. *cons.* 43. *ver. sed ad hoc dupliciter, lib.* 4. Deci. *consil.* 325.
n. 4. plenissime Ceph. *cons.* 318. *per tot.* vbi respondit ad omnia contratia, ꝙ nascituris applicatio fiat; quia sufficit, ꝙ sint in spe nascendi in fideicōmisso vniuersali, etiam si non sint nati, neq; cō-
cepti, allegat Castr. *cons.* 247. *In causa, quæ vertitur. li.* 1. sequitur Ruī. *cons.* 22. *n.* 10. & *seq.* & *cons.* 35. *n.* 14 *lib.* 1. plene Roland. à Vall. *cons.*
70. *n.* 37. *lib.* 1. vbi sequitur Castr. & dicit eius opin. *communem. *

† Contra-

11 †Contrarium, quod imo si vocantur plures ad fideicommissum, quorũ aliqui sunt cõcepti, vel nati tempore alienationis, & alij qui concepti post contrauentionẽ, applicatio fit solum cõceptis tempore cõtrauentionis, vt fuit tentum, & consultum per primarios
12 aduocatos Florẽtinos. †Declara tamẽ, qa si in vita alienãtis, antequã nascat filius alienãtis, alter vocat⁹, si decederet sine filiis, vel let reuocare, posset, sed statim nato filio tenet restituere ipsi filio, vt dicit Ceph. *d.cons.282.n.29.* alleg. Rui. *cons.102.p tot.* maxime *n.7.*
13 *lib 2.* †Imo qũ tẽpore alienationis nõ adesset alius vocatus remotior nascituro posset ipse reuocare, & valeret reuocatio, si præstitit cautionem de non alienãdo in præiudicium nascituri non concepti, si vero illa remotior distulit recuperare, sibi imputet, quia non præiudicat postea nato, qui non erat tempore alienationis, neq;
14 conceptus, ita Ceph. *d.cons.318.n.26. & seq.* vbi late, *lib.3.* †Si tamen filius ille esset hæres patris alienantis, posset dubitari ex iis, quæ
15 dicit Paril. *d.cons.23.nu.203. lib.2.* † Restringe, quia si is ad cuius fauorem inducitur fideicommissum, consentiret alienationi, tunc & ipse priuatur fideicommisso, & efficitur incapax, & non potest iuuari ex dicta dispositione, cui cõtrauenit, *l. cum pater §. libertus.*
16 *l.peto.§ frater. ff. de leg.2.* †Imo plus, si sciat alienationem, & eã non reuocat, patiter priuatur sicut alienãs, *l. quoties, la prima, C. de fidei &*
17 ibi Bald. & Ias. † Et quando vocatus ad fideicommissum repellitur, quia consensit alienationi, vel quia non reuocauit alienationem, sicuti ipse tanquam inhabilis repellitur, ita etiam repellũtur eius descendentes. Cast. in *l illam. C. de collat.* Corn. *cons.115. In hac*
18 *consultatione, col.2.li.2.* † Amplia, quia si testator instituat filium, & faciat sub institutionem fideicommissariam in omnes descẽdentes in perpetuum cum prohibitione alienantis, quia bona in familia conseruentur, & imponat pœnam priuationis alienanti, & eo casu deueniat ad Ecclesiam, intelligitur, quod Ecclesia succedat solum durante vita alienantis, non autem extinguitur fideicommissum descendentium, qui mortuo grauato, & priuato tunc recuperabunt, ita Ruin. *cons.122. per totum, lib.2.* sequitur Ceph. *cons.282. nu.*
19 29. †Extende, quia si fiat alienatio per vnum ex grauatis de parte domus, sola pars alienata cadit in commissum, etiã si testator dixit, quod in casu alienationis, & cõtrauentionis dicta bona deueniant ad hospitale, vel causam piã, ita Ias. qui dicit ita cõsuluisse in
20 *l. ait prætor. la secunda, col.1. ff. de iurei.* †Restringe tamen; quia debet probari alienatio, & identitas bonorum, alias non esset locus caducitati ex eo, quod bona supposita fideicommisso, & prohibita alienari possideãtur per tertium; quia posset esse, quod sine cõ-
21 trauentione, puta titulo locati ad breue tempus retinerẽt. † Amplia; quia multum refert, an prohibitio alienationis rei fideicommisso subiectæ sit facta post alienationem, an ante, puta si dicat, *prohibuit alienari, & si alienauerit alienatio sit nulla*, quia facta alienatione in tempus, in quo vocati non sunt nati, dominũ transit in emptorẽ, si vero prohibitio est, & si deueniat ad aliquẽ actum alienationis, etiã ante quã alienationem fecerit, &c. tunc prohibetur trãslatio dominii, & ita Castr. *cons.247. In causa, quæ vertitur, col.*
22 *4.n.3.li.1.* vbi sic euitat text. in *l. Stichus seruus meus. ff. de manumis. test.* †Limita; quia licet testator prohibuerit bona sua, quæ subiecit fideicommisso, posse alienari, & si alienentur, voluit illico deuenire in alios, qui nõ contrauenerint, non cõprehendit alienationem, quæ fit pro satisfaciẽdo ære alieno, vel pro soluendis legatis fideicommittentis, neq; pro legitima debita grauatis. *h quoniam in prioribus. C. de inoff. test. l. filius familias §. diui. ff. de leg.1. l peto §. fratrem. ff. de*
leg.2. Vide, *Fideicommissum nõ potest alienari, & quando secus. Conc.283.*
23 †Limita, quia filia, vel alia fœmina, cui aliquid esset relictum cum prohibitione de non alienando, non cẽsetur prohibita in dotem dare pro seipsa dotanda. Ias. *auth. res, quæ. C. com. de leg. n.26.* vbi loquitur in muliere habente feudum prohibitum alienari, quia po-
24 test illud pro se dotanda in dotem dare. † Extende; quia imo retinquendo rem prohibitam alienari extra familiam filiabus non contrauenit, quia sunt de domo, *l. voluntas. C. de fideicom. l. pronunciatio, in fi. ff. de verb. signif.* Alex. *cons.123. col.3. ver. prædicti et iam, lib.7.* Soc. *cons.227. col.7. ver. quibus non obstantibus, li 2.* Dec. *cons.287.n.12.*
25 *& in l. fœminæ. ff. de reg iur. circa fi.* †Extende; quia prohibitus alienare extra familiam non censetur prohibitus alienare in sororem, etiam si nupta sit extra familiam, *l. voluntas. C. de fideicom.* Rip. in *l. filius familias. §. diui, n.2 ff. de leg.1.* Curt. Sen. *cons.63. Antiquissima, & nobilissima, n.17.* allegat Alex *cons.56. Cõsideratis, li.1.* ea ratione; quia soror etiã nupta extra familiam dicitur de agnatione, & familia, & ita consuluit vltra Curt. & Alex. Ruin. *cons.44. col.4. ver. certum est enim. lib.3.* vltra quod non prohibetur habere sorores hæredes ab intestato non obstante prohibitione. Alex. & Curt. in *dd. consl-*
lus. Ias. in *l si ita quis §. ea lege, n.46. ver.46. sed ad hæredem legitimum. ff.*
de verb. obligat. Vide infra *n.28. ver. Limita, quia res prohibita.* † Limita, quia si fideicommissarius alienat contra prohibitionem instrem cohæredem, vel in vnum de familia, per hoc non priuatur alienãs fideicommisso, neq; alii vocati possent vendicare tex. ob
in *l. vnum ex familia*, & ibi Cast. *in princ. & in l. cum quidam. ff. de leg.*
probat tex. in *d.l. filius fa. §. cum pater. ff. de leg.1.* & ibi omnes Doct. nam licet res suppositæ fideicommisso regulariter, & absolute alienari non possint, *l. si §. sed quia, & in Auth. res quæ. C. comm. de leg. Marcellus. §. res quæ ff. ad Trebel.* tamen quando fit ergamasculum, & qui est de familia, non videtur contra factũ ex præsumptamente testatoris, *l. pater. §. quindecim. ff. de le. 3.* habetur in *d. l peto §. frater. ff. de leg.2. per* Doct. in *d.l. voluntas*, vbi Ias. *C. de fideic.* Soc. *cons.227. Prudens consultatio, li 2.* Vide, *Fideicommissum. Conc.283. supra allegata, per Limita plenius, & ver. Alienatione prohibita. quæ alienatio permittatur, & quas personas. Concl. 262. & 263.* †Limita; quia fideicommissarius ex causa necessaria potest alienare fideicommissum non obstante prohibitione testatoris, quãdo alienat ex causa necessaria pro ære proprio soluendo, & non reuocatur alienatio facta pẽdente conditione, licet aduenĩẽte cõditione resoluatur, neq; incidit in pœnam ob contrauentionem, quando duo interueniunt, quod non adsint alia bona, in quibus possit æs alienum solui, & quãdo non ipse, sed creditor obtinet vendi, vel sibi adiudicari, *l. pater filium. ff. de leg.3. l.peto. §. prædũ. ff. de leg.2. l. fideicõmissũ. ff. de fideic. libet.* Bal. in *l. fi. §. & si præfata in 4. quæ. C. de iur. delib.* vbi respondet ad contra. †Limita; quia res prohibita alienari extra familiam, potest reuenire relinqui extraneo, qui succedet ab intestato, *l. si pater §. non inter. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg.3.* Alex. *cons.56. col.fi. ver quinimo etiam lib.1.* vbi dicit communem, & reputit *cons.55. col.1. ver sortius. & cons.59. lib.3. col.4. ver. quinto probatur. Ital.* attestans communem in *l. si ita quis. §. ea lege, n.44. ff. de verb. oblig. & in l. filius famil. §. diui, in prima lectu. & in 2. ff. de leg 1.* Cur. Sen. *cons.63. Antiquissima, & nobilis. n.17.* Vide, *Hæredes ob non implementum prætoti cui datur hæreditas. Conclus.56.*

Prohibita alienari quando veniant, vel non in legato, & obligatione. Concl. 903.

IN legato † vniuersali non veniunt ea, quæ ad merum dispo-nuntur, *l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. legato. l. si Mœvia. ff. de leg.3.*
† Amplia; quia obligatio generalis non comprehendit prohibita alienari. Vide, *Obligatio generalis. Conc.36.* Vide, *Alienatione prohibita quæ alienatio permittatur. Conc.262.* †Limita, quando alia bona non essent in patrimonio legantis, ne legatum reddatur illusorium. Oldra. *cons.300.n.9. ver. præterea*, vbi *n.10.* ponit simile de primilegio percipiendi fructus beneficii in absentia, quia si non adiret alij fructus, quam distributiones quotidianæ, ad quas non extendebatur, etiam habet locum in eis. Vide, *Actus validus in dubio non*
præsumi debet. Concl. 136.

Prohibitio absoluta, vel cum modificatione in quibus differant. Concl. 904.

PROHIBITIO †absoluta alicuius actus operatur, quod vere, & proprie inducitur prohibitio, & qui contrarium facit, dicitur facere directe contra legem. †Si vero prohibitio est cum modificatione, prout est donatio inter virum & vxorẽ, quæ prohibetur sine traditione, sed cũ traditione est permissa, non est propriæ prohibitio, sed largo modo; ideo qui contrarium facit, non facit cõtra legẽ, sed præter, & extra legem. Bald. *cons.29. in prin. li.1.* & ita consulit Feder. de Sen. *cons.140. Punctus quæstionis.* quia non dicitur habere perpetuam prohibitionem. Vide, *Limitatio, & moderatio dispositionis non dicitur contraria dispositioni. Conc.355.* Vide, *Qualificata comestus, ad prohibitio ad qualitatem restringitur. Concl.12.* Vide, *Simpliciter aliquid esse, vel secundum quid differunt. Conclu. 256.* Vide, *Verba debent intelligi simpliciter, & non secundum quid. Conc.92.* †Amplia; quia prohibitum ad tempus, vel nisi certo modo, cẽsetur permissum post tempus, vel illo modo concurrente. Bar. in *cons.11. in prin. li.1.* secus, si prohibitio est perpetua. Vide, *Limitatio cõ. supra allegata.* † Contrarium, quia datur medium in *ver. Fideicommissum nõ potest alienari, & quando secus. Conclu.283. & in ver. Medium datur. & Concl.171.* †Declara, quia bene statutum disponens cum certis modificationibus censetur inducere formã. Vide, *Formalis dispositio quando dicatur. Cognoliter cognoscatur. Conc.414.* †Extende; quia prohibitio alienandi extra certã ætatem censetur permittere alienationem post illam ætatem. Cror. *cons.61.n.15.* Paril. *cons.25.nu.14. lib.2.* Roland. à Valle, *cons.100.n.85. lib.4.* † Declara, nisi testator vlterius processerit ex causa, quia perpetuo voluit bona conseruari in sua familia, quia
est

est perpetua. Surd. *cons.*67.*n.*24.*& cons.*96.*n.*45. vbi, quod prohibitio ad tempus extenditur ex causa expressa, vt supr. *& n.*45. vbi,
8 quod extenditur de re ad rem. † Extende; quia prohibitus alienare extra familiam, si est, censetur data licentia alienandi in illos de
9 familia. Bald. *cons.*163. *Super eo, n.*2. *& seq. ver. super eo. lib.*4. † Extende; quia prohibitio facta hæredi non censetur facta hæredi hæredis, vel certæ personæ, non extenditur ad alios, nisi adsit causa; quia perpetuo voluerit conseruari in familia. Surd. *cons.*67.*n.*23. *& seq.*
10 † Et maxime dicitur personalis, si facta est prohibitio hæredi, expresso nomine proprio; quia non transit ad hæredem hæredis. Surd. *cons.*123.*n.*14. & quando dicatur realis, Surd. *cons.*77.*nu.*22.
11 † Extende; quia prohibitus alienare extra familiam potest eligere vnum de familia etiam remotiorem. Surd. *cons.*11. *num.*6. † Restringe; quia si testator facto fideicommisso prohibet alienari immobilia, non tamen censetur permittere, quod mobilia alienentur, vel è contra. Corn. *cons.*97. *in fi. lib.*1. vbi, quod datur medium, & quod prohibitio legis remaneat, licet prohibitio hominis esset
☞ sublata. Vide *in ver. Alienatio fideicommissi prohibita, quando, & ex qua causa permissa dicatur. Concl.*259.

Prohibitus plus petere quid cõsequi possit, vel non. Concluſ 905.

1 TESTATOR † si legat aliquid nepoti proximiori, & prohibeat eum plus petere non posse, postea instituat spuriũ legitimatum, sed nulliter, licet successio reuertatur ad causam intestati, q̃ spectaret nepoti, tamen non consequitur vltra legatum propter prohibitionem expressam, ne plus petere possit, quæ valet. Ang.
2 *cons.*204. *Quidam Bartolus, circa fi. ver. in contrarium.* † Amplia; quia legatarius iure institutionis, qui alias haberet ius accrescendi, si alius hæres non acceptaret hæreditatem, perdit tale ius accrescendi propter clausulam, quod plus petere non possit. Vide, *Institutus*
☞ *in certa habetur loco legatarij, & quando loco hæredis. Concl.*232. † Limita; quia si testator habens plures filias eas iure institutionis instituit in re particulari, & iussit eas plus petere nõ posse, vel etiam
3 si vnam tantum, puta A. iussit plus petere non posse, si instituat postea vniuersaliter illam, quam iussit esse tacitam particulari institutione, habebit vniuersalem institutionem, neque restituet ex tacito fideicõmisso; quia clausula, *tacitam, & contentam*, habet locum quoad legitimam, non quoad institutionem vniuersalem postea factam. Zabar. *cons.*97. *circa fin. ver. ad secundum.*

Prohibitus succedere qualiter prohibitio extendatur, vel non. Concl.906.

1 TITIVS † prohibitus succedere patri, sed certum quid habere, & plus petere non posse in bonis testatoris, non prohibetur succedere fratribus in eisdem bonis; quia post mortẽ patris bona effecta sunt fraterna. Castr. *cons.*171. *Visa, & ponderata, col.*2. *in fi. ver.*
2 *nec obstat, lib.*1. † Extende; quia filius iuste exheredatus, & prohibitus succedere patri potest in bonis patris succedere, mediate persona filii sui. *l. qui aliena, §. interdum, ff. de acq. hæred.* Castr. *d. cons.*171.
3 *col.*2. *in fin. lib.*1. † Limita; quia semel exclusus odio paterno bene semper excluditur, ne fiat fraus legi, prout in spurio, qui non potest succedere patri mediate, neq; immediate. Castr. *cons.*171. *col.*2.
*in fi. ver. nec obstat, lib.*1. vbi ita respondet ad *l. si is, qui, ff. de vulg. & pup.*
4 secus si odio exclusi. † Declarat plenius idem Castr. *cons.*222. *Super primo, col.*4. *in fi. ver. adhuc dicet, lib.*2. quod prohibitus succedere patri, vel in bonis patris propter vitium patris retinendum, put in filio spurio prohibetur succedere ipsi patri ex dispositione patris vera, vel ficta; quia durat odiũ, secus si succedat ex dispositione vera alterius; ideo si pater instituat filiũ legitimũ & naturalem impuberem, cui substituat filium spurium, licet substitutio pupillaris sit testamentum filii impuberis, non potest succedere spurius ex tali substitutione, licet possit succedere ex proprio, & vero testamento filii legitimi & naturalis; quia talis substitutio pupillaris per fictionem est testamentum filii non vere; si vero prohibetur succedere non propter vitium patris, tunc succedit ex tali substitutione facta filio impuberi, & ita declarat, *l. is, qui, ff. de vulg. & pup.*

Prolis appellatione quid veniat. Concluſ 907.

1 APPELLATIONE † prolis soli descendentes continentur. Bal. *cons.*321. *Testamento cauetur, lib.*1. Bald. *cons.*331. *In quæstione, quæ*
*vertitur, n.*8. *ver. & quod sequitur, lib.*3. vbi, quod iste est verus sensus,
2 quod si dicatur, *ex prole patris*, intelligitur de genitis ex patre. † Et quod appellatione prolis, vel sobolis nõ veniant nisi descendentes. Alex. *cons.*188. *Perspectis, n.*25. Alex. *cons.*80. *Super eo. lib.*1. † Declara tamen; quia proles patris potest etiam sumi passiue, vt intelligatur de genere, & agnatione patris. Bald. *d. cons.*331. *n.*8. *ver. item*
*potest intelligi. li.*3. vbi, quod primus sensus magis amicatur proprio sensui. † Imo proles paterna, & materna potest considerari secundum Signor. *cons.*225. vbi, quod idem quasi, prout ex latere, quod
verbum includit agnatos, & cognatos, prout applicatur. † Progenies est per lineam masculinam descendentium, & qualiter intelligatur, Vide, *Agnatorum appellatione qui comprehendantur. Concl.*
☞ 245. Vide, *Progenies quid sit, & comprehendat. Concl.*891.

Promissio defensionis, & manutentionis quid importet. Concl. 908.

PROMISSIO † defensionis, & manutentionis facta à priuato
1 importat defensionem de iure, ita quod nascitur actio, & obligatio contra promittentem. Per. de Anchar. *cons.*87. *Omisso primo*
*dubio, nu.*3. † Si vero est facta promissio à Principe, vel obtinente
2 locum Principis, talis iussio, vel mandatum, quod quis manuteneatur, & defendatur, non intelligitur, nisi de facto; ideo non obligatur Princeps defendere de iure contra aliquem, sed solũ protegere debet ab iniuria facti, per Anch. *d. cons.*87. *per tot.* † Amplia;
3 quia is, qui promittit pro alio, quod ipse alius, & quilibet alter nõ molestabunt Titium sub pœna, tenetur, quocunq; modo Titius ab alio molestatur; quia pacta, & conuentiones debent seruari.
Io. de Imol. *cons.*70. *Viso instrumento.* Vide, *Factum alienum promis-*
☞ *tens ad quid obligetur, vt committat pœnam, &c. Concl.*25.

Promittẽs aliquid facere cẽsetur promittere, quod contrarium non faciet. Concl. 909.

PROMITTENS † aliquid facere, censetur promittere, quod
1 contrarium non faciet, *l. stipulatio ista, habere, in pr. ff. de verb. oblig.*
Ægid. Bellam. *cons.*24. *n.*13.

Promitto, importat stipulationem, & quando secus, & quid importet. Concl. 910.

PROMITTO, † verbum positum in scriptura probat stipulatio-
1 nem interuenisse, licet secus, quando profertur à testib. Dd. in *l. sciendum. ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.*13. *n.*5. *lib.*1. *& in l. Titia, §. idem re-*
spondit, eod. tit. Castr. *cons.*81. *Viso quodã, col.*2. *ver. itẽ verba, lib.*1. Alex.
*cons.*60. *Viso titulo, in pr. lib.*6. vbi, quod probat stipulationẽ, & pre-
2 sentiam. † Et nota, quia istud est speciale, & præsumptũ, vt Alex. *d. cons.*13. *Extiu, n.*3. *lib.*1. ideo non procederet, vbi vera stipulatio esset necessaria pro forma, vel quando aliud speciale induceretur, prout q̃ obligatio sinẽ causa propter stipulationem valeret; quia
verbum, *promitto*, inducit stipulationẽ per fictionẽ tantum, vt ibi
Alex. † Declara, vt procedat, qn. hoc verbum *promitto*, profertur à
3 personis peritis, secus si ab imperitis. Soc. *cons.*267. *Præsens consulta-*
*tio, lib.*2. † Restringe, quando profertur in scriptura priuata con-
4 fecta inter absentes; quia nunquam importat stipulationẽ. Salyc. *in l.*1. *C. de contrab. & commit stip.* † Restringe in verbo, *conuenit*; quia
5 non inest stipulatio. Alex. *in l.*1. *in* 3. *not. ff. si cert. pet.* † Restringe, qñ
6 concurrerẽt duo specialia; quia tunc verbum, *promitto*, in scriptis redactum non importat stipulationẽ, veluti obligatio sine causa
tion valet, nisi adsit stipulatio; quia tunc valet in vim donationis;
sed ita demum est verum, quando stipulatio interuenit vera pro
interrogatione, & responsione, nõ ex solo verbo, *promisit*. ita Alex.
*d. cons.*13. *Extiu, quæ, n.*3. *lib.*1. † Restringe, quando profertur à testi-
7 bus. Castr. *d cons.*81. *col.*2. *vers. item verba, lib.*1. † Contrarium tenet
8 Alex. *cons.*76. *Viso libello, in pr. lib.*6. & ibi apostill. *in ver. promisit*, declarat, vt sit verum contrarium, quando specificar, quod promisit
Titius Seio præsenti, alias non. † Amplia; quia verbum, *promitto*, 9
in scripturam redactum adeo importat stipulationem, vt licet delegatio non valeat sine stipulatione, bene valeat per verbum, *pro-*
mitto, quod importat stipulationem. Alex. *cons.*173. *Visis dubitatio-*
*nibus, n.*3. *lib.*7. † Amplia; quia importat stipulationem in donatio- 10
ne, quando est reciprocum, prout, *prout promiserunt*. Rota *dec.*489.
*num.*3. *part.*1. † Extende; quia imo, quando in instrumento adest 11
verbum, *promitto*, vel, *promisit*, ex parte donantis, licet donatarius
sit absens, importat, quod Notarius censetur stipulationem acce-
ptasse, & se rogasse pro absente. Rota *in nouiss p.*1. *decis.*683. *in princ.*
† Contrarium, quod imo verbum, *promisit*, in instrumẽto nõ im- 12
portat stipulationem, licet sit magis generale, quam verbum, *con-*
uenit. Curt. Iun *rubr. C. de pact. n.*16. *&* 17. Vide plene *in ver.* Dictio,
☞ *promittit*,

nominat, quid importet. Con.344. Vide, Delegatio debiti, vel debitoris quidquid, & operetur. Conc.142. Vide, Notarii verba in instrumento posita fumma[illegible] sunt, prout iuris, & quando secus. Concl.81.

Pro non scriptum multiplex, & quæ differentia inter vnam speciem & aliam. Concl. 911.

1 PRo non scriptum † hæreditatis dicitur, quando hæres, vel cohæres instituitur nasciturus, qui non nascitur, vel is, qui creditur viuere, & est mortuus, & tunc portio, vel tota hæreditas talis tanquam pro non scripta vadit ad coniunctum, vel substitutum cum eodem onere, quo pro non scriptus erat factus hæres. *l. ciuitatibus. §. Lucius. ff. de leg. 1. Bald. consil. 39. Testator habens. n. 1. in fin. ver. nec obstat. si dicatur, lib. 1.* Fulg. *cons. 91. Antonius Gradus, n. 2. ver. nec obstat*, Bart. *cons. 82. Quæstio commissa, col. 2. in princ. ver. restat ergo exa-*
2 *minare lib. 2.* quod est collegii Pisani. † Declara; quia institutio habetur pro non scripta, quando instituuntur posthumi nascituri, qui non nascuntur, vel quando instituitur ille, qui non est in rerum natura; tunc talis institutio habetur pro non scripta, & hæreditas vadit ad venientes ab intestato; si vero sunt substituti aliqui pactis pro non scriptis, distinguitur; quia si substitutio est vulgaris, succedit substitutus; quia comprehendit hæc substitutio omnem casum, per quem hæres institutus non sit, vel esse non possit; si vero substitutio est fideicommissaria, quia ipse substitutus tenetur capere de manu hæredis, & non extat hæres, habetur pro non scripta, & hæreditas defertur venientibus ab intestato; bene verum est, quod si extat clausula codicillaris; tunc venientes ab intestato succedunt, sed tenentur restituere substitutis ex fideicommisso retenta sibi quarta pro Trebellianica. Castren. *cons. 395.*
3 *Videndum, n. 4. ver. sed quæro, lib. 1.* † Si vero extat alius cohæres; tunc tota hæreditas accrescit cohæredi proportione etiam pro nō scripta, imo etiã instituto in re certa tota accrescit, nisi esset facta prohibitio, quod plus non posset petere, quia tunc, quia non posset esse pro parte testatus, & pro parte non, succedunt venientes ab intestato. Bart. *d. consil. 82. col. 2. ver. restat ergo, & per totum, li. 2.* quod
4 est collegii Pisani. † Secunda species pro non scripti est, quando factum est legatum certę quantitatis, vel alterius rei ei, qui credebatur nasci, vt supra, & non est natus: quia tale legatum habetur pariter pro non scripto, & vadit ad coniunctum, vel substitutum sine onere, ĕt p̃ haberet onus in legatario, qui habetur p̃ nō scripto. Bal. *d. cons. 39. n. 1. in fi. & n. 2. ver. nec obstat, li. 1.* Fulg. *d. cons. 91. n.*
5 *2. vers. nec obstat*, vbi ponit hanc differentiam in institutione, & legato. † Tertia species pro non scripti est, quando est mixta inter hæreditatem, & legatum, puta quando iure institutionis factum est legatum, quantitatis filiæ; quia hæres non est, tamen legataria non est, quia instituta, & hoc casu non esse decisum à iure, inquit Bald. *dict. cons. 39. n. 1. & 2. & 3. li. 1.* vbi potius æquiparari legato asserit, vt onus non transeat coniuncto, vel substituto, quia fauora-
6 bilior est liberatio. † Declara, nisi onus esset iniunctū pro pia causa, & anima testatoris, quia tunc potius habetur pro non scriptum hæreditatis, vt debeatur onus etiã à coniũcto, vel substituto. Bald.
7 *d. cons. 39. n. 3. ver. vtrum accrescat, lib. 1.* † Quarto modo dicitur pro non scriptum legatum factum alicui tanquam ministro, vt distribuat, prout sibi testator imposuit; quia si moriatur ante adiã hæreditatẽ, nõ transmittitur, sed accrescit hæredi, ex quo nõ pot distribui; q̃a ignoratur modus. Cum. *cons. 108. Testator legauit. per tot.*
8 † Quinto modo dicitur pro non scriptum, quando aliquis, vt filius, instituitur, qui deregitur partus suppositus, & nõ filius, quia ex quo deficit causa finalis, habetur p̃ nõ scripto; ideo accrescit cohæredi, vel debet substituto, & ipsis non extantib. venientib⁹
9 ab intestato, non autem succedit fiscus. Signo. *cons. 111. In quæstione seu quæstionibus. n. 12. & seq.* † Differentia est inter pro non scriptum, & quod auferatur ab indigno; quia pro non scriptū debetur substitutis, vel aliis venientibus ab intestato excluso fisco, quod vero aufertur ab indigno applicatur fisco. Signor. *d. cons. 111. n. 12. & seq.*
10 † Cognoscitur pro non scriptum ab eo, quod confertur indigno, quia pro non scriptum habet locum, quando testator cogitauit institutum capacem, vel saltem sumus in dubio, veluti si pater instituat partum suppositum, quem credidit filium, & semper pro non scriptum ab initio deficit, quia cessat causa finalis, ideo fiscus excluditur, si vero pater sciuit filium esse suppositum, & scienter instituit, tunc aufertur ab indigno, & applicatur fisco. Signor. *d.*
11 *cons. 111. n. 15.* † Sexto modo dicitur pro non scriptum legatum rei stabilis factum fratribus Minoribus, qui non possunt habere stabilia; quia hæredi accrescit tanquam pro non scriptum. Anchar.
12 *cons. 199. Primum dubium, in fin.* † Septimo pro non scriptum dicitur etiam illud, quod in pœnam Notarii sibi adscribentis subtur, prout si Notarius sibi adscripsit legata in testamento per eum rogato, certe incurrit pœnam falsi, & perdit ea, quę sibi adscripsit, quæ sunt pro non scripta; igitur applicantur institutis, vel substitutis, vel istis deficientibus venientibus ab intestato. Rom. *cons. 165. Pro decisione, in fi. num. 12. & seq.*

Pro non scriptum cui accrescat inter plures. Concluſ. 912.

PRo † non scriptum, videlicet legatum factum incapaci regu- 1
lariter accrescit hæredi instituto. Vide, *Ius accrescendi inter compe-*
rat inter plures. Concl. 569. † Et dicitur pro non scriptum, vbi eius 2
causa finalis testatoris, quam credidit, non est vera, vel non impletur, quia posuit in conditione. Signor. *cons. 111. nu. 12. & seq. max-*
ime n. 13. & 15. Vide, *Fiscus quando succedat indigno instituto. Concl.* 3
394. † Amplia, vt procedat etiam in causa notabili, quando testator legauit quædam prædia A. & illorum vsumfructum legauit il- 4
incapaci, & instituit C. hæredem vniuersalem, quia vsusfructus non accrescit legatario proprietatis, sed hæredi, donec viuat incapax. Bald. *cons. 204. Testator legauit per tot.* quod confirmatur *cons.*
230. Quod scripsi, lib. 1. & duplicatur *consil. 413. Testator legauit, lib. 1.* 5
† Contrarium tamen videtur allegare Bald. *dict. cons. 204. nomine*
li. 1. videlicet, quod medietas accrescat legatario, & medietas hæredi donec viuat incapax, sed tamen super hoc non se firmat. 6
† Amplia in caducis legatis; quia accrescunt hæredi licet cum onere, ideo licet legatum sit factum duabus filiabus cum substitutione fideicommissaria, efficiatur caducum moriente vna legataria ante testatorem, & accrescat hæredi, tamẽ hæres ex fideicommisso tenetur restituere. Bald. *cons. 392. Casus talis est, ser Leonardus,*
n. 4. ver. imo etiam si esset, li. 1. † Contrarium videtur velle Bal. quod 6
in legatis caducis, & pro non scriptis non transeat onus; *cons. 33.*
lib. 1. & conc. prac. † Amplia; quia legatum factum ad effectum distribuendi per legatarium, prout testator sibi iniunxit in secreto, 7
accrescit hæredi, si legatarius moriatur ante aditam hæreditatem. Rom. *cons. 108. Testator legauit per tot.* † Amplia in substitutione fi- 8
deicommissaria, quæ facta fuit cũ onere implendi sub pœna priuationis intra certum tempus, quia si mortuo hęrede substitutus non impleat, ita quod priuetur, hæreditas reuertitur ad hæredem hæredis, cui erat datus substitutus, quando alteri non est facta applicatio. Bal. *cons. 417. Magister Benedictus, li. 4.* vbi secus forte dicit, si substitutio esset directa. Vide, *Hæredi ob non impletum. Concl.* 9
56. † Extende ampliationem, vt procedat, etiamsi substitutus, qui 10
non impleuit, & decidit ob non impletum, relinquat filios minores; quia non possunt restitui. Bald. *d. cons. 417. in fi. lib. 4.* † Limita 11
mira in caducis, quibus legatarius, vel institutus intra certa vulgariter est substitutus, quia accrescit, & debetur substituto vulgari, & non hæredi vniuersali. Baldus *consil. 192. num. 3. vers. videmus ergo.*

Pronunciare quid importet. Concl. 913.

PRonvnciare † conuenit, & iudici, & etiam alteri alio 1
quid ex superioritate agenti, vel declaranti, ideo exequuntur propter verbum istud non præsumitur voluisse assumere partes iudicis, licet potuisset, si voluisset. Lap. *alleg. 15. n. 5. ver. nec per hoc.*

Propinquorum appellatione qui veniant. Concluſio 914.

PRopinqvi, † seu propinquiores sunt illi, qui de iure ciuili 1
vocantur ad successionem bonorum ab intestato. Bald. *cons.*
331. In quæstione, quæ vertitur, n. 3. ver. circa primum, lib. 3. † Extende, vt 2
tam veniant agnati, quam cognati, qui sunt successuri ab intestato, quando materia est indifferens, alias secus. Bald. *d. cons. 331. n. 3.*
ver. & sic ex illo, lib. 3. † Declara; quia remotiores non includuntur, 3
ideo siue dispositio loquatur de propinquis, siue de propinquoribus, remotiores non includuntur. Bald. *dict. cons. 331. nu. 4. ver. fa-*
cundo circa hoc lib. 3. † Limita; quia in odiosis non venit mater, nec 4
alii, quibus debetur legitima, puta statutum vult, quod habens rem communem, si decedat sine filiis, res communis ut consors, neque possit legare propinquis, certe mater non est comprehensa, cui debetur ex necessitate legitima, & ideo potest illi legare. Castr. *cons. 441. Viso puncto, col. 1. in fi. ver.*
posset etiam respondeti
lib. 2.

Propor-

Proportionabilis materia semper requiritur. Concl. 915.

1 IN † omni dispositione quantumcunque vniuersali verba semper restringuntur ad modos proportionabiles, & ad materiam proportionatam, ita Crau. *cons.* 256. *n.* 8 *ver. pro quo adduco*, vbi citat Gemi. *cons.* 29. *circa fin.* quod dictio, *quoquomodo*, restringitur, vt su-
2 pra. † Et lex, statutum, vel consuetudo simpliciter loquens semper trahitur ad materiam proportionabilem; ideo comprehēdit Iudæos in iis, quæ proportionātur Iudæis, alias secus; ideo circa spirituales, & ea, de quibus capaces non sunt Iudæi, de eis lex non loquitur. Alex. plene *cons.* 75. *Videretur, n.* 8. & 9. *ver. & expressius Do-*
3 *minicus, lib.* 5. † Et quando lex, vel statutum facit extensionem de vno ad alium casum, debet semper intelligi factam esse extensionem in iis, in quibus possunt proportionari, & vnus casus alteri possit adaptari. *c. fi. de stat. Monach.* Alex. *cons.* 106. *Viso themate, n* 19.
4 *ver. quod ostendo. libr.* 5. † Et ideo statutum disponens, quod statuta loquentia de consanguineis habeant locum etiam in extraneis, si aliud statutum mandat, quod omnes causæ inter consanguineos compromitti debeant, non habebit locum in extraneis; quia non conuenit ratio, sed bene posset conuenire in extraneis amicis cōmunibus, & beneuolis, ita Alex. *d. cons.* 106. *n.* 20. *ver. & in proposito*, & plenius *n.* 26. *prope fi. ver. ex iis ergo patet lib.* 3. & iterum repetit *cons.*
5 81. *Visa consultatione, n.* 11. *ver. confirmo. lib* 6. † Amplia in tantum, vt si fiat relatio per dictionem, *prout*, ad ea, quæ sunt diuersa; tamen dictio illa, *prout*, stat similitudinatie, ita vt licet non conueniant in multis; tamen relatio fiat in ea parte, in qua possunt proportiona-
ri. Alex. *d. cons.* 106. *n.* 21. *ver. quia quotiescunque, lib.* 3. *cum multis sequ.*
6 vbi ponit multa similia. † Et ideo statutum loquens de Potestate habet locum in Capitaneo, quando habet vterque similem iurisdictionem; quia similitudo etiā in diuersis habet proportionem; sic nobiles æquiparati popularibus, & similes facti gaudent priuilegio concesso popularibus, ad quos, pportionabiles facti sunt,
7 Alex. *d. cons.* 106. *n.* 22. *lib.* 3. *& seq.* maxime *n.* 24. † Amplia; quia si iudex mercatiæ, qui solet iudicare cum voto consulum; subrogetur Potestati in aliqua causa, nō iudicabit cum voto consulum; quia sicuti Potestas non iudicat cum voto consulum; ita neque iudex mercantiæ subrogatus Potestati, vt materia sit proportionata.
8 Gemin. *cons.* 73. *n.* 10. † Amplia in tempore; quia debet proportionari pro rata; exemplum, præscriptio currit de iure communi ad triginta annos, ex statuto ad quindecim annos, si cæpta est de iure communi, & superuenit statutum, pro tempore ante statutum computatur secundum ius commune, in residuo computatur secundum statutum, vt fiat proportionabilis distributio. Castr. *cons.*
☞ 208. *Ad primum. ver. ad secundum, lib.* 2. Vide, Dictio, *quouis modo*, & *quoquo modo*, quid importet. *Concl.* 359. Vide, *Præscriptio capta secundum ius commune qualiter continuet mutata præscriptione. Concl.* 581. Vide, *Relatio censetur, & debet fieri vt congrua congruis. Concl.* 124.

Proprietarius ad vitam quando dicatur, non vsufructuarius. Concl 916.

1 HÆRES † substitutus sub hac forma, quod succedat, & gaudeat bonis hæreditatis toto tempore vitæ suæ, & post eius mortem bona debeant peruenire ad talem, saluo, quod substitutus possit testari de fructibus medii temporis, dicitur proprietarius, & non vsufructuarius. Bald. *cons.* 109. *Licet filia sit relictum, nu.* 2.
ver. secundo quæritur, lib. 1.

Proprietario, & non vsufructuario, multa quærunatur. Concl. 917.

1 PROPRIETARIO † Castri acquiruntur commissa ob alienationem irrequisito domino, vel ob non solutum canonem; quia ista ipso iure, & ex dominio directo causantur. Oldr. *cons.* 240. *Super eo, quod quæritur*, vbi, quod proprietas commissorum non acquiritur vsufructuario in istis, sed solum habebit in eis vsumfru-
2 ctum, & in princ. quod bona stabilia nō sunt in fructu. † Amplia, vt idem sit in acquisitis per alluuionem; quia proprietas erit proprietarii, vsusfructus vsufructuarii. Oldr. *d. cons.* 240. *ver. tertio est*
ponit multa exempla de eo, qui contra iura protestatur saluo iure addendi 3. & in noui operis nunciatione, & in patre præbēte filio alimenta cum protestatione, quia non valent huiusmodi protestationes. † Extende, quia protestatio non releuat, & non liberat ab iis, ad quæ quis de iure necessario astringitur, nisi intercedat consensus illius, contra quem fit protestatio. Ias. *in §. fuerat. Insti. de act.* & ideo si tutor faciat contractū pupillo damnosum, licet protestetur, q̄ non intendat se obligare, iuris tamen necessitate obligatur, si sit damnosus. † Extende; quia protestatio non potest tollere effectum iuris, seu dispositionem iuris; ideo si adeo hereditatem pro parte cum protestatione, q̄ nō intendo adire, nisi p̄ parte, si alius cohæres non extat, aditio est in totū ex iuris dispositione, & protestatio nihil releuat. Castr. post gl. *in l. 1. ff. de acqui. hared.* † Limita, seu declara multis modis, vt per Ceph. *cons. 222. li. 2. p tot.* vbi, q̄ licet dominus recipiens canonem ab emphyteuta post caducitatem sibi p̄iudicet in caducitate ē̄ facta protestatione; quia contraria est facto, tamen procedit ante declarationē, vel expulsionem; secus si post caducitatem declaratam, vbi plene declarat hanc materiā, & quod q̄n non est directe cōtraria facto, & potest distingui, distinguitur, & valet eo casu. † Extende, quia sibi p̄æiudicat recipiendo canonem, quia fortius est factū. q̄ protestatio, nisi soluens cōsentiret protestationi. Crau. *cons. 971. n. 5.* vbi multo magis, q̄n recepit simpliciter sine p̄testatione. † Limita, quia protestatio contraria facto non tollitur, q̄n factū cōpatitur cum protestatione, prout si dico, fum hæres, sed nolo cōferre, vel nego facere collationē; quia infertur necessario ipsa collatio; assumo habitum, sed dico, nolo profiteri; quia quando factū stat simul, protestatio durat, ita Surd. *cons. 143. n. 58. & seq.* † Extende; quia protestatio, seu reseruatio non tollitur per actum contrarium, quando ille actus fit cum protestatione de non receedendo, late Decia. *cōs. 13. n. 25. & seq. lib. 2.* vbi dat multa exempla similia, quod is, qui potest propria auctoritate expellere conductorem, si adeat iudicem simpliciter, sibi p̄æiudicat; secus, si adeat cum protestatione; ab emphyteuta recipiens canonem remittit caducitatē; secus, si recipit cū protestatione; sic qui appellat viua voce, saluo iure appellandi in scriptis, & adducit rationem, quia tunc factū contrarium tollit protestationem, quando necessario infert; quia bene colligitur contraria voluntas, alias secus. † Extende, quando quis protestatur nō velle respondere positionibus impertinentibus, quibus non est respondendū; quia licet respondeat, tamē si sunt impertinentes aliquæ positiones, responsio habetur pro non facta. Imol. & Gem. *in c. 2. super gl. in ver. rationabilis, de confess. in 6.* nam sine protestatione respōdens positionibus ēt impertinētibus sibi p̄æiudicat, arg. *l. qui interrogatus. ff. de interr. act. & in l. si fine, eod. tit.* † Extende; quia iudex, qui admittit positiones, & articulos saluo iure impertinentium, & non admittendorum, bene facit, gl. *in Clem. constitutionem. in ver. legitime. de elect. & in c. cum contingat, circa si. de off. deleg.* quia si postea apparent articuli, vel positiones impertinētes, non censentur admissi. Bart. *in l. ille, à quo, § si de testamento, ff. ad Trebell.* Bald. *cons. 39. in fi. lib. 1.* Vide, *Articuli impertinentes an admittendi. Concl. 524.* † Limita; quia actus contrarius protestationi non facit recedere à protestatione, quādo ille actus totus pendet à voluntate protestantis. Bart. *in l qui in aliena. §. Celsus ff. de acquir. hære.* vbi apost. Alex. *cons. 7. Videretur, n. 12. ver. nec obstat.* † Extende, etiam si fiat actus ex interuallo durante causa protestationis. Bald. *d. l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acq. hær.* Deci. *c. cum M. Ferrariēsis, n. 98. de const. ver. & prosita opin.* † Extende; quia is, qui protestatus fuit in primo testamento non velle, quod sit reuocatū, nisi fiat mentio de clausula derogatoria primi illius testamēti, si fiat posterius testamentum, cum sola clausula, quod illud secundum vult valere, & non cessat primum, etiam si habeat clausulam derogatoriam, nō censetur primum reuocatum; quia actus sequens pendens à voluntate facientis, nō facit recedere à protestatione, nisi de ea fiat mētio. Alex. *d. cons. 7. per tot.* maxime *n. 12. ver. nec obstat, lib. 4.* † Restringe secus esse, quando ille actus sequens contrarius non pendet à sola voluntate protestantis, sed protestantis, & alterius; quia si est contrarius protestationi, facit recedere à protestatione. Bart. *d. l. qui in aliena. §. Celsus, n. 5. & in fi. ff. de acquir. hæred.* vbi, q̄ cautela Dyni non est bona, dū dixit, quod debens cōtrahere nō sponte, si ante protestetur, nō obligatur; quia procedit in iis, quæ pendent à voluntate sola protestantis, non etiam alterius. † Limita; quia in iis, in quibus protestatio tollitur per actum contrarium, procedit, si actus vere est contrarius, ita quod nō potest compati cum protestatione, alias secus; & ideo actus dubius non facit recedere à protestatione. Bart. in *l. non solum. §. morte, n. 29. ver. & tunc.* vbi Alex. *n. 15 & 16. Ias. n. 14. ff. de noui op. nunc.* † Extende, vt quod dicitur de protestatione, idem sit de priuilegio, vt tollatur per actum cōtrarium, quando actus contrarius est de directo; secus si dubius, vel non de directo contrarius, plene Deci. in *c. cum accessissent, n. 79. & seq. ver. quarta conclus. de constit.* vbi limitat sex modis, & concludit, quod si priuilegium est momentaneū, & directe contrauenitur, perditur; si vero est successiuum, & cōtrauenitur vna vice; p̄æiudicatur illa vice, nisi quādo priuilegio vniuersali per actū contrarium vniuersalem contrauenitur; quia in totum priuaretur. † Extende; quia locator, qui potest expellere propria auctoritate conductorem non soluentem, poterit eum expellere, etiā si adiuit iudicem, vt associet etiam citata parte, quando fuit protestatus, quod non intendebat recedere à iure suo expellendi propria auctoritate; quia factum non est taliter cōtrarium protestationi, quod non conseruet ius. Alex. *cons. 130. In causa, n. 32 & sequ. vers. secundo quia respondeo. lib. 4. & cons. 131. n. 11. & seq. ver. nec etiam habet obstare, lib. 4.* † Extende; quia licet appellans, quando redit coram iudice à quo; censeatur renunciare appellationi. *c. gratum; de offic. deleg.* tamen si ego adeo cum protestatione, quod non intendo renunciare appellationi, protestatio conseruat appellationem contra factum contrarium; quia non dicitur incompatibile. Alex. *d. cons. 130. n. 13. ver. sicut in simili, lib. 4.* & maxime *n. 14. ver. vbi si compareo.* † Sic in eo, qui comparet in lite, & protestatur non intelligere contestari litem per ea, quæ dicit, non erit contestata, secundum communem. Alex. *d. cons. 130. col fi. n. 15. in fi. lib. 4.* † Declara totam istam materiam; quia quādo protestatio fit, vt tollat factum contrarium, non releuat, sed si fit ad tollendam mentem, & p̄æsumptionem, quæ resultaret ab ipso facto contrario, bene operatur; & valet. Alex. *d. cons. 130. in fi. n. 19. ver. quia vt dicit, lib. 4.* † Extende; quia is, qui appellat viua voce, si protestat sine p̄æiudicio, quod possit appellare in scriptis, substinetur protestatio, non obstante facto contrario. Alex. *cons. 131. nu. 12. ver. accedit. lib. 4.* † Limita, nisi iusta causa præcedat, per quam corroboratur protestatio contra factum, vt est iustus metus; quia tunc factum non tollit protestationem precedentem. Cald *cons. 108. circa fi. ver. nec obstat [illegible] alias est 1. quod met. causa.* Gemi. *cons. 15. ver. super secundo n. 2. [illegible] & istud declarauit protestatio*, qui loquitur, quando fuit facta [illegible] actū meticulosum, & post. † Limita; quia in iis, in quibus factum dependet à sola voluntate protestantis, attenditur protestatio contraria facto in p̄æiudicium protestantis; & ideo actor porrigens libellum, in quo omnia apta ad libellum narrantur, sed tamen protestatur, quod nō per viam libelli, sed per viam simplicis facti narrationis, talis nō dicitur libellus, & iudicium est nullum; quia attenditur protestatio, & non factum contrarium tali casu; ex quo factum pendet à protestante. Petr. de Anch. *cons. 33. Per statutum in causa per tot.* vbi secus dicit, quando factum non pendet totum à voluntate protestantis. † Limita in iis, quæ dependent à facto duorum; quia si ambo protestantur, & declarā animum suum; statur tali protestationi; nam licet oratorium fundatum de licentia Episcopi, vt in eo celebretur Missa etiam solemnis, sit locus sacer; si tamen in erectione, & consensu Episcopi expresse fit protestatum, quod remaneat locus profanus, erit profanus, non obstante auctoritate Episcopi. Cardin. Zabarell. *cons. 11. Quædam societas per tot.*

Prothocollum Notarii quid sit; & an probet. Concl. 945.

PROTHOCOLLVM † dicitur instrumentum Notarii non extensum. Bart. in *l. chirographis, in pr. n. 2. not. ff. de admin. tut.* plures citat Caballi. in *addit. 1. ad cons. Ant. de Butr. 11.* † Et dicitur aliquando bastardellus, seu imbreuiatura, vt per Masc. *Concl. 4. in pr.* † Et dicitur prothocollū liber, in quo prima matrix instrumentorum rogatorum describitur habens subscriptionem, *quod est liber prothocollorum mei, &c.* & ex illa superscriptione generali omnia originalia ibi descripta habere dicuntur subscriptionem. Cast. *cōs. 195. col. 2. in fi. ver. sed huic scripturæ, lib. 2.* † Debet istud prothocollum habere omnes solemnitates requisitas, vt ex eo possit instrumentum publicum sumi. Bal. in *l. Lucius ff. de test. milit.* Cabal. *d. apost. 1. ad Ant. de But. cons. 11.* † Imo quod debet habere omnia requisita, quę debet habere instrumentum. Alex. *cons. 153. Videtur. n. 12. ver. consimiliter, li. 2.* vbi apost. in *ver. prothocollum*, dat conc. & Notarius prothocollo mortui nihil potest addere, vel minuere in authenticatione, vt ibi. † Et ideo debet esse à Notario subscriptum prothocollum, seu imbreuiatura, maxime quando est reperta manu Notarii extra prothocolla eiusdē. Ale. *d. cons. 153. Videtur. n. 8. & seq.* secus dicit *n. 11.* si esset in prothocollis, vide licet cum aliis rogitibus; *lib. 2.* vbi *n. 12.* dicit contraria loqui, quando vel per testes, vel alias constat de rogitu. † Itē debet habere signū Notarii liber prothocollo-

8 colli Alex.*d.consil.* 153. *num.* 12. *vers. nota tertio, lib.* 2. † Et quod si est imperfecte scriptum, vt quia plus fuit de intentione contrahentium, quam sit scriptum, quod non possit releuari publicum instrumentum ex eo, nisi adesset dictio cæterata. Ant. de Butr. *cons.* 9 11. *inpr.* † Addi non potest per Notarium aliquid prothocollo imperfecto circa ea, quæ sunt de substantia, & sunt omissa, prout dies, consul, locus, Notarius, & similia, & si adderet etiam; quia recordaretur, præsumeretur tunc machinatio. Ant. de Butr. *d. cons.* 11. *n.* 2. *ver. quandoq; prothocollum.* Alex. *d. cons.* 153. 12 *ver. nam Notarius, lib.* 2. † Fidem facit prothocollum, videlicet liber prothocollorum habens rubricam, & subscriptionem generalem, adeo q; omnia instrumenta in eo rogata dicuntur; secus si sunt extra librum prothocollorum, quando per se non habent omnia requisita. Cast. *d. cons.* 195. *col.* 2. *ver. cum ergo in casu nostro, lib.* 2. *& col. seq.* 11 vbi late Bart. *consil.* 163. *Quæritur, lib.* 1. † Et idem, si essent separatæ scripturæ etiam simul ligatæ, & clausæ in libro; quia si non habent requisita per se, non recipiunt auctoritatem ab approbatione, & inscriptione libri prothocolli. Castr. *d. cons.* 195. *col.* 2. Vide plenius *Originale, & prothocollum Notarii quid sit, & qualiter probet. Concl.* 202.

☞ Vide Mascard. *Concl.* 4 incip. *Abbreuiatura,* vbi plenissime, quando probet, vel non.

Prouerbia vulgaria. Concl. 946.

1 PROVERBIVM † contra ingratos, *eam retributionem impendit, quam mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu suis hospitibus consuerunt exhibere.* Oldr. *cons.* 251. *in pr.* ponit in quadam sententia, quę 2 hoc continebat † Bald. *consil.* 240. *Sicut sapientissime, lib.* 5. hoc prouerbium applicat marito male merito versus vxorem, quam eiecit, & de furto falso accusauit, vt non deberet reuerti ad maritum sub iuratoria cautione; quia stolidissimum esse asserit, se committere capitali inimico; nam, inquit, mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu male suum custodiunt hospitem, & super hæc omnia 3 inimicus ex animo. † Qui in eadē causa sententias contrarias tulit Bal. *cons.* 94. *Sententia primo, & cons.* 477 *Punctus quæstionis, n.* 5. *lib.* 4. inquit, intelligē tib. leges loquar; nā homines grossi capitis subti- 4 lia non intelligunt. † *Asinus intumescit, si videt se per comparem apprehendi.* Bald. *cons.* 123. *Reuerendissimus pater, n.* 3. *ver. nam & asinus, lib.* 5. 5 † Apud Bononienses prouerbium est: *Legami le mani, & li piedi; & mettemi tra li miei.* id est, *Ligato mihi manus & pedes, & reponas me inter meos.* Anto. de Butr. *cons.* 30. *circa fi. ver. adeo vulgare.* Vide, *Doctorum verba iniuriosa contra iudices. Concl.* 565. Vide, *Par in parem non habet iurisdictionem, & quando secus. Concl.* 89.

Prouinciales habent suum principem liberum. Cōclus. 947.

1 BERENGARIVS † Comes prouinciæ non recognoscit Imperium, neq; alium superiorem; quia est Princeps absolutus, 2 & habet iura Imperii in suo Comitatu. Ægid. Bell. *cons.* 1. *n.* 36. † Et

☞ amant prouinciales suas consuetudines. Vide, *Consuetudo attendēda circa diuersa. Concl.* 811. *cum Concl. ibi proxima seq.*

Prouinciales ministri religionum quid possint. Cōclus. 948.

1 MINISTRI † prouinciales religionum habentur pro Prælatis habentibus q; Episcopalem dignitatem, & ita obseruat 2 consuetudo. Card. Zab. *cons.* 89 *n.* 2. † Amplia, quia conuentus cū consensu, & licentia ministri prouincialis potest constituere procuratorem ad exigendum, concordandum, confitendum, cum plena, & libera, ita quod efficaciter obligabit conuentum cum 3 tali mandato. Card. Zab. *d. cōs.* 89. *per tot.* † Extende; quia imo possent etiam conuentus cum auctoritate, & licentia ministri prouincialis alienare, & legatum repudiare. Card. *d. cons.* 89. *in prin.*

Prouincia quid sit. Concl 949.

1 PROVINCIA † secundum edictum, & communem vsum loquendi est regio continens plures ciuitates, & loca, quæ dicuntur eiusdem prouinciæ, prout Tuscia, Lombardia, & similes, licet secundum canones secus sit, quando Lombardia non est vna prouincia, quod patet; quia Cremonæ ciuitas est sub Archiepiscopo Mediolani, & Regium est sub Archiepiscopo Rauennæ, 2 Bart. in *extrauag. Qui sint rebelles, in ver Lombardiæ.* † Declarat Bar. in *d. extrauag. Qui sint rebelles, in ver Lombardiæ, in pr.* dicens, quod diuisio orbis terrarum est de iure gentium, & hæc diuisio fuit à principio duplex: Prima fuit; quia aliqui cœperunt habitare diuisi, sed tamen congregati in eodem loco, & ex hac diuisione facta sunt villæ, castra, & ciuitates: alia fuit diuisio facta, vt quilibet dispergatus, & in separatis ædificiis habitaret, & ex hac diuisione constitutæ sunt prouinciæ, regna, & alia loca vniuersalia habentia diuersitatem linguarum, prout Alemania, Græcia, Francia, & similia, allegat *l. ex hoc iure ff. de iust. & iur.* † Tres igitur sunt species prouinciarum: aliquæ sunt secundum vsum communem; quia ita distinet plures prouincias, prout est Lombardia, Tuscia, & similia est prouincia secundum ius Canonicum, quæ distinguitur secundum Metropolitanas Ecclesias, quæ habet Cathedrales sub se: alia est latior prouincia secundū nationes, & regna, prout Francia, Hispania, Germania, & Italia, secundum Bart. vbi supra, licet in fin. dicat, quod Italia importet omnem regionem, in qua lingua Latina viget. † Imo adde alios modos prouinciarum constituendarum, veluti si constituitur vna ciuitas caput aliarum ciuitatum, vt quia erigitur in præsidatum, ad quam per alias ciuitates subiectas recurritur: item, quando vna ciuitas habens merum, & mixtum imperium non subiicitur alteri ciuitati, ipsa habetur pro prouincia. Bart. *d. extrauag. qui sint rebelles, in ver. Lombardia, n.* 7 & 9. *ver. prouincia vero.* † Appellatio prouinciæ de qua, & qualiter metligatur, si proferatur à iure, vel à Principe, distingue ex subiecta materia, nā si agatur de iurisdictione, intelligitur de ciuitate habente iurisdictionem, & non subiecta alteri, si agatur de distantia, vt quis sit intra, vel extra prouinciam, & tūc habetur ratio ad magnam, vel modicam distantiam. *c. coram, de electio.* si agatur de missione Legati, vel Pro consulis, aut Præfecti, vel de priuilegio concedendo, intelligitur de prouincia, secūdum communem vsum loquendi. Bart. *d. extrauag. Qui sint rebelles, in ver. Lombardia nu.* 8. & *seq. vers. cū ergo.* Vide, *Castrum, villa, ciuitas, & prouincia quid sit. Cōcl.* 115. *num.* 9. vbi, quod est, quæ regitur per iurisdictionem vniuersalē, prout Archiepiscopatus, Legatio, Præsidatus, vel quid simile.

Prouisio quid importet, & quid dispositio. Conclus. 950.

PROVISIO † importat ius eligendi, & confirmandi gestum *Clem. si. de electio.* Gemi. *cons.* 15. *n.* 3. *ver. quia verbum prouisio, &* eo qui eligit, & confirmat, dicitur prouidere. Bald. *cons.* 486. *Verba Papæ, circa pr. ver. similiter etiam verbum, lib.* 5. † Declara; quinō procedit, quando vnus eligeret, & alter confirmaret, quia ex solaelectione, vel sola confirmatione non dicitur prouidere. Bal. *d. cōs.* 486. *per tot.* maxime *in fin. lib.* 5. † Dispositio importat prouisionem beneficiorum respectu tituli. Gemi. *cōs.* 65. *inpr. ver prima est.* † Verbum est generalissimum importans etiam confirmationem; quia dicitur aliqualiter disponere, tamen in gratia odiosa, vel amissa non venit beneficium electiuum, quando electio petitur vel, & confirmatio alteri. Bald. *d. cons.* 486. *per tot. lib.* 5. † Concessio importat prouisionem beneficii respectu tituli *c. post electionem, mpr. de concess. præb.* Gem. *d. cons.* 65. *inpr. ver prima est.* † Prouisio magis beram facultatem importat, quam electio, quia qui potest prouidere, liberam prouisionem facere potest, quæ non requirit confirmationem; aliquam superioris, prout electio. Bal. *cons.* 324. *Quod dicti statuentes, per tot.* maxime *nu.* 3. *ver. septimo quia, lib.* 4. vbi, quod habentes facultatem prouidendi de statuto possunt concedere statuta, quæ non indigent alia superioris confirmatione. † Verba gratiæ expectatiuæ ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem certi Episcopi non comprehendunt beneficia, in quibus alius habet electionem, & Episcopus confirmationem. Bal. *d. cōs.* 486. *Verba Papæ, lib.* 5. Vide *Clausula* (ad collationem, prouisionem, & præsentationem) *quid importet.* Concl. 316. Vide, *Expectans beneficia ad collationem, non capit ad electionem. Concl.* 608.

Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, & quando secus. Conclus. 951.

PROVISIO † hominis facit cessare prouisionem legis; quia si præcauerunt contrahentes, non indigent cautione legali, *l. C. de pact. conuent.* Castr. *cons.* 150. *Viso statuto, inpr. lib.* 2. & plenius *cons.* 309. *Viso. & examinato, lib.* 2. *col. fi. & cons.* 292 *Circa primum, in fin. col.* 2. *lib.* 2. † Brocardica est hæc materia, vt dicit Negus. *de pign. 2. part. membro* 4. *n.* 87. vbi dicit, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis specialis, non legis generalis, & quoad actiones nascituras; secus quoad iam natam; & *n. seq.* dat exempla vsq; ad *n.* 93. vbi dicit, quod bene facit cessare prouisionem legis generalis; quando prouiso hominis fit ad nouandum. † Amplia, quia licet de iure donans possit renocare donationē, si libi non impleatur promissa; tamē secus est, si adest prouisio hominis, quia semper manet donatio, seu promissa debēt obseruari libertione dimittentis.

mnorum, quia electio eŏ debentis obseruare, vel donata restituat, vel promissa impleat. Bald. *cons.* 18. *Notissimum est, lib.* 1. *in prin.*

4 † Amplia, quia prouisio hominis æque facit cessare ꝓuisionẽ legis etiam in dote, ideo expressa hypotheca hominis in dote æq; generalis, & æque fauorabilis facit cessare tacitam hypothecam à lege pro dote, ita Salyc. in *l. si. C. de pact. & in l. assiduis C. qui potio in pig habe.* Neg. *de pig. in* 4. *memb.* 2. *par. n.* 89.

5 † Amplia, quia si contrahentes stipulati sunt pœnam 500. scutorũ, si emphyteuta, vel feudatarius nõ soluet canonem, censetur recessum à tacita prouisione legis, quod non soluendo cadat. Cast. *cons.* 369. *Viso, & examinato, n.* 4. *lib.* 2.

6 † Amplia, quia prouisio hominis in vno videtur tollere prouisionem hominis in alio. Sign. *cons.* 256. *num.* 6. *in fi. ver. item cum hic datio*, vbi, ponit sub dubio, & inducit responsiones. Alex. *cons.* 126. *Visis, num.* 6. & *seq. ver. tertio ostendo, lib.* 5. tenet contrarium, quod imo prouisio hominis in aliquo nõ tollat prouisionem legis, nisi in eo solo, non in aliis.

7 † Declara, quia si fiat prouisio hominis ad augendum prouisionem legis, non facit cessare prouisionem legis, quia inducta ad augendum non operantur diminutionem; ideo si emphyteuta, vel conductor, qui possunt expelli, si non soluant, expelluntur, etiam si in promissione de soluendo promiserunt pœnam, damna, & interesse. Alex. *cõs.* 132. *In causa interuenerit autem, lib.* 4. *in pr.* vbi dicit *communem, & tollit contraria, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis extraordinariam & contra ius, non autem ordinariam, & dicit, quod expulsio, & caducitas emphyteutę ob non solutionem est prouisio legis ordinaria, ideo non cessat, & dicit plures *communem.

8 † Declara, quia tunc prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis, quando est super eodem facto, & ad idẽ tendunt, secus si tendunt ad diuersa, ita Men. *tract. de præsumpt. lib.* 4 *præsumpt.* 190. *n.* 40. *& seq.* & ibi, quod hypotheca specialis hominis non facit cessare

9 hypothecam generalem legis; quia non tendunt ad idẽ. † Et ideo si statutũ disponat, quod si compromissa non habent certum terminum à partibus, quod terminus sit 40. dierum, si partes sibi ꝓuident de termino, cessat prouisio statuti. Cast. *cons.* 150. *Viso statuto, lib.* 1.

10 † Declara, quia prouisio hominis specialis tollit prouisionẽ specialem legis specialis, & statuti, prout si statutum dicat, stati iuramento coloni certo casu, censetur statutũ delationẽ iuramẽti colono facere: vnde si iudex dicat deferendum iuramentum domino, & transit in iudicatum, & valet in præiudicium iuris priuatorum, censetur tollere prouisionem statuti. Castil. *cõs.* 17. *n.* 14. &

11 15. *ver. & si dicatur.* † Declara, quia prouisio expressa hominis facit cessare prouisionem tacitam legis. Castr. *consil.* 369 *Viso, & examinato. col. fi. lib.* 2. † Declarat Abb. *cons.* 30 *Videtur primo, col.* 2. *ver. & arbitror. lib.* 2. vbi distinguit; quia in materia, in qua cõcurrunt plures prouisiones legis, puta ordinaria, & extraordinaria, prouisio hominis facit cessare prouisionem legis extraordinariam; nõ autem ordinariã, & sic dicit debere intelligi tex. in *l. si. C. de pact. conu.* & ita

13 loquitur Alex. *d. cõs.* 132. *In causa, ver. circa secundũ, lib.* 4. vbi dicit *cõ-

14 munẽ. † Declarat Negus. vt *sup. pr. ver. Brocardica.* † Declara plenè per Bar. *cons.* 13. *Quæritur, vtrum, lib.* 2. *per tot.* vbi pro vtraq; tandem infi. distinguit si concurrunt duæ prouisiones, ambę iuris, vna nõ impedit alia, si vna est legis, altera hominis posterior, & facit recedere, si vero vna superuenit alteri, si sunt contrariæ, & se non cõpatiuntur, per vltimã censetur recessum à prima, quatenus secunda possit tollere primam; secus è contra, si vero sequeris informatur à prima, & disponit secundũ ipsam, vel ordinatur ad illam; vel

15 habet relationem ad illã, non tollit primam, & idem, si se compatiuntur, & vna nõ impedit alterã. † Amplia, quia imo prouisio hominis specialis facit recedere à ꝓuisione hominis generali in eodẽ contractu. Alex. *cons* 94. *Clarissime, in fi. ver. nec etiã fuit, lib.* 4. &

16 plenius *cons.* 95. *col. lib.* 4 *in fi. ver. ad illud etiã.* † Extẽde, vt ꝓcedat etiã si prouisio generalis sit iurata; quia licet iuramentũ habeat vim specialis dispositionis, procedit solum in eo, in quo consentitur,

17 nõ vltra. *l. fi. C. de non num. pecu.* Alex. *d. cõs.* 95. *in fi. li.* 4. † Amplia, quia ꝑ denunciationẽ, vel notificationem sequutã ab homine cessetur

18 *ver. super secũdo, n.* 2. *lib.* 2. † Extẽde, quia alia est interpellatio hominis, alia legis mediante die. Bar. *d. cons.* 13. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. *ver. præterea videtur*, quia qui denũciat de soluendo, videt recedere à mora le-

19 gis. *l. cum antea C. de arbit.* Bar. *d. cons.* 13. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. † Limita, quia pœna cõuentionalis, & prouisio hominis tunc quã tollit prouisionem legis, quando in contractu adest causula, *rato manente pacto*; quia deberet vtrũq; remedium, & hominis, & legis. Alex. *cõs.* 105.

20 *Magnifice, n* 25. *ver. non obstat etiã, lib.* 3. † Limita, quia procedit in casu ꝓuiso, non autem extenditur ad alium casum. Bec. *cõs.* 82. *n.* 20.

21 † Limita, quia per declarationem hominis non receditur à prouisione legis; quia qui declarat, vel propalat, nihil agit, nisi q̃ certũ facit, quod erat incertũ, & quia ea, q̃ sunt posita ad declarationẽ, nihil immutant, *l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur.* Bart. *d. cõs.* 13. *col.* 2. *ver. hæc tamen omnia, lib.* 2. † Limita, quia id, quod superuenit super eo, 22
quod à lege disponitur, post legis dispositionem nõ tollit primo dispositum, sed debet augere, si potest *l. quoties. ff. de actio. & obligat.* Bar. *d. cons.* 13. *col.* 2. *circa med. vel ita probatur, lib.* 2. † Limita, quia non 23
procedit, quando prouisio legis est plenior. Bec. *d. cons.* 82. *n.* 20. allegat *dec. Ped.* 141. *n.* 11. vbi alios allegat. Boer. *dec.* 332. *ver. fatetur tamẽ.* † Limita multis modis, quãdo prouisio hominis est per verba 24
enunciatiua, quæ non disponunt, vel quæ supponunt aliquid nõ necessarium ad actũ: item, quando est quod aliqua tantum non tollit quoad omnia: item qñ enũciatur illud, quod qualificate ꝑmittitur à lege, quia intelligitur eo modo, non autẽ diuerso, item qñ verba sunt dubia, contra illũ, qui se fundat in eis, sunt intelligẽda, & nõ receditur à prouisione legis. Alex. *cons.* 126. *Visis, n.* 2. *& seq. ver. nec etiã obstat, lib.* 5. † Limita, qa non procedit, qñ prouisio legis 25
nõ est inducta in defectũ prouisionis hominis. Ias. in § *item Seruiana, n.* 69. vbi apost. *Inst. de act.* † Limita, in notificatione, & intima- 26
tione laudi, vel termini, qa non facit recedere à prouisione laudi, vel termini, q̃ declara, vt in *ver. Termino præfixo quãdo currat tẽpus de momẽto ad momentũ, vel non. Concl.* 61. † Limita in dote, quia expressa 27
hypotheca siue ꝓcedat, siue sequatur, nõ facit cessare tacitam secundũ *omnes, vt de cõmuni attestatur Boer. *d. dec.* 332. vbi exten- *
dit; siue expressa sit generalis, siue specialis. † Extẽde, quia statutũ 28
prohibens, prout Mutinæ. q̃ stabilia non possint hypothecari ad fauorem forensis, nõ habet locũ in hypotheca tacita legali, quam nõ tollit, quia prouisio hominis circa expressam hypothecã non facit cessare tacitã legalem. Ant. de Butr. *cons.* 35. *n.* 3. *ver. ite statutum.* † Limita, quia q̃ dicitur, prouisionem hominis facere cessare prõ- 29
uisionẽ legis, debet intelligi de ꝓuisione legis extraordinaria, & in primo leg. contra ius, secus, si ꝓuisio legis est ordinaria, ita Bec. *d. cons* 82. *n.* 20. *dec. Ped.* 23 *n.* 10. Ias. *Instit. de actio. 8. item Seruiana, nu.* 69. † Limita, quia in dubio per prouisionẽ specialem contrahentiũ, & sic hominis, nõ cẽsetur recessum à generali ꝓuisione legis, 30
vel statuti. Rom. *cons.* 121. *Circa primũ, n.* 2. † Extende maxime, quã- 31
dõ prouisio contrahentiũ per omnia continet idem, quod lex, qa non tollitur ꝓuisio legis, vel statuti, sed manifestatur. Rom. *d. cõs.* 121. *col.* 2. *in prin. ver. nec hute sententiæ.* † Extende, quia conductor, qui 32
potest expelli, si nõ soluat affictus conuentos, etiã expelli potest, licet sit apposita pœna aliqua cõuentionalis, si non soluerit; quia per prouisionẽ hominis nõ censetur recessum à prouisione legis, *l. ff. C. de pact.* Alex *cons.* 132. *circa pr. lib.* 4. & quia pœna apposita fauore locatoris non debet contra eum retorqueri, *l. quod fauore. C. de legib.* Alex. *cons.* 76. *n.* 7. *lib* 6. † Extende, vt idem sit, quando ap- 33
posita est pœna damnorũ & interesse in locatione, quia propterea non censetur recessum à prouisione legis, vt si extat hypotheca generalis, emptor tenetur stare locationi secundũ prouisionem legis; quia quando prouisio hominis tendit ad augendã prouisionem legis, nunquã recedetur à legis prouisione. Alex. *cõs.* 118. *In casu in fi. lib.* 5. † Limita, quia prouisio hominis nõ facit cessare prouisionem legis, quando nõ est contraria prouisioni legis, & quãdo 34
non animo nouandi prouisionem legis facta est prouisio contrahentium. Bald. *cons.* 329. *Casus talis est, quidam in pr. lib.* 1. vbi loquitur in locatione, in qua est factum pactum restauri in casu belli, vt nõ sit recessum à ꝓuisione legali in casu restauri, belli, vel hostilitatis, aut casus remissionis mercedis. † Extende, quando cõstat de 35
intentione hominis; quia non voluit recedere à prouisione legis: nam actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Bar. *cons.* 13. *Quæritur, vtrum, col.* 2. *circa fi. ver. probat propterea fit. lib.* 2. † Extende, quia prouisio hominis non facit cessare prouisionem 36
legis, quam lo nõti sunt circa idem, sed circa diuersa, ita Dec. *cons. il.* 386 *Luet in controuersia, col* 3. *n.* 6. Alex. *cons.* 118. *in fi. lib.* 5. † Extende, 37
quia si prouisio hominis est quoad aliqua cõtra prouisionem legis, non facit recedere in totũ, & quoad omnia à prouisione legis, sed solum quoad illa; de quibus prouisio hominis contraria fuit facta. Alexand. *cons* 126. *Visis, n.* 6. *& seq. ver. tertio ostendo, lib.* 5. † Ex- 38
tende, quia statutum prohibens minorem 20. annis posse alienare sine certa solemnitate nõ tollit prouisionem legis post 20. annos, quin solemnitas data vsq; ad 25. annum sit seruanda. De ci. d. *cons.* 386. *nu.* 4 *col.* 3. allegat Castr. *cons.* 273. *Incipiendo à secundo*, quod est *cons.* 106. *lib.* 2. secundum nouam impressionem. † Limita, quia 39
prouisio legis, quod non soluens canonem Ecclesiæ intra biennium, & priuato intra triennium cadat, non tollitur per aliam pœnam simpliciter adiectã in cõtractu emphyteutico. Clar. in § *em-
phyteusis, quæst* 8. *n.* 12. *ver. vltertus quæro*, vbi dicit * communem, sed * tamen pro vtraque non habebit, sed alteram tantum, prout elegerit. † Limita, quando secunda dispositio hominis ordinatur ad 40

dispositionem legis; quia videtur regulari tanquã à forma, ab ipsa legali dispositione. Bart. *d. cons. 13. col. fi. n. 3. ver. preterea quando lib. 2.* Vide, *Terminus hominis non facit cessare terminum legis, & quando. Conclus 55.* Vide Ant. Gabr. *lib. 6. tit. de reg. iuris. Concl. 8. Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

Prouisio legis vno casu non facit cessare prouisionẽ eiusdem legis etiam in eodem casu. Concl 952.

1 SI † lex certo casu prouideret de vno remedio, prout quod legitima possit peti querela inofficiosi intra quinquennium, *l. si quis filium. C. de inoffic. testa.* non tamen est sublatum aliud remedium, quod intra 30. annos peti possit: supplementum legitimæ, conditione ex *l. omnimodo. C. de inofficio. testa.* ita magis communem * dicit Alex. *cons. 128. n. 4. lib. 1.* † Amplia etiam in criminalibus; quia si lex imponit vnam pœnam pro delicto certo, & postea aliam pœnam superaddit, vtraq; debetur, nec per vnam tollitur alia. Vide, *Delictum vnicum quando in pluribus locis possit puniri, vel non. Concl. 1706.*

3 † Contrarium, quod multiplicatio pœnarum non sit inducenda, facit *l. sanctio. C. de pœnis.* † Imo si plures pœnæ imponãtur per leges, leuior videtur amplectenda. Aret. *cons. 80. n. 6.* Ruin. *consil. 1. lib. 5.*

5 † Amplia, quia prouisio legis, seu iuris cõmunis non censetur sublata per statutum, nisi sit expresse dispositum; veluti si lex cõmunis disponit quod minori datur curator, quatenus illum petat, & statutum disponit (prout Florentiæ) quod curator detur minori ad instantiam proximiorum iurantium, vtraque prouisio legis, & statuti militant; quia minor potest petere sibi dare curatorem, si præueniat, & proximiores si præueniunt, possunt petere illi dari. Abbas *cons. 91. Quoad primum. n. 4. & seq. ver. venio ad secundum. lib. 1.*

6 † Declara, quia bene per præuentionem in vna prouisione tollitur alia. Abb. *d. cons. 91. ver. sed iis non obstantibus, n. 6. & seq. lib. 1.*

Prouocatio qualiter excuset prouocatum, vel non. Conclus 953.

1 INIVRIATVS † potest impune repellere iniuriam, vt si sibi impingatur crimen, vel opprobrium, potest dicere: *tu mentiris*, vel, *non dicis verum.* Bart. in *l. quæ omnia ff. de procur.* Vide, *Mentiri aliquem dicens quando possit de iniuria puniri, vel non. Concl. 204.* † Amplia; quia vi illatã vim repellere licet, dummodo cũ moderamine inculpatæ tutelæ. *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Vide, *Vim vi repellere licet & quomodo & quando secus. Concl. 213.* † Amplia; quia semper præsumitur cõtra inceptorem rixæ prouocantem insultantẽ & rixæ auctorem, nisi quis daret operam rei licitæ; quia non dicitur auctor, sed incipimus ab illicitis. Io. de Amic. *cons. 23. per tot.* † Et quia dans operam rei licitæ habet præsumptionem pro se, quod omnia subsequuta sint licita, sicut è conuerso dans operam rei illicitæ habet præsumptionem contra se, quod sequentia sint illicita. Alb. in *l. 1.* per illũ tex. *C. vnde vi.* Cæpol. *cons. 28. n. 7. & consil. 29. n. 9.* Dec. *cons. 459. in pr. Viso eleganti.* Io. de Amic. *d. cons. 23. n. 17.* Mars. in *pract. crimin. §. quaniam. n. 91. & in §. vlterius. in pr.* † Amplia; quia etiam si excedat prouocatus modẽ inculpatæ tutelæ, licet non excusetur in totum; tamen minori pœna puniri debet, veluti si iniuriatus verbis dedit mentitam, & vlterius percussit manibus iniuriam facientem; quia ex quo excessit, debet puniri, sed minori pœna propter prouocationem, *l. si adulterium. §. imperatores. ff. de adulter.* vbi Ang. Alex. *cons. 140. Videtur in casu. col. fi. vol. 2.* late Feli. in *c. dilecti, tolum. pennul. & antepen. de except.* Ia[illegible] *ng. 3. An si quis*, vbi apost. late Mars. *cons. 31. col. antepen. & pen.* Gra[illegible] *consil. crimin. 39. Summa ver.* Feli. in *c. pertuenit, el primo, n. 5. de iureiur.* Ca[illegible] *l. cons. 29.* Corn. *cons. 154. lib. 3.*

6 per text. in *l. 3. §. 1. ff. de vi, & vi armat.* Affl. *decis. 206.* † Declara, quia redditur arbitraria hæc minoratio pœnæ; quia vbi agitur de pœnis augendis, vel minuendis, semper statur arbitrio iudicis, *l. quid ergo §. pœna grauior. & § seq.* vbi gl. & Doct. *ff. de iis, qui not. infam. l. & si seuerior. C eod. titul.* Mars. *d. cons. 31.* Rom. *d. sing. 3.* idem Rom. *consil. 97. Viso themate prænarrato.* Alex. *cons. 35. Viso themate, col. si h. 2.* & est

* communis * opinio. Clarus in *§. homicidium. n. 34.* † Contrarium,

7 quod imo prouocatus dicto, vel facto possit impune offendere prouocantem, tenet Spec. *tit. de accusatio §. 1. ver. quid si vocauit te*, allegat *l. 1. §. arietes. ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur*, sed Feli. & Abbas *d.*

* *c. dilecti, de except.* dicunt * communiter damnari Spec. in hoc; † De-

8 clara; quia si quis eleuata manu, vt percuteret, licet non percutiat, infert iniuriam facti; ideo potest percuti cum manu ad repellendam iniuriam, & non tenetur; quia licitum est propulsare factum facto, prout verba verbis, ita Boer. *cons. 4. Si quis animo. n. 31. & seq.* vbi, quod auctor rixæ semper est puniendus, vide eum, per totum.

9 † Declara; quia certis qualitatibus interuenientibus licitũ est percutere iniuriantem verbis, vt per Boer. *d. c. 169.* † Idem, si mentiri non esset locus ad propulsandam iniuriam. † Idem; quia mutuus pro defensione sui honoris potest similiter impune per vltra contumeliosa, & iniuriosa respondere, secundum Bart. ad. *l. vir sponsum. C. de transact. iuncta l. Dominus habet ff. de testa.* Bart. in *l. omnia. §. 1. ff. de proc.* nisi respondens excedat in verbis atrocioribus, quia posset puniri pro excessu. Affl. *decis. 206.* † Idem, quãdo vnus ei dicit alicui: *Tu sei vn ladro*, id est, *tu es fur.* & alter dicit: *Ladro sarai tu*, id est, *tute fur es.* ex quo licita est propulsatio ei, qui est prouocatus, sit compensatio, quando non adest excessus in propulsante; si vero adest excessus, punitur de excessu, & si fiat iniuria ex diuersa causa, vtraque competit actio, ita Abb. in *c. cum te, de iudic.* sequitur Aufrer. in *addit. ad decis. Thol. 127. in pr.* † idem est, si facto quis iniuriatur; quia si quis aduersum me eleuat manum, licet non percutiat, possum manu percutere eum, & non teneor iniuriam sibi inferre; quia licita est propulsatio. Boer. *cons. 4. n. 44. & 45.* † Extende, vt procedat, etiã si prouocatio sit tacita, puta debitor in termino non soluens, si creditor instans pro solutione, non potest satisfieri, diceret: *Tu sei vn ladroncello à non mi pagare.* id est, *tu es furuncellus qui mihi nõ solues.* licet teneatur de iniuria; quia verbis est iniuriatus, *l. 1. §. iniuriam, & l. item apud Labeonem §. ait prætor. ff. de iniur.* tamen mitigatur; quia non absoluto animo iniuriandi, sed ium prosequendi, seu consequendi, tamen absoluti debebit totum, late Feli. *d. c. dilecti, col. 5. vers. prouocatus, cum seq. de except.* † Extende; quia imo neque tenetur prouocatus de excessu, quãdo in excessu cinxerum, ideo prouocatus verbis iniuriosis qui dicit mentiram, vel terius dixit iniurianti, quod erat fallarius, non tenetur de mita; quia licuit. Bart. *d. l. quæ omnia. ff. de proc.* nec tenetur de excessu, quia verum est, quod fuit de fallo condemnatus, & constat, & interest homines scire conditionem talis personæ Bart. in *l. nam qui nocentem ff. de iniur.* Alex. in *l. 3. n. 6. ff. de liber. & posthum.* qui dicit communem, Boer. *cons. 4.* qui plurimos allegat, & dicit * communem. † Declara; quia communis * est opinio, quod prouocatus non excusat de inquentem in totum, vt per Boer. *d. cons. 4. n. 18.* quem sequitur Clar. in *§. fi q. 60. n. 18. ver. nunc quæro*, sed tantum operatur, quod pœna minuitur de inquenti, vt ibi dicit Clar. qui dicit ita seruatum, & idem Clar. in *§ iniuria n. 14. ver quarto tiam*, vbi de * communi, & allegat Capic. *dec. 58. in causa Nicolai.* † Adde tamen, quod si prouocatio, iustus dolor, causa iustæ menus, & similia minuunt, id procedit, si constat de eis, ideo debent actenti & probari. Alex. *cons. 103. nu. 23. ver. & dato. lib. 1.* sequitur Clar. *d. §. si q. 60. n. 19. in fi.* Vide, *Defensio licita adhibenda omnes, & quando secus. Concl. 131.* Vide *Homicidium ex quibus excusetur à pœna mortis. Concl. 143.* Vide, *Insultus quãdo sit, & quis dicatur facere insultum. Concl. 167.*

Proxenetæ qui dicantur, & quãdo sint idonei testes, & quando secus. Concl 954.

PROXENETA † dicitur duobus modis: vno modo, quãdo accipit pretium, alio modo, quando gratis, tamen pretium recipiendo, & forum. Bal. *cons. 469. Tria dubia n. 3. ver. super tertio lib. 2.* duplicatur *lib. 4. cons. 370.* † Et proprie proxeneta appellatur mediator ad contractum, vel alium actum. *c. 1. de testib. in 6.* Alex. *cons. 128. Ponderatis. in pr. li. 2.* † Testis esse non potest proxeneta, nisi de consensu ambarum partium, iuxta notata *c. dilectorum de test. cogn.* † Declara tamen, quia si est examinatus, & nõ apparet de collusione partis, cõtra quam examinatus est, dicatur examinatus de consensu. Cumia. *cons. 68. In præsenti quæstione. n. 3. ver. non obstat tamen, quod non debeat*, vbi quod tamen facit in dictum etiam parte cõtradicente. † Ratio duplex est propter vtilitatem, & affectionem ad contractum per eum celebratum, seu causatum, *authen. de testib. §. quinta ne vero. cum ibi not.* Bal. *d. cons. 469. n. 3. ver. super tertio, asp. vbi*, quod ita est * communis tacellectus ad illum tex. *lib. 3. cons. 370. lib. 4.* item quia cessante mercede semper cupiunt, quod actus, in quibus laborarunt, perficiantur, ne minus caute fecisse videantur. Alex *cons. 13. Ex iis, n. 14. lib. 1. & cons. 128. Ponderatis, num. 1. lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiam si sit mediator sine salario, quia ad est idoneus testis, etiam si velit se examinare, nisi id fiat de consensu vtriusque partis. Alex. *d. cons. 128. Ponderatis in pr. lib. 2.* † Contrarium, quod imo, si velit se examinare, non requiritur consensus vtriusque partis, & sufficiat consensus vnius partis tantum, est text. in *d. c. 1. de testib. in 6.* † Declara, quia speciale est in casu *d. c. de testib. in 6* & in contrarium est ius commune, quod requiritur consensus vtriusque partis, quia sibi non creditur, ex quo præsumitur, quod velit firmum remanere id, in quo laborauit, & ne fimbi imputetur, quod minus caute gesserit. Alex. *d. cons. 128. in pr.* † Amplia, quia multo minus † robat proxeneta contra *lius 2.* † Amplia, quia licet dicere se fuisse procuratorem habentem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

commodum sibi proueniret ex contractu, puta, quia esset datarius, & de cõtractu deberetur gabella; quia in causa propria non admittitur. Alex. *d. cons.* 128. *n.* 2. *lib.* 2. † Limita, quia bene est idoneus testis is, qui fuit adhibitus ad extrinsecum ministerium contractus, puta ad conuocandum partes; quia si non interuenit intrinsece ad conclusionem contractus, sed partes de per se tractarunt, non dicitur proxeneta, & propterea admittitur; quia si non præbuit tale ministerium contractui, per quod mereatur mercedem proxenetæ, non est dicendum, quod repellatur vt proxeneta. Bal. *d. cons.* 469. *n.* 3. *ver. super tertio, lib.* 2. vbi dicit, quod ita se habet * communis intellectus, quod duplicatur *cons.* 370. *lib.* 4. Vide, *Testes qui non sunt idonei ratione affectionis. Concl.* 203.

Proximiorum appellatione qui veniant. Concl 955.

1 PROXIMIOR VM † appellatione non veniũt, nisi agnati, vel cognati; ideo naturales, q nõ sunt agnati, neq; cognati proximiorum appellatione nõ continẽtur. Oldr. *cons.* 153. *Videtur, quod filius.*

2 † Et dicitur proximior, qui nullũ alĩ magis proximum habet in gradu, licet habeat æquales, pximos in eodẽ gradu; quia satis est, quod non excedunt eum in gradu proximiori. Bald. *cons.* 38. *inpr. ver proximior autem, lib.* 1. allegat *Instit. de leg. agnat. success.* §. *proximos.*

3 † Amplia; quia si testator instituat filium, & deinde eidẽ per hæc verba substituat, &c. & si filius meus decesserit in pupillari, vel quandocunque, eidem substituo proximiores meos, & tempore mortis testatoris aderant duæ sorores, sed tempore substitutionis adfit vna tantum soror, & filii alterius sororis, succedet sola soror propter verbum, *meos*, quia testator cogitauit de viuentibus tempore mortis suæ. Bald. *consil.* 477. *Casus talis est, quidam, lib* 3. † Restringe, vt non procedat, si testator tempore mortis reliquisset sororem, & nepotes ex alia sorore, quia pariter succederent. Bald. *d. cons.* 477. *in fi. lib.* 3. quod non credo verum in substitutione pupillaris, prout loquitur; quia est testamentum filii substitutio pupillaris; ergo de proximioribus pupilli, sed motium procederet, si dixisset, proximiores, sed ex quo dixit, proximiores meos, secus est; quia constat, quod de proximioribus patris sensit.

Proximior qualiter probetur, vt successionem habeat. Concl 956.

1 PROBARE † volens se proximiorem defuncto, vt illi succedat, debet, pbare se proximũ in tali gradu; nõ tamen tenetur probare, quod nõ exret alius proximior se; quia hoc debet probari ab eo, qui contrarium asserit. Cum. *cons.* 43. *In quæstione Francisci. p tot.* Alex. *cons.* 179. *Visis & ponderatis, in fi. lib.* 7. alios citat plures apost.

2 ad Alex. *cons.* 124. *in pr. in ver probare, eod. lib.* 7. † Amplia, vt procedat, etiam si allegaretur extare proximiores, qui probantur aliquando fuisse in rerum natura, & consequenter præsumi adhuc viuere; quia adhuc debet probare, qui dicit, nec præsumptio ista sufficit hoc casu. Cuma *d. cons.* 43 *per tot.* † Contrarium, quod imo vocatus ad fidei cõmissum, vt proximior debeat probare se, pximiorem, & alĩ proximiorem non extare; quia negatiua, quando est fundamentum intentionis agentis, debet probari, & probare se in certo gradu; non est probatio certa, quia potest adesse alius proximior, plene Alex. cõs. 124. *Viso processu, in pr. lib.* 7. vbi citat plures. Vide, *Fidei cõmissarius sub conditione quid probare teneatur. Concl.* 280. Vide, *Substitutus sub conditione vt admittatur, probat multa.*

4 *Concl.* 815. † Qualiter autem probetur proximitas tali gradu, dic, quod vel debet probari consanguinitas parentum, quod essent fratres, vel filii fratrum, vel quid simile. Fulg. *cons.* 184. *Visis quoddam*

5 *processu, in pr.* quia hæc est probatio veritatis. † Vel si agitur de probatione quasi possessionis, debent testes deponere, quod ab omnibus cognoscentibus habeantur pro consanguineis tali gradu. Fulg *d. cons.* 184. & non sufficeret, quod ab aliquibus, vt ibi *n.* 1.

6 & 2. † Imo si extarent testes, qui deponerent non habuisse eos pro talibus, neq; pro consanguineis tali gradu, prævalerent. Fulg. *consil* 184. *num* 2. *ver. quinimo per eos.* Vide plene Mascard. *Concl.* 73. *Agatio in successione quomodo probetur.*

Proximiores pro solemnitate commodum possunt consequi ex illo actu, & quomodo. Concl. 957.

1 PROXIMIORES † vocati, & qui debent intetuenire pro solemnitate statuti in testamento mulieris ad præstandum consensum, possunt sentire commodum ex illo testamento; ideo si vnus

2 ex eis substituatur hæredi, valet substitutio, quãdo solus consensus requiritur, non autem debet præstare aliquam auctoritatem. Bald. *cons.* 6. *Hæc est copia, circa fin. ver. sed an dicetis, lib.* 2. Vide,

Auctoritatem nemo potest in re sua, & ad commodum suum. Concl. 565.

Pubes quis dicatur, & quis pubertati proximus. Concl. 958.

PVBES † dicitur masculus habens quatuordecim annos completos, & fœmina habens duodecim annos completos, ante hanc ætatem dicuntur impuberes, & imporentes, *Instit. quib. mod. finitur tutela*, § 1. Ioan. de Imol. *cons.* 73. *In casu proposito, in pr.* † Proximus pubertati dicitur is, qui distat à pubertate per sex menses. Dyn. *cons.* 46. *In quæstione, quæ vertitur, n.* 5. *ver. nam Ioannes.* † Item is, qui habet decem annos cum dimidio, dicitur proximus pubertati. Dyn. *d. consil.* 46. *num.* 5.

Publica vtilitas quæ dicatur. Concl. 959.

PVBLICA † vtilitas versatur, vt Ecclesia vniuersalis abundet litteratis, quibus ad sui regimen maxime indiget, *c. cum ex eo, de elect. in* 6. Zab. *cons.* 142. *n.* 4. vbi, quod gratia facta de extinctione duorum canonicatuum, & præbendarum, vt præbendæ dentur magistris in Theologia, dicitur respicere publicam vtilitatem.

† Item, quod subditi sint diuites, & potius imperium abundet hominibus, quam diuitiis; ideo Princeps præfert vtilitates subditorum vtilitatibus fisci, late Castr. *cons.* 125. *Dubitatur, col.* 1. *in fi. ver. sed certe, lib.* 2. † Quod ciuitas habeat iudices appellationis in casu grauaminis. Castr. *cons.* 194. *Viso puncto, n.* 2. *ver. nunc est videndum, lib.* 2. † Pacis causa respicit sine dubio publicam vtilitatem, & ideo causa pacis vniuersalis potest ciuitas, & Princeps remittere damnum illarum subditis, & alia facere. Rom. *cons.* 310. *In casu, nu.* 3. *ver. tertio probatur.* † Quod delicta puniantur, interest publicæ vtilitati. Rom. *cons.* 466. *Videtur, nu.* 2. *& seq.* † Quod ciuitas repleatur hominibus, respicit publicam vtilitatem, item, quando hoc exprimitur, quod pro bono publico fit lex, vel statutum. Alexan. *consil.* 38. *Viso. num.* 11. *in fine. & num.* 12. *versic. præterea si statutum. lib* 3. Vide. *Delicta puniri publice interest. Concl.* 157. Vide, *Diuites habere subditos expedit Principi. Concl.* 546. Vide, *Pax, & pacis causa habet multa specialia. Concl.* 173.

Publica vtilitas habet multa specialia. Concl. 960.

SENTENTIA, † quæ non valet non adhibita causæ cognitione, valet ratione publicæ vtilitatis, quando partes essent paratæ ad rixas, & arma, quibus iudex aliter obuiare non poterat. Bald. *cons.* 142. *Dominantibus magnificis, n.* 2. *ver illud etiam non est omittendũ, lib.* 1. † Et iudex, qui non impartitur officium suum, nisi petatur, potest illud non petitum impartiri fauore publicæ vtilitatis, plene Soci. *reg.* 23. *Iudex petitus suum officium interponit, non alias, in* 1 *fallentia.* † Æquiparantur hberras ecclesiastica, & publica vtilitas. Bald. *in l. iubemus nulli, C de sacros. eccl. Ægid. them de collect. ver. nobilitas. n.* 20. † Imo pia causa, & publica vtilitas æquiparantur; quia proprie publica vtilitas dicitur causa pia. Castr. *cons.* 194. *n.* 4. *lib.* 2. † Lex, vel statutum, per quod derogatur iuri singulorum, valet, si publica vtilitate, vel necessitate est conditum. Bald. *cons.* 466. *Dubia sunt hæc, in fin lib.* 2. Ang. de Perus. *cons.* 63 *Nobilis miles n* 3. *ver. nec obstat.* Rom. *cons.* 310. *In casu propositæ*, vbi apost. l. dat concord. † In lege, vel statuto ob publicam vtilitatem edito fit derogatio contrariis legibus, & statutis, licet non adsit clausula, *non obstante.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, ver non obstantibus, n.* 3. *ver. sed si ipse referret.* † Extende, vt procedat, etiam si lex, vel statutum respiciens publicam vtilitatem, deroget iuri cõmuni, vel iuri alterius, apost. ad Bart. *in d extrauag. ad reprimendum, in ver. non obstantibus, sub n.* 10. *ver fauore publicæ vtilitatis*, vbi allegat Felin. *in c. nonnulli, in* 7. *limit. de rescrip.* & alios. † Et ideo valet statutum Mutinæ, quod omnes habentes molendina teneantur facere vegetes pro transitu canalis communis transeuntis per canalia priuata; quia respicit publicam vtilitatem, licet sit contra ius commune; quia qui facit canale, vt sentiat commodum, debet etiam sentire damnum, & expensam pro conducenda aqua per ipsum canale, plene Alex. *cons.* 190. *Mature digesti. per tot. lib.* 2. vbi pro vtraque, & tandem pro ista concludit, & cumulat multa priuilegia pro vtilitate publica, & tollit omnia contraria *à n.* 8 *ver. sed præmissis, vsque in fi.* † Extende; quia statutum, quod non possit probari aliquid per testes, licet sit odiosum, quia contra ius commune; tamen si ex proœmio exprimitur, quod fiat ob publicam vtilitatem, efficitur fauorabile, & extenditur ad casus similes. Alex. *cõs.* 68. *Viso processu, n.* 5. & 6. *ver item statutum. lib.* 3. vbi apost. *in ver publicam*, dat concor. & iterum *cons.* 34. *Visis, in fi. n.* 9. *lib.* 5. † Extende; quia imo publica vtilitas operatur, quod statutũ, quod reciperet limitationem, prout statutum prohibens fieri probationem per testes, bene admittit probationem per testes, & scripturam simul; secus, si est factum ob publicam vtilitatem, ita Purpur. *in addit. ad tas. in l. sert.* §. *quoniam, n.* 104

11 *ff. si cert. pet.* vbi allegat ad hoc Alex. † Reuocatur priuilegium concessum etiã irreuocabile, quando cõcurrit publica vtilitas, prout necessitas belli, vel quid simile. Socin. *in l. si ex facto, n.* 14. *& seq. ff. de*
* *leg.* 1. vbi Ias. *n.* 7. dicit magis * communem. Rip. *n.* 17. communem
* dicit * Curt. Iun. *cons.* 61. *n.* 14. vbi de * communi. vide Alex. *cons.*
* 12 216. *lib.* 2. *n.* 18. *& seq.* † Et quantumcunque sit generale, non comprehendit casum contra publicam vtilitatem. Felin. *in c. causam,*
13 *quæ, n.* 17. *de rescript. ver. quinta declaratio.* † Ob publicam vtilitatem licitum est recedere à rigore scripto, & contrarium etiam facere, videlicet inducere rigorem, & rigorosam interpretationem, & executionem, quæ alias inducenda non esset. Bald. *cons.* 480. *Visa petitione, n.* 2 *ver. præterea istud statutum, lib.* 3. *vsque in fin.* vbi loquitur de statuto Perusino contra rebelles, vt interpretationem extenlam, & rigorosam recipiat ob publicam vtilitatem. † Pœna licet
14 tenere debeat suum auctorem, & delinquẽtem; tamen quandoque punitur vnus innocens pro alio nocente, tam de iure diuino, quam humano, exempla videas penes Conar. *lib.* 2. *var. resolut. c.* 8.
☞ *per tot.* Vide, *Pœna debet tenere solos auctores, & delinquentes, & quando*
15 *secus. Concl.* 212. † Visitare potest ciuitas castra, & fortalitia suit territorii etiam exempta ob publicã vtilitatem tempore belli, vt sint
16 munita. Bald. *cons.* 158. *Proponitur, quod, lib.* 3. † Iuramentum de non recipiendo arbitro per officialem præstitum super puniendis delictis non valet; quia contra publicam vtilitatem. Rom. *cons.* 466.
☞ *Videtur prima fronte, n.* 2. *& 3. ver. secundo aduertendum.* Vide, *Delicta*
17 *puniri publice interest. Concl.* 157. † Demoliri, & incastellare potest Princeps turres, & fortalitia etiam Ecclesiarum tempore belli ob publicam vtilitatem, dummodo bona fide fiat. Bald. *cons.* 158. *n.* 3.
18 *ver. quinimo, lib.* 3. † Item potest ex causa publicæ vtilitatis Princeps demoliri facere domos priuatorum, vel illas benemerentib. concedere, soluto pretio dominis, & valet demolitio, & donatio.
19 Rom. *cons.* 310 *n.* 3. *& seq.* vbi apost. dat concord. † Et potest Princeps pro pace sui territorii, & publica vtilitate auferre castrum ab vno, & dare alteri, & is, qui recipit, dicitur habere titulum, & bonam fidem, & contra eum spolio agi non potest. Alex. *consil.* 94.
Visis, n. 18. *lib.* 5. vbi, quod Dux Mediolani potuit auferre castrum sancti Andreæ à Petromaria Rubeo, & illud concedere Rolando
20 Marchioni Parauicino. † Idem; quia ex publica vtilitate Princeps potest auferre ius priuati, *l. item si verberatũ, § fin. ff. de rei vend.* Alex.
21 *d. cons.* 94. *n.* 18. *lib.* 5. † Et homo liber pro publica vtilitate potest dari in pignus, & obsidem. Soc. *reg.* 7. *Homo liber,* in prima fallẽtia.
22 † Nullitas inducta ob publicam vtilitatem potest intẽtari ab eo, qui in communi culpa, vel mora eiusdem nullitatis exitit fauore publicæ vtilitatis, licet secus sit cessante publica vtilitate; quia in pari causa melior est cõditio rei, & possidentis. Bal. *cons.* 227. *Quod*
23 *non possit per tot. lib.* 4. † Fauorabilis dicitur dispositio ob publicam vtilitatem, etiam si sit per statutum correctorium iuris communis; ideo fit extensio ex eadem ratione ad id, quod proprie nõ est idem, sed ex lata significatione continetur. Alex. *cons.* 190. *Mature, n.* 17. *in fi. cum seq. ver. ad quintum, lib.* 2. *& consil.* 171. *Visis, n.* 7. *& 8. ver.*
24 *fortificantur, lib.* 7. † Prohibita multa permittuntur ob publicam vtilitatem, & publicũ bonum, & è conuerso multa permissa prohibentur propter scandalum, plene Feli. *in c.* 2. *de præscript.* vbi po-
25 nit 33. casus. † Et plura sunt permissa fauore publico, quæ alias prohibentur, & è conuerso, plene apost. ad Rom. *cons.* 310. *in ver. auser-*
26 *re, & in ver. vtilitatis,* vbi citat plures. † Domus vicina incendio potest demoliri ex publico, vt euitetur incendium in aliis domibus, sicut possunt proiici in mare merces pro salute nauis; sed tamen vicini tenentur ad damnum. Bald. *cons.* 491. *Punctus, super quo, circa*
27 *pr. ver. dixit tamen, lib.* 4. quod duplicatur *cons.* 436. *lib.* 3. † Delictum vnius licet non debeat adscribi alteri, tamen secus est ob publicã vtilitatem; quia potest imponi pœna cõsanguineis bannitorum, si banniti non seruauerint confinia, vel non recesserint à territorio. Ang. de Peru. *cons.* 63. *Nobilis miles. per tot.* sequitur Alex. *cons.* 190.
28 *Mature digestis, n.* 13 *in fi. ver. idem dicit Ang. lib.* 2. † Onerantur subditi ob publicam vtilitatem; quia compelluntur commodare, mutuare, vendere, & licite possunt compelli, licet de iure regula sit
29 in contrarium. Ang. *cons.* 206. *Inter ordinamenta, in pr.* † Item Ecclesiæ, quæ alias sunt immunes, grauari possunt propter publicã ne-
☞ cessitatem, & vtilitatem. Sign. *cons.* 81. *n.* 3 *& seq.* Vide, *Necessitas non*
habet legem, vbi plurima exempla, & qualiter intelligatur. *Conc.* 19.
30 † Item compelli possunt ad deputandum eorum molendina, & nemora, vsui publico, & ad collectas, & alia onera extraordinaria
31 ob publicam vtilitatem. Ang. *d. cons.* 206. *in pr.* † Sententia, quæ est lata contra vnum, nunquam præiudicat, neq; potest exequi contra eum, qui in consequentiam patitur præiudicium, si agitur de fauore priuato; secus, si agitur de fauore publico. Bart. *in l. ũ filius-*
32 *fam. n.* 3. *col.* 2. *ff. de verb. obl.* † Absentia ex causa publicæ vtilitatis, & Reipubl. facit absentem haberi pro presente, & nõ debet ei nocere, alteri nocere, *l. absentia ff. de reg. iur.* † Tertes domestici offensi pro-
bant, qñ agitur contra offendentem ex publico, & non ad accusationem offensi. Fulg. *cons.* 188. *Super eo, quod quæritur.* † Dispositio
statuti, vel legis ob publicã vtilitatẽ dicitur fauorabilis, ita quod restrictio, vel limitatio, aut exceptio facta in eodem statuto odiosa, & stricte intelligenda, ne derogetur publicæ vtilitati. Zab.
cons. 135. *per tot. max. in fi.* † Imo pœnale statutũ, & restringendum, & de se odiosum dicitur fauorabile ob publicã vtilitatẽ, & extenditur. vide plene Marsil. *in prax. crim. ver. aggredior, n.* 58. *& seq.* vbi
lare. † Immunitas concessa alicui pro se, & posteris non tamen ad filios fœminarũ propter publicã vtilitatẽ Zab. *cons.* 135. *n.* 1. † Gratia secunda respiciens fauorẽ priuatũ nõ tollit præcedentẽ respicientem publicã vtilitatẽ, etiam si in secunda fiat expressa mentio de prima, si non exprimitur causa, pro qua prima est facta, videl. propter publicã vtilitatẽ. Zab. *cons.* 142. *n.* 3. *ver. quoad secundũ, & ideo*
dicit Rom. *cons.* 436. *Quod indultum, n.* 10. Feli. *in c. causam, quæ, n.* 17.
ver. quinta declaratio, de rescrip. † Extende, etiam si secunda gratia sit
motu proprio, & ex certa scientia concessa Zab. *d. cons.* 142. *n.* 3. *ver.*
quoad secundũ. vsq; ad fi. † Extende; quia imo rescripta contra publicam vtilitatẽ concessa à Principe non sunt exequenda, sed expectanda secunda iussio. Zab. *d. cons.* 142. *n.* 4. † Malũ toleratur propter bonũ publicũ, quod sequitur ex malo, vel vt maius malũ vitetur; ideo meretrices toleratur, vt maius vitium euitetur. Pet. de
Anch. *cons.* 243. *Christianissime, & illustrissime Princeps, n.* 3. vbi alia exempla, & ex publica vtilitate cõpelluntur aliquando homines accommodare sua animalia, & etiam viles personæ ad executione iustitiæ cõpelluntur exercere carnificis officiũ. Bart. *in l. fi. § Virius, ff. de pig. act.* & est * commu. opin. Clar. *in § fin. q.* 99. *n.* 4. *ver. sed pone.* *
† Peccandũ tamen nõ est ex prætextu boni publici. Ancha. *d. cons.* 243. *in fin.* † Ius diuinũ ex causa potest modificari propter bonum publicum. Anchr. *d. cons.* 243. *n.* 5. vbi ponit exempla. † Tacens in
onerosis licet habeatur pro contradicente, secus est fauore Reip. quia habetur pro consentiente. Rom. *cons.* 311. *n.* 3. Mars. *in prax. cri.*
ver. aggredior, nu. 62. vbi multa specialia fauore publicæ vtilitatis.
† Multa specialia fauore Reipub. commemorat Mars. *in d. prax. §.*
aggredior. n. 98. *& seq. & in l. fi. ff. de iustit. & iur. nu.* 175. vbi in praxi cumulat infinita exempla. † Forensis, qui non ligatur statuto, bene
ligatur ob publicã vtilitatẽ. Mars. *d. l. 1. in fi. ff. de iustit. & iur. nu.* 171.
† Habilitas personæ, q̃ requiritur in omni dispositione, nõ requiritur, vbi agitur de fauore publico. Mars. *d. l. fi. ff. de iustit. & iur. nu.*
176. † Pœnalis lex, quæ est odiosa, si respicit fauorem publicum, dicitur fauorabilis. Mars. vbi s. *n.* 178. † Multa potest Princeps in
præiudicium tertii pro publica vtilitate, videl. auferre animalia, naues, & res alienas pro exercitu, pannona publica, auferre feudum vasallo, sed semper intelligitur soluto pretio, & mercede, & refecto damno illato, plurima cumulat Rol. à Vall. *cons.* 69. *lib.* 2.
quem videas omnino. Alex. *cons.* 190. *n.* 13. *& seq. lib.* 2. *& per tot. ma-*
xime in princ. † Extende idem in vniuersitate; quia potest obligare bona singulorum, auferre actionem, & ius particulatim propter publicam vtilitatem, Alex. *d. cons.* 190. *Mature digestis, n.* 10. *& seq.* maxime *n.* 13. *lib.* 2. † Interpretatio nedum fit lata, vbi agitur de
publica vtilitate, sed imo statutum loquens de appellatione à definitiua committenda, extenditur etiam ad appellationem ab interlocutoria, in qua sit eadem ratio. Castr. *cons.* 194. *Viso puncto, n.*
in fin. ver. statutum ergo. lib. 2. † Et lex, vel statutum loquens per verba simpliciter, quando concernit publicam vtilitatem, non recipit interpretationẽ de habilitate. Castr. *d. cons.* 194. *n.* 3. *lib.* 2. † Extenditur lex, vel statutum loquẽs per verba taxatiua ad alium casum similem, quando non sequitur correctio alterius legis, vel statuti. Castr. *d. cons.* 194. *n.* 4. *lib.* 2. † Regula facias, quod licet non valeat lex priuata in odium particularis personæ, vt auferatur dominium rei suæ alicui, bene valet ex causa iusta, prout ex publica vtilitate fiat. Rom. *cons.* 310. *Incasu proposita consultationis, per tot.*
vbi apost. dat concor. † Et dicitur publica vtilitas, si Princeps vel cõmunitas velit remunerare aliquẽ bene meritũ de Principe, vel publico; quia põt ab vno auferre, & illi donare, & valet donatio.
Rom. *d. cons.* 310. *col.* 2. vbi ponit plura exempla. † Et de æquitate
dat præmiũ condemnatis, bannitis, & rebellib. bene merentibus ex publico, vt si actionẽ ad publicã vtilitatem fecerunt, *l.* 2. *§ post-*
ea cum Appius. ff. de orig. iur. cum aliis multis; quæ allegat Rom. *d. cons.*
310. *n.* 4. *& seq. ver. cæterum videmus.* † Amplia; quia etiam decernunes ex causa publicæ vtilitatis possunt reuocare decretum iuquod transiuit in contractum. Alex. *d. cons.* 216. *Nec arguendum, n.* 20.
ver. & pro hoc. lib. 2. † Extende; quia etiam inferior ex causa publicæ vtilitatis auferre potest dominium tertio. Alex. *d. consil.* 216.
num. 20. *ver. accedit quarto, lib.* 2. † Limita; quia peccandum non est ex pra-

prætextu boni publici. Anch. *d.cons.243.in fin.* Vide, *Exempti quibus casibus soluere compellantur sicut alii, vel non. Conclus.573.* Vide, *Princeps potest tollere ex causa ius tertij, & quando secus. Concl.680.* Vide, *Vniuersitas in quibus non possit præiudicare singularibus &c. Concl.262.*

Publica honestas ex quibus, & quomodo contrahatur. Concl.961.

1 PVBLICA † honestas, quæ appellatur iustitiæ, contrahitur inter eos, qui contraxerunt sponsalia & consanguineos hinc inde: ideo si contraxi sponsalia cum Berta, consanguineæ Bertæ ea mortua usque ad quartum gradum dicuntur mihi coniunctæ ex publica honestate. Angel. de Perus. *consil.16. Anselmus de Mediolano.*
2 † Limita, quando sponsalia sunt contracta sub conditione, quæ non fuit purificata; quia ex talibus sponsalibus non oritur publica honestas. Bald. *cons.26.n.3.ver. ad secundum, lib.1.*

Publicanorum priuilegia circa publicas functiones exigendas. Concl.962.

1 VELO † leuato, & compulsiue proceditur tam de iure, quam de consuetudine vniuersali sine libello, & sine litis contestatione ad instantiam publicanorum agentium pro functionib⁹ publicis, & tributis exigendis. Bal. *cons.238. Ad veritatem, in pr.* vbi,
2 quod nunquam fuit de hoc dubitatum, *lib.1.* † Amplia, quia iste est casus, in quo licitum est incipere ab executione; quia loco libelli succedit carcer, & rerentio debitoris. Bal. *d.cons.238. in pr. lib.1.*

Publicanorum, & exactorum audacia, & vitia. Conclus.963.

1 PVBLICANI † maximæ audaciæ, temeritatis, & auaritiæ esse dicuntur. *l. quantæ. ff. de publ.* Bal. *cons.27. Casus talis est, in quodam*
2 *priuilegio, in fi. lib.1.* † Amplia, quia audacia, & temeritas publicanorum operatur, vt contra eos in dubio præsumatur; ideo si nauta denunciet merces, & velit soluere pro pondere alibi soluto, & publicanus plus petat, ita quod nauta recedat, non dicuntur res cecidisse in commissum, quia præsumitur publicanus voluisse extorquere indebite. Cuma. *cons.5. Non reuocando in dubium, per tot.* & maxime *in pr.* vbi de audacia, & mala præsumptione publicanorū.
3 † Amplia, vt quod dicitur de publicanis, idem sit in exactoribus publicis, seu thesaurariis prouinciatum, quia præsumuntur indebite vexare prouincias. *l. neminem. Cod. de suscept. & arcar. lib.10.*
4 † Declara tamen; quia si debitum exactum est debitum etiam, q̃ exegerint vel leuato, non præsumuntur metu exegisse; ideo non fit reuocatio; secus si per præcepta pænalia alienum debitum exigunt. Vide Masc. *Concl.680. Exactio an præsumatur meticulosa.* † Am-
5 plia, vt idem sit de executoribus omnibus ad executiones faciendas deputatis, quia lex contra eos præsumit, quod sint fraudulen-
6 ti. Vide Masc. *Concl.710. Executor testamentarius.* † Amplia in collectoribus spoliorum, quorum rigor fecit cessare spolia in Francia, vt dicit Æg. *cons.1. in fi. ver. quæritur ergo*, vbi multa dicit contra eos; sed tamen dicit, & est verum, quod spectabat ad Papam prouidere, non autem ad Regem.

Publicare quid importet. Concl.964.

1 PVBLICARE † importat; vt publicatio actus fiat in loco, & actibus, in quibus populus loci conuenit, prout in Missa, in sermonib⁹, in nundinis, & similib⁹; & ideo licet fiat actus in loco publico non extantibus aliquibus, non dicitur fieri publice. Gemi. *cons.75.n.2. in fi. ver. secundo dicitur, & n.3. & 4. & seq.* plenius Abb. *cons.99. Illud in præsentiarum, nu.2. & 3. ver. sed iis non obstantibus, lib.1.* vbi, quod requiritur locus publicus, in quo fiat, & multitudo adstantium, ita vt transeat, vel in notitiam non omnium, seu viciniæ, seu maioris partis eorum; & ideo publicatio facta in platea, vel loco
2 publico coram quatuor testibus nō sufficit. † Duobus modis potest intelligi, quod fiat publicatio prouisionis, vel alterius gratiæ, nempe quod simpliciter mandetur publicari, vel solenniter mādetur publicari. *Clem. causa de electio.* Abb. *cons.99. Illud, in pr. lib.1. & n.3. ver. & primo.* dicit, quod tam solennis, quam simplex debet fieri in loco publico coram multitudine personarum, vt transeat in notitiam viciniæ, & seu maioris partis, & quatuor testes non sufficerent. † Item publicatio actus potest accipi proprie, & principaliter duobus modis: Primo, vt illud verbum *publicari*, importet in notorium deduci secundo, quod publicatio transeat solum in famam publicam loci. *Cuma. de cohabit. cleri. & mulier.* Abb. *d.cons.99. nu.2. ver. sed iis non obstantibus, lib.1.* vbi, quod non requiritur, quod fiat notorium, seu manifestū omnibus de ciuitate, sed bene transire debet in notitiam viciniæ, seu maioris partis eorum. † Itē po- 4
test intelligi de publicitate, quæ consistit in facto, & hæc debet esse talis, quod deueniat ad notitiam viciniæ, seu maioris partis eiusdem: item potest intelligi de publicitate, q̃ cōsistit in iure, quę minorem requirit solemnitatem: Abb. *d. consil. 99. n.3. lib.1.* † Am- 5
plia, quia publicatio decreti Principis debet fieri in loco particulari, vt liget, non obstante, quod in ciuitate sit facta publicatio. Alex. *cons.73. In causa, n.8. & 9. ver. quarto principaliter, lib.6.* Vide, *Lex, & constitutio vna non requirit publicationem, & quando secus. Concl.255.* Vide, *Regulæ de publicandis qualiter satisfiat. Concl.101.*

Publicatio processus, & attestationum quando necessaria, vel non. Concl.965.

PVBLICATIO † processus, & actorum, non est de substātia, 1
vt sententia lata non valeat, quia imo valet, dummodo acta sint scripta per personam ad hoc deputatam in loco. Alexan. *cons.120. Viso processu, n.7. in fin. ver. aut nos quærimus, lib.7.* † Amplia, quia 2
attestationes testium examinatorum non sunt publicādæ ex necessitate ad validitatem sentētiæ, etiam quod attestationes essent necessariæ ad causam. Alex. *d.cons.120. n.7. ver. quantum ad tertium, lib.7.* vbi apost. citat Anch. *cons.54. & dec. Tholos.396.* † Extende, vt 3
multo minus sit necessaria publicatio attestationum, quæ superabundant. Alex. *d.cons.120 n.7. lib.7.* Vide, *Testium publicatio multiplex, & quid operetur, & quando fieri possit, vel non. Concl.295.*

Publicatio processus qualiter fiat. Concl.966.

PVBLICATŌ † processu legitime, non debent admitti capi- 1
tula contraria, neq; examinari testes propter timorem subordinationis. Abb. *cons.48. Tria sunt, in fin. lib.1.* vbi, quod publicatio dicitur legitime facta, etiā contradicente parte, quando pars contradicens habuit terminum ad probandum; & nihil probauit, & altera pars plene probauit. † Limita; quia publicatio processus, & 2
examinis testium facta per Notarium, & non per iudicem, non dicitur legitima nec excludit probationem; maxime, quando fuit facta partibus absentibus; quia requiritur præsentia partium isto casu, vt præiudicet. Alex. *cons.181. Viso processu, n.4. ver. nec ad hoc obstat, lib.7.* vbi loquitur in Notario arbitrorum. † Limita, quia imo 3
etiam si esset facta publicatio processus & testium per iudicem simpliciter, & non dicit in decreto, quod sint publicata, & aperta; & ideo illa verba, *aperta* sunt necessaria, & insuper, quod pars petat, & velit, quia tunc pars, quæ petiit, & voluit publicationem, & aperturam, non poterit amplius examinare. Alex. *d.cons.181. nu.4. ver. requiritur, quod iudex pronunciauerit, lib.7.* † Extende, quia publi- 4
catio facta parte non citata, vel non præsente nō valet, neq; præiudicat absenti vel non citato, neq; quādo est nulla alio defectu, nisi talis pars iam habuisset dicta testium & didicisset. Alex. *d.cons. 181.n.4. ver. & huiusmodi publicatio, lib.7.* † Extende, quia imo etiam 5
si publicatio processus, & testium esset facta per iudicem, & legitime citatis partibus, ad huc tamen non impedit examen testium, quando nō fuerunt didicita testificata ab illa parte, quæ vult examinare. Alex. *d. cōs. 181.n.5. ver. fortius voluit, lib.7.* † Limita, quia pu- 6
blicatio indiscreta facta per iudicē non impedit, quin partes possint probare, quando tempore publicationis cōstabat, quod volebāt examinare. Alex. *d cons. 181.n.6. ver. præterea vbicūq; lib.7.* † Ex- 7
tende, quia testes iam iurati, & qui possunt quandocumq; examinari, poterunt examinari, etiam non obstante publicatione facta, quando pars illa quæ vult examinare, nō didicit testificata. Alex. *d.cons.181.n.4. & seq. ver. nec ad hoc obstat, lib.7.* Vide, *Testium publicatio multiplex, & quid operetur, & quando fieri possit, vel non. Concl.295.*

Publicè aliquid fieri, vel occultè quando dicatur. Concl.967.

PVBLICE † blasphemare dicitur is, qui blasphemat in loco pu- 1
blico, vel etiam in camera pluribus adstantibus, & audientib⁹, si postea conuincitur de hoc, erit locus pænæ in *c. statuimus, de maledi.* vt ibi Inn. Host. & alii. Zab. *n.2.* & plenius Abb. *n.7. ver. secundo quærō*, & ibi Alex. de Næuo in apostil. ad Abb. *ver. sed iis refer verba*, vbi dat plura exēpla. † Alio modo pulchro distinguit Abb. *cōs.99.* 2
Illud, in pr. lib.1. vbi, quod sufficit, quod fuerit factum publice, licet non deuenerit ad notitiam omnium. † Et si agatur de publicitate 3
iuris, sufficit, quod factum fuerit in loco corā testibus, si agatur de publicitate facti, requirit loc⁹ publicus, & multitudo adstātium. Abb. *d.cons.99.n.2. & seq. ver. sed iis nō obstantibus, lib.1.* Vide, *Notorium, publicum, manifestum, & famosum qualiter dicatur. Concl.104.* † Occul- 4
tum

tum vero dicitur, quod sciri non potest, vel pene occultum, quod scitur à paucis, & donec probetur, præiudicat quoad Deum, si est malum, sed non quoad mundum, donec probetur. Alber. in suo *Dictionario in ver. occultum*, vbi videas; quia plura cumulat.

Publiciana actio quid sit, & quibus detur, vel non. Concl. 968.

1 ACTIO † Publiciana est actio realis, quæ competit ei, qui acquisiuit rem bona fide à domino; qui tamen dominus rem
* vacuam, & à nemine occupatam tradidit emptori; ita * communem esse opinionem dicit Alex. *in l. 3. §. ex contrario. in fin. verb. ff. de*
1 *acqu. poss. & in cons. 118, in pr. lib. 2. & cons. 182. col. 2. lib. 7.* vbi, quod ad probationē quasi dominii requiritur titulus, & traditio possessio-
* nis vacuæ, secundum * comm. opin. & idem voluit *consil. 24. n. 4.*
2 *col. 1. cod. lib. 7. & cons. 45. lib. 3.* † Et quod requiratur nedum traditio rei, sed traditio possessionis vacuæ, vt competat Publiciana: item non sufficit traditio per constitutū, nisi constet, quod cōstituens tempore constituti possideret, Alex. *d. cons. 24. Circa processum. n. 4.*
3 *ver. nec etiam sufficit. lib. 7.* vbi apost. citat eundem Alex. *cons. 161. n. 1. lib. 6.* † Et quod agens Publiciana debeat probare possessionem vacuam, & à nemine occupatam, sibi traditam fuisse, alias non
4 obtinet. Alex. *d. cons. 118. In causa. n. 2. ver. quia respondeo. lib. 2.* † Item, quod sit necessaria bona fides, & iustus titulus, alias obtinere non
5 potest. Alex *d. cons. 118. In causa. n. 11. ver. sed circa petitorium. lib. 2.* † Declara; quia bene sufficit titulus ab eo, quē excludere poterat agēs Publiciana, nisi fuerit procuratus; quia tunc cessaret bona fides.
6 Alex. *d. cons. 118. n. 12. ver. præterea li. 2.* † Et ideo debet probare actor, quod ipse apprehenderit possessionem rei, de qua agitur, antequam peruenerit ad rem cum conuentum possidentem, vt per Alex.
7 in consiliis sup. dictis. † Et datur hæc actio ei, qui habens titulū, & possessionē à nō domino bona fide cecidit à possessione, dum præscribebat. *l. 1. in pr. ff. de Publicia.* Castr. *cons. 445. In causa, quæ ver-*
8 *tuntur. n. 2. ver. quantum ad tertium. lib. 2.* vbi, q; si præscriptio est completa, non datur hæc actio Publiciana. † Et competit Publiciana legatario, & fideicōmissario particulari ē ante cœptā possessionem ex persona testatoris, qñ testator possedit cum titulo habito
9 à non domino bona fide. Alex. *cons 98. Viso. & considerato. n. 8. ver.*
* *in Publiciana, lib. 2. & cons. 4. Videtur inspectis, n. 8. in fi. & n. 9. ver. videa-*
* *mus igitur. lib. 2.* vbi dicit * communem, & ibi apost. *in ver. testatoris,*
9 dat concord. † Si vero legatarius, vel fideicommissarius ex persona sua velit intentare Publicianam, tanquā habuerit à testatore, non domino, qui habebat titulum, & bonam fidem, & si apprehendit possessionem, & postea cecidit, potest intentare Publicianam, alias secus; quia si non habuit possessionem, non potest intentare Publicianam ex persona sua. Alex. *d. cons 4. n. 9. & cons. 98.*
10 *n. 8. lib. 2.* † Declara; quia etiam si Ecclesia esset legataria, vel fideicommissaria, non potest ex persona sua intentare Publicianam, nisi annalis possessio rei legatæ sibi fit tradita. Alex. *d. cons. 98. n. 9.*
11 *ver. & per hoc est verum, lib. 2.* † Et quod quasi dominium importet Publicianam, & requiratur in Publiciana probatio tituli, & pos-
12 sessionis traditæ, est tex. *in l. 1. in pr ff de Publicia.* Bart. *cons. 206. Inter procuratorē, in pr. lib. 1.* Alex. *cons. 88. Eximie domine, in fi. lib. 2.* † Et ideo is, qui acquisiuit nomine alieno bona fide à non domino, non acquirit domino possessionem, nisi secuta ratificatione; ideo non poterit is, cuius nomine facta est acquisitio, agere Publiciana, si ratificationem non fecit, antequam ad alium possessio peruenerit. Bar. *d. cons. 206. in pr. lib. 1.* vbi, quod ratificatio facta ex alia causa non sufficit. † Item is, qui habuit animum retinendi, non dicitur habuisse animum acquirendi; ideo non competit tali Publi-
13 ciana. Bart. *d. cons 206. ver. sed videndum est, lib. 1.* † Item, qui habuit titulum ab vno, possessionem ab alio, non habet Publicianā. Bar.
14 *d. cons. 206. circa med. ver. præterea apparet, lib. 1.* Alex. *cons. 90. n. 10. lib.*
* 2. Videtur tamen Castr. qui *cons. 445. n. 3. lib. 1.* vbi quasi dominium
15 capit pro vtili. † Et quod sine traditione solus titulus etiam à do-
16 mino habitus non probet dominium, vel quasi, est tex. *in l. prædia.*
1 *cum ibi not. per Doct. ff de acqu. poss. & in l. 2. C. eod. tit.* Alex. *cons. 10. per tot. lib. 4.* & ideo est necessaria probatio traditionis possessionis vacuæ. *l. si ager. ff. de rei vendic.* vbi Bart. & alii, qui loquuntur, quando agitur rei vendicatione, & idem, si agatur Publiciana; quia pariter necessario probanda est traditio possessionis rei vacuæ. Bart.
* & Bald. *in l. 1. ff de Publicia. & in l. cum res, C. de probat.* & est * communis opinio, vt per Alex. *in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. cum aliis*
17 *supra in princip. allegatis.* † Imo etiam si in instrumento venditionis adesset constitutum, non sufficeret ad probandam traditionem vacuam, nisi etiam probaretur, quod auctor, à quo habuit titulum, & constitutum, possideret tempore constituti, ita Alex. *d. cōs.*
18 *24. & cons. 182. lib. 7.* & est ratio; quia per constitutum non dicitur possessio tradi, *sed habetur pro tradita. l. ab emptione. cum ibi not. ff. de pact.* † Declara in successore vniuersali; quia ex solo titulo transit dominium, & successor vniuersalis bene cōmunit præscriptionem cæptam, etiam ante captam possessionem. Alex. *cons. 88. Eximie, n. 5. in fi. ver. præterea, lib. 2.* vbi *n. 4. ver. non insisto*, dicit, quod etiam in Ecclesia vniuersali successore transit dominium, & possessio. † Declara tamen; quia si essemus in antiquis, tunc sola constitutum operatur traditionem absque alia probatione. Vide, *de*
19 *vendicatione agens, vt obtineat, duo debet probare, dominium, &c.* Cond.
117. † Amplia; quia plura veniunt probanda per agentem Publiciana, videlicet debet probari titulus, & possessio saltem emptoris, qui dedit titulū actori: item titulus actoris habitus præsenso domino: item traditio possessionis vacuæ, & expeditæ fuisse
20 per constitutum, vt *in l. 1. in pr. & in l. eum qui, §. si. ff. de Publicia. Bald. cons. 20. Super primo, lib. 5.* Alex. *cons. 90. lib. 2. & cons. 182. lib. 7.* Socin. *consil. 56. lib. 4.* Item bona fides, quæ in tali iudicio requiritur, sed tamen præsumitur. Rom. *cons. 424.* † Contrarium, quod imo sufficiat, quando agens probat titulum, & habuisse possessionem va-
21 cuam precedente titulo. Bart. *in l. cum res*, vbi Bald. Salyc. & alii. C.
de probat. Alex. *cons. 88. Eximie, col. fi. lib. 2. & cons. 43. Visa facti, n. lib.*
3. cum aliis adductis per Afflict. *decis. 23. n. 4. & seq.* † Declara quia
22 contrarium est verum, & * commune, quando probatur traditio vacua, sed quādo probatur solum constitutum, vt inferius opinone, quod nō importat constitutum rem tradi, sed habere pro tradita; ideo necessario tunc probāda est possessio titulata venditionis, alias secus; quia constitutum non operatur, quod constituens
23 possideret, vide supra proxime *in ver. Amo etiam. n. 17.* † Et quæritur probanda in Publiciana, & in rei vendicatione, & aliis actionibus cumulatis, de quibus vide *in ver. Rei vendicatione agens. Concl. 117.*
supra allegata. Vide Concl. prox. seq. † Bona fides etiam debet allegari saltem, vel probari vltra titulum, & traditionem possessionis vacuæ: quia sine bona fide non acquiritur quasi dominium
24 ex titulo, & traditione à non domino. Corn. *cons. 122. colum. 2. lib. 3.*
Alex. *d. cons. 118. col. 3. ver. præterea, lib. 2. n. 12.* † Et ideo habens ab
25 herede procuratore, de cuius mandato non constat, non præsumitur bonæ fidei. Alex. *d. cons. 35. n. 3. & 4. ver. alia ratione. lib. 7.* † Nam
26 propter titulū bona fides præsumitur in hac materia, vt per Alex.
cons. 45. lib. 3. per *l. pen. C. de euict.* gl. *in v. 2. Infert de vsucap.* late Bald. *in*
tract. de præscript. in 1. q. 12. part. & 3. q. princ. Dec. *cons. 375.* Rom. *cons.*
424. † Imo quod emens à malæ fidei possessore, si emens habet
27 bonam fidem, præscribat in Publiciana, licet secus in præscriptione dominii, & hanc * communem tuetur Bald. *de præscript. part. 3.*
princ. q. 12. n. 8. & seq. vbi dicit * communem, & reprobat Ial. & alios
28 tenentes contrarium. † Et ideo cum præsumatur in dubio, non si debet probari, sed bene ex necessitate debet allegari, per tex. *in l.*
si adulterium cum incestu. §. idem Pollion, ff. de adult. & dicunt Bald. &
29 Angel. quod bonus aduocatus semper debet bonam fidem attendere, & deducere, seu allegare, quamuis non sit opus illam probare. Angel. *in l. eum qui, §. fin. ff. de Publicia.* Doct. *inf. non hoc, col. fin.*
30 *C. vnde cognat.* Alex. *cons. 200. col. 1. lib. 2. & consil. 76. circa fin. & cons.*
94. colum. fin. & consil. 69. lib 3. Balb. *in l. Celsus, in 2 part. col. 2. de ju-*
capion. Vide, *Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Concl.*
252. † Declara tamen; quia licet ex presse non allegata tellet bona
31 fides, sufficeret tamen, si tacite, & per verba hoc importantia, puta, si dixit, quod emit, & possedit per tantum tempus, quod verscripsit; quia prescriptio non debet habere locum sine bona fide:
32 idem si dixisset, quod fecit, & disposuit, prout veri domini, & possessores rerum suarum, ita Alex. *d. cons. 200. lib. 2.* Dec. *d. num. loc. C.*
vnde cognat. col. 2. Balb. vbi supra. † Imo ista allegatio bonæ fidei
33 potest heri etiam post conclusum in causa. Alex. *d. cons. 200. lib. 2.*
& in ver. Allegari. Conclus. 252.

Publiciana agens quid probare debeat. Conclusio 969.

AGENS † Publiciana debet probare præscriptionis initiū non fuisse vitiosum, videl. quod sit præscripti cœptū cum titulo, & bona fide, & fuerit possessio vacua; quia hoc requiritur ad minimum præscriptionis, & sufficit, q; probet diu possessum; quia Publicianā licet habeat necessaria initia præscriptionis, non tamen inalienabilem habeat necessaria initia præscriptionis, non tamen inalienabilem habeat necessaria initia præscriptionis, non tamen inalienabilem

nis possessionis. Ang. *cons.* 241. *Pater emit, n.* 3. *ver. super secundo.* † Et quod agens publiciana debeat probare titulum, & traditionem possessionis, est tex. in *l. eum qui* § *fi. cum l seq. ff. de publicia.* Alex. *cons.* 24. *lib.* 7. *& cons.* 182. *Viso processu, nu.* 4. *ver. nec etiam puto, lib.* 7. vbi dicit *cõmunem. Soc. cons.* 56. *lib.* 4. Corn. *cons.* 110. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 54. *ver. ex præmissis, lit.* 4. vbi, quod ad obtinendum in publiciana sufficit probare titulum cum continuata possessione, ex quibus probatur quasi dominium, & tunc reus debet condemnari ratione dominii, vel quasi actoris ad restituendam rem cum fructibus à die habitæ possessionis, per tex. in *l. idem est. ff. de rei vendicat.* † Extende, quia non sufficit constitutum, quia licet ex eo transferatur possessio, tamen ad effectum publicianæ necesse est, quod constet, quod constituens possideret tempore constituti, alias nõ releuat. Alex. *cons.* 182. *Viso processu, n.* 5. *ver. & per cõsequens, lib.* 7. † Extende, quia adhuc si esset in concursu probata possessio, non releuaret, si contraria probatio apparet magis releuans. Alex. *d. cons.* 182. *n.* 5. *ver. nec videtur posse retorqueri, lib.* 7. † Amplia; quia ad hoc, vt publiciana habeat locũ, requiritur, quod quis acquisierit per se ipsum, vel per procuratorem aut tutorem. Ang. *d. cons.* 341. *n.* 3. † Et ideo pater acquirens pro filio tanquam legitimus administrator, non acquirit filio publicianam. Aug. *d. cõs.* 341. *n.* 3. † Idem in ignorante sibi acquisitum, quia non habet publicianam, ex quo non potest habere bonam fidem. Ang. *d. cons.* 34. *n.* 3. † Possessio in publiciana probatur ex pluribus coniecturis, si cõstat de titulo eius, à quo quis causam habet; quia possessio ex titulo præcedenti præsumitur, & probata possessio de vno tempore præsumitur continuata; si non constat alium possedisse, & probatis extremis medium possessionis probatur. Fulgos. *cons.* 104. *in pr. & per tot.* † Amplia, quia in publiciana requiritur possessio necessaria, videlicet quod fuerit tradita vacua, & continuata per tantum tempus, quod vna cum titulo præsumatur dominium. Ruin. *cons.* 54. *ver. ex præmissis, lib.* 4. † Contrarium, quod solus titulus sufficiat in publiciana, tener Fulg. *cons.* 104. *n.* 2. vbi dicit esse controuersum, sed in dubio pro Ecclesia. Alex. *cons.* 4. *Videtur inspectis n.* 9. *lib.* 2. † Declara; quia amplatio est vera; sed tamen si constaret eum, à quo actor habuit titulum, possedisse cum titulo per tantum tempus, quod præsumatur dominium, sufficit traditio, vel aliquid, quod in loco traditionis in agente, quia quod dicitur de possessione nõ necedaria, & quod sufficiat titulus, intelligi debet, quando tradens, & is, à quo actor habet titulum, possedit ipse tãto tempore, quod dominium præsumatur. Ruin. *cons.* 54. *ver. ex præmissis, lib.* 4. vide in *ver. Rei vendicatione agens, vt obtineat, &c. Concl.* 117. *ver. dominium,* & * istam esse communem * dicit Alex. *d. cons.* 4. *n.* 9. *lib.* 2. vbi apostilla *ver testatoris,* dat concor. vbi Alex. distinguit, quod tunc legatarius non possidẽs intentat ex persona testatoris publicianam, non ex persona sua, nisi possideat, & ita etiam declarat in principio consilii. *col.* 2. *ver. si vero vellet agere.* † Contraria est publiciana rei vendicationi origine; tamen eodem libello possunt cumulari subordinate de consuetudine. Fulg. *cons.* 140. *In causa quæ vertitur, in pr.* † Et quæ requirantur, & sint probãda in publiciana, Vide Alex. *cons.* 45. *col.* 1. & 2. *lib.* 3. Soci. *cons.* 62. *In præsenti, ver. tertio concludo, lib.* 1. † Et agens publiciana debet probare traditionem ex causa habili ad transferendum dominium. Æg. Bell. *cons.* 39. *n.* 16. *ver. nec etiam publiciana,* vbi, quod procedit etiam in donatione inter viuos, vel causa mortis. † Amplia; quia agens publiciana debet probare, quod habuerit titulum, & possessionem vacuam, alias non competit secundum * communem, de qua Alex. *d. cons.* 45. *Visa facti, n.* 3. *lib.* 3. *ver. & istud etiam ostendo,* & dicitur vacuam habuisse, si habuit, antequam aduersario suo fit traditio, ita & Alex. *cons.* 12. *In causa, & lite, n.* 4 & 5 *ver. vbi autem agens, lib.* 4. & *cons.* 83. *Viso themate. n.* 3. *ver. aut volumus dicere, lib.* 3. † Extende, vt procedat etiam quoad Ecclesiam; quia licet Ecclesiæ acquiratur dominium sine possessione, non tamen procedit hoc in publiciana, Alex. *d. consil.* 12. *n.* 9. *ver. & quod publicianam, lib.* 4. Vide Conclusionem proxime præcedentem, *nu.* 20. *& seq.* † Libellus in publiciana concludit, si actor dicat se quasi dominum, reum possessorem, & petit se declarari quasi dominum, vnde qui dicit se dominum, vel quasi, reum possessorem, & petit se declarari dominum, vel quasi, dicitur intentasse rei vendicationem, & publicianam simul. Alexan. *cons.* 90. *In causa, & lite, lib.* 2. † Restringe, quia non sufficit libellus, seu capitulatio, & probatio, quod testator tenuit, & possedit pro suis, & tãquam sua, quem admodum veri domini tenent, & possident res suas, quia ista assertio, & probatio non sufficit ad dominium, vel quasi, quia concludit, quod nomine suo possedit, non vt conductor, sed non concludit publicianam; quia non probat aliquem titulum, prout requiritur, habilem ad quasi dominium, ita Alex. *cons.* 98. *Viso, & considerato, in fi. n.* 9. *ver. sed Syndico prædicto, lib.* 2.

Publiciana non datur contra titulo possidentem, & quando secus. Concl. 970.

NON † datur publiciana contra titulo possidentem, *l. siue autem. § si duobus. ff. de publicia.* quod firmant ibi Bar. & cæteri, vide & declara, vt per Ias. in § *sed istæ. Inst. de act.* Alex. *cons.* 4. *Videtur inspectis, col.* 2. *in pr. ver. si vero vellet, lib.* 2. & hanc magis * communem * esse dicit idem Alex. *cons.* 39. *Visis scripturis, n.* 4. *ver. præterea lib.* 2. & *cons.* 45. *n.* 3. *lib.* 3. & *cons.* 48. *in pr. lib.* 5. & *cons.* 184. *Viso, n.* 7. *ver. præterea, lib.* 5. & *cons.* 112. *In causa, n.* 5. *ver. item alia ratione, lib.* 4. Alex. *consil.* 83. *Viso themate. n.* 4. *ver. præterea publiciana. li.* 3. & iterum *cons.* 35. *Consideratis, in pr. lib.* 7. † Extende, quia cõtra possidentem titulo prolegato non datur publiciana, *l. si autem. § si duobus. de publicia.* Alex. *cons.* 90. *lib.* 2. Corn. *cons.* 63. *nu.* 6. *lib.* 3. late Aret. & Ias. in *d. § sed istæ. Insti. de act.* † Extende, quia non datur publiciana legatario, quando is, qui possidet, habet titulum habilem ad translationem dominii etiam ab alio quam à restatore. Alex. *d. consil.* 4. *col.* 6. *n.* 9. *ver. aut possidentes, lib.* 2. † Extende, quia publiciana non datur contra titulo possidentem, etiam si titulus sit putatiuus. Alex. *cons.* 48. *In causa, & lite, in fi. n.* 7. & 8. *lib.* 5. allegat text. in *l. sed si res, & l. eum qui.* § *à minore. ff. de publicia.* Alex. *cons.* 89. *nu.* 14. *ver. sed si nos. lib.* 5. † Et dicitur titulus putatiuus, quando constat de acquisitione ex scriptura Notarii, in qua adsunt annus, mensis, dies, & indictio, testes, & subscriptio Notarii cum signo, licet non dicat, rogatus fui; quia præsumitur rogatus. Alex. *d. cons.* 48. *in fi. lib.* 5. vbi plus dicit, q̃ etiã titulus putatiuus inducitur ex assertione partis, quod emerit ad effectum præscribendi. † Declara, quia titulus omnis putatiuus etiam errore facti; quia præbet materiam ad præscribendum, excludit publicianam, siue sit lucratiuus, siue ex causa onerosa, quãdo est singularis, prout donatio, legatum, &c. si vero esset putatiuus, & vniuersalis, puta pro hærede, non excludit publicianam, plene Alex. *d. cons.* 89. *Excellentissimi, nu.* 10. *& seq. ver. non obstat, quod titulus, lib.* 5. † Restringe, vt non procedat, quando titulus est ab eadem persona, quia is, qui primo possedit, agit publiciana contra eum, quia postea ex eodem titulo possidet. Alex. *cons.* 71. *in fi. lib.* 1. *& cons.* 45. *n.* 2. *lib.* 3. *& cons.* 90. *In causa, in fi. lib.* 6. † Restringe, quando titulus est post mortem eius, qui causat publicianam; quia hæres potest agere publiciana, nõ obstante sententia inter alios lata post mortem eius, à quo hæres habet publicianam. Alexand. *cons.* 90. *In causa, & lite, nu.* 8. *ver. & publiciana, lib.* 2. † Restringe; quia titulus habitus post mortem defuncti, & aditam hæreditatem ab alio quam à defuncto, non excludit publicianam, sicuti neq; petitionem hæreditatis, ita Alex. *d. cons.* 90. *nu.* 10. *& seq. lib.* 2. † Declara igitur id, quod dicitur, publicianam non dari contra titulo possidentẽ, procedere, quãdo titulus esset ab alio diuerso; secus si ab eodem. Alex. *d. cons.* 71. *in fi. lib.* 1. † Declara plene, vt per Ias. in § *sed istæ. Inst. de act.* † Restringe, quando possidens cum titulo habet titulum infectum, quia reducitur ad non titulum. Alex. *consil.* 90. *In causa, in fi. lib.* 6. *ver. ad idem facit.* † Idẽ, quando titulus esset inualidus, & acquirens sciret. Beninten. *dec.* 35. *n.* 6. † Restringe, quãdo modico pretio emit, quia habet titulum quasi lucratiuũ, multo magis, si mere lucratiuum. Benintend. *d. dec.* 35. *n.* 5. † Restringe, quando titulus esset nullus, vel cũ mala fide, puta ab Ecclesia sine solẽnitatibus. Alex. *cõs.* 45. *Visa facti, in fi. lib.* 3. † Declara, nisi lapsum esset tempus 20. annorum, per quod præsumitur solemnitas, & cõsensus, & tractatus interuenisse. Alex. *d. cõs.* 45. *in fi. lib.* 3. † Restringe, quando titulus fuisset lite pẽdente, vel ob suspicionẽ litis mouendæ. Benint. *d. dec.* 35. *dubitatur, an in remed. col.* 2. *ver. nec obst.* Alex. *cons.* 192. *n.* 4. *ver. nõ obstat huic, li.* 2. quia præsumitur ex dolo, & fraude quæsitus, & *cons.* 45. *n.* 4 & 5. *lib.* 3. † Declara tamen, quia si titul' esset à vero domino, licet sit pẽdente lite; tamẽ tollit publicianã; secus si à non domino, quia titulus procuratus à quocunq; nõ excludit publicianam, alias quilibet si procuraret titulum à quocũque. Alex. *d. cons.* 192. *In causa, & lite, n.* 4. *& seq. ver. nõ obstat huic, lib.* 2. † Declara tamen; quia is, qui habuit titulũ à non domino, vt quia alĩ recognoscebat ratione dominii, si hoc ꝓbaretur, non potuisset priuare dominiũ sua titũli possessione aliis tradendo, sed si nõ constat de solutione, nisi per vim, & executionem factã, non reluat, quin agens publiciana obtineat. Cast. *cons.* 111. *In causa agitata, per tot. lib.* 2. † Restringe, quãdo titulus esset ab vno, & possessio ab alio, quia nõ posset præscribere; quia est malæ fidei, ex quo scit à alium spectasse, & idem, quando scit alium anteriorẽ possessionẽ habere; quia non potest induci præscriptio, & consequenter neq; publiciana. Alexand. *d. consil.* 192. *num.* 3. *& sequent. lib.* 2. † Restringe; quia bene datur contra titulo possidentem, quando est malæ fidei, siue quia emerit lite pendente, vel ante litem ab eo, qui non erat Dominus; vel quia erat publica vox, & fama,

quod erat alterius, plene Rom. *cons.* 424. *Circa propositum thema, in princ.* vbi apost. *in ver. procuratus fuit*, & dat Rom. simile de petitione hæreditatis, quæ non datur contra titulo possidentem, nisi titulum mala fide procurauerit. Alex. *cons.* 45 *n.* 5. *lib.* 3. *cum seq.* Vide, *Possessorium non datur contra titulo possidentem, & quando secus, vel quomodo procedat. Concl.* 448.

Publiciana agentes inter plures quis præferri debeat. Concl. 971.

1 SI † agens Publiciana præbet titulum emptionis, & possidens, contra quem agitur, pariter ab alio emerit, in pari causa actionis Publicianæ præfertur possessor, quãdo etiam à dominis prætensis diuersis emerunt. Alex. *cons.* 134. *In causa, & lite, n.* 12. *in fi. cum seq. ver. quibus addo, lib.* 2. *& cons.* 45. *Visa facti, n.* 2. *ver. solum restat, lib.* 3.
2 † Melius dixisset Alex, & expeditius, quod actio Publiciana non
3 datur contra titulo possidentem, vide 3 Conclus. præced. † Vel quia in pari causa melior conditio possidentis. Vide, *Conditio melior. Concl.* 603. vt etiam ipsemet Alex. dicit *cons.* 192. *In causa & lite,*
4 *nu.* 1. *ver. & posito, quod essent æquales, lib.* 2. † Si vero sunt plures prætendentes in Publiciana ab eodem auctore, tunc præfertur ille, qui primo habuit possessionem cum titulo. Alex. *d. cons.* 45. *nu.* 2. *lib.* 3. *ver. solum restat.*

Pudicitia & honestas quid sit, & qualiter impudicitia probetur. Concl. 972.

1 PVDICITIA † & honestas est actus generalis, sicuti impudicitia, & inhonestas est actus continens plures causas, ideo in genere probatur per testes singulares, sicuti hæresis. Bal. *cons.* 207.
2 *Quia dicta domina Paganossa, lib.* 4. † Impudicitia, & inhonesta vita mulieris nedum probatur ex stupro, & carnali copula illicita, sed etiam ex turpi conuersatione; & ideo probato aditu multorum ad viduam, probatur impudica vita ad effectum, vt perdat legatum factum, donec vitam pudicam seruauerit. Bald. *cons.* 207 *per tot. lib.* 4.

Puer quis dicatur, & quæ puero conueniant. Concl. 973.

1 PVER † dicitur, donec quis ad tempora pubertatis perueniat, *l. pupillus ff. de verb. signif.* Oldr. *cons.* 326 *n.* 14. *ver. dicitur enim puer.*
2 † Mores, & delicta in puero nõ deprehenduntur, cum quicquid
3 agat, ignoret. Oldrad. *d. cons.* 326. *n.* 13. *ver. primo in hoc.* † Scientia, & peritia iuris, vel facti non conueniunt puero. Oldrad. *d. cons.* 326. *n.*
4 14. *ver. item talis ætas.* † Iurare non potest; quia iuramentum à discreto præstatur. Oldr. *d. cons.* 326. *n.* 14. *ver. item ex hoc etiam.*

Pulchritudo corporis operatur multa. Concl. 974.

1 PVLCHRITVDO † corporis donat virtutem animæ, secundum Philosophum, quem ad hoc citat Alex. *consil.* 209. *Pondera-*
2 *tis iis, n.* 10. *ver. dictus vero iuuenis, lib.* 6. † Item inducit compensationem, vt nobilis male affecta sanitate, si nubat pulchro iuueni, dicitur æqualis conditione, licet iuuenis sit natus ex rustico. Alexand. *cons.* 209. *per tot. lib.* 6. maxime *num.* 10.

Punctus quid sit, & quid operetur. Concl. 975.

1 PVNCTVS † alius est rationis, alius est litteræ: punctus rationis est ipsa ratio, & æquitas, quæ elicitur ex oratione dubia. Bald.
2 *cons.* 411. *Quia Mediolanensis. in princ. vers. sed certe imo, lib.* 2. † Punctus litteralis est punctatio diuidens orationem, & inducens litteralem intelligentiam; & ideo quandoque oratio ita composita est, vt si fiat punctus in vno loco, oratio significet vnum, si fiat in alio loco, significet contrarium. Bald. *cons.* 345. *Cum quartus quondam, lib.* 5. vbi est exemplum, vbi disputat, q. punctus debet fieri, prout validitas actus, veri similitudo, latinitatis conuenientia maior exposcit, & ita contigit *in l. epistola. § fi ff. de pact. in ver. hæres.* qa si punctus fiat ante verbũ, *hæres*, vel post, varius sensus inducitur. Angel.
3 *cons.* 398. *Quædam domina. n.* 2. *vsq; in fi.* † Et quod verba legis dubia ex puncto faciẽdo potius in vno loco, quam in alio debeãt punctari, se per eo modo, quo decidatur casus legis, de quo dubitatur, & ideo vult, quod statutum prohibens in forensem alienari immobilia, iura, debet sic punctari, vt comprehendat immobilia, & iura indefinite, nõ autem immobilia iura, ex quo sic deciditur casus, de quo agitur. Rom. *cons.* 509. *Circa propositam, n.* 18. *circa fin. ver. necest dicendum*, allegat gl. fing. *in c.* 1. *in ver. clericum, de temp. ordi.*
4 *lib.* 6. & quia debent verba operari. † Declarat tamen; quia punctus non attenditur, vbi clausula, seu oratio sub vna constructione necessario regulari debet; quia quando vnum verbum, vel vnum participium regit plures terminos æqualiter, omnia terminantur sine diuisione per punctum. Bald. *cons.* 347. *Post hæc sui ter.*
† Contrarium dicit Fulg. *cons.* 15. *Proponitur quod circa fin. vbi me-*
uitate Florentiæ dicit, quod quidam substituit hæredi suo N. de N. fratres suos, & filios olim Philippi, vult, quod etiam filii fratrum sint substituti, & fiat punct⁹, substituit fratres suos, & filios, quia Florentiæ non solet dici, talis filius Nicoluccii; sed talis Nicoluccii. † Extende, quoniam regulariter interpretatur in dubio contra eum, pro quo verba faciunt; quia illi imputatur, *l. verum. ff. de pact.* ita Ang. *d. cons.* 398. *n.* 2 *& per tot.* † Restringe, quia punctus semper fieri debet pro dote, & in loco, per quem magis fit vilis doti. Angel. *d. cons.* 398. *circa fin.* † Amplia; quia impontur punctus & copulam. Signor. *cons.* 69. *In qualitone Blandisia, n.* 16. *in fi. ver. hanc rationem*, allegat *l. triplici. ff. de verb. signif.*

Pupillus habet multa priuilegia, & quę. Concl. 976.

PVPILLVS † & Ecclesia æquiparantur, ideo priuilegia competentia de iure communi Ecclesiæ competunt pupillis. Bald.
cons. 134. *Copiose est allegatum, circa med. vers. item pupillus, lib.* 3. † Amplia; quia statutum præiudiciale generaliter loquens ex mente verisimili non comprehendit pupillos, quia licet pupilli comprehendantur sub statutis, id habet locum, quãdo par ratio militat inter minorem pupillum, & maiorem, alias secus. Bald. *d. cons.* 135.
nu. 4. *in fin. vers. quarto quia, lib.* 3. † Amplia; quia non trahitur extra prouinciam ad litigandum, ipse vero trahit alios, *l. unica. C. quand. imper. inter pupill.* Vide, *Miserabilis persona habent multa specialia. Concl.* 274.

Pupillus vbi, & apud quem educari debeat. Concl. 977.

PVPILLVS † debet educari tribus primis annis apud matrem,
si non transit ad secunda vota, etiam inuito auo. Bal. *cons.* 126.
Quidam nobilis, in fi. ver. tertium autem petere. lib. 1. *& cons.* 137. *circa fin. ver. item est alius effectus, lib.* 1. & idem dicit Ant. de But. *c. fi. de conuen. coniug. n.* 7. quod mater præfertur patri in educatione filii intra triennium, nisi agatur de fide, vt ibi *in fin.* † Vide tamen Abb. *ind. l. fi. de conuer. coniug.* quem citat Bald. vbi *n.* 4 dicit, quod ortus alterius intra triennium spectet ad matrem, nisi esset nobilis, quã debet lactare per seipsam, quia auus debet expendere in nutrice, si est dives, alias si pauper, mater dives expendet. † Amplia, quia si post tres annos mater honeste viuens vidua præfertur in educatione filii patruo magno, & patruo fratris testatoris etiam hæredi, & tutori. Signor. *cons.* 43. *In quæstionibus n.* 2. vbi, quod mater præfertur omnibus. † Si vero mater transeat ad secunda vota, etiam quod priuignus esset tutor datus, præfertur soror patris pupilli, quia licet non possit esse tutrix, bene potest esse educatrix. Bald.
consil. 334. *Factum tale est, magister, circa med. ver. concluditur, lib.* 4. quod
loquitur maxime, quando testator legauit, quod educaretur penes suam sororem, quia præferri debet. † Et quod penes matrem, quæ transiuit ad secunda vota, educari nõ debeat. Fulg. *cons.* 151.
Ad id, de quo, in fi. vbi, quod apud patruum educari debet, quitam sustepit. Castr. *cons.* 127. *Excepitre. n.* 2. *lib.* 2. † Auus autẽ patruus, in cuius potestate incidit nepos filij ex filio, præfertur matri in educatione pupilli triennio: quia ipse erit legitimus administrator. Bald. *cons.* 126. *in fi. lib.* 1. *ver. natus autem. & d. cons.* 137. † Declara, nisi auus esset male morigeratus, vel suspectus; quia tunc educatio ad eum non spectaret, ne eo; administratio. Bal. *d. cons.*
126. *in fin lib.* 1. † Regula est, quod Prætor succedit loco patris pupilli, seu pupillæ; ideo causa cognita debet facere, quod faceret pater causa cognita, ita vt prouideatur vtilitati, & indemnitati pupilli. Bal. *cons.* 472. *Pupilla morari, lib.* 5. *per tot.* vbi *in fi.* quod alias tenetur de suo Prætor. Crauet. *cons.* 190. *n.* 9. vbi, quod potest committere iussum patris facere iudex, si pupillo viderit expedire. Fulg. *consil.*
196. *Ad id, de quo, in fi.* Bart. plene *q.* 16. *quæritur, vers. contra, circa fi. ver. quinto sic*, alleg. tex. *in l. pen. C. de cur. fur.* † Et iuratores, & consanguinei cõcordant, debet sequi eorum votum, nisi sint pauperes, & suspecti; quia potest recedere ab eis. Bart. *d. q.* 16. *in ver. solutio col.* 2. † Pupilla vero sponsa, si oritur controuersia circa sponsalia, debet educari in loco, vbi insidias pati non possit, ex compositione, *de vest. spol.* Bal. *cons.* 148. *In casu proposito, n.* 13. *in fin. vbi, quod*
istæ controuersiæ consueuerunt esse male, prout vidit aliquando, plene Crau. *cons.* 190. *Quod in præsenti causa*, vbi, quod est deponenda penes honestam personam. Alex. *cons.* 161. *Super prima, n.* 10. *ver.*
super tertio. lib. 5. † Imo et si non esset aliqua controuersia de qua
talibus; quia potest effecta adulta pœnitere, non debet educari penes socerũ; quia posset pudicitię puellę insidiari, & nõ compe-
tit ea

rius educãdi socero futuro, neq; sponso. Castr. *d. cons. 127. Excapite, circa fin. lib. 1.* †Declara totam hanc materiam; quia qñ non est controuersia de sponsalibus, puella nõ debet tradi spõso educanda, nec iudex iuste posset hoc decernere, quia si spõsus est pupillꝰ cum non possit se regere, neq; pupillam alere posset; si vero esset maior, posset immaturã puellã cognoscere, & pudicitiæ illius insidiari, ita Bart. in sua *q. 19. quæritur, vtrum in ver. solutio, in pr.* vbi limitat vno modo, nisi ex vrgentissima causa, prout ratione pacis. *c. 2. de sponsal.* vbi probatur regula, & exceptio. †Apud parentes sponsi distinguitur, q̃ si tutores, & consanguinei pupillæ sunt in cõcordia, q̃ tradatur patri, vel auo sponsi ad educationem cum spõso, & iudex causa cognita põt decernere hoc secundum votum consanguineorũ, & tutorum, nisi essent inopes, seu viles personæ, qui de facili possint corrumpi; quia iudex ex causa põt hoc denegare; quia ẽt quandoque iudex potest recedere à voluntate patris. *l. 2. in pr. ff. vbi pupil. educ. debeat*, ita Bart. *d. q. 16. in ver. solutio, col. 1. in fine. Item*

saq. ver. si vero secundo modo. †Si vero tutores, & consanguinei sunt in discordia, tũc si sponsus est dignus, ita quod sibi obiici non possit, neq; personæ ratione, neque familiæ, vel diuitiarum, aut dignitatis, quin sit æqualis, ita vt cesset suspicio, quod puella maior iuste possit recusare, potest iudex iuste decernere, quod apud parentes sponsi educetur, non autem q̃ sint tutores, vel curatores; quia esse non põt maritus nec ipsi, quia cessant causæ insidiandi pudicitiæ, & cæteræ rationes, Bart. *d. q. 16 in ver. solutio, col. 2. ver. secũdo casu.* †Si autem spõso potest obiici exceptio imparitatis, per quã puella posset facta ætatis legitimæ reclamare, vt isto casu regula est negatiua, ne impediatur libertas matrimonii, & ne insidiet pudicitiæ pupillæ; & quia pater puellæ non faceret; ergo neq; iudex facere debet. Bart. *d. quæst. 16. in ver. solutio, n. 2. ver. secundo casu vsq; in fi.* †Extende; quia ꝓdicta procedũt, nedum si agatur de puella educanda antequam sit penes sponsum, & parentes sponsi, sed ẽt si iã puella fuisset tradita sponso, vel parentibꝰ sponsi, quia in istis nõ datur possessio, vel quasi, neq; spoliũ. Bart. *d. q. 16. ver. solutio. in fi.* †Prima causa, q̃ attendatur circa insidias pupillæ inter cõtendentes volentes educationẽ, est, vt ille excludatur, apud quẽ maligna suspicio existit, & potissime Prætor debet cauere, vt honor, & castitas pupillæ conseruetur. Bal. *cõs. 472. Pupilla morari, lib. 5.* Alex. *cõs. 161. n. 10. li. 5.* †Secunda est causa, ne moretur penes eũ, qui vitæ pupilli insidiaretur, prout in substituto, & alio, q̃ expectaret vtilitatẽ, & successionem Bald. *cons. 472. li. 5.* Fulg. *cons. 196. in fi.* †Tertia, si aliquis esset suspectus, vt insidiaretur animæ, vel bonis moribus pupilli; q̃ talis est amouẽdus. Bal. *d. cõs. 472. lib. 5.* †Quarta, si insidiaretur nuptiis, vel spõsalibus pupilli volendo indigno collocare. Bal. *d. cõs. 472 li. 5.* †Quinta, si insidiaretur patrimonio, & faculratibꝰ pupilli. Bal. *d. cõs. 472. circa med. vers. idem si insidiaretur, lib. 5.* †Non igitur educandus est pupillus apud substitutũ propter spẽ successionis, nisi esset homo tantæ bonæ conditionis, q̃ iudex arbitraretur penes eum fieri educationem; maxime, quãdo penes eum esset auia pupilli, propter bonũ consilium parentum. Cast. *cons. 356. Postquã isse tutor, in fi. lib. 1.* †Tutor testamẽtarius datꝰ à patre debet habere educationem pupilli. †Extende, vt procedat, ẽt si tutor sit substitutus pupillo à patre; maxime, quãdo pater ei iuramento pleno iure deputauit filio suo; q̃ alio non apparente apud eũ debet pupillus educari. Bal. *cõs. 406. Viso testamento Vguccionis, lib. 2.* †Extende, vt videtur etiam contra matrem, quãdo mater esset imprudens. Bal. *cõs. 472. post med. ver. si tamen, li. 5.* †Restringe, quia si mater esset sine suspicione, præferetur omnibus, quia ꝓ matre ꝓsumitur. Bal. *d. cons. 472. post med. ver. ex quibus cõludo lib. 5.* † Et quod matet vidua, & honestæ vitæ debeat habere educationem filiorũ in concursu cum aliis agnatis; est rex. in *l. 1. C. vbi pupil. educ. deb.* vbi gl. quod matrimen debetur id, quod administrator lucratus est, quia tantum perdidit pupillus, non tam

9 †Restringe, quia si sunt exactæ, vel stipulatæ nomine pupilli, vel etiam si simpliciter, nō nomine alicuius, debētur pupillo, ex quo 10 dedit pecuniam pupillarem Sign. *d.cons.197.n.3.*†Restringe, quia bene debentur damna, & interesse, & lucrum cessans pupillo, ex quo nō fuerunt inuestitæ nomine pupilli in rem fructuosam in omni casu, in quo non debentur vsuræ. Sign. *d.cons.197.in fi.* Ang. Aret. *d.cons.8.in pr.* Vide, *Tutor de quibus rationem reddere debeat. Concl.442.*

Pupillorum officiales quam iurisdictionem habeāt Concl.980.

1 IVRISDICTIONEM †habent priuatiuam etiam ad iudices ordinarios in causis pupillorum, quia iurisdictio nō est fauore causarum, sed fauore personarum pupillorum, quo casu censetur cōcessa iurisdictio priuatiue, non autem cumulatiue. Cast. in *l.si quis cum procurator. § si ff. de proc.* Bal. in *l.vnica § si autem. C. de cadu. toll. & in l. Gallus. § illecasus. ff. de liber. & posthum.*†Restringe; quia procedit 2 ista priuatio iurisdictionis quoad alios iudices ordinarios, si ex ea resultat fauor pupilli, alias secus, quia pupillus posset agere coram ordinario, si velit, & ibi conueniri, si sibi expediat. Aret. *cons.101. Spectabilis domine Collateralis.* Ang. in *l. testamenta. C. de testa.* Fel. in *c. pastoralis, de offi. ordin.* vbi respondent ad contraria, & qualiter procedant.†Et quod pupillus etiam sub cura, vel tutela dominorum officialium pupillorum possit, si velit, consentire, agere, & conuenire in alia curia & alio tribunali, quando videt sibi expedire, allegat Aret. *d.cons.101. incip. Spectabilis domine Collateralis.*†Appellari 4 non pōt, nec dici de nullitate ab eorum sententiis. Vide, *Statuta Florentiæ circa diuersa. Concl.552.*†Statutum dominorum officialium pupillorum, quod non possint cognoscere de certis causis ibi 5 enumeratis, vt casus ipsi comprehensi melius per iuris peritos decidantur, comprehendit etiam casus similes, in quibus militat eadem ratio, *c.cum dilecta*, vbi Abb. *de constit. vtil. vel inutil.* gl. in *l.1. C. de cond. indeb.* gl. in *l.si. ver. voluerit C. de reuoc. donat.* Bart. & alii in *l.1. ff. de offi. eius.* Alex. in *l. certi condictio. § si vnus ff. si cert. pet.* Deci. in *l.1. in fi. ff. de reg. iur.* Vide, *Statutum extenditur ad casum omissum multis casibus, & quando secus. Concl.540.*†Extende, etiam si exceptio esset cōcepta sub verbis taxatiuis, si ratio sit expressa in statuto. Deci. *cons. 151. colum. 4. & cons. 248. & consil. 617. & consil. 619.* Rip. in *dict. l. fin. C. de reuoc. donatio.*†Statutum, & reformatio pupillorum edita de 7 anno 1453. quod in causis pupillorum non attendatur defectus processus, sed iudicetur ex meritis, dicitur cōformis iuri cōmuni. Areti. *cons.84.n.3.* sequitur Deci. *cons.11. col.fi. & cons. pen. in fi.* Grau. *cons.73.nu.20.* idem est in causis Comitatus. Vide, *Statutum circa nullitates prohibens dici posse de nullitate qualiter inteligatur. Concl.602.*

Purgatio Canonica quę sit, & quādo, & qualiter facienda. Concl.981.

1 PVRGATIO †Canonica est iuramentum, quod tenetur præstare inculpatus de aliquo crimine, & habet locum solū, quādo contra reum non adsunt indicia sufficientia ad torturam. Clar. in 2 *§.fi.q.63.n.4. ver. solet etiam.*†Et licet purgatio sit inducta cum clericis tantum de iure Canonico; tamen hodie seruatur etiam in laicis, & de iure ciuili, communem * dicit Clar. *d. § fi.q.63. nu.4. & 5.* 3 †Dicit tamen Clar. *d.q.63. in § fi. n.6.* quod iuramentum de veritate, quod præstatur à reo, dū examinatur, succedit loco purgatio- 4 nis, & quod Mediolani ita seruatur.†Forma purgationis Canonicæ est, quod diffamatus de crimine, de quo non constat, iure se esse immunem à tali crimine, & 6. vel 8. aut plures, vel pauciores arbitrio superioris de religione, si religiosus facit purgationem, iurent pariter se credere pro certo, illum non commisisse tale delictum, *c. de testib. & c. accedens, de purg. Can.* Lap. *alleg.54. in fi. ver. erit autem forma*, & vide per Card. Alex. qui ponit formam huius pur- 5 gationis in *c.1.2.q.4.*†Tria sunt, quæ faciūt induci necessario purgationem Canonicam, quorum vnum sufficit de per se, vulgata infamia, graue scandalum, & vehemens suspicio; *c. inter solicitudines, de purgat. can.* Rom. *cons 351. In proposito*, vbi apost. in *ver. tria*, & in *ver. vehemens.*†Declara tamen, quia si infamia habet ortum à dolo leuolis, & nondum apud graues personas est extensa, nō inducit purgationem. *c. cum in iuuentute. de purgat. Can.* secus, si apud graues est diuulgata. Rom. *d.cons 351.* vbi apost. in *ver. vehemens*, dat conc. & in *ver. non possit.*†Amplia; quia suspectus de hæresi, prout postata, qui per 20. annos non recepit sacramenta, non tenetur abiurare, sed solum se purgare canonice, sed si recusat facere purgationem, tunc pōt condemnari vt hæreticus. Cald. *cons 496 per alias 5. de hæret.* maxime in fin. vbi, quod minor est purgatio, quam abiuratio, quia hæc tollit suspicionem, quia nō sit talis, alia tollit, quia fuit talis.†Amplia, quia recusans purgationem canonicam facere habetur pro confesso de illo crimine, de quo est diffamatus. Lap. *alleg.54. in fi.* Cald. *cons.499. in fi.* alias *5. de hæret.*†Etiam vs- 9 que ad mortem inclusiue potest puniri recusans facere hanc purgationem, si delictum, pro quo imputatur, hanc pœnam requirit. Clar. *d. § fi.q.63.n.4.*†Ego tamen dubitarem de hoc, quia licet 10 constat de delicto, debet absolui, nec damnari debet, si non vult facere purgationem canonicā; quia non debet propter hoc pœna mortis dānari, cūm non sit dominus membrorum suorum, nisi forte in crimine hæresis, in quo tanquā fidelis debet omnino se purgare, in aliis secus, quia oritur sola præsumptio, & ex præsumptionibus quis non damnatur ad mortem.†Amplia, quia de delicto 11 accusatus, si nō constat plene de delicto, vt quia adsunt testes de mala fama, & bona fama presbyteri accusati, potest inde Ecclesiasticus leuem purgationem facere, licet magis credatur testibus de bona fama; quā de mala. Anch. *cons.253 In nomine presbyteri, in fi.*†Amplia; quia canonicus inculpatus, seu inquisitus de crimine 12 falsi, licet habuerit pro se tres sententias absolutorias, quia non constitit de crimine; tamen tenetur facere purgationē canonicā instā te Capitulo, Rom. *d.cons.351. In proposito; in pr.*†Limita; quia Capitu- 13 lū, quod semel admisit inquisitum, & absolutum à crimine, quia de crimine nō constitit, nō potest petere ab eo purgationē canonicam, quam peteret potuisset, si non admisisset. Rom. *d.cons.351. circa fi. ver. vltim tamen.*†Declara, seu restringe, nisi crimen, de quo 14 imputabatur, esset graue, prout periurium; quia tunc non obstante admissione potest peti purgatio canonica; secus, si leue esset crimen Rom. *d.cons.351. in fi.*†Appellātio non admittitur à purgatione canonica indicta, nisi modus excedatur. Rom. *d. cons 351. in fi.*

Putatiuus hæres vel prælatus quid possit, & quæ obligetur. Concl 982.

PVTATIVVS †hæres non potest facere meliorem, neque dete- 1 riorem conditionem hęredis veri, neq; ipsum obligat. Jarrich. *ff. de petit hæred.*†Sic etiam possessor putatiuus dominus non facit 2 meliorem, neq; deteriorem conditionē veri domini. *§ si vlo. § ff. de pact.*†Declara; quia prædicta procedunt, nisi verus hæres, & verus dominus vellet habere ratum; quia tunc factum à putatiuo homine hæreditario, vel possessore tei relenaret, & iuuaret, seu noceret quod declara, vt per gl. & Doct. in *l. Imperatores. § fi. in ver. non posse ff. de transact.*†Fructus tenetur restituere putatiuus hæres 4 vero hæredi, quando esset locupletior factus, alias non. Bart. *cons. 97. Factum proponitur, in fi. lib.2.*†Soluens locatori, qui non erat do- 5 minus, liberatur, neq; à vero domino potest molestari. Vide, *Con. ductor soluens non domino quando liberetur. Con. l. 61.*†Extende, quia 6 exculatur, & valent gesta à putatiuo iudice, vel Prælato, licet esse non posset. Vide, *Error communis facit ius. & qualiter procedat. Con. vl. 330.* Vide, *Opinio. & reputatio communis multa operatur. Concl.337.*†Et quod soluens putatiuo Prælato, qui non est verus Prælatus, 7 liberetur, quando ab eo conduxit, vel eidem obligationem fecit. Alex. *cons.120. Ponderatis. n.7. ver. & ad hoc ostendendū. lib.3.* vbi plena apost. in *ver. intrusō*, dat conc.†Secus, si soluat ei, à quo non conduxit, neq; cū eo contraxit; quia si est intrusus; vel non legitimus Prælatus, nō liberatur, nisi habuerit iustā causam credēdi illū esse legitimū Prælatū, vt qa erat cōfirmatus à superiore. Ale. *d. cons. 120. n.7. lib.5.* Vide, *Debitor soluēs nō domino quādo liberetur. vide.* Ch. La- Bald.

Q

Quadragesima quid sit; & ad qd sit instituta. Cōcl.1.

1 QVADRAGESIMA †est decima pars totius anni, & sic introducta propter decimam temporis soluendam cum ieiunio Deo nostro: & licet annus habeat dies 365. tamen nō soluitur decima de illis quinque diebus, sed solum de 360. & postea additi sunt quatuor dies, vt numerus à decimo consecratus impleatur; quia pro decima nō es- tient, nisi 36. dies. *c. quadragesima, de consecrat. distinct.5. Gemin. cons. 37. num.2. ver. de hoc est textus.*

Qualitas quid sit & multiplex, & quæ sit. Concl.2.

QVALITAS †quandoque sumitur forma, quandoque ordo, & quandoq; substantia rei quandoq; causa finalis. Bal. in *rubr. ff. de ver. diuis. n.32.*†Declaratur potest fieri quandoq; qualitatem, quę a in se ipsa est accidens, & tamen respectu ad aliud quid subsistens.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Bald. *d. rubr. de ver. diuis. n. 3.* † Aliqua est qualitas, quæ diuersificat maleficium, prout loci diuersitas, & temporis, & isto casu qui negat qualitatem loci, vel temporis, negat delictum. Bar. *in q. 8. per Italiam in ver. solutio, in pr.* vbi declarat, qualiter procedat. † Aliqua est qualitas, quæ inducit, & facit cessare delictum, prout in furto; nã qui dicit accepisse rem alienã inuito domino, commisit furtũ, si negatur qualitas, inuito domino, nõ esset furtum: idem in adulterio: nam qui negat mulierem nuptam, negat adulterium. Bar. *d. q. 8. in pr. ver. secundum in eo, qui negat*, vbi ponit plura similia: videlicet, qui fatetur occidisse; sed tamen non eo animo, sed ad sui defensionem dicit occidisse † Declara tamen, quod circa istas qualitates magna est differentia; quia aliquæ non præsumuntur, & id. eo negans transfert onus probandi in aduersarium; prout quod contra domini voluntatem, quod mulier cognita sit nupta, vel consanguinea, & in istis, prout in qualitate loci, & temporis, qui negat qualitatem, negat delictum. Bar. *d. q. 8. in pr. Crimi. denunciasse. § quid tamen. ff. de adult.* Aliquæ vero præsumuntur, & negans onerat, se onere probandi, prout si dicat fecisse homicidium sine dolo, vel ad sui defensionem, vel percussisse, sed non animo iniuriandi; & isto casu confitens delictũ, & negans qualitatem dicitur confessus simpliciter. Bar. *d. q. 8. in ver. solutio. col. 1 in pr. ver. in præmissis.* † Aliqua est qualitas, quæ non mutat delictum sed pœnam aggrauat, vel minuit, & refert, an pœna sit diuidua, vt quia augetur, vel minuitur ex qualitate; an vero sit indiuidua secundum Bart. *d. q. 8. in ver. solutio, col. 2. post med. ver. & quando negat.* † Aliqua est qualitas, quę venit annexa delicto, sed in consequentiam, prout quod seruus occisus esset tanti valoris, & quod ex vulnere sit remansura cicatrix; & quia non pendet à facto delinquentis, & potest habere probabilem ignorantiam, licet neget qualitatem, non habetur pro negante delictum. Bar. *d. q. 8. ver. solutio, col. 2. ver. quando, quis confitetur.*

Qualitas diuersa quando actum principalem diuersum reddat, vel non. Concl. 3.

1 QVALITAS † criminis diuersa facit crimen esse diuersum; ideo testes discordantes in qualitate, discordant in principali delicto, vel facto qualificato. Fed. de Sen. *cons. 162. Domine Grisso-* 2 *le per tot,* † Extende; quia diuersitas temporum, & locorum inducit diuersum delictum, & diuersitatem qualitatis delicti; ideo requiritur specificatio. Castr. *cons. 132. Emissis, col. 2. lib. 2. ver. nam diuersitas.* Bart. plenissime in sua *quæst. 8. per Italiam in pr.* vbi, quod delictum factum vno loco, & vno tempore dicitur diuersum à delicto alio loco, & tempore, vbi ponit plura similia, & repetit in *ver. solutio, in pr. in ead. qu.* vbi, quod realiter, & substantialiter sunt diuersa ex loco, & tempore diuersis, & isto casu negans qualitatem 3 negat delictum. † Declara tamẽ; quia licet diuersitas loci, & temporis faciat diuersum esse delict ũe ssentialiter, & substantialiter, procedit respectu actus, prout proceditin faciente; sed tamen respectu actus, quando præsumitur pro effectu sequuto semper idem est; quia si Titius in facie est vulneratus à Seio, semper erit idem vulnus, si in vno loco, & vno tempore siue in diuersis, vt pater ad sensum. Bart. *d. q. 8 per Italiam, in ver. solutio, in pr. in ver. sed possetu dicere.* † Amplia; quia qualitas diuersificat terminum simpliciter prolatum; ideo si statutum disponat aliquid in fratre, nõ habet locum in fratre consobrino, quia non est simpliciter frater, siue statutum sit fauorabile, siue non Ang. *consil. 385. Statutum Communis, n. 3. ver. attẽto ergo.* Vide, *Fratris appellatione qui veniant, vel non.* 5 *Conclus. 450.* † Idem in statuto disponente aliquid in patruo; quia non habet locum in patruo magno, qui simpliciter non est patruus. Bald. *cons. 12. Casus talis, in pr. lib. 3.* vbi loquitur in statuto excludente matrem stante patruo, quod est contra ius commune, 6 & latius *consil. 258. Item statutimus. eod. lib. 3.* † Extende in fratre; quia non habet locum in fratre vterino, quando statutum respicit ius agnationis. Vide, *Frater vterinus an sit frater vere, vel secundum quid.* 7 *Concl. 451.* † Extende; quia statutum disponens aliquid contra hęredem non habet locum in hærede cum inuentario; quia est qualificatus hæres. Bar. & alii in *l. si. § in computatione, in fi. C. de iur. delib.* 8 † Restringe, quia bene statutum fauorabile loquens de fratre habet locum in fratre naturali; quia nomen, *frater*, est nomen naturæ; ideo qualitas naturalis nõ diuersificat, nisi de iure ciuili. Ang. 9 *d. cons. 385. per tot.* † Amplia, quia dispositio loquens de aliquo termino simpliciter, non habet locum in eo termino, qui est secundum quid, & non simpliciter. Bald. *cons. 499. Sequitur constitutio, in* 10 *pr. lib. 4.* † Extende in dispositione statuti, vel cõmuni viu loquendi, quod est de simplici; quia non venit id, quod est secundum quid, & qualificate, ideo statutum disponens aliquid de filiis, vel de fratribus, non habet locum in filiis, vel fratribus bastardis; qa non sunt simpliciter filii, vel fratres. Ang. *cons. 401. Petrus Paulus, n.* 10. *ver. nec obstat statutum, vsq; in fi.* † Contra extensionem est Bar. in 11 *l. 2. ff. de accus.* vbi, quod quando dispositio est per verba naturalia, veniunt etiam spurii; quia naturaliter sunt tales, sequitur Bened. de Plumbino in *d. cons. 401. inter cons. Ang. in pr.* † Amplia, quia qua- 12 litas noua adiecta substantiæ, vel materiei, aut formæ, si est diuersa, facit nouam speciem. Collegium Ferrariẽse *cons. 3 post cons. Zab. n. 26. & seq. ver. ad primum.* Caccialup. *cons. 4. post dicta consilia Zab. n.* 5. *& seq.* vbi, quod Canonici regulares licet habuerint originem ab Apostolis; tamen ex regula Beati Augustini sunt transformati in a- 13 liam speciem religiosorum regularium, quasi per tot. cons. † Amplia; quia vbi plures qualitates sunt requisitæ, & non concurrunt, non dicitur adesse identitas corporis in exhæredatione facta per patrem de posthuma, quæ nascetur, & ingredietur monasterium; quia non habet locum in posthuma nata, quæ nõ ingreditur monasterium; quia non est illa, de qua testator sentit. Bar. in *l. si pater. C. de instit. & substit. sub condit fact.* Bart. *cons. 28. In quæstione. per tot. & cons. 31. Quidam decesit, lib. 1.* apost ad Rom. *cons. 442. in ver. excludit*, citat pro vtraq;, & dicit communem. † Extende; quia agnati sub- * 14 stituti pro conseruanda perpetuo hæreditate in familia, non verificantur in fœmina ex fratre, vel filio, quia nõ habet qualitatem conseruandi perpetuo in familia, licet sit agnata; ideo non est illa, de qua testator sentit. Ang. Aret. *cons. 31 Viso supradicto, n. 13. ver. ita & dixit.* † Extende, si pater instituit filiũ, si superuixerit vsq; ad 15 annos 14. quia si moritur ante, nõ dicitur institutus; quia non est ille; quia non habet qualitates. Vide, *Præteriti dicuntur filii, si non est* ✠ *eis legatum iure institutionis, & quando secus. Concl. 637.* † Amplia; quia 16 accusatus, vel inquisitus de crimine qualificato, si non constat de qualitate, debet absolui. Vide, *Inquisitus de crimine qualificato quan-* ✠ *do possit condemnari, vel non, qualitate non probata. Concl. 184.* Vide, *Accusatus quando non possit condemnari etiam probato delicto. Conclus. 173.* † Extende; quia probans factum, & non probans qualitatem, nõ 17 dicitur esse in probatis; & ideo non consequitur beneficium illo casu concessum. Bar. *d. q. 8. per Italiam, in pr. n. 2. ver. quinto probo sic.* † Et 18 in satisdatione si qualitas requisita omittitur, totum petitur. acũ satisdatum non esset. Bar. *d. q. 8. in prin. n. 1. ver. quarto probo sic.* † Et in 19 responsione simplici data ad actum qualificatum; quia non dicitur responsum ad interrogata, *l. 1. § si quis simpliciter. ff. de verb. oblig.* Bart. *d. q. 8. in prin. ver. secundo probo sic.* † Limita, quia qualitas iuncta 20 delicto non inducit diuersitatem delictorum. Bald. *cons. 361. Quidam dixit, circa med. ver. quandoque significant, lib. 4.* vbi, quod dicens alicui, *latro es*, vel, *latro es insignis*, non dicitur committere plura- 21 lem iniuriam; quia qualitas non reddit plura delicta. † Extende; quia si qualitas, & accidens diuersum adscitur firma manente eadem persona, eadem re, & eadem causa; res non mutat suam essentiam, sed dicitur eadem Rom. *cons. 198. Non est dubium in pr.* vbi apost. *in ver. alteretur*, dat concor. † Limita, quia multi sunt casus, 22 in quibus si nulla qualitas ponitur, vel etiam posita non probatur, non propterea perditur beneficium actionis; imo potest sequi condemnatio. Bart. in d. sua *q. 8. per Italiam, in ver. contra, n. 4.* vbi ponit plura similia, & exempla. † Limita, quia sunt casus, in 23 quibus is, qui tenetur ad factum simpliciter, sufficit, quod factũ faciat, licet qualitas omittatur. Bar. *d. q. 8. ver. contra, nu. 6. ver. quarto probo sic.* † Limita, quia qualitas personæ adiecta, vel detracta non 24 facit nouam rem, vel nouam gratiam; ideo nõ inducit subreptionem, si non fiat mentio gratiæ præcedentis. Anch. *cons. 131. n. 4. & seq.* Vide conclusionem prox. seq. Vide, *Additamentum sequitur na-* ✠ *turam eius, cui adicitur. Conclus. 182.* Vide, *Copulata plura sit requiran-* ✠ *tur, non sufficit vnum. Conclus. 1035.* Vide, *Hæres cum beneficio inuentarii* ✠ *an sit vere hæres. Conc. 61.* Vide, *Libellus in criminali quam specificationem* ✠ *requirat, vel nõ. Concl. 320.* Vide, *Statutum circa pœnas inuenidas consi-* ✠ *tentibus delictum. Concl. 614.*

Qualitas aggrauans factum, vel delictum operatur multa. Concl. 4.

1 QVALITAS † aggrauans factum, vel delictum operatur, vt habens facultatẽ dispensandi; vel absoluendi in casu simplici perdat illã facultatem in casu alterato propter qualitatẽ. Gem. *cons. 106. n. 3. ver. quia qualitas*, vbi dat exemplũ, quod Episcopus absoluit incẽ diarium ante denunciationẽ, postea secus: Legatus absoluit, & dispensat cum excõmunicato, qui celebrauit, secus si in cõtemptum. Declara, quia qualitas est plene probanda. Vide Concl. prox. præced. *n. 16.* † Amplia; quia qualitas inducẽs diuersum 2 delictũ, si non probatur, non potest sequi cõdemnario ex delicto simplici sine qualitate probato. Bar. in *l. denunciasse § quid tamẽ ff. de adult.* cuius cõmunem * opinionem dicit Com. *cons. 33. lib. 4.* Rom. * *cons. 110. circa prin. & cons. 167. n. 8.* vbi apost plena in *ver. absolutoria;*

& in ver.

& in *per, debeat.* citat infinitos. Clar. in §. *fin. q. 66. nu. 4. ver. sed quid,*

3 † Contrarium seruari de consuetudine dicit Bald. in *l. 2. n. 2. C. de probatio.* & alii, quos refert Clar. *d. §. fi. q. 66. n. 4. in fi.* quod maxime dicit procedere, si adest clausula, quæ de cõsuetudine apponitur,

4 *super quibus, &c.* † Declara; quia sequi debet absolutoria, etiam si adsit clausula. *super quibus*; quia ex quo non probatur qualitas cõnexa, non potest fieri diuisio connexorum ex dicta clausula, quæ est accessoria, ita Rom. *cons. 110. Quæsito consultationis, n. 3. ver. nec præ dicta sententia, cum seq.* vbi reprobat Bald. & ibi a post. citat plurimos

5 pro vtraq; parte in *ver. connexa.* † Limita; quia nihil operatur quoad pacem obtentam ab eo, qui fuit vulneratus de nocte; quia si faciat pacem pro vulnere sibi illato de die, non expressa qualitate noctis, obtinens pacem habet beneficiũ statuti remittentis partẽ pœnæ, etiam si propter qualitatem noctis maior pœna esset imponenda; quia remisso vulnere remissa est qualitas accessoria. Bald. *cons. 378. Punctus talis, lib. 4.* & sequitur Rom. *cons. 449. Inquiritur.* vbi ad litteram transcribit cons. Bald. † Declarat Apostil. ad Rom. *d. cons. 449.* quia in remissione Principis bene debet exprimi qualitas aggrauans, alias intrat subreptio, sed in remissione partis secus; ratio; quia partes de facto sunt plene informare; ideo

☞ non refert, an inter ipsas fiat mentio, vel non. Vide Concl. proxime præced. Vide, *Accusatus quando non possit condemnari etiam probato delicto. Concl. 172.* Vide, *Inquisitus de crimine qualificato quando possit condemnari, vel non qualitate non probata. Concl. 184.*

Qualitas operatur declarationem animi, & habet multa specialia. Concl. 5.

1 QVALITAS † attenditur ad declarandũ animum dubium, vi delicet an protesserit, vt arbiter, vel arbitrator, aut iudex ordinarius, vel delegatus Rom. *cons. 247. Primo dici potest, n. 5. ver. vltimo arguitur.* † Item qualitas instrumenti declarat, quo animo percusserit, an occidendi, vel non. Rom. *d. cons. 247. n. 5. ver. ite qualitas*

3 *instrumenti.* † Item qualitas proficiẽdi declarat, an animo habendi pro derelicto, vel non Rom. *d. cons. 247. n. 5. ver item qualitas proficiendi.* † Item qualitas apprehendendi hæreditatem, videlicet an p. pria auctoritate, vel de manu hæredis, declarat, an iure directo,

5 vel in vim fideicommissi, Rom. *d. cons. 247. n. 5. ver. ita igitur.* † Amplia; quia qualitas inducitur magis de facili, quam substãtia. Imol.

6 in *Clem. pastoralis, n. 67. in fin. de re iud.* † Amplia; quia alteratio, seu adiectio, vel detractio qualitatis non facit nouam rem, vel nouã gratiam, sicut mutatio personę, vel rei; ideo magis de facili admittitur, nec inducitur subreptio; quæ induceretur adiecta persona,

7 vel detracta. Anch. *cons. 131. Ad exclusionem, n. 4.* † Amplia; quia dispositio, & factum qualificatum põt diuidi; ideo possum acceptare qualitatem, & reiicere factũ: item possum acceptare factum, &

☞ reiicere qualitatem. Gui. Pap. *cons. 134. n. 4. in fi. ver. & facit ratio.* Vide, *Confessio qualificata, vel conditionalis, quando in parte possit acceptari, vel non. Concl 673.* Vide, *Probatio leuior requiritur in probanda qualitate, quam in probando facto principali. Concl. 793.*

Qualitas non entis considerari nõ potest. Concl. 6.

1 QVALITAS † rei, quæ non est, non potest considerari. Oldr. *cons. 203. Factum tale est, collata, v. ad secundam quæstionem,* & vbi defic. t subiectum, non potest qualitas considerari. Fulg. *cõs. 93. Ex*

2 *facto proponitur, in pr. ver. in proposito autem.* † Et propterea qualitas presupponit existentiam rei, vel facti qualificati; ideo nisi probetur res, vel factũ non probatur qualitas. Bal. *cõs. 394. In causa Ludouici,*

3 *n. 4. v quarto præmitto. lib. 2.* † Extende; quia qui vult probare qualitatẽ, debet prius probare substantiã. Bal. *cons. 465. Visis dictis articulis, in pr. lib. 4.* vbi ponit multa exempla, quod non potest probari,

4 non extare memoriam operis, nisi opus appareat. † Ire non potest probari qualitas, quã do deficit subiectum; ideo iudex nõ dicitur negligere facere iustitiam, si non vult exequi sententiam nullam, quia deficit subiectũ sententiæ, Rom. *cons. 48. Inspectis, in fi. ver. item*

non potest, & vsura nõ potest dari sine subiecto, in quo cadat. Rom.

5 *cons. 510. Quoad primum, n. 17. ver. pato aduertendum.* † Idem; quia nõ potest probari manifestus fur, vel manifestus vsurarius, nisi prius probetur fur, & vsurarius, & idem in publica meretrice, quia qualitas non stat sine subiecto, sicut nequè accidentia possunt esse sine subiecto, ita Bal. *d. cons. 465. in pr. lib. 4.* Castr. *cons. 160. Ad primũ, col. 2. ver ad secundum lib. 1.* vbi a post. allegat Soc. *cons. 231. ver. circa se-*

6 *ptimam & vltimam. lib. 2.* † Idem in homicidio per assassinium cõmisso; quia debet probari homicidium cum qualitate assassinii, alias non probatur qualitas sine subiecto. Bal. *cõs. 98. Berton. de Couo. in fi. li. 1. ver. illud est certum.* quod duplicatur *lib. 5. cons. 382.* † Ire, vbicunq; deficit substãtia, deficit omnis qualitas, quæ sine substãtia esse non põt; ideo si lex prohibet omnino aliquid fieri posse quocunq; modo, non attenditur modus qualificatus contrarius. Castren. *cons. 265. lib. 1. in fi.* quod est Riccardi de Salyceto. † Hinc oritur excussio contra principalẽ, quando ipse est liberatus potã, qa bannitus cum confiscatione bonorum; quia vbi deficit obligatio, deficit qualitas; vt discuti debeat principalis; qa qualitas non dat sine subiecto. Rom. *cons. 93. col. 2. in pr. ver. tertio quia. Amplia;* † quia testis, qui ignorat subiectam personã, vel eam ipsam, non põt deponere de illius qualitate, vel quãtitate; quia nõ enim

nullę sunt qualitates, Sign. *cõs. 241. n. 5. v. tertio capiamus.* † Amplia; quia non põt quis probare qualitatem, nisi primo probet subsistiam; quia impossibile est esse accidentia sine subiecto. Rol. Val. *cons. 58. n. 8. & 9. lib. 3.* vbi, quod non potest esse qualitas, vbi non est substantia. Rom. *cons. 48. prope fi. ver. item non potest,* plenius Roma. *cons. 91. Visis, n. 8. ver. vbi autem,* vbi plena apostil. in *ver. qualitas* quæ citat infinitos. † Extende; quia qualitas probari non potest, nisi prius probetur substantia. Crau. *cõs. 21. n. 5.* † Amplia; quia qualitas sine diuino miraculo non potest separari a subiecto; quia non potest esse qualitas sine subiecto. Card. Zab. *cons. 29. n. 12.* quod est tritum a Petr. de Anch. *cons. 208. n. 17.* † Amplia; quia qualitas sine subiecto esse non potest, si non constat de subiecto, vel non est probatum, non potest qualitas considerari. Rom. *cõs. 91. Visis, & ponderatis, n. 8. ver. iis tamen non refragantibus,* & ibi apost. in *ver. qualitas,* quæ citat conc. infinitos. Alex. *cons. 233. Ponderatis, n. 2. ver. quia non potest stare, lib. 6.* Alex. *cons. 30. Ex allegatis n. 3. lib. 7.* vbi apostil. in *ver. qualitas,* citat plurimos cõcordantes. † Et ideo dicitam, quod

non est, qualificari nõ potest, an sit notorium, vel non; quia qualitas sine subiecto esse non potest. Abbas *cons. 160. Ad iuram. n. 2. ver. ad hoc potest, lib. 1.* Vide, *Accidentia possunt mutari non mutata substantia; secus è conuerso. Concl. 82.* Vide, *Essentia rei debet dari, & qualitas debet considerari. Concl. 332.* Vide, *Pacta contra naturalia contractus valent, & quomodo secus contra substantialia. Concl. 17.* Vide, *Substantia actus si plura requirit, vno deficiente actus est nullus. Concl. 771.*

Qualitas non censetur confessata, vel negata ex generali confessione, vel negatione, & quãdo secus. Concl 7.

CONFESSIO † generalis facta per reum ad cõtenta in inquisitione, vt quia dicit omnia in inquisitione contenta vera, nõ tamen censetur confiteri qualitates, quę sonant in ius, prout in quisitio dicat, quod est latro manifestus, vel latro famosus, & similia; quia sibi nõ præiudicat, Ang. *cons. 103. Formata fuit,* & plene in *ver. Confessio in criminalibus an & quando sufficiat. Concl. 676. Ang. de malefi. in ver. comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur in col. 1.* † Extende vt procedat etiam in qualitate facti, quia si inquisitio continet, quod vulnerauit Raymundum officialem, & confitetur vulnerasse ipsum Raymundum, nõn fatetur eum officialem Roman. *cons. 455. In casu per tot.* vbi apost. in *ver. existime,* dat conc. Extende † etiam in causa ciuili, quia positio cõtinens certam quantitatem canapis cum qualitate, quod esset in bonis tali tempore testamenti, si confitetur positionem quoad canapim, sibi præiudicat, nõ quoad qualitates canapis. Alex. *cons. 171. in causa, Circa n. 4. ver. quia non dicit, de quo canape. lib. 6.* vbi apost. in *ver. sua,* allegat Rom. *d. cons. 455. In casu præmisso, & cons. 460. illa verba.* Matthæl. *sing. 33.* & alios plures. † Amplia; vt quod dicitur de generali confessione, quod non includat qualitates, procedat etiã in generali negatione, quia non negat omnes qualitates. Alex. *cõs. 31. In causa, n. 7. ver. non obstat, si diceretur, lib. 6.* Alex. Ial. & alii in *l. si dos. §. si fit n. 7. ver. non obstat, si diceretur, lib. 6.* Alex. Ial. & aliis

2 †Contrarium videtur tenere Gem. *d. cons.* 88. *in fi. ver. nec obstat fundamentum*, vbi, ꝙ imo qualitas restringatur ad tempus dispositio-
3 nis, licet hoc non affirmet ꝙ absoluto. †Declara; quia qualitas, ꝙ eligatur egenus, & pauper, intelligitur tempore electionis, vt sit
4 talis. Alex. *cons.* 91. *Repetitus in causa. nu.* 4. *ver. confirmatur, lib.* 7. † Sic
5 læsio debet adesse tempore dispositionis contractus, iuxta not. in *l.* 2. *C. de resc. in. vend.* †Amplia; quia qualitas in dispositione priuilegii intelligitur de existente tempore ipsius concessionis, nō post-
6 vt si præsentibus in curia concedatur certum priuilegium, intelligitur de præsentibus tempore priuilegii, Gemi. *cons.* 90. *in fi.* †Extende; quia statutum disponens, quod creditor facto banno possit pignora vendere, debet intelligi, si qualitas probetur, quod sit creditor. Rom. *cōs.* 204. *Pro discutienda, n.* 2. *in fi. ver. postremo, vsq; in fi.*
7 †Amplia; quia statutum qualificatum circa plura non habet locum, si omnes qualitates non concurrant; ideo statutum Cumanū, quod mercator debitor fugitiuus, &c. intelligitur concurrente qualitate; quod tempore fugæ esset debitor, & mercator, & fugiat de ciuitate, in qua viget statutum, Cum. *cōs.* 146. *Simon. & Gelius. per tot.* †Extende in qualitate statuti deferentis successionem
8 hæredi masculo; quia si tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, exat filia ex masculo, ipsa nō excludit filiam dotatam existente hærede masculo; quia qualitas masculinitatis debet adesse tempore delatæ hæreditatis. Cast. *cons.* 47. *Proponitur in castro, lib.* 1.
9 †Amplia; quia si agatur de probando furore ad annullandū contractum, qualitas furoris debet probari de tempore contractus, alias non releuaret. Zab. *cons.* 56. *n.* 5. *ver. quarto & multum.* Ang. *cons.*
10 135. *Baucius Maffioli, in fine.* † Extende; quia probatio debet esse præcisa, & determinata de tempore contractus, quod esset furiosus ad annullandum contractum, & alias non releuat Zab. *d. cons.* 56. *n.* 4. *ver sed videndum*, vbi, quod inhabilitas debet esse certa, &
11 de certo tempore, vt concludat. †Amplia; quia ad hoc, vt cōmissio à Sede Apostolica fiat, debet ille, cui fit commissio, esse vel Canonicus, vel in dignitate Ecclesiastica. *c. statutū de rescript. in* 6. nam sufficit, quod tempore commissionis sit talis, licet tempore sententiæ desierit esse talis gl. *d. cap. statutum, in ver. Canonicis, in fi. de rescript. in* 6. Cast. *cons.* 289. *Ad primum respondetur. col.* 3. *n.* 3. *ver. super tertio, lib.* 1. † Extende idem in consultore eligendo de collegio iudicum; quia sufficit, quod tempore electionis sit de collegio, licet tempore redditi consilii desierit esse de collegio, quia valet consilium, & ridiculum esset dicere contrarium. Castr. *d. cons.* 289. *n.* 3.
12 *lib.* 1. vbi late; quia qualitas iuncta verbo debet adesse secundum tempus. Vide Conclus. prox. seq. †Amplia; quia beneficium simplex, licet possit conferri clerico habenti primam tonsuram; tamē si tale beneficiū simplex habet de cōsuetudine, vel fundatione annexum ordinē sacerdotii, vt quia sit sacerdotale; tūc debet institui in eo esse sacerdos, vel in ordine requisito, vel saltē in tali
13 ætate, ꝙ possit ordinē suscipere. *Clem. hi qui de ætate, & qualit.* plene
14 Bero. *cons.* 5. *Viso puncto, n.* 9. *lib.* 1. † Declara; quia non procedit ampliatio, licet testator fundans beneficiū voluerit esse sacerdotale, quando Episcopus expresse non approbauit istā qualitatem, nec sufficit tacitus consensus præsumptus ex diuturnitate temporis.
15 Bero. *d. cons.* 5. *n.* 14. *& seq. lib.* 1. † Restringe, quando Episcopus cum consensu patronorum dispensasset cū eo, qui est de familia fundatoris; quia pōt, & est iusta causa dispensandi. Bero. *d. cons.* 5. *n.* 23. *& seq. lib.* 1. & plenius *n.* 53. *& seq.* vbi *nu.* 57. tenet, quod etiam solus Episcopus sine cōsensu patronorum potest dispensare, & sufficit, quod consensus patronorum superueniat post dispensationem, etiam si per procuratorem sit præstitus. Bero. *d. cons.* 5. *n.* 68. *& seq. v. venio ad tertium, li.* 1. Vide, *Beneficium qualificatum an possit conferri non*
16 *qualificato, & quando. Concl.* 58. †Limita in expectante; quia licet debeat esse certę qualitatis, puta familiaris Cardinalis, vel aliter qualificatus, sufficit, quod sit talis tempore vacationis beneficii, & prouisionis. Gem. *cons.* 90. *n.* 2. *ver. ex quo ergo.*

Qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, & quando. Concl. 9.

1 QVALITAS † iuncta verbo intelligitur secundū tempus verbi, *l. in delictis. § si extraneus. ff. de noxalib.* Ang. *cons.* 194. *Visis præsib. n.* 2. *ver. ad hoc dicendum.* Sign. Homod. *cons.* 37. *Factum sic propanatur. col. pen. ver. item per hoc euidenter apparet.* Castr. *cons.* 5. *in prin. ver. præterea verba dicunt, lib.* 1. Marl. *sing.* 187. *Qualitas.* Alex. *cons.* 143. *Viso titulo, in pr. lib.* 6. vbi apost. Castr. *cons.* 289. *Ad primum, n.* 3. *li.* 1. Rom. *cons.* 442. *Vt decisionis, n.* 2. vbi plena apostill. in *ver. verbi.* dat plurimos conc. Abb. *consil.* 107. *Quatuor sunt in fi. lib.* 2. Castr. *cons.* 6. *circa med. ver. sed dictum eorum, & cons.* 7. *n.* 2. *ver, & hoc esse verum patet, lib.* 2. vbi apost. dat conc. Ang. Aret. *cons.* 5. *Attento, n.* 29. *& 30. ver. nec.* Alex. *cons.* 20. *Viso processu, n.* 2. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 36. *Viso themate, nu.* 4. *ver. circa secundum, lib.* 2. *& cons.* 46. *Ponderatis, n.* 8. *lib.* 2. *& cons.* 50. *Viso themate, n.* 11. *lib.* 5. *& cons.* 5. *Attentis, n.* 3. *ver. sed præmisso lib.* 7. †Infertur, quod si maritus legat seruæ dotem, cū nupserit, dummodo inseruiat C. vxori suæ, qualitas vxoris, id est, *dum erit vidua*, iuncta verbo *seruiat*, intelligitur secundum tēpus verbi; ideo si vxor vidua trāsiuit ad secūda vota, serua nō tenetur inseruire; quia nō ineſt qualitas, quod sit vxor defuncti. Alex. *d. cons.* 10. *Viso processu. p*
tot. lib. 2. †Et statutum, quod de quacunq; re vnius socii fuerit factum mercatū, requiritur, quod tēpore mercati essent socii; quia
3 qualitas, &c. Alex. *d. cons.* 36. *nu.* 4. *ver. circa secundum, lib.* 2. † Et exemptio concessa illis, qui conduxerint mercantias in die mercati,
4 non habet locum in illis, qui redeunt ex mercatu; quia qualitas iungitur verbo, *conduxerint*. Alex. *cons.* 46. *nu.* 8. *lib.* 2. †Et compromissum, & laudum sequutum, quod compromittentes non possint alienare bona sua, sed possint de eis relinquere partē, cōprehendit tam præsentia, quā futura; quia qualitas, *possint relinquere de*
5 *bonis*, respicit tempus futurum, & relicti vsque ad mortem. Alex. *cons.* 59. *Viso themate, in fin. lib.* 5. † Et qualitas quæ regitur ab aliquo verbo intelligi debet secundū tempus illius verbi, à quo regitur.
6 Fulg. *cons.* 93. *Ex facto proponitur. n.* 2. Rom. *d. cons.* 442. *n.* 2. †Extende
7 in hærede; quia si quid mādatur fieri per hæredem, censetur qualitas iuncta verbo, vt adiuerit tempore actus gerendi, & sit hæres. Castr. *cons.* 5. *in pr. lib.* 1. † Extende in statuto Mediolani, quod nu-
8 pta extra territorium non succedat in hæreditate; quia intelligitur de nupta tempore delatæ hæreditatis. Corn. *cons.* 188. *n.* 16. *li.* 2. non autem de ea, quę adiuit hæreditatem, ante quam nuberet; qa qualitas iuncto verbo, vel participio, intelligitur secundum tempus verbi. Alex. *cons.* 198. *Perspectis, n.* 9. & 10. *ver. ad idem. lib.* 6. †Ex-
9 tende in statuto excludente filiam dotatam; quia intelligitur de dotatione tempore exclusionis, alias non excluditur. Corn. *d. cōs.* 188. *n.* 15. *lib.* 2. Rom. plenius *cons.* 442. *n.* 2. vbi apost. in *ver. verbi*, dat plurimos conc. & in hac materia, quod dotata non succedat, vt intelligatur dummodo dotetur ante aditam; quia secundum tempus verbi, *non succedat*. Cast. *cons.* 6. *circa med. ver. sed dictum eorum, & cons.* 7. *n.* 2. *ver. & hoc esse verum patet, li.* 2. Abb. *cons.* 107. *Quatuor sunt, in fi. lib.* 2. † Extende in statuto loquente de fugitiuo, si quis debi-
10 tor fugam fecerit, vt intelligatur de debitis tempore fugæ; quia qualitas iuncta verbo, &c. Cuma *cons.* 166. *Simon & Heltas, n.* 2. Extende † in statuto vocante ad successionem sorores, vel nepotes;
11 quia intelligitur de extantibus tempore successionis delatæ, non de conceptis post; quia qualitas, quæ ab aliquo verbo regitur, intelligitur secundū tempus verbi. Fulg. late *cōs.* 93. *col.* 2. *ver in propo-*
12 *sito.* †Extende in substitutione sub conditione; *si filius decesserit intra* 18. *annos sine filiis*: quia lapso tempore 18. annorum euanescit; quia qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi. Sign. *cons.* 141. *In quæstione, n.* 11. † Extende in statuto excludente so-
13 rores filias ab hæreditate patris, vel matris stante masculo; quia nō excludit ab hæreditate fratris, postquam adiuit hæreditatem patris; quia amplius nō est hæreditas patris, vel matris, sed fratris; qa qualitas adiuncta verbo, vel participio intelligitur secundū tēpus verbi, vel participii. Alex. *cons.* 198. *Perspectis, n.* 7. *& seq. ver. nō obstat, iuncto nu.* 10. *ver. & qualitas iuncta, lib.* 6. † Declara tamen; quia ali-
14 quādo dictio qualificatiua, & significatiua temporis præteriti si iungatur verbo temporis præsentis; nō tamē assumit significatū temporis præsentis. Sign. Homod. *d. cons.* 37. *col. pen. ver. item per hoc euidenter.* † Extēde; quia propterea sufficit, quod iudex delegatus sit
15 in dignitate, vel canonicus tempore commissionis, vt valeat sententia lata, etiam si desierit habere dignitatē; quia qualitas iuncta verbo, &c. Castr. *d. cons.* 289. *n.* 3. *lib.* 1. vbi idē in cōsultore de certo collegio; quia sufficit, quod sit talis tēpore electionis per partes:
16 † Amplia; quia qualitas iuncta participio intelligitur secundum tempus participii. Bart. in *l. ex facto. ff. de vulg. & pupil.* Alex. *cons.* 118.
17 *n.* 10. *lib.* 6. *& cons.* 5. *Attentis, n.* 3. *lib.* 7. †Extende; quia statutum Cænæ disponens, ꝙ ciuis contrahens matrimonium extra territorium, teneatur soluere gabellā pro tali muliere conducta in territorio Cesenę; quia qualitas, *conducta*, intelligitur secundū tempus verbi, videlicet tēpore contracti matrimonii, vt sit sensus, si quis contrahit, & conducit; secus, si post longū tempus. Alex. *cons.* 143.
Viso titulo, in pr. lib. 6. † Amplia in qualitate respiciente successio-
18 nem; quia debet adesse tempore successionis. Ruin. *cons.* 200. *nu.* 8. *lib.* 2. Rim. Iun. *cons.* 56. *n.* 16. *lib.* 1. † Extende in qualitate respiciente
19 transmissionē; quia debet adesse tempore transmissionis; & ideo cum lex non concedat, vt infans transmittat hæreditatem sibi delatam; quia debet esse sciens, si tutor sciat, bene transmittit, dummodo sit vnus tutor sciens tempore transmissionis; quia non sufficeret, si sciuisset, & ante pupillum esset mortuus; quia qualitas verbi, *sciens transmittit*, debet adesse tempore mortis pu-

Pilli, & sic rempore verbi, *transmittit*. Bart. *cons.* 178. *Peruſinus, p tot. lib.* r. † Reſtringe, vt non procedat, quãdo aliter eſſet dicendũ, ſecundũ regulas iuris cõmunis, veluti ſi inueſtitura dicat, q̃ ſuccedant in feudo fœminæ, quæ ſint, & eſſe debeãt nuptæ ciui Alexãdrino; certe licet verba illa, *ſint, & eſſe debeãt*, ſint cõditionalia; tamen nõ intelligũtur, vt ſi nõ ſunt nuptæ ciui tẽpore mortis patris, excludantur, ſed ſufficit, quod quãdocunq; nubant ciui. Cuma. plene *cons.* 164. *Prælatus certæ Eccleſiæ, ver. circa tertium, p tot.* vbi late quia, vt inquit, abſurdum eſſet; quoad filia infans parata nubere excludatur. † Amplia, etiam ſi qualitates poſſent importare tempus ſucceſſiuum; tamen ſi iungãtur verbo, ſufficit, quod ſecundũ tempus verbi intelligantur; veluti ſi ſtatutũ dicat, quod mater in viduitate viuẽs ſuccedat filio mortuo, intelligitur, dummodo ſit viuens in viduitate tempore ſucceſſionis. Alex. *cõſ.* 227. *Ponderatis, n.* 8. *ver. quia reſpondeo, li.* 6. *cum ſeq.* † Sic ſtatutum, quod filia dotata non ſuccedat patri ſtante filio maſculo, intelligitur de filia dotata tempore delatæ ſucceſſionis ſecũdum magis * cõmunem, de qua Alex. *d. conſ.* 227. *n.* 8. *ver ſi uti dicimus in ſtatuto, li.* 6. vbi apoſt. in *ver. mortis*, citat Alex. *conſ.* 13. *n.* 12. *lib.* 3. † Amplia; quia verba qualificatiua, ſeu ſubſtantialia iuncta cuicunq; verbo temporis præſentis, vel præteriti, aut futurii, intelligũtur ſecundum tempus verbi, cui adiunguntur. Flori. de S. Petro *conſ.* 24. *in pr.* & ideo ſtatutum Piſtorii, quod non ſtatius bannito, debet intelligi omni tempore, quo bannum ſupereuenit; quia natura exceptionis eſt, quod impediat proceſſum, quandocunq; ſuperueniat. † Amplia; quia qualitates oẽs, & plura verba infinitiua, prout *procedere. punire, condemnare pro iuſtitia debeatis*: quia regũtur ab eodẽ verbo; *debent*, pariformiter intelligi, iuſtitia mediante; quia quãdo plura infinitiua, & plures qualitates regũtur ab eodẽ verbo, pariformiter & eodem modo terminantur. Alex. *conſ.* 34. *Viſis & conſideratis, n.* 5. *& ſeq. ver. pro quo optime ſacit, lib.* 6. vbi apoſt. in *ver. verbo.* † Limita; quãdo actus tederetur nullus, vt ſi dono omnia bona mea alicui poſt mortem, vel cum moriar; quia donatio omniũ bonorum præſentiũ, & futurorum non valet, licet propter verbũ. *poſt mortem*, faciat qualitatem bonorũ referri tempore mortis, & hic de futuris; tamen intelligitur; dono bona mea præſentia, vt illa habeas poſt mortẽ. Bertran. *conſ.* 265. *vol.* 5. quem refert, & ſequitur Bello. *conſ.* 5. *In puncto, v. quarto facit, n.* 4. & 5. † Limita, quãdo verba haberent tractum ſucceſſiuũ, prout verbũ. *deficientibus*; quia põt verificari quãdocunq;, & important idem, ac ſi diceretur, quandocunq; deceſſerint. Ale. *conſ.* 101. *n.* 13. *lib.* 7. Soci. in *l. ſolemus, in ſi. ff. de cond. & demonſt.* q̃ dicit, quod ita conſuluit Deci. *conſ.* 480. *In caſu, qui contigit, n.* 8. Rui. *conſ.* 9. *n.* 8. *lib.* 1. Rol. à Val. *conſ.* 59. *n.* 54. *& ſeq. lib.* 4. Mant. qui alios allegat in *tract. de interp. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 7. *ver. quarto etiã.* † Et q̃ importet illud verbum, *deficientibus*, videl. quandocunq; deceſſerint, vel ſi deceſſerint. Pariſ. *conſ.* 18. *n.* 43. *li.* 2. Rui. *conſ.* 126. *n.* 12. *li.* 1. Gozad. *conſ.* 53. *nu.* 13. *deciſ. Pedem.* 23. *nu.* 53. Deci. *conſ.* 594. *Viſo teſtamento, n.* 6. † Contrarium, quod verbum, *deficientibus*, importet deficientiam tempore mortis teſtatoris, tenet Soci. Iun. *conſ.* 110. *nu.* 11. *& ſeq. lib.* 2. Gabr. *concl.* 4. *n.* 8. *tit. de ſtatut.*

Qualitas facti debet exprimi, alias intrat ſubreptio. Concl. 10.

Qualitas, quæ † põt mouere concedentẽ, vel retrahere, debet omnino exprimi, alias gratia fundata ſup facto, cui⁹ qualitates nõ ſunt expreſſæ, eſt ſubreptitia. Oldr. *cõſ.* 247. *v. ad ſecundũ, n.* 2. q̃ loq̃tur in legitimatione ſpurii ex duplici gradu, ſi vna qualitas ſpurii tm̃ eſt narrata, eſt ſubreptitia. † Amplia in tantũ, quod qualitas ita eſt de neceſſitate exprimẽda ad tollẽdã ſubreptionẽ, vt ẽt ſi ſit ſola circũſtantia eiuſdẽ facti narrati, alterans in aliquo, vel d. uerificans, debeat exprimi. Alex *cõſ.* 195. *li.* 2. incip. *Aſſumo in conſultationẽ, n.* 16. *ver. imo vbi vnicus*, & *n.* 11. vbi idem dicit, & ponit caſum de ſtatuto, prohibente idẽ q̃ ius cõmune, vt de duplici prohibitione ſit mentio facienda, quando ſtatutũ eſt confirmatũ, vel iuratum. † Amplia, vt procedat etiã in prouiſione beneficii; quia qualitas beneficii, q̃ ſolet exprimi, ſpecialiter exprimẽda eſt, alias nõ valet prouiſio. Cald. late *conſ.* 230 *p tot.* maxime *ver. item littere*, quod eſt 9. *de præb.* vbi idem, quãdo eſt reſeruatum; quia reſeruatio debet exprimi. † Amplia; quia ea, q̃ poſſunt mouere Principẽ ad concedendã, vel negandam gratiã, ſi taxantur, vitiant gratiã, quia dicuntur notabiles qualitates. Zab. *conſ.* 40. *in ſi. n.* 4. † Limita, qñ nõ agitur de iudicio tertii, neq; de iudicio iuriſdictionis ordinariæ; quia valet diſpenſatio, q̃ habet verba importantia ex ꝓpria ſignificatione qualitatẽ nõ expreſſã, vt in diſpẽſatione matrimoniali in qua fuit narratũ, quod ſunt in quarto gradu, q̃a licet vnus ſit in tertio, alter in quarto, valet talis diſpẽſatio. Cald. *cõſ.* 245. alias 24. *de præben. ver. diſpenſatio autẽ*, vbi, quod ita declarauit Clem. VI. † Limita in pace; quia ſi quis vulnerauerit nocte, & proprio motu ſi pœna duplicatur, & in alio ſtatuto diſponatur, q̃ habens pacẽ, tineat remiſſionẽ in tertia parte pœnæ, ſi in pace nõ fit mentio de nocte, ſed ſimpliciter de vulnere illato tali die; tũ ex quo qualitas venit acceſſorie remiſſa cũ delicto, debet remitti pœna, & ſtatutũ confert beneficium ẽt hoc caſu. Bald. *conſ.* 378. *Puncto tali eſt ſcripturitur, li.* 4. Vide, *Diſpẽſationes matrimoniales qualiter interpretãde Cãd.* 476. Vide, *Subreptio cauſatur ex tacitumitate multiu caſib. Conc.* 7.

Qualitas attendẽda, quæ inducit cauſam immediatam, non autem effectus. Concl. 11.

Qualitas † inducens cauſam immediatã diſpoſitiuã ad id debet, non effectus ex diuerſa cauſa, Oldr. *conſ.* 225. *circa quartum*, vbi, quod quarta, q̃ debetur ex legato facto Eccleſiæ, vel conuentui ab eo, qui elegit ſepulturã in Eccleſia fratrum, non debetur ex legato facto particulari monacho, q̃is pr eum Eccleſiæ, vel conuentui acquiratur. Vide, *Cauſa proxima attenditur, non remota. Concl.* 145. † Amplia; quia beneficium competens qualificatæ perſonæ non habet locum in perſona, in qua illa qualitas deficit; ideo edictum D. Adriani competens ſcripto heredi non competit hæredi ab inteſtato propter qualitatem requiſitã, quod ſit hæres ſcriptus. Cald. *cõſ.* 365. alias 36. *de teſta.* † Amplia in cauſatione priuilegiorum cõceſſorum nullatenus exemptis, quæ nõ habet locum in priuilegiis conceſſis aliqualiter exemptis. Gem. *conſ.* 35. *p tot.* † Amplia in priuilegio conceſſo cum certa qualitate, vel certa cauſa, quia ſi non adeſt qualitas, vel cauſa, non valet priuilegium. Gem. *conſ.* 96. *n.* 9. *ver. licet enim.* Vide, *Cauſa regulariter & quomodo. Concl.* 136 & *Cõcl. ibi prox. ſeq.* † Amplia in ſtatuto diſponente, q̃ vxore præmortua ſine filiis maritus lucretur dotẽ, quia intelligi debet de filiis ex ipſa muliere vxore, ſec⁹ ſi eſſent filii eiuſdem, antẽq̃ eſſet vxor: quia qualitas vxoris debet verificari. Sign. Homod. *conſ.* 37. *Factũ ſic proponitur. n.* 7. *inf. col. ſi np. ver poſtea iſta Blandiſia.* † Extende, vt idem ſit in diſpoſitione loquente de filio Regis; quia debet verificari in filio nato ex patre Rege nõ autẽ antequam eſſet Rex. Sign. Homod. *d. conſ.* 37. *n.* 8. *ver. Sperbus determinatur.* † Extende idem eſſe in diſpoſitione loquẽte de filio facer dotis; quia non habet locum in filio eius, qui poſtea eſt effectus ſacerdos. Sign *d. conſ.* 37. *n.* 7. *in fin.* † Amplia; quia diſpoſitio qualificata procedit cum argumẽto de tanquam tali, de quo diſpoſitio loquitur. Sign. Homod. *conſ.* 69. *In queſtione Blandiſiæ. n.* 3. *ver. & hoc fortiſicio.* Vide Conclus. proxime ſequentem.

Qualificata conceſſio, vel prohibitio ad qualitatem reſtringitur. Concl. 12.

Conceſſio † facta ſecundũ quid nõ inducit conceſſionẽ ſimpliciter, ſed reſtringitur ad qualitatẽ, ſeu quidditatẽ. Bal. *conſ.* 181. *Primo quæro in pr li.* 3. † Et dicitur cõceſſio ſecundũ quid, quæ cum adiuncto. Bald. *conſ.* 145. *Præſuppoſito quod. capitulo, n.* 1. *ver. Item videndũ, lib.* 3. † Amplia; quia diſpoſitio qualificata, pendit cum argumento de tanq̃ tali, de quo diſpoſitio loquitur Sign. Homod. *conſ.* 69. *In queſtione Blandiſiæ. n.* 3. *ver. & hoc fortiſicio.* Zab. *conſ.* 122. *n. pr. ver. contrarium puto.* Bald. *conſ.* 51. *lib.* 5. † Extende; quia habet locum nedũ in perſonalib. ſed etiã in realibus; ideo dotatio beneficiata facta à feudatario de bonis feudalib⁹, cui cõceditur ius patronatus, intelligitur, q̃ ratione feudi cõpetat tam ex perſona feudatarii, q̃ tanq̃ tali, quã ex bonis. Zab. *d. conſ.* 122. *p tot. ver. in contrarium, ſi np. in ſi.* † Et cõparente in iudicio tanq̃ tali ſuo iudicio non nocet ex *rationib. in pr* † Amplia; quia nõ valet arg. ab eſſentia ſecundũ quid ad eſſentiã ſimpliciter, vt albus dens; ergo non ſimpliciter albus. Oldr. *conſ.* 235. *Factum tale eſt, G de Sancto, in pr.* Bald. *conſ.* 449. *Superuenit conſtitutio, in pr. li.* 4. † Extende, quia nõ valet argumentũ à quo ad quod. Oldr. *conſ.* 224. *Grauamina. n.* 16. *ver. circa quartum, in fi.* † Amplia in ſtatuto; quia ſi ſtatutũ diſponit de ſubdito, nõ habet locũ in eo, qui eſt ſubditus ad tẽpus, vel ſecundũ quid. Calſ. *cõſ.* 44. *Videtur dicendũ, n.* 4. *li.* 1. *ver. item non obſtat tertiũ*, vbi, quod ſtatutũ prohibens Notariũ poſſe rogare inſtrumenta, niſi ſit ſubditus intelligit de ſubdito ſimpliciter, nõ de ſubdito quoad quid. Alex. *conſ.* 178. *n.* 4. *li.* 4. † Idẽ tenet Dec. *conſ.* 492. *n.* 11. quia verba intelligi debent ſimpliciter, & nõ ſecundũ quid, vbi dat exemplũ de eo, qui ꝓmiſit pro dato, & facto ſuo, vt nõ veniat factũ ſecundũ quid, vt qa elegit iuxta mentẽ teſtatoris ex neceſſitate, ex qua electione veniat ſecũdario edictio. Goz. *conſ.* 79. *n.* 13. & 14. † Extẽde q̃ ap pellatione fratris nõ venit frater patruelis maxime in materia exorbitãti; q̃a nõ cõtinetur ſine adiuncto ſub nomine fratris Cõſ. *cõſ.* 169. *Multũ diſſuſe, in ſi. lib.* 4. vbi dicit *eoẽm, plene Rom. cõſ. Viſo themate, in pr. & conſ.* 411. *n.* 4. vbi apoſt. in *ver. conſulens*, dicit *eoẽm.* † Extende generaliter in ſtatute qualificato; quia vbi

beat locum, debet qualitas probari. Bar. *in l.1. §.1. ff. ne qd in loc. pub.* Dec. *conſ.* 410. *col. pen. n.* 29. *& conſ.* 222. *n.* 2. Curt. Sen. *conſ.* 73. *col.* 2.

12 *in pr. ver. quia vbi.* † Extende; quia feudum hæreditarium non dicitur, quod eſt ſecundum quid hæreditarium; quia quod non eſt abſolute, & ſimpliciter tale, non eſt proprie tale. Grat. *conſ.* 4. *n.* 35.

13 *lib.* 1. † Extende; quia ſpecifice debet ꝓbari qualitas requiſita à ſtatuto. *l.* 2. §. *docere. ff. vi bon. rapt.* Bal. *in l. ſi quis non dicam rapere, col.* 3. *C. de Epiſc. & cler.* ratio; quia qualitas dicitur data pro forma. Alex. *cõſ.* 100. *Super primo, col* 1. *lib.* 1. Paril. *conſ* 66. *n.* 112. *lib* 3. *& n.* 114. *& conſ.*

14 17. *n.* 28. *& conſ.* 97. *n.* 124. *lib.* 1. † Et maxime, quando qualitas fundatur in tempore, quia debet præciſe probari, quia aliter non poteſt quis ſe fundare in ea. Bart. *in l. non ſolũ,* §. *ſed vt probari, ff. de nouo oper. nunc.* Alex. *conſ.* 100. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 3. *col.* 2. *in fi. lib.* 4. Abb. *in c. in præſentia, de prob.* Socin. *conſ.* 87. *Penſatis, col.* 1. *lib.* 4. *& conſ.* 40. *In cauſa ſpectabili, col.* 1. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 67. *nu.* 5. *lib.* 1. *& conſ.* 1. *n.* 14. *lib.* 4.

15 † Extende, quia licet fœminæ nuptæ tractent agnationẽ patris, tamen eſt ſecundum quid, & non ſimpliciter; & ideo ſecundum Philoſophum illud proprie dicitur tale, quod eſt tale abſolute, & ſimpliciter, non autem ſecundum quid. Goza. *conſ.* 79. *n.* 13. *&* 14.

16 † Extende in ea diſpoſitione loquente de muliere indotata; quia non habet locum in ea, quæ eſt indotata ſecundum quid, vt quia habet paruam, & quaſi nullam dotem, quia nõ eſt ſimpliciter in-

17 dotata. Soc. *conſ.* 121. *n.* 40. *lib.* 4. vbi allegat alios. † Extende in materia, & diſpoſitione feudali, quia feudum cenſuale, & ſic conditionatum non eſt feudum ſimpliciter; quia illud dicitur proprie tale, quod eſt tale ſimpliciter, & non ſecundum quid, *c. licet canon. de elect. in* 6. Goza. in terminis feudi *conſ.* 8. *n.* 26. *ver. octauo & ſi dici*

18 *poſſet.* † Reſtringe, & declara prædicta omnia tribus modis, vt non procedat, *l. hoc legatum. ff. de leg.* 3. attẽta proprietate verborum, ſed attenta mente teſtatoris: item non procedit in contractibus, ſed duntaxat in odioſis hominum diſpoſitionibus, plene Rol. à Val.

19 *conſ.* 42. *n.* 40. *& ſeq. lib.* 2. † Reſtringe, niſi ratio expreſſa operetur identitatẽ; quia tunc appellatione fratris venit frater patruelis in

20 ſucceſſione, vt late deducit Decian. *conſ.* 43. *n.* 20. *& ſeq. lib.* 2. † Reſtringe, quãdo mixtũ, vel compoſitum poteſt ſeparari; quia iudicatur vt de ſimplici, vel ſi præualet in vno, ita Ang. *in l.* 2. *ff. de verb.*

21 *oblig. in pr.* † Amplia; quia quando aliquid diſponitur cum aliquo ſuppoſito, ſi præſuppoſitũ non verificatur, nõ habet locum diſpoſitio. Deci. *conſ.* 199. *n.* 2. *& cõſ.* 644. *Viſo, & perlecto, in fi.* vbi apoſt.

22 † Amplia, quia dantia formam, vel qualitatem, debent ſimul expediri, & adeſſe, alias diſpoſitio formalis, vel qualificata non habet locum. Anch. *conſ.* 208. *Iudex de iure, n.* 16. *& ſeq.* quod eſt Zab. *conſ.* 29. *n.* 11. Abb. *conſ.* 1. *col.* 2. *n.* 3. *ver. præterea, lib.* 2. in ordine eſt 110.

23 † Reſtringe; quia imo factum qualificatum videtur duo continere: primo, quod fiat: ſecundo, quod fiat eo modo; ideo ſi qualitas redditur impoſſibilis, valet diſpoſitio ſine qualitate. Anch. *d. conſ.*

24 219. *n.* 5. *& ſeq.* vbi late. † Amplia; quia qualitas non poteſt ſeparari à ſubiecto ſine diuino miraculo. Anchar. *conſ* 208. *n.* 17. quod eſt

25 Zab. *conſ.* 29. *n.* 12. † Amplia; quia ſicut conditio appoſita incontinenti ſuſpendit, & impedit diſpoſitionem, vt non habeat locum, niſi ſecundum conditionem, ita ſecundũ qualitatem. Anch. *d. cõſ.*

26 208. *n.* 17. Zab. *d. conſ.* 29 *n.* 12. † Amplia; quia qualitas conſiſtens in tempore, prout ꝙ diſpoſitio ſit reſtricta ad certum tempus & terminum, operatur, quod factum extra terminum nõ valeat, & lapſo termino ceſſat diſpoſitio. Anch. *conſ.* 214. *Franciſcus antiquus, n.*

27 15. *& ſeq.* vbi ponit plura exẽpla. † Declara, niſi qualitas conſiſtens in tẽpore ſit impoſſibilis; quia diſpoſitio valet ſine qualitate turpi, vel impoſſibili, & idem, ſi ſuperueniat impedimentum. Anch.

28 *conſ.* 219. *Mirum prima facie, n.* 5. *& ſeq.* vbi late. † Amplia; quia ſtatutum aliquid diſponens cum qualitate non habet locum, ſi ceſſat qualitas, veluti ſi ſtatutum diſponit, quod debitores deſcripti in libro Speculi per manum Camerarii communis non poſſint eligi ad aliqua officia, non habet locũ, ſi deſcriptio non eſt manu Camerarii, ſed alterius; quia non datur fides manui, niſi Camerarii.

29 Abb. *conſ.* 68. *Quanquam, in pr. lib.* 2. † Extende; quia diſpoſitio loquens in caſu iurato tactis ſcripturis non habet locum in diſpoſitione iurata non tactis ſcripturis. gl. *in c. vt circa, de elect. in* 6. quam

*30 dicit * communiter teneri Abb. *conſ.* 68. *in pr. lib.* 2. † Amplia in iuramento ſuper facto qualificato delicti; quia attendenda eſt qualitas. Signor. *conſ.* 240. *n.* 5. *& conſ.* 243. *n.* 5 *in fi. ver. præterea quid plus.*

31 † Extende in accuſatione qualificata; quia qualitas debet verifi-

32 cari, vt procedat. Sign. *conſ.* 139. *n.* 6. † Extende in inquiſitione qualificata; quia qualitas ſi non probatur, non poteſt ſequi condemnatio. Vide, *Inquiſitus de crimine qualificato quando poſſit condemnari, vel non, qualitate non probata. Concl* 184. † Limita; quia ſtipulatio

33 ad certũ tempus modificata ex cauſa finali, & ex veriſimili mente extenditur, licet non ſit dictum. Anchar. *d. conſ.* 219. *n.* 6. *& ſeq.* vbi ponit alia exempla de impoſſibilitate de impedimento ſuperueniente, vt fiat prorogatio. Vide Concl. prox. præced. Vide, *Prohibitio abſoluta, & cum modificatione in quo differant. Concluſ.* 904. Vide, *Simpliciter aliquid eſſe, vel ſecundum quid differunt. Concl.* 256.

Qualitas nociua attenditur, non quæ iuuat. Concluſ. 13.

QVANDO † ad eandẽ diſpoſitionẽ cõcurrunt duæ qualitates; 1
vna, quę nocet, altera, q̃ iuuat, ſi ſint æquales, attẽditur illa, quæ nocet. Roma. *conſ.* 413. *Quoad primum. n.* 18. & prius dixerat *in conſ.* 216. *Electio, n.* 2. *in fi. ver. ſecundo quod.* Ang. Aret. plene *conſ.* 15. *Attento, & diligenter, n.* 26. *ver. & prædicta quinto.* † Amplia; quia ꝓſtans 2
auxilium delinquenti qualificato, ſi ſciat qualitatẽ aggrauantem, punitur eadem pœna, communem * dicit Clar. *§ fi. q.* 90. *in pr. ver.* * *quinimo.* † Extẽde, vt procedat ẽt in qualitate ſuperueniente tempore delicti, vt ſi dedi auxilium ad interficiendum priuatum, vel 3
in loco priuato, fuit tamẽ interfectus, dum eſſet in magiſtratu, vel in Eccleſia. Bart. *in l. is qui opem, in fin. de furt.* vbi late. † Reſtringe in 4
qualitate accidentali, quæ non ineſt ambobus, vt ſi delinquens neget, pręſtans auxilium confiteatur, habebit beneficiũ cõfeſſionis. Bar. *d. l. is qui opem, ff. de furt.* vbi plene examinat materiã. † Am- 5
plia nedũ in qualitate, ſed ẽt in cauſa; quia ſi ad eandẽ diſpoſitionem concurrunt duæ cauſæ, vna, quæ nocet; altera quæ prodeſt, præualet ea, quæ nocet, vt eſt tex. *in l* 3. *§. fi.* vbi Bar. & alii *ff. ad Syllan.* Alex. *cõſ.* 100. *Ex inſpectione, in fi. n.* 17. *ver. ꝓterea etiã. lib.* 3. vbi pleniſſima apoſt. *in ver. nocet*, dat plur. conc. † Contrariũ, ꝙ imo attende- 6
bit illud, quod prodeſt, non aũt quod nocet, videtur text. *in l. ſi vir vxori, ff. pro donato.* Alex. *d. conſ.* 100. *n.* 7. *ver. ſexto, vbi duo, lib.* 3. vbi loquitur in concurſu duorum ſtatutorum. † Declarat Alex. 7
d. conſ. 100. *in fi. ver. fortificantur, lib.* 3. quia ſi duo ſtatuta cõcurrunt; vnũ, quod prodeſt; aliud, quod nocet; illud attenditur, quod magis fauet iuri communi, ne tollatur ius cõmune. † Reſtringe am- 8
pliationem, prout relatiue multis modis limitat apoſt. ad Alex. *d. conſ.* 100. *in fi. ver. nocet. lib.* 3. vbi plures ad hoc citat. Vide, *Cauſa permiſſiua, & prohibitiua ſi concurrant, attenditur nociua, &c. Concluſ.* 148. Vide, *Mixtura cui ex ſimplicibus mixtis applicetur. Concl.* 295. Vide, *Delinquens conſentire dicitur in pœnam delinquentib. impoſitam. Concl.* 189. Vide, *Vtile per inutile non vitiatur, & quando ſecus. Concl.* 373.

Qualitas loci eſt attendenda, & quando. Concl. 14.

QVALITAS † loci attẽdi debet, qñ denominatio ſit à loco, vt 1
in compromiſſo, vel alia diſpoſitione, per quã aliquid committitur Concilio, puta Conſtãtienſi; quia ſi Concilium ad alium locum conuocetur, etiam ſi ſint iidem patres, tamen ex quo non eſt Concilium Conſtantienſe, non cenſetur facta commiſſio, niſi cum iſta qualitate. Gemin. *conſ.* 65. *num.* 8. *& ſeq. ver. ex iis ergo concluditur.* Vide ſupra, *Qualitas diuerſa. Concluſ.* 3.

Qualitas quando idem operetur, quod operatur principale. Concl. 15.

QVALITAS † in diſpoſitione priuantẽ ita inducit priuatio- 1
nem, ſicuti ſubſtantia; ideo ſi quis ob priuationem incurrit in pœnam, ita incidit ex priuatione qualitatis, ſicuti ex priuatione ſubſtantiæ. Bart. *in q.* 8 *per Italiam, in fin princ. n.* 3. *ver. ſeptimo ſic.* allegat *l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte, ff. de verb. oblig.* vbi pœna ſtipulata ita committitur ex deficientia qualitatis, ſicuti ex deficientia rei, & ſubſtantiæ. † Contrarium; quia ſi pœna imponitur ob priuatio- 2
nem rei, non habet locum ob priuationem qualitatis ipſius rei. Bart. *d. q.* 8. *in ver. contra. n.* 5. *ver. tertio probo ſic.*

Qualitas quando eſt de ſubſtantia, debet plene probari, & exprimi, & quando ſecus. Concl. 16.

QVALITAS, † qñ eſt de ſubſtãtia, debet probari, ſicut factum 1
principale. Anch. *cõſ.* 253. *In q. Presbyteri Card. n.* 2. *ver. ergo qualitates.* vbi, ꝙ fama probara ſimpl. citer contra inquiſitum non releuat, niſi præcedat inquiſitionẽ. & captura, & habeat ortũ ab honeſtis perſonis, quæ qualitates debẽt ꝓbari. † Extende, ſiue quali- 2
tas ſit incluſiua beneficii, debet ꝓbari ab eo, qui ex tali qualitate includit beneficiũ ſuũ, vel odioſum aduerſarii. Bal. *conſ.* 20. *Super primo. n.* 5. *ver. & ſi dicatur. lib.* 5. vbi, qui allegat, aliquẽ non potuiſſe poſſidere propter certã qualitatẽ, debet probare. Vide † pluã ex- 3
empla per Ceph. *conſ.* 627 *per tot.* vbi ponit 8. exempla, in quibus qualitas requiſita debet ꝓbari ab eo, q̃ agit, & donec verificetur, non poteſt fieri fundamentũ ſuper qualitate. Abb. *d. conſ.* 42. *col.* 2. *ver. ſed iis nõ obſtantib. p tot. lib* 1. † Extẽde; quia vbicunq; quis vocari 4
poteſt ob ſpecialẽ cauſam, qui alias nõ poſſet per proclama vocari, neceſſe eſt ante omnia, quod cõſtet de illa cauſa, vel qualitate,

ex qua illud permittitur Rom.*cons.*208. *Hæc impetratio circa ſi. ver.*
5 *nunc autem*, vbi apoſtil. in *ver. probatio*, dat conc. † Extende in ſententia habente qualitatem; quia qui petit ſententiæ exequtionem, debet prius probare adeſſe qualitates requiſitas à ſententia.
6 Alex.*conſ.*137. *In cauſa, & lite, in fi. n.*26. *ver. præterea, li.*2. † Et legatarius, qui dicit bonâ fuiſſe in bonis, vel in dominio legantis, debet
7 hoc probare. Alex.*conſ.*171. *In cauſa & lite, n.*5. *& ſeq. li.*6. † Amplia, quia qualitas requiſita ad actum debet ſpecifice ꝓbari. Alex.*conſ.*
100. *Super primo caſu, col.*2. *n.*1. *ver. oportebat ergo l.*1. vbi apoſt. in *ver.*
8 *ſpecifice*. † Extende, vt procedat tam agendo, quã excipiendo; quia qui fundat ſuam exceptionem, vel actionem in qualitate, debet
9 probare. Alex. *d. conſ.*100. *n.*3. *lib.*1. † Extende; quia agens, vel prætendens beneficium tanquam hæres, debet probare ſe hæredem; quia iſtud eſt præambulũ diſpoſitionis ſtatuti diſponentis, quod hæres habeatur pro poſſeſſore à die aditæ hæreditatis. Sign.*conſ.*
188. *nu.*2. *in fin. ver præterea ad hoc vt habeat, & n.*3. *ver. præterea, vt ſupr.*
10 † Declara tamẽ, quia ſi agitur iudicio ſummario exequtiuo qualitas præambula, probatur ſummarie, & ſemiplene ſecundum naturam iudicii in ordinario iudicio plene Signor. *conſ.*250. *n.*2. *&* 3.
11 † Amplia, vt procedat in omni ꝓmiſſione qualificata; quia quoties aliquid proferũr cũ qualitate, debet vtrunq; probari, videl. adimpletum eſſe, & etiam qualitas. Alex.*conſ.*119. *Viſo proceſſu, n.*3.
12 *ver. ergo ad hoc, lib.*1. † Et proceſſus, ſeu captura, quæ dabatur contra defunctum permiſſa contra hæredem, ita dem ũ procedit, ſi conſtat, quod ſit hæres; quia nõ ſufficit, quod ſit filius, niſi probetur
13 qualitas, quod ſit hæres. Rol. à Val.*conſ.*20. *per tot. lib.*1. † Et idem è converſo filius agens vti filius, vel proximior agnatus debet hoc probare, quia eſt qualitas ſubſtãtialis. Rol. à Val.*conſ.*32. *n.*13. *& ſeq.*
14 *lib.*3. *& conſ.*10. *n.*22. *& ſeq. lib.*3. † Amplia, vti etiam procedat in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, qa ſi aliquid à lege, vel ſtatuto profert cũ qualitate, debet illa qualitas probari. Alex.*conſ.*172. *Viſis & opportune diſcuſſis, n.*5. *ver. nam quando, lib.*2. allegato Io. Andr. in *c.*1. *de homicid. in* 6. dicentem inno. eualiſſe quendã; quia licet eſſet probatum aſſaſſiniũ, nõ tamen in Chriſtianũ. Deci.*conſ.*589. *In cauſa, quia in ciuitate*, vbi, quod ſtante ſtatuto, quod filia dotata à patre nõ ſuccedat patri, nõ habet locum, ſi pater nõ dotauit de ſuo; quia qualitas debet probari. Bal.*conſ.*2. *Verba ſtatuti, in ſi. n.*5. *ver. ſed interdũ, lib.*1. vbi, quod ſtatutum excludens filiam dotatã nõ habet locũ, niſi ꝓbata qualitate, ꝙ ſit dotata ab eo, à cuius hereditate excluditur. Bald.*conſ.*198. *Statutum ciuitatis in pr. li.*2. vbi loquitur in ſtatuto puniente ciues, vel habitatores cõducentes vinũ forenſe, vt debeat probari qualitas, & de ſtatuto remouente reductionẽ certis caſibus, debet qualitas probari. Soc.*conſ.*220. *n.*9 *&* 10. *li.*2. Anch.
15 *conſ.*253. *In quæſtione, n.*3. vbi quod quãdo qualitas eſt de ſubſtãtia, nõ ſufficit probatio ſimplex. † Extẽde; qa qualitas eſt de ſubſtantia ſtatuti, & debet neceſſario deduci in libello. quãdo ſtatutũ dicit, quod quis nõ admittatur ad probãdum poſſeſſionẽ, vel quaſi prælentandi ad beneficia, niſi ſit immemorabilis, quia nõ ſufficit in libello deducere poſſeſſionẽ annor. 50. & vltra, ſed debet ſpecifica, & clara immemorabilitas libellari, alias libell⁹ reiicit. Cum.
16 *conſ.*77. *Ad primum dicendum, in pr.* † Extende, quia ſtante ſtatuto, quod cauſa turbatæ, & inuaſę poſſeſſionis ſit ſummaria, ex quo de iure cõmuni eſt ordinaria, ſi quis intentat alterã ex duabus actionib⁹ ſtatuti, debet in libello exprimere qualitatẽ, alias cẽſetur viã ordinariã eligere. Caſt.*conſ.*224. *Statuta ſupra relata, lib.*1. vbi eſt cauſus, & apoſt. ad Roma.*conſ.*144. *in ver. Io. Andr.* citat infinitos. † Ex-
17 tẽde in qualitate requiſita ad fundandã iuriſdictionẽ, vt quia cõſules nõ poſſunt ꝓcedere, niſi in cauſis certæ ſummæ, debet in libello deduci, quod ſit de illis, & probari, alias libellus reiicitur & parte non opponente. Ang. de Peruſ.*conſ.*6 *Lata eſt, in pr.* † Et maxime, quando ſtatutum eſt exorbitãs à iure, late Tiraq. *de retract. lignag.* § 8. *gl.*7. *in pr.* † Declara, quia qualitas vel circũſtãtia, quæ nõ
18 dat originẽ actioni, vel iuriſdictioni, nõ debet in libello neceſſario exprimi, quia videtur intentãs actionẽ deducere cõ comitantias, quę ſunt neceſſarię ad exercitiũ, ſec⁹ ſi ipſa qualitas dat originẽ actioni, quia debet exprimi, & ꝓbari. Anch. *cõſ.*317. *Exhibitis, n.*
19 2. vbi, ꝙ agens hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſorem nõ tenetur exprimere, ꝙ principalis nõ ſit ſoluendo, quia hypotheca eſt nata à principio, ſed exercitiũ impeditur ſub cõditione, ſi opponatur ꝑ tertium, & nõ probetur per actorem nõ eſſe ſoluendo. † Re-
20 ſtringe, qñ à communiter accidentib. illa qualitas meſt; quia licet non probetur, ꝑſumitur, nam *c.*1. *de homic. in* 6. imponens pœnam aſſaſſinii illi, qui ꝑ pecuniã interficit, vel interfici mandauit Chriſtianum, hæc qualitas quod interfectus eſſet Chriſtianus, ſi nõ eſt probata, nõ habet locũ pœna aſſaſſinii, ſed tamen cõratium dicit Clar. in § *aſſaſſinium, n.*2. vbi, ꝙ ex quo in terris fidelium oẽs communiter ſunt Chriſtiani, licet nõ ſit ꝓbata iſta qualitas, meſt præſumptiue, niſi ꝓbetur contrariũ, & contrarium dicere eſt libellare. † Reſtringe; qa ſufficit, ꝙ virtualiter, & tacite ſit deducta, puta, ſi ſtatutum dicit, quod cõtra accuſatũ libellus debeat cõmitti delũ accuſari, ſi accuſans dicit, ipſum puniri iuxta formã ſtatuti, dolũ deducit in neceſſariã conſequentiã, & ſufficit. Rom.*cõſ.*106. *Viſo themate, col.*1. *in fi.* † Amplia in delatione iuramẽti ſup facto quod efficato; quia qui vult probare falſum eſſe iuratũ, debet probare qualitatem facti qualificati. Sign.*conſ.*240. *n.*5. *ver. ſed in caſu noſtro.* † Amplia, ꝙ neceſſario qualitas in inquiſitione furti debet exprimi, videl. quod cõtrectauerit res mobiles animo lucrãdi, aliter procedit; quia iſta qualitas eſt neceſſaria ad furtũ. Rom.*conſ.*24. *Inquiſitio, in pr.* vbi apoſt. in *ver. Io. Andr.* citat infinitos. † Amplia ad effectum *c.*1. *de homicid. in* 6. vt quis teneatur de aſſaſſinio, debet probari factũ, & qualitas, quod pecunia interfici mãdauit Chriſtianum; vnde probato mãdato ꝑ pecuniã, & interfectione hominis, ſi non probatur qualitas, quod interfectus eſſet Chriſtianus, nõ tenetur de aſſaſſinio. Alex.*conſ.*82. *Viſo proceſſu, n.*14. *lib.*3. *& conſ.*
172. *col.*2. *lib.*2. † Amplia; quia ſtatutum puniens abducentẽ inuitam honeſtã, vel bonæ cõditionis, ille nõ poterit puniri, niſi qualitas honeſtatis poſita in ſtatuto ſit ꝓbata, late Marſ.*conſ.*96. *n.*6. *& ſeq.* vbi plura ſimilia, plenius *ſing.*187. *ꝓtor.* † Extende de ſtatuto di
Bononiæ puniente abducentem filiam familias inuitã; quia debet probari qualitas, ꝙ inuitam abduxerit, qñ reus fatetur, quod abduxit volentem, nõ autem inuitã, & ſalte ſi puella hoc fatetur, ꝙ fuit de voluntate ſua, non punitur pœna ſtatuti. Alex.*conſ.*114. *& ſeq. ver po to, lib.*3. † Extende, vt idẽ ſit in ſtatuto puniente eum, ꝙ abduxerit, ſeu violauerit mulierẽ honeſtæ vitæ; qa hæc qualitas debet probari, ꝙ ſit honeſtæ vitæ, alias non põt obtinere. Capyl. *cõſ.*57. *col. pen. ver. poſtremo*, & eſt cõmunis opin. Bertaz.*conſ.*50. *n.*
infinitos adducit Maſc. *Concl.*1248. *n.*21. † Contrariũ tenent plures, quos idẽ Maſc. *d. Concl.*1248. *n.*22. citat. † Declara ibi n. 23. vt
prima ſit cõmunis, & ſeruetur, qñ agitur de pœna ſtatuti, vel quãdo ſtatutum diſponit aliter, quã de iure cõmuni, ſecunda procedit in terminis iuris cõmunis, vel quãdo agitur de ꝑiudicio tertii. Bertaz. *d. cõſ.*50. vbi declarat multis modis, vt prima deſtruatur de iure. † Extende in ſtatuto Argẽtę, quod Caligarius tenetur denunciare pelles intra certũ terminũ, & ſoluere datium, alias incurrant pœnam; quia niſi ꝓbetur qualitas à ſtatuto requiſita, ꝙ accuſatus ſit Caligarius, nõ põt ſequi condemnatio. Alex.*cõſ.*172. *Viſis, n.*4. *in fi. ver. quinimo, lib.*2. *& n.*5. vbi plena apoſt. in *ver. probat.* dat plurimos conc. † Extende; quia vbi qualitas legis vel ſtatuti inducitur, illa debet omnino probari, & allegari, qa aliũ ſufficit eſſe verum, niſi conſtet verum. Ceph.*conſ.*327. *n.*6. *& ſeq.* vbi idem dicit in qualitate inuentarii ſpe certiſſima, &c. *lib.*3. † Extende, qa ſtatutũ Florentiæ dictans, quod retagliatores nõ poſſint extra alcũm mercãtiæ apothecaliter retagliare pannos laneos, vel lineos ſub pœna, requirit probationem qualitatis, ꝙ apotheca liter fecerint, alias probatio, quod retagliauerint ſine apotheca, nõ relevat & debet abſolui. Abb.*conſ.*78. *Viſo tenore proceſſu, in pr. li.*1. † Extende, quia ſtatutum Bononiæ puniens captam & abductam publice libidinis cauſa in pœnam mortis, non poteſt habere locum, quãdo qualitates prædictæ à ſtatuto expreſſe nõ ſunt deductæ in quæſtione, neque confeſſatæ. Alex.*conſ.*1. *n.*22 *verſ. nõ obſtat ſequens pars, lib.*3. † Extende, quia *c.*1. *de homic. in* 6. puniens eum, qui peraſſiſinium facit interficere Chriſtianũ, ſi probatur, quod quis fecit aſſinium facit interficere Chriſtianũ, ſi probatur, quod quis fecit interficere per aſſaſſinium hominẽ, & non probatur qualitas, quod interfectus eſſet Chriſtianus, nõ eſt locus pœnæ *d. c.* Alex. *d. conſ.*
*n.*23. *& ſeq. v. hoc probo. lib.*3. *& conſ.*172. *Viſis, & opportune, n.*3. *ver. ſtudeo dicit Io Andr. lib.*2. & iterum *conſ. in Viſo proceſſu, n.*3. *ver. & videmus*
*que, lib.*2. † Amplia generaliter vbicumque agitur de pœna imponenda vigore alicuius legis, vel conſtitutionis, oportet, quod eius qualitates conſtitutionis verificentur, alias pœna nõ habet locũ. Hiero. Tortus *conſ. ſuo*, quod eſt poſt conſilia Ant. de Bur. n. 106. dicit *cõmunem; quia quãdo qualitas eſt cauſa alicuius effectus, non ſufficit probare factũ, niſi punctualiter probetur qualitas, & deducatur, vt ibi n.*2. & repetit *n.*7. Alex. *conſ.*1. *n.*22. *& ſeq. non obſtat ſequens pars, li.*3. Clar. in *praxi crimin.* § *fi. q.*85. *n.*9. *ver. non agnoſcit*, vbi dicit *coẽm. † Amplia; qa ſiue qualitas cõſtitutiua in tẽpore, ſiue in loco, ſiue in alia ſubſtãtia, ꝙ vult agere vel obtinere, debet qualitatẽ probare. Bart. *conſ.*209 *Viſo ꝓtor. li.*1. † Amplia; quia qualitas, q̃ allegatur ad ꝓparationẽ cauſæ, debet ante omnia conſtare, vt *ignorat*, & ibi Bald. *C. qui accuſ. nõ poſſ.* multo magis, quãdo qualitas eſt neceſſaria ad deciſionem cauſę, debet de illa conſtare, vt cauſa decidi poſſit. Hiero. de Torris *d. conſ. poſt conſ. Ant. de Bur. n.*7. † Extende, quia ad hoc, vt contia ceſſantem poſſit fieri citatio proclama, debet prius conſtare, quod ſit ceſſans, qua ex pręſumptione qualitate deueniendum eſt ad proclama. Rom.*conſ.*111. *Allegato*

nes,nu.4.ver.secundo moueor, vbi plena apost.in *ver singulari* dat con-
39 cord.†Extende;quia priuatio emphyteutæ ob canonem non so-
lutum necessario requirit declarationē domini; quia debet pce-
dere priuationē,quæ inducitur,si domino placuerit; ergo debet
constare,quod placeat ex declaratione.Rom.*d cons.212.in fin.n.8.*
40 †Amplia;quia quando sumus in prohibitis absolute,sed ex certa
causa illud prohibitum relaxatur,debet illa certa causa,quæ facit
recedere à ꝓhibito,probari in individuo,vt de patre ꝓhibito do-
nare filio,de marito vxori, nisi ex causa benemeritorū donet, qa
debet ille, qui nititur in meritis, illa probare, nec sufficit assertio
donantis in genere etiam cum iuramento .Tiraq.in *l.si vnquam,in*
41 *ver.donatione largitus,n.89.& seq.C.de reuoc.donat.* †Extende in plu-
ribus exemplis,de quibus in *ver.Assertioni gerētis actum ex causa per-*
42 *missum.Conclus.331.*†Extende,quia habens regulam pro se dicitur
habere intētionem fundatam, & qui fundat se in limitatione, vel
qualitate, debet probare.Dec.in *l.1.n.8 ff.de reg.iur.*Iaſ.in *cætera,*
43 *n.3.& 4.ff.de leg.1.* †Amplia,vt multo magis procedat in causa cri-
minali; quia inquisitus super dispositione statuti, vel legis, non
potest cōdemnari, nisi qualitas requisita à lege, vel statuto, super
quo inquisitio sit fundata,sit verificata. Corn.*cōs.216.In causa ver-*
44 *tente,n.3.ver.ius tamen non obstantibus,lib.3.*† Extende in pœnalibus;
quia vbi factum qualificatum requiritur,ad hoc, vt pœna incur-
ratur,non sufficit factum sine qualitate. Gemin.*cons.78.n.3.in fin.*
45 *ver.item vbi requiritur.* † Amplia,etiam si esset verificata per fictio-
nem;quia debet verificari vere,& ꝓprie,maxime in dispositio-
ne statuti.Fed.de Sen.*cons.44.Factum tale*,vbi pœna,quæ duplicatur
committenti maleficium tali die, non habet locum de nocte
46 annexa diei,quæ ꝓprie non est dies.† Amplia;quia qualitas ex-
cusans delinquentem debet probari plene, nec sufficit præsump-
tio.Fed.de Sen.*cons.58.* qui loquitur de eo,qui interfecit bannitum;quia habens certam qualitatem poterat impune offendi,vt
47 debeat constare de qualitate. † Amplia in qualitate præuētionis;
nam delinquens, cui remittitur medietas pœnæ, si ante proces-
sum cœptum obtinuerit pacem ab offenso, debet docere,quod
ante cœptum processum pacem habuerit, nec obstat, quod eadē
48 die facta sit.Fed.de Sen.*cons.58.in fi.* † Amplia;quia articulata ali-
qua exceptione probanda cum qualitate personæ, & temporis,
debent testes deponere de persona,&de tempore,alias non pro-
49 bant.Bart.*cons.43.Super quæstione,in prin.lib.1.*†Amplia in qualitate
facti tempore congruo;nam non sufficit probare factum, nisi et-
iam,quod tempore debito;quia nō attenditur factum, sed quod
debuit fieri.Fed.de Sen.*cons.152.nu.2.ver.sed vt est dictum,& num.3.*
50 †Amplia in qualitate criminis,quæ debet probari,vt si inquisitio
dicat,quod vulnerauit percutiendo per punctam, non sufficit,si
per taglium dicat vnus testis, & alter per punctam;quia sunt con-
trarii;& ideo singulares,& non probant Fed. de Sen.*consil.162.D.*
51 *Grisole,per tot.*†Extende,vt pœna *l.si quis incesti. C. de incest.nupt.*pu-
nientis contrahentes incestas nuptias de iure ciuili non habeat
locum, si quis contrahit incæstas nuptias de iure Canonico, sed
non de iure ciuili; quia licet ius Canonicum attendatur solum,&
non ius ciuile, quando nuptiæ sint incæstæ, vel non;tamen pœna
non committitur,quę cum qualitate incestarum nuptiarum iuris
ciuilis est imposita. Cald.*cons.465.* aliàs 2.*de consanguinit.*vbi late.
52 †Extende in scientia delinquentis; quia sicut scientia associantis
delinquētem post delictum est necessaria in associante, videlicet
quod sciuerit commisisse eum delictum,alias non punitur,ita tā-
quam de substantia debet probari, alias nō potest torqueri, neq;
puniri,quantumcunq; testes deponant, quod associauit post de-
lictum ipsum delinquentem. Bald. *cons.41.Præsupposito statuto,n.5.*
53 *versic.sed alij testes, lib.5.* † Extende in qualitate delicti commissi de
nocte, quod maiorem pœnam exigit propter noctē;quia si statu-
tū declarat, qualiter nox intelligatur,debet probari qualitas no-
ctis secundum statutum. Ang.*cons.194. Visis processibus,colum 3.ver.*
54 *porro licet vera sint.*† Extende,vt idem sit,si statutum puniat offen-
dentem aliquem in domo propriæ habitationis in duplum, quia
non sufficit probatio,quod fuit offensus in domo propria, vel in
domo propriæ habitationis,nisi probetur,quod esset propria ha-
bitatio tempore delicti.Ang.*d cons.194.col.3.ver porro licet vera sint.*
55 † Extende, vt idem sit in delicto, quod per accusationem narra-
tur commissum in vno loco, & probatur cōmissum in alio loco;
quia non potest sequi condemnatio,sed debet absolui ab instan-
tia,quando proceditur per accusationem. Ang.*consil.217.In causa*
56 *accusationis,n.9.vsq; ad fin.ver.reuertor.*† Extende,etiam si reus con-
fessus esset delictum,& essemus coram delegato;quia non potest
condemnare,si accusatio est in vno loco,& probatio delicti in a-
57 lio.Ang.*d cons.217.colum.5.ver.reuertor igitur.*† Restringe,quando
delictum esset probatum per confessionē rei;quia licet in vno lo-
co sit inquisitio, vel accusatio;tamen iudex ordinarius potest illū
condemnare ex confessione. Ang.*d.cons.217.n.9.ver.reuertor,vsq; in fi.*† Restringe,quando proceditur per inquisitionem;quia licet 58
dicatur inquisitum percussisse cū sanguinis effusione;tamen si ꝓ-
batur percussio,& non effusio sanguinis,potest cōdemnari de pe-
cussione. Bal.*cons.152.Plura tanguntur,in fi.lib.1.* vbi,quod hanc opinionē sequūtur boni assessores. Ang *d cons.217.n.5.* & latius *n.9.*
ver.reuertor, vbi hoc dicit ꝓcedere in ordinario; secus in delegato.
† Amplia in vsurario manifesto,quia debet probari hæc qualitas, 59
quod sit manifestus, ad hoc, vt testamentum illius irritetur, alias
qualitas ista superabundaret. Cald.*cōs.503.* alias *5.de vsur.*& quod
sine qualitate manifeste nō sufficiat probare, q̄ sit vsurarius. Bal.
plene *cons.394.In causa Ludouici,lib.2.* vbi,quod duo requiruntur,fa-
ctū,& qualitas, videlicet quod sit vsurarius, & quod manifestus;
ideo cum ex qualitate resultet effectus, vt sit intestabilis, probari
debet;& quia vsurarius, non tamen præsumitur manifestus:ideo
qualitas est probanda.Bal.*cons.311. Quidam Thomas,nu.2.& seq.ve-*
ne ad secundum,lib.2.& cons.459.n.2 & seq.& cons.465.in pr.& per tot.
lib.4. † Extende in tantum, vt qualitas ista non censeatur proba- 60
ta,etiam si testes deponant de publica voce,& fama vsurarii,quia
fama refertur ad vsurarium, non autem probatur, quod manife-
stus,& sic qualitas non probatur.Bal.*cons.394.n.9.ver.videamus ergo,*
lib.2.& cons.459.Visa dicta petitione,num.2.& seq. vbi qualiter ista
qualitas probetur,*lib.4.* maxime *n.4.in fi.ver.nec probatur manifeste.*
†Extende,vt multo minus hæc qualitas probetur,quando agitur 61
cōtra defunctum de crimine vsurarum; quia probatio facta post
mortem,quæ faceret manifestum,si esset facta in vita vsurarii,nō
trahitur retro vt manifestum,quod hodie probatū fuerit tempo-
re testamenti,quod procedit etiam,quando testes depositissent,
fuisse vsurarium multo ante mortem. Bal.*d.cons.459.nu.5.ver.item*
*diligenter,lib.2.*vbi late,qualiter dicatur manifestus. † Extende,qa 62
libri vsurarii debēt exhiberi in iudicio, sed si nō constat de quali-
tate,quæ confert hoc beneficium,videlicet q̄ sit vsurarius,nō est
locus priuilegio; quia qualitas ante omnia debet probari, si ex ea
confertur beneficiū, de quo agatur.Rom.*cōs.226.Vltra prædicta,n.*
3.& seq.ver.quarto idē.† Amplia in omni qualitate tēporis,quando 63
tempus est de substantia.Bal.*cons.106.n.1.in fin.ver.primum est.lib.1.*
† Extende,quia si Capitaneus armorum tenetur ad debita suorū 64
militū contracta certo mense,petens debitum à Capitaneo tanq̄
tali,debet probare,quod sit contractū illo mense,pro quo Capi-
taneus tenetur.Bald.*cons.107.Magnificus D.Malatesta,circa fi.ver.sed*
hic est aduertendum,lib 1.† Amplia,quia vbicunq; certo casu statu- 65
tum disponit contra ius cōmune,existentia talis casus debet pro-
bari,vt statutum habeat locum Bal. *cōs.399.Quod non sit.n.5.ver.&*
si dicatur,lib.5.† Et idē in constitutione Episcopali,quod vsurarius, 66
& eius hæres compellantur exhibere libros;quia illa qualitas vsu-
rarii debet plene probari,& nō sufficit ꝓbatio per testes singula-
res.Abb.*cons.42.Ex multis,col.2.ver.sed iis non obstantibus per tot.lib.1.*
†Amplia;quia vbicumq; qualitas respicit substantiā,illa debet o- 67
mnino adesse, nec potest separari, etiā si simus in materia,in qua
reiicitur conditio, & qualitas, prout in legitima relinquēda sine
cōditione,& sine grauamine;quia licet si apponatur cōditio, ha-
beatur pro non apposita;secus est,si cōditio respicit substantiā le-
gati, veluti si pater legat filio libros,& vestes doctorales ipso effe-
cto Doctore,vel si legat alimēta filiæ in casu viduitatis;qa dicitur
pterita,ex quo conditio talis non potest reiici.Bal.*cōs.414.Dicit*
*statutum.per tot.*maxime *in fi.lib.5.*†Amplia;quia quando ad exclu- 68
sionem alicuius beneficii requiritur aliqua qualitas,illa debet in-
tentari,& probari, alias nō inducitur exclusio,etiam si probetur,
quando nō fuit intentata.Bal.*cons.425.Præsupposito.quod,lib.5.*†Ex- 69
tende,vt idem sit, q̄n certa qualitas exaggerat delictum; quia nō
sufficit,quod qualitas probetur,nisi sit intētata.Bal.*d.cons.425.lib.*
5.†Amplia,quia si potestas ꝓcedere potest solū in causis à cētum 70
libris supra,& cœpit causam hæreditatis cognoscere,opponitur,
q̄ non ascendat ad centū libras, qui vult causam,& iurisdictionē
remouere,debet probare. Alex *cons.57.Perspectis,n.5.& 6.ver.si quis*
etiam,lib.2.†Amplia in qualitate requisita ad fundandam iurisdi- 71
ctionem,vt quia consules incertis causis mercium solum possunt
procedere; quia nedū requiritur probatio, quod causa sit de illis
sub iurisdictione cōsulum, sed etiā debet hoc exprimi in libello,
alias libellus reiicitur,etiam parte non opponente.Ang.de Perus.
consil 6.Lata est sententia,in pr. † Amplia in statuto Bononiæ,quod 72
mors probari possit per tres testes omni exceptione maiores; qa
non sufficit probatio per tres testes, nisi qualitas probetur, q̄ sint
omni exceptione maiores. Alex.*cons.82.In causa vertēte inter Petrū,*
*n.3.lib.1.*Rol.à Vall.*cons.3.nu.41.& seq lib.1.* qui dicit multa exem-
pla,in quibus qualitas probanda est, quādo quis agit vt talis,&in

statuto Bononiæ idem Rol.*conſ.*84.*n.*9.*lib.*3.vbi*n.*10.dicit*communem,vide plene Boſſ.*tit. de falſis,n.* 47.vbi plurimos allegat tenentes,quod quando teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, prout quando non inſtrumentarii deponunt contra inſtrumentum,debet hæc qualitas probari,& pleniſſime Benintend.*dec.* 62.*n.*14.*& ſeq* Marſ.*ſing.*187.*& conſ.*96.*n.*2.*& ſeq.* plene Cæp.*conſ.*
73 57.*Franc.n.*7.*inter criminalia*,ſequitur Ceph.*conſ.*350.*n.*23.*lib.*3.† Et idem tenet Lap.*alleg.* 58.& quod qualitas ſtatuti nedum adduci,
* ſed probari debeat,eſt communis* opinio.Soc.Iun.*conſ.*6.*n.*2.*lib.* 1.vide Alex.*conſ.*172.*Viſis,& opportune,n.*5.*lib.*2.vbi plena apoſt.dat plurimos concord.Gemin.*conſ.*78.*n.*3.*in fin.ver.item vbi requiritur.*
74 † Contrarium,quod imo qualitas teſtis omni exceptione maioris,vel bonę famę,non ſit probanda;quia præſumitur.Feli.in*c.cũ Ioannes.de fid.inſtr.n.*44.*in fi.ver.an autem oporteat*,vbi allegat Franc. de Ramp.in*auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falcid.*quia quilibet præſumitur bonus & idoneus;ideo non debet probari.Io.de Im.in*l.* 1.*§.ſi quis neget,nu.*10.*ff.quemad.teſt.aper.* vbi,quod quilibet præſumitur bonæ opinionis & famæ,Barb.in*c.tertio loco,de prob.*conſuluit Io.de Ligna.& Franc.de Rampo.vt refert Io.de Imo.*d.l.*1.*§.ſi*
75 *quis neget.ff.quemad.teſt.aper.* † Et facit pro contrario;quia qualitas, quæ ineſt à natura præſumptiue, transfert onus probandi in aduerſarium.Rol.à Val.*conſ.*46.*n.*48.*& ſeq.lib.*3.Vide,*Præſumptio operatur multa,& quæ.Cõcl.*634.
76 † Declara;quia quando qualitas non præſumitur, illa omnino probari debet, prout quod teſtis ſit omni exceptione maior,quia tunc debet probari;quia licet omnis teſtis præſumatur bonus,& idoneus,non tamen omni exceptione maior,ita Petr.Surd.*cõſ.*73.*n.*39.vbi plures allegat;ſi vero qua-
* litas præſumitur,tunc non eſſet probanda,& hanc*communem
* dicit Benintend.*dec.*62.*n.*19.vbi late pro vtraq; parte,& ita*communiter ſeruari in practica dicit Curt.*tract. de teſtib.concl.*35.vbi,& ita debet intelligi Ang.in*l. tabularum. §. quædam autem.ff.quemad.*
77 *teſt.aper.* † Contrarium,quod teſtes præſumantur omni exceptione maiores,niſi contra eos aliquid ſit probatum.Curt.Sen.*conſ.*55.*n.*3.Soc.Iun.*conſ.*29.*n.*26.*lib.*2.vbi,quod qualitas iſta eſt intrinſeca,& ineſt naturaliter. Curt.in*tract.de teſtib.concl.*35.& ita conſuluiſſe Io.de Lignano.& Franc.de Ramp.dicit Imo*d.l.*1.*§ ſi quis neget,n.*10.*ff.quemad.teſt.aper.*pro quibus dicit eſſe tex.in*auth.* ex qua ſumitur,*Auth.ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* vbi text.requirit tres teſtes optimæ opinionis,& non requiritur hæc probatio.& idem
78 tenet Dec.*conſ.*162.*In cauſa matrimoniali,nu.*12.*ver.ſed ad iſta.*† Declara ſecundo,vt ſi requiratur aliquid in ſuperlatiuo gradu, puta quod teſtes ſint optimæ opinionis; quia hæc qualitas non preſt, neq; præſumitur in ſuperlatiuo, tunc ſit probanda, ita diſtinguit Io.de Imol.*d.l.*1.*§.ſi quis neget.n.*10.*ff.quemad.teſt aper.* & ita per plu-
ra tenet Soc.*conſ.*274.*In cauſa domina Liſæ,n.*11.*& ſeq.lib.*2.ſequitur
79 Paris.*conſ.*24.*nu.*17.*lib.*3.† Contrarium,quod imo etiam iſto caſu non ſit neceſſaria probatio qualitatis, facit tex.in*auth.* vnde ſumpta eſt*auth.ſed cum teſtator. C.ad leg.Falcid.* vbi,quod ibi requiruntur teſtes optimæ opinionis, & tamen non requiritur probatio ſtius qualitatis,& refert Imol.*d.§ ſi quis neget*,quod ita in facto per
80 illum text.conſuluerunt Io.de Lign.& Franc.de Ramp.† Declara igitur, & hæc videtur vera, quod ſi qualitas requiritur à lege, vel ſtatuto; tunc qualitas probari debet, quando in ſuperlatiuo requiritur,& ſolum duo teſtes, vel tot,quot requiritur,ſunt examinati; ſi vero plures, quã numerus neceſſarius,tunc qualitas nõ eſt probanda,ita Dec.*conſ.*162.*In cauſa matrimoniali n.*14.*ver.tertio reſpondetur*, vbi allegat Barbat.*conſ.*4.*lib* 3.*& conſ.*28.*lib.*4.& idem conſuluit Soci.Iun.*conſ.*29.*n.*26.*lib.*2.vide omnino in*ver. Præſump-*
81 *tio operatur.Cõcl.*634.ſupra allegata*n.*75.† Declara,vt per Purpur. in*l.admonẽdi,n.*165.*ff.de iurei.* vt bonum ſit probare qualitatem teſtium in actu practico,& ante eum idem dixit ibi Ripa*n.*104.& i-
82 ta dicit ſeruari in practica Curt.in*tract. de teſtib.concl.*35.† Extende in omni materia, in qua teſtes debent eſſe qualificati,puta omni exceptione maiores; quia ſi nõ eſt articulata, & probata qualitas etiam quod reuera eſſent tales,non releuat probatio.Grat.*conſ.*2.
* *n.*35.*lib.*2.vbi dicit*communem. Soc.*conſ.*274.*n.*11.*lib.*2.Crau.*de*
83 *antiq.temp.fol.*74.*n.*36.† Idem,ſi teſtes debẽt eſſe graues perſonæ, prout quando deponunt de auditu, quia probanda eſt qualitas.
84 Alex.*d.cõſ.*82.*n.*2.*ver.præterea dictus teſtis.lib.*1.† Extende,quia nedũ qualitas ſtatuti eſt probanda, imo etiam requiſita ad qualitatem, ideo ſi ſtatutum dicat,quod filia dotata in vita non ſuccedat, nõ ſufficit dotatio in teſtamento,multa ſimilia plene Crau.*cõſ.*486. *Scripſi pro Bartholomæo.in pr.& conſ.*504.*Dercetum marchionale,in pr.* idem in ſtatuto excludente filiam legitime dotatam; quia nõ ſufficit probare,quod dotata,niſi quod congrue ſit dotata.Soc.*conſ.*
85 207.*in pr.lib.*2.† Extende,vt procedat in tantum,quod non excedat perſonã qualificatã,ideo ſtatutũ excludens filiam à patre dotatam non excludet neptem ex filia; quia qualitas non concipi-
nepti.Crauet.*d.conſ.*504.*in princ.* † Extende,quia ſtatuti beneficio non gaudet,qui qualitatem, & formam ſtatuti non ſeruat.Crau.*conſ.*644.*nu.*6.*&* 848.*n.*4.† Extende maxime,quando contra teſtes ſunt oppoſitum,& probatũ,quod non ſunt integri,quæ nunc bene verum eſt,quod non probant. Pariſ.*conſil.*83.*n.*21.*& ſeq.lib.*1. † Extende in teſtibus,qui ſubſcripſerunt ſcripturam priuatam,vt concurrat eum inſtrumento,quia debent eſſe bonæ & integræ opinionis,quæ debet probari. Soc.*conſ.*274.*n.*10.*& ſeq.lib.*2.ſequitur Rol.à Val.*conſ.*84.*n.*10.*lib.*3.vbi allegat Negu*l. de pign.in fin. in* 2.*memb.n.*47.*ver.tertio requiritur.* Rip.in*l.admonendi,nu.*104.vbi Purpur.*n.*165.*de iureiur.* & atteſtatur Rol.*communem.† Extende in vno teſte, quando deferri petitur iuramentum in ſupplementum,quia non debet deferri, niſi ſit omni exceptione maior, & ſit probatum Petr.Surd.*conſ.*73.*n.*39.† Amplia,quia qualitas requiſita ad actum eſt omiſſa, vitiat actum,ſed tamen debet alle-
gans nullitatem, vel delictum ex omiſſione qualitatis probare, quod potuerit adhiberi.vide Crau.*conſ.*366.*n.*12.*& ſeq.*vbi plurima exempla ponit in marito, qui priuatur lucro dotis, ſi medicũ nõ adhibuit, certe intelligitur, quatenus medicus eſſet in loco-
Quasi possessio eligendi, vel præsentandi ex quibus probetur, Concl. 35.

1 QVASI † possessio eligendi, & præsentandi probatur ex electione, vel præsentatione facta per Capitulũ, vel Canonicos, vna cum subsecuta possessione, & communi reputatione, licet non constet de institutione, vel confirmatione; quia præsu-
2 mitur. Fed. de Sen. *cons.* 61. *n.* 2. *v. & ista possessio.* † Amplia; quia quasi possessio eligendi, vel præsentandi probatur eo ipso, quod de ea apparet, & non constat de contradictione, neque quod fuerit
3 nfirmata. Fed. de Sen. *d. cons.* 61. *n.* 2. *ver. cõtra hoc opponit Episcopus, &* n. 4. vbi, quod sufficit eligentibus custodire actum electionis. & confirmanti custodire actum confirmationis, vt quisq; suã quasi
3 possessionem probare possit. † Bald. *cons.* 32. *in fi. n.* 4. *ver. illud etiam, lib.* 1. requirit, quod constet, quod habuerit effectũ; quia si est expulsus, vel etiamsi non constat, an sit admissus, vel repulsus, non releuat, & hanc partem tenet Rota, q̃ constet electionem fuisse sortitam effectum. Palæot. *dec.* 278. Ioan. de Sylu. *de ben. par. 2. q. 7.*
4 † Cald. dicit, quod ad hoc, vt quasi possessio præsentandi acquiratur, requiritur actus præsentationis; secundo, q̃ fuerit confirmata, seu admissa; tertio, quod rector habitus fuerit pro tali; quarto requiritur ad hoc, vt quasi possessio releuet, bona fides præsentantis, & quod crediderit vti iure suo: item q̃ is, cõtra quem est præscriptum, sciuerit & passus fuerit. Cald *cons.* 434. alias 12. *de iur. patron.* vbi hæc omnia connumerat, & duplicatur ad litterã *cons.* 145. alias 6. *de caus. poss.* sequitur Dec. *cons.* 117. *Pro tenuis, col.* 3. *v. quod autem, & cons.* 124. *Placet mihi, in pr.* & cons. Cald. seruat Rot. vt per Palæot. *decis.* 327. Vide omnino Io. de Sylua, qui ista cumulat *in*
5 *tract. de ben. par. 2. q. 7.* † Extende, vt imo quando agitur, vt alteri compatrono præiudicetur in acquisitione quasi possessionis, requiritur, quod præsentans sit in bona fide, & quod intendat vti iure suo, & quod aduersarius sciat. Cald. *d. cons.* 145. alias 6. *de caus. poss. in fin. ver. ité quod in tali*, & latius hæc omnia ponit *cons.* 143. alias
6 4. *de caus. poss.* † Gem. *cons.* 123. *in fi. ver. oportet ergo.* dicit tria requiri; primo, quod volens quærere possessionem eligat; secũdo, quod nomine suo; tertio, quod electio per superiorem confirmetur.
7 † Amplia; quia quasi possessio præsentandi probatur ex cõsensu patroni præstito collationi factæ de beneficio secũdum aliquos, sed secundum alios secus, & pro vtraque refert Rota *in nouiss. p.* 1. coram Illustr. nunc Card. Seraphino *dec.* 792. *Quia Rota, n.* 8. & 9.
vbi, quod facit adminiculum, quando aliunde constat de quasi possessione, & bene; quia esset aperta via fraudibus ad faciendum omnia beneficia iuris patronatus, & difficilius admittuntur ordinarii præsentationes, & fit institutio cum causæ cognitione, cõcessus à solo consentiente pendet ad sui cõmodum. † Amplia; quia quasi possessio iuris incorporalis probatur inter cõtrahentes ex verbis narratiuis, quando verba diriguntur ad eum, qui allegat quasi possessionem. Bart. *in l. ex hac scriptura, in fi. ver. idem si de don.* Anch. *cons.* 2. *in pr.* incip. *Vt tantum.* Vide, *Effectus & executio cœptæ, si non apparet, non arguitur ex eo. Concl.* 53. Vide, *Eligendi possessio ex quibus acquiratur. Concl.* 83. Vide, *Locatio an, & quando probet dominium, vel possessionem. Concl.* 427. Vide, *Possessio an acquiratur per nudum actum. Concl.* 421. † Limita, quia quasi possessio eligendi, vel præsentandi non acquiritur ex præsentatione facta, & cõsummatione subsecuta, quando postea in causa appellationis fuit cassata, decernitur præsentatus, vel electus continuauerit in possessione; quia cum sit malæ fidei possessor, non acquirit. Cald. *cons.* 142. quod est 3. *de caus. poss.* † Declara, vt non procedat, si fuisset in quasi possessione
9 eligendi, vel præsentandi ante vltimam præsentationem, vel electionem cassatam; quia nihilominus per solam cassationem non perdit quasi possessionem, quando illud ius præsentandi, vel eligendi alteri non adiudicatur. Cald. *d. cons.* 142. *in fi. ver. quæstion. esset*, alias 3. *de caus. poss.* vbi secus, si ius eligendi alteri adiudicatur.
† Limita, si non constat de mandato eius, qui præsentauit per 40.
10 annos, etiam si esset procurator generalis; quia requiritur penitus, vt acquiratur quasi possessio præsentandi. Put. *dec.* 251. *lib.* 2. *in causa Salamantina.* & idem quando vnus patronus suo nomine, & compatroni præsentat, si nõ sequitur ratificatio, non valet quoad absentem. Put. *decis.* 212. *lib.* 3. † Limita; quia ex sola præsenta-
11 tione, vel ex sola electione nõ acquiritur possessio, nisi appareat institutio, vel confirmatio subsecuta; quia confirmatio est pars electionis. & institutio pars præsentationis. Cald. *cons.* 141. *circa fi. ver. relinquitur ergo*, alias 3. *de caus. poss. & cons.* 145. vbi, quod tria requiritur vltra prædicta communis reputatio, alias est 6. *de caus. poss.*
† Declara, nisi appareat anteriorem possessio subsecuta secundum
9 Cald. *d. cons.* 142. *in fi.* alias 3. *de caus. poss. ver. relinquitur*, quia si alias esset in possessione ante, præsumeretur ex præsentatione, & cõmuni reputatione sola; quia medium præsumitur. † Declara, nisi
14 simus in antiquis, & appareat possessio, & communis reputatio; quia præsumitur institutio, vel confirmatio. Fed. de Sen. *cons. 61. in pr. n.* 2. *ver. contra hoc*, & ita declaratur contrarium supra. † Quasi
9 possessio incorporalium, vt acquiratur, requirit quandam quasi contradictionem. Anch. *cons* 260. *In quæstione, n.* 5. *ver. vltimum aduertendum.*

Quasi possessio iuuat in multis quasi possidentem. Concl. 36.

1 EXISTENS † in quasi possessione alicuius qualitatis, quæ potuisset ab origine, releuat quasi possidentem ab onere probandi, & transfert in alium, Bald. *cons.* 351. *In bona fide lib. super*
2 *n* 2. *ver præterea, lib.* 1. † Amplia; quia Abbas, vel ordinis collator
3 existens in quasi possessione libere conferendi beneficium iuris patronatus, potest illud conferre non obstante iure patronatus
spreto patrono. Bald. *cons* 437. *Exquo Abb. lib.* 2. † Extende, etiam si ordinarius collator existens in possessione, vel quasi libere con-
4 ferendi tempore secundæ vacationis esset excommunicatus; quia si absolutus ante deuolutionem potest libere conferre non obstante præsentatione patroni facta, dum ordinarius collator erat
4 excommunicatus. Bald. *d. cons.* 437. *lib.* 2. † Amplia; quia quasi possessio conferendi, vel eligendi, aut præsentandi operatur, quod
5 præferri debeat habens quasi possessionem habenti dominium; quia collatio, præsentatio, & electio sunt fructus iuris, qui sequitur possessorem. Alex. *cons.* 75. *Visis & ponderatis, n.* 42. *& seq. lib.*
6 *tamen, lib.* 4. expresse tenet in præsentatione. Abb. *cons.* 52. *n.* 2. *lib.* 3.
Vide, *Eligendi possessio ex quibus acquiratur. Concl.* 83. *n.* 9. *& seq. ver. sic.*
Vide, *Possessionis commoda multa, & qua. Concl.* 427.

Quasi possessio præsentandi ex quibus perdatur, vel conseruetur. Conclus. 37.

1 PATRONVS † non perdit quasi possessionem, quando plures sunt patroni, & aliquis in vltima vacatione non præsentatus
quia fuerunt ignari, vel negligentes; nã præsentatio facta a parte
patronorum cõseruat quasi possessionem negligentium. Fed. de
Sen. *cons.* 147. *Quidam de ciuitate. in pr. ver. item cassis talis est.* concor.
idem Fed. de Sen. *cons.* 102. *in fi. ver. ista quæstio.* Cald. *cons.* 143. *n.* 20.
vltem si ignorat, & *in fin. ver. confirmatur.* vbi, quod requiritur scien-
tia ne-

…intendant p…ęsenta-
…consilium est 4. *dec. caus.*
quando iur dat iuspa: ronatus, vel
…edat, quãdo is, qui præsen-
…patronus; quia tunc si alio iure
…lioni patronorum. Fed. de
…*via*, vbi idem dicit, si patronus,
…um solum spectaret patronatus, præsentas-
…ere comp…tronus, & *cons.* 102. *in fin. ver. ad vltimum.* † Amplia; quia compatronus non amittit possessionem, vel quasi eligendi, & præsentandi, ex præsentatione facta per vnum patronum tantum, nisi appareat eum spoliatum, puta; quia iste voluit præsentare, & non fuit admissus, vel quia non præsentauit, ex quo credidit ad se non pertinere, vel quia non est ausus præsentare cõtra voluntatem aliorum dicentiũ ad se solos spectare. Cald. *cons.* 143. alias 4. *de caus. poss.* † Amplia; quia nulla currit præscriptio habenti ius eligendi, vel præsentandi, licet per 40 ann. non elegerit, vel præsentauerit; quia non venit vacatio. Franc. Balb. *d. præscr. part. 5. q. 8.* † Amplia; quia ius eligendi, vel præsentandi, aut cõferendi etiam conseruatur, licet de plenitudine conferat; quia collatio Papæ, cum sit dominus omnium beneficiorum, & non indigeat acquisitione alicuius iuris in beneficialibus, præseruat ius inf. riorum collatorũ, ita Inn. *in c. bone, el secondo, n. 2. in fi.* vbi Abb. *n. 22.* & alii *de postul. Prael.* t. Bald. *in l. 2. C. de seruit. & aq. n. 24. ver. item not.* Dec. *in cons. 106. In causa D. Francisci, tol. pen. ver. non obstat, vsque in fin.* Rot. vt per Cot. *decis. 393.* † Extende; quia collatio Papæ nõ præiudicat ex spectanti intra mensem. Accoramb. *decis. 26. lib. 2.* † Extende; quia Papa nedum ex sua collatione non præiudicat inferioribus, sed nec ex priuilegio, vel quacunque alia dispositione præiudicat, nisi expresse hoc dicat. Abb. *consil. 101. In quæstione, quæ vertitur, lib. 1.* & nisi exprimat, vel appareat Papã voluisse præiudicare, non præiudicat. Æg. *decis. 128. Si vnum*, plene Cald. *consil. 143.* alias 4. *de caus. poss.* † Amplia; quia quasi possessio eligendi, vel præsentandi conseruatur, etiam si occurrente vacatione fiat collatio eidem, qui fuit electus, vel præsentatus, licet de electione, vel præsentatione nulla fiat mentio; quia sufficit, quod eligentes habuerint prouisum pro electo, & patroni pro præsentato. Inn. *in can. litteris, n. 9. ver. possessio autem, de restit. spol.* quem ad hoc refert & sequitur Bald. *in d. l. 2. C. de seru. & aq. nu. 57. ver. sed nunquid.* Bertach. *in tract. de Episc. lib. 1. part. 3. q. 6. in fi.* Franc. Balb. *tract. de præscr. in 5. par. q. 8. in prin.* † Extende; quia valet præsentatio facta etiam post præsentationem, & institutionem ab alio factam pro conseruatione iuris *c. si vero, de iurispatr.* vbi Abb. & alii Roch. de Curte *in tract. iurispat. ver. competens, q. 19.* † Idẽ in electo post nominationẽ Regis, & prouisionem dicit Reb. super conc. Galliæ, *in v. decernentes, fol. 159.* vbi, quod electio potest pdesse prouiso in tribus: primo, si prouisio esset nulla; quia plures tituli concurrunt; secundo, quia eligentes conseruant ius suum; tertio, quia sit magis grauatus eligentibus. † Limita; quia quasi possessio præsentãdi, & eligendi perditur ex sententia, quæ faciat iudicatum, quando illud ius alteri fuit adiudicatum. Cald. *consil. 143. in fi.* alias 4. *de caus. poss. & cons. 436.* alias 14. *de intrepatron.* † Extende; quia ius præsentandi, vel eligendi perditur, quando constat, quod patronus voluit præsentare, & non fuit admissus, sed reiectus, Bald. *consil. 32. in fin. lib. 1.* vbi loquitur in quasi possessione. idem tenet Cald. *cons. 143.* alias 4. *de caus. poss.* † Extende, vt idẽ sit, quando patronus non præsentauit; quia credidit ad se non spectare, vel non ausus fuit contra voluntatem aliorum dicentium ad se in totum spectare, ita Cald. *d. cons. 143.* alias 4 *de caus. poss.* † Limita, quia præscribitur cõtra habentes ius eligendi, vel præsentandi, si per 40. an. fuit omissa electio, vel præsentatio occurrẽs. Franc. Balb. *d. tract. præscr. p. 5. q. 8.* Vide, *Possess. o quibus actibus, vel casibus perdatur. Concl. 431. Concl. sbi prox. seq.* Vide, *Eligendi facultas quando & ex quibus amittatur. Concl. 85.*

Querela est nomen generale, & est multiplex. Concl. 38.

1 QVERELA † est nomen generale. Cuman. *cons. 42. Viso processu, circa fin.* vbi, quod potest referri ad ciuilem, & criminalem a-
2 ctionem. † Querela inofficiosi dicitur quandoq; actio, quandoque accusatio, quandoq; anomalum, quandoq; querela. Ang.
3 *cons. 36. Pro decisione, n. 4. ver. sed remedium.* † Extraordinarium remedium dicitur omnis querela; ideo illi locus non est, vbicunq; ordinarium remedium datur. Crau. *cons. 469. in fin.* vbi loquitur de
4 querela aduersus sententiam. † Idem in querela aduersus inofficiosum testamentum, vel inofficiosam donationem, quod sit remedium extraordinarium. Clar. §. *testamentum, q. 40.* † Et si pater 5
causam non expressit habilem, alia probari non potest, vt substineatur testamentum Ceph. *cons. 174. n. 10.*

Querela inofficiosi testamenti transmittitur, & quando non. Concl. 39.

QVERELA † inofficiosi testamenti transmittitur per filium, 1
siue sit præparata, siue non, ad suos hæredes, vel ad descendentes; si vero est præparata, ad quoscunq; fit transmissio. Castr. *in l. si pater, in fi. C. de inoff. testam.* † Et quod filia transmittat ad matrem, Ant. de Butr. *cons. 67. n. 2. & fin. ver. quæ concludo.* † Extende; quia etiam transmittitur querela ad quoscunq; etiam extraneos, quando fuit præparata. Castr. *d. l. si pater. C. de inoff. testam.* vbi, quod dicitur præparata, quãdo lis est contestata, vel mota, vel constat ex aliquo actu exteriori; secus si sit propositum in mente retentum. † Restringe; quia non transmittitur, quando aliquid 4
fuit relictum filio iure institutionis; quia tunc cessat querela, ex quo solum agit ad supplementum; ideo non transmittit querelam, sed transmittit illud ius petendi supplementum. Castr. *in l. si quis filium, in pr. & n. 4. C. de inoff. testam.* † Restringe, quãdo lapsum 5
est quinquennium; quia tunc est extincta querela, quod intelligẽ à die aditæ hæreditatis, ex quo ante nõ est nata querela. Castr. *d. l. si quis filium, n. 4. C. de inoff. testam.* † Restringe, quando repudiauit querelam expresse; quia cedentibus iura sua nõ datur regressus. † Restringe in hæreditate fraterna; quia sicuti hæreditas non 7
transmittitur, ita neque querela, nisi sit præparata. Castr. *d. l. si pater, & l. si quis filium, C. de inoff. test.* † Restringe in querela patris ad- 8
uersus testamentum filii; quia nisi sit præparata, non transmittitur, & *l. si quis filium.* non debet extendi; quia loquitur in filio, & ne legum fiat correctio, ita Fernand. Vasq. *in d. l. si pater, num. 9.* vbi Ias. *in prin. 2. lim.* † Restringe multis modis, de quibus Ias. *in d. l. si* 9
quis filium, in pr. C. de inoff. testam. vbi ponit sex limitationes.

Querela inofficiosi testamenti quanto tempore præscribatur. Concl. 40.

VIDE, *Inofficiosi querela intra quantum tempus proponenda. Concluf. 170.* 6

Querela inofficiosæ donationis quando & qualiter competat. Concluf. 41.

QVERELA † inofficiosæ donationis competit filiis, quando 1
pater non reseruat illis legitimam de iure debitam; *l. 1. C. de inoff. donat.* vbi *omnes.* † Et non sufficit donationem esse inoffi- * 2
ciosam, vt debeatur legitima, sed necessaria est querela, quæ requirit iniuriam ex parte conquerentis. Hieron. Gabr. *cons. 136. nu. 51. lib. 2.* † Et bona æstimãtur tam donata, quam non donata post 3
mortem donantis, vt sit locus querelæ; quia attenditur tempus mortis. Gabr. *cons. 137. lib. 2. n. 10. & seq.* † Et onus probandi inofficiositatem spectat ad querelantem. Gabr. *d. cons. 137. nu. 20. lib. 2.* 4
† Amplia; quia maxime deducitur legitima ex donatione causa mortis; quia habet omnes effectus vltimę voluntatis, secus si inter viuos; quia sine querela non deducitur; quia querela non habet locum, nisi adsit iniuria conquerentis. Gab. *d. cons. 136. nu. 15. iuncto n. 32. lib. 2.* † Amplia; quia querela inofficiosi competit filio 6
primogenito, si pater eum instituat in minori portione, quã debeatur primogenito; quia loco legitimæ est tota primogenitura. Abb. *cons. 3. col. 4. in pr. ver. nam D. Constantia, lib. 2.* † Limita; quia in 7
donatione reciproca, ex qua potest oriri luctum ex euentu, non habet locum querela inofficiosæ donationis. † Extende; quia si 8
filius acceptauit donationem, cessat querela. Gab. *d. cons. 136. n. 33. lib. 2.* & plenius *in fi. n. 49. & seq.* † Extende in permutatione, & pa- 9
ctis ex causa onerosa; quia non datur querela; quia patet potest filiam priuare legitima ex cõtractu oneroso, nisi probetur fraus. Gabr. *d. cons. 136. n. 35. ver. ex iis colligo, lib. 2.* † Idem, si donatio nõ est 10
certa, sed pendet à futuro euentu, prout si quis in ludo perdat, vel sub conditione incerta, quæ ita lucrum, sicut damnum affertre potest, concedat. Gabr. *d. cons. 136. n. 38. & seq. lib. 2.* vbi *nu. 42.* dicit *communem.* † Limita, quando filia donatur sub conditione in- * 11
certa, puta, quia si moritur sine filiis masculis, donatur aliis de familia, non potest filius agere querela inofficiosi; vt deducãt legitimam libertam; quia attenditur tempus donationis factæ adhoc, vt detur querela, vel non euentus futurus. Gabr. *d. cons. 136. n. 49. vsq; in fi. lib. 2.* vbi hoc firmat, quando filius approbauit. † Limita; 12
quia ex pluribus donationibus factis vltima reuocatur. Gabr. *d. cons. 137. n. 11. lib. 2.* & rationem ponit *n. 25.* quia cum sit valida pri-

ma, non reuocatur per subsequentem. † Declara, nisi appareat aliter de fraude patris. Gabr. *d. cons. 137. n. 3.* † Extende; quia reuocatur prius ex legatis, quam ex donationibus. Bald. & Castr. *l. 1. C. de inoff. donat.* † Limita; quia cessat querela inofficiosi, quando remanet filio tantum, quantum legitima. Gabr. *d. cons. 137. nu. 18. & seq. lib. 2. & n. 24.* † Extende, etiam si donans postea acquisiuit tantũ, quod sufficiat. Gabr. *d. cons. 137. nu. 26. lib. 2.* Vide, *Donatio inofficiosa quando, & qualiter valeat, vel non. Concl. 685. & Concl. ibi prox. preced.* Vide, *inofficiosi querela quando, & ex quibus competat filio. Concl. 171.*

Querela inofficiosæ dotis quando procedat, vel non. Concluſ. 42.

QVERELA † inofficiosæ dotis datur filiis propter immoderatam dotem d tam à matre in præiudicium legitimæ ipsorum filiorum. Ant. de But. *cons. 12. n. 3. ver. breuiter.* † Et requiritur, quod dos sit in omnibus bonis, vt sit locus inofficiosæ dotis siue querelæ. † Limita; quia licet querela inofficiosæ dotis sit concessa filiis, quando mater dotem sibi constituit in omnibus, secus est in filia constituente dotem; quia parentes non habent querelam inofficiosæ dotis; quia non reperitur iure cautum. Ant. de But. *d. cons. 12. n. 3. ver. breuiter.*

Quæstiones præiudiciales multæ sunt, & quæ, qualiter proponantur, & de effectu earum. Concluſ. 43.

QVÆSTIONES † siue exceptiones præiudiciales aliquæ sunt dilatoriæ, prout si actor esset excommunicatus; quia donec absoluatur, impeditur, ne possit agere. Gem. *cons. 95. n. 3. ver. secundo præmitto.* † Aliquæ sunt præiudiciales; quia vna excludit aliam, & electione tollitur. Gemin. *d. cons. 95. n. 3. ver. secundo præmitto,* & de istis est text. *in c. vt quis duas. de elect. in 6.* & super primo electa procedi debet. Ang. *cons. 39. Visis instrumentis, n. 3.* † Aliquæ sunt præiudiciales, non dilatiuæ, sed quia per illas intentionem agētis, & quandoque deducuntur coram eodem iudice, & qualiter tractentur, not. *in c. 1. & c. tuam, de ord. cogn.* † Quædam vero deducũtur coram diuersis iudicibus, prout quando quæstio criminalis coram vno iudice facit silere coram alio ciuilem. Gem. *d. cons. 95. n. 3. ver. quædam sunt præiudiciales.* † Aliquæ quæstiones sunt contrariæ, & inuicem præiudiciales, & si sunt paris potentiæ, est procedendum super prima intentata, & non super secunda. Ang. de Perus. *cons. 39. Visis instrumentis, n. 3. ver. videndũ igitur,* & de istis credo, quod conueniant dicta supra *in 2. ver.* † Aliquando vero vna est præiudicialis ad alteram, nõ è contra, & proceditur solum super præiudiciali. Ang. *d. cons. 39. n. 3. ver. licet secus* allegat *Inst. de act. §. præiudiciales.* † Aliquando sunt inuicem præiudiciales, sed non æquales, imo vna potentior alia, & tunc proceditur super potẽtiori. Ang. *d. cons. 39. n. 3. ver. & idem si sunt,* allegat *l. 1. C. qui accus. non poss.* † Proponuntur quandoque ad merita causæ coram eodẽ iudice, & non impediunt processum, quantumcunq; sint præiudiciales, sed vna sententia terminatur; secus si proponuntur per modum emergentis ad processum. Ang. de Perus. *d. cons. 39. Visis instrumentis, n. 3. ver. vbi autem secunda.*

Quæstio præiudicialis quando faciat supersederi in negocio principali, vel non. Concluſ. 44.

PENDENTE † quæstione præiudiciali coram secundo iudice, iudex primus debet super sedere in negocio principali; quia ius inhibet, alias esset perturbare ordinem, & cognitionem iuris, & negocium diuersis processibus intricare. Fed. de Sen. *cons. 126. In quæstione. per tot.* † Amplia, vt iudex primus debeat supersedere etiam à seipso, licet secundus iudex, coram quo quæstio præiudicialis pendet, non inhiberet, quia ius ipsum inhibet. Fed de Sen. *d. cons. 126. n. 2. ver. ex istis.* † Limita; quia quæstio præiudicialis nũquam facit silere negociũ principale, quando latæ sunt tres conformes sententiæ in negocio principali; quia videtur quæstio præiudicialis per calumniam intentata. Gem. *cons. 95. in fin. ver. aut Io. excipit.* † Limita, quando quæstio præiudicialis proponitur per modũ exceptionis ad materiam causæ coram eodẽ iudice; quia potest vnica sententia terminari. Ang. de Perus. *cons. 39. Visis instrumentis, num. 3. ver. vbi autem secunda,* secus, inquit; si proponitur per modum emergentis ad processum causæ. † Limita, vt supra *ver. proponuntur, n. 8.* Vide, *Criminalis causa quando præiudicet ciuili, vel non. Concl. 1087.* Vide, *Incidens, & emergens quid sit, & quando super eo pronunciandum, vel non. Concluſ. 70.*

Quæstiones iuris diuersæ habentes perplexitatem. Concluſ. 45.

IN † curia Barani vide Sign. *cons. 167.* vbi dat casum: Gallus gallinaceus A. calcauit gallinam albam B. quæ fecit ouum, & gallina nigra C. nutriuit, & creauit pullum, cuius sit; concludit, pullus, postea omniũ trium, postea domini gallinacei, postea domini gallinæ albæ, vltimo gallinæ nigræ, & dicit hãc veriorem, vide cum per tot. quia multa vtilia. † Similem habes apud Anch. *cons. 214. Franciscus antiquus,* vbi ponit casum, quod quidam decedens mandauit sepeliri corpus suum in Ecclesia eligenda per suũ executorem, qui elegit ecclesiam Franciscanorum Fratrum; deinde veniens executor ad mortem elegit suam sepulturam, & defuncti apud Fratres Dominicanos, perentibus Dominicanis, docet spectare ius Franciscanis, postea concludit spectare ius Dominicanis, postea insurgens parochia docet spectare ius parochiæ, & concludit tandem pro Franciscanis *in fin.*

Quæstuarii qui dicantur. Concl. 46.

QVÆSTVARII † dicuntur, qui quæstum sibi referunt. Bald. *cons. 27. Casus talis est, in quodam priuilegio, in pr. lib. 1.* † Amplia, quia etiam quæstuarii dicuntur, qui emunt, vel conducunt quæstum; & ideo quicunq; sibi ipsi exigit, & appropriat, dicitur quæstuarius; alii vero, qui pro loco pio, vel religione deputantur ad eleemosynas recipiendas, dicuntur nuncii, vel consignati. Bald. *d. cons. 27. per tot.* maxime *in fin. lib 1.* † Limita, quia missi ad recipiendum eleemosynas, vel ad illas procurandum nomine loci pii, & sic nomine religionis, non proprie sunt quæstuarii; ideo ficeditur indulgentia, vel priuilegium cum prohibitione mittendi quæstuarios, intelligitur de quæstuariis ementibus suo nomine. Bald. *d. cons. 27. per tot. lib. 1.*

Quæstuarii, qualiter vnus possit alium impedire in quæstu, vel non. Concl. 47.

QVÆSTVARII † non possunt se inuicem impedire in quæstibus quærendis, nisi vnus ex consuetudine habeat quæstum priuatiue ad alium. Bald. *cons. 277. In quadam diœcesi, lib. 2.* Amplia, † vt procedat, etiã si Ecclesia vna sit primo fundata sub nomine, & inuocatione eiusdem Sancti; quia non poterit prohibere secundam Ecclesiam eiusdem Sancti postea constructam quærere eleemosynam, nisi primæ præiudicium fieret; ideo debet fieri distinctio, vt simplices sciant, cui Ecclesiæ offerant. Bald. *cons. 277. per tot. lib. 2.* vbi etiam, quod pœna falsi tenetur quæstuarius falsus. † Limita; quia si prior Ecclesia haberet consuetudinem, vel priuilegium super quæstis certæ qualitatis, non posset noua Ecclesia impedire, neq; exercere dictas quæstas, vt per Bald. *d. cons. 277. lib 2.* † Declara, vt nõ procedat limitatio in possessorio; quia si secunda Ecclesia esset in quasi possessione dictarum quæstarũ, non posset impediri, nisi terminato petitorio. Bald. *dict. cons. 277. circa princ. ver. aut colligunt, lib. 2.*

Quod semel placuit, amplius displicere nõ potest, qualiter procedat. Concl. 48.

REGVLA † est, quod semel placuit, amplius displicere nõ potest. *cap. quod semel. de reg. iur. in 6.* † Amplia etiam in gratia, vel donatione facta absenti; quia licet possit reuocari, antequã fuerit intimata, & acceptata; secus est post intimationẽ & acceptationem. Abb. *cons. super Concilio Basiliensi in 1. dub. col. 13. ver. septima ratio est,* vbi alleg: t Bart. *in l. absenti. ff. de donat.* quod si fuit electus Capitaneus ciuitatis, & intimatio facta de electione, & ipse acceptauit, non potest reuocari. Vide, *Collatio facta absenti quid prætur, antequam illam acceptet. Concl. 433.* † Limita in legibus, & statutis; quia possunt reuocari. Vide, *Variatio admittitur, &c. Concl. 22.* Vide, *Libellus mutari non potest post litem contestatam, & quando se. Concl. 322.* Vide, *Impugnans aliquid non potest se fundare ex eo. Concluſ. 57.*

Quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur. Concl. 49.

QVICVNQVE † statuit ius in alium interpretando, vel statuendo, debet pati, quod eadem interpretatio, vel idem statutũ contra eundem fiat. *l. 1. ff. quod quisq; iuris.* Abb. *cons. 101. In quæstione, in fi. lib. 1.* late Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 13. n. 6.* vbi secundũ Arist. quod ista fuit lex Rhadamanti, quæ maximam continet æquitatem, & sine cuiusq; indignatione iusta. † Et simile illud naturale: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, quia à contrario cõcluditur Quod alteri inique feceris, in te ipsum idem expectes, & est Euangelica lex Matth. *c. 7.* itẽ naturalis Tob. *c. 4.* item Canonica

t. Electi de maior. & obed. & à Christianis didicisse eam Alex. Seuerum, qui per Paeconem eam clamari faciebat, quotiescunq; puniri faciebat aliquem. † Et aliud dictum Sapientis, *Patere legem, quam tu ipse tulerus.* Abb. *d. cons.* 101. *in fi. lib.* 1. † Quis in alio aliter nõ iudicet, quam in se ipso iudicari vellet, *l.* 1. *ff. de solut.* Rom. *cons.* 55.

5 *Si volumus, in pr.* vbi apost. dat concor. † Amplia, vt procedat in interpretatione inuestiturae feudalis; quia qui dicit per eã derogari antiquiori inuestiturae alterius, debet pati, quod si alter habeat posteriorem similem inuestituram, quod eadem deroget suis inuestituris antiquioribus. Bald. *cons.* 251. *Sententia, quam tulimus, circa med. ver. si enim nobis, lib.* 5. † Amplia; quia impetrans ius iniquum, puta quod non possit conueniri, si ipse conueniat alios, qui volunt eum reconuenire, non potest allegare priuilegium; quia fit retorsio in eum; ideo tenetur compẽsare, quod ipse debet. Affl.

7 *dec.* 66. per *l. si quis iniquum. ff. quod quisq; iuris.* † Et iste titulus, quod quisque iuris, habet locum, vbicunq; vna partium impetrat ius nouum, videl. aliquid, quod non reperitur iure scriptum, neque consuetudine roboratum, seu approbatum, dicitur ius iniquum, impetrare, & licitum est alteri parti, contra quam facta est impetratio, simile ius iniquum per retorsionem exercere contra impetrãtem, vel simile ius iniquum impetrare; secus si ius impetratum est de iure. Castr. *cons.* 432. *Viso puncto, lib.* 2. vbi stante statuto,

8 quod semel appelletur tantum, si succumbens impetrat restitutionem in integrum, non habet locum, quod quisq; iuris. † Imo quod titulus, quod quisque iuris, &c. non habeat locum, nisi cõtra illum, qui impetrauit sua opera aliquod ius iniquũ, & ad eius postulationem. Alex. *cons.* 111. *Videretur, n.* 15. *ver. non obstat id, quod,*

9 *lib.* 7. † Amplia; quia statutum disponens, quod idẽ ius reddatur forensi in ciuitate, quod redditur ciui in loco forensis, valet, & operatur, ac si dispositum esset præcise, prout in statuto loci forensis, ita dicit gl. super statuto Bononiæ *quod idẽ ius*, in principio.

10 † Declara tamen; quia huiusmodi statutum non est in fauorem forensium, sed in odium. Bart. *cons.* 140. *Quidam de Narnia, lib.* 1. vbi

11 apostill. *in ver. non in eorum fauorem.* † Extende; quia priuilegiũ concessum à Perusinis Senensibus, quod sint Senenses ciues Perusini, & non soluant aliquas gabellas, quatenus Senenses faciant simile priuilegium Perusinis, nihil ponit in esse, nisi impleatur cõditio, & obseruetur, cum sit contractus vltro, citroque obligatorius. Abb. *cons.* 61. *Videtur primo, n.* 2. *& seq. ver. sed iũ minime obstant. lib.* 2. † Restringe; quia si statutũ Perusii dicat, quod si Perusinus

12 interficiat forensem, puniatur pœna pecuniaria, neq; sequitur, quod si in loco forensis occiditur Perusinus, occisor debeat puniri pœna pecuniaria. Iul. Clar. *in § homicidium, nu.* 19. *in fin. vers. sed posito*, & sic per illa verba, quod idem ius reddatur, nõ verificatur

13 tale statutũ, quia non valet. † Imo plus dicit apostilla Bart. *d. cons.* 140. *Quidam de Narnia, lib.* 1. *in ver. non in eorum fauorem*, quod si officialis condemnaret solum in pœnam pecuniariam interficientem forensem; quia in loco forensis statutum punit in pœnam

14 pecuniariam, quod officialis debeat decapitari, & quod ita contigit in facto. † Amplia; quia statutum, quod idem ius reddatur clericis in foro seculari, quod redditur laicis in foro Ecclesiastico,

15 valet & non est contra libertatem Ecclesiæ. Caccialup. *in l. omnes populi, n.* 99. *ff. de iust. & iur.* † Et idem, si dicat simpliciter, quod idẽ ius reddatur forensibus, & non subiectis iurisdictioni Potestatis Bononiæ, quod redderetur Bononiensi in foro non subiectorũ; quia etiam comprehendit clericos, qui nõ possunt vti beneficio

16 statuti, nisi eo modo, quo laicus in foro Ecclesiastico posset vti. Alex. *cons.* 209. *Statutis, n.* 11. *in fi. cum seq. ver. semen alia ratione, lib.* 2. vbi, quod auferetur, vt beneficium statuti à pia causa, & non est contra libertatem Ecclesiæ. † Amplia in iudicando; quia arbiter, & arbitrator, & quilibet bonus vir non debet aliter iudicare in

17 alium, quam ipse vellet per alterum iudicari in se ipsum. Roma. *cons.* 55. *Si volumus dicere, in pr.* allegat *l.* 1. *ff. de solut.* & ibi apostill. in *ver. iudicari.* dat concor. † Amplia; quia ex isto naturali titulo emanarunt statuta, quod idem ius reddatur forensibus; quod redderetur ciui in terra forensis; & ideo si ciui non fieret ius in patria forensis, licite denegatur idem forensi agenti in terra ciuis. Cuman. *cons.* 146. *Simon & Helias, n.* 2. *ver. quarto quia*, vbi loquitur in materia falliti fugitiui, vt sicuti contra talem fugitiuum ius non redderetur in patria forensis ciui Cumanum; ita & Cumis fiat contra forensem. † Et de statuto Parmæ simili Rimin. Iun. *consil.* 18
23. *n.* 110. quod non habeat locum in ciue effecto. † Et de statuto 19
Bononiæ sub *Rubr. quomodo & qualiter. lib.* 2. loquitur Castr. *consil.* 156. *Statutum supra relatum, in fi. lib.* 1. vbi, quod debet forensis docere, quod in sua patria sit simile statutum, alias nõ præsumitur, maxime, quando est cõtra ius commune, & declarat Alex. *consil.* 111. *Videret, n.* 16. *ver. item in casu M. consuluit, lib.* 7. vbi reddit particularem rationem; quia statutum Bononiæ requirit hoc, quod forensis teneatur docere de simili statuto in patria sua, si vult vti statuto Bononiæ. † Et de statuto Castri Plebis, super quo Bart. *d. con-* 20
sil. 140. *Quidam de Narnia, lib.* 1. vbi, quod tale statutum non est in fauorem, sed in odium forensium; ideo si in loco forensis est statutum magis fauorabile, non seruabitur sibi in loco Plebis, sed si est statutum minus fauorabile in loco forensis, illud seruabitur forẽsi in loco Plebis. † Et ideo si in Castro Plebis imponitur pro 21
homicidio pœna pecuniaria, & quarta debetur proximiori defuncti occisi, in loco interfecti imponitur pœna vltimi supplicii, seruabitur statutum Plebis, vt pœna pecuniaria seruetur, licet tale statutum non valeat de iure; si vero in loco forensis est pœna eadem pecuniaria, similiter seruabitur pœna statuti Castri Plebis quoad pœnam, sed non quoad quartam proximiori occisi, nisi idem statutum de quarta danda sit in loco occisi forensis, si statutum non ostenditur, præsumitur non extare, & non debetur quarta. Bart. *d. consil.* 140. *Quidam de Narnia, lib.* 1. † Et de statuto 22
Castri Leueg. Comitatus Tridenti conluit Alex. *cons.* 111. *Videretur, n.* 15. *ver. non obstat id, quod, lib* 7. vbi, quod non potest obiici particularibus personis, allegat gl. *in l.* 1. *in princ. in ver. nouit iuris. ff. quod quisq; iuris.* † Declara igitur notabiliter, si est vera limitatio, 23
quod tale statutum in vno loco non potest retorqueri cõtra singulares de alio loco, in quo sit diuersum statutum. Alex. *cons.* 111. *Videretur, n.* 15. *lib.* 7. † Amplia; quia æquitas summa est, quando 24
quis in alium facit, quod vellet in seipso ab alio fieri, alias si repugnat hæc admissio, non dicitur ex æquitate fieri. Roman. *cons.* 205. *In puncto. circa fin. ver. primo quia, vsq; in fin.* vbi, quod arbitrator, qui æquitatem sequi debet, non potest prætextu æquitatis velle, quod scriptura priuata probet pro scribente contra alium; quia esset summa iniquitas.

Quota quid sit, & operetur. Concluſ. 50.

QVOTA † est pars diuidens, seu diuisa, quæ recipit commo- 1
da, & incõmoda pro rata quotæ, & ideo † Hæreditas diui- 2
ditur vt plurimum in duodecim partes, & vncias; potest tamen in plures & pauciores diuidi. & dicitur hæres vniuersalis, qui exit per quotam instituitur. *§. hæreditas. Instit. de hæred. instit. l interdum. §. pater fam. cum multis seqq. ff. eod. tit.* plenissime Mantic. *intract. de coniect. vlt. volun. lib.* 4. *tit.* 9. † Et quod hæres in quota sit vniuersalis, pro- 3
ut in tota, videlicet proportionabiliter, & in eum transeant pro rata actiones activæ, & passivæ, Abb. *in c. Raynutius, n.* 27. *de testam.* Angel. *cons.* 209. *circa fin. ver. sed pro aliis partibus.* Bald. *cons.* 145. *nu.* 2. *lib.* 4. Crauett. *cons.* 131. *n.* 6. & 7. † Et quod hæredes in quota plu- 4
res agant solum pro rata. Angel. *consil* 230. *Casus est, col.* 3. *ver. posito autem pro constanti.* † Quota non constituitur per nomina numeralia per 10. 20. & similia Castr. *in l.* 3. *§. incertam, ff. de acq. poss.* † De- 5 6
clara; quia bene potest relatiue quota designari per nomina numeralia, prout si ex agro 300. bubulcarum emo centum bubulcas, certe erit tertia relatiue. Ias. *d. l.* 3. *§. incertam, n.* 3. *ff. de acq. possess.* † Diuisionem inducit quota, & sectionem; ideo pensio per quo- 7
tas nõ potest reseruari, nisi per solum Papam; quia fieret beneficiorum diuisio. Felin. *in c. ad audientiam. il secondo, in* 2. *concl. de rescript.* Caccialup. *de pensio. q.* 6. Gig. *eod. tract. quæst.* 8.

R

RADIX INFECTA NON PRODVcit fructus. Conclus.1.

1 RADIX † infecta non producit fructus. Anch. *cons.389. Visis diligenter, in pr. & cons.297. Efficacibus, n.5.* † Et infecta radice, infecti sunt omnes
2 rami, & palmites. Menoch. *cons.187. n.9. & seq. lib.2.* † Amplia; quia si quis est excluſus, excluſi
3 dicuntur omnes ab eo prouenientes tanquã à radice infecta procedẽtes. Abb. *in c. causam, qua el primo, qui filii sint legit.* vbi, quod si parer excluditur à succeſſione, excluduntur omnes ex eo deſcendentes, quantumcunq; legitimi naſcantur; quia ex radice infecta. Petr. Surd. *conſ.85. n.11. &*
4 *seq. ver. attamen prædictis,* † Extende; quia ſicuti ſpurius, vel naturalis non eſt de familia nobili; ita neq; deſcendentes ab eo, tan-
5 quam ab infecta radice prouenientes. Anch. *conſ.389. in pr.* † Extende; quia ſicuti ſpurius ex damnato coitu non habet agnationem, neq; cognationem cum patre, neq; cum matre; & ideo nõ ſuccedit patri, neque matri, neq; agnatis, neq; cognatis; ita neq; filii, & deſcendentes etiã ex legitimo matrimonio non poſſunt ſuccedere patri, pur pater, vel radix illorum. Alex. *conſ.174. Super eo, per*
6 *tot. lib.5.* † Extende; quia habens titulum ab infecta radice, videl. ab eo, qui dare non potuit, non põt habere fructus ex titulo. Anchar. qui loquitur de beneficialib. *conſ.297. n.3.* vbi, quod titulus de beneficio vacante, quod non vacabat, nõ eſt bonus, ſed ex ra-
7 dice infecta. † Extende; quia inſtrumẽtum authenticum ſumptũ ex prothocollo vitiato, & ſuſpecto, non probat, ſicuti nec prothocollum; quia ex radice infecta cauſatũ non producit fructus.
8 Anch. *conſ.431. Præmiſſa ſine allegationibus, n.2. & ſeq.* Vide, *Excluſus ſemel, quando ſemper excludatur, vel non. Concluſ.433.* † Amplia; quia ſtatutum excludens matrem excludit etiam omnes ab ea depẽdentes, videl. auiam maternam, & auum maternum, & aſcendẽtes omnes tanquam ex radice infecta. Petr. Surd. *conſ.85. n.10. & ſeq ver. attamen prædictis non mouentib.* Bart. *in l.2. §. videdum. ff. ad Tertull.* Rom. *conſ.40. nu.14.* Batt. plene *in l.2. §. videndum. ff. ad Tertull.*
9 plene Menoch. *conſ.187. n.9. & ſeq. lib.2.* † Et eſt regula generalis, quod quando vna perſona prohibetur ſuccedere, etiam deſcẽdentes ex ea excludũtur. Dec. plene *in conſ.471. Iuridicam. nu.7.*
10 † Amplia; quia ſicuti filius emancipatus à patre perdit agnationem patris; ita deſcendentes à tali emancipato non poſſunt dici agnati; quia radix, à qua procedunt, nõ agnoſcitur. Alex. *conſ.174. n.6. ver. & qua ratione non contrahitur, lib.5.* quia (vt inquit) ſublato fundamento corruit æd. ficium, & dicit eſſe impoſſibile aliter eſ-
11 ſe. † Limita; quia non conſideratur radix infecta, quando filia nõ repræſentat matrem; ſed iure ſuo nititur; quia tunc non curatur, an mater ſit excluſa, puta ſtante ſtatuto, q̃ frater excludat matrẽ, nõ excludet ſororem, licet veniat à matre, ſed quia iure ſuo, mater non nocet. Dec. *conſ.71. In caſu ad me, n.2. ver. & rationem adducit,* & latius *in fin. ver. nam prout ipſe dicit.* Vide, *Excluſus ſemel ex vno capite, quando admittatur ex alio capite. Concluſ.434.*

Raguſii ciuitas, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ.2.

1 STATVTVM † Raguſii eſt, quod valeat teſtamentum conditum coram duobus teſtibus, dummodo intra 30. dies coram iudicibus examinentur, & deponant, alias non valet. Zabar. *conſ.124.* vbi, quod non habet locum contra piascauſas; quia non poteſt diſponere aliquid contra piam cauſam.

Rapina quid ſit. Concluſ.3.

1 RAPINA † differt à furto; quia furtum cadit in mobilibus, rapina in immobilibus. Rom. *conſ.144. in prin. & conſ.150. Sed tamen in rapina.* Alex. *conſ.103. Videtur, n.4. in fin. ver. exigo autem, lib.1.*
2 exigit contrectationem, ſicut in furto. † Et quod rapina, quæ eſt idem cum interdicto vi bonorum raptorum, cadat etiam in rebus mobilibus, Alex. *d. conſ.103. Videtur, n.3. ver. & quamuis, lib.1.* Et
3 † debet rapina fieri cum dolo, vt ſit punibilis; ideo ſi ex cauſa fiat, non punitur; quia cauſa iuſta excuſat à dolo. Roman. *d. conſil.150. in princ. & n.2.* vbi apoſtill. *in ver. iuſta,* dicit, quod imo etiam iniuſta cauſa excuſat à dolo. Vide plenius, *Furtum & rapina differunt.*
4 *Concluſ.552.* † Differt autem rapina, an fiat ſine reſiſtentia; quia retinet nomen rapinæ, quæ eſt idem cum interdicto vi bonorum raptorum, & durat per annum; aut ſit contra reſiſtentes; & tunc eſt furtum manifeſtum, ita videtur velle Roman. *d. conſil.150. in propoſita. num.3.* † Contrarium videtur tenere Alexand. *conſil.103. Videtur prima conſideratione, per tot.* maxime *num.2. ver. ſedpr. emiſſo non obſtantibus, lib.1.* vbi, quod Caporalis, qui adunauit gentes armatas, & ingreſſus arcem aſportauit bona mobilia ponendo ea in ſaccum, dicitur committere rapinam, & tenetur vi bonorum raptorum, quæ eſt pœna quadrupli, & loquitur in caſu Com. Nicolai Rangoni, qui ingreſſus arcem Spilambertũ in agro Mutinæ iſta commiſit contra alios Comites Vgonem, & Vincilaum de Rangonibus, & Caporalis tenetur pro omnibus, & ſi non adeſt Caporalis; omnes tenentur in ſolidum. Vide, *auctor & principalis dãs cauſam delicto tenetur. Concl.567.* † Amplia; quia capita, & vis bonorum raptorum committitur, ſiue adhibita ſit violentia, & vis armatorum, ſiue non interuenerit vis, neq; violentia, vt in eis, qui palam aſportant res alienas, dummodo ſint parati inferre vim, ſeu violentiam, *l. ſi quis ex domo ff. de furt.* plene Alex. *d. conſil.103. num.2. ver. hoc præſuppoſito. & num.3. lib.1.* † Et dicuntur paratiinferre vim, quando armati & adunati; quia contra eos ſemper præſumitur. Alex. *d. conſ.103. n.3. ver. quod autem Comes, lib.*
1. Inſt. *Inſtit. de actio. §. ex maleficiis, num.81.* † Declara tamen; quia rapina, quæ fit violenter reſiſtentibus de re immobili, dicitur furtum manifeſtum. Roman. *d. conſil.150. n.3. ver. ſecundo principaliter.*

Raptor bonorum quis dicatur, & quæ ſit pœna. Concluſ.4.

RAPTOR † bonorum Eccleſiæ, de quo *in cap. cum ſit generale, de foro compet.* dicitur, qui per violentiam impedit Eccleſiam, ne poſſideat, nec colligat fructus Eccleſiæ. Lap. *allegat. 65. Proponit clericus, num.3. ver. item impedire.* † Rapinæ pœna eſt reſtitutio cum quadruplo, in quo tamen comprehenditur ſimplum, prout in furto, ita Alexand. *conſil.103. Videtur, nu.1. ver. ſed iis præmiſſis non obſtantibus, lib.1. iuncto num.4. ver. fateor tamen.* † Item alia pœna eſt, quod ſi non probatur valor, & quantitas rerum ablatarum, ſtatur iuramento damnum paſſi, præuia taxatione iudicis conſiderata qualitate facti, & perſonarum ſecundum * communem, de qua Alexand. *d. conſil.103. num.4. ver. & ſi habetur, lib.1.*

Raptus quando, & qualiter committatur, & quando non. Concluſ.5.

RAPTVM † committit, qui mulierem de loco ad locum libidinis cauſa conduxit, vt in exemplis relatiue citatis per Clar. *in §. raptus, in pr.* vbi, quod raptus non poteſt dici, ſi de loco ad locum non cõcurrit abductio, ſecundum * omnes. Alex. *conſ.1. n.12. ver. tertio reſpondeo, lib.1.* vbi apoſt. *in ver. ſtatutum,* citat infinitos, & dicit neminem legiſſe, qui contrariũ dicat. † Declara tamen; quia ſi quis de loco ad locum cõduceret mulierem cauſa maritandi cõmoditatis cõeundi; tunc non eſſet raptus, prout neq; ſi quis de vno loco ad aliũ non animo abducendi, ſed magis aperte cõeundi ab duceret, ita Clar. *d. §. raptus, in pr.* Vide Concluſ. proxime ſeq. vbi plenius. † Reſtringe; quia ſi quis per vim cognoſceret mulierem non abducendo eam de loco ad locum, non eſt propriè raptus, ſed bene punitur pœna mortis, communem * dicit idem Clar. *d. §. raptus, in pr.* Alex. *d. conſ.1. n.12. lib.3.* † Contrarium, quod ſit vere raptus, quando interuenit vis in coitu mulieris, vel parentum, dicit apoſtill. ad Alex. *d. conſil.1. nu.12. lib.3. in ver. ſtatutum,* vbi in fine dicit, quod non reperitur text. qui requirat abductionem, & quod omnes leges loquentes de ſtupro loquuntur de vi; igitur ſi interuenit vis in puella, vel parentibus, incſt raptus contrario. † Amplia; quia raptus habet locum, etiam ſi mulier paſſa ſit ſe abduci, & rapi; quia per hoc non excuſatur à pœna rapiens, communem * dicit Clar. *d. §. raptus, n.3. ver. adde quod pœna.* † Extende; quia imo etiam ſi blanditiis quis ſeduxerit puellam, & abducat, tenetur pœna raptus, communem * dicit Clar. *d. §. raptus, num.3. ver. quinimo.* † Amplia, quia rapiens mulierem tenetur pœna raptus, etiam ſi illam carnaliter non cognouerit. Boſſ. *in de raptu num.14.* vbi de * communi. † Contrarium, quod ſi non cognouit, non teneatur de raptu, communem * dicit Boer. *deciſ.316. poſt num.4.* plene Cæpoll. *conſ.56. in princ. num.9. & ſeq.* vbi, quod ita fuit iudicatum. † Declara; quia aut non cognouit; quia non voluit, & vera eſt opinio contraria; aut non cognouit; quia non potuit commode facere, & habet locum ampliatio cum temperamento, quod puniatur citra mortem pœna grauioris ſecundum qualitatem facti, ita Clar. *d. §. raptus, num.4. in fin. ver. ego vero.* Amplia; quia † raptus habet locum etiam in meretrice publica, & ita

ita seruatum fuisse dicit Clar. *d. §. raptus. n. 5. in fi.* † Contrarium tamen de iure verius est, Clar. *d. §. raptus, n. 5. ver. quæro, nunquid*, vbi dicit * communem. † Amplia, quia procedit, etiam si mulier rapiat virum, communem * dicit Clar. *d. §. raptus, nu. 6. ver. sed pone*, vbi, quod Florentiæ fuit combusta meretrix, quæ iuuenē rapuerat. † Contrarium, q̃ non subsit eadem ratio, & non habeat locū in muliere, licet pœna extraordinaria debeat puniri; idem Clar. *d. §. raptus n. 6.* vbi dicit * communem. † Limita; quia non habet locum raptus in militibus, qui inuitis parentibus rapiūt pueros. & ita Bononiæ declarasse Nicol. Piccininum asserit. Cæpolin *l. Marcellus, post n. 6 ff. de verb. sign.* † Contrarium Clar. *d. §. raptus, nu. 6. ver. vnum tamen*, vbi dicit impium, & inhonestum esse hoc pati, & ego credo hoc esse maius delictū in masculis, q̃ in fœminis propter scelus magis execrabile, licet rationes legis de raptu virginū non conuenirent; si tamen ad malum finem; quia si essent iuuenes, viriles apti ad bellum; tunc non attenderem voluntatem parentum; secus si à 18. annis infra, & si non apti ad arma, sed ad vitia nutrienda. † Limita; quia nō habet locum in rapiente mulierē non honestam; quia text. *in l. 1. in pr.* vbi gl. *in ver. honestarum. C. de rapt. virg.* requirit hanc qualitatem. Castr. *cons. 272. Quæritur, lib. 2.* † Et an præsumptio sufficiat, quod sit virgo, an debeat probari, viderur sufficere præsumptio; quia sic dicimus in eo, qui stuprauit virginem; & tamen sufficit præsumptio, quod sit virgo, si non * probetur contrarium, communem * dicit Clar. *in §. stuprum n. 4. ver. sed pone.* † Contrarium, quod imo qualitas sit probanda; nam si sit statutum, quod ad probandam mortem requirantur testes omni exceptione maiores, quia licet præsumantur, debet qualitas probari. Alex. *cons. 82. nu. 3 lib. 1.* Vide, *Qualitas quando est de substantia, debet plene probari, & exprimi, & quando secus. Concl. 16.* † Et in statuto quod abducens mulierem honestam, vel bonæ conditionis, teneatur probare qualitatem, Mars. *sing. 187. per tot. & cons. 96. n. 2. cum seq.* plenius Cæpol. *cons. crimin. 57.* Franc. de Bisseris *n. 7. v. postremo*, sequitur Ceph. *cons. 327. n. 6. & seq.* plene Bertaz. *cons. 50. * in pr.* plurimos citat Masc. *d. conclus. 1248. n. 21.* vbi dicit * communem. † Declarat Mascard. ex mente Bertazol. *d. cons. 50. per tot. in d. conclus. 1248. n. 24.* multis modis: Primo, vt in dispositione iuris procedat præsumptio, in dispositione statuti secus: secundo, quia prima procedit, quando per honestatem non augetur pœna, secunda, quando augetur: tertio prima procedit, si non agitur de præiudicio tertii, contrarium secus: quarto prima procedit de stylo, contrarium de iure. † Vel aliter; quia prima opinio procedit in qualitate; quæ inest à natura; quia non debet probari, prout quod sit virgo: secunda, quando qualitas non inest à natura, sed ex opinione, vel ex accidenti, prout honestas, bonitasque vitæ, vel ex accidenti, prout scientia, ita Mascard. *d. concl. 1348. num. 18. & seq.*

Raptor mulieris quis dicatur, & quæ pœna puniatur. Concluſ. 6.

1 RAPTOR † mulieris dicitur, qui mulierem per vim de loco ad locum trahit. Bald. *cons. 356. Statuto Placentiæ, per tot. lib. 1.* vbi, quod is, qui voluit cognoscere mulierem per vim, & proiecit in terram, non dicitur raptor, & non solum violentia, vel cognitio violenta facit raptum, quia requiritur, quod de loco ad locum, & eo animo abducatur. Cuman. *cons. 96. n. 2.* vbi, quod illa abductio modica, quam facit, dū conatur cognoscere, non est raptus; quia non factum, sed causa consideratur, & animus, & communē
2 * dicit Clar. *§. raptus, in pr.* Vide Conclus. prox. seq. † Et raptus est per vim, vel seductionem ducere, vel eripere. Bald. *cons. 469. In*
3 *causa accusationis, post med. ver. & si dicatur, lib. 4.* † Et oportet, quod eo animo principaliter fecerit; quia causam, & animum, non factum ipsum intueri debemus. Cuman. *d. cons. 96. n. 3. v. nec obstat.* Et
4 † qui capit mulierem, & abducit carnaliter cognoscens eam, tenetur pœna raptus maiori, non pœna stupri violenti tantū. Cæpol. *concluſ. 56. nu. 8. in fi. cum seq. ver. & fundamentum.* vbi, quod ille, qui abducit mulierem acclamantem cum armatis de loco ad locum, & cognouit eam carnaliter, dicitur committere raptum, & stuprum; & idem plenius Barb. qui eodem casu consuluit *consil. 71. lib. 2.* vbi, quod est raptus qualificatus enormis, & non purgatur de iure Canonico; eo quod fateantur contraxisse matrimo-
5 nium. † Amplia, quia tenetur pœna raptoris, etiam si ambo dicant contraxisse matrimonium, quando extant signa contraria, veluti si mulier plorabat, clamabat, vel signa mœroris ostendebat; quia præsumitur seducta. Cæpoll. *d. cons. 56. per tot.* vbi pro vtraque, & ita concludit in illo casu propter signa, & dicit, quod ad tollendam collusionem potest mulier torqueri, & contumax
6 condemnari pœna ordinaria. † Limita; quia raptor non dicitur, nec pœna raptoris tenetur is, qui conatus fuit mulierem carnaliter cognoscere per vim proiiciendo illam in terram. Bald. *d. cons. 356. ver. in contrarium, lib. 1.* † Extende, etiam si illi acclamanti intulit metum cum gladio ad gulam; quia non est raptor, neq; pœna raptoris tenetur, sed debet deportari tanquam adhibens vim publicam, & loco deportationis banniri, vel ad aliam pœnā condemnari; pro cognitione vero medietatē bonorum perdet. Cuman. *cons. 96. Christophorus vadens.* † Limita; quia rapiens mulierem 7
soluta, quæ passa est se ab alio tangi, & oscolari, non punitur pœna raptus. Castr. *cons. 272. Quæritur, viso dicto statuto, lib. 2.* sequitur Marsil. *singul. 74. tu habes, & in l. marītus, n. 48. ff. de quæstio.* Boss. *tit. de plurib. violent. nu. 69.* vbi, quod Mediolani fuit factum decretum; quia de facili probabatur inhonestas vitæ, & pœna erat elusoria. † Declarat Boss. *tit. de rapt. mulier. nu. 10. & seq.* vt procedat, si more 8
meretricio fuit deosculata, vel cognita; secus si caute. † Extende 10
etiam in muliere honesta rapta in habitu, vel loco meretricio. a-
postill. *ad sing. Matheſ. 101.* † Restringe, quando esset nupta; quia 11
non excusatur à raptu, & pœna ordinaria, & si excusatur, nō excusatur à pœna adulterii. Cyn. *in l. 1. n. 6. C. de raptu virg.* † Contra- 12
rium, quod imo non cadat raptus pœna in muliere maritata inhonesta, nec pœna adulterii, Ang. *d. l. vnica, C. de raptu virg. n. 6.* vbi, quod propter stragem multorum delictum nō punitur, & sic adulterium quoad masculum puniretur in meretrice nupta, fieret strages multorum; ideo, &c. † Declara vt per apost. ad Matthes. 13
d. sing. 101. quia si nupta lenoni, vel palā viuit, vt meretrix, non punitur; alias secus, vide eum. † Pœna raptus est mortis, *d. l. vnica, C.* 14
de raptu virg. Clar. *in §. raptus, n. 2. ver. sed quæro*, vbi de * communi, q̃ * *
est pœna mortis, & aliæ pœnæ, de quibus *in d. l. vnica.* † Secunda 15
pœna est confiscatio bonorum, *d. l. vnica. C. de raptu virg.* † Exten- 16
de, vt habeat locum, etiam si matrimonium contrahat cū rapta. Clar. *d. §. raptus. nu. 8. in fi.* vbi dicit * communē, & notandam. Ter- * *
tia † pœna est; quia de iure ciuili non potest esse matrimonium 17
inter rapientem & raptam, *d. l. vnica. C. de raptu virg.* † Contrarium 18
de iure Canonico dicit Clar. *d. §. raptus, num. 7.* vbi dicit * com- * *
munem.

Rata portio, non autem æqualis, debetur multis casibus. Concl. 7.

DISSOLVTO † collegio, vel dissoluta vniuersitate, bona col- 1
legii, seu vniuersitatis debēt distribui omnibus de collegio, vel de vniuersitate, non æqualiter, sed proportionaliter secundam rationem, ad quam quilibet concurrebat in onere collegii, vel vniuersitatis. Rom. *cons. 89. Visis iis, in pr.* allegat *l. 3. ff. de colleg. illicit.* † Extende in proiectione rerum in mare, vt merces aliæ saluæ 2
fiant; quia omnes tenentur contribuere habentes merces saluas, non æqualiter, sed pro rata valoris mercium saluatarum, & si proiecta recuperentur, debent distribui pro rata illis, qui soluerunt: non autem æqualiter. Rom. *d. cons. 89. n. 2. ver. secunda ex eo.* † Extē- 3
de; quia sicuti pro damno illato in territorio imponitur collecta omnibus de territorio pro rata æstimi, seu patrimonii, nō autem æqualiter. Rom. *d. cons. 89. n. 3. ver. tertio.* vbi apost. *in ver. patrimonij*, dat concord. ita reperto malefactore id, quod recuperatur ab eo, restituitur omnibus, qui soluerunt, non æqualiter, sed pro quā- 4
ti tate soluta prius. † Extende; quia si bona debitoris assignantur creditoribus inter se diuidenda, debet diuisio fieri proportionabilitet pro rata cuiuslibet creditoris, non autem æqualiter. Rom. *d. cons. 89. in fi. ver. pen.* Vide, *Æqualitas in multis seruanda. Concl. 304. cum duabus Concl. ibi proæ. seq.* † Limita; quia si legantur 100. pro a- 5
limentis trium filiarum pro rata, illud verbum importat pro vitili in solidum. Alex. *cons. 72. Viso processu, nu. 8. lib. 5.* vbi apostill. in *ver rata*, dat concord.

Ratificatio quid sit, & quæ requirantur in ratificatione, vt valeat. Concl. 8.

RATIFICATIO † est quædam conualidatio actus precedentis, 1
sicut confirmatio. Gemin. *cons. 128. n. 4. v. ratificatio enim.* vbi, q̃ ea, quæ requiruntur in confirmatione, eadē in ratificatione re- *
quiruntur. † Largo tñ modo ratificatio dicitur q̃dam approba- 2
tio, & requirit semper, vt is, qui ratificat, sit certus. Card. Zab. *consil. 44. n. 5. v. si autē accipiamus.* † Et idē importat ratificatio, q̃ confir- 3
matio respectu effectus; qa non differūt, siue, p̃ferantur affirmatiue, & effectiue, put ratifico, vel confirmo, siue proferantur negatiue; idē important; non ratū habeo, vel non confirmo. Aret. pulchre *cons. 128. Eximie domine, n. 6. v. nec obstat tertio.* † Duplex est 4
ratificatio; vna est, q̃ geritur actus, vel contractus ab alio nomine meo, & ex ista gestione incipit negotium ad me spectare ex

quasi

quasi contractu, & possum ratificare parte absente, & ista ratificatio non requirit præsentiam partiũ, & retrotrahitur ad tempus
5 negotii gesti. Aret. *d. cons. 128. Eximie domine, n. 2.* † Alia est ratificatio, puta actus, vel cõtractus nullus, vel nulliter celebrati à me ipso, vt quia deficit solennitas, vel aliud; & hoc casu in ratificatione requiritur eadem solẽnitas, q̃ requiritur ad contractum, put præsentia partium, & alia requisita pro solemnitate, vel forma, alias ratificatio non valet, nisi fiat eo modo, quo fieret cõtractus; & ista etiam non trahitur retro, vt contractum nullum validum
6 faciat ab initio, sed solum vt ex nunc. Aret. *d. cons. 128. n. 2. & seq. v. secunda species.* † Tribus modis fit ratificatio; primo verbis expressis; secundo tacito consensu; tertio facto aliquo interueniente, &
7 de omnibus speciebꝫ late Menoch. *de recuper. 15. remed. n. 113. & seq.* † Solemnitas, quæ requiritur in actu primo, qui ratificatur, eadẽ
8 necessaria est in ratificatione. Gemin. *cons. 128. n. 4. ver. sed quando iura.* Sign. *cons. 87. n. 9. ver. hinc respondet.* † Extende; quia sicut non potest appellari post 10. dies; ita nõ põt appellatio ratificari post
9 10. dies. Gemin. *d. cons. 128. ver. sed quando iura.* Vide, *Ratificatio appellationis intra quantum tempus fieri debeat, vt valeat. Conclus. 22.* † Extende in ratificatione alienationis rei Ecclesiasticæ; quia solẽnitas, q̃ requiritur in alienatione principali, eadem requiritur in ratificatione, & confirmatione. Gemin. *d. cons. 128. n. 5. ver. & de con-*
10 *firmante.* † Extende in ratificatione expectatiuæ; nam sicuti expectans non potest acceptare, literis expectatiuæ non expeditis; ita si expectatiua est nulla, & obtinet gratiam conualidantem, & ratificantem, nõ põterit acceptare, nisi pariter expediuerit litteras
11 huius secundæ gratiæ ratificantis. Gemin. *d. cons. 128. nu. 6. ad idem inducitur.* † Extende; quia mulier, & minor ratificantes testamẽtum non solemne sibi non præiudicant, nisi fuerint certiorati;
12 quia præsumuntur ignorare. Sign. *cons. 87. n. 10.* Vide, *Ratificatio mandato æquiparatur, & quando secus. Concl. 20. n. 7.* † Certioratio, & expressio omnium qualitatum, & eorum, quæ debẽt interuenire, requiritur in ratificatione, sicut in prima dispositione; quia iisdem legibus subiicitur ratificatio, quibus subiicitur ratificatum.
13 Gemin. *d. cons. 128. col. fin. ver. ad vltimum.* Paris. plene *cons 47. Intentio dominorum, col. pen. n. 97. lib. 1.* † Et quod ratificatio, siue appri-
14 siue larga, non valeat, quando ratificans, vel approbans non habet notitiam plenã actus ratificati. Card. Zab. *cons. 44. n. 4. & seq.* vbi & verba illa, *habens scientiam*, tunc probant, quando tenor inseritur. Corn. *cons. 207. n. 3. lib. 3.* Natt. *cons. 162. n. 32.* † Extende, vt
15 si prima dispositio sit nulla propter defectũ, vel subreptionem, pariter ratificatio erit nulla, & subreptitia, nisi de defecta fiat mẽtio, & sanatio. Gemin. *d. cons. 128. col. fin. n. 7. ver. ad vltimum, vsq; in fin.* † Ratio est, quia requiritur scientia plena actus ratificati cum
16 suis qualitatibus; quia substantia ratificationis est scientia. Bald. *cons. 176. ver. item qui. non apparet, lib. 2.* † Extende; quia imo minor, vniuersitas, & similes, licet sciant factum; q̃a potuerunt ius ignorare, non valet ratificatio, nisi sciant vtrumque. Ruin. *cons. 63. nu.*
17 *21. & n. 23. lib. 1.* † Et generaliter, vbi requiritur scientia, illa debet esse omnino certa, vt præiudicet. *Pedemont. decis. 176. num. 3. & seq.*
18 plene Tiraq. *de retract. lign. §. 36. gl. 2. n. 30. & seq.* † Extende; quia requiritur sciẽtia iuris, & facti, vt ratificatio valeat. Bald. *cons. 327.*
19 *col. 1. ver. præterea, lib. 2. alias 322. vidua.* † Extende maxime, quando agitur de ratificatione contractus dolosi; quia requiritur nedum
20 scientia contractus; sed etiam doli. Bald. *cons. 222. col. 2. lib. 2.* Curt. Iun. *cons. 50. col. 3.* Crauett. *cons. 160. n. 4.* † Ratio; quia aliud est approbare, seu ratificare actum, vel contractum, seu qualitatem actus, vel contractus, l. 3. §. *fin. ff. rem rat. hab.* Bart. *in l. Pomponius, col.*
21 *pen. ff. de negot. gest.* † Amplia in tantum requiri veram scientiam in ratificante, vt ratificatio valeat, vt necessaria sit lectura laudi, quod ratificatur, alias non sibi præiudicat ratificans etiam cum
22 iuramento. Castr. *cons. 166. Viso compromisso, n. 5. lib. 1.* vbi, † quod nõ sufficit scientia sine lectura, sequitur Crau. *cons. 197. nu. 14.* qui loquitur in transactione, & alios citat, *d. Pedem. decis. 176. nu. 3. & 4.* vbi alios citat, & quod requiratur lectura instrumenti ratificati, Castr. *cons. 465. Viso compromisso, col. pen. in princ. ver. restat nunc videre,*
23 *lib. 1.* Vide infra *Concl. 18.* † Extende; quia non præsumitur lectura laudi, vel alterius contractus ratificati, nisi dicatur, quod fuit lectum, & vulgari sermone expositum. Zabar. *cons. 44. nu. 5 & 6.* in tantum quod non sufficiat dicere, audito laudo, nisi dicatur &
24 lecto illius tenore. † Et sola præsentia actui non sufficit, nisi probetur intelligentia; quia qui non intelligit, non potest dici præsens, *l. diem proferre, §. coram. ff. de arb. l. coram. ff. de verb. signif.* Castr. *d.*
25 *cons. 465. lib. 1.* Corn. *cons. 165. Circa primum, col. 6. in fi. lib. 2.* † Extẽde; quia vbi requiritur scientia, intelligitur de scientia facti plena cum suis qualitatibus, adeo quod perfecta sit, alias non diceretur scire. Alex. *cons. 114. col. 2. num. 4. lib. 1.* Roman. *cons. 343. in fin.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 36. gl. 2. n. 30.* vbi dicit, quod non sufficit probare scientiam in genere, vbi requiritur scientia. † Extende, si quia si laudum est enormissime lædens, videtur nullum; quia ineest dolus reipsa. Dec. *cons. 180. n. 6.* plene Crau. *cons. 142. col. pen. qui*
parificatur dolo ex proposito. Dec. *cons. 80. n. 7.* igitur, vt ratificetur, necesse est, quod ratificans sciuerit esse nullum, & latum ex dolo, alias non valet ratificatio. Bald. *cons. 227. Proponitur col. 1. lib.*
2. Curt. Iun. *cons. 50. col. 3. in fin.* Crau. *cons. 160. col. fin. n. 6.* † Eridẽo ? is, qui ignorat actum, quem ratificat, nihil agit, *l. quo enim, in princ. ff. rem ratam hab. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. l. nec ignorans.* Cãdonat. Bald. *cons. 176. Præmittendum, ver. item quia non apparet, lib. 2. & cons. 130. Videtur, in fin. lib. 3.* Oldrad. *cons. 329. Has allegationes, col. fin. ver. præterea ratihabitio requirit scientiam.* Corn. *cons. 292. Visis, col. fin. lib. 3. & cons. 293. Multa, col. fin. eod. lib.* & quod ratificatio facta sine scientia plena rei, vel facti ratificati non valeat, late Ruin. *cons.*
174. col. 1. lib. 1. & cons. 22. col. 2. lib. 4. † Et quod non obligetur ratificans actum, quando non habuit plenam notitiam contractus. Soc. *cons. 159. col. pen. lib. 2.* † Et ratificatio non extenditur ad ignorata. Socin. *in l. Iulianus, n. 3. ff. qui satisd. cogan.* Paris. *cons. 1. n. 97. & cons. 49. num. 93. & consil. 100. n. 71. lib. 1.* Vide, *Ratificatio non extendit actum ad speciem inclusam. Concl. 15.* † Quia ratificans per errorem non dicitur consentire, & sibi non præiudicat. Dyn. *d. cap. rotum, de reg. iur. in 6.* Paris. *cons. 12. num. 72. & n. 78. lib. 2.* vbi, quod ratificatio facta ex falsa causa, vel ab ignorante non præiudicat. † Extende, etiam si interuenit iuramentum; quia non extenditur ad consensum ad ignorata. Paris. *d. cons. 12. lib. 2.* plenius Crau. *cons. 192. n. 6.* vbi plura adducit, & in simili Zabar. *consil. 44.* † Reliege; quia imo ratificatio ex certa scientia præsumitur, & sufficit, quod in genere cogitauit ratificans; quia ex quo potuit non ratificare, nisi legeretur scriptura, dicitur esse in ignoãtia cralla, quæ non releuat, *cap. humilis, de maior. & obed.* vbi Anton. de Butr. & alii Castr. *cons. 216. Confirmando, num. 3. ver. super tertio, lib. 1.* Alex. *consil.*
42. num. 7. per tot. lib. 1. Crauett. *consil. 25. num. 13. & cons. 73. num. 4.* † Amplia; quia maxime procedunt prædicta facilius in ratificatione, quæ inducitur, vel præsumitur facto; quia qui dicit indectam ratificationem, deber probare, quod sciuerit qualitates omnes, & plenam habuerit scientiam. Crauett. plenissime *consil.*
197. num. 14. vbi, quod scientia plena est de substantia ratificationis, quam probare debet, qui nititur super ratificatione. † Incerta ratificatio non releuat, sicut neque incerta probatio: ideo si mulier ratificat locationem factam à marito suo de bonis mulieris Titio, non releuat, nisi constet & exprimat, pro quo tempore, & pro quo pretio; quia ista sunt substantialia locationis. Alex. *cons. 184. In causa, & lite. n. 4. & 5. ver. nec obstat, quod forte, lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiam si talis ratificatio habeat relationem ad instrumentum locationis; quia si de locationis instrumento non constat, ratificatio euanescit. Alex. *d. consil. 184. num. 3. lib.*
6. vbi, quod tanquam incerta, & obscura non releuat. † Amplia multis modis, & plenius infra, *Ratificatio vt inducatur, quæ sint necessaria. Conclus. 18.* Vide, *Confirmatio quid sit, & quæ requirantur. Conclus. 704.*

Ratificatio quando sit necessaria, vel non. Conclus. 9.

RATIFICATIO † est necessaria, vbi non adest mandatum. Bald. *consil. 32. Præsupponatur in facto, ver. decima & vltima, lib.*
2. † Extende; quia vbi ratificatio est promissa, debet sequi totum, nec sufficit particularis ratificatio, ita quod non auditur volens agere ex contractu non ratificato in totum. Bald. *consil. 32. & consil. 34. In causa ista, circa fin. eodem lib.* Vide plenius *Ratificatio est necessaria multis casibus, & quando secus. Conclus. 16.* Vide, *Ratificatio promissa ad quid obliget promittentem. Concl. 17.*

Ratificatio non fit, nisi de eo, quod nomine ratificantis est gestum, & quando secus. Concl. 10.

RATVM † habere non possum, quod nomine meo non est gestum, *cap. cum ad sedem, de restitut. spoliat.* Federic. de Sen. *consil. 15. Quæstio talis, in princip. ver. secunda potest & aliter, lib. 2.* † Excasus, *super quo, numer. 3. ver. secunda potest & aliter, lib. 2.* † Extende; quia ratum habere non possum, quod nomine meo non est gestum, etiam si negotium ad me pertineat, *cap. rationibi* Dyn. *de regul. iur. in 6. l. si pupilli. §. si ego,* vbi Bartol. *ff. de negot. gest.* Bartol. *in l. 1. §. sed cum quis. ff. de vi, & vi armat.* vbi declarat. Dec. *consil. 672. num. 6.* † Et propterea necesse est, vt præcedat mandatum, non autem sufficit, quod sequatur in iis, quæ mandatum, non autem sufficit, quod sequatur in iis, quæ mandantis gesta non sunt. Alexand. *cons. 146. in casu hu-*
mine mandantis gesta non sunt. Alexand. *cons. 146. in casu hu-*
num.

n.15 *ver. & non obstat, lib.5.* † Amplia in tantum, vt nec Papa de ordinaria potestate possit ratificare cõpromissum factũ per Cruciferos sine licentia Papæ, q̃ est nullũ; quia nomine Papæ non fuit 5 compromissum. Gemin. *cons.96.n.3.ver. nec Papa.* † Declara, quia ratificatio propria hoc requirit, quod actus, qui ratificatur, sit factus nomine ratificantis; quia est quædam confirmatio, seu conualidatio, vt tunc, & de tempore actus confirmati; si vero ratificatio sumitur large pro approbatione, etiam valet de eo, q̃ non est factum nomine ratificatis, dummodo habuerit scientiã; quia semper requiritur. Card. Zabar. *cons.44. Prodomino Christophoro, n.* 6 *3. & seq. v. quod ratificatio.* † Amplia maxime in ratificatione tacita gestorũ a procuratore; quia si nõ gessit nomine domini, non põt induci ratificatio ex sola scientia & patientia. Dec. *cons.* 437. *Quæri-* 7 *tur.* † Ampliat, q̃a promissum, aut gestũ nomine meo per ratificationem efficitur meum. *d.l. si pupilli. §. sed si ego*, & ibi gl. & Dd. *ff. de neg. gest.* facit *l.2. ad sin. ff. de calumn.* loquens in locatione facta nomine alieno, *l. si seruus. ff. de precar.* † Extẽde; quia si decedatis, cuius nomine gestum est negotium, antequã ratum habuerit, poterit hæres illius ratum habere, *l. ab vno. C. de neg. gest.* scribit Bald. Dyn. *in c. ratum, de reg. iur. in 6.* quem sequitur Bart. *in l. bonorum. ff. rem rat.* 8 *hab.* Alex. *in l. eius qui in prouincia, n.7. ff. si cert. pet.* Paul. *in v. negotiorum*, & dicit esse bene notandum, allegans tex. *in l. fin. ff. si pro* 9 *curatori. ff. rem rat. hab.* † Amplia; quia non iuuat accedo ad rem tuam tãquam tuã; ergo nomine tuo; ideo q̃ ad particularibus non possunt ratificari per communiter recep. Gem. *cons.46. In causa* 10 *vertente, n.12. lib.3.* † Limita, q̃ bene possum ratificare in præiudicium meum, quod nomine meo est gestum. Oldr. *cons.328. in fi. n.* 19. *ver. item non obstat.* maxime, quando superte mea fuit contractum; quia oritur contra me in præiudicium meum exceptio. Bald. 11 *cons.322. Vidua petiit, in pr. ver. præterea potest, quæ lib.2.* † Limita; quia factum per gestorem in rem suam potest ratificari, & valet ratificatio secundum comm. * opinionem. Bald. *cons.223. Proponitur,* 12 *quod vnus, n.3. ver. modo quæritur. lib.2.* † Limita; quia hæres potest ratificare gesta nomine defuncti, si sunt talia, quæ transeant ad hæredes. Dyn. *cons.15. Quæstio talis est, quidam, na.2.* Ang. *consil.* 161. *Viso* 13 *puncto, col. fin. in pr. ver. aut ergo.* † Limita in delictis; quia ratificatio facta delicti transfert onus probandi in ratificantem, quod non 14 mine suo gestum non fuerit. Clar. *§. fin. q.* 87. *in fin.* vbi dicit notãdum. † Contrarium in delicto gesto non nomine ratificantis, q̃ per ratificationem non incurrat ratificans pœnam, tenet Hieron. de Tortis *cons. quod est post consil. Anton. de Burr. sub n.3.* allegat Bart. *in l. §. sed & si cũ quis*, vbi gl. *ff. de vi & vi arm.* quia dicit, quod possum habere ratum ipsum factum, sed non qua talem facti. De- 15 clara, & dic plenius, *Ratificatio delicti quando noceat, vel non. Concl.28.* † Limita; quia gestum non nomine meo possum ratificare; imo teneor ratificare, quando vtiliter est gestum; quia ipso gestu meũ dicitur. Bologn. *in addit. ad cons.10. de Anan 55. n.6. ver. præterea.*

Ratificatio ex multis factis inducitur, & quibus. Concl.11.

1 RATIFICATIO † appellationis inducitur ex constitutione procuratoris ad prosequendam appellationem nomine cõstituentis inter positã. Oldr. *cons.326. n.17. ver. cum ergo, & cons.328.* 2 *n.15. ver. item licet.* † Mandatum falli procuratoris ratificatur, si dominus appellet à sententia lata contra se comparente eo, qui nõ 3 habebat mandatum. Oldr. *d. cons.326. n.17. ver. nec obstat.* † Extende, vt idem sit, si procurator prætensus fecit causam, & appellatuit; quia si dominus prosequitur appellationem ab eo inter positam cum promissione rati, censetur ratificare omnia gesta ab eo- 4 dem. Rom. *cons.249. In casu proposito, in fin. ver. nec refragatur.* Sponsalia † ratificantur, si sponsa recipit munera, si supplicatur pro dispensatione gradus prohibiti; quia factis voluntas declaratur. 5 Cald. *cons.458. alias 1. de sponsal.* † Facto non minus quã verbo inducitur ratificatio; quia facto voluntas declaratur. Cald. *d. consil.* 6 *458. alias 1. de sponsal.* † Et mulier exigẽs dotem sibi datam in apocha, in qua comprehenditur legatum factum sibi a tertio, censetur ratificare facto ipso, & sibi præiudicat, ne legatum possit petere tanquã non comprehensum in illa summa. *l. quidam ex parte, vbi est text. & ibi gl. ff. de cuict.* Bald. *cons.184. Ad intelligentiam, vel* 7 *nunc venio, lib.2.* Crau. *cons.237. col.2. ver. ex testamento*, vbi plura, qs tacita ratificatio inducatur. † Et quod ratificatio nedum verbis, sed facto ipso inducatur, est tex. *in l. Paulus. ff. rem rat. hab.* Dec. *cons.* 316. *col.2. in fin. & cons.38. in princ. & cons.139. & cons.222. Dura admodum, na.4. & 5. & cons.367. Viso puncto, n.3.* Alex. *cons.58. In causa, & lite, lib.5.* Bald. *cons.184. lib.2.* Ang. *cons.151. col. fin.* Bologn. *cons.15. n.* 15. *Quotidianus est casus, & cons.26. Proponitur mihi, n.12.* Tiraquell. *de* 8 *constit. in 3. part. num.12.* † Extende; quia non minus declaratur voluntas facto, quam verbis. *l. reprehendenda. C. de instit. & substit.* vbi gl. & est gl. singul. *in c. cũ super, in ver. confessus, de offic. deleg.* Bald. *cons.* 9 184. *Ad intelligentiam, nu.5. lib.2.* plene Crau. *cons.237. col pen. ver. sed magis in termino.* † Extende per exempla; quia acceptans bona sibi in laudo adiudicata ratificat laudum facto. Castr. *cons.116. Viso cõ-* 10 *promisso, col. pen. in fin. lib.1.* sequitur Crau. *d. cons.237. n.2.* † Et soluẽs expensas factas in lite per nuncium, videtur ratificare gesta per 11 nuncium. Alex. *cons.175. Perspectis, in fin. lib.5.* † Producẽs laudum, & petens illius executionem censetur contenta in laudo etiam ratificare, & approbare. Petr. de Anch. *cons.34. nu.18. & seq. ver. postremo contra dicta.* † Taciturnitate quinquennii ratificatur cõtractus minoris celebratus sine solemnitatibus, si minor effectus 12 maior tacuit per quinque annos, dum contractus sit iustus quoad alia. Bald. *cons.45. Quandoque contractus, lib.2.* † Exigens canonẽ ab emphyteuta dicitur approbare concessionẽ in emphyteusin etiam nulliter factam, puta a minore, si exactio fiat ab eodem 13 maiore effecto. Bald. *consil.184. Ad intelligentiam, lib.2. ver. secundo præmitto. & per tot.* † Creditor agens contra eum, qui exegit pecu- 14 nias à suo debitore de mãdato sui adiecti, liberat adiectum; quia etiam si non potuisset alterum adiicere exactioni; tamen ex quo dominus egit contra exigentem, censetur ratificare talem adiectionem; secus si non egisset contra exigentem, quia posset agere cõtra adiectum. Bald. *cons.281. Ad euidentiam præmittendum, lib.5.* † Possessione, vel vsu rei factæ, & acquisitæ per negotiorum ge- 15 storem inducitur ratificatio. Ang. *cons.161. Viso puncto, col si. in prin.* vbi, quod si dominus possedit acquisita nomine suo p negotiorum gestorem, censetur ratificasse acquisitionem. † Extende in 16 emphyteusi acquisita per fratrem pro se, & fratrib. absentibus; quia si possederunt simul, censentur absentes ratificasse. Fulgos. *cons.232. In proposita quæstione, in princ.* Vide, *Ratificatio tacita, quando, & ex quibus inducatur, & quando non. Concl.13. n.6. & seq.* † Mãdatum etiam ad actum gerendum inducitur circa actum iã gestum; 17 ideo mandatum ad contrahendum matrimonium ratificat contractum. Alex. plene *cons.146. In causa & lite, lib.5. per tot.* maxime *in pr. & n.9. & seq.* vbi limitat in actu consumpto ex toto extinctino, vide eum plenissime tractantem. Vide & declara, *Procurator si egit* 18 *sine mandato legitimo quando valeat iudicium, vel non. Concl.828.* † Extende multis modis, *Ratificatio mandato æquiparatur, & quãdo secus. Concl.20. n.10. & seq.* † Extende, quia si aliquis egit nomine meo contra te sine mãdato, & obtinuit dari mihi fideiussores, & ego 19 constituã illum procuratorem, videor ratificare gesta ab eo, & fideiussores mihi obligantur. *l. Iulianus, cum tibi not. ff. qui satisd. cog.* Alex. *d. cons.146. n.9. ver. fortificantur, lib.5.* † Et idem in substituto, qui 20 egit causam sine mandato; quia si substituatur a procuratore habente mãdatum ad substituendum, gesta per ipsum substitutum sine mandato censentur ratificata. Alex. *d. cons.146. n.9. ver. & præterea domini de Rota, lib.5.* & est *decisio Rotæ 38. de procur. in nou.* alias 454. & Alex. *consil.112. in fin. eod. lib.5.* † Declarat Aexand. *consil.112.* 21 *in fin. lib.5.* vt procedat, quando constituens sciebat gesta, quæ ratificantur per dationem mandati, alias secus, sed idem Alex. *consil.146. num.12. lib.5.* dicit, quod sufficit cogitatus in genere. † Declara; quia adhoc, vt mandatum ad aliquid faciendum inducat 22 ratificationem actus nomine mandantis gesti, est necesse, quod ille actus non sit ex toto extinctus, prout si mando tibi, quod occidas Titium, & tu iã occideres, non potest induci ratificatio; etiã si nomine meo occidisti me ignorante; quia verba non possunt applicari; secus, si actus est successiuus, & non ex toto extinctus, ita Alex. *d. cons.146. n.14. ver. non obstat etiam, lib.5.* † Extende 23 in matrimonio contracto nomine meo ab eo, qui non habebat mãdatum sufficiens; quia si postea ego constituo eundem, qui contraxerat matrimonium nomine meo procuratorem ad contrahendum matrimonium cum eadem persona, videor ratificare matrimonium primo nomine meo contractum. Alex. *d. consil.* 146. *In causa & lite, per tot.* vbi est casus, maxime *n.9. & seq. ver. fortificantur, lib.5. & n.14.* vbi apost. *in ver. vim.* † Et procedit extensiõ, 24 etiam si mulieri non fuerit notificata ratificatio, seu mandatum; quia sufficit, quod secuta fuerit ratificatio, vel mandatum, antequam mulier dissentiat, plene Alex. *d. cons.146. n.15. & multis seqq. v. non obstat etiam prædictis, lib.5.* † Extende; quia si aliquis incepit a- 25 gere nomine meo sine mãdato, & postea hoc sciens mandatum dedi ad agendũ, videor ratificare prius gesta. Castr. *cons.382. Super primo, in pr. lib.2.* † Extende; quia mandatum ad litem motam in- 26 ducit ratificationem gestorum ab eodem procuratore in eadem causa, quatenus dominus sciuerit eum se gessisse pro tali in causa. Alexand. *cons.112. Super eo, in fi. lib.5.* vbi apostill. *in ver. ratificatio-* *nem.* † Dispositio ad futura capit præsentia, & futura; nam lega- 27

tum

tum factum Titio, cum pubes erit, vel sub conditione, si nauis ex Asia venerit, si erat pubes, vel si nauis ex Asia venerat, debetur legatū, si testator ignorabat; sed si testator sciebat conditionē venisse, si pōt reiterari, videtur sensisse de alio futuro implemēto.

28 Alex. *d.cons.146.n.4.ver. & præsuppono.lib.5.* † Ideo si Papa mandat ꝓuideri de prima vacatura in certa ecclesia, poterit ꝓuideri etiā de ea, q̄ vacabat tēpore datæ, si Papa ignorabat vacationē. Alex. *d.cons.146.n.5.ver. & per hoc dicitur, lib.5.* vbi apost. *in ver. vacabat*, dat

29 concor. & declarat, vbi sunt concordata, non habere locum. † Et Princeps cōcedens alicui, vt possit testari nō obstante aliquo impedimentō, si iā testatus est, c̄ualidatur testamentū iā factū. *l. si quis filio exheredato. §. irritū, ver. qua ratione. ff. de iniusto testam.* Alex. *d.*

30 *cons.146.n.7.ver. comprobatur, lib.5.* † Et legatū factū de cētum pro maritāda Berta, si est maritata, debetur nihilominus. Alex. *d.cons.146.n.6.ver. & similiter. lib.5.* & ibi apost. *in v. maritata*, dat concor.

31 † Declarat apostill. ad Alex *d.cons.146.n.6. in ver. maritata*, vt ꝓcedat, q̄n legatum fit pro maritanda certa persona: secus si pro maritādis puellis; quia non debetur iā maritatis, nisi esset ꝓ filiabus, vel descendentib. maritādis; quia debetur etiā maritatis, alle-

32 gat Castr. *cons.308. In isto, in fin. lib.1.* † Obseruātia, & executio cōtractus, laudi, vel actus inducit ratificationē tacitā. *l. Paulus. ff. rem*

33 *rat. hab.* † Exigens, vel recipiens rem adiudicatā ex laudo dicitur ratificare laudū. Castr. *cons.116. Viso cōpromisso, col. pen. ad fi. lib.1.* vbi, quod nō minus facto, q̄ verbo inducitur ratificatio: idem in exigente pensionem ex locatione; quia cēsetur ratificare. Alex. *cons.*

117. lib. §. n.2. & alia similia exēplaidē Alex. *cons.175. in fi. lib.5.* Dec.

cons.54.n.2. & cons.262.n.8. & 9. & cons.367.n.3 & cons.468.n.12. &

34 *cons.586.n.13.* † Soluens pensionem conuentā in locatione, dicitur ratificare locationem de tempore in tēpus. Natt. *cons.26.n.7. & cons.160. col.2.* Affl. *dec.236.n.3. & dec.164.* Gozad. *cons.30. in prim.*

35 † Recipiens literas absq; cōtradictione dicitur ratificare, & ap-

36 probare in eis contenta. Alex. *cons.78. col.2. lib.1.* † Viēs, vel approbās actum gestum à suo asserto procuratore, qui nō esset, dicitur approbare, quod ille esset suus procurator iā in illo actu, q̄ etiā in aliis ab eodem ꝓcuratore gestis, ēt si noceant vtenti. Felin. *in c. cum inter, n.22. de except. l. cū quaritur. ff. de admin. tut.* Bart. *in l. si negotia, & in l. si quis negotia. ff. de neg. gest.* Tira ꝙ. *de retr. conuent. §. 7. n. 4. in*

37 *fi. cum seq.* † Declara tamen; quia si tutor locauit ad longū tempus bona minoris, & fecit pactum fracandi bona conductori ꝓ tāto pretio in eodem instrumento locationis, si minor maior factus agit ad pensiones contra conductorem, censetur ratā habere locationem, & pactum francandi secūdum Alex. *d.cons.117. Viso proceſſu, lib.5.* sed contrarium, & melius tenet ibi apostill. *in ver. aut nō valuit*, quia cum sint duo contractus, videl. locationis, & fracandi, si agit ex locato; non tamen approbat alium contractum, vel aliud pactum separatum francandi, licet in eodem instrumento. Ego credo, quod apostilla dicat melius in ratificatione tacita, q̄ non extenditur; secus, si expressa; quia cēseretur ratificasse omnia contenta, vel dicas istud pendere, an pactum fiancandi pendeat à locatione, vt supponit Alex. ibi. *n.3.* quia si penderet à locatione, vt quia constat, quod non aliter conduxisset sine pacto, vel ꝙ plus soluit de affictu propter pactū, vt quia esset pars pretii; tunc

38 approbando locationem approbaret pactum, alias secus. † Pariter appellans à sententia lata in iudicio facto cum filiofamilias inducit ratificationem gestorum, ita quod instantia transiuit deserta, & sententia transit in iudicatum; secus si pater appellauit, & de nullitate dixit, put in practica fieri consueuit. Ant. de Butr.

39 *cons.18. col.1. in fi. n.2. ver. sed quicquid sit.* † Actus meus interueniens vltra scientiam ad actum gestum nomine meo inducit ratificatio-

40 nem. Abb. *cons.7. Tria. col pen. nec obstat, lib.2.* † Lapsus longi tēpo-

41 ris inducit præsumptam ratificationem. Gozad. *cons.11.n.19.* † Et ex solutione per longissimum rēpus facta inducitur, & præsumitur ratificatio. Dec. *cons.297.n.2. in fi. cum seq.* Cassad. *decis.3.n.4. &*

☞ *seq. & nu.7. de procur.* Vide, *Ratificatio quando præsumatur, & quando*

42 *non. Conclus.14.* vbi plenius. † Consentiens translationi de se factæ de Episcopatu ad Episcopatum, dicitur habere ratam ipsam translationem; & ideo conualidatur collatio facta de beneficiis translati, antequam consenserit; quia vbicunque actus, qui non potest fieri sine consensu meo, fit sine consensu meo, & est nullus, efficitur validus duobus concurrentibus: primum, quod faciens actum credidit verisimiliter me cōsensurum, & quod postea consensi, plene Rom. *cons.340. Circa primum, n.6. circa tertium.*

43 † Hæreditatem defuncti acceptans, vel adiens, censetur ratificare venditionem rei propriæ factā à defuncto; ideo contrauenire non potest. Alex. *cons.92. Viso, n.3. & 4. ver confirmatur, lib.5.* vbi apostill. *in ver. ratum*, dat concord. Vide, *Ratificatio tacita quando,*

☞ 44 *& ex quibus inducatur. Conclus.13.* † Limita; quia vt inducatur tacita ratificatio ex facto, debet necessario concludere ratificationē, alias non concludit. Roman. *cons.291.n.5.* Dec. *in tract. diffi. in. not. de appell. & in cons.457. col. fin.* Tiraq. *de retract. lign. §.36. gl.2. n.1.* Vide, *Hæres non potest venire contra factum defuncti, & quando secus. Conclus.53.*

Ratificatio gestorum contra mandatum non inducitur, & quando secus. Concl.12.

RATIFICATIO † gestorum ab eo, qui habebat cerum mādatum, si faciat contra illud, non inducitur ita de facili, sicut si nullum habuisset mandatum, *l. maritus. C. de procur. Oldr. cons.199. n.7. ver. præterea facit.* vbi; quod propterea requiritur magis clara scientia; quia in dubio nō præsumitur ratificare gesta contra suū mandatum; & iste est casus illius consilii, *in 2. dub. & n.11.* vbi dicit, quod *l. §. §. falsus. ff. rem rat. hab.* procedit, quando adest scientia ratificantis certa. † Et an gesta per falsum procuratorem possunt ratificari post conclusum in causa, & post sententiam, Vide Guid. Pap. *decis.320.* Vide infra, *Ratificatio gestorum ab eo, qui non habebat legitimum mandatum, potest fieri, &c. Concl.23.* † Limita, quia ratificatio inducitur gestorum contra mandatum, quādo superuenit noua cōmissio, vt procurator faceret, quicquid posset pro vtilitate mandantis; quia censetur actum mandatum, & ista procedunt maxime, quando aliis negotiis eiusdem mandantis præfuit, & fuit solitus mandans ratificare, vel si negotium erat periturum. Bald. *cons.334. Creditor indigens. per tot. lib.* Vide duas Conclus. prox. præced. Vide, *Ratificatio actus prius impugnati qualiter inducatur. Conclus.25. & Concl. ibi prox. seq.*

Ratificatio tacita quando, & ex quibus inducatur, & quando non. Concl.13.

RATIFICATIO † inducitur eo ipso, quod scio aliquid nomine meo gestum esse, & non contradico, vel nō protesto. Oldr. *cons.199.n.7.* qui loquitur in spolio nomine meo commisso, vt teneat ratihabitione, ex quo sciui, & non fui protestatus. Bald. *cons.110. Decreto Domini cauetur, in princ. lib.1. ver. præterea sequitur ad eos.* † Declara supra, *Ratificatio quid sit, &c. Concl.8.* & infra, *Ratificatio vt inducatur, quæ sint necessaria. Concl.18.* quia non sufficit habere scientiam rei, vel facti, nisi habeatur scientia circumstantiarum, & qualitatum omnium, *cap. cum certa*, & ibi gloss. *in verbo.* & Doct. *de appell. in 6.* Roman. *cons.343. circa fi.* Alex. *cons.114. col. 2. lib.1.* Felin. *in cap. a nobis, col.1. de except.* Dec. *in c. nam concupiscentia, in 2. lect. in fin. de constit.* Vide, *Scientia vbi requiritur in aliqua, qualis esse debeat. Conclus.66.* † Amplia, vt idem sit in iudicio agitato nomine meo per substitutum ab eo, qui non haber potestatem, vt eo ipso, quod sciui per talem causam meam agi, videar mandasse, & ratificasse. Cald. *cons.106.* alias *4. de procur.* † Declara, vt non procedat in minore; quia non censetur ratificare ex scientia, & patientia etiam maior factus, nisi per quinquennium tacuerit, postquam maior factus fuerit. *l. fin. C. si maior fact. rat. habuer.* † Intelligi declarationem, nisi maior factus actum approbatorium fecerit, & sic verbo, vel facto ratum habuerit; quia tunc non expectatur quinquennium. Petr. de Anch. *cons.34. num.18. & 19. ver. postrem.* † Amplia; quia is, qui possidet rem acquisitam per alium nomine suo, dicitur ratum habere talem contractum acquisitionis. Ang. *cons.161. Viso puncto, col. fin. in princ.* † Extende idem, si percipit fructus ipsius rei. Alex. *cons.88. col.7. lib.5.* † Extende, vt idem sit, si vniuersit. sinuestita de tenuta in emphyteusin soluit pensionem, seu Canonem rei conductæ ab alio. Alex. *cons.127. Viso instrumento, in princ. lib.5.* vbi, quod talis ratificatio trahitur retro, & mādato æquiparatur. † Amplia; quia ratificatio præsumitur, & inducitur ex longinquitate temporis. Ceph. *cons.240. nu.9. lib.2.* Gozad. *cons.11.n.16.* Bero. *cons.104.n.11. lib.3.* Ceph. *cons.311.n.45. lib.3.* Sim. de Præt. *cons.79.n.15. & 16.* Rim. Iun. *cons.6.n.74. lib.1.* † Maxime, quando non præcessit mandatum. Rim. Sen. *cons.504. nu.2. lib.1.* Vide, *Ratificatio ex multis factis inducitur, & quibus. Concl.11.n.4. & seq.* † Amplia in minore; quia si maior factus per quinquennium tacet, censetur ratificare contractum ab eo nullum, *l. fi. C. si maior factus.* † Extende idem, si maior factus agit ad pensiones actus decursi; quia censetur approbare locationem factam à tutrice, vel curatore. Alex. *cons.117. Viso proceſſu, lib.5.* † Limita; quia ratificatio non inducitur per eum, cuius nomine fuit factum contractus, licet ipse reperiatur præsens laudo, q̄ profertur, & emissum, licet ipse reperiatur præsens laudo, q̄ profertur, & emissum, nihil dixerit. Vide *in ver. Laudum arbitri ex quibus nullum dist possit. Conclus.29.* vbi distinguitur in sententia indicis, vel laudo arbitri. † Extende; quia imo non inducitur ratificatio laudi, licet in fine

Nota-

Notarius scribat, *latum latum, & c. præsentibus testibus, &c. & præsentibus partibus, & non contradicentibus*, quia adest medium inter consentire & cõtradicere, videlicet tacere, maxime, quia sunt verba Notarii, secus, si essent verba partium, puta, quod partes dicerent, quod non contradicebant. Lanfranch. in *tract. de arbitr. in 3. charta, ver. homologatio.* † Extende, quia sola præsentia partium tempore laudi non inducit ratificationem. Cum *cons.* 143. *n.* 2. † Restringe; quia bene inducitur ratificatio compromissi, si Titius, pro quo cõrato fuit promissum, lato laudo petat declarari nullum; quia si noluisset ratificare, sibi non nocebat, neq; erat necessaria petitio, quod annullaretur. Castr. *cons.* 93. *Considerandum est, in pr. lib.* 1. † Restringe, quando non constat de compromisso, & arbiter enuncians compromissum fert laudum partibus præsentibus, & non contradicentibus. Vide *Laudum arbitri ex quibus, Concluſ.* 29. supra allegata *ver. Restringe.* Vide, *Minoris contractus nullus qualiter convalidetur. Concl.* 254.

Ratificatio quãdo præsumatur, & quando non. Cõcluſ. 14.

RATIFICATIO † promissa pro absente præsumitur per lapsum 30. annorum, quibus superuixit is, pro quo de rato fuit promissum. Soc. *cons.* 46. *n.* 3. *ver. præterea in casu nostro, lib.* 3. sequitur Soc. Iun. *cons.* 48. *n.* 10. *lib.* 2. Paris. *cõs.* 33. *n.* 61. *lib.* 1. & ita Rota Rom. vt attestatur Simonet. *dec.* 42. *In vna iudicatũ fuit.* † Extende; quia in hac tacita ratificatione præsumpta; etiam si agatur de contractu, non est necessarius consensus simultaneus, vel præsentia alterius partis. Aret. *consil.* 128. *Eximie, n.* 3. *ver. tertio*, quod potuit fieri parte absente, faciunt tradita per Brun. *tract. de for. c. de potentia & effecta, fol.* 49. *col.* 2. *ver. secundo præducta conclusio non procedit & in cap. quas res, fol.* 29. *col.* 2. *ver. solemnitas etiam.* † Cõtrarium in ratificatione actus, vel contractus nullius, vel laudi nullius; quia ratificatio conualidans in vim pacti siue tacita, siue expressa, requiritur ab vtraque parte. Paris. *cons.* 24. *n.* 113. *lib.* 2. late Soc. *cons.* 105. vbi declarat, *lib.* 4. Vide, *Laudum homologatum qualiter valeat. Conc.* 26. † Extende; quia cessat etiam mala fides. Bar. in *l. si. Cũ major factus ratum hab.* quem videas. † Amplia, quia ratificatio etiam actus gesti, puta laudi, vel contractus gesti, nomine alieno, vel pro alio præsumitur per lapsum 30. annorum. Vide Conclusionem proxime præcedentem vbi concor. plures. † Amplia, quia longa patientia, & obseruantia inducit ratificationem actus præcedentis. Soc. *cons.* 158. *Visto processu, col.* 2. *ad fi. lib.* 2. & facit; quia voluntas declaratur interuenisse in actu per obseruantiam subsequentem diutius seruatam. Soc. *cons.* 68. *In causa, quæ vertitur, col.* 3. *in pr. lib.* 3. latius *cons.* 145. *Circa primum fere, per tot. lib.* 1. Vide, *Obseruantia diuturna operatur multa, & quando secus, &c. Concluſ.* 58. † Extende; quia ratificatio pacis promissæ pro absentibus præsumitur facta eo ipso, quod tacuerũt per longum spatium, & non consueuit fieri expressa ab omnibus; ideo committitur pœna promissa. Corn. *cons.* 40. *lib.* 2. *per tot.* Vide Conclusionem prox. præced. *nu.* 9. *& seq.* † Limita, quia sicuti mandatum non præsumitur etiam per mille annos; ita neq; præsumitur ratificatio subsequuta ad actum factum sine mandato. Ias. *consil.* 140. *lib.* 4. † Limita, quia si actus potest ex alia causa dici factus, quam ex causa ratificationis cessat ratificatio. Bart. & Ang. in *l. quo enim. ff. rem rat. hab.* Paris. *cons.* 79. *n.* 12. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 180. *in fi. lib.* 2.

Ratificatiõ non extendit actum, qui ratificatur, ad speciem non inclusam, & quando secus. Cõcl. 15.

RATIFICATIO † non extendit actum, qui ratificatur, ad speciẽ non inclusam; ideo si procurator, qui non habet mandatum ad donandum, transportet creditum mariti in personam vxoris, & maritus ratificet, non inducitur donatio; quia procurator non poterat donare, neq; ratificatio extendit, vt possit induci præsumptiõ donationis. Per. de Anch. *cons.* 32. *nu.* 6. *& seq. ver. & licet ista.* Soc. *cons.* 159. *in præsenti consultatione, num.* 30. *lib.* 2. Castr. *cons.* 306. *nu.* 3 *lib.* 2. vbi, quod sicut narrata non extendunt conclusionem libelli; prout nec exceptio firmans regulam extendit, ita cõfirmans non extendit confirmatum, clausula; *non obstante*, firmat gratiam, sed non extendit. † Contrarium Paris. *cons.* 29. *Bonum, nu.* 20. *& seq. lib.* 1. vbi, quod ratificatio laudi extendit laudum ad hæredes, quia hoc est de natura ratificationis, etiã si nihil sit dictum de hæredibus, licet laudum non sit transitorium ad hæredes. † Amplia; quia ratificans sententiam latam contra se in negocio principali non censetur ratificasse sententiam liquidationis expensarum, in quibus fuit condemnatus in sententia ratificata; quia liquidatio non includitur. Ang. *cons.* 302. *Visis & diligenter, nu.* 2. *ver. contrarium credo.* † Amplia in laudo homologato, seu ratificato; quia ratificatio confirmat, non extendit. Ægid. *cons.* 24. *n.* 18. *& 19.* & idem operatur, quod iuramentum; quia confirmat actum, non autem extendit. Æg. *d. cons.* 24. *nu.* 12. † Extende; quia laudum declaratorium de præterito non inducens obligationem nouam, sed veterem detegens, si homologetur, non extenditur, vt sit, nisi declaratorium; quia consensus actui præstitus non operatur vltra id, q; actus recipiens consensum operari potest. Flor. *consil.* 17. *n.* 8. *& seq. ver. secunda ratio.* † Amplia, quia ratificatio non extenditur ad illicita, neq; ad non cogitata. Card. Zab. *cons.* 44. *n.* 5. *& seq.* maxime *in fin.* † Extende; quia ratificatio subsequuta, vel ratificatio promissa non extenditur ad ignorata, neque ad continentia dolum, vel fraudem, quia de natura confirmationis est addere robur ratificato, non autem extendere. Socin. *cons.* 159. *in præsenti consultatione, n.* 29. *in fi. cum seq. lib.* 2. † Amplia; quia non extenditur ad non verisimilia, vt quis iacter suum. Card. Zab. *d. cons.* 44. *in fin.* † Amplia idem in confirmatione actus nullius temporalis, quia confirmatio non extendit actum temporalem, vt efficiatur perpetuus, sed imo intelligatur solum addere robur cum suis qualitatibus. Castr. *cons.* 162. *in pr. lib.* 2. † Restringe, quia imo transactio solius Prælati sine solemnitatibus, quæ est personalis, mortuo Prælato non præiudicat Ecclesiæ, si confirmetur per Papam ex certa scientia, extenditur, & fit realis, & perpetua. Abb. *cons.* 62. *illud de iure, n.* 4. *ver. secundo principaliter, lib.* 1. † Amplia, quia licet per diuisionem amplissimam cum clausulis ad disponendum de bonis diuisis pro libito voluntatis inducat renunciationem fideicommissi, etiam sub futura conditione inter scientes; si tamen diuisio fiat per laudum, vel arbitramentum cum amplissimis clausulis prædictis, non censetur renunciatum fideicommisso, quia arbitris nõ est data facultas, & ideo ratificatio partium, & homologatio laudi non extendit vltra, quam extenderetur, late Socin. *cons.* 251. *n.* 21. *ver. ex qua conclusione, lib.* 2. Mandel. *cons.* 29. *n.* 16. Alex. *cons.* 40. *n.* 2. *in fi. & seq. ver. & confirmantur, lib.* 4. † Ratio, quia ratificatio est actus executiuus, qui non extendit, Crau. *cons.* 135. *n.* 13. & *cons.* 668. *n.* 2. † Amplia, quia si fiat statutũ nouum per ciuitatẽ subditam, in quibus recurrat ad ius commune in casibus omissis, sit intelligendum de iure municipali ciuitatis dominantis, vt late per Rom. *consil.* 218. *per tot.* secus tamen est, quando iam statutum est factum sub illis verbis, *antequam ciuitas subsit ciuitati dominanti*, quia licet confirmentur, tamen non extenduntur, vt debeant intelligi alio modo, quam prout intelligebantur ante subiectionem. Soc. *cons.* 271. *per tot.* Apostilla fi. ad Rom. *d. cons.* 218. quæ plurimos allegat, quia confirmatio non extendit. † Amplia, quia ratificatio, vel confirmatio non extendit actum confirmatum, quia actus executiui non ampliant dispositionem. Crau. *cons.* 135. *nu.* 13. † Extende in tantum confirmationem, vel ratificationem non extendere actum ratificatum, vt licet robur adiiciat, tamen non extendit vltra, quam in actu confirmato contineatur, plenissime Crau *cons.* 668. *nu.* 2. † Extende, quia ratificatio emptionis factæ à procuratore non extenditur ad traditionem factam alteri de re empta per eundem procuratorem. Bart. *cons.* 206. *inter procuratorẽ*, quem citat, & sequitur Crau. *d. cons.* 668. *nu.* 2. *circa fi.* vbi ponit alia plura exempla. † Extende, quia ratificãs fideicommissum maiorum suorum non censetur bona sua libera extra contenta in fidecommisso illi supponere, quia actus ratificationis non extendit. Crau. *d. cons.* 668 *n.* 2. vbi casus. † Declara, quia actus geminatus bene operatur maiorem mentis declarationem, sed tamen non extendit nouus consensus actum, & consensum primum circa obligationem: Crau. *cons.* 160. *n.* 6. Vide, *Geminatio actus maiorem firmitatem &c. Conch* 28. *ver. Limita*, & idem dicit Æg. Bell. *consil.* 24. *nu.* 19. *ver. non curo etiam.* † Amplia, quia possum ratificare factum, sed non qualitates. Hier. de Tortis *cons. suo inserto post consilia Ant. de Butr. nu.* 3. † Limita, quia quando interuenit certa scientia, tunc in nihil dat, *& quæ dicatur in forma communi. Concl* 708. Vide, *Emologatum quid sit, & operetur. Concluſ.* 229. Vide *Laudum quando homologatum dicatur. Concl.* 25. *& Concl. ibi prox. sequ.* Vide, *Diuisio an præiudicet fidecommiss., & quando secus Concl.* 443. Vide, *Statuta ciuitatis dominantis dicuntur ius commune, &c. Concl.* 541.

Ratificatio est necessaria multis casibus, & quando secus. Concl. 16.

RATIFICATIO † necessario debet fieri, vt quis actionem acquirat, vel acquisitã à gestore negociorũ inrẽtare possit, quia ratificatio debet fieri, vt fiat negociũ voluntarium ratificantis. Bal. *cons.* 44. *Ille dominus Christophorus num.* 3. *ver. & ideo alius modus, lib.* 2.

2 Roman. *consil.* 441. *Præsens instrumentum, n.* 5. † Extende, vt idem sit ad effectū liberationis cōsequendæ, quia si qs tenetur fideiubere, & alius fideiubeat pro ea, secuta ratificatione liberatur. Fulg. *cons.*
3 154. *Super eo, ver. in secundo videbatur.* † Amplia; quia ratificatio venditionis factæ, vel alterius contractus promissa, sine qua actus est nullꝰ, debet fieri, & sequi tēpore, quo res sit integra; & ideo si debens ratificare expectat, ꝙ res vendita efficiatur deterior, ex quo cōtractus claudicat, nō valet ratificatio. Bal. *cons.* 42. *Cōtractus iste,*
4 *lib.* 4. † Amplia; qa si frater suo nomine, & fratris faciat diuisionē bonorū cū aliis, ꝓmittens de rato ꝓ fratre, si frater nō ratificat, talis diuisio sibi non ꝓiudicat, acsi facta nō fuisset. Bal. *cons.* 223. *Viso*
5 *instrumento, lib.* 3. † Amplia; quia mater cōducens nomine filiorū, si filii nō ratificāt, contractus non obligat filios, neq; matrē; quia nomine filiorū facta fuit conductio. Bal. *cons.* 162. *Casus est talis per*
6 *tot. li.* 3. † Amplia; quia ratificatio est necessaria, vbicūq; donatur, vel acquiritur absenti; quia nisi absens ratum habeat, sibi nō potest quæri dominiū, neq; possessio, neq; actio. Castr. *cons.* 195. *n.* 2.
7 *lib.* 2. Dec. *cons.* 225. *Magister Ioannes, n.* 13. *& seq.* † Extende ēt in inuestitura feudali recepta pro se, & fratre absente; quia nisi sequatur ratificatio ab absente, sibi non acquiritur. Alex. *cons.* 22. *in pr. lib.* 5. & ibi apost. *n.* 10. *in ver. ratificata*, dicit hoc esse verū, quia inest mu-
8 tua obligatio, & onus. † Amplia; quia ratificatio si non fiat intra 30 annos, & donec res est integra, non potest fieri postea, vt vali-
9 da sit. Corn. *cons.* 221. *Visis certis scripturis, n.* 11. *lib.* 3. † Limita; quia licet promissio de rato non præiudicet principalibus, pro quibus est facta, vel etiam non valeat quoad obligationem promittentis factum alienum; si tamen pœna est adiecta, committitur pœna, quatenus interfit eius, cui facta est promissio, sine interesse vero non committitur. Bal. *cons.* 101. *Nobiles viri, n.* 3. *ver. venio ad secūdum.*
10 *lib.* 3. † Limita in eo, qui nomine alieno mutuat, vel soluit pecuniam; quia licet non sequatur ratificatio, tamen soluens potest agere, *l. si absentis, C. si cert. pet.* quod declarat Bal. procedere; quia est
11 contractus, qui recontrahitur *in d. cons.* 162. *in fi. lib.* 3. † Limita; quia promissio rati pro Titio, licet non obliget Titium non ratificantem, tamen operatur, quod sententia potest concipi in persona Titii, pro quo est facta promissio rati, quia quoad hoc habet effectum, quod haberet mandatum. Bal. *cons.* 101. *n.* 4. *ver. venio ad tertium, lib.* 3. quod intellige ad effectum, vt afficiat eum, qui promisit de rato, non autem vt afficiat dominum. Vide, *Ratificatio quando est necessaria, vel non. Concl.* 9. Vide, *Ratum, & firmum habere promittens tenetur ratificari facere, & ad quid obligetur. Concl.* 29.

Ratificatio promissa ad quid obliget promittētem. Concluſ. 17.

1 CONTRAHENS † alieno, & proprio nomine, & promittēs de rato pro aliis sub certa pœna obligatur, vt principalis, ꝓ aliis, pro quibus de rato promisit; ideo dicitur teneri ex propria obligatione, etiā si diceretur fideiussor. Bal. *cons.* 286. *Casus talis est. lib.* 5.
2 † Vide, quia is, qui contrahit nomine alieno, videtur fideiubere
3 pro eo, pro quo contrahit. Vide *ff. n.* 20. *in* 2. *limit.* † Extende; quia obligatur ad interesse de suo, si non sequitur ratificatio. Crau. *date cons.* 329. *Quo euidens, n.* 7. *& seq.* Vide, *Factum alienum promittens ad quid obligetur. Concl.* 25. Vide, *Ratum, & firmum habere promittens ad*
4 *quid obligetur. Concl.* 29. † Amplia; quia promissio rati pro Titio, licet non obliget Titium non ratificantem; tamen operatur, quod sententia potest concipi in personam Titii, pro quo est facta promissio rati ad præiudicium promittentis pro Titio. Bal. *cons.* 101. *n.*
5 4. *ver. venio ad tertium, lib.* 3. † Amplia in tutore promittente de rato pro pupillo; quia si promisit pœnam, tenetur ad pœnam loco interesse, si pupillus ratū non habet. Fulg. *cons.* 233. *Proponitur. quod.*
6 † Extende; quia imo si iurauit, incurrit pœnam infamiæ, & alias
7 pœnas, *l. si quis maior. C. de transact.* Fulg. *d. cons.* 233. *in fin.* † Amplia; quia imo si est iuratum, tenetur præcise. Crau. *d. cons.* 329 *n.* 11. vbi
8 multos allegat. † Amplia; quia concedens emphyteusim nomine suo, & aliorum condominorum habentium interesse, qui postea
9 receperunt canonem, obligat omnes. † Amplia; quia is, qui promisit de rato, & dare fideiussores intra certum tempus, si non im-
modo quæritur. † Amplia; quia ratificari possunt gesta per procuratorem habentem mandatum sine debita solemnitate; quia licet mandatū non solemne nō possit ratificari, bene gesta à procuratore habente tale mādatum, imo etiam ab eo, qui nullum habet mādatum, possunt ratificari. Bal. *cons.* 417. *Primū dubium, in pr. lib.* 2. *& cons.* 498. *Casus super quo, n.* 2. *ver. super secundo, & cons.* 499. *n.* 2. *ver.* 6 *sed quoad secundum, lib.* 2. † Amplia, vt procedat, etiam si ex parte gerentis actum requiratur decretum iudicis, prout in tutore, vel curatore falso, quorū gesta possunt ratificari. Bal. *d. cons.* 417. *in pr. ver. & hæc vera. lib.* 2. *& cons.* 499. *Ita ad plenum, n.* 2. *ver. sed quoad secun-* 7 *dum, lib.* 2. † Amplia etiam, quando requiritur decretum ex parte ratificantis, prout in communitate, quæ non cōstituit syndicum sine decreto; quia poterit ratificare gesta per syndicum falsum, dū modo ratificatio fiat cum decreto. Bald. *d. cons.* 417. *In primo. ver. &* 8 *hæc vera sunt, lib.* 2. † Amplia; quia ratificatio potest fieri post sententiam, etiam si pars opponat de mandato. Cald. *d. cons.* 4. *de procur.* 9 alias 106. *ver. præterea quantumcunq;* vide infra *n.* 11. *& seq.* † Amplia; quia sicut possunt ratificari gesta per procuratorē habentem mādatum generale non sufficiens in casu non requirente mādatum speciale; ita etiā possunt ratificari gesta à procuratore non habente speciale mandatum in casu, in quo speciale requirebatur. Alex. 10 *cons.* 78. *Viso, & diligenter, n.* 18. *& seq. ver. nec prædictis obstat, lib.* 5. † Declara tamen, quia in casibus, in quibus potest fieri ratificatio, intelligitur, dūmodo res sit integra; & non auferat ius quæsitum ab eo, contra quem fit ratificatio; item, dūmodo concurrat æquitas; quia ratificatio est quædam fictio mandati, quæ nititur in æquitate, vide late Alex. *d. cons.* 78. *n.* 20. *& seq. lib.* 5. Vide supra, *Ratificatio* 11 *non trahitur retro multis casibus, & quibus, & quādo secus. Concl.* 21. † Limita; quia gesta per non procuratorem nō possunt ratificari post sententiam latā ad fauorem ratificare volentis; quia constat de cō- 12 modo illius. Bald. *d. cons.* 498. *nu.* 2. *ver. super secundo, lib.* 2. † Contrarium, quod ratificatio fieri possit etiā post sentētiam ad fauorem ratificantis, Bologn. in *addit. ad cons.* 55. *Io. de An. n.* 6. & est commu- * nis opinio. Felin. *in r. causam, el primo, de re iud.* Æg. *dec.* 29. Cast. *cons.* 282. *In causa ista, col.* 3. *ante med. ver. præterea potuit, lib.* 1. imo etiam si fuit oppositum de mandato. Cald. *d. cons.* 4. *de procur.* alias 106. *ver. præterea quantumcunque,* & hanc partem tenet incertus auctor post regulas Soc. *Reg.* 2. *Sententia lata pro falso procuratore valet,* vbi, quod 13 potest ratificari, & citat plures, & ponit pro regula. † Declara, vt per Put. *decis.* 383. *per tot.* maxime *circa fin. lib.* 2. quia ad tollendum fraudes, quæ possent fieri, ratificatio fieri non potest post sententiā, sed bene potest sententia conualidari, si reuera constat, quod is, qui comparuit, habebat mādatum legitimum ante, & à principio, licet illud non produxerit. Vide incertū auctorem post regulas Soc. *Reg.* 2. *Sententia lata*, vbi ponit nouē fallentias, quæ sunt extentiones in casu ist.; prima est, quando egit in iis, quæ requirunt speciale mandatum; secunda, si corā Principe; tertia, si allegauit se habere mandatū etiam coram inferiore; quarta, quādo fuit reuocatus, quinta in præiudicium tertij; sexta stante statuto; septima, si fuit pronunciatum contra mandatum; octaua, quādo fuit admissus cum protestatione, & cautione, quod si non habet mandatū, omnia pro infectis habenda; nona, si non potuit esse procurator. 14 † Extende, quia neq; mādatum superueniens in calculo ferendæ 15 sententiæ prodest. Alex. *cons.* 150. *n.* 26. *lib.* 5. Boer. *dec.* 102. † Declara, & amplia, ac limita multis modis per Ias. in *l. licet. C. de procur.* & 16 vide Guid. Pap. *dec.* 320. † Extende, quia vbicunq; interuenit falsitas, & obreptio, vt quia dixit se procuratorem, cum non esset, nō 17 potest fieri ratificatio. Alex. *cons.* 32. *nu.* 4. *lib.* 1. † Extende, quia si filiusfamilias egit sine consensu patris in prima instantia; ita quod iudicium est nullū, *l.* 1. *§. fi. C. de annali except.* non potest conualidari sententia ex consensu patris; quia superueniat in causa appella- tionis, *dec. Tholos.* 306. incip. *Item filiusfamilias.* Vide, *Filiusfamilias nō* 18 *potest agere, & conueniri sine consensu patris. Concl.* 363. † Restringe; quia etiam possunt gesta ante sententiam ratificari post latam sententiam, quando ratificans est minor. Bald. *d. cons.* 498. *n.* 2. *ver. super se-* *cundo, lib.* 2. & est speciale in minore. Bald. *cons.* 223. *Proponitur, circa* 19 *med. lib.* 2. † Restringe; quia gesta ante sentētiam possunt ratificari post sententiam latam cōtra ratificantem; & sic in sui præiudiciū. Bald. *cons.* 499. *n.* 2. *ver. hoc verum, lib.* 2. Bologn. in *addit. ad cons. Io. de* 20 *An.* 55. *n.* 6. † Restringe; quia bene possunt gesta ratificari ante sententiam, quia non constat adhuc de cōmodo. Bal. *d. cons.* 499. *n.* 2. *ver. super secundo, lib.* 2. Cast. *d. consil.* 282. *col.* 3. *ver. præterea potuit, lib.* 1. 21 † Limita; quia gesta per eum, qui dixit habere mandatum, & non habebat, nō possunt ratificatione cōualidari. *l. si quis obreptum. ff. de* *fals.* Bald. in *l. Iulianus, col.* 2. *ff. qui satisdar. cog.* Bal. in *l. licet. ff. de iud.* Alex. *cons.* 32. *Viso puncto, col.* 1. *in fi. ver. accedit, lib.* 1. Ias. in *l. licet. C. de pro-* 22 *cur.* Felin. in *r. causam, el primo, col. pen. ver. fallit tertio, de iud.* † Et maxime non valet ratificatio per dominum ad sui vtilitatem, quando vellet ratificare sententiam ad sui fauorem latam ad instantiam falsi procuratoris, Bart. & alii in *d. l. licet. ff. de iud. & in l. Iulianus. ff. qui* *satisd. cogan.* communem * dicit Ias. in *d. l. licet. C. de procur.* quicquid * contrarium ibi dicat Salyc. Aret. idem tenet *Instit. de except. §. item* *fi.* † Extende; quia ratificatio non conualidat actum gestum ab a- 23 lio pro rectio, quando statutum (prout Florentiæ) requirit mandatum à principio; vt in statuto primo de modo procedendi in ciuilibus; *ver. & si per procuratorem, lib.* 2. ita Bald. in *l. si vxorem, col.* 2. *ver. quinto & vltimo casu. C. de cond. insert.* quia, vt ibi dicit, statutum requirit mandatum certum, & verum, ratificatio autem est mandatum fictum, ergo non est satisfactum statuto, sequitur Feli. in *c.* *causam, el primo, col. pen. ver fallit sexto, de iud.* Ias. *ind. l. licet. C. de procu-* *rat.* † Restringe, quia bene potest dominus ratificare sententiam 24 obtentam per falsum procuratorem, quando est contra dominū, & sic in sui præiudicium valebit ratificatio, & ita procedit tex. in *l.* 3. *§. falsus cum simil. ff. rem hab.* † Limita in iis, quæ pertinent ad 25 fundandam iurisdictionem iudicis, vel arbitri; quia si sunt facta à falso procuratore, non possunt ratificari; & ideo si quis tanquam procurator, cum nō esset, Titii, fecit compromissum, licet Titius postea constituat illum procuratorem ad compromittendum; tamen non potuit vt procurator ratificare compromissum factū, secus, si fecisset tale compromissum tanquam negotiorum gestor. Bald. *cons.* 340. *Quidam constituerunt, per tot.* maxime *in fin. lib.* 3. † Extende; quia gesta in iudicio à falso procuratore, vt quia dixit 26 se procuratorem, & nullum habebat mandatum, ex quo obtinuit per obreptionem, non possunt ratificari; ideo si testes induxit tanquam procurator, cum non esset, non conualidatur examen per ratificationem. Alex. *cons.* 32. *Viso puncto, n.* 2. *& 4. ver. acce-* *dit vltra prædicta, lib.* 1. † Limita quinq; modis, de quibus Socin. in 27 *Reg.* 2. *Gesta per falsum procuratorem,* vbi ponit regulam & quinq; fallentias, quas vide as. † Limita; quia captura obtenta contra suspe- 28 ctum de fuga sine mandato potest ratificari, & perinde substinetur, ac si mandatum à principio interuenisset. Bologn. in *addit. ad* *cons. Io. de Anan.* 55. *n.* 6. Vide Conclusionem proxime sequentem. † Limita; quia gesta in consistorio Principis per non habentem 29 mandatum non possunt ratificari. Vide plenè Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit.* *de procur. Concl.* 4. *Ratificari non possunt.*

Ratificari non potest actus nullus, & quando secus, & qualiter possit ratificari. Concl. 24.

RATIFICARI † non potest actus nullus ipso iure, *ca. auditis* 1 *de elect.* Fed. de Sen. *cons.* 184. *in fi.* † Declara; quia aut actus est 2 ipso iure nullus, & ratificatio nihil operatur in præiudicium tertij; aut actus est suspensus, q̄ expectat cōsensum, q̄ potest accedere; & tunc ratificatio operatur, et iam ab initio, pulchre Anchar. *cons.* 3 123. *per tot.* vbi ponit exempla. † Declara; quia quod dicitur, actum nullum ratificari non posse, intelligitur, quādo defectus est absolute in causa efficienti, vt quia faciens actū impeditur simpliciter & absolute, eo quia non habet in se id, q̄ requiritur; & tunc quia actus est, ac si nō esset factus, nō potest ratificari talis actus; secus, si defectus in causa efficienti est propter accidēs, seu qualitatem accidentem superuenientem, & tunc talis agens iure facit, sed nō habet effectum, & isto casu potest ratificari, ita Cald. *cons.* 6. *An sta-* *tutum, quod simpliciter, in prin. ver. & isto casu, de constit.* † Amplia; quia 4 arbiter si laudauit super non contento in compromisso, laudū est nullum quoad hoc, & ideo licet ratificatur laudū à partibus, non conualidatur quoad laudata non cōpromissa. Bald. *cons.* 309. *Cū* *essent plures, n.* 2. *vers. sed pone. quod inter se, vsque in fin. lib.* 1. plene Rom. *cons.* 155. *Præmissum laudum, in pr.* vbi apost. in *ver. ratificari,* dat con- 5 cor. infinitos. † Extēde, vt idem sit, si laudum sit nullum; quia latū extra tempus cōpromissi, vel ex alia causa nullitatē inducente; quia ratificatio non cōualidat. Bal. *cōs.* 101. *Notabiles viri, in fi. ver. &* 6 *dico, quod dictum laudū, lib.* 3. † Extende, vt idem sit, si laudum est latum sine cōpromisso; quia ratificatio nihil operatur. Ang. *cōs.* 198. *n.* 2. *& per tot.* † Extende multo magis, quādo ratificatio inducitur 7 ex tacito consensu, quia non potest laudum nullū ratificari, vt valeat tanquam laudum, sed tanquā transactio, quæ requirit simultaneum consensum, & requirit expressum pactum. Soc. *cons.* 220. *Visis compromisso, n.* 3. *lib.* 2. † Extende, quia laudum nullum, quan- 8 tumcunq; ratificetur à partibus etiā cum iuramento, non validatur vt laudum, & quando est latum extra compromissa, etiā si interueniat stipulatio. Bald. *de pace Constan. ver. sententiæ quoque, nu.* 2. Paris. *cons.* 24. *n.* 156. *& 157. lib* 2. Affict. *dec.* 117. † Declara; quia be- 9 ne potest valere in vim pacti, vel transactionis. Bart. in *l. obseruare.* *ff. de offic. proconsi. in fi.* Bald. in *l. diuersa. C. de transact.* Felin. in *c. cum ex* *officii, de præsumpt.* Roman. *cons.* 175. *num.* 4. Corn. *consil.* 125. *lib.* 2. *&*

*cons.*140.*lib.*4. Deci.*cons.*475. Gozad.*cons.*98. gl.*in l.*2. C.*commun.*
10 *vtriusq; iud. & in c. examinata, de constit. vtil. vel inut.* † Contra declarationem, quod neque possit valere in vim pacti, vel transactionis, quando est nullum; quia latum extra compromissa. Brun.*in tract. de form. artic. de potent. & effect. forma, lim.*28. Gabr.*concl.*2.*de sent. in*2.
concl.*n.*10. Vide alios, & declarationem *in ver. Laudum homologatum*
11 *qualiter valeat. Concl.*26. † Declara contrarium, vt procedat, quando clare esset contra, vel extra facultatem; secus, si esset dubium propter lata verba compromissi; quia tunc potest ratificatio per stipulationem, vel cum iuramento inducere etiam validitatem, & obseruantiam laudi. Bald.*in c. cum causam, col. fi. de testib.* Castr.*in l.*2.*in pr. C. commun. vtriusq; iud.* Deci.*cons.*475.*col. pen.* Gabr.*d. concl.*2.
12 *tit. de sent. n.*24. & 34. † Restringe in laudo arbitratoris; quialicet sit latum contra formam compromissi, non est nullum. Fel.*n. in c. cum dilecti in*8.*ampl. de præscript.* Brun.*d. tract. de form. art. de potent. &*
13 *effect. forma, limit.*28.*ver. prædicta tamen.* † Restringe, nisi vtraq; pars esset præsens, quando fertur laudum, & non contradiceret, sed approbaret; quia haberet vim compromissi, & laudum valeret sine
14 compromisso. Soc.*d. cons.*220.*n.*2.*ver. confirmatur exito, lib.*2. † Amplia; quia falsus procurator, qui tanquam procurator, cum non esset, fecit compromissum, licet post constituatur procurator ad faciendum compromissum; tamen nō potest ratificare iam compromissum factū procuratorio nomine; secus, si fecisset tale com-
15 promissum tanquam negotiorum gestor; quia valeret ex die ratificationis. Bald.*cons* 340. *Quidam constituerunt. lib.*3.*per tot.* † Amplia; quia sententia nulla lata ab eo, qui caret iurisdictione, si ratificatur per partes, non conualidatur; quia quod non est aliquid, non potest ratificari. Ang.*cons.*198. *Testator quidam per tot.* & maxime *in pr.* vbi, quod nisi deducatur in cōtractum, vt valeat tanquā
16 contractus, non potest valere vt sententia. † Extende; quia neq; iudex propriuspotest ratificare sententiam latam nomine iudicis
17 proprii a iudice non suo; quia solemnia iudiciorū non potest tollere. Abb.*cons.*25. *Attingam, col.*2.*ver. venio ad secundū in fi. lib.*1. † Declara totam istam materiā; quia si actus nullus, qui ratificatur, ex publico est, vel iuris publici, prout sententia, acta iudicii, & similia, non conualidatur ex ratificatione, neq; ex consensu partium, vt valeat tanquam actus publici iuris; quia nō est in facultate priuatorum, sed bene potest consensu partium cōualidari, vt valeat tanquam pactū, vel concordia ex nunc, non a principio, & ad ista
18 vide in *ver. Brocardicum. quod potui, nolui. quod volui, implere nequiui, & aliud contrarium. &c. Concl.*133.*n.*43. *& multis seqq.* Vide etiā plene *in ver. Laudum homologatum qualiter valeat. Concl.*26. Vide Anto. Gabr.*lib.*2.*tit. de sent. concl.*2. *Sententia nulla non potest ratificari.* † Si vero actus cōualidatus, vel ratificatus non est iuris publici, tunc intrat declaratio infra, vt valeat, vt nunc, si fiat conualidatio a lege,
19 quia valet vt a principio. Vide ad pdicta *ver. Captura nulla qualiter conualidetur. Concl.*74. † Restringe, quia bene potest valere in vim pacti. gl.*in l.*2. C.*comm. vtriusq; iud.* quod est verum, quando simultaneus cōsensus ambarum partium intercuniret, prout est de natura pacti, *l. i. ff. de pact l. consensu.* & ibi gl. *in ver. consentire. ff. de act. & oblig.* Bald *cons.*161.*lib.*1. Aret.*cons.*128. *Clarissime domine, col.*2. Soci. *cons.*204. *Visis cōpromisso, col.*3.*ver. sed huic conclusioni, lib.*2.*& cons.*105. *Visis testibus, post prin. lib.*4. Abb. *cons.*92. *Contra sententiam, col.*1.*lib.*1. Calder.*cons.*80. *An sententia, tit. de reiud.* Deci.*cons.*499.*col. penult. in*
20 *fin. & col. fin.* Ruin.*cons.*90.*lib.*1. Crau.*cons.*29.*n.*6. † Amplia; quia ad impetrandum rescriptum requiritur mandatum speciale, & indiuiduum, & non potest ratificari impetratio nulliter facta, se-
* cundum * communem, de qua Alex.*cons.*135. *Ponderatis iis. n.*5.*lib.*
21 2. † Amplia; quia ratificatio non cōfirmat ea, quæ sunt nulla. Bart. & latius Bald.*in l. observare. ff. de offic. proconsul. & legat.* idem Bald.*cons.*
22 386.*n.*2.*lib.*5. † Limita; quia si maior factus habet plenā notitiam contractus inualidi, & dolose gesti in minori ætate, & illum contractum ratificat, censetur conualidare contractum antea nullū, & remittit dolum. Paris.*cons.*49.*n.*42.*lib.*1.*& n.*52. quod intelliges de confirmatione vt nunc, non ab initio. Deci.*cons.*367.*n.*4. Soc.
23 *cons.*15.*n.*12.*ver. demum supponendo, lib.*1. † Limita in minore, in quo est speciale, quod possit ratificare actum nullum factum a nō legitimo tutore. Bald.*cons.*223. *Proponitur, quod vnus, circa med. ver. cum*
24 *igitur, lib.*2. † Extende, vt etiam contractus nullus cele bratus a minore sine solemnitate, quādo alias est iustus, ratificetur, & valeat a principio, si minor effectus maior tacuerit per quinque annos. Bald.*cons.*45. *Quandoque contractus, lib.*2.*& cons.*184. *Ad intelligētiam,*
25 *ver tot. lib.*2. † Limita in locatione bonorū Ecclesiæ; quia licet non transeat ad successorem, neq; obliget eum; quia non valet in eius præiudicium, tamen potest ratificari. Castr. *cons.*4. *Circa primum,*
26 *n.*5. *& seq. lib.*1. † Extende in alienatione bonorum Ecclesiæ; quia si consensus clericoru̇ non interuenit, non est nulla ipso iure; igitur potest interuenire ex post etiam tacite. Anch.*cons.*121. *Exonratus, in fi.* † Declara; quia quādo actus est nullus, ratificatione minoris bene potest conualidari vt nunc, non a principio; quia limo non potest fingere actum a principio nullum esse validum, & vero ratificatio inducitur a lege, put in minore facto maiore, sic actus ab initio nullus ab initio conualidatur, quando eo modo interuenit ratificatio, prout lex disponit. Menoch. *de recup. remed.*
*l.*3.*n.*150. *vsq;* 158. vbi plura de hac ratificatione, & effectu. Aret.*cons.*
128. *Eximie domine, n.*4. *& seq.* & quod actus nullus, licet non possit regulariter ratificari, vt valeat ab initio. Dd.*in l. licet. ff. de iud. vbi gl.*
& Bart. gl. *in l. in star. C. de iure fisci, lib.*10. tamen bene potest ratificari, vt valeat vt nunc tempore ratificationis in præiudicium ratificantis. Bart.*in l. obseruare, col.*1.*in c. oppos. ff. de offi. procon. & leg.* Li-
mita; quia actus, qui non est ipso iure nullus, sed annullabilis, bene potest ratificari, ante quam annulletur. Fed. de Sen.*cons.*48.*n.*
fin. vbi loquitur in contempto ad præscribendum. † Limita, quia actus nullus pōt ex certa scientia ratificari per Principē, vel perpetuatum in sui præiudicium; quia a pari procedunt confirmatio, & ratificatio. Gem.*cons.*128.*n.*4. ideo vide casus, in quibus actus nullus confirmari potest, ita & ratificari. † Limita in spontalibus contractis inter coniunctos quarto gradu, quæ sunt nulla; quia si obtineatur dispensatio super impedimento, conualidantur sponsalia ex non reuocatione cōsensus, & ratificatione facta in impetranda dispensatione. Cald.*cons.*258. alias 1. *de sponsal.* Gem.*cons.*35.*n.*
14. *ver. præterea ostenditur.* Bal.*cons.*60. *Tractatur parentela, in c.* † Limita; quia renunciatio filiæ facta patri per metum potest ratificari, & valet ratificatio coram iudice tanquam conualidatis. Ias.*ff.*
38.*n.*3.*lib.*3. † Limita; quia actus nullus a principio ex defectu consensus ratificari potest, & validatur ex superuenienti consensu, vt saltem valeat vt tunc, & de præsenti. Gem.*d. cons.*33.*n.*1.*ver. præterea.*
† Extende, vt procedat, etiam si ille actus, prout donatio facta Communi Florentiæ fuerit prius a ratificante reprobata; quia si de nouo tam donans, quā Commune, cui est facta donatio semel reprobata, ratificat, valebit vt nunc de præsenti. Ang.*cons.*279. *Predictus talis est. consilius per tot. max.*n.3.*ver. hoc præmisso.* † Extende, quia imo si factum est cōpromissum a tertio nomine meo cum Titio, & feratur laudum ad mei fauorem, possum ratificare laudum, & valet a principio, & ille, contra quem est latum, non potest dicere nullū laudum; quia compromissum tarebat consensu, ex quo superuenit; quia in iis, q̄ sunt nulla ipso iure procedit argumentum, sed in iis, q̄ stant in suspenso, ratificatio fieri potest, & retrotrahitur. Anchar.*cons.*123. *Vnus ex procuratoribus per tot.* † Restringe limitationem, vt non procedat, quādo actus nullus pendet a cōsensu duorum; quia non sufficit ratificatio vnius tantū, nisi interueniat consensus amborum. Ang.*cons.*279.*n.*3.*ver. si autem donator ille consentiret.* † Restringe, quando medio tempore esset quæsitum a tertio; quia ratificatio actus nullius etiam de consensu ambarum partium non operatur in præiudicium tertii. Ang.*d. cons.*279.*in fi. ver. plus duco.* † Limita; quia captura nulla potest ratificari, & validetur ratificata per dationem fideiussoris. Soci.*cons.*133. *Quoniam, lib.*3.*& cons.*99.*lib.*4. † Restringe, quando extaret lex, vel statutum (prout Florentię) quod non soluta gabella de contractu, nō possit dari executio; quia tunc non valeret quæcunque captura, vel executio etiam ratificata. Socin. vbi s. † Limita in casu singulari, quotiescunque actus fieri non potest sine meo consensu, & ita, antequam ego consentiam, licet non valeat, tamen bene valet, si duo concurrant, videlicet, quod faciens actum sine me credidit verisimiliter, quod ego consentiam, vt quia actus erat ad meum fauorem, & quod ostea ego consensi; nam actus valet a principio. Roman.*consil.*40. *Circa primum. nu.*6.*ver. circa tertium,* allegatum *in cap. Lugdunens. 9. quæst.*3. cum gloss. 2. ibi. Vide Conclusionem prox. præced. & duas Conclusiones proxime sequentes.

Ratificatio actus prius impugnati qualiter inducatur, & quando valeat. Concl. 25.

RATIFICATIO † compromissi inducitur, si exigatur, vel recipiatur id, quod fuit laudatū vigore cōpromissi, et si a principio fuerit facta contradictio per eum, qui exegit. Gem.*cons.*128.
*n.*4. *ver. pro hoc optimus.* † Declara tamē, quod ratificatio difficilior est, quando precessit impugnatio eius, quod prætendit alias ratificatum. Vide, *Ratificato gestorum contra prohibitū non inducitur &* *quādo secus. Concl.*12. † Amplia; quia licet is, qui semel impugnauit, & reprobauit actum, vel donationem ad sui fauorem factā, non possit per ratihabitionē illā approbare, vt consequatur commodum ex ea agendo, bene potest per ratihabitionē consequi commodum excipiendo. Ang.*cons.*279. *Predictus talis est. in consilio, in*
† Extende; quia actus semel impugnatus, & reprobatus bene a
potest

potest per ratificationem approbari, si cõcurrat consensus vtriusque partis, quando pendet ab vtraq; parte; quia valebit vt nunc, & vt notius actus, secus si altera pars tantum ratificaret. Angel. *d. cons.279.n.3.ver.hoc præmisso, vsq; in fi.* Vide Conclusionem proxim. seq. & proxime præced.

Ratificatio actus prius impugnati quid operetur. Concl. 26.

1 RATIFICATIO † eius, quod gestũ est nomine meo, subsequens impugnationem, quam prius feci de illo actu, non operatur, vt acquiratur mihi actio ex illo actu; quia quod impugnaui, ratum habere non possum. *l. dispensatorem. ff. de solut.* Fed. de Sen. *cons.238. Scribatis mihi.* Vide Conclus proxime præced. † Amplia,
2 vt impugnatio actus præcedentis nomine meo gesti operetur, vt scilicet, si ratũ postea habuerim, nõ incurram in excommunicationem, quam incurrissem cessante impugnatione, vt si clericus nomine meo fuit verberatus, quia si impugnaui semel, per subsequentem ratificationem non sum excommunicatus. Fed. de Sen.
3 *cons.238. per tot.* † Contrarium videtur tenere Franch. in *c pen. n.4.*
4 *de sent. ex com.* vbi refert alios tenere contrarium. † Declara, vt cessante fraude, impugnatio præcedens tollat excõmunicationem; secus si per cautelam hoc inducere tur, quia fraudibus est obuiandum. *l. non dubium C. de legib.* Vide, *Fraus & dolus nemini patrocinantur. Concl.474.* Vide, *Ratificatio operatur multa. Concl. proxime seq.*

Ratificatio operatur multa. Concl. 27.

1 RATIFICANS † actum sibi præiudicialem ita sibi præiudicar, sicuti si principalem actum ratificatum fecisset. Bald. in *l.*
2 *in summa. §. Cassius. ff. de aq plu arcend.* † Et perinde ratificatio præiudicat, ac si ratificans actum præiudicialem illum actum ab initio fecisset. *leg. cum fundus. §. seruũ*, & ibi Dec. in 3. *not. ff. si cert. pet.* Gram.
3 *dec.103.n.8.* † Operatur ratificatio, quod notitia præsumitur tempore ratificationis habita. Rom. *cons.273. Clarum est, n.3. ver sed hæc*
4 *petitio.* † Item operatur, quod semel facta ratificatio non debet amplius fieri, quia res mea non potest effici mea secundo loco.
5 Rom. *d. cõs.273. in fi.* † Operatur ratificatio, quod ratificans acquirit actionem, nam si tertius exigat à me debitore, debitor soluens non liberatur, neq; ego habeo actionem contra eum, qui exegit, sed bene acquiro actionem ratificando, quia cum ille nomine meo exegerit sine mandato, possum ratum habere, & ab eodem vti negociorum gestore velle exigere. Abb. *consil.81. Breuiter, nu. 2.*
6 *ver. secundo hoc idem lib.1.* † Ratificatio partis operatur ratificationem totius facti; & ideo qui soluit partem debiti, totum debitum approbat. *l. cum fidem. C. de non num. pec.* Batt. *cons.15. Visa accusatione,*
7 *nu.3. ver. tertio hoc probatur, lib.2.* † Operatur ratificatio actus gesti, quod si non est gestus, potest fieri, & sic ratificatio ad præterita inducit mandatum ad eadem præterita non gesta gerenda, prout è conuerso mandatum ad gerenda inducit ratificationem gestorum. Alex. *cons.146. In causa & lite. nu.9. & seq. ver. fortificantur, lib.5.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Ratificatio delicti quando noceat, vel non. Concl. 28.

1 RATIFICANS † delictum simpliciter puniri debet pœna ordinaria secundum *communem, de qua Clar. § fi. q.87. n.5. ver.*
2 *quæro, nunquid*, vbi recitat opiniones. † Extende, vt procedat; quia ratum habere dicitur, qui non improperat. Chassan. *super consuet.*
3 *Burgund. fol 15. n.28.* † Declara, quia duo requiruntur, quod nomine meo gestum sit delictum, & quod sciens ratum habeam; secũdum *communem, de qua Clar. d. § fin. q.87. in fi.* vbi tamen dicit notabile dictum, quod onus probandi, quod nomine meo non gestum fuerit, spectat ad ratificantem post ratificationem, & est
4 ratio; quia ex ratificatione censetur ratum habere tanquam nomine suo gestum. † Et quod duo requirantur, primum, quod nomine ratificantis sit commissum delictum, secundum quod ratum habeat. glo. in *Clem.1. in verb. ratam de pœnis*, vbi omnes, *& in*
5 *l.1. §. sed & si cum quis, in ver. ratum ff. de vi & vi armat.* Corn. *cons.224. ad fi. lib.4.* Dec. *cons.437. n.2.* plene Ofasch. *dec.138. n.8.17. & 28.* vbi de *communi. Castr. cons.424. Quia scio, n.6. ver. præterea posito, lib.1.*
† Amplia, vt procedat etiam in pœna statuti loquentis de delinquente, vel facientè delictum, quia si quis nomine meo committat delictum, & ego ratum habeam, teneor ad pœnam statuti per regulam, qui per alium facit, &c. item quia ita statuissent statutentes, si fuissent interrogati, item quia statutum conforme iuri communi trahitur ad casum fictum, prout ius commune: item quia licet sit pœnale, tamen est fauorabile, quia Reipublicæ interest delicta puniri, & quando respicit publicam vtilitatem principaliter, dicitur fauorabile. Rom. *cons.195. Viso themate*, vbi plena apost. *in ver. quemadmodũ.* † Limita in delictis carnis, prout est adulterium, fornicatio, & similia nomine meo facta, quia non possum ratificare, nisi in iniuriam factum sit, secus si ex libidine facientis, ita Clar. *d. § fi. q.87. n.5. ver. tu vero.* † Limita, quia communitas nõ potest ratum habere gestum à particulari persona. Corn. *consil.46. In causa vertente, n.1. lib.4.* nisi constet, quod particularis gesserit nomine communitatis. † Limita, quia licet mandatum datum ad faciendum aliquid inducat ratificationem gestorum ab eodem, cui datur mandatum, quando nomine mandantis gessit, tamen si alio nomine gessisset, puta, homicidium in personam eius, p quo datur mandatum, non inducitur ratificatio. Alex. *cons.146. nu.14. lib.5.* † Limita, quia ratificans clericus homicidium, quod non mandauerat, non efficitur irregularis. Chassan. *in consuet. Burgund. fol.18. num.28.* Marsil. *sing.184. ratihabitio, per tot.* † Contrarium dicit Chassan. vbi supra tenere Marsil. in alio *sing.* † Limita, quia clericus non efficitur irregularis, licet reperto mortuo eo, quem volebat interficere, eidem mortuo intulerit vulnus, quia non dicitur ratificasse. Marsil. *d. sing 184. ratihabitio, in fi.*

Ratum & firmum habere promittens ad quid obligetur, Concl. 29.

1 PROMITTENS † habere ratum & firmum intelligitur de iure, & de facto, quia firmum intelligitur respectu facti, & de facto, ratum vero refertur ad ius. Guid. Pap. *cons.134. Circa processum, n.5.*
2 *ver. item vbi ponitur, quod ratificat.* † Amplia, quia si tutor, vel alius promittit sub pœna, quod pupillus, vel minor ratificabit, & non veniet contra, nec petet restitutionem in integrum, tenetur ad pœnam, si minor contraueniat, imo si iurauit, efficitur infamis.
3 Fulg. *cõs.233. Proponitur, quod, per tot.* † Amplia in principali, qui cõstituit procuratorem, & promittit habere firmum, ratum, & gratum quicquid fuerit factum per procuratorem, quia tenetur principalis ad interesse, si non ratificat. Cast. *cons.282. In causa ista, col pen in princ. ver. nec obstat. lib.1.* Vide, *Factum alienum promittens, ad quid obligetur, vt committat pœnam, vel moram. Concl.25.*

Ratio legis quid sit, & quãdo vnica, habetur pro expressa Concl.30.

1 RATIO † & intellectus idem sunt secundum Bal. *l. quamuis. C. de fideicommiss.* quẽ refert, & sequitur Alex. *cons.52. Circa hanc,*
2 *n.15. ver. quia imo lib.4.* quod est Barbatiæ. † Et ratio est intellectua lis, & interpretatiue sumitur ex materia; quia licet quod non dixit lex, vel prætor, nec nos dicere debeamus, debet intelligi, quoad materiã, sed nõ quoad interpretationẽ, quæ à materia sumit exordium, quia vbi materia est, ibi interpretatio, secundum Bal. in *leg. omnes populi, in fi. ff. de iust. & iur.* quem ad hoc citat Barb. *d. cons. Alex.*
3 *52.n.16. ver. nec obstat, cum dicitur, lib.4.* † Et sumitur ex coniecturis, quamuis coniectura denoret improprietatem. Alex. *d. cõs.52. n.18.*
4 *& seq lib.1.* vbi dicit memoria sempiterna dignũ. † Et ratio legis, & causa finalis sunt vnum, & idem, prout mens, & ratio sunt vnũ, & idem. Vide infra, *Ratio legis regulat ipsam legẽ. Concl.32.* Vide, *Mens. & ratio attendenda plus quam verba. Concl.199.* † Ratio vnica legis quãdo potest assignari, licet nõ sit expressa, tamẽ idem operatur, ac si
5 esset expressa. Alex. *cons.48. Super extractione. n.4. lib.1.* Cast. *cons.40. n.4. lib.2.* & plenius *cons.83 in princ. lib.2.* vbi latissime probat, idem Castr. *cons.276. lib.2.* videlicet in allegationibus, quæ præcedũt dictũ consilium, incip. *Ex facto proponitur, in fi.* Rom. *cõs.32. n.5. ver. tertio quia hoc statutũ, & cons. 404. In casu proposito. n.4.* vbi apost. plena
6 *in ver arguere*, citat plurimos. Alex. *cons.34. Visis, & põderatis, n.8. ver. & vbi vna sola, lib.5.* Barb. *inter cons. Alex. cons.52. Circa hanc, nu.15. ver. quinimo, lib.4.* vbi allegat *l quãuis. C. de fideic. in ver. intelligi potest*, quæ loquitur in lege, statuto, & testamẽto. † Et ita materia extenditur ex ratione nõ expressa, quãdo vnica assignari potest, sicuti si esset expressa, quia dicitur nõ extensio, sed cõprehensio, seu intellectua expositio. Alex. *d cons.34. n.8 li.5.* † Extende idẽ in statutis; quia
7 si vnica ratio potest assignari, habetur pro expressa Alex. *d. cõs.48. n.4. lib.1.* Castr. *d. cons.83. in pr lib.2.* & in dictis allegationibus, quæ præcedunt *cõs.276. in fi. lib.2.* Rom. *d. cons.32. n.5. ver. tertio quia.* † Et
8 de statuto excludente fœminas stantibus masculis, quod ratio sit sola pro conseruatione agnationis, & alia assignari non possit, & reddat statutũ fauorabile, & licet loquatur de filiis, habeat locũ in neporibus ex eadem ratione. Castr. *cons.40. n.4. lib.2. & cons.83. in pr. eod lib.2.* & in dictis allegationibus, quæ præcedunt *cons.276. lib.2. in fi.* Roman. *d. cons.32. nu.5. ver. tertio quia hoc statutum*, vbi plena apostill. in *ver. fauorabile*, citat infinitos, quod dicatur odiosum;

quia

quia contra ius cõmune, sed attenta ratione vnica p̃ conseruatio-
ne agnationis dicitur fauorabile, vbi de * cõmuni, idem Rom. cõs.
2 411.n.2.& 3. † In eodem statuto, quod per vnicam rationem, quæ
potest assignari, quæ est fauore agnationis cõseruandæ, statutum
excludens sorores stantibus masculis fratribus habeat locũ ex ra-
tione, q̃ militat tã in fratre vtrinque coniuncto, quam in fratre ex
latere patris, & licet de iure communi frater vtriq; coniunctus
præferatur fratri ex latere patris, secus est propter rationem agna-
tionis; quia pariter succedunt. Rom. d. cons. 411. Quatuor sunt, in pr.
vbi apost. in ver. coniunctum, dat conc. pro, & contra. Vide tamẽ de
veritate in ver. Statutum circa successionem excludens cognatos stantibus
agnatis quando habeat locum, vel non, & quid operetur. Concl. 667. ver. de-
10 clara, vbi pro vtraq; cum declarationibus. † Et de statuto, quod in
fine officii reponantur acta, & postea consignentur successori, &
interim non currat instantia partibus, neque iudici, licet nõ exprimatur, ratio tamen vnica est, q̃ assignari potest, videlicet, quia ne-
cesse est producere acta cæpta coram primo iudice etiam coram se-
cundo, & si aliter procederet, processus esset nullus, ideo habetur
pro expressa, & à ratione cessante cessat statutum, prout à ratione
prædicta, vbi militat, extenditur. Rom. cons. 100. In præsenti causa, in
21 pr. vbi apost. in ver. arguitur. † Et de statuto denegante appellatio-
nem, prout Senis; quia deserta instãtia tollitur appellatio, quia ex
quo lex, vel statutum non exprimit causam, quare tollatur appel-
latio, debemus coniecturare rationẽ naturalem, quæ potuit mo-
uere legislatorem, & si est vnica, & indubitata; quia alia ratio non
potest naturaliter coniecturari, debemus ad finem illius rationis
legem extendere, & restringere. Abb. cons. 55. In causa, quæ col 3. in pr.
ver. vbicunq; lib. 2 vbi; quod in casu illius statuti vnica ratio est præ-
22 sumpta calumnia, qua cessante cessat statutum. † Restringe, seu
declara; quia licet tale statutũ ex rationis identitate sit extenden-
dum ad omnes, in quibus militat ratio, tamen non extenditur, vt
improprientur verba, ideo si loquitur de fratre, non habet locum
in fratre consobrino; licet ratio militet agnationis, quia non est
simpliciter frater, ideo si statutum loquatur de patruo, non habet
locum in patruo magno, quia nõ est patruus simpliciter. Rom. d.
* cons. 411. n. 4 & seq per tot. vbi apost. in ver. consobrini, dicit * commu-
23 nem, & in ver. patruum, dat conc. † Amplia, seu extende; quia idem
dicimus in iis, quæ requirunt specialem mentionem, vt sufficiat
generalis, q̃n de illo solo requirente specialem mentionem põt
intelligi, vnde vt secundum testamentũ reuocet primum habens
clausulam derogatoriam, necesse est, quod secundum de primo
faciat mentionem, vel habeat clausulam derogatoriam; secus, si
vnicum testamentum præcedat; quia de illo necessario debet in-
telligi absque alia expressione, ex quo de alio non potest intelligi.
Rom. cõs. 385. In casu præmisso, n. 7. vbi apost. in ver vnicum, dat conc.
24 † Sic in remissione iuris competentis ex quacunq; causa nõ venit
remissio rei, quæ potest vendicari, nisi fiat specialis mentio, secus,
si tempore remissionis nullum aliud ius competebat remittenti,
vel liberanti. Alex. cons. 102. Viso themate n. 5. & 6. ver. accedit. lib. 6. se-
25 quitur Goz. cons. 46. nũ. 17. † Sic etiam ius fideicommissi censetur
remissum in diuisione, quando inter diuidentes, & cedentes si-
bi omnes ius non habebant aliud ius, quam fideicommissi, idem
26 Alex. d. cons. 102. n. 6. & seq. ver. & quod in pulchra, lib. 6. † Sic filia re-
nuncians omnibus iuribus, quæ habet in hæreditate patris, non
censetur renũciare iuribus dotis suæ, nisi exprimat, secus, quãdo
nullum aliud ius prætendere posset, quam dotis. Alex. d. cons. 102.
27 n. 16. ver. bene facit, lib. 6. † Contrarium tenet apost. ad Alex. d. cons.
28 102. n. 7. lib. 6. in ver. dotis, licet nihil alleget. † Sic etiã in filio renun-
ciante omni, & cuicumque iuri sibi competenti in hæreditate, &
bonis patris, quia non præsumitur renunciasse legitimæ sibi de-
bitæ, nisi quando solam legitimam poterat prætendere. Surd. cõs.
212. n. 11. & seq. vbi ponit alia similia. Vide, Mens colligitur ex multis.
Concl. 198. Vide, Causa legis quomodo, & ex quibus eliciatur. Concl. 146.
Vide, Causa finalis expressa regulat actum, & quomodo. Concl. 136. Vide
duas Conclusiones proximè seq.

Ratio legis vbi militat, ibi lex loquitur, & disponit, & quando secus Concl 31.

1 INTERPRETATIO † legis, q̃ fit secundum rationem ipsius legis,
non dicitur fieri per prorogationem, neque per extensionem,
quia vbi militat ratio legis, casus saltem tacite dicit includi, licet
lex de eo non loquatur. Cald. cons. 147. in pr. alias est vnicum, vt lite
pend. vbi, q̃ casus, in quo similis ratio habetur, habetur pro expres-
so, & cons. 337. ver. sed posito, alias 8. de testa. sed dicitur mera interpre-
tatio. Bald. cons. 428. Domina Ioanna, n. 2. vsque in fi. lib. 3. vbi, quãdo
dicatur extensiua; quãdo coniecturalis, quãdo interpretatiua, &
quando expositiua interpretatio. Crau. cons. 183. n. 3. vbi, quod nõ
fit extensio, sed enucleatio ex ratione, quæ deteginit id, quod ha-
tur, licet non exprimatur. Castr. cons. 251. Visa quadam scientia, n. 6. &
cons. 256. Videtur dicendum, n. 2. lib. 1. Alex. cons. 36. Visis rationibus, n. 10.
fi. cum seq ver. & non obstat, lib. 6. vbi, quod sicuti genus continet om-
nem speciem; ita generalis ratio continet omnẽ casum. Ent. i-
de, vt vna ratio in pluribº casibus æqualiter omnes casus decidit,
non per extensionem, sed sicuti genus cõprehendit plures species,
sic ratio generalis comprehendat plures casus. Crau. cons. 183. n. 3.
ver. alibi scribit. † Extende; quia vbi est eadem ratio, nõ potest dici
casus omissus. Crau. d. cõs. 183. n. 3. ver. nec dicitur casus omissus. vbi
in statuto, quia si ratio agnationis conseruandæ etiam tacitè
tat, etiã statutũ loquitur eo casu, licet verba non exprimant. Flo.
d. cons. 77. Supposito statuto, n. 2. & 3. qui loquitur in loquente,
quod filius excludat sororem dotaram; quia excludens eum
à filio filii, & sic à nepote, licet statutum hoc non dicat; quia ratio
conseruandæ agnationis, quę est vnica, licet non expressa, militat
vtroque casu. † Et Interpretatio, q̃ fit per punctum rationis, dici-
tur necessaria, si vero fit p viam æquitatis, est probabilis. Bal. cons.
411. Quidam Mediolanen. circa prin. ver. sed certe mo, lib 1. † Et eadem in
statuto, vel reformatione; quia vbi vnica ratio assignari potest, lit
dicitur expressa, & secundum rationem lex loquitur, & nõ loqui-
tur. Castr. d. cõs. 256. col. 2. ver. ius non obstantibus, lib. 1. † Et vbi ratio
exprimitur, sumenda est illa ratio, quæ à prudentibus sumeretur.
Alex. cons. 32. Clarissime, n. 8. ver. non obstat, quod quãdo lib. 7. & ibi no-
sũ non recedimus à verbis. † Et ideo c. 1. vt lit. pend. lib. 6. loquentem i
electione habet locum etiã in præsentatione; quia militat eadem
ratio. Cald. d. cõs. 147. alias est vnicũ, vt lite pend. † Et capitulum, de te-
stã. loquens de validitate testamenti in terris Ecclesiæ coram pre-
bytero, & duobus testib⁹, quia cessat summo fallitatis, valebit, &
licet non dicatur in tex. coram quatuor testibus sine presbytero,
quia duo testes non minoris sunt fidei, quam presbyter. Calde.
cons. 337. circa med. ver. sed. posito, vsque in fi. alias 8. de testa. † Et cõse-
tudo prohibens monachũ ad feuda; quia nõ potest seruire domi-
no, habet locũ in Canonico regulari, & quocunque impedito ad
seruitiũ. Castr. d. cons. 251. n. 3. lib. 1. † Amplia; quia lex facta ad ob-
uiandũ fraudibus, & malitiis, licet loquatur de præterito, & certis
casibus; tamen vbicunque militat ratio, & apparetur via malitiæ,
lex habet locum etiã in futuris, & non expressis. Gem. cons. 88. n. 2.
ver. sed ad primum. Castr. cons. 251. per tot. maxime in fi. lib. 1. † Amplia;
quia vbi ratio exprimitur in lege, lex habet locũ in omni casu, in
quo militat ratio; ideo c. fi. de præscript. tollens omnẽ præscriptio-
nẽ, q̃ non est cum bona fide, vt tollatur peccatum, habet locũ in
omni præscriptione; quia peccati tollendi ratio militat, plenè les
cons. 185. Viso titulo, nu. 26. ver. & pro hoc facit. lib. 2. & cons. 32. n. 3. ver.
quarto probatur. lib. 7. † Extende, siue lex sit fauorabilis, & extẽ-
da, siue correctoria, & restringenda; quia ratione expressa operatur,
quod vbi militat ratio, militet etiam lex. Alex. d. cons. 183. n. 26. ver.
benefacit, & not. Bart. lib. 2. † Extende, siue sit lex, siue statutum, qua
ratio expressa in proœmio operatur. q̃ fiat extensio ad omnes ca-
sus non expressos, cum in eis militer eadem ratio expressa.
Alex. plene cons. 7. Attentis, n. 9. & 10. ver. aduertendum est igitur. lib. 7.
† Amplia, quia in statutis ratio scripta magis attenditur, quã ver-
ba. Bald. cons. 44. Si tenemus, in fi. lib. 4. Parif. cons. 12. n. 52. lib. 1. cons.
83. n. 13. & 14. lib. 3. Alex. cons. 54. n. 9 & seq. lib. 4. est enim ratio ani-
ma legis, & statuti. Alex. cons. 32. Clarissime, n. 8. ver. quarto probatur. &
cons. 129. Super primo, nu. 5. ver præsupponebat. lib. 7. vbi apost. erat Cur-
Sen. cõs. 80. col 1. & seq. † Et quod in statutis mens & ratio statuen-
tium præponderet verbis Maria Soc. cons. 35. Circa præmissa in ca-
rationem. col. 2. ver. & quãuis hæc ratio in statuto, lib. 1. & propter ea Dec.
Dec. cons. 227. In casu ad me transmisso, col. 3. ver. nam mens, quod ratio
legis est anima legis, & quod vbi mens, & ratio non militat, non
habet locum lex, latius Fel. in c. Pisa nos, col. 2. de in integr. Vide. Mens
& ratio attendenda plus quam verba. Concl 199. † Et pariatiuæ, quod
ratio sit expressa, vel quod vnica tantum assignari possit, quia ha-
betur pro expressa. Castr. cons. 251. Visa quadam scientia, per tot. &
Alex. cons. 129. Super primo, n. 2. ver. & idem, vbi ratio. lib. 7. vbi apud
dat conc. in ver. vnicè. † Et sicut homo constitit ex corpore, & a-
ma, ita statutum, & lex; quia anima est mens, & ratio, verba lit
corpus; ideo magis attenditur mens, & ratio, quã verba. Abb. cõ
1. n. 7. lib. 1. † Et ideo si cõstat de mente statuentium, quæ efficax
statutum attendi debet potius secundum rationem, quam ver-
dum verba. Ang. cons. 170. Item statutum, vbi loquitur in futuro
prohibetur mulierem, & minorem posse contrahere sine procu-
tia duorum consanguineorum, vt intelligatur de proximiori
propter rationem, licet verba non dicant, & cons. 389. Totum istum
statuentium. vbi late, quod statutũ excludens sororem à successione
fratris, stante fratre, excludit sororẽ patruelem à successione fra-
tris pa-

tris patruelis, stante fratre patruele, quādo mēs statuti fuit, quod masculi præferantur fœminis. Fulg. *cons.* 77. *nu.* 2. & 3. Abb. *d. cons.* 1.
26 *col. pen. in fi. n.* 7. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit, quando vnica ratio assignari potest, quia interpretatio fit secundum rationem, & non dicitur expositiua, neq; extensiua. Bal. *cons.* 428. *Domina Ioanna, n.* 2. *lib.* 3. *vsq; in fi.* Fulgos. *d. cons.* 77. *Supposito statuto, n.* 2. & 3. Castr. *cons.*
21 251. *lib.* 1. & *cons.* 40. *nu.* 4. *lib.* 2. † Extende, quia ad præsumendum dolum, & fraudem valet argumentum ab vnica ratione non expressa, nam si testator instituat Regem Franciæ, si venerit in Italiam, ad adeundam hereditatem, interim autem fecit administratorem filium spurium, non potest alia ratio assignari, nisi quia voluit per incorrectum filium instituere incapacem. Corn. *consil.* 217.
22 *per tot.* maxime *n.* 8. & *seq. lib.* 3. † Et ad faciendam materiam fauorabilem, licet sit correctoria iuris cōmunis, prout statutum, quod masculi filii excludant fœminas, quia alia ratio assignari non potest, nisi pro conseruatione agnationis, licet appellatione filii nō veniant nepotes, tamen quando militat eadem ratio, & non expressa, quæ vna est, militat dispositio. Castr. *d. cons.* 40. *num.* 4. *lib.* 2.
23 † Extēde, quia nō potest dici omissum illud, quod cadit sub eadē ratione; ideo statutum disponens super successione, censetur etiā disponere de tutela, quia tutela regulatur eadē ratione, qua successio. Signor. Homod. *cons.* 2. *in fine. num.* 17. & *cons.* 14. *num.* 3. *vers. frustra quærimus.* Anch. *cōs.* 350. *In quæstione*, vbi, quod omissum dicitur expressum, quādo eadē, vel maior ratio militat. † Et statutum
24 disponens circa personas includit personam omissam, quādo est eadem ratio. Fulg. *cons.* 77. *n.* 2. & 3. & *per tot.* Castr. *cons.* 251. *ver. circa*
25 *personas, lib.* 1. † Et statutum loquens de cōfessione, & liberatione, quod non possit per testes propter falsitates euitādas probari, habet locum in obligatione à maiori ratione. Anch. *cons.* 350. *per tot.*
26 † Et quando statutū disponit per verba, quæ sub lata significatione possunt includi, semper includunt ea, quæ sub ratione expressa continentur, videlicet vbi militat eadem ratio. Io. de Imol. *cons.*
27 123. *n.* 5. *ver.* & *pro ista parte.* † E conuerso, quando ratio non est expressa in lege, vel statuto, bene tūc attendi debent verba, & nō ratio, quæ allegatur, quia cū plures possint esse rationes, nō attenditur ratio, sed attenduntur verba Alex. *d. cons.* 32. *n.* 5. & *seq. ver. sed vbi in statuto, lib.* 7. vbi idem dicit de ratione, quod de mente, quia si
28 est dubia, attenduntur verba. † Amplia, quia vbicunq; est eadem mens, & ratio, dicitur esse idem casus, & eadē dispositio. Bal. *cons.* 324. *Omissis opinionibus, in fi. lib.* 5. sequitur Crau. *cons.* 183. *nu.* 3. plene
29 Alex. *cons.* 75. *Videretur, nu.* 3 & *seq. lib.* 5. † Et vbi est eadem ratio, ea-
30 dem dispositio expressa dicitur. Crau. *cons.* 183. *num.* 3. † Declara, vt non procedat in priuilegiis personalibus. Bal. *d. cons.* 324. *in fi. lib.* 5.
31 † Et idem, vt non procedat in pactis; quia etiā maior ratio non ex-
32 tendit pactū ad aliū casum. Anch. *cōs.* 151. *Casus talis, in fi.* † Amplia, quia in vltimis voluntatib⁹ magis attēditur mens, & ratio testatoris, quam verba; & ideo si testator prohibuit alienari bona sua sub pœna, & fuerit facta alienatio in personā vocatam à testatore, nō dicitur contrauenire; quia ratio attenditur: & idē, si alienatio fuit facta ei, cui alienās successit ante cōditionem restitutionis bono-
33 rum. Ang. *cons.* 169. *Super puncto, in pr.* vbi late. † Extēde, quia substitutio fideicommissaria ex ratione expressa extenditur, vbicunq; ratio eadem militat. Crau. *cons.* 113. *n.* 5. *ver. postremo.* latius *cons.* 130.
34 *n.* 9. *ver. sexto dico.* † Amplia in lege, quia vbicunq; ratio habet locum, debet habere locum lex. Dyn. *cons.* 24. *Quæstio talis est, quidam capit, n.* 5. *ver. item vbicunq;* Fulg. *cons.* 15. *n.* 2. & idem *cons.* 77. *n.* 2. & 3.
35 Alex. *d. cons.* 75. *n.* 3. & *seq. lib.* 5. † Extende in casu contrario; quia vbicunq; ratio legis cessat, cessat ipsa lex. Dyn. *consil.* 49. *Thema quæ-*
36 *stionis, in pr.* vbi apost. in *ver. lex*, plene Fulg. *consil.* 15. *nu.* 2. † Declara; quia quod dicitur de ratione legis, vt ea cessante cesset lex, procedit, quādo ratio est expressa in lege, vel statuto; quia si nō est scripta, etiam quod Doctores dicant illam esse rationem, eis non est
* standū. Castr. *cons.* 154. *Super primo quæsito, n.* 3. *ver. quæ antē fuerit cau-*
sa, lib. 1. vbi, quod licet * Doct. conueniant, quod statutum prǣbēs marito lucrum dotis sit propter expensas in traducēda vxore; nō est tamen attendenda; quia nō est scripta, ideo etiā non traducta
vxore est loc⁹ lucro, aliàs lex esset incerta, qa traducta vxore sine expensis non esset locus lucro, quod est absurdū, & sufficit; quod conueniāt verba statuti, & qa ratio non sit expressa, vt habeat lo-
37 cū statutū indistincte. † Extende maxime, vbi ratio legis est generalior nigro, vel expressō, quia tūc licitū est arguere à ratione magis generali, & vbi ratio militat, ibi dispositio loquitur. Rom. *cons.*
174. *Amplissime Doctor, n.* 3. *ver. quia vbi ratio*, vbi apostill. in *ver. dictis.*
38 † Extēde, etiam si dispositio sit pœnalis, quia vbi est eadem ratio, est eadem dispositio, non autem similis, neq; extensiua. Alex. *cōs.*
75. *n.* 3. *ver.* & *ibidem etiam dicit, lib.* 5. vbi plenissime Apost. in *ver. ea-*
39 *dem*, quæ dat concord. plurimos. † Amplia in statuto, quod hæres teneatur soluere gabellam de hæreditate obuenta, quod est correctorium iuris cōmunis, & stricte intelligēdum, si minuit gabellam hæredibus in tertio gradu, erit minuta etiā existenti in primo, vel in secūdo; quia melioris cōditionis non debet esse remotior, quam proximior. Rom. *cōs.* 464. *In proposita. per tot.* quia inest eadē
ratio. † Amplia, quia etiā ratio generalis legis, vel rescripti, aut al- 40
terius dispositionis habilis comprehendere plures casus, omnes
cōprehendit, sicut genus comprehendit suas species. Alex. *d. cons.*
75. *n.* 3. *ver. imo sicut lib.* 5. † Declara; quia quando sunt rationes spe- 41
cie differentes, tamen si sunt similes, tūc illa est extensio, quæ est
quædam progressio de termino ad terminum, exemplum, fauor
pius, & publicus sunt similes, sed specie sunt diuersi, ideo in eis
nō fit extensio, nisi in materia fauorabili, vel q̄ reducit nos ad ius
commune. Alex. *d. cons.* 75. *n.* 3. *ver. sed quando sunt rationes, lib.* 5. vbi a-
postil. in *ver. larga*, dat conc. † Limita, quia vbi æquitas scripta vno 42
casu cōtra legem non extenditur in alio casu, etiā ex eadem ratione, ideo is, qui ex æquitate debet restitui in integrū certo casu, nō
restituitur alio casu ex eadem ratione. Anch. *cons.* 362. *in pr.* † Limi- 43
ta in pœnalibus, & correctoriis, in quibus lex loquens in vno casu
non extenditur ad similem, etiam si subsit eadem ratio. Cald. *cōs.*
147. alias est *vnicū, vt lite pend. circa med. ver. per prædicta patet.* † Decla- 44
ra, nisi ratio sit expressa, quia tūc bene fit extēsio, vbi ratio expressa militat, qa lex dicitur etiā eo casu loqui, licet in dispositiua strictius loquatur, quam ratio importet. Gem. *cons.* 37. *n.* 6. *ver. item licet constit. & cons.* 39. *n.* 2. *ver. ex quo infertur, & cons.* 40. *n.* 4. *ver. nec obstat*, vbi, quod *Clem. exiui. §. cumq; annui reddit⁹*, loquens in minoribus habet locum in omnibus mendicantibus propter rationem
generalem expressam, idem tenet Fed. de Sen. *cons.* 12. *n.* 7. *ver. confirmatur.* & ad hoc facit Fulg. *cons.* 15. *nu.* 2. qui loquitur in substitu- 45
tione fideicommissi. † Limita in beneficiis extraordinariis con- 45
cessis; quia vbi adest eadem ratio; non habet locum lex extensiue, ideo remedium possessorium *l. fi. C. de edict. diui Adria.* concessum scripto hæredi non cōpetit hæredi ab intestato ex identitate.
Cald. *cons.* 365. alias 36. *de testam.* † Extende, vt idem sit in exclusio- 46
nibus exorbitantibus, quia ratio non inducit extensionem, ideo statutum excludens matrem non excludit amitam, quin concurrat cum patruo de iure communi; quia excludendo matrem includit alios, vel saltem omissum remanet in dispositione iuris cōmunis. Cald. *cons.* 367. alias 38. *de testam.* Vide, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Concl.* 71. Vide concl. prox. seq.

Ratio legis regulat ipsam legem, & quando secus, & quid in aliis dispositionibus. Concl. 32.

RATIO † legis est, quæ extendit, & restringit, ac substinet, & 1
tollit legem, in tantum, q̄ valet argumentū à cessante ratione legis tanquam à destructo antecedenti, quasi fit antecedens ipsius legis. Lap. *alleg.* 102. *In ciuitate Florentiæ, nu.* 15. *circa fi. ver. quod ostenditur euidenter*, quod tamen intellige de ratione finali, non de impulsiua, vel probabili, vt ibi per eum *n.* 16. & *n.* 24. *ver. circa secundum*, & ratio est eadem cū mente, quæ si apparet, omnino attendi debet. Fed. de Sen. *cons.* 4. *n.* 5. *ver. multū.* † Et idem est ratio legis, & 2
mens legis. Fulg. *cōs.* 77. *Supposito statuto, n.* 2. † Et canta, seu ratio le- 3
gis colligitur ab exordio, seu proœmio legis. Lap. *d. alleg.* 102. *num.*
24. *ver. circa secundū.* Abb. *cons.* 93. *col. pen. in pr. ver. nam ad rationē, lib.* 5.
Et idem sunt ratio legis, & causa finalis legis. Vide *Causa finalis ex-*
pressa regulat actū. Concl. 136. † Itē elicitur à verisimili sensata men- 4
te. Fulg. *cōs.* 15. *Proponitur, q. mentes.* † Amplia; quia ratio finalis in o- 5
mni dispositione regulat, & restringit dispositionē quantumcūq;
generalē. *d. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg.* 2. ita Aret. *cons.* 161. *Verum*
est quod Comitus, col. 3. *ver. mouetur primo.* Dec. *cons.* 379. *n.* 5. *ver.* & *vlte-*
rius, plenius *cons.* 64. *Diligenter pro viribus, n.* 6. † Extende, quia enu- 6
meratio plurium specierū genus videtur restringere ad species enumeratas, *l. cū de lationis. §. quidam ff. de fund. instruct. l. quæsitum. §. si*
quis fundū, & ibi Bar. *ff. eod.* quia species post genus semper præsumitur posita ad limitandum genus, vt ibi Bar. *n.* 3. idē Bar. in *l. sed & si,*
ff. pro socio, per tex. ibi, & probat text. in *l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tri. t.*
oleo leg. glo. in *l. nam q. liquidæ ff. de penu legat.* Vide, *Generalis dispositio*
quando per specialē restringatur, vel non. Concl. 32. † Amplia, quia ratio 7
legis limitat, restringit; & extendit legem etiam contra verba ipsius legis. Abb. *cons.* 93. *Duo sunt, col. pen. in pr. ver. nam ad rationē, lib.*
1. † Amplia, quia ratio legis, quando est generalis, facit extendi le 8
gem ad casum, ad quem alias non extenderetur. Crau. *cons.* 227. *n.*
4. † Extēde, quia imo ratio generalis ampliat dispositionē specia- 9
lem. Crau. *cōs.* 35. *n.* 32. † Et sicuti genus cōprehendit ōnē speciē, ita 10
ratio generalis cōprehendit ōne casum, vbi ratio cōuenit ex mēte
dispōentis. Ale. *cōs.* 36. *Visothemate, n.* 12. *lib.* 6. † Extēde; qa ratio ge- 11
neralis testatoris ampliat, & declarat dictū. Alex. plene *cōs.* 59. *Attē-*

tis ver.

tis verbis n 3. ver. & confirmari potest. lib. 3. vbi apost. *in ver. ampliat*, dat concord. & ibi tenet Alex. quod prohibitio generalis alienandi bona, quia voluit in familia manere perpetuo, censetur fauore agnationis conseruandæ. † Et quod ratio legis, vel statuti generalis attendi debeat in sua generalitate, videl. in generibus singulorum, non in singulis generum, plene Alex. *d. cons. 32. Clarissime, n. 6. ver. dicit etiam Bald. lib. 7.* vbi declarat ex mente Bal. *in l. non dubium, col. 4. C. de legibus*. quod sufficit, quod ratio legis sit rationabilis in sua generalitate, & licet in aliquo singulari casu nō applicetur, nō tamen restringitur lex, & dicit esse notandum. † Amplia in tantum, vt procedat etiam in lege pœnali, quando ratio est expressa; quia licet lex loquatur magis stricte, quam sit ratio expressa; tamen fit extensio secundum rationē expressam. Gemi. *cons. 37. n. 6. ver. itē licet constitutio, & cons. 39. n. 2. ver. ex quo infertur*. Per. de Anch. *cons. 304. n. 2. vsq; in fi.* † Extende idem in statuto; quia statutum loquens de compromissis faciendis inter consanguineos non alia ratione moueri dicitur, nisi vt conseruetur charitas, & vnio inter eos; ideo extenditur etiam ad naturales, & illegitimos; quia vbi militat ratio, militat statutum. Fulg. *cons. 108. n. 3. ver. eam namq; constitutionem*, quod duplicatur *cons. 152.* quod est subscriptum etiam à Cumano. † Extēde, siue sit expressa vnica ratio, siue illa sola verisimiliter possit assignari. Fulg. *d. cons. 108. n. 3. & cons. 152. ver. eam namq;*. † Et q; ratio generalis ampliet legem exorbitantem, etiam si loquatur lex stricte. Gem. *cons. 40. n. 5. ver. nam ratio legis*. † Extende etiam in lege pœnali non habente rationem expressam, prout in alienante iudicii mutandi causa; quia vbi ratio militat, ibi lex. Dyn. *cons. 24. Quæstio talis est, quidam cœpit. n. 5.* † Amplia in priuilegio dubio, an tit reale, vel personale; quia ratio dictum ostendit, & intelligentiam aperit, & demonstrat. Bald. *cons. 335. Præmittendum est, in pr. lib. 1.* † Amplia, vbi ratio legis haberi potest etiam ex interpretatione communi, prout quādo statutū excludit cognatos, & vocat agnatos, quo casu videtur propter conseruationem familiarū; quia non vocātur agnatæ fœminæ, licet sint sub verbis comprehensæ; quia ratio excludit; quia non cōseruantur familiæ per eas. Bald. plene *cons. 68. Martinus Ioannes*, inter consilia Angeli, vbi ponit multa ad hoc. † Contrariū, quod imo ratio conseruandæ agnationis non expressa non extendit statutum ad casus non expressos, cōmunem dicit Dec. *cons. 332. Licet propositi. n. 2. in fi.* vbi, quod statutum excludens matrem stante patruo, non habet locum in patruo magno, sed solū in veto, qui sit frater patris. † Declara; quia vbi est par ratio, operatur tunc ratio legis, secus, vbi minor ratio; ideo nō mirū, si statutum loquens de patruo non habet locum in patruo magno. † Amplia in testibus; quia ratio reddita à teste est, quæ regulet dictum testis, an probet, vel non. Vide, *Testis rationē reddere debet dicti sui, & qualem. Concl. 173.* † Limita, quod cessante ratione finali non cessat lex, quando sunt duę rationes finales. Lap. *alleg. 102. n. 16. & 17. ver. ex quibus infertur*, latius *n. 24. ver. circa secundū*, apost. ad *cons. Dyn. 49. in fi. ver. lex.* † Limita; quia quando quis tractat de lucro captando, licet cesset ratio, nō cessat lex, si verba deseruiunt, secus si tractatur de damno vitando. Soc. *cons. 1. In casu supra narrato, n. 17. ver. præterea, lib. 1.* † Limita; quia quando lex fundatur super præsumpta ratione, illa ratio operatur, etiam si cesset; quia est iuris, & de iure, nec sensus contrarius sumitur cessante illa ratione vere. Bald. *cons. 250. n. 16. in fin. lib. 1.* Vide, *Causa finalis expressa regulat actum, & quomodo. Concl. 136. cum Concl. ibi proxime seq.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Ratio naturalis operatur multa. Concl. 33.

RATIO † naturalis cuncta recte disponit. Bal. *cons. 38. D. Thom. in fi. lib. 1.* † & dicitur polus omnis virtutis; quia omnia nobis insinuat, ex quo est muta ratio, quę loquitur in corde; ideo interpretatio omnis rei dubiæ secundū id, quod est verisimile, & quod humanius est, secundū rationē naturalem est facienda. Bald. *cons. 343. Examinanda sunt, in pr. lib. 1.* † Amplia in tantum, quod vix aliquid reperitur contra naturalem rationem, quod nō remordeat cōscientiam. Bal. *d. cons. 38. in fi. lib. 1.* † Amplia; quia vbi deficit lex, vel constitutio, sufficit allegare rationē naturalem. Bal. *d. cons. 38. in fi. lib. 1.* Abb. *cons. 20. Videtur primo, col. 2. ver. & primo præmitto, li. 2.* † Amplia; quia ratio naturalis multum attendi debet circa interpretationem rei dubiæ; quia discretio naturalis est mater virtutū. Bald. *cons. 336. Quæritur, vtrum, n. 2. in fi. lib. 3.* † Extende; quia maxime in ambiguis, & diuersis legum interpretationibus triumphantes causas oportet iuris naturalis moderamine temperare. Fulg. *cons. 139. Præsuppositis duob. in fi.* vbi allegat *l. non sine ratione, C. de bonis quæ liber.* † Amplia; quia vltra quinque sensus hominis habemus sensum communem interiorem in prima parte cerebri, sicut centrum, qui ad omnes sensus refertur, & iste sensus est differens vt quasi secum naturalem rationem, seu æquitatem afferat. Ideo de S. Gem. *tract. de testib. n. 152.* † Amplia; quia vsus & opinio magis est quasi quoddam ius naturale insitum naturaliter, non artificialiter mentibus omnium, vt homines in iudicando, & conficiendo non debeant recedere, nisi per interpretationem a talibus. Castr. *cons. 300. col. 2. circa med. lib. 2.* Vide, *Sensus hominis quis sit, & quis sit melior in teste. Concl. 105.*

Rationes plures vincunt vnam, & quando secus. Concl. 34.

DVÆ † rationes vincunt vnam, *e. causam, quæ de rebus. Instit. de adopt.* § *si vero. auth. cessante, C. de legit. hared.* vbi Bart. & alii, hoc dicit, esse naturale. Bald. *cons. 188. In substitutione, in pr. lib. 1.* † limita, vt non procedat, quando vnica ratio est potentior, quam duæ, vel plures; quia attenditur vnica. Fed. de Sen. *cons. 37. ante sed posset aliquis, circa princ.* & est tex. *in d. auth. cessante, in fin. C. de legit. hared. in fin.* vbi Bart. & alii. † Limita, quando ad necessitatem actus vnica ratio requiritur; quia tantum operatur illa ratio requisita de se, quantum mille aliæ rationes. Bald. *d. cons. 188. versus contrarium videtur, lib. 1.*

Ratio reddi debet de omnibus, & quando secus. Concl. 35.

RATIO † reddi debet de omnibus, si potest fieri. Amplia tantum, vt veteres credere noluerint aliquid asserentibus ratione; quia quod ratione non firmatur, verum esse nō creditur. Bal. *cons. 186. Quia allegationes, in pr. lib. 1.* † Amplia, quia maximę legibus aliquid prohibētibus certis personis, ratio est exprimenda, ne prohibitio sine ratione censeatur inducta, *l. miles agrum, § remisit.* Bald. *cons. 459. Circa quæstionem, n. 2. ver. quandoq; lex, lib. 1.* vbi quod omnino ratio est inquirenda in prohibitionis, & quod nuda ratio non sufficit. † Limita; quia non potest reddi ratio de omnibus, quæ à maioribus nostris sunt ordinata, *l. non omnium, ff. de legib.* † Extende; quia multa sunt, quæ sub placito solo conduntur. *Instit. de iure natur. gent. & ciuili. § sed & quod Principi placuit.*

Rationis diuersitas non attenditur in multis. Concl. 36.

RATIO † siue maior, siue minor sit in vno casu, quia in alio non attenditur, qñ constitutio est clara, complectens plures casus sub eadem dispositione, licet diuersam habeant rationem, *l. non respexit. ff. qui, & à quib.* allegat Lap. *alleg. 102. In ciuitate Florentia, n.* quia vbi est casus legis, non quitur de ratione, si est relata lex. Dec. *cons. 2. n. 75. lib. 1.* † Extende; quia verba etiam generalia generaliter sunt intelligenda, licet sit maior ratio in vno casu, quā in alio. Tiraq. *de retract. lignag. § 1. gl. 14. n. 101. & seq.* † Et maxime procedit quando alias verba essent superflua; quia non attenditur, quod maior sit ratio in vno casu, quam in alio, vt tollatur superfluitas. Crau. *cons. 294. n. 3. ver. & vbi talia verba*, vbi loquitur in pœnalibus odiosis, & idem tenet *cons. 135. nu. 24. & seq.* vbi plurima cumulat. † Extende, quando dispositio habet præcisam dispositionem per verba, *quouis modo*, vel *quocunque modo*; quia non patiuntur restrictionem, licet maior sit ratio in vno casu, quam in alio. Craueta. *cons. 294. n. 2. ver. amplius.* † Extende; quia verba, *& non aliter, &c.* sunt, quod non potest fieri aliqua restrictio, etiam si maior, vel minor ratio. Cravett. *cons. 201. n. 43.* Vide, *Lex quamuis data, ferri debet. Concl. 262.* † Limita regulariter; quia diuersitas rationis facit cessare omne argumentum. Conclus. *prox. seq.*

Rationis diuersitas facit cessare omne argumentum. Concl. 37.

RATIO † diuersa facit cessare argumentū à simili. Bal. *cons. 343. In substitutione, circa fin. ver. non obstat argumentum à simili, lib. 1.* Alex. *cons. 61. n. 2. ver. non obstat, quod in vltimis, lib. 1.* Vide, Fulg. *super diuersitate dispositionem inducit. Conc. 13.* † Ex ratione diuersa in dispositione tam legis, quam hominis diuersum statuendum est. Crau. *cons. 942. in fin. & n. 11.* Vide, *Argumentum cessat probato contrario. Concl. 509.* † Amplia in correlatiuis; quia vbi diuersa alligatur ratio, cessat argumentum in reis. Bald. *d. cons. 188. num. 2. vers. non obstat, lib. 1.* † Amplia in æquiparatis; quia diuersa militat ratio, facit æquiparationē habere locū solū in casu expresso, licet æquiparatio sit generalis. Rom. *cons. 120. Circa primū, fol. pen. ver. primo dic.*

5 *enim*, vbi apostill. *in ver. aliud.* † Amplia; quia noua ratio reformat pactum, & è contra. Bald. *cons.* 262 *Recolo me consuluisse, in prim. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 5. *cons.* 446. *nu.* 5 *l. interpositas, C. de transact.*
6 Io. de Anan. *cons.* 32. *n.* 10. † Extende; quia noua, seu diuersa ratio reformat contractum. Bald. *d. consil.* 446. *n.* 5. *lib.* 5. Ioan. de Anan.
7 *d. cons.* 32. *n.* 10. Rol. à Vall. *cons.* 60. *n.* 33 *lib.* 1. † Amplia; quia argumentum de toto ad partem, & è contra non procedit, si diuersa sit ratio, licet regulariter procedat. Alex. *cons.* 194. *Consideratis verbis,*
8 *in fin.* 15. *lib.* 2. † Amplia; quia regula, quod si aliquid prohibetur, censetur prohibitum omne per quod peruenitur ad illud, cessat,
9 quando diuersa esset ratio. Alex. *d. cons.* 194. *n.* 14. *lib.* 2. † Extende; quia si prohibetur cõstrui molendinum certo loco fluminis, non prohibetur alio loco, in quo diuersa ratio militat. Alex. *d. cõs.* 194.
10 *n.* 14. *lib.* 2. † Amplia; quia licet eadem res non debeat diuerso iure censeri; tamen eadem dictio in eadem lege, & eodem §. sumitur diuerso sensu propter rationis diuersitatem, vt stet proprie & improprie. Alex. qui loquitur de dictione, quasi. *cons.* 15. *Viso processu,*
11 *n.* 7. *lib.* 1. † Amplia; quia licet valeat argumentum de vltima voluntate ad contractum, non procedit tamen, quando diuersa ratio militat de vno ad aliud. Alex. *consil.* 61. *Super eo, de quo, nu.* 2. *ver.*
12 *non obstat, quod in vltimis, lib.* 1. † Et in eadem lege interpretanda ratio diuersa inducit interpretationem diuersam fieri. Gabriel. *con-*
13 *silio* 11. *num.* 41. *lib.* 1. † Et imo eadem res, quæ regulariter diuerso iure censeri non debet, censetur tamen ex diuersa ratione. Gabr.
14 *consil.* 116. *num.* 12. *lib.* 1. † Amplia; quia ex diuersis non infertur, *l.*
15 *Papinianus, ff. de minoribus. l.* 1. *in fin. ff. de procurator.* † Extende; quia dissimilitudo rei facit, quod non licet arguere. Iason *in l inter stipu-*
16 *lantem, § sacram, num.* 12. *ff. de verbor. obligat.* † Contrarium tamen, quod imo ex iis, quæ nõ sunt omnino similia, liceat arguere; prout de substitutione exemplari ad pupillarem, de castrensibus, vel quasi aduentitia, & tamen sunt diuersa, vide Iason. *in d. l. inter stipulantem, § sacram, num.* 12. *ff. de verbor. obligat.* vbi pro vtraque parte
17 allegat. †. Declarat idem Iaso. vbi supra *num.* 12. *in fin.* licere arguere ex diuersis in ea parte, in qua habet similitudinem, seu eandem
18 rationem, alias secus. † Amplia; quia licet contrariorum eadem sit disciplina, tamen quando militat diuersa ratio, secus. Vide, *Contrariorum eadem est disciplina. Concl.* 1013. Vide, *Capitula separata diuersa diuersam reddunt dispositionem. Concluſ.* 60. Vide, *Facti series huius dispositionem inducit. Concl.* 13. Vide, *Separatorum natura est diuer-*
19 *sitatem inducere. Concl.* 184. † Amplia; quia homo sagax, & iuris peritus magis de facili patitur præiudicium ex scientia, & patientia, quam homo rudis, & grossus propter diuersam rationem. Alex.
cons. 65. *Habita super, n.* 3. *ver. moueor quia, lib.* 1. vbi, quod potuit torqueri petitus, nõ data copia indiciorum, si fuit lecta, & non petiit copiam; secus, si esset homo grossus, & rudis. Marsil. *consil.* 8. *n.* 36.
vbi dicit, quod pro homine grosso, qui ignorat, tenetur iudex dare copiam. † Et regula est, quod verba generalia restringuntur ex
20 21 rationis diuersitate. Crauett. *cons.* 3. *in fin. & cons.* 176. *n.* 4. † Limita multis modis *in vers. Rationis diuersitas non attenditur. Concluſ. proxi-*
22 *me præcedent.* † Limita; quia diuersitas casuum diuersitatem legis non induxit, nisi adsit diuersitas rationis. Crauett. *consil.* 938. *n.* 26. vbi late.

Ratio non sensata non attenditur. Concl 38.

1 RATIO † non attenditur, quando est ratiuncula contra sensui; quia non est ratio, sed infirmitas intellectus. Bald. *cõs.*
250. *In quæstione D. Milani, num.* 11. *in fin. ver. & relinquere sensum, lib.* 1.
2 † Amplia in teste; quia si reddit rationem non sensatam, & non concludentem, non probat; ideo si dicat contractum vsurarium;
quia pignus, non probat; quia imo pignus sine alio adiecto non
3 est vsurarium. Bald. *cons.* 192. *Quidam nomine, lib.* 4. Vide, *Testis ra-*
tionem reddere debet dicti sui, & qualem. Concluſ. 173. † Amplia; quia
ratio tenuis, & quæ nulla est, non est habenda in considerationẽ.
4 Bald. *consil.* 459. *in princip. lib.* 5. † Amplia; quia quod dicimus de æquitate, vt non debeat esse cerebrina ex capite vnius, vt per Ias.
in l. quod si Ephesi, § interdum, in fin. ff. de eo quod certo loco, idem etiam
est in ratione, & causa, qua iudex moueri debet. Decian. *consil.* 38.
num. 44 *lib.* 1. Vide, *Æquitas in quibus præferatur rigori. Concl.* 312. Vide Concluſ. prox. seq.

Rationabile quando aliquid dicatur, vel non. Concluſ. 39.

1 RATIONABILE † an aliquid dicatur; quia certa doctrina dari non potest, statur arbitrio iudicis, prout de consuetudine, an sit rationabilis, quod stetur arbitrio iudicis, consuluit Ol-

drad. *cons.* 220. *circa med. ver. & ideo notauit.* Feder. de Sen. *consil.* 17.
Quæstio talis, col. 3. *circa fin. n.* 5. *ver. & pro tanto.* vbi allegat alios. Vide, *Arbitrio iudicis multa committuntur. Concluſ.* 471. *n.* 3. *& seq.* † Idem in
2 statuto esse, tenet Calder. *cons.* 18. *An ciuitas, de constit. in fi.* † Declara tamen, quod rationabile dicitur statutum absque eo, quod stetur arbitrio iudicis, si est super eo, de quo alias lex communis dis-
posuit in tali casu, vel in casu simili; quia cum lex sit rationabilis,
ergo & statutum. Calder. *d. cons.* 18. *in fin. de constit.* † Idem si sit si-
4 mile alteri statuto, vel constitutioni, quę fuerit approbata p Principem; quia tunc dicitur etiam rationabile istud, quod est simile,
ex quo confirmatio Principis fecit semel aliud simile iudicari tale. Fed. de Sen. *cons.* 17. *col.* 3. *ver. soluõ, credo.* † Amplia; quia vt ali-
5 quid dici possit rationabile, oportet, quod sit iuridicum, & honestum, *c. ea quæ de re iud.* vbi Abb. & probatur *c. erit autem lex, 4. dist.*
vbi plura requiruntur. Vide Concluſ. prox. præced.

Rationem administrationis reddere obligatus ad quid teneatur. Concluſ. 40.

OBLIGATVS † reddere rationem, prout in administratore, 1
dicas, quod tenetur conficere libros, & scripturas, illas exhibere, calculare, & reliqua soluere, & alia multa, de quibus *in ver. Administrator de quibus rationem reddere teneatur, & in quo loco. Concluſ.*
205. † Et idem in socio finita societate, Vide, *Societate finita non fit* 2
condemnatio, nisi facto calculo integrali, &c. Concluſ. 304. † Et idem in
tutore; quia plura debet facere, vt dicatur reddidisse rationem. 3
Vide, *Tutor qualiter, & de quibus rationem reddere debeat, vel non: Concluſ.* 442. † Reddi ratio dicitur per eũ, qui administrauit, si oste-
datur liber rationum introitus, & exitus, *l.* 1. § *de officio. ff. de tutel. &* 4
ration. distrahen. vbi Bart. & alii, Angel. Aret. *consil.* 78. *Pro decisione, n.* 5. *& 6.* vbi, quod incipitur à facto, hoc est, quia fiat calculatio super omnibus, an bene posuerit omnia ad introitum, & exitum, & an iuste expenderit, nec ne; postea omnibus bene calculatis, & saldatis, si quid remanet soluendum, debet cum effectu restituere, & sic finitur redditio rationis restituendo reliquã, & donec prædicta sint facta, non dicitur reddita ratio. † Declara tamen; 5
quia dicitur reddita ratio, quãdo is, qui debet reddere, soluit clarum, vel deposuit, pro residuo dedit fideiussorem. Angel. Aret. *d.*
cons. 78. *n* 15. *& seq. ver. secundo hoc probatur*, vbi *n.* 16. dicit esse de hoc
text. *in l. statuliber rationem. ff. de statuliber.* & idem, si contutor se obligauit pro contutore, sic & socius pro socio, quia habet exceptiõnem, quem de iure tenet actio, &c.

Rauennæ ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 41.

RAVENNÆ † ciuitas est in Romandiola, prout castrũ Fossi- 1
gnani. Anch. *cons.* 142. & quod sit de prouincia Romandiolæ, quæ est subiecta prouincia Ecclesiæ Romanæ, Ang. Aret. *cons.*
168. *In consultatione, n.* 16. *ver. tertio etiam præmitto. & n.* 30. *& 31. vers.*
sexto. vbi, quod ius Canonicum in ea attendi debet. † Fuit sub 2
dominio particulari dominorum Rauennæ, qui substinebant de facto Fratrem Benedictum Cambiatorem Abbatem S. Victoris notorie per sententiam priuatum. Zab. *cons.* 114. *per tot.* † Polento- 3
rum familia in ciuitate Rauennæ, & districtu vltra 100. annos exercuit liberam iurisdictionem, sciente, & patiente Papa, Anch. *d.*
cons. 142. *Clarior. n.* 7. † Et Opizo Polenta erat dominus Rauennæ 4
tempore Ang. Aret. vt ipse attestatur *cons.* 120. *In causa de consinibus*,
vbi inter Opizonem, & Marchiones Estenses erat differẽtia con-
finium inter Rauennam, & Argentam; quia vtraque communitas prætendebat habere territorium, & iurisdictionem in rupta sancti Blasii, & castri, & locorum comprehensorum, & consuluit
pro Marchionibus Estensibus, & Argenta contra Polentos, &
Rauennates, vbi iura in facto recenset vtriusque partis. † Archie- 5
piscopus Rauennę nominatur post Archiepiscopum Mediolani;
ideo illi cedit; Collegium Paduanum *cons.* 2. *post cons. Zabar. n.* 20.
† Archiepiscopus Rauennæ est dominus directus bonorum vil- 6
læ Ducatus, quæ concessa fuerant Marchioni Alberico, seu Alberto, & ipse cessit iura sua, quæ habet, D. Ioannæ de Robertis, &
Alex. *cons.* 187. *In hac causa, lib.* 2. *per tot.* maxime *nu.* 4. *& seq.* consu-
luit pro Archiepiscopo, quod sunt deuoluta ad Archiepiscopa-
lem mensam; quia non acceperunt scientes ob bona emphyteutica inuestituram intra annum, vt tenentur vigore Bullæ Aposto-
licæ. † Et quod Ecclesia Rauennatens. sit domina integræ villæ 7
Ducatus, dicit Alex. *d. cons.* 187. *in fin. n.* 17. *ver. ad confirmationem, lib.*
2. probari ex locatione facta de anno 1266. in quo instrumento
locat integram villam Ducatus D. Brachino Opizoni de Riza-
bellis, & per alia instrumenta 1268. constat, quod bis soluit ca-

nonem: item ex inuestitura facta postea ipsi Marchioni Alberico de anno 1383. in emphyteusim; & vlterius *nu.16. & 17.* dicit, quod dictæ Ecclesiæ Rauennæ de anno 1273. Alexander Papa concessit villas Bandi, & Ducatus cum omnibus pertinentiis, & iuribus earundem, & quod possessio, & dominium ex tali priuilegio tiasatum fuit sine apprehensione possessionis. † Canonici Rauennates appellantur Cardinales, alii vero appellantur Ordinarii, Collegium Bonon. *cons.1. post cons. Zab. n.60.* † Habet suffraganeũ Episcopum Regiensem, & sic constat, quod de iure Canonico Lombardia non est prouincia; quia Cremonæ est sub Archiepiscopo Mediolani, Regium sub Archiepiscopo Rauennæ Bart. in *extrau. Qui sint rebelles, in ver. Lombardiæ, in pr.* allegat Bernard. in *c. ram, de elect.* † Fuit occupata à Venetis, qui exercebant in ea iurisdictionem tempore Ang. Aret. vt in *cons. suo decisiuo 42. In causa mihi consulenda, & cons. 88. in causa, in pr.* † Concordia facta inter clerum, & populum Rauennæ non potuit tollere ius quæsitum, vt in emphyteusi ecclesiastica recepta p masculis præiudicetur vocatis, & fœminæ admittantur. Alex. *cons. 48. Viso themate.* † Pacta & conuentiones inter clerum, & populum Rauennæ per 300 annos, & vltra tempore Petri de Anch. vt ipse dicit *cons.125. n.9. & seq.* continẽt, quod bona emphyteutica Ecclesiarum possint vendi, legari, & ab intestato transeant in descendentes, & transuersales, adeo quod effecta sunt quasi patrimonialia, & subiacent statutis de successione loquentibus. † Bulla Apostolica extat Rauennæ, quod ementes bona Ecclesiastica emphyteutica teneantur intra annum petere inuestituram, alias bona deuoluantur ad Ecclesiam. Alex. *cons.187. n.6. ver. & si dixerint lib.2.* & ibi *n.10. in fi. ver. & per prædicta cum sequent.* declarat bullam, vt licet concedat, quod emphyteuta possit vendere ius suum sine licentia, intelligit, si vendat reseruato iure Ecclesiæ, alias cadit, & est bulla odiosa, & stricte interpretanda. † Statutũ Rauennæ excludit fœminas stantibus masculis; ideo emphyteusis recepta pro se, & hæredibus, intelligitur de masculis, vt recipiens videatur se conformare cum statuto. Alex. *cons.44. n.2. lib.1.* & idem tenet Anch. *cons.125. Visis, & diligenter n.11. ver. secũdo principaliter.* & ponit verba statuti, *n.3.* † Extende; quia etiam si pater receperit emphyteusim pro se, & filiis, licet appellatione filiorum, & liberorum veniant tam masculi, quam fœminæ: tamen stante statuto, & consuetudine, quod masculi excludãt fœminas, stipulatio intelligitur de masculis. Anch. *d. cons.125. n.9. & seq.* vbi loquitur in terris emphyteuticis Ecclesiæ. † Statutum Rauennæ quod mulieres dotatæ non succedant in emphyteusi, quod intelligitur tam de Ecclesiastica, quam non Ecclesiastica; tam propter pacta ciuitatis cum clero, quam etiam de iure communi; quia vtile dominium est laici. Anch. *d. cons.125. n.3. & n.15.* † Decretum habet nullatiuum, quod nullus possit facere se inuestire de bonis emphyteuticis, seu censualibus, de quibus alius primo erat inuestitus. Ang. Aret. *cons.88. In causa si.* † Statutum habet, quod vendere, & alienare volens teneatur vendere proximioribus, & vicinis volentibus emere, quod statutum non habet locũ in permutatione, quia licet loquatur statutum in vendente, dante in solutum, & alienante, & verbum alienationis latissimum comprehendat permutationem, non tamen in casu isto; quia statutum odiosum; ergo restringendum; & quia loquitur de pretio soluendo, quod non potest conuenire permutationi, etiam si fiat in parte in re stabili, & in parte in pecunia, quando maior pars est res permutata, ita plene Ang. Aret. *consil. suo decisiuo 42. In causa mihi consulenda, per tot.* vbi allegat pro vtraque, & hanc tuetur; & respondet omnibus contrariis. † Contrarium consuluit Alex. *consil. 63. In causa, & lite, lib. 7.* vbi, quod mentio pretii fit in verbo, *vendere*, & in verbo, *alienare*, & alienationis verbum comprehendit omnem alienationem, & permutationem, idq; maxime procedit, quando permutatio fuit partim permutatio, & partim alienatio, quia censetur in fraudẽ, & maxime, qñ plus importat pretium datum, quam res permutata, & quia permutãs soluit gabellam. & posuit cridas ad fauorem vicinorum, & ibi apost. approbat. † Istud statutum de retractu cõsanguineorum proximiorum, & vicinorum licet requirat, quod fiat notificatio emptionis in platea per præconẽ, & tunc currat mensis ad retrahendum, tamen etiam non facta notificatione si cõsanguineus vel vicinus sciuit, currit sibi tempus; qa notificatio fit ad certiorandũ vicinum: ergo cum sit certus, non requiritur alia certioratio. Alex. *cons.138. Viso puncto per tot lib.7.* † Contrariũ tenet apost. ad Alex. *d. cons.138. in ver. non posse, lib.7.* vbi, quod donec sit facta notificatio, semper est in termino retrahẽdi, nisi lapsa esset præscriptio iuris communis 30. annorũ, vel 10. inter præsentes, & 20. inter absentes, & ipsemet Alex. ibi *n.8. ver. ex alio capire*, videtur fateri, quod dictum statutũ sit formale, & qui nititur statuto, debet docere, quod concurrãt, & seruatæ sint qualitates statuti. † Adde etiam, quod huiusmodi statutũ respectu actoris ad redimendum est formale; ideo qui vult agere ex isto statuto, debet probare se impleuisse omnes qualitates à statuto requisitas, & pretium soluisse, prout statutũ requirit, alias obtinere non potest. Alex. *d. cons.138. nu.7. & 8. ver. ex alio capite. lib.7.* vbi apost. in *ver. formam.* dat concor. † Non habet locum hoc statutũ in bonis emphyteuticis Ecclesiæ, & deuolutis. Alex. *d. cons. 138. n.8. ver. posset & alio fundamento, lib.7.* † Quod causæ inter coniunctos debeant compromitti, & quod lato laudo Potestas, &c. ius vicarius vinculo iuramenti faciant obseruari cum exactione pœnæ & aliis remediis, comprehendit etiam minores; sed tamen non tollit appellationem, & reductionem; quia cum sit laudum latum, & compromissum ex necessitate, æquiparatur sententiæ, & sicuti à sententia datur appellatio, ita etiam à laudo, quod ex necessitate sit compromissum, & recipit interpretationem petitam à iure communi, & dum dicit statutum, debere Potestatem, & vicarium eius facere seruari, intelligi debet, si non est appellatum, ita plene Ang. Aret. *cons.108. In consultatione, per tot.* vbi pro vtraque parte & hanc tuetur, & cõtraria tollit, & maxime, quia ciuitas Rauennæ est de statu Ecclesiæ, & ius Canonicum in dubio seruandum. † Statutum, quod nullus debeat inuestiri de bonis, de quibus alius est inuestitus, vel de quibus alius est possessor, nisi seruata certa forma, est etiam in ciuitate Cæsenæ, vt in *ver. Cæsenæ Cons.* 201. vbi videas, quod habet locum in bonis Ecclesiasticis & super statuto Rauennæ Alex. *cons.81. Lecto, nu.17. & seq. lib.3.* dicit, quod tale statutum non denegat possessionem naturalem, nec habet locum, quando aliùs inuestituram nullam haberet de eadem re.

Realis, vel personalis dispositio quando dicatur, & qualiter cognoscatur. Conclus. 42.

ACTIO † realis quæ dicatur, Vide, *Actiones reales quæ sint tantur. Concl. 103.* † Et quod omne interdictum prohibitorium sit reale, Bart. *q.1. post consilia, lib.2. incip. Petitum fuit, pr.* Onera realia quæ dicantur, Vide, *Onera realia quæ dicantur. Conclus.119. & qua personalia. Concl.124.* † Emphyteusis simpliciter concessa Titio obtinet, que alia expressione transit ad eius filios, & descendentes; quæ potius realis, quam personalis præsumitur. Clar. in § *emphyteusis q.28. in prin.* † Substitutiones, & aliæ dispositiones reales, seu mere factæ obligant omnes, ad quod res ipsa peruenit, qui non obligerentur, si essent personales, & ex alia causa deuenirent ad aliquos, ita Castr. *cons.77. Visis, & consideratis, nu.6. ver. super tertio, lib.1.* Renũciatio alia realis, alia personalis, & valde differunt; quia emphyteuta renũciat rem domino emphyteuticam, ptiuatur omni iure, si ratione personæ renunciat, extincta persona reuertitur ad ius suum. Corbul. *de emphyteusi, de cauſ. priuiat. ab remmãt. n.9. & ſeq.* † Licentia alienandi feudum, vel emphyteusim dicitur realis, si concipitur in rem, & personalis, si in personam, & tunc nullum ius reale confert. Vide plene Gabr. *cons.83. in pr. lib.1.* † Sententia realis dicitur, quæ datur pro prædio, vel contra prædium, & afficit omnes, secus si in personam, plene Crau. *cons.206. n.8. ver. quarto.* vbi plura allegat. † Legatum in dubio censetur reale, non personale, nisi adsit dictio taxatiua personæ. Ruin. *cons.25. in.19. lib.2.* vbi quod expressio nominis legatarii non facit legatum personale. † Census, & seruitus dicitur realis, quando soluitur ratione dignitatis, & Ecclesiæ; ideo laudum, quod Præpositus Ecclesiæ teneatur, facit dispositionem realem. Castr. *cons.249. Visa quidem compromisso. lib.1.* † Contractus personales in feriorum, si cõfirmentur per Papam, efficiuntur reales quoad confirmantẽ. Castr. *cons.49. In facto præsenti, col. 3. n.7. ver. quod etiã ex parte, lib.1.* † Et maxime circa dominium in transactione facta per prælatũ, seu alienatione rei Ecclesiasticæ sine solemnitatibus; quia dicitur personalis, sed si confirmetur per Papã, fit realis, & transit ad hæredes, & successores. † Concessio facta per Principem in dubio præsumitur realis, etiam si materia iurisdictionis. Masc. *concl. 338. Concessio Principis, in pr.* † Si addit, quod semper, quando concessio beneficium principis continet, censetur realis; secus, si præiudicium retulit nisi concessio fuit realis, vel vniuersitati, vel ciuitati. † Priuilegium quando dicatur reale, vel personale, & qualiter cognoscatur, & in quo differant, Vide, *Priuilegium quando, & ex quibus dicatur reale. Concl. 744.* † Prohibitio alienationis quando realis, & quando personalis, Vide, *Prohibitio alienationis. & c. Concl. 896.* Vide Marium Anguissol. *cons.191. n.40. & seq.* Surd. *cons.77. nu.22.* vbi late. Vide in *ver. Substituta facta num casum ad aliud non se extendit, & c. Concl. 842. ver. limita.* † Limita, quia concessio semper est personalis, quando fit pro tota in tota; quia concessio semper est personalis, quando fit pro tota in totalis; vel sonat in factum, nisi sit determinate realis. Vide etiam dem Masc. *Concl. 338. Concessio Principis, n.3. & seq.*

Realis

Realis dignitas erigi quando possit, & erecta arguit subiectionem. Concl 43.

1 REALIS † dignitas potest erigi in loco subiecto per Papam, & alium Principem, Bal. *cons.* 324. *Quæritur. lib.* 1. *in pr.* vbi, quod
2 potest Papa erigere vnam ex ciuitatibus suis in Ducatum. † Exte de, quia etiam Dux Ferrariæ erexit in Comitatum castra, & feuda dominorum de Rangonibus sibi subiecta, & concessio dignitatis realis, videlicet ipsi rei, prout Castro, vel ciuitati, arguit rem ipsam esse subiectam, & si talis concessio fiat de castris infeudatis, habet vim nouæ infeudationis sub dignitate, licet non præiudi-
3 cet primo inuestitis, ita Soci. plene *cons.* 165. *lib.* 2 *per tot.* † Et quod realis dignitas erecta arguat subiectionem ipsius erigentis, Abb. in *c. cum inferior, de maior. & obed.* Host. in *r. causam, quæ, el secondo, qui fil. sint legitim. in ver. Nos attendentes.* Vide, *Dignitates creare qui possint & quales. Concl.* 422.

Rebellis, & proditor quis dicatur, vel non, & de multiplici rebellione. Concl 44.

1 REBELLIS † dicitur infidelis ea infidelitate, q̃ inducit rebellionẽ. Bart. in *extrau. Qui sint rebelles, in ver. rebellis, in pr.* vbi prima
2 apost. in *ver. rebellis.* † Infidelitas igit, seu infidelis est nomen generale, & comprehendit etiã eum, qui furtum fecit Principi in modica re, quia sicut Principi debet omnis fidelitas, ita omnis deuiatio à fidelitate facit infidelẽ. Bart. *d. extrauag. Qui sint rebelles in ver. rebellis in pr.* vbi plena apostill. in *ver. modica rei.* & isti infideles non
3 sunt rebelles, vt ibi; † Alia est infidelitas vero animo, quæ cadit in modũ proditionis, & ista comprehendit omnes, qui sunt subditi, & inter subditos corpore; mente tamen cum hostibus, & inimicis nunciant secreta, & similia, *l. omne delictũ. §. exploratores. ff. de re milit.* item cõprehendit omnes, qui cũ essent subditi, rebellant Principi trãsfugiendo ad hostes, & conuertendo se in hostes, *l. proditores, ff. ead.* & hoc modo sumpro infidelitas facit rebellẽ. Bart. *d. extrau. Qui sint rebelles, in ver. rebellis, in pr.* vbi *n.* 3. dicit, q̃ antiq nõ vtebãtur
4 hoc vocabulo, *rebellis.* † Declara tamen; quia proditor cõtra Principem, vel Rempublicã idem est, quod rebellis, sed contra priuatum non; quia bene qualitas proditionis inducitur, put homicidium proditorie dicitur commissum, sed simpliciter non dicitur proditor, neq; rebellis. Bar. *d. extrauag. Qui sint rebelles in ver. rebellis,*
5 *n.* 4. *& seq. ver. item nota.* † Rebellis est nomen nouum; quia antiqui Iureconsulti hoc nomine non vtebantur. Bart. in *d. extrauag. Qui sint rebelles in ver rebellis, n.* 5. & iterum in *ver. tenore, in prin.* vbi, quod recedentes à terris subiectis Imperio, & transeuntes ad hostes dicebantur transfugæ, si vero rebellabant nõ recedendo, vocabantur illi, qui defecerunt, *l. amissione. §. qui desistunt. ff. de ca dimi.* si vero
6 rebellabant facientes bellum, appellabantur hostes, & perdebant ea, q̃ sunt iuris ciuilis. † In sacra tamen scriptura habetur hoc nomen, rebellis, vt dicit Bart. *d. extrauag. Qui sint rebelles in ver. tenore, n.* 5. *in fi. ver. & hoc nomen rebellare.* allegat *lib.* 3 *Reg. c.* 16. *& lib.* 4. *Reg. cap.*
7 17. *&* 18. *&* 19. † Et proprie ille dicitur rebellis, qui erat subditus, & rebellauit. secus si non esset subditus Bar. *extrauag. Ad reprimendum in ver rebellis, in pr. & in ver. tenore, & in fin.* vbi, quod nomina,
8 *hostes, perduelles,* sunt magis generalia. † Large, & stricte, seu ꝓprie, & improprie quis dicitur rebellis, Decı. *cons.* 60. 4. *In casu Illustrũ, in princ.* vbi, quod omnis, qui non obedit Principi, rebellis est largo
9 modo Guid Pap. *decis.* 389. † Et rebellare idem est, quod resistere, & ideo duplex est resistentia, & rebellio, videlicet quando resistitur faciendo, vel resistitur non obediendo. Bart. *d. extrauag. Qui sint rebelles, in ver. tenore, in pr. nu.* 3. & 4. dicit, quod rebellantes resistendo ipso iure, perdebant ea, quæ sunt iuris ciuilis, & puniebãtur, non obediendo autem, puta non recipientes milites, vel quid simile non perdebant ea, quæ sunt iuris ciuilis, nisi Princeps, vel Senatus indiceret, & iterum Bart. vbi supra in *ver. rebellando, in pr.* vbi, quod non omnis non obedientia nõ facit rebellem, sed illa, quæ est contra ꝓsperitatem Imperii principaliter, & ibi apost. in *ver. rebellãt.* hoc declarat; quia confinatus, qui non obedit, licet propter hoc condemnetur in pœnam capitis, non tamẽ est rebel-
10 lis, neque incidit in læsam maiestatem. † Et aliqui rebelles sunt publici, aliqui occulti Bar. *d. extrauag. Qui sint rebelles, in ver. tenore,*
11 *n.* 3. *ver. & si sic quidem.* † Occultus rebellis detegitur, si quis Principe intrante in Lombardiam aliquas gentes stipẽdiatas licentiare fingit, vt vadant ad stipendium rebellis, vel mittit gentem, & militiam tectis, vt ille à cuius possit mittere gentem quam ad rebelleis, vel faciunt colligationes cũ rebellibus, prout consueuerunt Perusini cum Florentinis pro sua defensione. Bart. in *d. extrau. Qui*
12 *sint rebelles in ver occulte.* Vide Capic. *decis.* 130 *n.* 15. *ver. item ex extrauag. cum seq.* † Item per machinationes, quæ constituunt in atte ver-

borum, sed in ordinatione dolosa, prout si fiant ligæ, & societates prohibitæ sub aliquo colore licito, vt *ff. de variis, & extraord. crim. l.* 2. si ministri Imperatoris pro recuperatione iuris Imperii volẽtes introducere exercitus obstãt sub colore, quod tot armatos introducere non expedit, & verbis blandis impediunt, quia efficiũtur rebelles. Bart. in *d. extrauag. Qui sint rebelli. in ver. machinantur.* Vide, *Machinatio quid sit. Concl.* 1. † Et aliqui sunt, qui fatentur se subditos 13
Imperio, sed rebelles sunt personæ Imperatoris. Bart. *d. extrauag. Qui sint rebelles, in ver. tenore, in fi.* † Et aliqui sunt tam circa Imperiũ, 14
& honorem, & prosperitatem Imperii, vel Imperatoris, aliqui cõtra officiales Imperii, Bart. in *d. verb. tenore in fin.* † Declara tamen; 15
quia duplex est caput rebellionis: Primum est in Principem, vel Principatum, & istud caput sumitur simpliciter, & nulla fit distinctio, nisi quod rebellis debet esse subditus: Secundum caput est contra officiales, & distinguitur, quando in iis, quæ spectant ad eorum officium, & rebellio fit pro iis, quæ petuntur pro statu, & honore Principatus, alias secus; quia si in iustitia, & instantia rei 16
particularis non fit obedientia, licet largo modo sit rebellis; non tamen proprie est rebellis Imperii. Bart. in *d. extrauag. Qui sint rebelles, in ver. rebellando, in pr.* vbi apost. in *ver. rebellando,* & in *ver. rebellãt.* plene Curt. Iun. *cons.* 137. † Rebelles igitur dicuntur, qui sunt infideles, & rebelles Imperii, qui quomodocunque publice, vel occulte contra honorem, & fidelitatem Imperatoris rebellionis opera faciunt, & contra Imperii prosperitatem aliquid machinantur, contra Imperatorem, vel officiales suos in iis, quæ ad commissum eis officium pertinent rebellando, vt in *d. extrauag. Qui sint rebelles.* Petr. de Anch. *cons.* 439. *n.* 6. & 7. vbi declarat; & duplicatur *cons.* 277. Ias. in *cons.* 86. *In causa, n.* 3. *lib.* 3. Alex. *cons.* 13. *Consideratis, n.* 4. *& seq. lib.* 6. † Idem, si contra statum Romanæ Ecclesiæ, vel Papæ 17
fiat; quia iura, quæ de Imperio loquuntur; habẽt locum in Papa, vel Papatu. Anch. *d. cons.* 277. *n.* 6. *& cons.* 439. *n.* 7. *& seq.* Alex. *cons.* 13. *lib.* 6. *n.* 4. † Et quod pœna imposita per leges ciuiles contra re- 18
belles Imperii, vt possint impune interfici, habeat locum etiam in clericos, & Cardinales rebelles Papæ, & Rom. Ecclesiæ, plene Ruin. *cons.* 4. *n.* 9. *& seq lib.* 5. *& n.* 14. vbi diffidati possunt interfici. Ferret. *cons.* 31. *n* 10. *& seq.* † Et proprie dicitur rebellis, qui rebellat 19
contra prosperitatem Papæ, vel Imperatoris. Ias. *cons.* 86. *col.* 3. *lib.* 3. Natt. *cons.* 596. *n.* 6. vbi declarat, quando dicatur fieri contra statum, & prosperitatem Imperii, vel Principis, & quando nõ; & concludit, quod non omnis non obediens Principi dicitur proprie rebellis, licet largo modo sic. † Item omnes existentes in pro- 20
terua, & notoria inobedientia. Ang. in *l.* 2. *§. si. circa si ff. de iudic.* Ias. *cons.* 139. *lib.* 4. *in fi.* quod declara, vt per Natt. *d. cons.* 596. *n.* 6. *& cons.* 580. *n.* 19. *& seq.* † Imo inobedientes Principi, seu subtrahentes 21
obedientiam circa ea, quæ conternunt statum, sunt rebelles. Alex. *d. cons.* 13. *n.* 6. *lib.* 6. *& n.* 7. vbi late. † Itẽ ille qui domino suo naturali resistit, & qui iudici suo non vult parere; sed illius iurisdictionem impedit, & contemnit. Abb. in *c. sane, el secondo, de offic. deleg.* & hoc est not. propter statuta facientia mentionem de rebellibus, vbi etiam Alex. de Butr. & alii. † Vide omnino Corn. *cons.* *licet videatur in hac consultatione, lib.* 4. † Differentiam faciunt inter rebellionem & læsam maiestatẽ, quia rebellio nõ respicit personam Principis, sed statum, & nõ punitur illi, prout læsa maiestate. Vide plene Ctau. pro vtraque parte *cons.* 457. *n.* 13. Bi multos citat, quod sunt diuersa, & alios, quod non sint diuersa, vide eum. † Contratiũ, quod omnes subtrahentes se ab obedientia circa ea, quæ respiciũt statum Principis, sint rebelles, & possint condemnari pœna etiminis læsæ maiestatis; & confiscationis bonorum; Alex. *d. cons.* 13. *n.* 6. *& 7. li.* 6. † Amplia, quia rebellio etiam 26
contra officiales Papæ, & Imperatoris committitur. Alex. *d. cons.* 13. *lib.* 6. *num.* 4. *& seq.* Ias. *consil.* 139. *in fin. lib.* 4. † Extende, quia siue 27
contra personam Principis, siue contra honorem sit machinatus, dicitur rebellis: Bero. *cons.* 165. *n.* 20. *lib.* 3. † Amplia; quia subditi In- 28
iuste querelantes dominum suum tanquam rebelles possunt punirí in domo, & in iudicio Bald. *cons.* 483. *Magnificus dominus, nu.* 2. *ver. caueant tamen, lib.* 1. † Amplia; quia negans iurisdictionem sui 29
Principis, & illi se opponens directe efficit rebellis; secus, si tiegat iurisdictionem ob subreptionem commissionis, & sic potius oppositio respicit partem, quam magistratum. Ægid. Bella. *cons.* 40. *n.* 15. & 16. † Et ideo populi rebellatio non priuat dominum sua 30
possessione. Alex. *cons.* 84. *Visis, n.* 3. & 4. *lib.* 5. nisi dominum eiecissent de territorio, vel capiũ, essent in carcere. † Amplia; quia 31
puniri possunt tanquam rebelles subditi, qui deliquerunt cum vexillo, & insignibus sui Principis eo inscio. Bald. *cons.* 363. *Venerabilis in Christo, n.* 2. *in fi. & n.* 5. *ver. item debent puniri, lib.* 3. † Extende, etiam 32
si sit dominus recognoscens superiorem; quia rebellio est crimen læsæ maiestatis, & portat secum omnes pœnas læsæ maiestatis,

tis præter pœnam filiorum. Alex.*cons.*13. *Consideratis iis, lib.*6. & di-
33 cit, quod habet locũ in officialibus Ecclesiæ, sicut Imperii. † Am-
plia; quia omnes bãniti nostri temporis, q impune possunt inter-
fici, dicũtur esse rebelles ciuitatis, & loci, in quo possunt impune
interfici; quia efficiuntur hostes, & eis indicitur bellum. Bart. in
*extrauag. Qui sint rebelles. n.*21. *ver. ex prædictis.* vbi, quod tales banniti
34 pẽdunt iura ciuilia illius ciuitatis, non ius ciuile commune, sicut
neque rebelles Imperii perdunt ius ciuile Papale. † Amplia; quia
35 bannitus, qui rumpit confinia, dicitur rebellis. Anch.*cõs.*275. *inpr.*
36 † Amplia; quia fractores pacis dicũtur rebelles, & possunt impu-
ne interfici. Rui.*cons.*1. *per tot. & cons.*2. *lib.*5. † Amplia; quia rebellis
condemnatus per sententiam dicitur notorius rebellis; quia per
sententiam rebellio transit in notorium. Bart. in *d. extrau. Qui sint*
37 *rebelles in ver. condemnatus.* † Idem, si Imperator indiceret bellũ ali-
quibus tanquam hostibus; quia essent notorii rebelles. Bart. *d. ex-*
38 *trauag. Qui sint rebelles, in ver. condemnatus.* † Extende; quia imo non
condemnatus, si facit opera rebellis publice, vel occulte, rebellis
39 est. Corn.*cons.*96. *n.*3. *lib.*4. † Limita; quia dicãtes inter se ciues
etiam ratione officiorum, vel status non dicuntur rebellare cõtra
Rempublicam suæ ciuitatis, *l. si quis ingenuã, § in ciuilibus. ff. de capti.*
40 Bald.*cons.*59. *Licet eleganter, nu.*2. *ver. ex iis, lib.*1. † Extende limitatio-
nem, vt neque tales ciues dimicantes ratione status, & officiorum
contra alios ciues dicatur rebelles Principi, qui cõcessit magistra-
41 tum. Bald. *d. cons.*59. *n.*2. *ver. nec etiam dicuntur, lib.*1. † Limita, quia
rebellis non dicitur, qui coacte facit aliquid sonans rebellionem.
42 Crau.*cons.*6. *n.*84. vbi latissime. † Limita; quia non dicitur rebel-
lis, qui non obedit Principi, quando non fit contra statũ Imperij,
vel prosperitatem Imperii principaliter. Alex.*cons.*103. *in fi. lib.*1.
43 vbi apotih. dat conc. in *ver. statutum.* † Declara; quia licet large re-
bellis dicatur, qui non obedit Principi; tamen non proprie, neq;
patitur pœnas rebellium, vt possit offendi, sed solum illi sunt re-
belles, qui non obediunt Papæ, vel Imperatori in iis, quæ prospe-
ritatem Imperii concernũt, secus, si nõ obediunt circa alia, & non
procedit rebelliõ circa Reges, & alios inferiores Principes, vt in
44 Duce Mutinæ, Alex. *d. cons.*103. *Videtur, in fi. ver. non obstat, lib.*1. † Li-
mita; quia rebellis non dicitur, & non potest puniri, qui non obe-
dit Principi, quando ex iusta causa excusatur, vt in Duce Vrbini,
qui non obediũt Papæ, consuluit Ferret.*cons.*31. *per tot.* maxime *n.*
27. *& seq. lib.*1. & super eodem casu consuluit Rui.*cons.*4. *lib.*5. quos
45 sequitur Iul. Clar. in § *læsæ maiestatis, n.*17. † Limita; quia faciens v-
niones, & conuenticula hominum, non ad malum finem, sed pro
sua necessitate, & defensione, non meretur pœnam, neque dici-
46 tur rebellis. Ias.*cons.*86. *lib.*3. *per tot.* † Limita; quia non dicitur re-
bellis is, qui fecit contra Principem, vel statum Reipublicæ, quã-
do ei nunquã fuit subditus; quia tunc dicitur hostis, non autẽ re-
bellis. Bar. in *d. extrau. Qui sint rebelles. in ver. tenore, in fi. ver. sed quæro,*
47 *in quo differt.* † Limita; quia bannitus Imperatoris, seu ab Impera-
tore nõ dicitur rebellis Imperii; q a bannũ est medicinale, ex quo
remittitur purgata contumacia, seu facta satisfactione, exemplo
excommunicationis quoad forum Ecclesiasticũ; sed rebellio est
peccatum mortale, quod non remittitur, nisi ex gratia. Bart. *d. ex-*
48 *trauag. Qui sint rebelles, in ver. rebellis. n.*6. *ver item nota, vsque in fin.* Vi-
de, *Maiestatis læsæ crimen incurritur multis modis. Conclus.*7.

Rebellis pœna multiplex, & quæ. Concl. 45.

1 POena † rebellis Imperii, vel Papæ, vt etiam si secretus sit, pos-
sit tamen interfici, Anch.*cons.*277. *n.*4. *& cons.*439. *nu.*5. com-
* munem dicit * Clar. in §. *læsæ maiestatis, nu.*17. *ver. hinc infertur.* licet
dicat periculosum, nisi fiat de scientia Principis offensi, & idem
dicit Rui.*cons.*4. *n.*19. *in fi. & n.*20. vbi late reddit rationem. & *cons.*
2. *n.*11. *& seq. lib.*5. vbi *nu.*12. *ver. præterea.* dicit idem in quolibet de-
linquente, qui potest interfici; quia sufficit liquidare, quod sit ta-
2 lis, post interfectionẽ. † Et de rebelle Imperii, quod possit inter-
fici, Bart. in *extrau. Qui sint rebelles in ver. rebellando,* sub *n.*13. *ver. nam*
potest, & plene Curt. Iun. *cons.*137. *n.*13. & possunt etiam capi, & re-
3 tineri, vt serui, *l. transfuga ff. de acq. rer. dom.* † Et q rebellis occultus
possit impune interfici, & postea sufficiat liquidare, quod esset
rebellis, Bart. *d. extrau. Qui sint rebelles. ver. rebellando, n.*22. *& seq. ver.*
circa secundum. vbi apost. in *ver. circa secundum,* dat conc. & ista est
* communis * opinio, vt per Boss. in *in prax. tit. de hæred. n.*29. † Pœna
4 etiam rebellis est, quod potest condemnari tanquam criminosus
læsæ maiestatis, & eius bona veniunt confiscanda Alexan. *cons.*13.
*Consideratis, num.*6. *& seq. ver similiter, lib.*6. quod intelligit, quando
condemnatur rebellis per sententiam, alias si sine sententia, non
5 patitur, nisi pœnas, de quibus in *d. extrau. Qui sint rebelles.* † Amplia,
quia bona rebellis ipso iure sunt confiscata à die commissæ rebel-
lionis, & licet quoad apprehensionem bonorum requiratur de-
claratio; secus est, quando notorium est delictum, vel quando
postea declaratio etiam post mortem. Bero.*cons.*176. *n.*94. *& seq.*
*lib.*1. vbi de * communi. † Contrarium Gabr.*cons.*179. *inpr. lib.*1. *
6 plures citat. † Declara, vt plene Bart. *in d. extrauag. Qui sint rebelles in*
*ver. rebellando, n.*17. *& seq. ver. item quæro.* vbi sufficere, quod retinet
ea, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, vel iuris Canonici, quod
est supra ius ciuile: ea vero, quæ sunt iuris ciuilis, perditum ea, q
sunt infra ius ciuile, prout natura, & constitutiones, nisi essent ci-
uitatum, vel Regum, qui de facto non recognoscunt Imperium,
quia in illis non perduntur ea, quæ sunt iuris ciuilis, per rebelle-
nem contra Imperium, & multo minus in terris Ecclesiæ Clem. pa-
storalis, *de reiudic.* † Et quod rebelles criminis læsæ maiestatis pos-
7 sint condemnari, & eorũ memoria possit damnari, & bona cõ-
fiscari, & quod decedant ante processum, vel sententiam, late Deci.
4 datione, etiam ſi ſoluatur brauium pro recōmendatione. † Amplia, quia loca recommendata non ſubiiciuntur, niſi in quantum ex pacto conuentum fuit. Bart. in *l. non dubito ff. de capt. & poſtlimin.* Anch. *conſ.* 138. Soc. *conſ.* 74. *lib.* 1. *& in liſi ex toto, n* 9. *ff. de leg.* 1. Deci-
5 qui alios citat *conſ.* 360. *n.* 7. *& conſ.* 564. *nu.* 11. † Extende; quia terra libera ſi ſe commendat alteri terræ, vel domino, etiam ſi offerat pallium ſingulo anno in ſignum maioritatis ei, cui commendatur, vel ſi recipiat officialem de loco, cui facta eſt commendatio, non deſinit eſſe libera, vt prius; quia dicitur recepta ſub protec-
6 tione, Abb. *conſ.* 51. *Ad dilucidationē, in pr. lib.* 2. † Extende, vt procedat; etiam ſi terra recommendata ſe obligaret non recipere aliud ſal, quam ab eo, cui fit commendatio, ſub pœna, & ad pœnam in ſtatutis illius contentam; quia adhuc talis terra remanet libera, & fraudantes gabellam poſſint capi in terra commendata, nō poſſunt tamen inde aſportari, ſed debent iudicari in loco commendato. Abb. *d. conſ.* 51 *per tot. lib.* 2. vbi eſt caſus de terra Scarlini recommē-
7 data domino Plumbini. † Amplia; quia procedit, etiam ſi terra commendata committat ſe protectioni, & regimini eius, cui fit commendatio. Bart. in *l. 1. C. de conſtr. mun. lib.* 10. licet Abb. *d. conſ.* 51. *col.* 2. *in pr. ver. videtur enim, lib.* 2. dubitet de veritate huius dicti. Vide, *Confederatio multiplex quid ſit, & qualiter interpretanda. Concluſ.* 628. Vide, *Principis contractus quando obligat ſucceſſores in regno. Concl.* 692. Vide, *Statutum ciuitatis an extendatur ad caſtra & loca ſubdita. Concl.* 541. † Amplia, quia etiam extra materiam verba recommendationis prolata à teſtatore de aliquo, cum ſint generalia, & incerta, non diſponunt, veluti ſi dicam hæredi meo, commendo, ſeu recommendo Titium ſeruum meum; quia etiam fauore libertatis nihil talia verba diſponunt, niſi fauore piæ cauſæ, & de iure Canonico, quando poſſunt reduci ad certitudinē. Alex. plene *conſ.* 158. *Viſo teſtamento, n.* 5. *& ſeq. verſ. quantum vero ad vltimum, lib.* 7. Vide, *Verba generalia adulatoria non obligant, & quando ſecus. Concl.* 123

Reconductio tacita in prædiis vrbanis qualiter intelligatur. Concl. 57.

RECONDVCTIO † tacita coloni, licet intelligatur facta ad annum; tamen in recōductione inquilini ſecus; quia cenſetur ſolum reconduxiſſe tacite, quando habitat, niſi aliud actū ſit expreſſe, vel tacite. Bal. *cōſ.* 214. *Caſus talis eſt, Carthuſienſes, in fi. lib.* 1.

Reconductio in prædiis ruſticis qualiter facta intelligatur. Concl. 58.

RECONDVCTIO † tacita in prædiis ruſticis cenſetur facta de anno in annum. Bald. *conſ.* 116. *n.* 3. *ver. in contrarium, lib.* 1.

Reconductio tacita in feudo, emphyteuſi, & aliis nō cenſetur facta Concl. 59.

RECONDVCTIO † feudi, vel emphyteuſis, ſeu renouatio inueſtituræ non cenſetur tacite facta; quia vbi requiritur ſcriptura, non habet locum tacita reconductio. Bal. *conſ.* 127. *Quidam nobiles, ver. in contrarium, lib.* 1.

Reconuentio quid ſit, quotuplex, in quibus differat, & qualiter procedendum. Concl. 60.

RECONVENTIO † eſt, quādo actor recōuenitur à reo, & dantur mutuæ petitiones. † Duplex eſt reconuentio; quædam eſt inhærens, ſeu cohærens, vt in iudicis duplicibus, vt in iudicio familiæ herciſcundæ, communi diuidendo, & ſimilibus. Bal. *conſ.* 336. *Quæritur, vtrum, nu.* 4. *ver. quæritur, quibus rationibus, lib* 3. † Alia eſt reconuentio ratione æqualitatis ſeruandæ, vt quando hinc inde dantur mutuæ petitiones. Bald. *d. conſ.* 336. *n.* 4. *ver. quæritur, lib.* 3. † Et iſta procedit in iudicis æqualibus, prout ſi mutuæ petitiones ſunt ſummariæ, vel ordinariæ, ſed ſi vna eſt ſummaria, alia ordinaria, non admittitur hæc reconuentio. Roman. *conſil.* 323. *In caſu propoſito, nu.* 5. *& ſeq.* vbi, quod propterea exceptio requirentis alterius indaginem non impedit exequutionem; quia iudicium exequutionis eſt ſummarium iudicium, exceptionis requirentis altiorem indaginem eſt ordinarium. † Differunt conuentio, & reconuentio cohærens ab ea; quæ fit ratione æqualitatis ſeruandæ; quia in prima debet pronunciari ſuper toto; alias ſententia eſt ipſo iure nulla; ſecus eſt in alia reconuentione, quæ fit ratione æqualitatis ſeruandæ. Bald. *d. conſ.* 336. *in fine. lib.* 3. † Contrarium dicit Ioan. de Anania, quod reconuentio habet eandem inſtantiam cum cauſa cōuentionis; quia eſt quædam prorogatio iuriſdictionis, & ideo vtraque cauſa debet ſimul terminari, in tātum; quod deſerta inſtantia in vna ſuper alia non poteſt pronunciari, & ſi pronunciatur, non datur exequutio; in *conſ.* 93. *n.* 4. *& ſeq. ver. circa vero quartū.* † Declara; quia cōuentio & reconuentio, quando ſunt legitime factæ, videlicet incontinēti, ſemper cenſetur ineſſe, & vtraq; pronunciare debet, & ſi aliter faciat, ſententia eſt nulla. Cacon. *conſ.* 34. *n.* 2. † Imo in tantum eſt verum contrarium, vt ſi cauſa conuentionis eſt ſummaria, erit etiam ſummaria cauſa reconuentionis; quia vnica inſtantia, & vnica ſententia debent terminari. Io. de Ana. *d. conſ.* 93. *n.* 5. vbi, quod ſimultanei ſunt proceſſus, plenius ibi Bolog. in apoſt. *n.* 8. † Amplia in tantum ſimultaneum eſſe proceſſum conuentionis & reconuentionis, vt non poſſit dari incompetentia iudicis; ideo ſi clericus conueniat laicum coram ſeculari, poterit clericus in reali reconueniri coram ſeculari; quia lex inducit prorogationem iuriſdictionis. Bolog. d. apoſt. ad *conſ. Io. de Ana. 93. n.* 8. & dicitur prorogatio legalis. Bald. in *l.* 2. *§ ſed ſi aud.* magis cōmunem* dicit Dec. in *c. at ſi Clerici, ver. ſed difficultas, de* * *conſ.* 183. vbi, quod ita fuit pronunciatū. Aſſil. *dec.* 173. Bero. in *d. c. at ſi clericus. n.* 153. *de iud.* vbi dicit* communem Cum. *conſ.* 339. *circa med.* *

† Extende,

10 † Extende, vt procedat, etiam si clericus desistat à conuentione.
11 Affl. dec. 173. † Extende; quia actor eligens iudicem, etiam incompetentem, si coram eo reconueniatur, non potest in causa reconuentionis allegare incompetentiam, & recusare illum iudicem, l.
12 pen. C. de sent. & interloq. omn. iudic. † Extende, vt procedat etiam in iudice delegato; quia non pōt actor, qui elegit, recusare in causa reconuentionis, c. 1. vbi Doctor. de mut. pet. Clem. sæpe, de verb. significat. text. in c. dispendia. §. reus quoq; de rescrip. in 6. Bald. & Salyc. in l. neque, circa fi. C. de compensat. & in l. 1. C. de arbitr. Iaſ. in l. est receptum.
13 ff. de iurisdict. omn. iudic. num. 14. verſ. tertio principaliter quæro. † Amplia; quia expediri debent simul & semel iudicium conuentionis & reconuentionis legitimè factæ, eadem videlicet sententia, alias iudex dicitur grauare, & ab eo potest appellari. d. cap. 1. de mut.
14 petit. vbi Felin. & alii. † Imo quod sententia lata solum super con-
15 uentione sit nulla, Castil. d. conſ. 34. n. 12. † Restringe, quando causæ sunt diuersæ, & ad diuersa tendentes. Alex. post alios in l. viro,
16 n. 5 ff. ſolut. matrim. † Restringe, quando adesset iusta causa, vel iustum impedimentum; quia de vna liquet, sue alia non. Maria. Socin. in c. prudentiam, de mut. petitio. Bart. in auth. & conſequenter. C. de sent. plene Marant. in ſua praxi tit. de ord. iud. in 4. par. diſtinct. 6. q. 1. nu.
17 9. † Restringe quoad appellationem; quia qui prior appellat, prior agere potest. Castill. d. conſ. 34. n. 11. Vide Soc. reg. 2. Cauſa conuentionis & recouentionis, vbi, quod debent simul terminari, limitat duobus modis. Vide Conclusionem proxime seq.

Reconuentio quando, & qualiter fieri possit, & quādo non. Concl. 61.

1 RECONVENTIO † est semper permissa, nisi quatenus repe-
ritur prohibita. Lap. alleg. 67. n. 7. verſ. ſed quero, pone, vbi ponit casum, quod parochiani, quibus non subministrantur sacramenta, possunt reconuenire rectorem agentem ad decimas super ad-
2 ministratione sacramentorum. † Extende, quia potest fieri in qualiber parte iudicii reconuentio, dummodo ante conclusionem in causa; sed tamen non habebit tunc priuilegium simultanei processus. Gem. conſ. 139. in pr. ver. item reconuenire, allegat Bart.
3 in auth. ben. & conſequenter. C. quomodo, & quando iud. † Extende, quod fiat reconuentio ad effectum simultanei processus etiam quandocunq; ante conclusum in causa, quando reconueniens fuit legitime impeditus ante recōuenire legitimo impedimento; item, quando pars aduersa non opposuit, item, quando commissio super hoc obtenta fuit, vt Gemi. d. conſ. 139. in pr. ver. nec obſtat ſi dica-
4 tur, cum ſeq. † Contrarium, quod imo debeat fieri ante litem contestatam, vel in litis contestatione. Soci. reg. 1. Reconuentio actoris, in
5 prima fallentia. † Declara; quia reconuentio debet, & potest fieri ante litis contestationem, vel in ipsa litis contestatione, & statim post litis contestationem secundum veram opinionem, quæ practicatur. Lap. alleg. 3. n. 3. ver. ſecundo, quod intellige ad effectum, vt simultaneus processus fiat, vt per Gem. d. conſ. 139. in pr. ver. item re-
* conuenire. Feli. in c. 1. de mut. pet. vbi de *communi. Bar. in auth. & conſequenter. C. de sent. & interloq. quem cæteri sequuntur, Dec. conſ. 200.
6 In caſu propoſito, col. 1. ad ſi. † Amplia, vt reconuentio procedat; etiam si causa actoris sit summaria, & causa reconuentionis sit ordinaria, dummodo reus reconueniens offerat se incontinenti proba-
7 re, & renunciet longioribus dilationibus. Lap. d. alleg. 3. n. 6. ver. ite
* ex quo. † Contrarium dicit Socin. conſ. 167. Non vtilis, n. 23. circa ſeptimam. lib. 2. vbi in fine dicit *communem, quod in iudicio executiuo non procedit reconuentio. Soc. c. 1. de mut. pet. ver. fallit decimo. in
8 6. art. prin. † Declara; quia si proceditur ordinarie per libellum, fit reconuentio; secus si exequtiue pro actore. Soc. d. conſ. 167. n. 26.
9 lib. 2. † Declara; quia si causa principalis est summaria, & reconuentio ordinaria, non est locus reconuentioni. Soci. Reg. 1. Recon-
10 uentio actoris, in tertia fallentia. † Amplia, quod reconuentio, si fiat super eadem re, & ex eadem causa, semper admittitur, siue principalis petitio sit summatia, alia ordinaria, siue è conuerso. Lap. d.
11 alleg 3 n. 6. ver. item dicit. † Declara tamen secundum gloss. in Clem. diſpendioſam, de iud. vt si actor petat debitum via ordinaria, reus excipiat de vsura, quæ est summaria, procedetur via ordinaria in omnibus; quia hoc casu ordinaria via trahit summariam per modū exceptionis: si vero reus nō exciperet, sed reconueniendo peteret pronunciari contractum, seu debitum vsuratum; tunc secus est; quia summaria cognitio traheret ad se ordinariam cognitionem.
12 Lap. d. alleg. 3. n. 6. ver. ad hoc. † Amplia; quia reus potest reconuenire actorem coram eodem iudice, etiam si esset incompetens respectu causæ reconuentionis, vel personæ. Soc. Reg. 1. Reconuētio ac-
13 toris, vbi ponit 18. fallentias, quas videre poteris. † Limita in causa status; quia in ea non admittitur reconuentio propter naturam possessorii l. 1. C. vbi cauſa ſtatus. † Limita in causa vere, & proprie
summaria, in qua semiplena probatio sufficit; quia reconuentio non admittitur. Lap. d. all. 3. n. 4. verſ. tertium dubium. † Limita; quia reconuentio non habet locum in causa exequutionis instrumenti, vel exequutionis sententiæ iuris, vel hominis. Soc. conſ. 167. n.
26. ver. tertio concludo. lib. 2. vbi idem in exequutione testamenti. conſ. 41. n. 6. lib. 1. Bald. in auth. & conſequenter. C. de ſentent. & interloq. omn. iud. * vbi omnes. † Extende, vbicunque agitur exequutiue
pinstrumento, vel alio actu habente executionē parātā, quia non intrat reconuentio, quæ debet via ordinaria terminari. Soc. in d. de mut. pet. in decima fallent. art. 6. † Extende, in causa spolii, quia non habet locum reconuentio; quia habet exequutionem partam. Socin. d. conſ. 167. in fin. ver. confirmatur, lib. 2. † Extende, quia dominus procedit ad expulsionem emphyteutæ; quia recidit, non admittitur reconuentio, siue fiat expulsio propria auctoritate, siue coram iudice, dummodo via exequutiua. Soc. d. conſ. 167.
n. 25. & 26. ver. circa ſeptimam, lib. 2. † Idem, si fiat per cessionarium, qui à domino fuit inuestitus ob priuationem emphyteutæ, cum inuestito etiam dominus cessit ius executiuum expellendi. Soc. d. conſ. 167. in fi. vbi dicit *communem, lib. 2. † Limita; quia reconuentio non habet locum in causa appellationis, quia non admittitur facta ex interuallo post litem contestatam cum aduersario, c. 1. vbi Feli. qui attestatur *commun. de mutuis pet. post Bal. in auth.
& conſequenter. C. de ſent. & interloq. Bartol. magistraliter in l. ante impuberes. C. de compenſ. † Limita in causa spolii; quia conuentus non potest reconuenire agentem, nisi pro simili causa spoliationis ad
fin. de ord. cognitio. † Declara, vt procedat, siue conuentus spolio reconueniat in simili causa spolii, siue etiam in dissimili, & licet siue deducatur in reconuentione vera, & propria spoliatio, videlicet, siue impropria, prout remedium cap. ſæpe, de reſtit. ſpoliat. huic remedium can. reintegranda. 3. qu. 1. quia datur reconuentio secundum magis *communem, de qua Alexan. conſ. 94. Viſis, in fi. ver. poſtremo non obſtat, lib. 5. Vide Concl. prox. præced.

Rector, & Officialis quis dicatur, vel non, & quamdiu duret. Concl. 62.

RECTOR † dicitur proprie, qui prouinciam siue titulū Præfecti Prætorio, siue Legati nomine regit. Bar. in l. 1. C. de aſſeſſat. muner. lib. 11. Vide plenius, Officialis ciuitatis quis dicatur, vide Papæ, aut Principis. Concluſ. 82. † Limita; quia in Tuscia, & Marchia rector, & officialis dicitur is, qui sub alio exercet iurisdictionem. Ant. de But. conſ. 74. n. 3. † Durant rectores, & officiales per biennium, & non vltra, nisi confirmentur, & quando secus, Vide Soc. reg. 2. Rector vt vltra biennium, vbi limitat in Imperatore, & Duce Venetorum, quia sunt perpetui.

Rector scholarium quid possit, & quam iurisdictionem habeat. Concl. 63.

RECTOR † scholarium ex natura sui officii obligatur perquirere, an Doctores actu legentes faciant debitam lectu-
ram, & si in aliquo desunt, tenetur facere diligentiam, vel supplere. Ang. conſ. 163. Duo viſi oportet, in prin. & per tot. Vide, Epiſcopus vbi-
dex ſcholarium. & officialium. & aliorum laicorum. Concluſ. 247. † Amplia; quia scholares habent multa priuilegia circa iurisdictionem, & alia, de quibus plene Rebuff. in repetit. auth. habita. C. ne filius pro
patre. vbi infinita cumulat, quæ videas.

Recursus ad superiorē quando licitus, vel non. Concluſ. 64.

RECVRSVS † ad superiorem permittitur, & nunquā denegatur
excluſus per quamcunq; legem quantumcunq; præclaram, quia semper officium superioris potest implorari. Rom. conſil. 297.
Quoad primum. n. 14. vbi apposit in ver. offuiy. † Florentiæ datur recursus a sententia lata per syndicos cessantū vigore legis particularis,
† Sed tempus, in quo debeat haberi iste recursus, nō est expressus, sed debet intelligi de quatuor mensibus; quia inferius statuit, & lex disponit, q̄ post quatuor menses lapsos nullus audiatur, & relatū est in referente, & vna pars statuti declaratur per aliā. † Sed verum est, quod tale tēpus recursus est vtile à principio, quamvis currit ignoranti, sed postea est continuum. Anch. conſ. 91. Profpe-
cifica. Socin. conſ. 57. num. 8. lib. 3. † Amplia; quia recursus conceditur in omnibus casibus denegatæ appellationis, plenissime Mo-
dearbur. q. 76. nn. 23. & ſeq. vbi, quod non impedit exequutionem, licet

& licet regulatur secundum terminos appellationis. † Limita; quia recursus ad superiorē nō admittitur, neq; est licitus, qñ inferior, qui potuit expedire, non fuit requisitus; quia dicitur quidā contemptus, seu spretus immediati superioris, *l. litigatores ff. de arbitr.* Rom pulchre *cons.332.n.3. & seq.* vbi multa exēpla de appellatione, quæ debet fieri gradatim de iure ciuili, & non omisso medio.

7 †Extende; quia electus, qui potuit confirmari ab Episcopo, si negligat habere confirmationē intra 3. menses, perdit ius electionis, etiam si omisso Episcopo obtinuisset à concilio confirmationem subreptitiā; quia nō debuit adire concilium, nō requisito prius Epi-

8 scopo. Rom. *d.cons.332.n.3. & seq.* † Limita; quia recursus nō datur aduersus statutum, aut ordinamentum, quod omnes debitores fabricæ cōpellantur soluere debita; quia ordo est iustificatus, nec admittit recursum; quia si non sunt debitores recurrentes, statutum de illis non loquitur; si vero sunt debitores, debēt soluere, si non volunt compelli. Castr. *cons.89. Quatenus dictus recursus, lib.1.*

9 † Limita, quando quis iniuste grauatur à iudice, non seruata forma iuris, vel statuti; quia non iuste recurritur, si est locus appellationi, vel nullitati. Castr. *d.cons.89. lib.1. ver. quintus autem.*

Recusatio iudicis quid requirat, vt valeat, & operetur. Concl. 65.

1 RECVSATIO † iudicis debet fieri coram eode iudice expressis causis suspicionis, & debent peti arbitri confidentes, coram quibus debet recusans se offerre, velle causas probare pro dicta recusatione, alias si ista nō fiant, non est bona, neq; impedit iudicem recusatum. Bald. *cons.26. Dum lis, & quæstio, n.2. vers. ad primum, lib.1.* Vide, *Iudex suspectus qualiter recusari possit. Concl. 421. cum duab. concl. ibi prox. seqq.* Vide plenius, *Suspectus iudex quomodo, & quando possit allegari. Conclus. 906. cum aliis sex concl. ibi prox. seqq.* † Operatur recusatio iudicis facta legitime, quod iurisdictio iudicis suspecti non eneruatur, sed suspenditur in euentum, quod causæ legitimę declarentur. Bald. *d.cons.26.n.5. ver. non repetendo, lib.1.* vbi, quod remanebit iudex, si causa proposita non verificatur, vel si decedat

2 recusans; quia talis exceptio est radicata in personam. † Amplia; quia omnis exceptio suspicionis, vel recusationis iudicis radicatur in personam recusantis, non autem in rem, ideo suspectus allegatus quoad vnum non dicitur suspectus quoad alium, si ille, qui allegauit, decedat. Bald. *d.cons.26.n.5. ver. non repetendo, lib.1.*

Redditum appellatione quid veniat, vel non. Conclus. 66.

1 * REDDITVS † secundum * comm. & vulgarem opin. dicuntur, qui ex rebus immobilibus percipiuntur. Fed. de Sen. *cons.12. Fratres Prædicatores, n.5. ver. item comuni.* vbi, quod inter immobilia

2 computantur, secus in aliis. † Extende; quia appellatione redditum venit annua præstatio; quia est verbum generale. Castr. *cōs.* 374. *Super istis dubiis, in pr. lib.2.* vbi apost. dicit, quod est verbū magis generale, quam fructus, allegat Soc. *cons.36. In causa Antonij, col.*

3 *4. ver. decimo confirmatur, lib.4.* † Limita in relicto annuo facto ad tempus conuentui, vel fratri intuitu eleemosynæ, vel consanguinitatis; quia non est redditus, neque inter immobilia computa-

4 tur. Feder. *d.cons.12.n.5. ver. sed secus est.* † Limita; quia appellatione redditum non veniunt iura, & actiones. Alex. *in l. diuortio, § si vir. ff. solut. matri. col.3. ver. quæ autem veniant appellatione,* apost. ad Castr.

5 *d.cons.374. in ver. & appellatione, lib.2.* Vide, *Fructuum appellatione quid contineatur, vel non. Concl 484.*

Reductio laudi ad arbitrium boni viri coram quo petenda, vel non. Concl. 67.

1 REDVCTIO † ad arbitrium boni viri peti debet coram iudice rei, quia iudex, qui debuisset aditi in principio causę, ille erit, coram quo reductio esset facienda, & cum actor sequatur forum rei, iudex rei erit adeundus, late Fed. de Sen. *consil.285. Petrus rector Ecclesiæ,* vbi loquitur, quando quinque iudices poterant adesse, puta, quia rector Ecclesiæ in diœcesi Florentina agens contra laicum Cortonensi pro re sita Tuderti, compromisit Perusiæ in Fulginatensem; quia forus rei, videl. Cotton. attenditur, concord. Cald. *cons.114. alias 5. de arbi.* quod est Pe. de Anch. *n.2. ver. & confirmatur.* Ang. de Perus. *cons.200. In ciuitate Lucanā, in pr.* Signor. *cons.*

2 *162.* vbi pro vtraque, & hanc tenet cum aliqua distinctione, *in fin.* Bart. *in l. societatem, § arbitrorum, col.4. vers. quæro, quis erit iudex, ff. pro socio.* Alex. attestans de * communi *consil.131. nu.1. lib.2.* & Marant. *in prax. de ord. iud. part.6. in 2. actu princip. n.114.* Alex. *cons.103. Consideratis, n.2. lib.5.* † Declara; quia in terminis iuris communis prædicta sunt vera; quia ex laudo non oritur actio, sed ex compromisso, qui igitur dicit se lesum ex contractu petens reductionem, agere debet coram iudice rei conueniendi; secus, si laudum habet executionem paratam; quia dicitur habere vim sententiæ, & tunc agendum est coram iudice superiore arbitri, vel arbitratoris. Bart. Bald. & alii *in l.2. C. vbi, & apud quem,* sequitur Cuma *cons.44. circa fi. ver. preterea sciendum.* † Declara tamen, quod licet iudex ordinarius aditi debeat, coram quo sine laudo agēdum erat, tamen

3 non procedit tanquam iudex, sed tanquā bonus vir, sicut cognosceret arbiter, cuius loco subrogatur Pet. de Anch. *inter cons. Cald. cons.114. n.2. ver. in progressis etiam,* alias *5. de arbitr.* Zab. *cons.130. n.22. ver. ad quæstum.* † Extende declarationem, vt idem sit in reductione arbitramenti; quia iudex aditus erit arbitrator, & procedit, sic

4 vt potuit arbitrator, & ab eius sententia non appellabitur. Zabar. *cons.139. n.22. & seq.* quod est Salyc. & plenius Zab. *cons.140. in fin. ver. ad quæstum.* † Contrarium, quod imo reductio peti debeat coram iudice, qui sit superior arbitri, vel arbitratoris, nulla habita

5 ratione compromittentium, an sint laici, vel clerici, sed bene habita ratione arbitri, vel arbitratoris, vt si est laicus, & seculāris, debeat recursus, & reductio dari à iudice seculari. Roma *cons.265. In casu proposito, n.2. ver. secundo dicitur,* vbi apostill. *in ver. secularem,* dat concord. apost. ad Alex. *d.cons.131. in ver. ordinarium,* allegat plures pro hac parte, licet dicat in practica contrarium seruari. † Si vero

6 arbiter, vel arbitrator sit ecclesiastica persona, reductio debet peti coram iudice ecclesiastico, nullo habito respectu ad compromittentes, sed ad eum, qui dedit laudum. Rom. *d.cons.265.n.2.* vbi apost. *in ver. Ecclesiasticum.* † Si autem fuerint arbitri, vel arbitratores aliqui ecclesiastici, aliqui seculares; quia clericatus est dignior,

7 & magis dignum trahit ad se minus dignum, reductio erit petenda coram ecclesiastico, nulla habita ratione compromittentium. Rom. *d.cons.265.n.2. in fi. ver. si vero,* vbi apostill. *in ver. dignior,* & alia apost. *in ver. iudicem.* † Idem, si laudum esset latum à duobus arbi-

8 tris, vno clerico, altero laico, & aditi debeat iudex ecclesiasticus, Bart. *in l.1. § si quis, ff. de appell.* sequitur Barb. *cons.36. lib.2.* Ias. *in l. Imperium. col.3. ad fi. ff. de iurisd. omn. iud.* quia magis dignum trahit minus dignum. Ias. *in l. testamentum, C. de testam.* Deci. *in rubr. extr. de appell.* † Contrarium tenet Guid. Pap. *cons.144. in fi.* vbi, quod ex quo agi-

9 tur de re spirituali, semp aditi debet iudex ecclesiasticus, nō ratione personæ arbitrorū, sed ratione rei spiritualis, & idē, si ageretur de re annexa spiritualitati, prout de censu Capellę, allegat gl.3. in *c.1. ne sede vac.* † Declara; quia si laudum habet executionem, pro-

10 ducit actionem in factum, prout sententia; ideo peti debet coram iudice superiore eius, qui tulit laudum; si vero nō producit actionem, tunc coram illo, corā quo ageretur rescissoria cōtractus, ita Pet. Surd. *cons.106.n.18. & seq.* vide *J. n.24.* vbi plenius. † Extende

11 contrarium etiam, quando vtraque pars diuersę iurisdictionis reclamaret aduersus laudum; quia aditi debet iudex superior arbitri, vel arbitratoris. Bart. cōs. quem allegat Rom. *cons.265. In casu proposito, per tot. & sequuntur multi,* quos citat apost. ad Roman. *d.*

12 *cons. in ver. iudicem,* Aff. *dec.51.* Abb. *cons.2. lib.1.* vbi tenet hanc partem, dum vult, quod reductio appellationi æquiparetur; quia in appellatione semper recurrimus ad iudicem superiorem iudicantis. Fel. *c.1. col.5. de præscript.* Patis. *cons.45. n.13. lib.1.* † Contra ex-

13 tensionem, quod non attendatur persona arbitri, vel arbitratoris, sed partium, vt ille sit iudex reductionis, qui fuisset iudex, si compromissum factum non esset, tradit eadem apostil. ad *d.cons. Rom.265.* in verbo. *arbitratoris,* quæ dicit ** communem, & magis **

14 communem. Afflict. *decis.51. Item fuit dubitatum,* vbi videtur fa-

15 ri * communem, licet inclinet in contrariam. Alex. *consil.131. col.1.* * *lib.2.* vbi dicit * communem, & apostill. *in ver. ordinarium,* dicit ita * practicari. † Declara; quia si arbitri sunt à statuto electi, & licex necessitate, reductio peti debet corā iudice appellationis; secus, si compromissum est voluntarium, ita Vrsil. *in addit. ad Affl. d. decis.*

16 *51.* vbi pro vtraque, & ita declarat, vide *J. n.24. & seq.* † Adde etiā, quod quando ille, qui tulit laudum, nemini esset supposītus, petitio potest reductio coram Principe superiore ipsorum compro-

17 mittentium, vt est tex. *in c. expositę, de arbit.* vbi, quod reductio laudi lati per Ducem Venetiarū petitur coram Papa; quia compromittentes etant subditi Papę, sic declarat Ang. *d. cons.200. n.2. in fi. ver. nec obstat, si dicetur.* † Extende, vt quod dicitur de arbitro, idem

18 sit in arbitratore. Abb. *in cē. Quintauallis, peti. char. vers. sed dubitatur, extr. de iureiur.* contrarium vide Conclus. prox. seq. *n.24.* † Amplia idem in laudo lato inter laicum, & Ecclesiam ad fauorem Ecclesiæ; quia ex quo laudum habet executionem paratam, debet adi-

19 ri iudex ecclesiasticus, ex quo effecta est rea Ecclesia; quæ habet laudum habens executionem paratam, ita Anch. *cons.309. Videtur prima facie, n.4. & 5.* sequitur Bologn. *in addit. ad cons. Ioan. de Anan. 83. nu.2.* vbi dicit esse notabile, & quod in foro ecclesiastico non seruatur statutum, quod detur executio laudo, & ita etiam Alex.

cons.

17 *cons.*103. *Consideratis.n.*2.*lib.*5. vide infra *n.*25.† Declara, quia si Mediolanēsis,& Bergomensis fecerunt societatem in territorio Bergomi, postea fecerunt compromissum in duos Mediolanen. in ciuitate Mediolani, lato laudo Mediolanensis vult petere reductionē, & reperto Bergomense in ciuitate Mediolani illū citauit, qui declinat. Sig. *cons.*161. *Factum sic se habēt*, allegat pro vtraque,& tenet, quod cora iudice rei,& sic Bergomensis, quando laudum, vel arbitramentū est latum super cōtractu bonæ fidei,& est ratio, quia cum laudum, vel arbitramentū dicatur nullum, vel iniquū, agitur ex prima actione bonæ fidei pro socio; ergo est agendum, vbi societas est facta; si vero est latum super contractu stricti iuris, quia oritur officium iudicis ex æquitate, adeundus est iudex arbi-
18 trorum, de quorum iniquitate agitur, *n.*6.† Amplia; quia si reductio petatur coram iudice appellationis, erit processus nullus, quia debet peti coram iudice ordinario, coram quo esset agendum in prima instantia. Ang. de Perus. *cons.*200. *In ciuitate Lucana, in pr.* vbi, quod * communiter aduocati Lucani tenebant contrarium ea
19 ratione, quod reductio sit species appellationis.† Extende maxime, quando exstat statutum, prout in ciuitate Lucana, quōd iudex appellationum cognoscat appellationes à sententiis officialium d. ciuitatis; quia nullo modo poterit cognoscere de reductione laudi. Ang. *d. cons.*200. *in prin. ver primo quia.*† Amplia, vt quod
20 dicitur de reductione, idem sit, si agatur de nullitate laudi, quia coram iudice ordinario potest dici de nullitate. Io. de Imol. *cons.*
21 130. *In causa præmisso nu.*2. *ver. circa secundum.*† Extende, vt procedat, etiam si coram eodem iudice exequēte laudum fuit opposita exceptio nullitatis & reiecta,& data exequutio pro prima paga; quia adhuc potest dici de nullitate laudi principaliter; quia iudicium exequutiuum non nocet ordinario; & quia qui succubuit excipiendo, potest agere principaliter de nouo, & quia secunda paga est quid diuersum à prima. Io. de Imol. *d. cons.*130 *per tot.* vbi est casus.
22 †Amplia, vt procedat in laudo lato etiam per Prælatum,& habētem dignitatem Ecclesiasticam inter laicos; quia adhuc potest reduci per iudicem laicum superiorem,& ordinarium plorum laicorum, inter quos est latum. *c. pertinit, cum ibi not. de arbitr. Iaf. consil.*
23 123. *li.*1.† Limita, nisi ageretur actione reali in rem; quia reductio esset petenda coram iudice rei, ita videtur velle Fed. *d. cons.*285. *col. pen. ver. item non obstat tertio.* qui loquitur in terminis iuris commu-
24 nis.† Limita, quando ex forma statuti (prout in Tuscia) sententię, seu laudi arbitrorum, vel arbitratorum habent exequutionem paratam; quia dicuntur sententiæ; & reductio debet peti coram iudice superiore eius, qui tulit laudum; quia tūc petens reductionem conqueritur de sententia. Bart.& Bald. in *d. l.*2. *C. vbi, & apud quem. ver. sed secundum iura.* Cuma. *consil.*44. *Ab arbitrali, circa fin. ver. præterea sciendum.* Abb. in *c. Quintauallis, in pen. char. ver. sed dubitatur. de iureiur.* Iaf. in *l. Imperium, col.*3. *in fi. ff. iurisd. om. iudic.* vide supra *n.*
25 10. & 13.† Declara, vt procedat limitatio quoad petendam reductionem, non autem quoad alia; quia non propterea tale laudū, licet habeat exequutionem, vt sententia, non debet in prolatione regulari, vt sententia; quia solum recipit vires, postquam est latum, non autem quando est ferendum. Christophorus Castillio & Franciscus eius filius in subscriptione *cons. Cuma.*7. *n.*12. & 13.
26 †Limita; quia semper adiri debet iudex Ecclesiasticus; qñ denegaretur iustitia à statuto, puta, quod nullus audiatur contrà laudum; quia si esset iniquum, potest peti reductio coram Ecclesiastico, prout in casu statuti Florentiæ, Anchar. *cons.*309. *nu.*4. *& seq.*
27 †Declara tamen, quia si petitur coram ipso arbitrio, videlicet fiat protestatio, nihil innouari, quia appellat ad Prætorem, vel iudicē appellationum, non erit petita reductio, quæ releuat; ideo transit in iudicatum. Alex. *cons.*101. *Viso processu, in pr. lib.*2. vbi, quod vt valeat incerta petita reductio coram pluribus alternatiuè, debet declarari intra tempus coram certo iudice, alias petitio est nulla, sicut si vnus consors pro se,& alio petit reductionem sine mandato; quia si non fiat ratificatio in termino, non valet. Vide, *Reductio ad arbitrium boni viri quando nulla. Concl.*76.

Reductio ad arbitrium boni viri intrà quātum tempus sit petenda. Concl. 68.

1 VNA † opinio est, quod reductio ad arbitriū boni viri aduersus laudū debet peti intra decē dies; quia species appellationis est. Spec. in *tit. de arbitr. §. sequitur.* Bald. *cons.*67. *Quia ex facto, in pr. ver. & omissis. lib.*3. Io. Andr. in *addit. ad Specul.* vbi supra in addit. quæ incipit, *Seruatur.* Abb. in *c. Quintauallis, n.*16. *de iureiur.* Fed. de Sen. *cons.*285. *col.*2. vbi extendunt tam in arbitro, quam in arbitratore. Guido de Suzar. quem refert Alex. in apost. ad Bart. in *l. si societatem, § arbitrorum. ff. pro socio*, vide Rom. *cons.*27. *Viso themate. col.*2. *circa si. ver. aut dictum fuit*, vbi apost. in *ver. dicendum*, citat Saly c. *d. l. si societatem, q.*12. Abb.& Petr. Ferrar. licet dicat * communem in * contrarium, Ang. Aret. *cons* 87. *In casu & themate, n.*3. *& seq. ver. quæ-to posito, & n.*37. *ver. quarto non obstat.*† Extende, vt procedat, etiam si in sententia lata, per quam datur facultas reducendi, seu petendi reductionem laudi quandocunque; quia intelligitur secundum naturam actus, cui adiicitur, videlicet intra decem dies. Bald. *d. cons.*67. *n.*1. *in si. ver. nec obstat, lib.*3.† Declarat plene Angel. Aret. *d. cons.*87. *n.*37. *& seq. ver. quarto non obstat*, quod si compromissum est iuratum, debet peti reductio intra decem dies, sed quia obstat iuramentum, sīti decem dies currunt à die relaxationis iuramenti factæ per patrem,& acceptatæ per reclamantem, vel à die absolutionis à iuramento factæ per Ecclesiasticum; quia ante non auditur.† Alia opinio contraria, quod post decem dies peti possit, & quod per lapsum decem dierum non dicatur homologatum, dicit Io. de Atr. *cons.*16. *Viso puncto, n.*12. *ver. restat nunc*, vbi dicit * communem, à qua in iudicando non est recedendum, apost. ad Rom. *cons.*27. *col.*2. *in si. ver. decennium*, vbi plures cit. & dicit * communem, & magis communem.† Alia opinio, quod imo peti possit reductio laudi intra annum, lapso autem anno secus; quia non petens præsumitur acquieuisse. Bald. *cons.*67. *n.*2. *ver. vltra adhuc lib.*3. vbi allegat Bart. dicentem, hanc quæstionem indigere declaratione Principis. Alex. *cons.*95. *Visis processibus, in fi. n.*16. *ver. fateor-nendo* vbi citat plures, & dicit * communem, à qua in iudicando non est recedendum, *lib.*2.† Extende, quod imo non possit peti reductio lapso anno, Pract. Papien. *in forma libelli, quo agitur ex compromisso, ver. nec reductio.* Abb. in *c. Quintauallis, n.*16 *de iureiur.* quos cit. tat apost. ad Alex. *d. cons.*183. *n.*3. *lib.*6. *in ver. spatio.*† Declara, quia si ex forma statuti, prout Parmæ, potest appellari, appellatio procedit, siue compromissum habeat terminū præfixum à statuto 40. dierum, siue à partibus; quia vtroque casu appellari potest. Cast. *cons.*150. *Viso statuto. lib.*1. *per tot.*† Declara, quia in casibus, in quib' permissa est appellatio à sententia arbitri, illa debet intra decem dies interponi, ita Rom. *cons.*27. *col. fi. in pr.* vbi apost. in *ver. decernum, l' vltima.* & ita Alex. *cons.*101. *Viso processu, n.*2. *lib.*2. vbi, quod in ciuitate Imolæ extat constitutio.† Alia opinio, quod imo nō adfuit tempus limitatum ad petendam reductionem, tenet Cald. *cons.*114. *n.*2. *ver. pro isto dubio.* alias 5. *de arbitr.* quod est Pet. de Anch. vide tenet Ang. *cons.*5. *Andr. Ianis, n.*3. *ver. consilium ergo*, vbi, quod si non fuit intimatum, vel si fuit intimatum, sed nō comprobatū per defunctum, potest hæres petere reductionem, & quod reductio ad arbitrium boni viri non tollatur, nisi spacio 30. annorū. Soc. *cons.*220. *Visis compromisso, n.*5 *lib.*2. vbi dicit hanc * magis communem opinionem, & *cons.*104 *Visis. n.*10. & 11 *lib.*4. Lancellot. *de attent. p.*2 *par. tit. de attent. reduct. ad arbit. boni viri pendem. n.*27.† Et quod pot. fit peti reductio laudi quandocunque intra 30. annos, Alex. *cons.*95. *lib.*2. vbi dicit * cōmunem opinionem. Fel. in *c. quoad consuetudinem. n.*34 *ad fi. de re iud.* Deci. *cons.*39. *Iuridicam*, vbi attestatur hāc esse * communem, in 3. *col.* Afflict. *decis.*132. idem Deci. *cons.*11. nu. 5. Bald. *cons.*380. *col.*2. *lib.*1. *& in l. si. col. pen. ver. quare, vsque ad tempus. C. de contrahen. emp.* Ang. *cons.*314.† Declara, vt per Alex. *cons.*88. *in causa & lite, nu.*3. *lib.*6. quod requiritur præscriptio 30. annorum, qñ is, qui petit re luctionem, conquestus est aliquo modo intra annum de laudo in iudicio.† Et quod debeat conitare, quod intra annum fuerit conquestus de laudo, sed sufficiat, quod extra iudicium fuerit conquestus intra dictum annum, tenet Felin. *in c. quoad consultationem, n.*34. *ad fin. de re iud.* Lanfranch. *de arbitr. in* 8. *par.* & per Bertach. in *ver reductio.* & hanc tenet Io. Baptista Sancto Blasio *tract. de arbitr. qu.*71.† Et procedit etiam in nullitate, pro cuius declaratione competit officium iudicis nobilis; quia excluditur spatio 30. annorū, vt vlteriùs non possit allegari, vel in iudicio deduci, & probatur; quia omnis actio præscribitur 30. annis. *l. sicut. cum ibi not. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & quod agit de nullitate laudi, utitur officio iudicis nobili. Bar. in *l. si ex pressens. ff. de pen. ff. de appell.* cui officio præscribitur 30. annis. *d. l. sicut.*† Et hoc est verum de iure communi, q̄ post 30. annos non possit amplius peti reductio, vel dici de nullitate, vt per Bald. *cons.*142. *n.*2. *lib.*1. quia ēt tanto tempore officium iudicis excluditur. Bar. in *d. l. sicut. C. de præscrip.* 30. *vel* 40. *annor.* Ant. de Butr. *cons.*26.† Sed ēt ex forma statutorū Florentiæ sub *rubr.* 30. *de præscript. lib.*2. quæ præscriptio à quocunq; iure, actione & prosequutione quemlibet excludit. Idem *omnes C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.*† Declara tamen; quia sibi cuntur ex cursu 30. annorū tempora hostilitatis, belli, & pestis, & aliorum legitimorum impedimentorum, prout per dict. actionis, & similium, quibus tēporibus non currit præscriptio. Calcan. *cons.*3. *n.*30. *& cons.*26 *n.*8.† Restringe, quod dicitur de 30. annis, quod cedat non obstante statuto Florentiæ, *Rubr* 70. *de excep. lauds lib.*2, quia licet videatur reiicere omnem nullitatem, & reductionem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sane debet intelligi secundũ naturã executionis per ipsum statutum dispositæ, videl. q̃ non possit retardari executio laudorum ꝓtextu alicuius reductionis, vel nullitatis ꝓposito prætextu, non aũt tolliturin totũ nullitas, seu reductio, ꝑbatur ex alio statuto *de appell. eod. lib. 2.* in quo ꝓmittitur reductio laudi intra 10. dies ad instar appellationis, de nullitate autem nõ loquitur in ꝓpõsito; ideo remanet sub dispositione iuris communis, *l. cõmodissime. ff. de liber. & posth.* & de iure simplex querela nullitatis, nullũ habet tẽpus ꝑximũ à iure, nisi sicut cæteræ actiones, *l. si cũ nulla. ff. de re iud.* Bald. *in c. sæpe, col. pen. de appell.* Franch. *in cap. dilecto, in 5 col. ver. quinto*
18 *quæritur, de prob.* & ita ex antiqua pract ca seruatur. † Imo ꝓcedit restrictio, et si condemnatus pallus sit executionem laudi, & nihil opposuit in iudicio exequutiuo, ex quo iura sua sunt lalua in petitorio ꝑ statutum *de præceptis de disgumor. ver. & in causis prædictis.*
19 facit *l. sicuti. §. non videtur. ff. quib. mod. pign.* † Alia opinio, q̃ intra 30. ann. possit peti reductio etiam stante statuto, q̃ post 10. dies non possit peti, si legitima nõtificatio laudi facta fuit per scripturam authenticam; q̃a donec fiat notificatio, nõ currit tempus per 30.
* ann. Ang. *cons. 315. Statuto cauetur*, & hãc * communem dicit Alex. *cons. 183. In causa, & lite, lib. 6. n. 3.* vbi declarat maxime hoc esse verum, qñ intra annum in iudicio fuit reclamatũ de laudo, & q̃ intra 30. ann. possit peti reductio. Alex. *cons. 45. col. fi. lib. 2.* Bald *cons. 380. col. 2. lib. 1. & in l. fi. col. pen. v. quæro. vsq; ad quod tẽpus. C. de contrah. empt.* Soc. *cons. 220. col. 3. lib. 2.* Alex. *cons. 183 in causa, & lite. n. 3. v. tamen postea, lib. 6.* vbi apost. *in v. spatio*, dat concor. plures, & A ex. ibi
*20 dicit * cõmunem. Declara † igitur, q̃ laudum põt peti reduci quãdocunque, antequam fuerit intimatum. Ang. de Perus. *d. cons. 5. n.*
21 *3. v. consilium ergo.* † Declara omnes opiniones; q̃a vbi ꝑ statuta est aliter, ꝑ ius, debent statuta seruari, ꝑput de statuto Lucanæ ciuitatis, q̃ prohibet posse peti reductionem post 20. dies. Cuman. *cons. 7. primo videndum. n. 11. in fi.* Castr. *cons. 215. n. 4. v. sexto videndum,*
22 *lib. 2.* † Extende in tantum instantiam esse seruandam, vt non excusetur petẽs reductionem intra terminum cora iudice incompetenti, & perinde est isto casu, ac si non petiisset. Ang. *cons. 200.*
23 *n. 3. v. super tertio dico.* † Et de stylo ciuitatis Bononiæ inducto per statuta, q̃ sit seruãdus, Paris. *cons. 44. Absolutio à iuramẽto, vol. 1.* vbi,
24 q̃ non est recedendum ab isto stylo. Alia † opinio vltima; q̃ nunquam transeat in iudicatũ, & quandocunq; possit peti reductio, ꝑbat Io. de Anania; quia qñ cõstat de lesione enormi, dicitur nutritiũ peccati; ergo sententia, q̃ nutrit peccatum, nunquã trãsit in iudicatum. Anan. *d. cons. 16. n. 16. v. illud etiam clarum reputo*, vbi,
25 q̃ is, qui recipit, vel petit, q̃ non debetur, facit contra conscientiã, & malã fidẽ; ergo. † Extende, vt per Alex. *cons. 183. n. 4. lib. 6.* quod
potest iudex annullare laudum iniquum perpetuo etiam parte non petente; veluti si fiat compromissum de 100. & fiat cõdemnatio in 50. condemnatus nõ petit reduci, sed alius, põt iudex in
26 totum absoluere, & perpetuo. † Et q̃ nullũ tempus obstet, quin possit nullitas laudi ꝓponi, tenet Bald. *tract. de præscr. in 4. par. 4 p.*
27 *prin. v. 32.* † Vide Castr. qui declarat *cons. 215. Primo videndum, n. 4. in 6. dub. lib. 2.* qui dicit, q̃ ad effectum excipiendi per eũ, qui possidet, cõpetit exceptio ꝑpetua, qualis q̃ sit interrupta iustantia retinendo possessionem, vbi in fi. q̃ nõ debet dari executio laudi,
28 donec fiat declaratio noua stante apparenti læsione. † Declara, vt ibi Alex. *d. cons. 183. n. 3. lib. 6.* vt ꝓcedat maxime, qñ intra tẽpus
29 anni in iudicio conqueſtus est de grauamine. † Declara, vt ꝑ modum agendi possit vsq; ad 30. annos; per modum vero excipiẽdi perpetuo, vt per Bologn. *in apost. ad d. cons. 16. in pr. nu. 14.* quia temporalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum. Vide, *Excepto in quo differt ab actione. Conclus. 371. n. 7. & multis seqq.* Declara,
30 † quia imo potest iudex etiam nulla facta reclamatione à laudo, si videt illud esse iniquum, pronunciare illud iniquum, ac reformare ad fauorem non reclamantis. Alex. *cons. 183. In causa, & lite, n. 4. ver. & fortius dico, lib. 6.* vbi dat exemplum in iudice appellationis, qui potest reformare sententiam ad fauorem non appellantis, prout si Titius petit à Seio decem, iudex condemnat Seiũ in quinque, appellat solus Titius, poterit iudex appellationis absoluere Titium non appellantem à quinque, in quibus fuit condemnatus, & ibid. apost. *in ver. totum*, dicit verissimum.

Reductio ad arbitrium boni viri cui æquiparetur, vel non. Conclus. 69.

1 ÆQUIPARATVR † reductio ad arbitrium boni viri restitutioni in integrum. Fed. de Sen. *cons. 285. in pr. & ver. secũdo ar-*
2 *guitur* † Declara tamen, q̃ non æquiparatur per omnia, quia restitutio petitur intra quadriennium, reductio vero intra 10. dies. Fed. de Sen. *cons. 285. n. 2. ver. vel dicas, quod ibi loquitur*, & infra *nu. 9.* † Restringe in terris Ecclesiæ, vbi seruatur ius Canonicum; quia
põt omisso medio aditi Princeps, & valebit recursus ad Principẽ Alex. *cons. 95. Visis processibus col. fi. n. 15. v. & maxime attenta, li. 2.* † Ampliа, quia recursus ad arbitrium boni viri contra laudum æquiparatur querelæ, vt officio iudicis rescindatur laudũ. Cald. *cons. 114.*
n. 3. ver. oportet, igitur, alias 5. *de arbitr.* † Extende limitationem, vt et 5
reductio æquiparetur restitutioni in integrum. Fed. de Sen. *cons.*
285. *in pr. & in ver. secundo arguitur.* † Declara tamen, quod æquipa- 6
ratio nõ procedat quoad omnia; quia restitutio debet peti intra quadriennium, reductio intra 10. dies. Fed. de Sen. *d. cons. 285. n. 2.*
ver. vel dicas, quod ibi loquitur, & infra *n. 9.* † Declara secundo; q̃a in 7
reductione iudex ꝓcedit, vt bonus vir, & non datur appellatio secundum Petr. de Anch. *in d. cons. inter cons. Cald. 114. n. 2.* alias 5. *de arbitr.* secus in restitutione in integrum, & querela. † Contrariũ; 8
quia imo diuersa sunt reductio ad arbitrium boni viri, & restitutio; quia reductio continet querelam iniquitatis; restitutio vero in integrũ est miserabile suffragium. Bald. *cons. 465. In ciuitate Brixiæ, n. 3. v. nam illa reductio, lib. 1.* † Limita; quia reductio ad arbitriũ 9
boni viri non æquiparatur appellationi iudiciali quoad tẽpora; quia appellatio debet interponi intra 10. dies; & intra annũ exped ri; secus in reductione, q̃ non habet tempora limitata. Cald. *cons. 114. n. 2. ver. prosito dubio*, alias 5. *de arb.* q̃ est Petr. de Anch. Soc. *cons. 220. Visis compromisso, n. 5.* vbi dicit * communem, *lib. 2.* Zabar. *
cons. 139. n. 19. vbi dicit * communem in laudo arbitratoris petito *
reduci ad arbitrium boni viri, & idem Zabar. *cons. 140. nu. 12.* vbi reddit rationem; quia iudicium differt ab arbitramento, q̃ contractui nititur. † Extende, vt neq; in decisione, vel cognitione æ- 10
quiparetur appellationi; q̃a iudex reductionis cognoscit, vt bonus vir, & non datur appellatio ab eius sententia; secus in causa appellationis. Cald. *d. cons. 114. n. 2. ver. in progressu etiam*, alias *lib. 5.*
de arbitr. † Extende; quia non habet effectũ appellationis, vt ex- 11
tinguat, vel suspendat laudum, prout appellatio suspendit sententiam; quia imo ꝑsumitur pro laudo, & qui dicit iniquũ, etiam si esset reus in causa principali, debet probare. Zabar. *cons. 139. nu.*
10. *& seq. v. venio ad secundum*, q̃ est Salyc. & *cons. 140. n. 8. ver. in secundo*, & plenius *n. 12.* vbi, quod appellatio suspendit reductionẽ.
† Extẽdes; quia neq; æquiparatur appellationi quoad deuolutio- 12
nem; quia reductio nõ petitur coram iudice appellationis, sicut appellatio, sed peti debet coram iudice ordinario, qui deberet adiri in prima instantia. Fed. de Sen *cons. 285. per tot.* Cald. *d. consil.*
114. n. 2. ver. & confirmatur, q̃ est 5. *de arb.* Ang. de Perus. *cons. 200. In*
ciuitate Lucana, in pr. Zabar. *d. cons. 139. n. 20.* † Extẽde octo modis, 13
quibus reductio laudi non æquiparatur appellationi, de quibus Zabar. *d. cons. 139. n. 19. & seq.* Primo; quia à laudo non appellatur; ergo diuersitas in nomine. Secũdo, quia laudum arbitratoris decennio non transit in iudicatum, prout si non appelletur à sentẽtia; tertio põt oreenus ex interuallo peti reductio, & sine scriptis; non sic in appellatione: quarto additur per recursum iudex ordinarius sine gradu; quinto non petitur apostoli: sexto reductio emendat iniquitatem, & dolũ, appellatio iniustitiam: septimo reductio habet locũ in magna læsione, appellatio in parua: octauo aditur iudex in appellatione superior: & quod in multis differat reductio ab appellatione. Zab. *d. cons. 140. n. 12.* † Extẽde; 14
quia fatalia appellationis non currunt in reductione laudi. Zab. *cons. 116. ver. ad secundum*, vbi dicit sine dubio in arbitratore, licet sit dubium in arbitro. † Restringe; quia reductio ad arbitrium boni 15
viri est qdam appellatio, qua pẽdente sicuti nihil debet innouari; ita neq; illa pendente. Alex. *d. cons. 119. n. 15. ver. & tãto fortius lib.*
2. vbi apost. citat Curt. Sen. *cons. 33. in fi.* † Restringe; quia reductio 16
laudi arbitratoris æquiparatur appellationi; imo est qdam appellatio, in tãtum quod iudex aditus vt bonus vir succedat loco iudicis appellationis, Petr. de Anch. *cons. 35. n. 2. v. ex quo infero.* Dyn. *cons. 19. Ptolomæus Manentis, in pr. & n. 11.* vbi, q̃ reductio est quæda species appellandi, vbi apost. allegat concord. Abb. *cons. 1. in pr. &*
per tot. lib. 2. vbi, quod iudex red. ctionis succedit loco arbitri, & arbitratoris, sicut iudex appellationis succedit loco primi iudicis. † Restringe in tantum æquiparari, vt sicut fideiussor de iudicato soluendo non tenetur, si appelletur à sententia iudicis, corã quo fideiussit, etiam si confirmetur; quia debuit renouari; ita fi- 17
deiussor coram arbitratore liberatur, si petatur reductio ad arbitrium boni viri, etiam si laudum confirmetur. Petr. de Anchar. *d.*
cons. 35. n. 2. v. ex quo infero. † Restringe; quia reductio æquiparatur 18
appellationi in hoc; quia licet non suspendat executionem sicut appellatio ab excommunicatione, non tamẽ tollit præsumptionem, seu suspẽdit illam, quæ resultaret ex prima sententia, & laudo ad effectum deuolutionis. Abb. *d. cons. 2. in pr. lib. 1.* † Restringe; 19
quia æquiparatur reductio appellationi quoad impediendam executionem; quia sicuti appellatio impedit executionem; ita et

reductio petita impedit executionem. Cuman. *conf.* 50. *State statuto, in fin. ver. ad vlt.* Zabar. *d. conf.* 139. *nu.* 19. Castr. *conf.* 255. *Primo,*
20 *& ante omnia, in pr. lib.* 2. † Restringe; quia reductio æquiparatur appellationi in eo; quia intra 10. dies debet peti, sicut appellatio interponi. Rom. *conf.* 27. *Viso themate, col.* 3. *in prin.* vbi apostill.
21 *in ver. decennium.* † Item æquiparatur reductio appellationi à diffinitiua; quia ad hoc potest laudū iustificari ex nouis probationibus, sicut diffinitiua sententia. Bald. *conf.* 344. *In causa D. Ludouici in fin. lib.* 3. † Item æquiparatur appellationi in eo, quod sicut à
22 iudice appellatur ad superiorem grauantis iudicis; ita recursus datur ad superiorem arbitri, vel arbitratoris grauātis. Rom. *conf.*
23 265. *In casu proposito, n.* 3. *ver. horum autem.* † Declara in reductione arbitramenti; quia si erat cōpromissum ad decidendum de iure in arbitratorem, licet reductio habeat vim appellationis; tamē petitur coram iudice ordinario, coram quo seruatur instantia, & solēnia, prout in prima; quia coram arbitratore non dicitur fuisse causa, neque instantia, neque iudicium. Fald. *conf.* 169. *In prius sciendum, n.* 6. *ver. sexto sciendum, lib.* 3. † Limita, vt neque æquiparetur recursus appellationi extraiudiciali. Cald. *d. conf.* 114. *n.* 2.
25 *in fin. ver. sed an dum appellatione extraiudiciali,* alias 5. *de arbitr.* † Declara; quia licet reductio sit quædam species appellationis; tamē non est appellatio, nisi à statuto induceretur appellatio; & ideo licet sit dubium, an possit appellari à laudo arbitratoris, non ar-
* bitri; tamen communis * opinio est, quod non, ita Abb. *conf.* 77.
26 *In quæstione. in fin. ver. c.* 1. *lib.* 2. † Declara, vt per Bart. *q.* 1. *post conf. ita lib* 2. *incip. Petitum fuit, in ver. solutio, num.* 2. *ver. licet sit quædam species,* vbi, quod non est appellatio, sed habet similitudinem appellationis; quia propterea retractatur arbitramentum, sicuti per ap-
¶ pellationem sententia. Vide infra, *Reductio laudi, & arbitramenti petita impedit executionem, & quando secus. Concluſ.* 75.

Reductio laudi, vt habeat locum, quam læsionem requirat. Concluſ. 70.

1 LÆsio † in sexta parte sufficit, vt concedatur reductio laudi secundum vnam opinionem. Cuman. *conf.* 50. *Stante statuto, n.* 3. *ver. ad id autem,* cum aliis infra *in ver. Reductio ad arbitriū boni viri non habet locum multis casib. &c. Concl.* 73. *n.* 86. Dec. *conf.* 39. *circa fin.*
2 vbi dicit * communem. † Alii tenent, quod requiratur vsque ad
* tertiam. Dec. *d. conf.* 39. *in fin.* vbi de * communi; quia enormis dicitur læsio, quando vltra tertiam; enormissima, qñ vltra dimidiā. Alex. *conf.* 127. *lib.* 2. Felin. *in c. cum illorum, col.* 4. *de sent. excom.* Ias. *in auth. sacramenta puberum, col.* 11. *C. si aduer. vendit.* Aret. *an* §. *pretium, Inst. de empt & vend.* vbi, quod in laudo requiritur læsio vltra ter-
3 tiam, vt sit locus reductioni. † Alii tenent, quod ad hoc, vt detur reductio laudi propter læsionem, sufficiat tertia, vel sexta arbitrio iudicis, qui potest arbitrari, dummodo nō reducat laudum ex minori summa, quā sit sexta, & hæc est vera opinio; quia vtra-
* que est communis * in tertia, & in sexta, vt attestatur Dec. *dict. conf.* 39. qui in fin. dicit, quod propterea reducitur ad arbitrium, vt supra, & quod sit arbitrarium, gl. *in* §. *pretium. Instit. de emptio. &*
4 *vend.* † Alii, quod requiratur enormissima, videl. vltra dimidiam.
5 Dec *conf.* 60. *Viso themate, & conf.* 203. † Declara; quia quādo laudum fuit ratificatum, vel per viam stipulationis promissa observantia; tunc ad hoc, vt possit retractari, requiritur enormissima læsio vltra dimidiā. Corn. *conf.* 140. *In hac consultatione, lib* 3. Soc. *conf.* 85. *Viso, lib.* 1. Dec. *conf.* 60. *& conf.* 203. Bart. *conf.* 47. *Nunquid iudex.* Corn. *conf.* 27. *lib.* 4. vide Bart. *in l. si societatem* § *arbitrorum, n.*
6 25. *ff. pro soc.* † Et in pupillo læso vltra dimidiam ex laudo ratificato, quod possit petere reductionem. Bart. *d. conf.* 47. *Nunquid iudex, lib.* 1. Abb. *conf.* 31. *in* 1. *dub. lib.* 2. & Bald. *conf.* 596. *lib.* 5. Et quod
7 † varie senserint Dd. & dissentiant inter se circa quantitatem, ad quam debeat ascendere læsio, vt detur reductio. Bart. *in d. l. si societatem.* §. *arbitrorum. nu.* 25. *ff. pro soc.* Bald. *in l. cum ante. C. de arbitr.* Castr. *conf.* 215. *n* 3. *lib.* 2. *& conf.* 260. *n.* 2. *lib.* 1. Ang. *conf.* 315. *& consil.* 353. *n.* 5. Alex. *conf.* 131. *nu.* 15. *lib.* 2. *& conf.* 159. *n.* 4. *in fi. lib.* 7. Canoni-
8 sta in *c. Quintauallis, de iureiur.* † Modica igitur læsio non causat reductionem ad arbitrium boni viri; quia modicus excessus nō habetur in consideratione, *l.* 115. *proinde. ff. de ædil. edict.* Bald. *in l. fi. C. de ædil. act.* & in terminis laudi Vital. *tract. clausularum, an reductioni boni viri renunciari possit, in* 12. *col.* arg. text. *in l. scio. ff. de in integr.*
¶ *restit.* Bart. *in l. si de meis.* §. *recepisse. ff. de arbitr.* Vide, *Reductio ad arbitrium boni viri non habet locum multis casibus. Concl.* 73. *n.* 75. *& seq.*

Reductionis iudex qualiter se gerere debeat. Concluſ. 71.

1 IVdex † reductionis arbitramenti aditus debet videre, quales probationes habuerit petens, an claras, vel nō; quia hoc modo potest videre, quid æquum fuerit, vel honestum, quia licet nihil teneatur ad aliqua solemnia arbitrator; quia extra iudicium diu feriata etiam in honorem Dei procedit sine strepitu totaliter, tamen ad veritatem indagandam, & perquirendam obligatur, sicut iudex, & debet aliquo modo saltem secundum naturalem iustitiam constare de iustitia, ita pulchre Io. de Im. *inter conſ. Zab.* 141. *In quæstione illorum, quasi per tot.* vbi, quod si non probatur iniustitia laudi, & adsit læsio in sexta parte, debet reduci ad arbitriū boni viri. † Declara, quia ista sexta lædens computatur hoc modo; quia si arbitrator super contractu adhibetur, cōputatur simpliciter; si super lite, æstimatur sexta secundum euentum litis. Zab. *d. conſ.* 141. *n.* 3. *&* 4. † Et nō debet iudicare laudum nullum, vel validum, sed bene petitum reduci, vel non; quia res reducetur ad primum statum ante laudum, q̄ esse nō debet; ideo debet per suum æquum arbitrium reformare, vel decernere quod sibi visum fuerit esse æquum, & iustum. Zab. *conſ.* 116. *in pr.* † Etsi-
cet sit aditus super nullitate laudi, potest tamen illud reducere. Vant. *tract. de nullit. tit. quot & quib. mod. nullit. proposita, possit.* Dec. *conſ.* 39. *in fi.* Ruin. *conſ.* 65. *n.* 5. *lib.* 5. vbi licet dicatur, q̄ potest, tamē ad euitandos circuitus debet. † Contrarium tenet Alex. *conſ.* 131. *In causa vertente, in pr. lib.* 2. vbi, quod reductio est quasi quædam appellatio; & ideo iūdex ordinarius ad quem recurritur, nedum potest reducere, seu reformare, sed & laudum nullū declarare; & ideo ibi in consilio decisiuo, & pro veritate dicit; imo iudicem ordinarium debere declarare nullum laudum, quatenus exceſserunt arbitri, vel arbitratores facultatem compromissi. † Et pōt
iudex aditus super nullitate laudi illud reducere. Vant. *d. tract. de nullit. tit. quot & quib. mod. null. proposita, possit.* Dec. *conſ.* 39. *in fi.* Ruin. *conſ.* 65. *n.* 5. *lib.* 5. & licet hoc videatur remissum arbitrio iudicare debentis; quia Doctor. dicūt, quod potest, non aūt quod debet, q̄ non importat necessitatem, *l. non quicquid. ff. de iudi.* tñ ad euitandos circuitus, quando pōt, debet hoc facere, vt per præfatos Doctores. † Et contra aditus super iniquitate laudi pōt prouinciare super nullitate, si est nullum. Dec. *conſ.* 39. *Iuridicam, in fi.* vbi plura capita nullitatis. † Iudex reductionis arbitramēti, vel laudi aditur vt iudex, non autē vt arbiter, & arbitrator; ideo in modo procedendi, & reformādi laudum debet facere vt iudex, & illa verba, *ad arbitrium boni viri fieri reductionem,* intelligi debent, scilicet, qui debet apprehendere æquitatem, vel iniquitatē laudi. Ant. de Butr. *conſ* 50. *Puto iudicem, in pr.* † Debet igitur iudex reductionis procedere, vt iudex, & sententiam debet ferre certam, & conformem petitis, alias esset nulla. Ant. de Butr. *d. conſ.* 50. *in pr.* † Pronunciare pōt laudum nullū, si est nullū, vt quia coexcesso, vel ex processu cōstat, q̄ est nullum, & quatenus aliquod apparere posset, potest illud pronunciare iniustum referuādo sibi liquidationem quantitatis, & hoc, quando petitio certa non præcedit; quando vero certa petitio præcedit, nō potest sibi reformare liquidationem, sed debet ferre certam sententiam, alias non valet. Ant. de Butr. *d. conſ.* 50. *in pr. ver. super primo, & per tot.* vbi cum consilio. † Declara; quia si laudum esset latum extra comptomissa, necessario debet declarari nullum, siue in totum sit extra cōpromissum, & totum nullum; siue in parte, & in ea parte debet nullum declarari, ita declarat Alex. *d. conſ.* 131. *In causa vertente, n.*
2. *ver. & omissis cum seq. per tot. lib.* 2. † Procedit iudex reductionis eo modo, quo iudex, qui laudauit; ideo si reductio petitur à laudo arbitratoris, qui potest sequi veritatem, & æquitatem ex falsa veri simili probatione, q̄ necessario non concludit, vt per Alex. *conſ.* 126. *In causa D. Antonii, col pen. & conſ.* 84. *Diligenter ponderatu, col.* 3. *ver. & hoc maxime est dicendū* Bald. *in l. solā in fi. C. de testib.* Corn. *conſ.* 251. *In hac consultatione, n.* 5. *lib.* 3. ita etiam iudex reductionis, qui videtur illi subrogatus, qui assumit eandem auctoritatem in decisoriis, licet secus in ordinatoriis. Bart. *in l.* 1. *ff. de leg.* 2. Antede But. *in c. Quintauallis, col.* 4. *ver. aduertendum tamen est. deiureiur.* Salyc. *in l. si societatē.* §. *arbitrorū, in q.* 19. *ff. pro soc. & n.* 26. vbi si reducitur laudum arbitratoris, debet procedere vt arbitrator. † Et ideo si
est petita reductio à laudo arbitris, nō debet reducere laudum ex eo, quod non est latum, prout de iure, sed debet attendere potius, an iudicauerit tanquam bonus vir pro conscientia partium, vbi, quod possit arbitrator auferre aliquid ab vno, & dare alteri. Vide, *Præsumitur actus legitime factus. Concluſ.* 620. † Et quis debeat probare, an petens reductionem, quod sit iniustum laudum, an vero habens laudum debeat illud iustificare. Vide eadē *Concl.* 620. supra aliegata. † Et quod talis iudex reductionis debeat multū inhærere æquitati naturali, maxime inter cōmunes, ut verba, & negotium, de quo agitur, hoc patiantur. Bald. *conſ.* 35. *& 36. lib.* 4. † Et quanta debeat esse lesio, vt sit locus reductioni, Vide, *Reductio laudi vt habeat locum. Concl.* 70.

Reductio

Reductio ad arbitrium boni viri potest fieri ex nouiter deductis, & quando secus. Concluſ. 72.

1 REDVCI †poteſt laudum ad arbitrũ boni viri ex nouiter deductis, & ꝓbatis, ꝑput in cauſa appellationis, & reſtitutionis
2 in integrũ. Fed.de Sen.*conſ.285.n.2.col.pen.v.in ſecunda quæſt.* †Extende, ꝙ ſufficit ad reductionẽ, ꝙ iniquitas laudi re ipſa interuenerit, licet nõ ex animo arbitratoris, puta, qa corã eo non fuerũt omnia deducta. Fed.de Sen.*d.conſ.285. col ſin. v.reſtat ad contraria.*
3 †Amplia in reductione petita ab Eccleſia, etiã ſi rector eccleſiæ doloſe omiſiſſet deducere iura corã arbitro; quia nõ põt nocere
4 Eccleſiæ. Fed.*d.conſ.285.col.ſi.v.ſed quia delictũ Prælati.* †Limita, ſñ is, qui petit reductionem, doloſe, & fraudulenter omiſiſſet deducere iura corã arbitro, vt maioribus expenſis cruciaret partẽ; qa non fieret reductio. Fed.de Sen.*d.conſ.285.col.ſi.in pr v ſoluẽdo.*
5 †Limita in arbitratore, ſñ partes dediſſent facultatẽ auferendi de iurib. vnius partis, & dãdi alteri; quia tunc non datur reductio, niſi cõſtet de dolo arbitratoris ex antiquis probationibus, non autem ex nouis. Alex.*conſ.101. Viſo proceſſu, in fin.lib.2.*

Reductio ad arbitrium boni viri nõ habet locum multis caſibus, & quando ſecus. Concluſ. 73.

1 REDVCTIO † laudi, ſeu arbitramenti lati ſiue per arbitros, vel arbitratores, aut mixtos arbitros, & arbitratores, non põt peti reduci ad arbitriũ boni viri, nec de iniquitate põt dici, vel appellari, qñ in ſpecie fuit factum pactũ, & iuramentum interpoſitum de non petendo, ꝙ reducatur ad arbitrium boni viri, neq; ꝙ per aliquem iudicem emendetur, ita Fed.de Sen. *conſ.125. Super eo, quod, n.2.ver.ad ſecundum, vſq; in fi. & conſ.42. D. Ioanni, n.3.v. ſuper ſecunda*, concord. Cald. *conſ.110.* alias *1.de arbitr. ver.ſuper exceptione*, & duplicatur *conſ.186.* alias 10 *de iureiur. ver.aut iurat ſpecialiter*, & ꝙ debeat ſeruari, ex quo nõ eſt cõtra bonos mores, & põt ſeruari ſine diſpendio ſalutis. Ia*conſ.133. n.1.lib.4.* Caſtr. *conſ.*
* 260. *Viſis compromiſſo, n.3.* vbi dicit *communem, & tollit contraria, qñ non conſtat de dolo, quod nõ præſumitur, neq; de enor-
2 miſſima læſione. †Contrarium videtur tenere Bald. *conſ.344. In cauſa D.Ludouici, lib.4. in pr.* vbi, quod opinio Cald non videtur bene tuta; quia omne laudum debet reduci, ſi continet læſionẽ, quæ non ſit modica, & quod iuramentum non obſtet, qñ adeſt læſio enormis, tenet Socin. *conſ.85. Conſilium noſtrũ, in pr.lib.1.* max.
* *n.4.* vbi dicit * communem, vbi, quod iuramentum habet tacitã conditionem, & allegat Feder. & alios, niſi in ſpecie eſſet iuratũ, non petere reductionem etiam ex capite enormis, & enormiſſimæ læſionis. Fulg. *conſ.180. Viſo proceſſu, col.1.v.nec iis renunciatio*, vbi, ꝙ ſi in ſpecie eſſet renũciatũ, non procedit, qñ læſio eſt enor-
mis: idem Io.de An. *conſ.16. Viſo puncto, n.8. & ſeq.vſq; in fi.* vbi Bo-
* logn. Ant.de Butr. *conſ.24.n.2. & ſeq.* vbi dicit * communem, *n.2.*
* & ibi apoſt. *in v.læſione*, qꝙ dicit *communem, & ſeruari per totum mundum, ꝙ data læſione, & obtenta abſolutione à iuramento datur recurſus, & citat infinitos. Caſtr. *conſ.215.n.4.v.quinto videndum, lib.2.* †Et ꝙ ſi adeſt læſio maxima vltra dimidiam, vel in to-
3 to, vel ſi apparet dolus, vel ſordes, aut gratia arbitratoris, detur
* ſemper reductio, alias ſecus, communẽ * dicit Io.de An. *conſ.50.*
* *In quæſt.n.5. & ſeq* & cõmunem *omnium doctrinam, ꝙ detur reductio tam à laudo arbitri, qꝙ arbitratoris, Flor. à S. Petro *conſ.6.*
* *in pr.* & communem * dicit Ant.de Butr. *conſ.24.n.2.* vbi plures allegat, ꝙ ſemper ſit locus reductioni, vbi allegatur iniquitas laudi, qa dolus futurus non tollitur iuramento, & quia nõ potuit dolus cogitari in arbitro, vel arbitratore; quia bonus vir, & *n.3.* & 4. idem dicit, licet non ſit magna læſio, qñ dolus arbitri alle-
* gatur, & pariter eſt *communis, vbi de dolo agitur. Alex.*conſ.31. In cauſa vertente, n.12.lib.2.* vbi pleniſſ. apoſt. *in ver.reductio*, dat plu-
4 timos concord. †Imo qñ data eſt latiſſima facultas, & iuramentum, ſi adeſt enormis læſio nedum ex dolo arbitri, vel arbitratoris, ſed etiam ſi adſit lata culpa; quia in hac materia æquiparatur dolo, põt peti reductio. Alex.*conſ.131.n.12. & ſeq.lib.2.* vbi, quod enormis læſio dicitur in ſexta vel ſecũdum alios in tertia, vel ar-
5 bitrio iudicis. †Declara igitur, & eſt declaratio negatiua ſonans idem cũ ꝓxima; quia ſi non apparet dolus, ſordes, vel gratia arbitratoris, non eſt læſio maxima, ſeu enormiſſima, licet ſit læſio parua, vel magna, enormis, vel enormior, dummodo non ſit enormiſſima quaſi in toto, non poteſt peti reductio, ſi eſt renun-
* ciatum cum iuramento, & hęc eſt comm. *opinio, à qua in iudicando non eſt recedendum, vt dicit Io.de An. *d.conſ.50.n.5. & 6.*
6 †Declara, quia niſi conſtet de abſolutione à iuramento, qñ iurauit laudata obſeruare, non auditur; quia exceptio periurii ita potens eſt, vt repellat actorẽ ab agendo. Alex. in terminis cõpromiſſi *conſ.38. Vſa petitione, n.9.lib.3. & conſ.17. Ponderatis, n.2.cũ ſeq.*

eod.lib.3. Dec. *conſ.198. Pro tenui, n.4.circa med.* per gl. *in c.ſi vero, in v. metuerunt, & in c.verũ, in v.abſoluerũt, de iureiur.* qꝙ ſequitur ibi Abb. & idẽ Abb. late *in c.cũ contingat, n.18. & 23.eod.tit.* & licet aliqui alii, & Salyc. teneant contrarium, *l.ſi ſocietatẽ. §.arbitrorum, n.19.ff.pro ſocio*, tñ eorũ opinio ꝓcedere põt, qñ conſtaret de enormiſſima læſione partis, non autẽ de enormi, ita Caſtr. ex cõi * opin. *conſ.* *
260. *Viſis cõpromiſſo n.3.lib.1.* vide plenius inf. prox. *n.40. & ſeq.* Vide, *Abſolutio à iuramento quãdo neceſſaria, vel non. Concl.58.n.3. & ſeq.*
†Declara, vt nõ proceda t, licet fuerit in ſpecie iuratum de ſtando 7
laudo, & ſi laudatum fuerit inique, & quantumcunq; damnum intulerint arbitri partibus, quãdo ipſum laudũ peteretur reduci tanquam iniquũ ex dolo, ex ꝓpoſito, vel ex odio, vel gratia, vel per ſordes ipſorum arbitrorum; quia alias iuramentum eſſet cõtra publicã vtilitatẽ, & bonos mores, & eſſet nutritiuũ peccati. Cald. late *conſ.110.col.2.in pr.v.ſuper exceptione*, alias *1.de arbitr.* vbi maxime hoc tenet; quia cõpromiſſum eſt factũ in eos tanquam arbitros, & amicabiles cõpoſitores, & licet verba ſequẽtia repugnent, in repugnantib. ꝙ eſt licitum, ꝓualet, & duplicatur *conſil.* 186. alias 10. *de iureiur.* Ang *conſ.172. Ludouicus ex vna.* Soc. *d.conſ.85 in princ.lib.1.* Anch. *conſ.208. Iudex de iure, n.20. & ſeq.* vbi ſequitur Cald. Alex. *conſ.131.n.12.lib.2.* plene Rom. *conſ.90.nu.3. & per tot.* vbi, ꝙ dolus non põt tolli à ſtatuto; quia nutriret peccatũ & non valet tale ſtatutũ. †Declara, quia bene ſtatutũ, ꝓut Florẽtiæ põt 8
tollere hanc reductionem. Caſtr. *conſ.260.col.3.v. & hæc ꝓcedunt, lib.1.* Ang. *conſ.172. Ludouicus ex vna.* Cum. *conſ.137. Viſis inſtrumẽtis, n.4.vſq; in fi.* †Declara ſecundum Bald. *conſ.55. Ad euidentiã præmittendum, v.ſecundo præmittendũ, n.2.lib.3.* ꝙ reductio ad arbitriũ boni 9
viri non eſt concedenda, quando laudum habet in ſe bonam fidem arbitri, vel arbitratoris, & eſt in ſpecie iuratum; quia nõ eſt danda abſolutio à iuramẽto, ſine qua non poteſt peti reductio, vbi f. cit tres caſus: primus eſt, quando latum eſt bona fide: ſecundus, quando ex dolo apparenter: tertius; quãdo ex dolo velato; vt primo caſu non detur reductio, ſecundo detur ſine abſolutoria à iuramento, tertio requiratur abſolutio. vide Caſtr. *conſ.255.col.2.lib.2.* †Amplia; quia reductio laudi non admittitur, 10
ſi per vnum teſtem conſtat de iuſtitia laudi: quia imo põt deferri iuramentum in ſupplementum. Bald. *d.conſ.344. n.2.v.ad ſecundum lib.4.* †Amplia; quia nõ põt peti reductio laudi prætextu læ- 11
ſionis, quando fuit data facultas arbitris auferendi de iure vnius partis, & alteri concedendi in partua, & magna quantitate, quia niſi cõcurrat dolus arbitri, vel enormiſſima læſio, non debet laudum reſcindi Ang. *conſ.313.n.4.vſq; in fi.* vbi, qñ ſit enormis, vel enormiſſima læſio, Soc. *conſ.220.n.4.lib.2.* †Contrariũ, etiamſi eſ- 12
ſet dictum, ꝙ poſſit in totum lædere vnam partem, & eſſet iuratum non petere reductionem; tamen poſſit peti. Soc. *d.conſ.220. n.7.lib.2.* vbi dicit *communem. Abb. *in 2.quæſt.col.18. & 19.v.no-* *
nu caſus. †Declara vt per Æg. Bell. *conſ.24.nu.11. & ſeq.* vbi diſtin- 13
guit quinq; caſus, quos videas. Abb. *conſ.77.col.2.v.venio ad quintum lib.2.* dicit, ꝙ illa verba, *prout videbitur, & placuerit*, arbitrium boni viri denotant, idem reſtringũt alte, & baſſe, & tollere de iure vnius, & dare alteri. † Declara, quia etiam ſi eſſet dictum in 14
compromiſſo, ꝙ poſſet ius vnius partis in totũ, vel in parte dare alteri, procedere alte, & baſſe, & in magno lædere; adhuc tamẽ ſi enormiter lædit, datur abſolutio à iuramento, & poteſt reductionem impetrare; quia talia verba potius in gratiam arbitrorũ cenſentur prolata, & non tollunt dolum ex propoſito. Abb. *in 2.q.col.9.in fi.v.accedant notata.* vbi dicit hoc eſſe de mente Ant. de Butr. & Anch. licet Bart. hoc declaret, niſi verba ſint ita lata, vt non appareant aliena à propoſito, quod etiã admittit Abb. ibi. †Declara melius, vt per Alex. *conſ.101. Viſo proceſſu, in fi.lib.2.* quia 15
quãdo eſt data facultas arbitratori auferendi de iure vnius partis, & dãdi alteri parti, non põt peti reductio, niſi adſit dolus arbitratoris, ſeu arbitri, qintellige, ſi adeſſet læſio vltra dimidiam, ꝙ habet dolum ſaltẽ reipſa, & dicit Alex. ꝙ iſte dolus debet conſtare in arbitratore ex antiquis actis, nõ ex nouis. †Amplia; quia 16
reductione petita ex dolo arbitri, debet dolus ꝓbari, alias ꝓſumitur pro laudo, & deber confirmari, ſi non ꝓbetur dolus. Ang. *conſ.405. In cauſa vertente, in prin. & per tot.* †Extende, quia petens 17
reductionem laudi arbitratoris, licet fit ſpecies appellationis, & appellans non probet, ſed ꝙ in prima inſtantia probare debuit, idem in ſecunda, *c.quoniam contra*, vbi Dec. *n.32. de probat.* ſecus in petente reductionem laudi; quia præſumitur pro laudo. Zabar. *conſ.139.n.11. & ſeq.v.venio ad ſecundum*, quod eſt Salyc. vbi pro vtraq; allegat, & ita tenet idem Zabar. *conſ.140.n.8. & ſeq.ver.in ſecundo.* Vide, *Præſumitur pro iudice, & pro ſententia, & quando ſecus. Concluſ.621.* † Amplia; quia reductio peti non poteſt, niſi ſoluta 18
pœna, qñ fuit promiſſa pœna hincinde per extraneos, ꝙ petatur

reductio, ita consuluit Dyn. *cons.* 19. *Tholom. eius manentis, in fi. n.* 16.
19 vbi a post. dicit hãc esse cautelã ꝓhibendi reductionẽ. † Amplia; quia licet possit peti reductio; tñ ab effectu cõmittitur pœna, si petens reductionẽ succũbat. Dyn. *d. cons.* 19. *in pr. & n.* 12. vbi ponit
20 ꝓ vtraq; parte, & ita solut. † Amplia; qa nõ datur reductio laudi, qñ fuit semel homologatũ, & approbatũ ab eo, qui petit reductionẽ; quia est vera trãsactio. Petr. de Anch. *in sua q. incip. Lucus.* Ang. *cons.* 315. *Statuto cauetur, per tot.* Gemin. *cons.* 68. *n.* 2. Bald. *cons.* 134. *Laudũ etiã in pr. lib.* 4. vbi loquitur etiã in laudo lato per
21 dolũ. † Restringe, vt non ꝓcedat, qñ inspecto euentu dubio adesset læsio vltra dimidiã; quia sicut datur rescissio aduersus trãsactionem; ita et aduersus laudũ homologatũ, ꝙ dicitur transactionem; ita et aduersus laudũ homologatũ, ꝙ dicitur tran-
* ctio. Soc. *cons.* 85. *Consilii nostris, per tot.* max. *n.* 3. *lib.* 1. vbi dicit* cõmunem, qui loquitur etiã, qñ in cõpromisso interuenit iuramẽ-
22 tum. † Restringe, vt non procedat, qñ pars tacuit; sed tamẽ ꝓtestata fuit, vel declarauit semel animũ suũ, ꝙ non intendebat approbare. Soc. *cons.* 220. *Visis cõpromisso, n.* 10. *v. quartũ, & vltimũ, lib.*
23 2. † Declara restrictionẽ, vt non ꝓcedat, quando homologatio, & approbatio laudi fuisset iurata, vel quando in cõpromisso esset in specie iuratũ, nõ ꝓtere reductionẽ aduersus laudũ etiam
ratione enormis, & enormissimæ læsionis. Soc. *d. cons.* 85. *n.* 4. *ver.*
24 *nec prædictis obstat.* † Restringe, vt non ꝓcedat, quando pars, cõtra ꝙ est latum laudum, tacuit, patiẽ do victorẽ possidere; secus si accessisset ad locũ, vel actũ fecisset inductionis in possessionẽ. Soc.
25 *d. cons.* 220. *in fi. v. respõdeo etiã, lib.* 2. † Declara; quia si agitur de præiudicio reductionis petitæ, cõsensus magis præiudicat ꝙ reductio-
26 ni petendæ. Soc. *d. cons.* 220. *in fi. lib.* 2. † Declara; quia tuto si statutum (per Mutinæ) tollit, quod nõ possit appellari, neq; dici de nullitate laudi, sed ipso facto exequi debeat, & habeatur ꝓ homologato; qa adhuc si petitur reductio ex dolo iudicis, vel partis, si statutũ non cõprehendit dolum, neq; fraudẽ, & si cõprehẽderet, non valeret; ideo debet dari reductio cũ tẽperamento; qa iudex summarie capiet informationes super dolo, & eo ꝓbato ꝓcedet in causa reductionis, si non ꝓbatur, ꝓnunciabit nõ esse ꝓcedendum in causa reductionis. si est dubium, adhuc procedit in causa reductionis. Alex. *d. cons.* 139. *Viso puncto per tot. li.* 7. vbi in-
27 finite cumulat circa dolũ. † Amplia, vt ꝓcedat etiã, quando extat statutum, quod lauda exequantur, non obstante quacunq; appellatione, vel reductione petita; quia nisi peratur reductio ex causa doli euidentis, non põt peti. Cuman. *cons.* 137. *Visis instrumentis, n.* 2. *in fi. ver. ad secundũ.* Flor. de S. Petro *cons.* 6. *n.* 3. vbi, quod tale statutum non valet, & seruari nõ debẽt, plenius Alex. in statuto Mutinæ *cons.* 139. *Viso puncto, lib.* 7. vbi, quod non extenditur statutum ꝓhibens reductionem ad laudum latum per dolũ, vel fraudem, aut sordes iudicis, vel partis, ꝙ obtinuit; quia quatenus
28 extendi posset, non valeret tanquã nutritiuũ peccati. † Amplia; quia nõ datur reductio, quando locator, & cõductor conuenerunt de faciẽdo, vel non faciẽdo restauro, ꝓut fecerit Princeps, vel alius suis cõductoribus; quia standũ est huic cõuentioni. A-
29 lex. *cons.* 3. *Viso instrumento, n.* 5. *lib.* 1. † Limita, quando iuramẽtum esset generale ꝓstitum super generali cõpromisso de stãdo laudo; secus est, quando est iuramẽtum speciale. Fed. de Sen. *d. cons.*
125. *circa fi. ver. non obstant*, vbi respondet ad contraria, & *cons.* 142.
30 *circa fi. ver. super secunda.* † Limita, si esset iuratum non petere reductionem ratione enormis dãni; quia potest peti ratione enormioris, & enormissimi. Cald. *cons.* 111. quod est 2. *de arbitr.* qa dif-
31 ferunt, & de vno ad aliud non infertur. † Limita; quia reductio laudi põt semper peti, etiã si in specie esset iuratũ non petere reductionem, quando esset latum dolo, vel fraude, aut ꝓ fraudem arbitrorũ. Cald. *cons.* 110. *col.* 2. *v. sed non derogãdo*, alias 1. *de arbitris*, & duplicatur *cons.* 186. alias 10. *de iureiur.* Gemin. *cons.* 68. *n.* 2. *v. an*
* *autẽ posset petere*, & cõmunem* dicit Ant. de Butr. *cons.* 24. *Quæstio*
* *hæc dubia, n.* 2. Bald. *cons.* 380. *Præmitto quod, lib.* 1. vbi dicit* cõmunem, quod si adest læsio enormis, non valet cautela aliqua, quin possit peti reductio; quia ineſt dolus arbitri ꝓsumptus, & quod dolus arbitri operetur, quod potest dici de nullitate laudi. Bald.
* *cons.* 252. vbi dicit* cõmunem. *lib.* 2. sequitur Cald. Soc. *cons.* 283. *Eleganter & iuridice, n.* 12. *v. primũ quod, lib.* 2. Bald. *cons.* 115. *Quæstio est inter, in pr. lib.* 4. vbi, quod nemo habens intellectum de hoc dubitat; quia super hoc dolo non censetur iuratum; & quia de dolo non est cogitatũ. Ang. *cons.* 172. *n.* 2. & *cons.* 353. *Florentiæ ciuitatis, n.* 4. vbi allegat Io. Cald. adoptiuum Io. Andreæ dudum ꝓlaræ, & recolendæ memoriæ. Anch. *cons.* 208. *n.* 21. Io. de An. *cons.* 16. *n.*
8. *vsq; in fi.* vbi Bologn. Alex. *cons.* 131. *nu.* 12. *lib.* 2. Soc. *cons.* 220. *per*
32 *tot. lib.* 2. † Et quod detur reductio laudi, quãdo adest læsio, etiam si sit iuratum in genere, & in specie, ꝓbat *in cons.* 50. Io. de An. qa ille, qui scit, vel scire debet se teneri ad aliquid, quod põt facere, & non facit, est in dolo, sed arbiter, & arbitrator tenetur seruare iustitiam, & æquitatem; igitur læditur in dolo, vt dicit* cõmunem *d. cons.* 16 *nu.* 5. & * communem dicit Castr. *cons.* 70. *Quæ-*
stra, lib. 1. *in pr.* Flor. de S. Petro *cons.* 6. *in pr.* vbi, quod ratio est, quia cõtinet peccatum, quod lex et ciuilis ꝓhibet, † Extende ut
in laudo arbitrorũ et Regũ cum clausulis, *alte, & basse*, quia recurritur ad Papam. Castr. *d. cons.* 70. *in pr. lib.* 1. † Extende; qua nedum
quando est iuratum in specie, sed etiam si est iuratum, & remisciatum cum iramento de non petenda reductione, si adest læsio enormissima vltra dimidiam, potest peti reductio etiam non obtenta absolutione à iuramento. Dec. *cons.* 180. *nu.* 5. & 6. quod attenta qualitate iurantis, prout in muliere, & quod iramentum de non veniendo contra nõ obstet, si adest læsio, probatur; quia iuramentum intelligitur, si æquum fuerit laudatum, non iniquum. Castr. *cons.* 122. *Viso puncto, n.* 2. *lib.* 2. † Contrarium tamen, quia si est iuratum, ob reuerentiam iuramẽti debet peti absolutio ad effectum agendi. Io. de Anan. *d. cons.* 16. *in fi.* vbi Bologn. in
a post. in fin. & quod si iuramentum est pto obseruantia laudorum ꝓstitum, non possit petere reductionem, nisi prius obtenta absolutione ad effectum agendi citata parte, Alex. *cons.* 17. *col.*
2. *lib.* 3. Paril. *cons.* 44. *lib.* 1. vbi dicit magis* cõmunem, & vide supra prox. *ver. declara*, & hanc partem tenet Ant. de But. *cons.* 24. *n.* 4.
circa fi. vbi a post. *in ver. læsione*, citat infinitos, & dicit* cõmunem, & seruari per totum orbem. † Declarat plenis. Ant. de Butr. *cons.*
24. vbi in princ. allegat iura, quod non detur reductio, quando fuit iuratum non petere, quia est iuris priuati, & pot seruari sine interitu salutis æternæ, & hanc partem tenuisse asserit Cald. Fed. de Sen. & Franc. Alberg. de Aretio, & opinionem istorum tenet
n. 4. quando fuit iuratum in specie, & non in genere tantũ, etiam in casu enormis, & enormissimæ læsionis; quia tunc fuit cogitati per iuramẽtum; sed tamen requiritur prius absolutio à iramento, & licet *n.* 2. dicat in contrariũ esse* cõmunem opin. quod quando de læsione enormi, & enormissima ex dolo proueniat petitur, semper datur reductio; quia dolus futurus non potest emitti; hoc ipse intelligit verum, quando fuit iuratum in specie, non in genere, & obtenta semper absolutione; quia hæc via tutior est, & respondet ad omnia contraria, & a post. ibi *in ver. læsione*, citat infinitos, & dicit* communem, & seruari per totum orbem, quod data læsione, & obtenta absolutione à iramento datur reductio, inter alios citat Dec. *cons.* 11. *col.* 4. *n.* 6. Ruin. *cons.*
170. *nu.* 16. *& seq. lib.* 1. Neuiz. *cons.* 22. *n.* 20. † Abb. vero *cons.* 77. *in*
quæstione, col. pen. ver. venio ad quintum, lib. 2. dicit, quod si allegatus dolus, & deceptio enormis, quam non commisisset bonus vir, potest peti reductio; etiam non obtenta absolutione à iramento; & dicit hoc probari ex text. *in c. Quintus ad illa, & c. veniens, & re-*
uertur. nec cõmittitur pœna; quia iuramentum & pœna de nõ ueniendo contra debent intelligi, si arbitrio boni viri fuerit laudari, & loquitur in laudo etiam arbitratoris, & quando fuit dictum, quod posset altre, & bis se disponere, & de iure vnus dare alteri,
ꝓut ei videbitur, & placebit; quia sunt verba restricta ad arbitrium boni viri, dicit bene, quod si nõ probabit petens recurrisse ad iniustitiam, vel iniquitatem laudi, incidit in pœnã, & petitum, nisi probabilis causa excuset eũ; & idem est, si illa verba, *alte, & bas-*
se, &c. non essent appposita, & quando dicatur enormis læsio, non põt dari certa regula; quia licet sit fexta tamẽ sit arbitrii, quia minus datur de iure claro, ꝙ de turbido, minus auferetur ꝓ minus datur de iure claro, ꝙ de turbido, minus auferetur ꝓ minus pere, ꝙ à diuite: item quãdo aliter pax sequi non põt, plus aliquitur, & sic arbitrariũ est. † Declara, quia dare enormissima læsione non obstante iuramento de obseruãdo laudo põt retractari laudũ. Soc. *cons.* 85. *Viso, lib.* 1. Dec. *cons.* 60. *Viso themare.* Corn. *cons.*
140. *In hac cõsultatione, lib.* 3. Soc. *cons.* 220. *Visis cõpromisso, n.* 7. *quia*
ino, lib. 2. Dec. *cons.* 11. *n.* 6. *& cons.* 39. *Iuridicã & cons.* 533. *n.* 1. *& cons.*
587. *n.* 18. *& seq.* tamen prius obtinere debet absolutio à iramento ad effectũ agendi, vt per Bald. *cons.* 253. *Ad euidentiã præmittendum,*
lib. 1. vbi videas. † Extendit Io de An. vt etiam cõcurrente absolutione dicti: item renuntiatione in genere, & renuntiatione in specie reductioni, itẽ iramento, adhuc semper est locus reductioni; si constat de læsione, quia ineſt dolus arbitri, pegra tamen absolutione, ita tenet *d. cons.* 16. *n.* 8. *vsq; in fin.* & ibi Bologn. a post. vbi singulariter respondet ad omnia. † Declara secundo, si laudum est nullũ defectu potestatis; quia bene potest dici de nullitate, non obstante quocunque iramento de obseruando & de non dicendo de nullitate. Ang. *cons.* 218. *in fi.* & hoc attenditur nihil operatur, quod laudum nullum debet obseruari. Corn. *cons.* 2. *lib.* 2. & idem consuluerunt Guido Antonius Vespucius; & Antonius Strocius in fingues Aduocati Fiorentini in quodam consilio communicato colloquio incip. *Perfecta*

sul. ratio, vbi allegãt Ang. *cons.* 119. *Visa facti narratione*, qui tenet, nõ esse necessariam absolutionem isto casu, & dicunt idem tenere
41 Modern. *in c. dilecto, de appell.* vbi Dec. in 9. limit. † Extende; etiam si nõ adesset dolus arbitri, sed culpa, quæ dolo æquiparatur, puta error supinus, quia siue excesserit multum, siue totum, cassabitur factũ vltra modũ. Bald. *cons.* 381. *Concessio arbitri, lib.* 1. & hãc partẽ tenet Bald. *cons.* 252. *Viso quodã arbitramẽto, circa pr. lib.* 2. licet
42 dicat in dolo cõmuniter * Dd transire. † Quando aũt ꝓsumatur dolus, Vide Alex. *cons.* 47. *Circa primum, n.* 5. *& seq. lib.* 1. vbi, ꝙ non præsumitur, nisi ꝓbetur, exceptis duobus casibus, quando læsio
43 est in toto, vel quasi; item ꝙ ex corruptela iudicis. † Extẽde limitationẽ, vt nõ possint partes renũciare reductioni ad arbitrium boni viri, maxime, qñ adest dolus. Cuma. *cons.* 137. *n.* 4. *v. licet enim*
* *cõmuniter*, vbi dicit * cõmunem, & vbicunq; adest læsio enormissima, inest dolus, & nõ valet renunciatio. Bald. *in l. cũ antea. col.* 3. *C. de arbit.* Dec. *cons.* 11. *Extra tenui n.* 6. *& cons.* 60. *col.* 3. * *cons.* 533. *n.*
44 1. But. *cons.* 24. † Extende, vt ꝓcedat, ẽt si laudũ esset homologatũ ꝑ ꝓcuratorem constitutũ, ante quã esset latũ; quia mandatum nõ se extendit, qñ per dolũ est latum, quia ꝓcurator non potuit homologare. Bald. *d. cons.* 115. *n.* 2. *v. secundo præmitto, lib.* 4. põt tamẽ interim Episcopus inhibere seculari, & facere observare iuramentũ præstitum à tali ꝓcuratore. Bald. *cons.* 134. *Laudũ etiã, lib.* 4.
45 † Declaratũ; quia vbicunq; dolus nõ est apparens, sed velatus, cõceditur reductio ad arbitriũ boni viri; sed cũ sit interuenit iuramentũ, debet prius obtineri absolutio à iuramento. Bald. *cons.* 55. *n.* 2. *v. tertio casu, lib.* 3. vt supra *n.* 7. quia debet seruari, si põt, sine iuretitu salutis. *c. cũ contingat, de iureur.* Fed. de Sen. *cons.* 125. *Super*
46 *eo.* Rom. *cons.* 9. *Quod pars.* † Extende; quia imo ẽt si esset ratificatũ, &c cõtineret enormissimã lęsionem, põt rescindi, & minor restituitur. Dec. *cons.* 60. *n.* 3. Paris. *cons.* 89. *n.* 52. *lib.* 1. vbi, ꝙ licet valeat in vim pacti, vel transactionis, ex enormissima datur rescissio pacti; ergo laudi homologati ꝙ valet vt pactum, & extende,
47 vt infra *n.* 95. † Imo dicit, ꝙ in absolutione obtinenda debet pars
48 citari. Bald. *d. cons.* 55. *n.* 2. *v. tertio & præmittendũ, lib.* 3. † Extende, ẽt si cõpromissum esset de iure, & de facto; quo casu habet se adinstar transactionis. Soc. *cons.* 18. *vol.* 1. per *authent. si vero contigerit, & auth. si quãdo. C. de iud.* non tamen poterit venire contra laudum, ꝓut nec contra transactionẽ iuratã. Alex. *cons.* 42. *Super puncto, lib.*
1. Dec. *cons.* 20. *Visa transactione, v. sed prædictis.* Curt. Sen. *cons.* 43. &
49 *cons.* 65. nisi prius obtenta absolutione, vt per ꝓdicta. † Declara, quia iuramentum habere videtur tacitã conditionẽ; ideo iudex Ecclesiasticus, donec cognoscat summarie, an iustificetur cõdictio, põt ꝓcipere iudici seculari, vt nõ ꝓcedat, non aũt ex abrupto debet inhibere, & si cognoscat iurantẽ debere dimitti; dimitter, sin minus, inhibitionem relaxabit. Bald. *cons.* 193. *Iuramentũ quan-*
50 *do*ꝫ, *lib.* 4. allegat *c. fi. de foro comp. lib.* 6. † Restringe, nisi post latum laudum pars vna, vel ambæ laudũ acceptassent; quia postea nõ audiretur volẽs allegare dolũ, & fraudẽ arbitri; quia licet dolus futurus non possit remitti, bene remittitur ꝓteritus, & sic nõ audiretur post ap. ꝓbationem. Gemin. *cons.* 68. *n.* 3. *& seq. ver. sed posset dici.* Bald. *cons.* 134. *Laudũ etiã, lib.* 4. vbi, quod etiam per dolũ latũ põt homologari; & tunc non põt peti reductio. Ang. *cons.* 315. *Si a-*
51 *tuto cauetur, per tot.* † Limita; quia vbicunq; nõ põt dici de iniustitia, vel nullitate laudi, vel quia extat statutum, vel quia partes cũ iuramento renũciarunt ẽt cum clausula, *rato manente pacto*; tamẽ non ꝓcedit, si enormissima læsio extat, vel si est cognita, & detecta iniustitia Fulg. *cons.* 180. *col pen. vsq; in fin.* † Limita; quia nulla dari põt cautela, per q̃ reductio ad arbitrium boni viri peti non possit, qñ adest læsio enormis ex laudo. Bald. *cons.* 380. *Præmitto,*
* *quod ista fuit*, vbi recitat plures opiniones, & dicit hanc * communem. *lib* 1. quia licet plenissimum sit datum arbitrium; debet tamẽ ex fide intelligi; & ideo si excessit modum totaliter, vel multũ, reducetur ad modum; siue adsit dolus, siue lata culpa, q̃ dolo equiparatur, puta error supinus. Bald. *cons.* 381. *Concessio arbitrij, eod. lib.*
1. idem Bald. *cons.* 252. vbi, quod si adest dolus, vel lata culpa, põt peti annullari, *lib.* 2. & idẽ tenet Ang. *cons.* 172. vbi, ꝙ datur semper reductio, vbi est enormis læsio; secus si modica, ẽt si sit iurãtum in specie, etiam si partes in cõpromisso ap. ꝓbarunt ex tunc laudum; qa intelligitur, dummodo non enormiter lędat. Socin.
* *cons.* 220. *n.* 5. *& seq. li.* 2. *v. sed istud secundũ*, vbi *n.* 7. dicit * cõmunem. Fulg. *cons.* 159. *n.* 3. *& cons.* 235. *per tot.* vbi latiss. Castr. *cons.* 72. *& col.* 2. *& cons.* 74. *col.* 1. Dec. *cons.* 39. *& cons.* 11. *n.* 6. *& cons.* 29. *n.* 6. plene Patis. qui plurimos citat *cons.* 24. *n.* 149. *lib.* 2. † Et ꝙ non detur cautela, per q̃ possit tolli reductio ad arbitrium boni viri ex enor-
53 missima læsione, Lanfr. de Orian. *in tract. de arb. q.* 14. Dec. *cons.* 11. *Et pro tenui* & 430. *in vlt. col. & d. cons.* 39. *Iuridicũ, in pen. col.* vbi, quod nulla datur cautela, nulla inuenitur enunciatio, q̃ excludat reductionem stante enormissima læsione, vbi loquitur etiã stante statuto iubẽte nihil posse opponi, & debere exequi laudũ: idem Bald. *cons.* 253. *Ad euidentiam, lib.* 1. Castr. *cons.* 70. *Quia frustra. n.* 1. *lib.* 1. Soc. *cons.* 283. *Eleganter, col.* 6. *lib.* 2. Alex. plene *cons.* 131. *n.* 12. *& seq. lib.* 2. vbi si est data facultas lædendi in magna, & maxima quantitate, & iuramentum adest, adhuc datur reductio, & ibi apost. citat plurimos. † Rationem adducit idem Lanfr. *d. tract. de arbit. char.* 16. *q.* 14. quare valeat pactum de non appellando à sententia iudicis, & non valeat pactum de non reducendo laudo; quia dicit ipse, inuitare tur arbiter ad delinquendũ, arg. *l. contrauenire. ff. de pact. dot.* ꝙ non ꝑsumitur in iudice habente iurisdictionem ex publico, de quo lex magis confidit; sed ista rario nihil valet; qa dolus nõ ꝑsumitur in aliquo *l. merito. ff. pro socio*, & quia iudex dolose iudicãs punitur pariter *l. si filius. §.* 1. *ff. de iud.* & eodem modo posset condemnari arbiter, ꝓut iudex, de dolo. *l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo.* † Ratio alia assignatur; qa enormissima lęsio arguit dolũ re ipsa, qui æquiparatur dolo ex proposito, qui nunquã claudi-
55 tur in compromisso quantumcunq; amplo, *l. omnes. §. Lucius. ff. de rit, qua in fraud. cred. l.* 3. *C. de arbitr.* & idem dicit Soc. *cons.* 283. *Elegãter, n.* 11. *lib.* 2. † Contrarium, quod imo dentur cautelæ, & multi
56 casus, in quibus reductio peti non potest, & specialiter, quando in compromisso sunt apposita illa verba, *eligentes eum, vt bonũ virũ*, ꝓcipue non habito respectu ad alium. Bart. *in l.* 2. *§. tametsi. ff. de arbitr.* quem ibi sequitur Alex. in apost. & in apost. *in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. in vlt. col. in ver. operantur*, & idem Alex. *cons.* 3. *col.* 3. *lib.* 1. & pro notabili refert, & sequitur Rom. *sing.* 50. incipit, *An à laudo*, & tradit Lanfr. de Oria. *in tract. de arb. in vlt. p. q.* 40. *v. & ideo ex prædictis videtur resultare cautela*, licet ipse non ponat ꝙ constanti, vide etiam apost. ad Abb. *in c. causam, quæ, de elect. in* 3. *col.* & Rom. *d. sing.* 51. *An à laudo*, dicit, quod Bart. est summæ auctoritatis, & quod est dictum mirabile pro amico. † Aliam cautelã tra-
57 dit Cæpol. *cautel.* 197. incip. *Difficile est dare modum.* † Contra cau-
58 telam Dec. *in c. ad hæc, el secundo, col.* 2. *post med. de appell.* Vide omnino Æg. Bell. *cons.* 24. *n.* 11 *& seq.* vbi distinguit 5. casus, vt non detur aliquando, si læsio non sit enormis, aliquando non datur, ẽt si sit enormis. Aliam ponit Alex. *cons.* 17. *n.* 7. *lib* 3. inquit enim ꝙ quando fuit non solum in compromisso promissum non cõtrauenire, sed etiam iuratum obseruare laudum, ab eo non potest recedi: idem Alex. *cons.* 38. *n.* 9. *lib.* 3. Dec. *cons.* 198. *n.* 4. *ver. accedit, & est ratio*; quia iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est. *c. cum contingat, de iureur.* † Dic, ꝙ
59 intrat absolutio à iuramento, qua obtẽta cessat cautela, licet secundum aliquos non sit necessaria, quando non adesset enormissima læsio, & sic potest esse locus cautelæ, quando nõ lædit laudum saltem enormissime, sed non excluditur reductio, si allegetur hæc læsio; item quia ad ignorata non extenditur cõsensus. Vide supra *ver. Ratificari non potest laudum arbitri, antequam feratur. Concl.* 19. † Declara; qu a nulla cautela datur, quando allegatur enormis læsio, vel saltem datur supplicatio semper. Castr.
60 *cons.* 70. *Quia frustra, in pr. li.* 1. & apost. ad Rom. *sing.* 51. dicit, quod ista est communis, * opinio, quod non datur aliqua cautela, etiãli * sit iuratum. † Extende, etiamsi data sit facultas arbitro, vel arbitratori plene transigendi; quia licet in transactione nõ inducatur rescissio ex enormi læsione, id procedit in transactione, quã faciunt partes, non in ista, quam facit arbitrator. Bald. *d. cons.* 381.
61 *in fi. ver. solutio, lib.* 1. † Extende tam in arbitro, quam in arbitratore, etiam si adesset clausula, quod posset lædere, & ab vno auferre; quia non comprehendit læsionem magnam. Fulg. *cons.* 180.
62 *col. pen. & fin.* † Extende etiam si adsit statutum, quod à sententia
63 arbitrorum nõ possit appellari, dici de nullitate, ne q; supplicari; quia si est latũ per dolum iudicis, vel in gratiam partis, pars grauata põt petere reductionem. Bald. *cons.* 187 *In causa præsenti, lib.* 2. pleniss. Alex. *cons.* 139. *Viso puncto, per tot.* max. *nu.* 4. *& seq. lib.* 7. Extende, vt † procedat, etiam si statutum mandet, quod exequi de-
64 beat, & habeatur pro homologato; quia adhuc si interuenit dolus, vel fraus ex parte iudicis corrupti, vel ex parte eius, qui obtinuit; quia per corruptionem, vel falsos testes, vel dolum, vel fraudem obtinuerit; poterit peti re ductio, eo quod statutũ non ꝓsumitur comprehendere hos casus dolosos; & sic comprehenderet, non valeret, tãquam peccati nutritiuum, ita plene Alex. d *cons.* 139. *Viso puncto, per tot.* max. *n.* 4. *& seq.* vbi plura cumulat, *lib.* 7. & ibi apost. *in ver. dolo*, dat plures concor. & Alex. loquitur in statuto Mutinæ. † Declara tamen, quia modus ꝓcedendi
65 per iudicem erit; quod summarie assumat informationes super dolo; & si sibi constat de dolo, procedat in causa reductionis: si vero non constat de dolo, pronunciabit non esse procedendum in causa reductionis; si dubia sit probatio, in dubio proced t in

causa reductionis, ita Alex.d.conf.159.in fin.num.8.ver.habet tamen
66 imprimis lib.7. † Imo statutum prohibens reduci laudum ad arbi-
trium boni viri non habet locum, quando petitur reductio pro-
pter enormem læsionem. Fulg conf.159.n.3. etiam si esset cum ju-
ramento renunciatum. Fulg.conf.180.col.pen. & quod statutū non
tollat remedia iuris à reductione in casu læsionis. Fulg. plene
67 conf.235. Quoniam in singulis. † Ratio est, quia laudum arbitri ad in-
star iudiciorum, vel arbitratoris, quod habet instar tranſactio-
nis, admittit reductionē ex enormi læsione; quia hoc procede-
ret in tranſactione. Cuma conf.44. Ab arbitrali sententia, in fi. v. præ-
terea, item quia valet argumentum à pacto ad legem. Fulg.conſil.
159.in fi. ideo ſicuti habet locum in pacto reductio: ita in ſtatuto
prohibente reductionem. Vide, Arbitramentum reducitur ad arbi-
68 trium boni viri. Concluſ.467. † Limita; quando error ſit expreſſus
in ſententia arbitri, vel arbitratoris, quia pōt peti annullari, vel tā-
quam iniuſtum laudum reduci. Bald.conſ.252. ante med. v. ſed hæc
vera ſunt, lib.2. & idem Bald.conſ.55. Ad evidētiam in pr. v. ſecundo præ-
mittendum lib.3. vbi, q̄ neq; requiritur abſolutō à iuramento iſto
69 caſu, & in fin. ibid. ver. item apparet, hoc idem repetit. † Limita, q̄n
eſt latum laudum extra compromiſſum; quia pōt dici de nulli-
tate ſimpliciter, & dicitur extra cōpromiſſum, ſi compromiſſe
ſunt omnes controuerſiæ, & arbiter laudat, q̄ alter teneatur vē-
dere pro certo pretio rem controuerſam. Bald. conſ.252. ante med.
70 v. idem eſt, ſi arbiter, lib.2. † Extende limitationem, vt procedat etiā,
q̄n latum eſſet etiam extra perſonas, quę compromiſerunt; quia
laudum eſt ipſo iure nullum; ideo nō eſt neceſſaria reductio, vel
illius petitio, q̄n articulus iuris eſt clarus; ſecus ſi eſſet dubius.
71 Bald.conſ.5. Ad evidentiam præmittendum. † Limita; quia pōt dici de
nullitate laudi, & peti reductio, etiam ſi nō eſſet iniquum, ſi mo-
do efficiatur poſtea iniquum pp inſtrumenta de nouo reperta,
72 Iaſ.in l.ſub pretextu, col.2. poſt pr. C.de tranſact. † Et an idē ſit, q̄n fuit
homologatum, poſtea reperta ſunt inſtrumenta. Soc.conſ.66.lib.
4. Fed.de Sen.conſ.237 Rector Eccleſiæ, vbi notabiliter diſtinguit.
73 † Limita; quia qui promiſit ſtare interpretationi contractus, & nō
reclamare, intelligitur, ſi iuſta ſit interpretatio, alias reclamatio
74 eſt licita. Alex.conſ.28.n.8. & 9.lib.1. † Limita; quia vbicunq; lau-
dum nō pōt iuſtificari, dicitur enormiſſime lædere, & debet re-
75 duci. Bald.in l.cum antea, n.3. C.de arb. † Extende, vt procedat nō ob-
ſtātibus quibuſcunq; ampliſſimis clauſulis compromiſſi, Alex.
76 conſ.139.lib.7. Dec.conſ.39.n.6. † Limita; quia pōt dici de iniuſtitia
laudi, ſi ita eſt de conſuetudine in loco; quia conſuetudo atten-
77 denda eſt Bald.d.conſ.25 . circ. ſi. ver. ſuper aliis. lib.2. † Declara; quia
ſunt certi caſus indubitati, in quibus datur reductio laudi: Pri-
mus eſt, ſi modica, vel nulla ſit læſio: Secundus, q̄n ceſſat dolus
* arbitri, vel arbitratoris, & iſta eſt comm. * opinio ſecundū Caſtr.
conſ.255. Primo & ante omnia, col.2. ver circa ſecundum, lib.2. Vide, Redu
78 ctio laudi vt habeat locum, quā læſionem requirat. Concl.70. † Alius ca-
ſus eſt, quando interuenit dolus arbitri, vel arbitratoris verus; q̄a
etiā ſi modica ſit læſio, datur reductio laudi. Caſt. d.conſ.255.col.2.
79 ver. ſecundus eſt caſus, lib.2. † Alius tertius caſus eſt, q̄n verus dolus
arbitri, vel arbitratoris non interuenit, ſed adeſt læſio ſupra mo-
dicam læſionem, & ſi non interuenit renunciatio, clarum eſt q̄
datur reductio ad arbitrium boni viri. Caſtr. d. conſ.255.col.2. ver.
80 reſtat ergo. lib.2. † Si vero eſt renunciatū reductioni, oritur magna
cōtrouerſia; an ſicuti tollitur appellatio, tollatur reductio; & pri-
ma opinio fuit Dyni, quod renunciatio non tollat reductionem;
quia ineſt clauſula, & cōditio tacita, ſi æque fuerit laudatum; &
81 ſic deficit conditio. † Iſta prima opinio reprobatur per Caſtr. d.
conſil.255. col.2. in fin. ver. iſta opinio, lib.2. vbi dicit tunc ineſſe con-
dtionem, ſi fuiſſet promiſſum ſtare laudo, non ſi eſſet dictum,
q̄ non peteretur reductio; ideo dicit neceſſe eſt, quod iſta condi-
82 tio exprimatur; q̄a ſi ineſſet expreſſio, redderetur eluſoria. † Se-
cunda opinio * communiter reprobata eſt, q̄ ſi eſt expreſſe re-
nunciatum reductioni, valeat quoad oēs læſiones, & non poſſit
83 peti. Caſtr. d.conſ.255.col.3.ver.ſecunda fuit, lib.2. † Tertia opinio eſt,
quod ſi in genere eſt renunciatum, prima opinio procedat; ſi ve-
ro in ſpecie fuit renunciatū enormi, & enormiſſimæ læſioni, aut
dictum, etiam ſi in magna, & maxima quantitate læderetur, q̄
iſto caſu ſecundum expreſſum renunciationem obligetur. Caſtr.
d.conſ.255.col.3.ver.tertia fuit, lib.2. vbi recitat plures alias opinio-
84 nes, & releuat, an ſit iuratum, vel non, vide eum. † Declara; quia
ſemper, quod petitur reductio cauſa expreſſa, quod ſit læſus in
magna, ſeu maxima, & ſic enormi, & enormiſſima læſione, pro-
cedit libellus; quia cauſa apparēs, etiam ſi non probetur à prin-
cipio, in proceſſu vero ſi probabit cauſam læſionis veram, & le-
gitimam, obtinebit, ſi non probabit, ſuccūbet, & incidit in pœ-
85 nam. Caſtr. d.conſ.255, col.3. circa med, ver. & reducendo, lib.2. † Imo,

quod ſufficit læſio in 6. parte eius, quod de iure debetur ad hoc,
vt reductio laudi fieri poſſit, non obſtante quacunq; renuncia-
tione de non petenda reductione. Cuman.conſ.50. Siante ſtatutū,
n.3. ver. ad id autem, vbi, quod ſufficit dolus, vel culpa arbitri, vt
ſit locus reductioni. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff pro ſo. &
in l. unde ſi Neruа. cum l. ſeq. ff. eod. Caſtr. conſ.465. n.2. lib.1. & conſ.215.
n.3. lib.2. Lanfr. de Oria. tract. de arb. in vlt part. & quod ſufficiat le-
ſio in 6. part. Alex. plene in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obl. in fin. vbi,
quod licet in arbitrio iudicis reſideat; non tamen debet reduce-
re laudum pro minori parte, q̄ ſit ſexta. Caſtr. conſ.468. Viſo com-
promiſſo, n.2. lib.1. & conſ.122 Viſo puncto, n.2. lib.2. vbi, quod ſufficit,
quod excedat ſeptimam partem. † Extende; quia manifeſtū eſt, id
citur læſio, quæ ex facie laudi aſcēdit ad ſextam; ideo hic ſtat ar-
biter, ſiue arbitrator, danda eſt reductio, ſi non iuſtificatur lau-
dum, & dicitur continere læſionem manifeſtam, ſi non iuſtificā-
tur; veluti ſi inter duos ſocios arbitratur, quod vnus habeat ter-
tiam, alius duas tertias; quia licet ſit poſſibile, quod ſit iuſtum; vt
quia vnus poſuit plus operis, vel capitalis; ſi tamen non probā-
tur, eſt locus reductioni. Zab. conſ.141.n.3. & 4. & per tot. quod eſt
lo. de Im. vbi quod ſi ita non diceremus, ſequeretur, quod a bi-
trator poſſet decipere; & ideo habens laudum, debet illud iu-
ſtificare, ſi ex probatis non iuſtificatur; quia ſola præſumptio nō
ſufficit. † Contrarium tamen tenent Bart. de Salyc. inter conſ. Zab. 83
139.n.11. & ſeq. ver. venio ad ſecundum, & Zab. conſ.140.n.8. & ſeq. v.
in ſecundo, vbi concludunt, quod præſumatur pro laudo. & arbi-
tramento, niſi petens reductionem probet in quitare, ſi in con-
trarium, quod debeat eſſe ſaltem in tertia parte, ſi magis * com. * 84
opinio. Arer. in §. pretium. Inſt. de empt. & vend. vbi tamen, quod re-
linquitur arbitrio iudicantis, quia non eſt declaratum. Alex. in
d.l. ſi quis arbitr. ff. de verb obl. Dec. conſ.39. † Et proſita parte cōtra-
ria, quod aliqui teneantur de ſexta, aliqui de tertia, aliqui de dimi-
dia. Alex. conſ.131.n.5. lib.2. † Declara tamē; quia ſextā partis in qua 85
læditur, conſideratur duobus modis: Primo modo, q̄n arbitra-
tor eſt aſſumptus ſuper contractu, vel debito; tunc ſexta conſi-
deratur ſimpliciter; ſi vero eſt aſſumptus ſuper lite, ſexta cōſide-
ratur habito reſpectu ad euentum litis, ita Io. de Im. d.conſ.141.n.
4. inter conſ. Zab. † Declara, vt ſit magna, vel parua læſio, debet ar- 86
ticulari, & probari, quanti vēdi potuiſſet prætenſio, de qua agē-
batur; non autem conſideratur ſumma petita, vel prætenſa, aliter
non pōt probari læſio Ang. conſ.353. col.ſi. ver. in conſ. † Declara, q̄ 87
arbitrarium eſt iudici. Bald. in l. cum antea. C. de arb. Alex. conſ.131.n.
15. lib.2. Dec. conſ.39. in ſi. vbi dicit vtramq; * cōmunem de ſexta, * 88
& de arbitrio iudicis; ſed non debet ad minorem, quam ſextam
partem reducere. Alex. in d.l. ſi quis arbitratu, in fi. ff. de verb. obl. Soc.
Iun. conſ.48.n.22. & ſeq. lib.1. vbi, quod datur in 3. in 4. in 5. in 6.
& in 7. parte conſideratis circumſtantiis arbitrio iudicis, & dicit
*communem & n.55. & conſ.144.n.14. lib.1. Abb. conſ.77. col.pen. * 89
in fin. lib.2. † Prout etiam declarat Abb. d.conſ.77. col.pen. in fi. lib.2. 90
quod eſt arbitrarium iudici; quia plus auferetur de iure tutibi,
quam de iure claro; plus, quando pax aliter ſequi non poſſit, &
euenire poſſent ſcandala, plus à diuite, q̄ ab egeno, & aliis circū-
ſtantiis. † Et idem eſt, ſi extat ſtatutum, laudā debere exequi, & 91
quod non poſſit peti reductio, quia non procedit ſtatutū in enor-
miſſima læſione. Ang. conſ.172. Anch. conſ.207. ver. reſtat reſpondere
ad ſtatutum. Rom. conſ.90. Grat. conſ.30 col.1. lib.1. Vide, Statutum
circa expenſarum condemnationem faciendam. & c. Concluſ.337. & ſupe.
n.28. † Limita; quia quando in compromiſſo fuit dictum, quod 92
de iure tantum decideretur, tunc ſiue laudum ſit latum ab arbi-
tro, ſiue ab arbitratore in forma iudicii, vel non, ſemper habet
locum reductio, & in dubio ſemper cenſetur electa via arbitra-
in qua reductio habebat locum. Bald. conſ.43. Quia Ser Occhus, q̄
ſi. ver. ſuper eo, lib 5. Fulg. conſ.180. col.pen. † Limita; quia arbitrator 93
pōt iudicare ſecundum voluntatem ſuam, ſed ſecundum iura.
Blanch. in tract. de compromiſſ. tit. de ſent. & exec. comprom. q.9. n.18. &
contrarium tenet Bald. circa med. & ideo ſtante iniuſtitia, vel iniu-
re, pōt ſemper reclamari à quocunq; laudo ab ſq; incuſſu penæ
appoſitæ in compromiſſo. Bart. in d.l. ſi ſocietatem. §. arbitrorū ff pro
ſoc. Rom. conſ.90. Cepol. conſ.92. Ang. conſ.172. Dec. conſ.39. Grat.
conſ.118. col.pen. lib.2. & conſ.30. lib.1. Soc. Iun. conſ.45. n.35. lib.1. vbi
concord. alleg. Ceph. conſ.115. n.7. lib.1. Patif. conſ.22. n.159. lib.2. &
conſ.45. n.31. & ſeq. lib.1. Vide, Pœna compromiſſi quando commutatur. &
ſi laudum nō impletur. Concl.253. † Extende, etiam ſi in cōpromiſſo 94
*cluss.*5.*num.*14. *& seq.de iur.quæst.non toll.* plene Ial.*cons.*10.*in fi.lib.*1. Mandel.*d.cons.*62. vbi per omnia. † Declara, quia in præiudicium successoris non valet; secus in præiudicium concedentis Ioan. Ant. Alex.*cons.*130.*col.*2. † Declara, quia si Imperator, vel Princeps concedat per viam feudi, superioritas suprema redit in concedentem; si vero libere donat Ecclesiæ, tũc transeunt omnia regalia in Ecclesiam, ita Iacob. de S. Georgio *in sua inuestit. vn. in fin. dum.n.*33. *& seq.* maxime *n.*36. & est magis * communis opinio, vt per Couarr. *pract.resol.c.*4. † Declara; qua regalia alienantur, quando non immodicæ, sed paruæ, secundum * communem. Mandel.
*cons.*67.*n.*5. *per tot.* vbi, quod nisi inducatur magna ratio Principatus, non reuocatur contractus, & concessio etiam continens regalia. Vide plenissi. de hac materia, *Imperator qualiter tura Imperii*
*alienare possit. Concl.*40.*n.*7. *& multis seqq.* † Limita; quia regalia possunt concedi, qñ ex certa scientia fit concessio cum clausula *non obstante, & motu proprio.* Rol.à Vall.*cons.*1.*n.*102. *& seq.lib.*2.
*cons.*4.*n.*48. *lib.*3. Iacob.à S. Georgio *in sua inuestit. infeudati, vn. in*
*feudum.n.*3. vbi, quod non valet concessio regalium, nisi fiat motu proprio, vel ex certa scientia. † Extende, quia sicuti pot Princeps remittere iuramentum fidelitatis; ita potest concedere in feudum allodium nullo reseruato. Brun.*cons.*156.*col.*2. *ver.infer*
ergo. † Limita, quia imo si feudum vti allodium, & liberum per tempus immemorabile fuit possessum, præsumitur, quod ab initio inuestitura fuerit libera, si de contrario non apparet. Brun.
*cons.*156.*per tot.* vbi est casus. † Limita; quia si concessio feudi, ut
mero, & mixto imperio fiat Regi, Duci, vel Marchioni magno, transeunt omnia iura Principis concedentis; secus si inferiori. Rol.à Vall.*cons.*4.*n.*19.*lib.*3. vbi de *communi. † Limita, quando verba sunt vniuersalia, vel conceditur omnino de iurisdictione. Crau.*cons.*411.*n.*46. *& seq.* max.*n.*48. quia alios citat, quia tunc vniunt regalia. Dec.*cons.*196.*In casu inquisitionis*, *n.*2. *in fi. ver.præterea*
propter verbum. Ial.*cons.*161.*in princ.lib.*2.

Reges omnes de facto non recognoscunt Imperium. Concluſ. 84.

REGES † omnes de facto in regno suo tenent locum imperatoris. Oldrad.*consil.*231.*ver.si quis autem velit, in 1. ora mã.*
Vide, *Rex Franciæ non recognoscit Imperium. Concluſ.*344. Vide, *Rex*
Vide, *Rex Franciæ non recognoscit Imperium. Concluſ.*344. Vide, *Rex Angliæ*
*Hispaniæ non recognoscit Imperium. Concluſ.*345. Vide, *Rex Romanorum*
*non recognoscit Imperium. Concluſ.*342. Vide, *Rex Romanorum*
non recognoscit superiorem Imperatorem.
*Concluſ.*349.

Reges

Reges, & regna vnde procedant. Concl 85.

1 REGES, † & regna sunt de iure diuino, prout in Saule, Dauide, Salomone, & aliis, & probatur in multis locis S. Scripturæ. Anch. *cons.* 339. *Pro maiori intelligentia, in prin.* † Et regna habent vetustissimum institutum quasi naturæ, & præcesserunt Imperium, & fuerunt ante Consulatum Romanorum. Anchar. *d. cons.* 339. *in pr.* † Iure tamen gentium sunt distincta regna, & dominia omnia. Anchar. *d. cons.* 339. *in pr.* & plenius *cons.* 310. *n.* 9. vbi, quod omnia dominia, & meum, tuum, sunt de iure gentium.

Regestrum supplicationum Apostolicarum probat. Concl. 86.

1 REGESTRVM † supplicationum Apostolicarum probat; ideo supplicatio extracta de dicto regestro subscripta per eum, qui habet custodiam ex publico regestri, proba. Gem. *cons.* 2 82. *nu. & seq. ver. sed opponitur.* † Amplia, vt idem sit in regestro literarum Apostolicarum, quia probat. Castr. *consil.* 345. *In præsenti casu, in prin. lib.* 1. vbi, quod sumptum ex archiuio publico probat; ideo etiam ex regestro publico.

Regnum quid sit, & contineat in se. Concl. 87.

1 REGNVM † quid sit, ponit Bald. *consil.* 333. *Ad intelligentiam sequentium, circa pr. ver. nam si imperator, lib.* 1. vbi dicit, regnum est quoddam totum suas partes integraliter cõtinens, tam in personis, quam in rebus; & continentur magnates, & vniuersæ nationes, quæ circumscribuntur sub finibus designatis. † Regnum de iure communi est indiuisibile, *c.* 1. *§. præterea Ducatus, collat.* 10. *tit. de prohib. feud. alien. per Feder.* Oldr. *cons.* 231. *circa fin præterea ibi res.* 3 † Et est ad similitudinem corporis humani, à quo si abscinditur auricula, non esset corpus perfectum, sed monstruosum. Rol. à 4 Vall. *consil.* 1 *n.* 117. *lib.* 2. † Amplia, quod regnum Aragonum etiam ex testamento Iacobi Regis debet esse semper integraliter eiusdem, & vnici Regis. Oldr. *d. cons.* 231. *in fi. ver. præterea.* † Regnum continet in se nedum territorium materiale, sed etiam ipsas gentes regni; quia ipsi populi collectiue regnum sunt, & circumscripta obedientia populorum regnare non potest Rex. Bal. *cons.* 159. 6 *Super eo, quod n.* 3. *ver. quædam vero procedunt, lib.* 3. † Regnũ est quid vniuersale. Bart. *in l. si conuenerit, § si nuda, n.* 3. *ff. de pign. actio.* allegat gl. *in t. ne sede vacante.* & dicit, quod si quid accessorie regno adiicitur, prout castrum, ciuitas, prouincia, vel ducatus, debet viuere legibus, & gaudere priuilegiis regni; secus si separatim adiicitur; prout Comitatus Tholosæ regno Franciæ principaliter vnitus; 7 quia vtitur suis legibus. † Et dicitur regnum quid vniuersale vniuersalissimum; quia sub se continet alia vniuersalia, prout Ducatus, Marchionatus, &c. prout de territorio dicitur, quod est quid vniuersale, sed tamen regnum habet territorium vniuersale magis; quia continet ciuitates, & loca habẽtia territorium suum, ducatus, prouincias, & alia loca habentia suum territorium sub territorio regni. Ruin. *cons.* 22. *num.* 5. *lib.* 1. Vide, *Rex quare vnus, & primogenitus, & quid sit. Consil.* 330.

Regni successio, & qualiter succedatur in eo diuersimode, & quando mulier succedat, vel non. Concl. 88.

1 SVCCESSIO † in regno quandoque defertur in posteros ratione sanguinis per certam lineam. Bald. *cons.* 159. *Super eo, quod* 2 *quæritur, lib.* 3. *in pr.* † Electione quandoque successio in regno defertur, prout in regno, & Imperio Romanorum. Bald. *d. cons.* 159. *in pr. lib.* 3. imo quod de iure successio in regno sit facienda per electionem, prout in Papatu, & Imperio, est text. *in c. Moyses,* 8. *q.* 1. & 3 apparet in Samuele, Dauide, & aliis. Anch. *cons.* 339. *n.* 2. † Idem in 4 regno Poloniæ, quãdo deficiunt descẽdentes. † Tamen de consuetudine inuerata est introductum, vt succedant descendentes, & vnus solus succedit, non omnes, videl. primogenitus pro- 5 pter bonum publicum. Anchar. *d. cons.* 339. *n.* 2. 3. & 4. † Fœminea sunt plurima regna, quæ constat à fœmina prouenisse, & ad fœ- 6 minam transitum fecisse. † Austri Regina regnauit, *lib.* 3. *Reg. c.* 10. 7 *Paralip. c.* 7. *Num. c.* 2. vt refert Anch. *d. cons.* 339. *n.* 21. † Hispaniæ regnum deuenit in Maioralem fœminam Regis, quę etiam successit in regno Aragonum. Anch. *d. cons.* 339. *n.* 5. *ver. quæritur, cui de iu-* 8 *re.* † Aragonum regnum fuit Maioralis filiæ fœminę Regum Castellæ, & Aragonum; item iterum deuenit in Petronillam filiam Regis Remigii, qui fuit monachus sacerdos dispensatus. Ancha. 9 *d. cons.* 339. *n.* 5. *ver. quæritur.* † Hierusalem, & Siciliæ regna ad Reginam Ioannam obuenerunt, quæ 30. annis & vltra gubernauit fa- 10 liuriter. Anchar. *d. cons.* 339. *n.* 18. *ver. postremo.* † Vngariæ regnum deuenit in filiam Pratiti Regis Vngariæ. Anchar. *d. cons.* 339. *n.* 18. *ver. postremo.* † Angliæ regnum in duabus sororibus deuenit, & no- 11 uissime in Reginam hæreticam; & pessimã, cui tandem optimus Rex, vt speramus, successit. † Poloniæ regnum in filiam Regis. 12 † Portugalliæ regnum deuenit in Regem Philippum II. Regem 13 Hispaniæ ex fœmina Regum Portugalliæ natum. † Fœmineum 14 Regnum, prout Aragonum origine transit ad fœminam filiam Regis, exclusis omnibus transuersalibus. Anch. *d. cons.* 339 *n.* 12. & *seq.* vbi hoc consulit. † Extende; quia etiam filia Regis, quæ patri renunciauit regnum, vt frater patris succederet, mortuo patruo sine filiis legitimis, excludit omnes alios transuersales, petita absolutione à iuramento. Anchar. *d. cons.* 339. *n.* 12. *& per tot.* vbi est casus in regno Aragonum. † Franciæ vero regnum non transit in 16 fœminas ex lege Salica, vel alias.

Regiensis, seu Regii ciuitas, statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 89.

REGII † ciuitas fuit dominorum de Gonzaghis, postea Ducis 1 Mediolani, videlicet Comitis Virtutum, deinde Othonis, & vltimo loco Marchionum Estensium concessa ab Imperatore. Castr. *cons.* 317. *lib.* 2. † Et quod fuerit primo loco dominorum de 2 Gonzaghis, videlicet de anno 1358. meminit Alexand. *cons.* 16. *In causa, & lite, n.* 12. & quod fuerit Ducis Mediolani, videl. Comitis Virtutum, ibi *n.* 18. *in fin. lib.* 5. † Et quod postea Imperator inuestiuerit Duces Estensis de ciuitate, & Ducatu Regii, & valuerint hæ inuestituræ, Alexand. *cons.* 1 *n.* 17. *& n.* 25. *lib.* 5. vbi, quod potuit Dux Regii bona fide subinfeudare Gonzaghas de villa S. Thomæ, & sequitur Socin. Iun. *cons.* 126. *n.* 8. *lib.* 3. † Et quod sit ciuitas 4 Imperii, Angel. Aret. *cons.* 127. *In casu pradicto, in fin.* † Est in Lom- 5 bardia ciuitas Regii, secundum * communem vsum loquendi, quæ Lombardia est prouincia in Italia, sed de iure Canonico est sub Archiepiscopo Rauennæ. Bart. *in extrauagant. qui sint rebell. in ver. Lombardiæ, in princ.* & hac de causa dicitur esse in Æmilia. † Vl- 6 timo loco Imperator de ea inuestiuit Ducem Borsium Estensem tanquam de feudo nobili cum districtu, comitatu, territorio, & omnibus, & singulis terris, & castris dicti Episcopatus Regii cum clausula, *ex certa scientia, & deplenitudine, & non obstante*, vt refert Ang. Aret. *consil.* 101. *In casu*, vbi, quod prius eam tenuerunt Marchiones Estenses, Leonellus, & Nicolaus. † Est de ciuitatibus 7 comprehensis in pace Constantiæ, quibus Imperator donat iurisdictionem in castris, & villis in suo territorio, Alexan. *d. cons.* 1. *n.* 2. *vers. præterea per pacem, lib.* 5. & iterum *cons.* 16. *In causa & lite, in princ. lib. eod.* † Habuit litem cũm Georgio, & Francisco de Gonzaghis 8 super villa S. Thomæ, quod spectaret ad ciuitatem vigore laudi lati per Episcopos Mantuæ, & Mutinæ, de qua dicti domini fuerunt inuestiti à Duce Ferrariæ, & Regii. Alex. *d. cons.* 1. *lib.* 5. *in princ.* † Canossi nobiles fuerunt à Carolo IV. Imperatore inuestiti de 9 multis castris de anno 1368. videl. de castro de Canossa, Cauiano, Bibiano, Calenzano, Castellano, Sasforto, & Rungulo, ac Bianello cum castellis, & villis suis cum mero, & mixto imperio, vt per Alex *d. cons.* 16. *In causa, & lite, n.* 27. *in fin. vers. hoc idem ostenditur, lib.* 5. † Ciues Regienses dicuntur, & appellantur Canossii in 10 multis scripturis, & priuilegiis, de quibus Alexan. *d. cons.* 16. *n.* 8. *& seq. ver. nec ad hoc obstat, lib.* 5. vbi tuetur, quod licet eorum antenati fuerint ciues sine origine, sine incolatu, descendentes non remanent ex tali ciuilitate subditi in eorum præiudicium. † Scandiani 11 castrum cum aliis castris fuit subinfeudatum Boiardis per Ducem Mediolani, dum fuit dominus Regii, postea etiã Duces Ferrariæ, postquam ad eos peruenit ciuitas Regii ex concessione Imperatoris, subinfeudarunt eundem comitatum Scandiani Boiardis cum separatione à ciuitate Regii, ita Socin. Iun. *d. consil.* 126. *n.* 10. *& seq. per tot.* vbi, quod concessio facta ciuitati Regii de maiori magistratu non potest habere locum in locis primo concessis in feudum liberis, & *n.* 38. tollit, quod dicitur in concessione comitatus de reseruatione superioritatis, quod importat solum maiora quædã, vt sunt crimina læsæ maiestatis, hæresis, falsæ monetæ, & denegatæ iustitiæ, & ibi plenius *num.* 2. & super eodem casu etiam consulit Bero. *cons.* 74. *lib.* 1. † Bianelli castrum est Comi- 12 tum de Canossa, qui habẽt inuestituram ab Imperatore, & est de Episcopatu Regii, & Gabbi sunt de Bianello, qui venerũt ad habitandũ Regii; ideo nõ possunt collectari in Bianello. Ang. Aret. *d. cons.* 101. *per tot.* † Et Dux Mediolani Comes Virtutum emit roc- 13 cham Bianelli, dum esset dominus Regii. Alex. *d. cons.* 16. *n.* 23. *li.* 5. † Castrũ de Monteritho est Comitũ de Manfredis, qui possunt 14 imponere collectas vasallis p̃ nubendis filiab. & sororibus, & pro aduẽtu Illustriss. sui Principis, & Potestas dicti loci potest imponere mulctas modicas vsq; ad scuta 12. & põt ex officio inquirere

contra offendentes officium suum. Alex. plene *consil.* 35. *Viso the-*
15 *mate per tot. lib.* 2. † Castrum Albineæ cum mero, & mixto imperio erat Comitis Thadæi Manfredi, cui nobilis Pardus de Sacratis eius socer donauit omnia bona sua in dicto castro, super qua Alex. *cons.* 157. *Viso instrumento. lib.* 2. consuluit, quod valet, licet non sit insinuata, quia rogata per iudicē loci: item quia non est necessaria, quando sit per habentē merum, & mixtum imperium, vel habenti merum, & mixtum imperium: item dicit, quod comes Thadæus erat ciuis Ferrariæ: ideo statutum Ferrariæ non obstabat, & prima inuestitura fuit Ioanni de Manfredis pro se, & successoribus suis, & est comitatus, qui fuit diuisus, & diuisio valuit secundum consuetudinem Lombardiæ. Alex. *cons.* 30. *Visis dubitationib. lib.* 6. vbi apost. vide eundem Alex. *cons.* 13. *Consideratis iis. lib.* 6. vbi consuluit, quod isti homines de Montericho, & de Albinea vasalli Comitum de Manfredis cōmiserunt rebellionem in Comites, & quod propterea commiserunt crimen læsæ maiestatis secundum * communem, licet Comites recognoscant superiorem Principem Regii; sed tamen ista læsa maiestas licet habeat etiam confiscationem, nō tamen afficit filios ipsorum delinquentium.
16 † Mirandulæ terra est de Diœcesi Regii, & Archipresbyter S. Mariæ de Mirandula solet esse delegatus Episcopi Regii ad vniuersitatem causarum, & vocatur vicarius Episcopi, sed non est ordinarius, & ab eo appellatur ad Episcopum, quia nō facit idem tribunal, imo si ipse Archipresbyter assumitur in adiunctum à Prætore, appellatio debet interponi ad Episcopum, non ad dominos loci, & statutum Marandulæ, quod intra decem dies appellans teneatur prosequi appellationem coram dominis, vel delegatis ab eis, non habet locum isto casu, Alex. *cons.* 12. *Viso processu. per tot.*
17 *lib.* 6. quod est decisiuum. † Villam Bibiani possidebant hæredes Gabaroti de Canossa ex priuilegio Caroli IV. Imperatoris, & ciuitas Regii mouit litem in ciuitate Ferrariæ, super qua consuluit. Alexan. *cons.* 17. *In causa & lite, lib.* 6. quod mandatum nō erat sufficiens ab Antianis solis, quia debuit esse a consiliariis ciuitatis iterum super ista villa, quod iurisdictio sit Comitum de Canossa, nō
18 ciuitatis Regii. Alex. *consil.* 16. *lib.* 5. *per tot.* † Homines de Rosenna subditi dominis Corrigiensibus tenentur ad onera cauamenti, & conductus aquarum ad fauorem castri S. Poli in Ducatu Regii, Io. de Anan. *cons.* 18. *Visa scientia.* & ibi Bologn. qui restringunt duas sententias latas contra homines de Rosenna, vt solum ad o-
19 nera realia teneantur. † Regiensium laboratores respectu bonorum in territorio Bagnoli, quod est de districtu Regii, licet habeant iurisdictionem separatam, non tenentur facere guardias in castro Bagnoli, nisi domini castri habeant ex priuilegio, vel concessione superioris, aut ex consuetudine, vel nisi ob defectum hominum hoc facerent; quia tunc esset onus reale, quia bona non possent bene laborari, si castrum, in cuius territorio sunt, non custodiatur. Castr. *cons.* 317. *Super primo, in fi. ver. circa quartum,*
20 *lib.* 2. † Priuilegia multa habent ciues, & incolæ Regienses in territoriis Nuuolariæ, & Bagnoli, vt non teneantur ad aliqua onera, sint immunes ipsi, & coloni eorum possunt succedere, alienare, emere, & extrahere blada, & non potest contra eius statui etiam tempore necessitatis, plene Ceph. *cons.* 451. *per tot.* & Decian. *cons.*
21 44. *lib.* 4. vbi tollunt omnia contraria. † Contrariū consuluerunt Roland. à Vall. *consil.* 80. *lib.* 3. *per tot. num.* 37. *& seq. ver. venio ad capitulum.* vbi, quod ciues Regii tenentur ire ad molendum granum, & ad furnos dominorum; quia acquisiuerunt possessionem, & quasi, & plene ponit conuentiones, & plenius *consil.* 79. *per totum.* quod est principale consilium, sequens vero est responsiuum. & Surd. *cons.* 313. *lib.* 3. an autem Rol. & Surd. seu Cephal. & Decian.
22 rectius consuluerint, lis est sub iudice adhuc. † Ecclesia Regina habet statutū, quod antiquior Canonicus possit optare præbendam vacantem, super quo statuto consuluit Bal. *cons.* 177. *In Eccle-*
23 *sia Regina. lib.* 1. † Antianos habet, qui sunt regentes ciuitatis, videlicet communitatis, & Florentiæ appellantur priores, & isti non possunt dare mandatum pro communitate, sed spectat ad consiliarios, qui sunt loco decurionum. Alex. *cons.* 17. *In causa & lite in*
24 *princ. lib.* 6. † Zoboli nobiles Regii habent priuilegium exemptionis ab oneribus concessum à Carolo IV. Imperatore, & Duce
25 Hercule Primo. Alexan. *cons.* 33. *lib.* 6. † Statutum, quod omnia instrumenta archiuientur, & pro eis soluatur gabella intra annum sub pœna nullitatis; & ideo licet sic soluta gabella post annum, instrumentum nullum remanet, & non probat. Ang. Aret. *consil.*
26 89. *Pro decisione per tot.* maxime *nu.* 9. *& seq. ver. secundo hoc ex alio.* † Item, quod credatur scripturis in archiuio publico Regii, quod statutum intelligitur quoad subditos, secus quoad non subditos, & extra territorium, quia non habet locum. Alex. *cons.* 16. *In causa & lite, n.* 4. *& seq. ver. secundo principaliter lib.* 5. vbi idem dicit, quando agitur cum eo, qui prætendit se non subditum, vel super iis, quæ controuertitur, an sit de territorio. † Statutum Regii, quod inter agnatos, siue cognatos vsq; ad quartum gradum debeat fieri compromissum, non habet locum, si non probatur, quod agnati sint intra quartum gradum, nec sufficit probatio, quod sint cognati: item non habet locum, quando est lata prima sententia, quia debet peti, ante quam fiat liquidatio: item non habet locum si non petatur compromissum; item non habet locum in executione instrumenti: item non habet locum in causa mixta ciuili & criminali. Alexan. *cons.* 82. *In causa inter Petrum per tot. lib.* 1. † Quod ab habens descendentes non possit legare vxori vltra decem florenos, habet locum, etiam si descendentes non succedant secundū * communem; quia sufficit, quod conditio de facto verificetur. Ang. Aret. *cons.* 90. *In prima consultatione in pr.* vide inf. *n.* 34. † Huiusmodi statutum habet locum etiam in vsufructu, vt nihil possit consequi, nisi alimenta, & pœna imposita hæredi, si molestiam inferat, quod sit priuatus hæreditate, nō valet, quin ad statutum redigat. Ang. Aret. *d. cons.* 90. *n.* 12. *ver. capio secundum. cum seq. n.* 4. *& seq. ver. venio nūc ad tertiū.* † Declara, quia statutum Regii, quod maritus nō possit legare vxori, &c. restringitur, quādo mulier vellet cōmunicare dotem suam: quia tunc statutum nō obstat. Ang. Aret. *cons.* 121. *in pr. & per tot.* maxime *nu.* 19. *& seq. ver. vnde cum dicta domus.* videas statutum, quia obiter ibi de eo loquitur. † Statutum admittit agnatos ad successionē exclusis sorore, matre, & descendentibus ex ea, quod clarum, & præcium statutū dicit Rom. Iur. *cons.* 269. *n.* 48. *lib.* 3. † Et statutum, quod stābus masculis filiæ fœminæ dotatæ non succedant, non habet locū in successione materna, sed solum in paterna, & non extenditur ex identitate; quia est correctorium iuris. Ang. Aret. *cons.* 80. *Quantum ad primum. n.* 6. *& seq. ver. quoad tertium.* & iterum *cons.* 141. *Quoniam. n.* 2. *& seq. ver. ergo.* vbi, quod est accusatorium naturæ. † Et si masculis istorum hereditatem possidet, tenetur restituere suam ratam filiab' sororibus vna cum fructibus. Ang. Aret. *d. cons.* 80. *n.* 15. *& seq. ver. venio ad sextum.* † Statutum Regii, quod maritus non possit legare vxori, valet, & est fauorabile, etiam si ciuis extra territorium Regii testaretur. Roman. *consil.* 39. *In proposita quæstione. in prin.* vbi ponit multa similia de lege imperiali, de excommunicatione, de sententia, de prodigo interdicto, & aliis similibus, quæ extra territorium extenduntur, *supr. num.* 30. *& seq.* † Statutum prædictum extenditur etiam ad bona sita extra territorium Regium, ex quo principaliter prohibet personam subditam, plura ad hoc idem Rom. *cons.* 39. † Statutum, quod possessio defuncti continuetur in hæredem, operatur, quod hæres potest intentare remedium *can. restitegranda. 3. q.* 1. & quod possessio, quæ erat penes defunctum, dicatur in hæredem continuata. Ang. Aret. *cons.* 93. *n.* 12. incipit, *Nec dubium, & nu.* 30. *ver. tertia surgit.* vbi, quod hæres dicitur succedere, & in si alius occupauit bona. † Et iterum super eodem statuto, & in eadem causa Ang. Aret. *cons.* 121. *In casu predicto supr.* vbi, quod huiusmodi statutum fingit possessionem defuncti continuatam in hæredem, ac si apprehendisset: ideo operatur talem continuationem, vt non sit vnquam vacans, prout in possessione Ecclesiæ, quæ erat penes primum rectorem, vt eo mortuo continuetur in secundum, vbi, quod habet locum etiam in bonis dotalibus. † Statutum criminale, quod contumax habeatur pro confesso, non habet locum, quando frater absentis comparuit accusatorio nomine, & etiam fuit admissus ad probandum innocentiam: quia ex quo absens potest condemnari, admitti debet procurator. Ang. Aret. *cons.* 85. *Quoniam, col.* 1. *ver. nec etiam obstat. nu.* 159. *& seq.* † Statutum, quod petens reduci laudum non incidat in pœnam, si obtineat reduci laudum in aliqua parte, Alexan. *cons.* 32. *Opportune. n.* 7. *in fin. ver. ad hoc accedat. lib.* 2. vbi etiam sine statuto, Alex. ibi *n.* 7. *&* 8. dicit, quod quælibet causa iusta excusat à pœna promissa etiam cum iuramento: quia habet tacitam conditionem, si iuste laudatum fuerit. † Statutum Regii, quod nullus possit acquirere castrum in territorio Regii sine licentia communitatis, non legat Imperatorem, neque superiorem. Alex. *consil.* 16. *In causa & lite lib.* 5. *n.* 32. *col. fin.* Statutum † Regii, quod nullus possit obtinere immunitatem habere officia Communis Regii, & obtinens officium censeatur renunciasse omni priuilegio immunitatis. Alexander *consil.* 33. *Pouderatis. nu.* 12. *& seq. ver. non obstat id, quod secundo. lib.* 5. vbi, quod statutum non operatur contra eum, qui accepauit officium, nisi constet, quod sciret tenorem priuilegii: secundo priuilegium superioris derogans statuto non perditur: tertio non potest habere locum statutum contra priuilegium Imperatoris, quia statuentes non possunt tangere, vel statuere contra legem, & priuilegium Imperatoris, & sui Principis superioris, & qua in dubio non censentur comprehendere factum superioris, &loqui-

& loquitur in priuilegio Caroli IV. concesso Nobilibus de Zobolis, contra quos consuluit Anch. Iun. *q. 49 lib. 3.* † Statutum, quod
42 banniti possint impune offendi, est Regium & validum est, & excusat eum, qui interfecit bannitum, qui erat gratiatus, sed nō erat cancellatus de libro Communis, dummodo interficiens ignoraret gratiam, & non sit in dolo. Alex. plene *cons. 65. Attenta. lib. 3.*
43 *per tot.* vbi multa ad hoc. † Statutum Regii, quod nullus possit capere possessionem sine mandato iudicis, & aliud, quod iudex non possit dare possessionem alicui, nisi citato possessore, non habet locum in eo, qui habet pactum ingrediendi propria auctoritate bona debitoris cum constituto: quia poterit ingredi possessionem, etiam penes tertium, possessorem bonorum debitoris, quia statutum recipit interpretationem passiuam à iure communi, & de iure communi hoc est permissum. Angel. Aretin. *consil. 106. In casu sup. dicto, per totum.* vbi pro vtraque hanc tuetur, tollit contraria, & extendit, etiam si debitor, qui fecit pactum ingrediendi, sit mortuus: imo extendit, etiam si possessor fecisset resistentiam, quod non credo verum, sed loquitur *numer. 9.* in eo
44 possessore, qui non habuit à defuncto debitore, vide eum. † Item, quocis, qui confinat à tribus lateribus, possit compellere dominum rei confinatæ ad vendendum, quod statutum non habet locum, quando dominus rei confinatæ illam emit ab eo, qui confinabat à tribus lateribus; quia cum renunciauerit omni legum, & statutorum auxilio, non potest vigore statuti, cui renunciauit, agere; & quia etiam si non renunciasset, cum teneatur de euictione, si contrarium faciat, repellitur, & tenetur ad pœnam dupli. Angel. Aretin. *consil. 127. In casu prædicto. per tot.* vbi pro vtra-
45 que, & tollit contraria. † Item, quod citatio ad domum si fiat, sit domus habitationis: ideo non sufficit, quod nuncius referat citasse ad domum, nisi addat habitationis; quia omnes qualitates
46 statuti sunt seruandæ. Alex. *consil. 2. Consideratis, n. 8 lib. 3.* † Decreta plura extant, & bannimenta, quod quicunque habitauerit cum sua familia in ciuitate Regii per decem annos, habeat exemptionem à quibuscunque muneribus: item statutum Regii, quod nullus cuiuscunque dignitatis Episcopatus Regii possit imponere alicui ciui, vel districtuali Regii aliqua onera sub pœna dupli, & quod de anno 1423. per Marchionem Nicolaum Estensem fuit confirmatum capitulum ciuitatis, quod iubet omnibus castellanis Episcopatus Regii, quod habitantes Regii, vel venientes ad habitandum permittant vti eorum bonis sine vllo gratiamine reali, vel personali, ita Angel. Aretin. in casu *consil. 101.*
47 † Statutum Regii, qualiter procedatur ad fauorem creditorum habentium instrumenta contra debitores suos, concedit exequutionem paratam instrumento, sed non habet locum in instrumento tutelæ, in quo promisit defendere, inuentarium bonorum facere, rationem administrationis reddere cum reliquorum restitutione; quia nisi reddatur ratio prius, via ordinaria non potest certa summa peti; quia redditio administrationis continet compensationem debiti, & crediti; ideo ante petitam, & redditam redditionem non datur via exequutiua. Alex. plene *consil.*
48 *192. Visis narratis. per tot. lib. 7.* † Statutum Regii, quod venditio rei immobilis non possit fieri non requisito consorte, & præferti debeat consors, dicitur fauorabile, & habet locum etiam in permutatione, maxime, quando est facta permutatio in fraudem
49 venditionis Alexand. *cons. 197. Visis dubitationibus. lib. 7. per totum,* † Statutum, quod pœna stupri per violentiam sit mortis, sine vio
50 lentia sit centum librarum. Alex. *cons. 165. Visis, & ponderatis. libr. 7.* † Statutum, quod procedatur de similibus ad similia secundum statuta, si non extat statutum imponens pœnam pro delicto præcise, vel simili, pœna sit arbitraria, sed non possit esse capitalis, nisi statutum hoc disponat, Alexand. *d cons. 165. per tot. lib. 7.* vbi, quod ducens duas vxores non potest puniri pœna mortis, sed stupri voluntarii; sed contrarium apostil. fin. ibi, vbi, quod nimis mollis est Alexand.

Regressus ad beneficia dimissa quando à iure cōcedatur, vel non. Concl. 90.

1 EXPECTANS, † qui dimisit primum beneficium per eum obtentum, vt assequeretur secundum vigore expectatiuæ, recuperat primum dimissum, si secundum ex aliqua causa non potest consequi, ex æquitate, *c. si beneficia, de præbend. in 6.* Lap. *alleg.*
2 *121. Fulcinius. columna 3. ver. item posita parte.* † Amplia, vt procedat in omni renunciatione facta ex falsa causa, quam resignans putabat veram; quia semper potest resignans redire ad suum beneficium resignatum libere & sine vlla controuersia. Franch. *in d c. si beneficia, num. 3. in 4. not. de præb. in 6.* vbi apostill. reddit rationem; quia qui errat, non consentit; & quia pœna non imponitur, nisi pro culpa. † Amplia, vt nedum detur regressus in primo capite, 3
sed successiuus regressus in mille: nam si ego dimisi Ecclesiam, vt aliam consequar, & Titius habuit meam dimissam, & ipse aliam dimiserit, & sic in infinitum: quia dato errore in primo gradu, omnes regressum habent ad beneficia dimissa. Franch. *d. cap. si beneficia, numer. 4. versicul. vltimo nota, de præbend. in 6.* † Amplia in 4
permutantibus beneficia: quia si beneficia permutata euincantur, is, à quo euincitur redibit ad sua beneficia etiam propria auctoritate. Federic. de Senis *consil. 112. Amice Charissime, circa fin. ver. quidam dicunt.* † Declara ampliationem procedere, quando sola 5
auctoritas superioris interuenit in permutatione, sed si interuenit collatio, secus; quia non possunt redire propria auctoritate sine superiore, & idem in beneficio reseruato resignato in manibus inferioris; quia debet auctoritate Papæ redire. Federic. de Sen. *dict. consil. 112. circa fin. ver aliy dicunt.* † Amplia, vt procedat, et- 6
iam si acceptans secundum beneficium tanquam vacans ex dispositione *cap statutum, de præbend.* dimisit ius ad rem ex gratia, puta ex electione, quia si beneficium collatum apparebit reseruatum, reuertitur ad ius suum ad rem in primo beneficio; quia habuit probabilem causam acceptandi, & ignorandi reseruationem. Gemin. late *consil. 78. His præmissis quasi per totum.* vbi est casus. † Extende præcedentem ampliationem, vt procedat, etiam si 7
dispositio *dict. cap statutum, de præbend.* cuius vigore secundam acceptauit prouisionem, sit per extrauag. reuocata; quia adhuc probabilis est ignorantia extrauagantis, licet Ioann. Andr. de ea attestetur. Gemin. *dict. consil. 78. colum. 1. in fin. ver. nec obstat, si dicatur, cum sequent.* † Limita; quia non datur regressus resignanti, vel 8
cedenti ius ad beneficium, & sic in spe, sed solum quando est in re, & in effectu. Lap. *dict. allegat. 121. Fulcinius. numer. 2. ver. nec obstat.* quam sequitur Franch. *in d. cap si beneficia in fin. de præbend. in 6.* & latius Lap. *in fin. d allegat. ver. nec obstat huic conclusioni.* † Contra- 9
rium tenet Gemin. *consil. 78. in princip. ver. nec obstat. si dicatur.* vbi allegat Ioann. Andr. post Archid. *in cap. 2. de rescript. in 6.* super gloss. fin. vbi tenet hoc procedere, etiam si acceptans secundum ius non est protestatus. † Limita in monacho facto Episcopo, vel 10
rectore alicuius parochiæ; quia licet desinat esse Episcopus, vel rector, non redibit ad monachatum, sed erit subiectus ordinario, qui ordinabit vitam illius. Federic. de Senis *consil. 5 numer. 2. ver. in contrarium.* quod intelligas, quando renunciat obrento beneficio; secus si ex falsa causa esset prouisus: quia recuperat vt supra, & hæc limitatio est generalis de omni alio, qui perdit beneficium secundum; quia vult, quia non habet regressum ad primum, & latius *consil. 19. circa fin. ver. ad tertiam quæstionem.* † Limita 11
in resignante, vel cedente beneficio, vt aliud consequatur, quia si secundum pariter resignat, vel cedit, aut eo priuetur, non redit ad primum. Federic. de Sen. *consil. 19. nu. 4. ver. in contrarium videtur, quod non remaneat.* † Limita in duobus religiosis Prioribus non li- 12
beratis à claustro; quia si permutant eorum Prioratus sine licentia Abbatis, non valet permutatio, & priuantur omni iure eorum, nec datur illis regressus, quia ignorantia iuris non dat regressum ad beneficium dimissum, sed ignorantia ex falsa causa facti. Federic. de Sen. *consil. 200. in princ.* † Limita in eo, qui sciens 13
secundum beneficium sibi nō deberi, sed tamen illius possessionem occupauit, quia si est incompatibile cum primo, vacat primum, nec datur regressus, licet etiam secundum non obtineat. *c. eum qui, de præbend. in 6.* Gemin. *consil. 78. col. 1. circa fin. ver. non obstat si dicatur.*

Regulares Ecclesiæ Cathedrales quæ sint. Concl. 91.

1 ROMANA † Ecclesia Lateranensis olim erat regularis, & Fratres S. Augustini, qui appellantur Canonici Regulares, inseruiebant Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensi, hodie sunt Canonici seculares. Perusina † Ecclesia Cathedralis est regularis, & Ca- 2
nonicos habebat Regulares, vt per Fed. de Sen. *cons. 19. n. 4. ver. pone exemplum magis sensibile.*

Regularis Ecclesia potest habere beneficia, & altaria secularia de licentia Episcopi, & quomodo Concl. 92.

1 ECCLESIA † Regularis potest habere altaria secularium beneficiatorum, & possunt in ea beneficia secularia erigi, & fundari de licentia Episcopi, & Prælati Regularis, dummodo seculares beneficiati nihil habeant agere cum regularibus circa vocem in Capitulo, & similes actus, qui solis regularibus conueniunt. Cald. *cons. 413. alias 28. de regular.* Vide, *Religiosus beneficia secularia obtinere non potest, & quando secus. Concl. 148.*

Regula, quid sit, & qualiter cognoscatur. Concluſ. 93.

1 REGVLA † est, quæ rem, quæ est, breuiter enarrat. *l. 1. ff. de reg.*
2 *iur.* & ibi Doct. † Cognoscitur regula à fallentia, quando dispositio est generalis, vel specialis, quæ si est generalis, potest dici, hanc esse regulam; si vero est specialis, vt quia lex loquitur per verbum, *quadã*, vel *quandoq;*, vel in speciali casu; & tunc non est regula. Sign. Homod. *conſ.* 12. *In casu per vos in pr.* & idem, quando lex loquitur interdum, quia non facit regulam, sed fallentiam, vt declarat Bart. *in l. interdum. ff. qui potio. in pigno. in princ.* † Dictio, *plerunque*, in lege constituit regulam; ideo text. *l. 3. §. cognoscit. ff. de off. Præfect. vigil.* qui dicit, quod incendium plerunq; culpa habitantium causatur, operatur, vt regula sit, quod præsumitur incendium causatum ab habitatoribus. Alex. *conſ.* 50. *Visis & opportune, in princip. lib.* 1.

Regulam habens pro se habet intentionem fundatam. Concl. 94.

1 HABENS † regulam pro se dicitur habere intentionem fundatam; & ideo qui dicit casum exceptum à regula, debet hoc probare. Gemi. *conſ.* 103. *Pro resſponſione, n.* 4. & 3. *ver. nam quando actor.* Fulg *conſ.* 182. *Titius fecit testamentum n.* 2. *in fi.* plene Dec. *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de regul. iur.* plenius Ial. *in l. cætera, nu.* 3. & 4. *ff. de leg.* 1. Anchar. *conſil.* 223. *Ad euidentiam, in fin.* Crauett. *conſil.* 25. *num.* 8. & *conſil.* 77. *nu.* 4. & *conſil.* 168. *num.* 8. Ial. *in Lex quacunque, num.* 33. *ver. nota istam doctrinam. ff. si quis in ius vocat. non ierit.* Parti. *conſil.* 11. *num.* 17. *lib.* 2. & *conſil.* 41. *num.* 16. *lib.* 1. Crauet. *conſ.* 129. *in fi.* Roland. à Valle *conſ.* 81. *num.* 4. *lib.* 1. Ægid. Bellam. *conſil.* 33. *n.* 24. *cum seq.* Alexand. *conſ.* 59. *Viso titulo, num.* 4. & *seq. ver.* & *etiam non obstat, lib.* 4. vbi apoſt. *in ver. regulam*, allegat concord. maxime Tiraquel. *de retract. §.* 1. *gloſſ.* 9. *n.*
2 209. † Regulam habens pro se habet intentionem fundatam. Ægid. *conſ.* 2. *num.* 30. *ver.* & *est ratio.* Alexand. *conſil.* 89. *Omissis non negessariis, in princip. lib.* 7. & *conſil.* 186. *Viso processu, num.* 6. *lib.* 7. † Et à
3 regula non est recedendum, nisi in casibus exceptuatis. Cald. *conſil.* 376. alias 47. *de testam.* quod duplicatur *conſil.* 465. alias 1. *qui filii*
4 *sint legit. ver. item à regula.* † Et allegans casus exceptuatos debet illos probare: quia non præsumuntur, sed statur regulæ, ita Alexan.
5 d. *conſil.* 59. *Viso titulo, num.* 5. & 6. *lib.* 4. vbi late. † Et ideo cum regula sit, quod contrahens in loco potest ibi conueniri, si ibi repellatur, & fallentia sit, nisi contraxisset statim recessurus, ideo onus probandi, quod esset statim recessurus, incumbit asserenti; quia
6 ista est fallentia contra regulam. Alex. *d. conſ.* 89. *in princ. lib.* 7. † Sic statutum, quod testamentum valeat sine testibus, quando est subscriptum, & sigillatum, qui dicit fuisse sigillatum, sed deus statum sigillatũ, debet probare, quia est contra regulam. Alex. *conſil.*
7 87. *Nos Doctores, num.* 9. *ver. tertio quia lib.* 7. † Et qui habet semiplenam probationem, habet regulam pro se, quod sibi debet deferri iuramentum in supplementum, & qui dicit causam magnam, in qua non defertur ex semiplena, allegat limitationem: ideo probari debet esse causam magnam, alias statur regulæ. Alexan. *conſ.*
8 186. *Viso processu, num.* 6. *ver.* & *licet tale iuramentum, lib.* 7. † Amplia, quia regulæ inhærendum est, sicut Carocio, & exceptiones in casibus specialibus confirmant regulam in non exceptuatis: ideo allegans exceptionem in vno casu, non debet facere extensionem ad alium casum, nisi reperiatur concessum. Cuman. *conſ.* 130.
9 *Nobilis domina, n.* 2. *ver. cæterum non obstantibus iis.* † Extende; quia inspicitur probatio regularis ex communi curlu, & qui allegat casum specialem, vel limitationem ad illum casum regularem, debet probare, etiam si habeat præsumptionem pro se. Alex. *conſ.* 82. *Viso processu, num.* 7. & *sequ. ver. aliter etiam potest responderi, lib.* 3. vbi, quod is qui probauit lapsum instantiæ per communem, & regularem probationem, licet in dubio pro non desertione præmendum, etiam quod habeat decretum iudicis, quod suberat de instantia, non releuatur ex eo, quod potuit esse suspensio vel prorogatio, quæ non apparet; quia standum est probationi regulari.
10 Et † comprobatur extensio ex multis similibus, testis deponens a-liquid interrogatus in causa scientiæ dicit, quia vicinus, & consanguineus: quæ ratio sufficit in iis, quæ sunt communiter nota vicinis, & consanguineis secundum regulam communem: ista regula patitur exceptionem, dummodo vicinus, vel consanguineus non fuerit absens, qui vult dicere eum fuisse absentem, debet probare, quia est fundamentum suæ intentionis, & hæc ratio
11 concludit. † Præsumptiue licet potuerit fuisse absens; tamen qui dicit, debet probare hanc absentiam. Alex. *d. conſil.* 82. *nu.* 8. *ver. hoc*
12 *confirmo. tum seq. lib* 3. maxime *n.* 10. † Sic dicimus, regula est, quod omnes dies præsumantur iuridici, *l. omnes dies. C. de feriis.* vnde si quis fuit citatus ad sententiam de mane, & sententia fuit lata de sero, talis sententia est nulla, & qui dicit de mane fuisse diem feriatam, etiam vt subsistat sententiam, debet probare, quia qui habet regulam pro se, habet intentionem fundatam. Alex. *conſil.*
13 147. *Visis, n.* 11. *ver. non obstat. dum dicitur. lib.* 6. † Amplia, quia qualegat aliquid speciale contra regulas iuris debet hoc probare, a-
14 lias statur regulæ. Fulg. *d. conſ.* 182. *n.* 3. Rom. *conſ.* 123. *Circa primum.*
15 *n.* 4. *ver. tertio idem.* vbi apoſt. *in ver. exceptio.* † Extende, quia si regula est de genere permissorum, qui dicit casum prohibitum, debet
16 docere, alias statur regulæ. Fulg. *d. conſ.* 182. *n* 3. † Amplia, quia qui habet regulam pro se, potest dicere allegantiilimitationem, des
17 mihi textum hoc dicentem. Anch. *conſil.* 223. *in fin.* † Extende, quia
18 nunquam recedimus à regula, nisi de contrario doceatur. Solve. *in l. si fundum, in fin. C. qui potio. in pign.* † Amplia; quia pronunciandum est pro regula, quando casus excepruatus à regula non probatur. Ial. *in l. cætera. num.* 4. *ff. de legat.* 1. † Extende, quia capimla pa-
19 cis, quod inimici teneantur pro inimicis exceptis iis, qui declarabuntur per arbitrum electum, debent generaliter intelligi secundum regulam, donec exceptio declaretur, & dispositio pro regula interim est pura. Castr. *conſ.* 299. *Viso supradicto, col.* 2. *in fin. ver. nec*
20 *obstare videtur, lib.* 1. † Amplia: quia is, qui habet regulam pro se, dicitur habere intentionem fundatam de iure communi, etiam si regula patiatur multas exceptiones, quia donec exceptio sit plene probata, inhærendum est regulæ tanquam certæ. Ial. *in d. Cætera. n.* 3. & 4. *ff. de leg.* 1. plene apoſt. 2. *in not. ab. Matthæſil.* 19. *Nota quod*
21 *sententia.* vbi multa congerit. † Amplia, quia habens regulam pro se transfert onus probandi contrarium in aduersarium, apoſt. 1.
22 *ad d. singul. Matthæſil.* 19. *in prin.* Gozad. *conſ.* 50. *nu.* 9. *in fin.* & *num.* 10. Alex. plene *conſil.* 79. *In causa & lite, nu.* 5. *ver.* & *sufficit. quod qui habeat regulam pro se, lib.* 7. vbi apoſt. *in ver. regulam.* dat concor. † Am-
23 plia; quia habens ius commune pro se habet intentionem fundatam pro se, sinor probetur ius speciale in illo casu; quia ius cõmune est extensiuum, ius speciale non. Ægid. *conſ.* 2. *n.* 51. *ver.* & *per*
24 *consequens.* † Amplia, quia procedit etiam si regula sit negatiua, vel prohibitiua, prout quod quis non teneatur, vel compellatur donare, vel dotare; quia erit vera in quolibet casu, qui nõ reperitur
25 exceptus, etiam si agatur contra Ecclesiam, vel piam causam. Ioa. de Anan. *conſ.* 24. *Primo videtur. n.* 2. *ver. iis non obstantibus.* † Extende multo magis, quando regula est affirmatiua, & permissiua, quia debet intelligi permissa in omni specie, & membro regulæ. Ioa. de
26 Anan. *conſ.* 8. *Viso puncto. n.* 3. *ver. sed iis non obstantibus* vbi loquitur in transmissione legati ad hæredes, vt habeat locum in omni legato, si non reperitur prohibitum. † Extende idem in testibus, quia
27 edictum, & regula est permissiua, valet argumentum, quod fœmina est permissa, & admissa in causa criminali in testem; quianõ reperitur prohibita, nisi in testamento, ergo de iure ciuili est permissa, etiam si ius Canonicum contrarium disponat, & sic operatur regula, etiam si contrarietas oriatur inter ius ciuile, & Canonicum, ita arguit Bolog. *in addit. ad conſ.* 10. *de Ana.* 17 *n* 16. *ver. facit*
28 *etiam.* † Amplia, quia præsumptio refutans ex regula est tanta potentiæ, vt procedat contra Ecclesiam, piam causam, & causam religiosam, nisi reperiatur exceptio; quia Ecclesia est cultrix iustitiæ. 10. de Anan. *conſ.* 24 *num.* 2. *ver. iis non obstantibus.* iuncta addit.
29 Ludouici Bologn. ibi *in fi. num.* 7. † Amplia, quia habens vniuersitatem agrorum, & sic vniuersalem concessionem dicitur habere
30 intentionem fundatam, & qui excipit, debet probare. Soci mai. *num.* 27. *ff. de acquir. poſſ* † Amplia, quia actor habens intentionem
31 suam plene probatam, obtinere debet, quia habet regulam pro se, nisi reus probet exceptionem. Æg. Bell. *conſ.* 33. *n.* 26. *ver. ſcunda*
32 *pars.* † Amplia, vt procedat etiam in statuto disponente, quod iudex debeat pronunciare cum consilio sapientis petito, alias sententia sit nulla; quia licet statutum excipiat certos casus; tamen qui nititur ex regula statuti, habet intentionem fundatam, & qui
33 dicit esse in casu excepto, debet probare. Alex. plene *conſ* 59. *Viso titulo. nu.* 4. & *seq. ver.* & *etiam non habet obstare, lib.* 4. vbi apoſt. *in ver. regulam.* dat concord.

Regula generalis, & naturalis quæ dicatur. Concluſ. 95.

1 REGVLA † generalis est, quod is, qui potest soluere, potest & ligare, *l. eius est velle. ff. de reg. iur.* † Et nihil tam naturale, quam
2 eodem vinculo, quo ligatum est, solui posſit. *l. nihil. ff. de reg. iur.*

Regulæ Cancellariæ quando incipiant ligare, & quid operentur. Concl. 96.

1 REGVLÆ † Cancellariæ incipiunt ligare à die earum publi-
cationis, & non ante, secũdum verorem opinionem. Gem. *conſil.*

2 *consil.92.in pr.ver.nam vt voluerus.* † Contrarium, quod imo incipiant ligare quoad imprimendam reseruationem in eis contentam à die editionis earum, videl. in crastinum assumptionis Papæ eas facientis, dicit Gemi. aliquos tenere *d consil 92.n.1. ver aut volumus.*

3 † Generales constitutiones dici non possunt regulæ Cancellariæ, quia per eas Papa sibi in suis agendis legem imponit. Ancha. *cons.* 4 297. *Efficacib. & quasi in pr.* Zab. *cons.99 in fi.* † Extende; quia regulæ Cancellariæ non arctant successores, neq; eorũ gratias, nisi confirmentur. Anchar. *cons 297.n.2.* † Compilantur cum interuentu abbreuiatorum de maiori duorum Auditorum Rotæ, duorum Aduocatorum, & duorum Procuratorum ex famosis Cassad. *de* 6 *cis.3.n.2.& reseruat.* † Regulæ Cancellariæ an sint extrauagantes leges, an potius differant ab extrauaganti, quod sic, tenet Rom. *cons.260.In proposito, nu.4. ver.nec præmissa refragatur.* vbi, quod licet pars producens extrauagantem confessa sit esse regulam Cancellariæ, quod attenditur veritas probata non confessio erronea. Et 7 ideo † debent allegari, & produci, alias non ligant, sicut extrauagantes. Vide, *Extrauagans debet allegari. & produci, vt releuet. Conclus.* 8 678. † Extende, quia regulæ Cancellariæ dicuntur ius speciale, & non ligant extra curiam, extrauagans vero secus, quia dicitur lex vniuersalis. Ancha. *cons.298. Efficacib. post pr.* Card. *cons 99. Dico,* 9 *quod acceptatio, in fin.* † Contrarium, quod non sit differentia inter regulas Cancellariæ, & extrauagantes, quia vbique ligant, excepuis quibusdam casibus, communem dicit apost. ad Rom. *d. cons.* 260. *in ver. refragatur*, quæ citat plures. Vide Mascard. *Conclus.* 258. *Cancellariæ regulæ quomodo probent.*

Regulæ Cancellariæ sunt temporales, & qualiter, & quando secus. Concl. 97.

1 Regvlæ † Cancellariæ sunt temporales ad vitam Papæ, qui eas facit; ideo reseruatio, q̃ in eis continetur, non durat post mortem conditoris regularum. Gem. *cons.93 per tot.* Caputaq. *dec.*
2 *58. Gratiæ creationis, n.2. lib.2.* † Contrarium, q̃ licet regulæ expirent per mortem conditoris; tamen reseruatio nõ expirat; quia beneficium semel reseruatum semper durat reseruatum, donec Papa de eo quideat, tenet apost. ad Gem. *d. cons.93. in ver. reseruatio*, vbi,
3 quod ita seruatur de stylo curiæ. † Declara; quia sunt temporales ad vitam Papæ; si tamen viuente Papa vacauit beneficium, reseruatio durat etiam mortuo Papa, sed non inducunt effectum nouæ reseruationis, neq; aliquid operantur mortuo Papa, ita Gemi. *d. cons.93. in ver. reseruatio.* Paris. *cons.19. lib.4. in pr.* vbi, quod tam regulæ, quam extrauagantes ad regimen sunt tẽporales. † Amplia; quia in tantum regulæ sunt temporales, vt si Papa sit mortuus ciuiliter, cessent. Paris. *d. cons.19.* vbi loquitur in Pontifice captiuo,
5 quod non audeat aliquid firmare, *lib.4.* vbi pro vtraq; parte. † Limita; quia licet mortuo Papa cessent regulæ, & reseruationes ex eis; tamen si Papa concessit expectatiuam ad præbẽdam in mensibus Ordinariis, intelligitur de mensibus tempore concessionis; ideo mortuo Papa, licet omnes mẽses sint Ordinarii, sede vacante, non tamen capiet in mensibus Apostolicis tempore datæ. Ca-
6 putaq. *d. dec.58.n.2. lib.2.* † Limita; quia licet regula, vel extrauagãs temporalis sit ad vitam conditoris; si tamen declaretur per eundem conditorem, vel successorem simpliciter, efficitur lex perpetua quoad omnes, etiam si declaratio fiat ad instantiam particularis personæ. Rom. *cons.260. In proposito casu, in fi. vers. nunc igitur ad propositum*, vbi apost. fin. *in ver. obtinuerit*, dat concord. pro vtraque parte. Vide Mascard. *Cancellariæ regulæ quando probent. Concl.258.*

Regula de iure quæsito non tollendo in quibus habeat locum. Concl. 98.

1 Istam † regulam solent publicare omnes summi Pontifices, vt ostendant non esse animum suum; prout decet tollere vn-
2 quam ius tertio quæsitum. † Amplia; quia simile decretum est apud Principes seculares aliquos, vt per Alex *cons.37. In causa mota, num.2. ver. & ita etiam in alio decreto, lib.1.* vbi, quod confirmatio legitimationis facta per Principem etiam cum derogatione generali, & clausula, *non obstante*, non tollit ob hoc decretum in præiu-
3 dicium iuris tertio quæsiti. † Regula ista habet locum etiam in materia beneficiali; quia semper Papa in collationibus apponit clausulam, *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsi-*
4 *tum.* † Extende; quia procedit etiam, quando Papa dat facultatem alteri, vt auctoritate Papæ conferat; quia semper censetur concedere eum clausula, *sine præiuditio iuris quæsiti in re, vel ad rem alteri.* Ægid. Bellam. *consil 33 num.9. ver. quinta conclusio.* Vide, *Collatio facta in vim facultatis datæ à Papa qualiter reguletur. Conclus.* 444. Vide, Clausula, *dummodo tempore datæ præsentium non sit alteri ius quæsitum. Conclus.329.*

Regula de valore exprimendo non habet locum multis casibus, & quibus. Concl. 99.

Regvla † de valore Vibani V I. non habet locum in gratia 1
facta motu proprio. Anch. *cons.138. De natura per tot. & consil.*
295. per tot. † Extende; quia non habet locum in gratia facta Car- 2
dinali. Anch. *d. cons.295.n.5 & seq. & n.13.* † Amplia; quia non ha- 3
ber locum in prouisionibus ordinariorum collatorum. Ancha. *d.*
cons.295.n.11. † Extende; quia neque habet locum, quando Papa 4
confert, vt ordinarius immediatus, prout quando confert Cardinali; secus, quando de plenitudine. Anchar. *d consil.395. num.11.*
† Amplia; quia non habet locum in gratia facta pro remunera- 5
tione. Anchar. *consil.297. Efficacibus, in princip. & consil.295. num.11.*
† Amplia; quia non habet locum in dignitatibus, vel personatibus, sed solum in beneficiis simplicibus. Anchar. *d. cons.297. in pr.*
& cons.295. num.3.

Regula de infirmis resignantibus qualiter disponat, & procedat. Concl. 100.

Regvla † de infirmis resignantib. disponit, q̃ si resignans in- 1
tra 20. dies moriatur, collatio facta resignatario nõ valet; & an tunc beneficiũ dicatur vacare per obitum, vel per resignationem. Rom. *cons 342. Quoad primum*, dicit, quod vacat per resignationem factam in manibus Papæ; quia licet collatio non valeat, bene valet resignatio, & ideo tanquã vacans in curia per resignationem in manibus Papæ erit reseruatum, & nullus præter Papam potest illud conferre, & nõ cadit sub expectatiua, & ita dicit Roman. ibi *col.1. ver caterum fuisse declaratum per Papam*, quæ declara- 2
tio facit ius quoad omnes. † Contrarium dicit apost. 1. *ad d. consil.*
Rom 342. in ver. Cancellariæ, quia dicit, quod regulæ antiquæ non concordant cum modernis: ideo cum de præsenti in regula prædicta expressum sit, quod beneficiũ resignatum ab infirmo moriente intra 20. dies vacet per obitum, non potest vacare per resignationem, & dicit, quod ficte vacat pet obitum propter verba regulæ, quæ dicunt, vacare censeatur per obitum, & sic ficte, ita Gomes. super *d. reg. q.30.* & alii in apostill. allegati. † Regula hæc 3
de infirmis est exorbitans à iure communi, ideo non extenditur. Rom. *d. cons.342. col.2. ver. cum igitur.*

Regulæ de publicandis prouisionibus expectãtium non est satisfactum multis casibus, quia formalis, & quando secus. Concl. 101.

Regvlæ † de publicandis prouisionibus expectantium non 1
est satisfactum, si capiatur possessio beneficii coram quatuor vel quinque testibus; quia debet prouisio publicari, hoc est, quod publicetur in actibus, in quibus populus conuenire consueuit, puta ad Missam, ad Nundinas, ad Prædicationem, & ad similia. Geminian *consil. 75. num.3. & sequent.* † Adde, quod ista regula est 2
formalis, ideo debet illius forma seruari. Geminianus *consilio 75.*
num.5. versicul. item requiritur. † Amplia; quia non est satisfactum 3
regulæ, nisi publicatio fiat in loco, in quo est beneficium, nec sufficit, quod fiat in beneficio. Gemin. *d. consil.75 num.6. ver item advertatur.* † Contrarium tenet apostill. ibi ad Gemin. *d. cons.75.n.6.* 4
vers. si hoc esset verum. † Declara; quia si adest iusta causa metus, puta, propter bellum imminens, vel metum inimicorum, aut aliud 5
iustum impedimentum, sufficit, quod in alio lõco vicino, in quo verisimiliter possit deuenire ad notitiam collatoris; quia licet forma rescripti sit seruanda, & regulæ; tamen ex iusta causa recedi tur, ita plene Roman. *consil. 433. Quoad primum in prin.* vbi adducit septem exempla similia, in quibus lex etiam formalis, & præcisa contentatur de eo, quod est possibile, sequitur Cassad. *decis.*
1. de dolo, in pr. & latius *decis.22 super regulis*, vbi disputat articulum, & apost. 1. ad Rom. *d. cons.433.* dat plurimos concord. quod etiam in formalibus sufficit, quod ex necessitate fiat publicatio eo modo, quo potest. † Ratio finalis istius regulæ est duplex, secundum 6
Rom. *d. cons 435. col.2. ver secundo considero*, prima, vt collator habeat notitiam, ne ex collatione inducantur lites: secunda, vt etiam fiat nota tertio, & cuicunque prætendenti interesse, & apostil. ibi *in ver. duplicem*, addit tertiam, vt populus cognoscat suum pastorem, & dicit Rotam quandoque duas, quandoque tres rationes adducere. † Amplia; quia regula ista dat formam, quod promis- 7
sio, & acceptatio expectantis publicetur per residentes in curia in officio contradictarum curiæ, & per alios in loco beneficii. Roman. *consil.337. Quoad primum, num.7. vers. sed regula.* & hæc exceptio curiæ est ad confouendum curiæ, ne residentes in ea distrahantur. † Et propterea non dicitur regulæ satisfactum, si fiat 8
publicatio in officio contradictarum in loco, vbi celebratur con-

ciliorum, quia verba regulæ non conueniunt. Roman. *d.cons.337.n.6.in fin.ver. Quoad secundum.* vbi apostill. *in ver.quod non.* quæ dicit, quod debet fieri publicatio in locis expressis in regula, nisi esset iustus metus.

Regula de expediendis litteris in quibus procedat, vel non. Concl.102.

1 REGVLA † de expediendis literis Apostolicis prouisionum intra sex menses non habet locum in literis Ecclesiarum Cathedralium, vel Ecclesiarum Curatarum; quia esset contrarius effectus, vt diutius vacarent; & quia quatenus respiciat regula commodum bursale, Cathedrales dignæ speciali nota non includuntur. Roma. *cons.340. Circa primum n.4. & seq. ver. circa secundum.* vbi apost. *in ver. Episcopatu.* dat conc. Feli. *in c. eam te, col 3. n.4. de rescript.*

2 Contrarium † tenet Gomes. *in reg. de non iudicando iuxta form. supplic. q.9. per tot.* Mandos. *in 8. reg. q.5.* & eos citat, & sequitur apost. ad Rom. *d.cons.340.*

Regula omnis patitur exceptionem, & limitationē, & quando secus Concl 103.

1 REGVLA † omnis patitur exceptionem *l.1. & ibi not. ff. de reg. iur.*

2 Limita, † quia regula est, q̃ præmoriēte filio, cui pater substituerat pupillariter, substitutio pupillaris euanescit, & hæc regula

3 nunquā fallit. Fed. de Sen. *cons.266. in pr.* † Extende, quia si omnis regula pateretur exceptionem, certe ista esset regula, quæ nullam haberet exceptionem, vt patet ad sensum; sed quia etiam datur casus, quod ista non est vera, vt supra in limitatione, ergo intelligitur de regula à communiter contingentibus.

Rei appellatione quid veniat. Concl. 104.

1 REI † appellatio intelligitur de re tota. Rui. *cons.80. Pro clara,*

2 *n.4. lib.2.* vbi dicit * communem. † Et rei appellatio generalis est ad omnia. *l.1. ff. si cert. petat.* Alexand. *consil.102. nu.10. lib.6.* Am-

3 plia, † quia rei appellatione veniunt iura, & actiones, quia est nomen generale. Alexand. *consil.185. Viso titulo, nu.26. ver. & licet text.*

4 *lib.2.* † Et rei appellatio est generalis ad omnia *l. rei ff. de verb. signif.* & comprehendit omnia apta comprehendere omnem rem, & etiam terræ. Alex. *consil.195. Perspectis instrumentis, in princ. lib.6.* Et

5 rei † appellatione venit pecunia. Alex. *d.cons.185. nu.26. ver. nec ob-*

6 *stat lib.2.* † Et rei appellatio, siue sit fundus, siue domus, siue possessio, in dubio de tota intelligitur. Alexand. *d. consil.195. in pr.* vbi

7 apost. *in ver. tota, lib.6.* † Amplia, quia appellatione rerum monasterii comprehenduntur etiam homines, & personæ monasterii, *l.1. § quædam. ff. de ver. diuisio.* ideo conseruator datus super iniuriis illatis bonis & rebus monasterii potest cognoscere de iniuria illata personis monasterii. Cald. *consil.554* alias *9. de verb. signif.*

Reincidentia quæ dicatur, & quid operetur. Concl.105.

1 REINCIDENTIA † proprie est regressio ad vomitum, seu potius continuatio eius, quod primo fuit, & de natura recidui est ostendere, & declarare primum morbum curatum non fuisse & materiam veteris erroris reconditam. Fed. de Sen. *cons.7.*

2 *Quidam usurarius. num.2. ver. in contrarium, cum seq.* † Contrarium tamen videtur esse vere; quia licet excommunicatus non satisfaciens in eandem sententiam, & ligamen reincidat, & fingatur non absolutus, *c. significauit. de offic. ordin.* tamen videtur actus iteratus potius, quam primus. *l.1. C. de Episc. aud.* ita Feder. *eod. cons.7. n.3. ver. hinc est.*

Reintegratio quid sit & importet. Concl.106.

1 REINTEGRATIO † per omnia est eiusdem naturæ, cuius est res, quæ reintegratur, *l. dotem. ff. de iure dot.* Rom. *cons.432. Quo-*

2 *ad primum. num.4. ver. quoad secundum.* † Extende, quia si is, qui locauit, puta per decem annos, & non potuit propter vim hostium, vel diuinā conductor per duos annos aliquid percipere, quo casu nihil soluere debet, & si soluit, debet fieri restitutio pensionis; si tamen fiat reintegratio per alios duos annos, quibus prorogatur, licet nulla expressa pensione, intelligitur pro eadem pensione, ac si impeditus non fuisset, Rom. *d. cons.432 per tot.* maxime *nu.4. ver.*

3 *quoad secundum.* † Amplia; quia sicuti legatum reuocatur propter inimicitiam superuenientem; ita conualidatur per amicitiæ reintegrationem. *l. quod si iterum. ff. de adim. lega.* Rom. *cōs.459. n.10. ver.*

4 *quoad secundum.* † Idem; quia tutor, & curator propter inimicitiam cum pupillo excusatur; sed si fiat amicitia, reintegratur, vt non ex-

5 cusetur. *Instit. de excusa. tuto. § amicitiæ.* Rom. *d. cōs.459 n.10.* † Idem; quia quod bellū abstulit, pax restituit. *l. vnica. C. de caduc. tollen.* Roman. *d. cons.459. nu.10. in fi.* vbi apost. *in ver. sopit.* † Imo pax dicitur

6 habere vim rescissionis, & indulgentiæ. Rom. *d. cōs.459. n.10. ver.*

7 *quarto ad idem.* † Restringe; quia seruus libertatem assequutus, & ciuis effectus, si per dat propter inimicitiam ciuilitatem, & libertatem, illam non recuperat, licet reintegretur in amicitia. Roma-

8 plene *d. cons.459. n.11. & seq.* vbi plura similia adducit. † Declarata, men, vt per apostil. ad Rom. *d. consil.459. in fin. in ver. verius.* quæ-

9 legat contraria. † Amplia, quia restitutio in integrum est quædam reintegratio; quia reponit in pristinum, & eum statum, in quo erat ante præiudicium causatum. Vide, *Restitutio in integrum quibus.* & *Concl.289.*

Rei plures qualiter cōstituantur, qualiter conueniri, & agere possint. Concl.107.

1 RET † plures cōstituuntur multipliciter numero, sed effectur. 1

2 nica est reorum constitutio secundum usū communem, de qua Sign. *consil.195 nu.2.* † Et tunc dicuntur duo rei debendi, quando 2 plures in solidum debent idem vere, vel ficte ex vna, eademque causa principaliter, & ex voluntate, ita Bartol. *in l. fin. n.6. quæstio. num.6. ff. de duob. reis debendi.* vbi idem dicit in duobus reis credendi, vt dicantur, quando pluribus in solidum debetur idem vere, vel ficte ex vna, eademque causa principaliter, & ex voluntate, & hanc definitionem firmat Roman. *consil.114. Visis supra consul-*

3 *tis, numer.4. ver. nec videtur.* † Item duo rei siue debendi, siue credendi constituuntur, quando obligatio sit de soluendo pereos, & quemlibet eorum, vel credendi, quando eis, & cuilibet eorum fit obligatio. Alexand. *consil.135. Videretur, fo.5. in princip.* † 4 idem, quando inter eos ponitur disiunctiua de soluendo Titio, vel Mæuio, vel quod soluet quilibet disiunctiue. Alexand. *dict. consil.135. in princ. libr.5.* † Forma constituendi dūos reos est, vt 5 in solidum omnes obligentur, ita vt quilibet teneatur ex eis, ita Signorol. *dict. consil.195. num.1 .ver. nam in ipso libello* & ista dicitur constitutio reorum tacita, vt per Ronchegal. *in l. reos. § cum in tabulis. nu.67. ff. de duob. reis.* † Vel quod dicant expresse, quod volunt 6 teneri vt duo rei debendi; quia pariter sunt eo casu rei, & insolidum obligati, & iste modus est expressus, & magis efficax; quia quando dicitur, quod sint obligati vt duo rei, bene tenentur in solidum, sed quando dicitur obligari in solidum, non semper sunt duo rei; vt per Ronchegal. vbi supra *num.67.* † Sitamen fiat 7 obligatio simpliciter à pluribus debentibus pro seipsis obligantibus, regula est, si non se obligarunt in solidum, vel nō dixerunt velle teneri tanquam duo rei, quod quilibet teneatur pro rata, & non pro toto, secus, si sunt fideiussores plures; quia ipsi tenentur singuli pro toto, non pro parte, ita est text. *in § plures,* vbi gloss. & Dd. *Instit. de fideiussor.* plene Capic. *decis.180.* Vide. *Obligatio respiciens. Concl.32.* Vide. *Fideiussores plures obligantur, et tamen vnus non potest obligari, & quando secus. Concl.298.* † Sicut è con- 8 uerso si plures fideiussores ad obligationem alienam se obligent in solidum; non tamen sunt duo rei debendi, sed semper sunt fideiussores, vt per Bartol. *in l. eandem. in 5. qu. ff. de duob. reis.* & idem in mandatore, & quocumque alio, qui pro alio promittit, vt declarat Ronchegal. ibi *num.36.* & dicitur promittere pro alio, quando obligatio principalis remanet viua; secus si nouatione, vel constituto nouatur, seu extinguitur. † Declara tamen; quia is, 9 qui constituit se debitorem pro alio pro eo; quia ipse debitor tollius liberatur promittendo alteri in solidum, iste proprie est reus; non fideiussor; secus si constituerer se debitorem pro alio; quia cum sit mere fideiussor, non potest esse reus proprie. Ronchegal. *d. l. eandem nu.36. ff. de duob. reis.* † Declara; quia duo rei de- 10 bendi esse dicuntur, quando fideiussio sit in ipso actu principalis obligationis: secus, si ex post, ita Decian. *consil.72. num.6. lib.2.* & ita plene etiam declarat Alexand. *cons.29. Clarissimè, num.36.* *ver. quinimo lib.7.* † Et quilibet tam ex reis debendi, quam ex reis 11 credendi tenetur principaliter. Cast. en. *cons.431. Si quæritur col.2.* *in fin. & colum.3. in princ. ver. tertio requiritur. lib.1.* † Declara totam 12 istam materiam; quia plures fideiussores in solidum obligati, vel vnus principalis, & alii fideiussores in solidum, licet quoad creditorem dicantur plures rei, & non habeant beneficii diuisionis; neque dicantur vnus principalis, alter fideiussor quoad eum, cui sunt obligati, sed solum inter se vnus possit esse principalis, & alii fideiussores, puta si negocium spectat ad vnum, vel pecunia pertenit ad vnum, vel primo nominatus præsumitur principalis, alii fideiussores: tamen quando obligatio fuit facta ad fraudandam legem, & is, qui recepit obligationē, sciebat legem obliare- tunc exceptio competens principali competit etiam fideiussori in solidum, & vt principalis obligati, & sunt fideiussores tedum inter se, sed quoad creditorem. Alexand. *consil.66. Visis thematis.*

per tot.

per tot. maxime num. 6. vsque in fin. vbi tollit omnia contraria, lib. 4.

13 † Amplia; quia vbicunque adest obligatio in solidum, & pro tota summa, ibi quoad eum, cui fit obligatio, constituuntur duo rei, etiá si reuera vnus solus sit debitor, & fideiussor, prout quando negotium spectat ad vnum tantum, & duo se obligant in solidum; quia tunc sunt duo rei quoad debitorem, licet quoad obligatos vnus sit fideiussor, alter reus, ita Crauet. cons. 77. n. 2. & seq. & vide supr. num. 8. in ver sicuti, & declara, quod ibi dicitur, vt hic.

14 † Extende, vt procedat, siue obligatio ad totum sit expressa, siue tacita; vt quia conuenerunt, quod pro salute retineat bona creditor, donec integre satisfiat; quia sunt duo rei quoad creditorem. Crauett. dict. consil. 77. num. 2. & seq. † Declara; quia ad hoc, vt duo rei constitui possint, & solutio facta ab vno liberet alterum, necesse est, quod se obligent ex eadem causa, & forma, alias non possunt dici duo rei, neque quod solutio vnius liberet alterum, etiam si in solidum sint obligati ad eandem summam, prout si vnus ex sententia condemnatus, alter postea pro condemnato se obliget in solidum, non sunt duo rei, nec esse possunt, & vnus soluens non liberat alium ipso iure, sed ope exceptionis ex æquitate, ne bis exigat creditor. Castrens. consil. 181. Viso puncto. in princ. lib. 1. vbi, quod solutio fideiussoris non liberat ipso iure principalem, sed ope exceptionis, & reperit consil. 182. eodem lib. 1. in princip.

16 † Conueniri possunt duo rei in solidum, & coniunctim, & diuisim ad solidum, & totum, & si creditor cœpit agere contra vnum, & velit agere contra alterum, potest etiam pendente iudicio, & non expectato fine, an ille sit soluendo, necne. Bartol. in l. in duobus. § vbi duo, col. 2. ff. de duobus reis. Castrens. plene consil. 392. Non reperio, lib. 1. vbi tollit contraria. † Et si actum est contra vnum ex eis, & sit sententiatum, sed non facta exequutio, potest adhuc agi contra alium, l. fin. C. de fideiussorib. Bart. in l. ex duobus, ff. de duobus reis. & solutio facta per vnum ex eis liberat aliũ quoad summam solutam. Bart. in l. idem in duobus, ff. de pactis, vbi Doctor. Castrens.

18 dicto consilio 392. per totum, lib. 1. † Si tamen vnus solus conueniatur, prout potest conueniri pro toto debito, quando in solidum sunt obligati, vt supra, l. duos reos, in princ. & l. reos. § fin. ff de fideiussor. & in § plures, Instit. de fideiuss. tamen hoc non procedit, nisi quando alii correi fuerunt requisiti & interpellati, & fuerunt in mora, ita notabiliter Castrens. in l in exequutione, ff. de duobus reis, vbi allegat bonum textum in l. fideicommissa, § penult. ff. de legat. 3. quem text. dixit alibi nescire; idem tenet Alexand. in l. 2. §. & harum, & §. & in. ff. de verbor. obligat. faciunt notat. per Abbat. in cap. cum deputati, colum. 5. de iudic. Marsil. singul. 278. Habens duos reos, vbi dixit quotidianum, & menti tenendum. † Extende idem, si creditor habet plura pignora, vel plures in solidum obligatos fideiussores; quia potest ad electionem suam, contra quem maluerit, agere. Neguſ. de pignorib. in 1. part. 8 partis, num. 60. Vide, Creditor habet electionem circa multa contra debitorem. Conclus. 1069. † Restringe; quia si constat, quod tota pecunia peruenit ad vnum ex correis, libellus debet dirigi contra eum. Ioan. de Anan. consil. 60. vbi Bologn. Marsil. singul. 2. quod procedit aliis opponentibus. Castrens. cons.

21 392. Non reperio, circa med. ver. ponit ipse, lib. 1. † Rei plures credendi possunt, & quilibet eorum in solidum agere contra debitorem communem reum debendi etiam sine consensu aliorum, dummodo caueat se defensurum ipsum debitorem aduersus alios * creditores correos, si vnquam agerent contra eum. gloss. vbi * omnes Doctores in l. non solum, ff. solut. matr. Bart. in d. l. fideicommissa. § plerumque. ff. de legat. 3.

Rei plures quando simul principales, vel fideiussores, aut vnus tantum. Concl. 108.

1 MARITVS † & vxor si simul se obligant, & recipiunt pecuniam, censetur quilibet pro medietate quoad eos, ex quo constat, quod medietas ad vxorem peruenit. Card. Zaba. cons. 37.

2 circa fi. ver. sed an contra matrem. † Contrarium per plura tenet Crauet. cons. 91. n. 11. ver. decimo istam quæstionem, vsq; in fi. vbi dicit * communem in contrarium, & quod ita fuit Bononiæ iudicatũ, & pro hac parte allegat plurimos, prout pariter idem affirmat Roland. à Vall. cons. 64. lib. 1. Vide, Vxor vendens cum marito quando obligetur, vel non. Cons. 391. Vide, Venditio facta à pluribus quid operetur. Conclu. 66.

3 † Extende; quia maritus, & vxor simul vendentes prædium dotale, & confitentes habuisse pretium, censentur duo rei vendẽtes, & recipientes; ideo vterque pro rata tenetur. Bart. consil. 124. Punctus quæstionis. libi. Sequitur Castrens. consil. 361. lib. 1. & cons. 362. lib. 2 in fin. Alex. cons. 38. num. 2. lib. 2. Curt. Sen. consil. 53. circa med. vers.

4 pro qua parte. † Contrarium consuluit absolute Crauet. d. consil. 91. vbi plures allegat Affl. Dec. 209. per tot. Rol. à Vall. consil. 64. lib. 1 per

* tot. vbi dicunt * communem contra Bart. & ita pluries fuisse iudicatum; & est ratio secundum eos; quia quando negotium spectat ad maritum solum, prout spectat dos constante matrimonio, ipse maritus solus est principalis, & ad eum præsumitur tota pecunia peruenisse; quia pro cautione mulier præsumitur interuenisse. † Idem in patre, & filio confitentibus habuisse dotes; 5 quia si solus pater administrabat negotia domus, & onera matrimonii supportabat, ipse solus est principalis, vt dicit Crauet. dict. consil. 91. num. 3. † Declara igitur totam istam materiam; quia con- 6 clusio est vera, quod quando plures rei se obligant, vel confitentur se debitores, aut recepisse, omnes pro rata tenentur; quando negotium spectat ad omnes, secus si negotium spectat ad vnum potius, quam ad alium, ita Crauet. d. consil. 91. in princip. vers. quibus non obstantibus. sequitur Roland. à Valle consil. 64. num. 14. vers. secundo responderi potest. lib. 1. Corn. consil. 124. lib. 1. & plenius cons. 316. lib. 4. plene Crauett. consil. 77. in princip & per tot. & vide infra num. 13. † Declara secundo, vt procedat conclusio, quod pro rata obligentur, quando personæ non sunt prohibitæ obligari vnus pro 7 alio, prout vxor pro marito. Roland. d. consil. 64. nu. 14. lib. 1. † De- 8 clara; quia quando plures socii se obligant, quilibet in solidum efficiuntur correi plures, ita quod quilibet tenetur pro toto, sed quoad ipsos inter se compẽsent portionem sibi tangentem. Alex. cons. 38. Visis, & diligenter, nu. 3. & 4. lib. 5. iuncto sin vers. nam remedium est. vide infra n. 21. † Amplia in marito, & vxore simul promittentibus dotem filiæ; quia quando maritus est pauper, & non potest dotare filiam in totum, & mater est dives, si se obligant, censentur pro rata, & vnusquisque pro dimidia. Crauet. cons. 77. in princ. 9 10 † Restringe, secus esse, si pater est soluẽdo tempore obligationis; quia ex quo negotium dotandi filiã spectat ad eum, ipse censetur principalis, vxor fideiussor. Crau. d. cons. 77. per tot. vbi extẽdit, etiam si post obligationem maritus postea sit effectus pauper, & allegat Corn. cons. 316. lib. 4. & alios. † Restringe, quando pater, & 11 patruus promittunt dotẽ filiæ, & nepti; quia pater censetur principalis, patruus vero fideiussor. Corn. d. cons. 316. lib. 4 per tot. † Re- 12 stringe, quando filius de peculio dotat filiam, cuius onus spectat auo; quia imputatur auo. Corn. d. cons. 316. n. 4. lib. 4. † Declara, vt 13 plene per eundem Corn. cons. 124. lib. 1. n. 4. ver. tamen iis non obstantibus. quia si duo se obligant in solidum ad dotem, vel aliud debitum, quod pariter spectat ad eos, dicũtur duo correi, & censentur inuicem fideiubere pro medietate, vnus pro alio; si vero negotiũ spectat ad vnum tantũ, tunc ille solus dicitur reus & debitor, alter vero est fideiussor in totũ: & primo casu, quãdo vnus soluit totũ, prout tenetur, repetit solutã dimidiã ab alio: secundo casu, si soluit is, ad quem negotium spectat, nihil repetit; si vero soluit is, ad quem negotium non spectat, cum sit fideiussor, reperit totum ab alio, & hanc * communem dicit, & indubitatam conclusionem, * & sequuntur Crau. cons. 91. & Rol. cons. 64. lib. 1 & plenius Crauet. cons. 77. nu. 2. & seq. Bald. cons. 453. num. 8. & seqq. lib. 5. & plenissime repetit Corn. cons. 316. lib. 4. nu. 2. & seq. vbi * dicit communem, & * ante omnes hoc ipsum Castr. cons. 332. In causa Syluestri, in princ. lib. 1. vbi, quod duplex est fideiussor, videlicet, qui accedit alienæ obligationi, & qui se obligat in solidum, vt correus, quando negotium spectat ad aliũ, vbi, quod strictior est obligatio in solidum, quam fideiussoria simplex. Vide omnino Bald. cons. 453. in fi. lib. 5. vide supra n. 6. † Contrarium vide in ver. Dos soluta marito. Conclus. 14 771. vbi habes concord. quod si maritus, & socer confitentur dotem in solidum, solum obligantur pro medietate; quia impossibile est, ꝙ ambob⁹ tota dos sit soluta: declara ibi; quia procedit contrarium in confessione, secus in obligatione. † Amplia; quia duo 15 rei licet teneantur, quilibet pro rata, quando nõ fuit dictum, quod essent in solidum obligati, vel quod essent duo rei; tamen quando tota pecunia peruenit ad vnum, (licet ille dicatur magis principalis, & alter fideiussor) respectu creditoris non põt conueniri, nisi pro rata, ita Rui. cons. 19. n. 9. ver. minus etiã dici potest. lib. 4. † Re- 16 stringe; quia imo quando tota pecunia deuenit ad vnum, & alter conuenitur, potest excipere, ꝙ excutiatur prius ille, ad quem tota pecunia puenit, prout de marito, & socero obligatis ad restitutionem dotis, quæ tota peruenit ad maritum. Ant. de Butr. cons. 38. in pr. ver. quinimo, nisi forte illud sit in pluribus obligatis in solidum, de quo vide, Fideiussores plures obligantur, etiam si vnus non potest obligari, & quãdo secus. Concl. 298. † Amplia; quia si socer, & maritus confitentur dotem recepisse; quia duo rei sunt, præsumitur quilibet pro medietate recepisse, & obligari. Roman. cons. 462. Quoad 17 propositam, in princ. maxime n. 2. vbi apost. in ver. præsumitur. † Exten- 18 de, vt idem sit, etiamsi se obligassent in solidũ; quia adhuc pro rata quilibet, videlicet pro medietate. Bald. in l. si cum dotem, § transigrediamur. ff. solut. matr. Roman. d. consil. 462. nu. 2. Vide, Dos soluta marito, & socero à quo, & qualiter repetatur. Concl. 771. in princip. vbi plu-

19 res concordantes,& declara,vt ibi.† Amplia, quia rei plures si se obligant omnes simul pro parte,principales esse dicunt,ita quod quilibet pro rata tenetur.*l.si diuisa,C.locat.* Bal.*cons.*388. *Factum tale est.lib.*3 &idem Bal.*cons.*286.*Casus talis,in prin.lib.*5.qui loquitur in
20 pluribus reis debendi.† Extende,vt nedum procedat in duobus reis debendi impropriè,vel credendi, sed generaliter in omni actu; promissione,& dispositione plurium; & in plures,quia pro rata parte intelligitur,plurima exempla Ronchegal.*in l. reos.§. cũ in tabulis,n.*16.*& seq.vsque ad n.*63.*ff. de duob. reis*, vbi infinita exempla
21 accumulat.† Declara,nisi omnes in solidum se obligauerint; quia tunc in solidum vnusquisque tenetur.Bald *cons.*338.*lib.*3.Anchar. *cons.*226.*in fin.*& prædicta procedunt in reis pluribus sumpto nomine generali;quia quilibet obligatus dicitur reus;non tamen proprie reus dicitur,vt obligetur,prout leges de duobus reis,vt plene Ronchegal.*d.l.reos.§.cum in tabulis,n.*67.*ff. de duob reis.* vide supra n.
22 8.†Idem,quando renunciarunt beneficio duorum reorum; quia valet renunciatio etiam sine certioratione, nisi sint minores. Bal.
23 *cons.*168. *Allegationes hinc inde, n.*5.*ver.ad aliud.lib.*4.†Imo,quando solemnitas in contractu minoris interuenit, renunciatio valet.
24 Anch.*cons.*226.*in fi.*†Idem,quando aliquis obligauit se principaliter ad totam summam per instrumentum guarentigiatum;quia non potest opponere,quod alius conueniatur prius,vel pro rata.
25 Abb.*cons.*72.*circa fi.ver.ad secundũ contrarium,lib.*2.†Idem,si se obligauit ad totam summam,& renunciauit omni exceptioni doli mali,beneficio de fideiussoribus,Epistolæ Diui Adriani,Nouarũ constitutionum,& generaliter omni legum auxilio,præsertim cũ iuramẽto,& cũ guarentigia.Abb.*d.cons.*72.*col.*2.*ver.sed iis minime obstantibus,lib.*2.† Declara;quia potest fieri renũciatio beneficio ordinis,vt prius conueniatur vnus, quam alius: item beneficio de duobus reis,vt teneantur in solidum,& non pro rata,& procedit, siue fiat in iudicio,dummodo specialiter fiat,siue in contractu,& sufficit vnus casus specialis,& clausula generalis subsequẽs.Abb.
* *d.cons.*72.*col.*2.*ver.sed iis minime obstantibus,lib.*2.vbi dicit * commu-
27 nem.† Extende,vt procedat,siue obligatio sit facta pluribus,siue plures se obligauerint alteri;quia aut simpliciter, & pro rata cantat obligatio,aut in solidum;& quilibet tenetur in totum.Bald.*d.*
28 *cons.*388.*lib.*3.*l.reos.§. contra tabulas.ff. de duob. reis.*†Idem in solutione dotis facta à parte & filia marito filiæ;quia præsumitur medietas filiæ,& medietas patris.Alex.*cons.*24.*Visis dubiis, in pr.libr* 1.
29 †Amplia in pluribus delinquentibus ratione magistratus ex dolo,vel delicto commisso; quia tenetur quilibet in solidum; secus si ex sola culpa,vel solo quasi delicto.Bald.*cons.*329. *Quidam pro-*
30 *res,li.*4.†Amplia,quod dicitur de duob⁹, vel pluribus reis,vt quilibet pro rata sit principalis, procedere, siue omnes sint præsentes,& per se ipsos se obligent,aut fiat obligatio per aliũ nomine; & de mandato eorum,vel si ratum habuerit post ratificationem; quia perinde dicitur obligatus,qui mandat; vel ratum habet ob-
31 ligationem,ac si ipse fecisset.Bald.*cons.*286.*in pr.lib.*5.† Amplia; quia duo rei in solidum obligati censentur & quilibet pro medietate principales,licet ambo in solidum teneantur,ideo si alter solvit, & obtinet cessionem iurium,non poterit, nisi pro medietate recuperare.Fulg.*cons.*205.*Raynald. & Vgolettus per tot.* Corne.*consil.*
124.*n.*4.*lib.*1.*& cons.*316.*lib.*4.late Crau.*cons.*77.*n.*3.*ver. hoc ita præ-*
32 *supposito.*† Extende multo magis, quando negocium, pro quo se obligarunt,spectat ad vtrumque;quia respectu dimidiæ socii,vel correi censentur inuicem fideiubere, & soluens totum repetit à
33 correo pattem illius.Cor.*d.cons.*124.*n.*4.*lib.*1.†Extende,siue actiue,siue passiue fiat obligatio;quia etiam deponentes aliquid cẽsentur pro parte singuli deponere, & eisdem pro parte facienda est restitutio,non autem vni tantum, & sic actio diuisa est in sin-
34 gulos.Zab.*cons.*115.*in pr.*†Extende,etiam si causa sit dotalis.Crau.
35 *d.cons.*77.*n.*2.*& seq.*† Amplia; quia etiam si pater & filius soluant aliquid in eodem instrumento;quia præsumitur, quod medietas sit filii,& alia patris,& cessat præsumptio,quod præsumatur alius acquisiuisse de bonis patris.Alex *cons.*24.*ver.& attento, in prin. lib.*
36 1.†Extende,vt idem sit in marito & vxore soluentibus;quia præsumitur medietas vxoris,& alia mariti.Alex.*d cons.*24.*num.*2.*lib.*1.
37 †Limita;quia filius familias cum præsentia patris quietans, & liberans pro dote suæ matris; quia ad matrem suam confitetur illam peruenisse,non habet regressum aduersus patrem, vel eius hæredes,quia solus liberat,& ipse principalis facit confessionem, non pater.Bald.*cons.*62.*Facta.super quibus,in fi.ver.super vltimo.lib.*1.
38 & duplicatur *cons.*416.*lib.*4.† Limita,quando ex natura cõtractus aliter est facienda interpretatio;veluti inter socios conducentes apothecam nomine sociali;quia non tenentur pro virili, neque lucrantur pro virili,sed secundũ rationem societatis;quia si vnus habet medietatem,alii plures minimas partes,ita contractus inter-

pretari debet.Bald.*consil.*392.*Factum tale est.lib.*3 †Limita, quãdo 39
obligatio fieret pluribus,quorum vnus esset principalis;quia ille solipotest solui,quasi quod alii contemplatione illius se obligent.
Bal.*cons.*388 *per tot.lib.*3.vbi quod promittens soluere dotem marito,& fratribus mariti se obligantibus, præstitutione,solutio potest fieri soli marito,& tamen omnes obligantur pro restitutione.
† Limita,quando reuera constaret, quod alter contemplatione 40
alterius se obligauit;quia totum negocium spectat ad eum, propter quem se obligauit,quia quoad eos ille,qui pro alio se obligauit, est ut
fideiussor.Bald.*cons.*453 *Ad intellgentiam,n.*8.*lib.*5.&duplicatur id. 41
1.*cons.*198.& ideo repetet totum isto casu.Corn.*cons.*124.*n.*4.vbi
dicit * communem,*lib.*1.† Extende,quia si tota pecunia peruenit * 42
ad vnum,alii sunt fideiussores, & possunt opponere creditori,q
prius excutiat principalem suo periculo, si est præsens.Io.de An.
*cons.*60 *per tot.* vbi Bolog. Castr.*cons.*410. *Considerandasunt.in pr lib.*
1.Abb.*cons.*72.*Videtur primo.in pr. ver.secundo principaliter lib.*2.† Ex- 43
tende;quia etiam si non dicat, suo periculo,potest supplere;quia
est qualitas,quę inest,Bolog.*in addit. ad Ang.lo.de Anan.*60.*in fi.* Ex.
tende;† quia ista exceptio etiam post sententiam in executione 44
potest opponi;quia non impugnat sententiam,Io.de Ana.*d.cons.*
60.*circa fi.ver.præterea.*†Restringe,quia si conueniatur primo ille,
ad quem tota pecunia peruenit, ipse non potest opponere,quod 45
primo conueniatur alter:& idem,quando conuenitur ille,q promisit totam summam vel in solidum se obligauit,vel si renũciauit
omni legũ auxilio.Abb.*d.cons.*72 *prope fi.ver ad secundum contrarii,*
*libr.*2.† Limita,quando duo rei ex causa lucrativa se obligarent; 46
quia vterque tenetur in solidum,neque is,qui soluit,repetit à
lio.Corn.*cons.*124.*Viso puncto in pr lib.*1.Vide,*Obligatio respicientes plu-*
*res personas,& res,qualiter distribuatur.Concl.*32.Vide Conclusionem
proxime seq.Vide plene Ant.Gabr.*lib.*3.*tit.de fideiuss. Concl.*2.*Reipiens pecuniam censetur principalis.*

Rei plures quando in solidum obligantur, non sunt inuicem fideiussores,& qualiter intelligatur.Cõclus 109.

REI † duo æque principaliter obligati non censentur inuicem fideiubere; quia si hoc esset,competeret actio mandati soluenti totum pro dimidia cõtra correum,quod negant gl.quã dicunt ipsum repetere actione negociorum gestorum.Bal.*cons.*198.
*Ad intelligentiam,in fi ver.quæro an duo,lib.*1.vbi,quod quæstio est ardua,& *cons.*453.*in fi.lib.*5.† Declara,vt plene per Bart.*in l.reos n.*4.
ver.hic est aduertendũ.ff. de duob.reis, vbi multas declarationes ponit, quando competat reo actio mandati,quando actio pro socio,qũ negociorum gestorum, quando actio communi dividundo,& quado actio ex illa lege.† Declara;quia duo rei quoad habentem
obligationem non sunt fideiussores inter se, sed bene videntur
fideiubere quoad ipsos obligatos, vt si pecunia ad eum peruenit,
tunc alius videatur fideiussor,licet vere, & expresse non sit fideiussor Sign.*cons.*76.*nu.*4.vbi declarat.† Imo cum sit impropriefideiussor etiam inter eos is,qui non habuit pecuniam, non continetur sub dispositione statuti loquentis de fideiussore,ex quo
est fideiussor,sed videtur fideiubere quoad ipsos reos, & sic im-
propriè.Sign.*d.cons.*76.*n.*4.*vsque in fi.*† Extende declarationem,
quia quando tota pecunia peruenit ad vnum,alii sunt fideiussores,ideo possunt,qui sunt fideiussores; excipere, quod creditor
agat contra eum,qui habuit pecunias periculo excipientis, & te-
netur excutere principalem,ad quem constat peruenisse pecuniam.Io.de Anan.*cons.*68.*In quæstione ista*,vbi Bolog.per totum.Roman.*consil.*114.*n.*3.*&* 4.vbi apostill.*in ver.sumptuosus.*† Erideo si vnus reus solus conueniretur ex plutibus in solidum obligatis,dicitur conueniri ex propria obligatione, quamvis pendeat à principali,ideo non opponit declinatoriam, quæ cõpeteret, si principaliter esset obligatus,vt merus fideiussor. Bald.*consil.*286. *Casus talis*
*est,lib.*5.*per tot.* maxime *n.*3.*vsque in fi.*† Amplia, vt procedat etiam, quando duo rei sunt principaliter obligati,& quilibet in solidum
pro se,quia si petatur totum ab vno,non excipiet prius conueniri
alium pro parte,quia non est accessorius,sed pro se; secus si vnus
esset pro alio obligatus; quia licet dicat, principaliter & in solidum;tamen dicitur quoad alium fideiussor.Bald.*cons.*453.*n.*8.*&*
*seq.ver.viso de viribus,lib.*5.quod duplicatur *lib.*1.*cons.*198.*&* est tex.
cum glos.*in §.si plures.Instit. de fideiuss.* & hanc partem tenet Alex.
*consil.*126.*Repetitus in fi. lib.*6.vbi allegat gl. singularem *in Authent.*
de fideiussio.in princip.† Contrarium tenetur in hoc vltimo Signorol. Homod.*consil.*76.*Quidam nomine*, vbi,*n.*2.*& per tot.* dicit, quod si-
ue pecunia tota sit numerata vni,siue ambobus,ex quo indistincte
sunt obligati,sunt duo rei respectu habentis obligationẽ,& allegat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ff. C. de duob. rei. & nu. 4. vbi ponit tres casus: Primus est, quando plures in solidum accipiut pecuniam; & se obligant in solidum: Secundus, quando in solidũ omnes se obligant, licet vni sit soluta pecunia: quia omnes solutionem accipere videtur, & istis duobus casibus sunt correi quoad habentem obligationẽ, licet quoad se se vnus sit fideiussor, alter reus vere in secundo casu. Tertius casus est, quando pro reo principali interuenit cessionis nomine alius
9 obligationẽ suscepit, & iste est fideiussor, non correus. † Vide differentiam, an sint duo rei, vel duo fideiussores; quia soluente vno correorum omnes ipso iure liberantur in fideiussore, alijs ope exceptionis, ita fideiussor soluens partem præsumitur pro se soluere: item fideiussori potest fieri cessio post solutionem, & in correo
10 contrarium dicimus. Castr. *cons.* 181. *Viso puncto, in pr. lib.* 1. † Declara istam materiam, quia duo rei, vel plures siue credendi, siue debẽdi, possunt quilibet agere, & conueniri, quando sunt in solidum, nec opponitur aliqua exceptio inter eos, vt prius conueniatur vel pro sua rata, ille, vel alius quoad creditorem, vel debitorem, sed quãdo vnus exigit totum, vel soluit totum, bene distinguitur, quia si exigit ex causa onerosa, tenetur aliis communicare; secus si exegit ex causa lucrativa, & idem si soluit ex causa onerosa, repetit ab alijs ratã, si ex causa lucrativa, secus. Alex. *cons.* 135. *Videretur. lib.*
5. in pr. & per tot. si pro parte causa est onerosa, pro parte lucrativa,
11 respectiue seruatur eadem distinctio. † Restringe declarationem, quia etiã si sunt plures rei ex causa onerosa & totũ negocium spectat ad eum, qui exegit, vel soluit, non cõmunicat aliis exactum, neq; repetit solutum pro rata; quia negocium est suum, quod intellige, quando a principio, non si ex post facto negocium fieret suum, vt plene declarat idem Alex. *d. cons.* 135. *n.* 6. *& seq. vers. & pro*
12 *hoc patet, lib.* 5. † Declara; quia differentia est, an fideiussor vti principalis se obliget vnico contextu cum principali, quia tunc sunt duo rei, secus si ex post; quia remanet fideiussor, licet possit in solidum conueniri, etiam si obligatio principalis sit nulla. Decian.
13 *cons.* 72. *nu.* 5. *& 6. lib.* 2. † Vide omnino Apostillam ad *consil. Ant. de Butr.* 41. *in ver. principaliter*, vbi, quod respectu creditoris semp sunt duo rei, quando à principio æque principaliter contrahunt, & se obligant in solidum, etiam si constet, quod tota pecunia peruenerit ad vnum, allegat Rom. *cons.* 114. & habent inter se beneficiũ diuisionis ex noua cõstitutione, si omnes, vel plures sunt præsen-
14 tes, & sunt soluendo. † Si vero primo se obligat vnus in totum, deinde accedit alius, qui se obligat in solidum, & iste est verus fideiussor, & si non esset in solidum, vel vt principalis, habet beneficiũ ordinis, *Auth præsente. C. de fidecuss.* sine dubio; si vero in solidũ tenetur, habet etiam beneficium diuisionis secundum Caballi. *d. apost. ad cons. Anto de Butr.* 41. vbi citat Bal. *cons.* 198. *n.* 7. *lib.* 1. Capel. Tholos. *decis.* 8. Curt. Sen. *cons.* 6. Si vero plures accedũt post principalem etiam in solidum, habent inter se beneficium diuisionis ex Epistola Diui Adriani, nisi beneficiis prædictis renunciauerint.
15 † Declara; quia non potest excipere, quod prius cõueniatur alter, sed bene potest impetrare cessionem iurium pro rata correi, & etiam pro tota sua, quando culpa correi compellitur soluere ante
16 tempus. Rom. *cons.* 462. *Quoad p tot.* † Amplia; quia si vnus ex duobus correis in solidum obligatis conuenitur ad totum, & soluat, obtenta cessione iurium à creditore, non poterit consequi totum ab altero correo, sed medietatem dumtaxat, ex quo ambobus pẽ-
17 sumitur facta solutio æqualiter. Fulg. *cons.* 205. *Raynaldus & Vgoletus.* † Amplia; quia si præscriptio est interrupta cum vno ex correis, dicitur etiam quoad alium interrupta. Fulgos. *d. cons.* 205. *in fin.*
18 † Limita; quia si plures socii se obligarunt in solidum vti principales ad exercitium societatis; non tamen sunt duo rei, nisi essent omnino pares in exercitio: ideo vno mortuo finitur societas, & quia hæc clausula non operatur, finita societate. Alex. *cons.* 60. *In causa & lite, n.* 4. *& seq. ver. nec prædictis obstat, lib.* 7.

Rei plures qualiter liberentur, vel non. Concl. 110.

1 DVo † rei si sunt in solidum obligati, liberatur vnus per solutionem factã ab altero, siue sit solutio integralis, siue sit solutio partis; quia liberatur nõ soluens, sicut soluens in totum; vel in parte, prout solutio fuit totalis, vel pro parte. Castr. *cons.* 592. *Nã*
2 *reperio in fi. lib.* 1. † Amplia idem per concordiam factam cum vno correorum in solidum obligatorum, vel per liberationem; Castr. *d. cons.* 592. *circa fi. ver. nec obstat, quod iste debitor. lib.* 1. vbi idem, quando dedit fideiussorem alium tertium obligatum pro compositio-
3 ne. † Declara, nisi fit facta protestatio per creditorem, quod non intendebat recedere à prima obligatione correorum; quia tunc non liberantur correi. Castr. *d. cons.* 592. *in fi. ver. nec obstat. lib.* 1. Am-
4 plia; † quia rei plures debendi, seu debitores liberantur omnes, si vnus fuit liberatus à creditore, quia talis liberatio prodest omnibus. Cuma. *cons.* 24. *in fi.* Fulg. *cons.* 135. vide latissime Affl. *decis.* 182
post med. vbi examinat. † Extende in tantum liberationem factam 5
ad fauorem vnius ex reis debendi importare liberationem aliorum correorum, vt etiam in iis, quæ requiruntur pro implemento conditionis, talis liberatio importet solutionem. *l. si fundum.* §. *Titio ff. de leg.* 1. † Limita, quia in casu vnus ex correis soluit partem su- 6
am, non potest importare cessionem iurium, quia solutione extinguitur obligatio, sed fallit multis casibus, per Rom. *consil.* 462.
Quoad propositum, n. 2. *& seq.* Vide, *Cessio iurium quando valeat, vel non. Concl.* 207.

Rei, seu delinquentes plures, simul tenẽtur, vnus pro alio, & quando secus. Concl. 111.

SI † duo sunt rei obligati, puta socer, & maritus, p dote recepta, 1
adeo quod quilibet eorũ teneatur pro dimidia restituere dotem soluto matrimonio, vel etiã in solidum obligati, si solus maritus vergat ad inopiam, potest socer ex culpa mariti conueniri ad medietatem, vel ad totam dotem ante tempus. Roman *cons.* 462.
quoad propositam in pr. † Extende, quia factum alterius rei perpetuat actionem, tam quoad se, quam quoad correum. Rom. *d. consil.* 2
462. *in prin. ver. quia videmus.* † Extende, quia paupertas vnius tollit 3
beneficium diuisionis alteri, & ideo tollit omnem dilationem. Rom. *d. cons.* 462. *in pr. ver. secundo quia.* † Declara tamen, quia licet 4
culpa correi noceat correo, tamen tenetur is, cuius culpa id prouenit, ad releuationem. & ideo soluens culpa socii potest impetrare, & ei debent cedi actiones contra reum culpabilem etiã pro toto, eo casu, quo ante tempus compellitur soluere totum culpa correi. Rom. *d. cons.* 462. *n.* 3. vbi apostil. *in ver. actionem.* † Limita in 5
delinquentibus in rixa, quia vnusquisque tenetur solum pro eo, quod fecit, & non pro eo, quod alius fecit. Vide, *Homicidium in rixa. Concl.* 149.

Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, & quando secus. Concl 112.

REi † suæ quilibet moderator est & arbiter, vt possit facere, 1
quicquid velit. *l. in re mandata. C. mand.* Decia. *cons.* 48. *in pr. lib.*
2. vbi plura ad hoc, quia potest quilibet renunciare iuri suo, & ex conuentione contractus legem accipiunt & alia similia. Cephal.
cons. 429. *n.* 56. *& 57.* plurimos citat Cephal. *consil.* 121. *nu.* 10. Castr.
cons. 260. *Visis compromisso. colum.* 2. *in princip. lib.* 1. Castillio. *consil.* 19.
num. 3. Roman. *cons.* 177. *Non est dubium. nu.* 2. *ver. consequens est.* † Ex- 2
tende etiam abutendo. Cephal. *d. cons.* 429. *num.* 57. *lib.* 3. † Et in re 3
sua familiari licitum est vniuersis, & singulis pacisci. Bald. *in l. fin.*
§. *fi. n.* 5. *C. de tempor. appell.* † Extende, quia iniquum est non esse li- 4
berum hominiingenuo de rebus suis posse disponere. *l. non vsque adeo. ff. si quis à parente fuerit manumiss.* Curt. Iun. *cons.* 110. *n.* 8. Castr.
cons. 260. *col.* 2. *in pr. lib.* 1. iniquum esse adimere libertatem hominibus disponendi de rebus suis. † Et ideo potest quilibet rem su- 5
am, imo totam substantiam suam alienare post positis consanguineis, & consortibus, quando statutũ, lex, vel consuetudo non est in contrarium. Alexand. *consil.* 573. *Viso & diligenter, in princip. lib.* 6.
† Amplia, quia qui potest aliquid tanquam suum proprium reti- 6
nere, potest etiam alteri alienare. Cald. *cons.* 331. alias 2. *de testa. vers. posset tamen*, vbi quod hæres grauatus restituere hæreditatem non potest alienare, nisi pro quantitate legitimæ, quia illam sibi potest retinere, ergo & alienare. † Amplia, quia oblatus religioni, qui si- 7
bi seruauit bona, vt posset disponere, poterit libere de eis disponere pro libito suo, quia moderator est, & arbiter. Soc. *cõs.* 61. *n.* 16.
lib. 1. † Amplia, quia procedit etiã in regularibus Mendicantibus, 8
prout sancti Dominici, & Minoribus, quia non sunt prohibiti acquirere loca, & alienare, put alii Mendicãtes, & ideo in eis habet locum regula, quod sunt moderatores, & arbitri in rebus eorum.
Castillio. *cons.* 19. *in pr. vsq; ad n.* 4. † Amplia, in tantum, vt licet dis- 9
ponens contra verba testatoris, dummodo nõ contra mentem, non incurrat pœnam, ideo si testator prohibuit sub pœna caducitatis posse alienari, vt bona certo casu deueniãt ad talem, si quis alienaret, & redimeret ante illũ euentum, nõ cadit in pœnã, quia pœna nõ committitur, nisi mens testatoris offendatur, & quilibet est moderator, & arbiter rei suæ, si non offendat mentẽ testatoris, licet offendat verba. Ang. *cons.* 169. *in pr. & per tot.* Anchar. *cons.* 47.
Deci. *cons.* 181. *in pr.* vbi de communi * & *cons.* 484. *in fi. & cons.* 637. *
in fi. † Extende etiam contra iussum Principis pœnarum, quia si 10
non offenditur mẽs Principis; valet dispositio, si nõ interest Principis. Crau. *cons.* 366. *n.* 21. vbi alios citat. † Amplia in tantũ, vt pos- 11
sit quis res suas proiicere in mare. Castr. *cons.* 125. *col.* 1. *li.* 1. per *l.* 1. §.
si impuberi. ff. de collat. bonor. † Amplia, quia legatarius cum clausula, 12
q̃ de re legata, possit facere libere velle suum, dicitur constitutus

in re

in re sua cum plena, & libera potestate ab omni boni viri arbitrio
13 abstracta. Rom. *cons.* 112. *Visa, in pr. ver. iis tamen.* † Amplia, quia vbi non imprimitur character à lege, vt aliquid qualificetur, perpetuo potest inferior de re sua disponere. Ias. *in l. nemo potest, in pr. ff. de leg.* 1. & ibi Rip. & alii, & maxime procedit, quia in re sua, quæ non reperitur certo charactere qualificata, potest quilibet legem dicere, & valet. Ripa *d. l. nemo, in fin. n.* 127. *ff. de leg.* 1. quia sicuti potest ab initio non facere, ita faciendo pro libito disponere, si non offen-
14 dat characterem à lege impressum. † Amplia, quia cum quilibet rei suæ sit moderator, & arbiter, consequens est, vt possit libere quisq; rem suam liberam alienare. Rom. *cons.* 277. *Non est dubium,*
15 *n.* 2. *ver. consequens est.* † Extende in tantum, vt pactum, & priuilegium, quod non possim rem meam alienare, non valeat, quando non interest eius, cui factum est pactum, vel concessum priuilegium. Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 15. *in fin. sub n.* 10. *ver. decimanona. lib.* 2. *&*
col. seq. vbi plura similia adducit, & si potest interesse, non valet ad
16 impediendam alienationem, nisi adsit hypotheca specialis. † Am-
17 plia etiam in rebus de futuro. Decian. *d. cons.* 48. *in pr. lib.* 2. † Amplia, quia pactum in concessione rei suæ est seruandum, *l. legem. C. de pact. l.* 1. § *si conueniat, ff. deposit.* & in primogenitura loquitur Cephal. *cons.* 3. *n.* 51. in emphyteusi, & feudo Corn. *cons.* 24. *per tot lib.* 2. vbi, quod pactum transit ad fœminas contra naturam feudi, si ita
18 est concessum in inuestitura, & in fundatione beneficii, quando Episcopus consensit. Cruet. *cons.* 82. *n.* 6. † Et per pactum recedit ur à iure communi, quia contractus ex conuentione partium na-
19 turam suam mutat. Cephal. *consil.* 199. *n.* 12. *& seq.* † Et ideo valet prohibitio facta in traditione rei suæ, vt nõ transeat in certas personas, sed deueniat ad certas etiam circa matrimonia, & collationes beneficiorum, Castr. *cons.* 336. *Super primo per tot. lib.* 1. maxime
20 *colum.* 2. *ver. præterea.* † Extende, quia potest quicunque extraneus dotando mulierem adicere pactum lucri dotis ad placitũ suum, etiam in præiudicium filiorum ex primo matrimonio. Abb. *consil.*
19. *Videndum, in princ. lib.* 1. quia in re sua quilibet est moderator, &
21 arbiter. † Restringe in dotatione, & fundatione Ecclesiæ, quia dotans non potest apponere aliquas conditiones, seu modos spirituales, & ideo procedit regula circa temporalia, ita plene Abb.
22 *consil.* 57. *Attingam, col.* 4. *n.* 5. *ver. venio ad tertium. lib.* 1. † Declara tamen, quia licet laici non possint apponere conditiones, vel modos spirituales in dotatione Ecclesiæ, intelligitur, nisi Episcopus confirmaret, quia tunc valerent, etiam si essent contra ius Cano-
23 nicum, ita Abb. *d. cons.* 57. *col.* 4. *in fine. vers. sed remedium. lib.* 1. † Amplia, quia quilibet potest in re sua immittere, quicquid sibi placet, & disponere de iure suo. Vide, *Facere quæ licèat vnicuique in suo,*
24 *vel non. Concl.* 5. † Declara, dummodo sic immittat, vel disponat, vt alterum, vel alienum non offendat. Ægid. *cons.* 9. *nu.* 14. *& seq. vers.*
secundo opponens, & dummodo in re sua secũdum ius disponat, non
25 si eo modo, quo ius resistit, quia non dicitur facere in re sua. † Limita, quia non valet conditio, vel pœna adiecta contra leges, vel contra bonos mores, aut quæ turpitudinem inducat, quia habetur pro non appositа, *l. vnica. C. de ed, quæ pœnæ nom. cum ibi not.* Ægi.
26 Bellam. *consil.* 10. *num.* 14. *vers. sed oppones.* † Extende, quia in re sua quis non potest contra ius. Boer. *decis.* 320. *n.* 11. *vers. ex quo secun-*
27 *dum eum.* † Extende, quia in agro suo non potest quis ædificare castrum in confinio, neque reficere sine licentia Principis, alias punitur pœna capitis, & demolitionis fabricati. Boer. *d. decis.* 320.
28 *num.* 16. vbi late. † Extende, quia contra bonos mores non potest quis de re sua disponere, neque contra leges, quia Reipublicę interest, ne quis re sua male vtatur. Abb. *cons.* 48. *Videtur primo, circa*
29 *fin. vers. non obstat si dicatur, lib.* 2. † Limita, quia in re communi quis nõ est moderator, & arbiter, quia licet commune mihi sit meum largo modo, tamen in eo non sum moderator, & arbiter. Boer. *d.*
30 *decis.* 320. *num.* 12. *vers. ex quo secundum.* † Et ideo licet quis possit in suo fabricare, creare fortalitium, & fabricatum destruere, non
31 sic in re communi. Boer. *d. decis.* 320. *nu.* 12. *in fin.* † Limita, quia regula procedit in re sua libera, secus si res sit communis, vel in qua alius ius habeat. Anchar. *consil.* 155. *Optimis rationibus, num.* 7. *& seq.* vbi late, & loquitur in laicis, vt non possint in præiudicium Ecclesiasticorum in rebus suis ordinare talia, per quæ tollatur commercium, & idem dicit Socin. *consil.* 14. *lib.* 4. quia mixtura impe-
32 dit. † Limita, quia iudex ex officio potest ratione delicti prohibere, ne quis rem suam alienet: item potest etiam non prodigo prohibere, ne suam rem alienet ex causa ad euitandum præiudicium. Alexand. *consil.* 240. *Perspectis, num.* 3. *& seq. lib.* 6. vbi apostill.

in ver. iudex, dat concordant. Vide, *Disponere de re sua quilibet potest. Conclus.*

486.

Rei vendicatio multiplex, & quæ sint species eius. Concl. 113.

DVPLEX † est rei vendicatio, prout dicimus de vsufructu, videlicet causalis, & formalis; causalis est, quando res est apud dominum, & à se ipso euincit, seu abdicat, formalis vero, qñ res est apud alium, à quo vendicatur. Alexan. plene *cons.* 103. *Quoniam abunde, in princ. lib.* 6. sic etiam vsusfructus causalis competit habenti dominium rei, formalis vero ei competit, qui non habet dominium rei. † Et ista rei vendicatio in re propria, quam quis existens dominus possidet, non competit actu, sed solum aptitudine, ideo quoad formalem rei vendicationem, licet possit abdicando rem à se, non tamen potest eam exercere acquirendo sibi, quia deficit extremum, à quo, ita innuit Alexand. *d. cons.* 103. *n.* 1. *lib.* 6. † Alio respectu triplex est rei vendicatio; aut est ratione directi dominii, & intentatur directa rei vendicatio; aut ratione vtilis dominii, & intentatur vtilis rei vendicatio; aut intentatur ratione quasi dominii, & dicitur actio Publiciana. In duobus primis de dominio directo, necesse est probare acquisitum esse dominium aliquo ex modis, de quibus *in l.* 1. *cum multis. C. ad. ff. de acquer. rer. dom.* In dominio vtili debet probari, quod habuit possessionem, & titulum ab eodem, alias succumbit, & ideo propter difficultatem probandi dominium lex consulit, quod si potest intentare remedium possessorium, melius erit, ita Castr. *consil.* 44. *In causa, in princip. lib.* 1. vbi, quod in Publiciana datur hoc remedium ei, qui cecidit à possessione, dum præscribebat. † Et quod vtilis rei vendicatio competat feudatario, & emphyteutæ, & sufficiat sola inuestitura cum possessione à domino data, Abb. *consil.* 94. *In quæstione, colum penult. in fin. lib.* 2. vbi, quod imo sola inuestitura confert vtile dominium, vel ius ad rem. † Et quod sine traditione dominium, & possessio transferatur ex quocunque contractu ad fauorem eius, qui habet dominium, vel possessionem ex alia causa. Abb. *d. cons.* 94. *col. pen. in fin. & colum fin. lib.* 2. vbi, quod agit rei vendicatione.

Rei vendicatio non datur, nisi ratione dominii, & quibus competat, vel non. Concl. 114.

REI † vendicatio non datur, nisi ratione dominii contra possessorem, vel habentem facultatem restituendi rem, quæ petitur, *cap. examinata, de iudic.* vbi *omnes, ideo possidens non agit rei vendicatione, item neq; agitur cõtra nõ possidentem, vel non habentem facultatem restituendi eadem actione. Feder. de Sen. consil.* 212. *Quod proponitur, in princip.* † Et quod rei vendicatio non detur, nisi agens sit dominus, Ægid. Bellam. *consil.* 39. *num.* 16. *& num.* 14. dicit, quod habens dominium non potest agere condictione ex lege. † Restringe, quia quandoque is, qui non habet dominium, prout ille, qui præscripsit, vel alius similis, qui excipere potest, non autem agere, si cadat à possessione, si tamen spolietur violenter etiam à domino, potest agere rei vendicatione, licet nõ sit dominus, & sibi nõ obstet exceptio dominii. Bart. & alii *in l.* 4. § *Cato. ff. de verbor. obligat.* plene Franc. Balb. *tractat. de præscription. in* 3 *part. princip. in* 2 *part. quæst.* 6. *num.* 7. *& seq.* vbi plene. † Restringe, quia quasi dominus agit rei vendicatione, sicut dominus contra colonum conductorem, vel alium simplicem detentorem, *l. officium,* vbi casus, & ibi gloss. Bart. & alii. *ff. de rei vendicat.* † Declara tamen, quia isti, qui alieno nomine possident, & conueniuntur, habent facultatem nominandi dominum in iudicio, *l.* 2. per illum text. *C. vbi in rem actio.* Canon. *in c. quoniam frequenter, § fin. vt lit. non contest.* sed tamen non satis est, quod nominatus accepter nominationem, nisi etiam iudicium, & litem in se suscipiat, vt per Dd. *in d. l.* 2. † Et debet nominans protestari, quod vlterius contra eum non procedatur, sed contra dominum nominatum, ita innuit Bart. *in d. l.* 2. *C. vbi in rem actio.* in illis verbis, *si non veniente cedit.* † Si tamen nominans alium post nominationem processit in iudicio, ac si proprio nomine possideret, valet processus contra eum, ac si esset renunciatum fauori nominationis & exemptionis. Abb. *in d. cap. quoniam frequenter, § in alio. extr. vt lit. non contest. n* 25. *ver. sed circa hoc quæro.* † Amplia, quia rei vendicatio datur filio probanti rem possessam per tertium extraneum, & singularem fuisse in dominio patris sui, quia eo ipso potest agere petitione hæreditaris, Baldus *consil.* 486 *Quidam D. Brasianus, num.* 2. *versic. secundo præmittendum, lib.* 1. quia agendo sit hæres. † Extende, multo magis, quando probat se hæredem, quia per additionem acquirit dominium. Florian. *consil.* 7. *Proponitur in facto, per totum.* † Amplia, quia imo hæres potest agere rei vendicatione contra tertium; qui emit à grauato restituere, si non præscripsit, cæterum si vero præscripsit, agit contra eum, qui vendidit. Bald. *consil.* 191.

Circa

11 *Circa prædicta num. 5. vsque in fi. ver. & si dicatur lib. 2.* † Amplia; quia posthumus natus potest agere rei vendicatione ad bona alienata per exequutores testamentarios, ante quam posthumus nasceretur; quia ante posthumi natiuitatem non potuit constare de debitis, pro quorum satisfactione fuit facta alienatio. Bal. *cons.* 397.

12 *Viso testamento. lib. 2.* † Contrarium videtur velle Bald. *cons.* 184. *Ad intelligentiam, in fi. ver. proponitur etiam, lib. 2.* vbi, quod valet alienatio facta bonorum hæreditatis iacentis ad instantiam creditorum, ita quod minor hæres non reuocat, nisi via restitutionis in integrum, si subest causa legitima; sed dic, quod aliud est in alienatione curatoris, qui hæreditate iacente alienat, vt hic; aliud in exe-

13 quutore, qui nõ potest ante aditam hæreditatem. † Amplia; quia si procurator vendit rem domini, & recipiat pretium, pretium efficitur Domini, ita quod potest agere rei vendicatione ad petuniam, si extat penes procuratorem, & hoc vltra actionem mandati. Bald. *cons.* 186. *Ad euidentiam, circa pe. vers. secundo prænittendum,*

14 *lib. 2.* † Amplia; quia rei vendicatio competit domino rei, quæ ab alio possidetur contra possidentem, & duo requirit extrema, quod agens sit dominus, & conuentus sit possessor. Abb. *cons.* 17.

15 *In quæstione, colum. 1. in fin. ver. nam rei vendicatio lib. 2.* † Amplia; quia dominus agit rei vendicatione ad pignoratas res per tertium Hebræo, si ille, qui pignorauit, non habebat mandatum. Bald. *consil.*

16 201. *Tria possunt, lib. 4.* † Extende idem, si pignoratio sit facta per alium, vel quemcunque, nisi pretium esset versum in vtilitatem domini, quo casu dolt exceptione submouetur, nisi pretium re-

17 stituat. Fulgos. *cons.* 127. *Cum Titius.* † Amplia; quia stante statuto, quod venditio sit nulla, nisi intra certum tempus fuerit soluta gabella, si quis vendat aliquid, & non fuerit soluta gabella, ita quod contractus fuerit nullus, potest agere rei vendicatione, etiam si agens renebatur ad partem gabellæ, quando nullitas inducitur fauore publico. Bald. *cons.* 227. *Quod non possit allegare, lib. 4.*

18 † Amplia; quia monasterium potest agere rei vendicatione contra possessores bonorum hæreditatis delatæ professo sui ordinis. Angel. *cons.* 133. *Super primo, num. 2. ver. super hoc,* vbi, quod melius

19 est agere rei vendicatione, quam petitione hereditatis. † Amplia; quia dominus directus agit rei vendicatione contra feudatarium, vel emphyteutam, qui retinet rem feudalem, vel emphyteu-

20 ticam reuersam ad dominum. Fulg. *consil. 226. circa fin.* † Extende; quia etiam vendicabit à spoliatore, qui spoliauit emphyteutam, vel feudatarium, nec poterit replicare de inuestitura facta spoliato. Fulgos. *d. consil. 226. in fine.* † Limita; quia is, qui dedit in dotem

21 aliquid æstimatum, ex quo æstimatio facit venditionem, & ex venditione transfertur dominium, non potest agere rei vendicatione, etiam si in donatione in dotem adsit pactum, quod teneatur redimere pro eodem pretio; quia intelligitur, quatenus is, cui fuit facta datio, velit. Dyn. *cons. 1. per tot.* vbi est casus, maxime

22 in fin. † Limita; quia emptor hæreditatis non agit rei vendicatione ad res particulares, nisi probet de traditione; quia per iuris cessionem non transfertur dominium. Bald. *consil. 285. Casus co-*

23 *ram, num. 2. ver. sed illud. lib. 2.* † Limita; quia rei vendicatio, vel publiciana non potest competere possessori; ideo qui dicit se possedisse, & præsumitur possidere, non potest concludere rei vendicationem, neque publicianam. Anchar. *consil. 318. In quæstione, quæ*

24 *vertitur, in princip.* † Limita; quia emens rem alienam non efficitur dominus; ideo agere non poterit rei vendicatione. Florian. *consil.*

25 *7. nu. 2.* † Extende; quia ex solo instrumento emptionis factæ solutionis pretii, & traditionis possessionis, etiam quod emens accaetrari fecerit bona nomine suo, non probatur sufficienter dominium. Alex. *cons. 182. Viso processu, in princ. lib. 7.*

Rei vendicatio ex quibus dicatur intentata, vel nõ, & quid concludere debeat. Concl. 115.

1 AGENS † rei vendicatione vtili vel directa, licet debeat petere se declarari dominum rei, & possessorem compelli ad restituendam possessionem; tamen nõ est necessarium expresse petere, se declarari dominum, quia si constat ex narratis esse dominum vtilem, vel directum, & petat solum rem restitui, censetur

2 quentiam necessariam. Castren. *cons. 85. num. 2. lib. 2.* † Et vbicumque petit actor declarari se dominum & aduersarium cõdemnari ad restituendum rem petitam, dicitur intentata rei vendicatio.

3 Castren. *cons. 138. colum. 1. in fin. ver. quod autem, libr. 2.* † Aduertas; quia agere debens rei vendicatione debet diligenter animaduertere, an aliquo interdicto possit agere possessorio, quia faciliores probationes admittuntur. Petr. de Anch. *cons. 42. Circa recuperandam. in pr.* Castr. *cons. 445. in pr. ver. primum probatur, lib. 1.* vbi, quod

4 istud est; quia difficilis est probatio dominii. † Et cessionarius agens rei vendicatione qualiter libellum formare debeat, Barr. *in l. si culpa. ff. de rei vend.* vbi etiam Bald. † Intentata dicitur actio rei

5 vendicationis, si actor petat, bona ad se spectare pronunciari iure dominii, & proprietatis, & detentores cogi ad omnia bona dimittendum, & relaxandum vna cum fructibus. Ang. Aretin. *in §. omnium, Instit. de actio. colu. 8.* vbi tutius est, quod agens dicat se dominum, vel quasi dominum propter facilliorem probationẽ, nec tenetur in libello exprimere causam, si est dominus directus; sec-

6 si esset solum vtilis dominus, prout emphyteuta; quia debet hoc exprimere. *l. 1. ff. si ager vect. vel emphyteut.* † Vide tamen; quia quando dicit actor, ratione dominii, intentat solũ rei vendicationem, si vero addit, vel quasi dominii, intentat publicianam. Vide infra, *Rei vendicatio, & publiciana licet contrariæ, possunt tamen cumulari, & quando intentata dicantur. Concl. 118.* & quando ex præscriptione fuit quæsitum dominium, tunc necesse est ihtrare publicianam, & di-

7 cere, iure dominii, vel quasi. † Declara; quia ad euitandas subtilitates tutius est semper omnia cumulare euentualiter, videlicet dico talem fundum ad me spectare iure directi dominii, vel vtilis, vel quasi, & quod talis illium detinet, & facultatem habet restituendi; ideo condemnari, & cita Aret. *d. §. omnium, Instit. de actio.* vbi,

8 quod debent peti fructus percepti, & percipiendi, liquidandi, & etiam qui percipi potuerunt, vt omnia includantur. † Imo quod intentata dicatur rei vendicatio, si narrans se inuestitum de feudo petit mitti in possessionem, & aduersarium compelli ad restituendam possessionẽ; quia licet talis libellus possit applicari ad possessorium, & ad rei vendicationem; tamen continet ex narratis rei vendicationem, licet expresse non petierit se dominum declarari; quia sufficit, quod petatur expresse, vel tacite. Castr. *cons. 85. in*

9 *causa mota, lib. 2.* † Restringe; quia is, qui narrauit rẽ ad se pertinere ratione dominii, & concluit aduersarium condemnari ad restituendam rem petitam sibi tanquam hæredi Titii, censetur potius intentasse petitionem hæreditatis, quam rei vendicationem; tum quia possunt simul cumulari, & potius attenditur conclusio, quã narratio libelli, & quia in petitione hæreditatis sufficit probare defunctum possedisse tempore mortis. Castr. *cons. 138. In causa, quæ vertitur, in princ. ver. sed hoc non obstante, per tot. lib. 2.*

Rei vendicatio non datur, nisi contra eum, qui possidet. Concl. 116.

1 REI † vendicatio datur contra illum, qui possidet, & contra non possidentem non datur, quia non habet facultatem restituendi rem petitam *l. 1. C. de alienatio. iudic. mutan causa facta.* declarat *in l. officium. ff. de rei vendic.* † Item datur contra eum, qui pos-

2 sidet ratione custodiæ, si habet facultatem restituendi. *d. l. officium in fin. ff. de rei vendic.* vbi Bart. *in summario.* & ante eum Hostien. *in c. contingit, de dol. & contum.* vbi, quod missus in possessionem causa custodiæ ex primo decreto potest conueniri rei vendicatione.

3 † Contrarium, quod missus ex primo decreto; quia habet solum custodiam, & detinet, non autem possidet, non possit conueniri rei vendicatione. Innoc. *in c. quoniam contra de probatio.* vbi dicit, quod non potest conueniri; quia facultatem restituendi non habet, sed est custos, & detentator, & eum sequitur Spec. *in tit. de rest. & vend. decre-*

4 *to. §. iam in effectu, vers. sed nunquid missus, in fi.* & idem Inno. *in c. quoniam contra, in §. quod super; in ver. possessionem, vt lit. nõ contest.* † Declarat Abb. *consil. 109. Circa factum, col. 2. ver. sed diligenter lib. 2.* quod si custos, vel detentator habet liberam custodiam, & facultatem restituẽdi, prout depositarius missus in possessionem ex primo decreto in reali ob contumaciam possessoris, & similibus, & potest conueniri, licet possit velle dari terminum ad intimandum possessori, vel si nominet possessorem, liberetur à lite; si vero non habet liberam custodiam, & facultatem restituendi, non potest cõueniri rei vendicatione, & ita etiam concordat Anch. de Butr. *in ca. examinata, de iudic. & in d. c. quoniam contra. §. quod super, vt lit. non contest.* Amplia, vt *in ver. Rei vendicatio non datur, nisi ratione dominii Concluſ. 114. n. 21. & seq.* vbi videas; † Declara; quia agens rei vendica-

5 tione contra possessorem, qui emit à non domino, non tenetur offerre pretium ab eo solutum emptori *l. mancipium. C. de rei vendic.* fallit multis casibus, de quibus Socin. *in Reg. 6. Vendicans rem suã*

am. quem videas.

Rei vendicatione agens vt obtineat, duo debet probare, dominium ex parte sui, & possessionem ex parte conuenti, & quæ probatio sufficiat, vel non. Concl 117.

1 DVO † debet probare agens rei vendicatione videlicet dominium rei esse suum, & reũm possidere. *l. 1. C. de alien. iudic.*

mut.

mut. causa facta. c. examinata, de iudi. l. in rem, in pr. & l. officium. ff. de rei vend. l. unica. C. de alien. iud. mut. causa facta. vbi Bart. & * omnes. c. Abbate sane, de re iud. in 6. § omnium, & § sed ista. Instit. de actio. vbi Aret. Iaſ. & alii. Bar. in l. ex diuerſo. § 1. ff. de rei vendic. Deci. conſ. 62. col. 2. in fin. Alex. conſ. 28. in pr. lib. 2. Ruin. conſ. 13. colum. 2. ver. ſed præmiſſis, & conſ. 47. & conſ. 25. n. 3. lib. 4. & ſi non probat dominium, quantumcunque ſit difficilis probationis, ſuccumbit. Rui. conſ. 54. n. 3. lib. 4.

2 † Extende etiam in legatario, cui competunt tres actiones, perſonalis, hypothecaria, rei vendicatio. l. 1. C. communia de legat. quia ſi intentat rei vendicationem, debet probare dominium fuiſſe penes defunctum tempore mortis, & aduerſarium poſſidere. Con-

3 trarium † in legatario, quod ſufficiat probare, quod teſtator poſſideret rem, de qua agitur, tempore mortis, Guido Papæ *deciſ.*

4 442. allegat Bald. *in l. ſi. §. ſi. C. de appell.* † Extende; quia hæres agit rei vendicatione, ſi probat dominium defuncti, & ſe hæredem; quia per additionem dominium defuncti, & quaſi dominiſi tranſit ipſo iure in hæredem, vel in filium, & filiatio probatur per tractatum à parentibus, & vicinis profilio, vel ſi procurator rei con-

5 ſtetur. Alex. *conſ. 90. in pr. lib. 2.* † Imo etiam ſi filius non adiuiſſet intra 35. annos, non excluditur, quia habet 30. annos p caput vnde liberi, & alios 30. annos per caput, vnde legitimi; ante quam

6 excludatur. Alex. *d. conſ. 90. in pr. lib. 2.* maxime *n. 2. & 3.* † Probari quæ debeant tam in rei vendicatione, quam in publiciana, & ſpo-

7 lio, Affl. *deciſ. 40.* † Et quæ ſint probanda in rei vendicatione, publiciana, petitione hæreditatis, & interdicto quorum bonorum, Alex. *conſ. 182. Viſo proceſſu, lib. 7. per tot.* vbi ſi quæ deficiant, quando

8 ſuccumbat actor. † Dominii igitur probatio eſt neceſſaria in rei vendicatione ex parte agentis. *l. in rem, & l. officium ff. de rei vendic.* cum aliis, de quibus ſupra, quæ probatio reputatur difficilis, vt p

* * omnes *in l. res. C. de probat.* Bart. *in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. & in l. rem alienam ff. de pignor. actio.* vbi dat practicam probandi dominium. Alex. *conſ. 4. n. 26. cum ſeq. lib. 2. & conſ. 39. n. 3. eod. lib.* vbi dicit

* probationem directi dominii difficillimam, quando principaliter agitur de dominio; vt etiam dicit glo. * communiter approbata *in* §. 1. *ver. poſſideat. Inſtit. de actio.* vbi Iaſon. & ideo non eſt ſatis probare poſſeſſionem, vt ex ea arguatur, præſumaturque dominium. Bart. *in l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſti.* Bald. *in l. inditia. C. de rei vendic.* Alex. *conſ. 10. Viſo proceſſu, col. 2. lib. 4.* firmat Dec. *conſ. 221. n. 7.* & quãtumcunque ſit difficilis probationis, ſi non probatur dominium, actor in hoc iudicio ſuccumbit. Rui. *conſ. 54. n. 3. lib. 4* & quod ſola poſſeſſio non probet dominium, quando principaliter deduci-

9 tur. Alex. *conſ. 134. In cauſa, & lite, nu. 12. ver. præſuppoſito, lib. 2.* † Contrarium, quod imo, cum dominium ſit difficilis probationis, ſufficiãt inditia, præſumptiones, & coniecturæ, pro regula ponit Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis. §. Prætor ait. ff. de eden.* & in terminis dominii Soc. *conſ. 89. In cauſa agitata, col. 4. lib. 1.* gl. Bald. Salyc. & alii *in l. proprietatis. C. de probat.* Dec. *conſ. 146. n. 14.* & pro claro reaſſumit *conſ. 428. ad fi.* & ratio eſt, quia quæ probari non poſſunt liquido, pro-

10 bantur argumentis, *l. 2. in fi. C. de in lit. iur.* † Et ideo per probationẽ longiſſimæ poſſeſſionis illius, qui agit, & dicit bona ad ſe pertinere, iuncta etiam poſſeſſione auctorum, dicitur probatum dominium vtile. Bart. *in l. rem alienam ff. de pign. actio.* Abb. poſt Inno. *in c. cæterum, col. penult. ver. vltimo ex hoc dicto Innoc. de iudic.* aſſerens ſe ita obtinuiſſe. Feli. *in rubr. de præſcrip.* plene Balb. *tract. de præſcr. q. 2. par. princ.* vbi, quod qui dicit rem ad ſe pertinere, concludit etiam dominium ex præſcriptione cauſatum, & poſſeſſio auctorum iungi poteſt ad inducendum tantũ tempus, quod reſultet dominium præſcriptum. *l. cum hæres, in pr. ff. de diuer. & temp præſc.* & ideo ſi non apparet alius dominus, is, qui poſſedit per longiſſimum tempus,

11 præſumitur dominus. Balb. *d. tract. de præſc. in 4. par. pr. n. 3.* † Declara; quia ſi actum ſit ratione dominii, vel quaſi, & ſic intentata ſit rei vendicatio, & publiciana, ſufficit titulus, & poſſeſſio continua-

12 ta etiam auctorum, ex qua dominium præſumatur, ita videtur declarare Rui. *conſ. 54. ver. ex præmiſſis, lib. 4.* † Declara tamen; quia licet vt probatio per indicia releuet, ſit neceſſe, q̃ indicium quodlibet ſit probatum per duos teſtes. Ang. *in d. l. inditia. C. de rei vendic.* gl. *in l. ſi. C. famil. hercis.* tamen hoc procedit in indiciis remotis, ſecus in proximis. Bart. Bald. & Ang. *d. l. ſi. C. famil. hercis.* patet; quia vnus teſtis de facto proprio ſemiplene probat, in remotis duo requiruntur. Bart. *in l. maritus poſt gl. ff. de qu. & in l. ſi. eod. tit.* vbi late

13 Marſ. Soci. *conſ. 54. in pr. lib. 3.* Vide plenius, *Indicia quæ ſufficiant ad torturam. & quæ non.* Concl. 97. n. 119. *& multis ſeqq.* Vide Maſc. *concl.*

* 406. *Coniectura*, vbi plures citat, communem atteſtatur, * & declarat. † Et quod non ſufficiat agenti rei vendicatione ad probationem dominii oſtendere titulum habilem ad tranſlationem dominii, niſi etiam probet auctorem ſuum, à quo habuit titulum,

* fuiſſe dominum, tenent * omnes *in l. ſi fic. §. 1. ff. de leg. 1.* dicentes per illum tex. *in l. legaui. ff. de lib. lega.* quod ſi Comes conceſſit alicui rem, non probatur per hoc dominus, niſi probetur, quod concedens eſſet dominus. Alex. *conſ. 24. lib. 7.* Soci. *conſ. 266. n. 9. cum ſeq. lib. 2.* quia ſi concedens non eſt dominus, non poteſt in alium tranſferre dominium, quod non habet, *l. traditio. ff. de acq. rer. dom.* non enim ſequitur, emiſti rem, ergo es dominus rei, ita Caſtr. *in l. proprietatis. C. de probat.* & Alex. *conſ. 182. lib. 7. in pr.* vbi, quod non ſufficit titulus emptionis, ſolutio pretii, & traditio vacua ad probandum dominium * ſecundum communem *in l. cum rei. C. de probat.* * Alex. plene *conſ. 134. in cauſa, & lite, n. 12. ver. præſuppoſito quod, lib. 2.* vbi reddit rationem, quia vendens, ſi non eſt dominus, non poteſt in alium transferre, quod ipſe non habet, videlicet dominii, ſed ſolum tenetur ad traditionem rei; ergo dominium venditoris probari debet neceſſario. † Imo etiam ſi vendens eſſet dominus, 14 non ſufficit inſtrumentum venditionis, ſed requiritur, quod ſit facta traditio; quia ad tranſferendum dominium non ſufficit contractus, niſi adſit traditio, vel aliquid, quod ſit loco traditionis. Vide *in ver. Publiciana actio quia ſit. Concl. 58. in ver. & quod ſine traditione.* † Et quod plus eſt, eſt neceſſe, quod tradens poſſideat; quia 15 aliter tradere non poſſet, *l. quod meo. ff. de acquir. poſſ.* vbi Alex. & *inl. interdum. ff. eod. tit.* vbi, quod conſtitutum ita demum probat traditionem, ſi conſtituens tẽpore conſtituti poſſideat, alias non Dec. *conſ. 40. n. 9.* & de præmiſſis omnibus Aret. Iaſon, & aliis *§. omnium. Inſtitut. de actio.* † Et ideo tam in rei vendicatione, quam in pu- 16 bliciana ſolum conſtitutum non probat traditionẽ poſſeſſionis, niſi conſtet, quod conſtituens tempore conſtituti poſſidebat. Alex. *conſ. 182. Viſo proceſſu, n. 4. & ſeq. ver. nec etiam puto, lib. 7.* vbi apoſt. *in ver. tempore.* dat conc. † Declara plenius, quia ſola poſſeſſio non 17 probat dominium principaliter deductum in iudicio. Bar. *in l. penult. ff. de cond. inſtit.* plene Dec. *conſ. 221.* & maxime loquendo de directo dominio. *l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir poſſ.* vtile vero non probatur, niſi ex poſſeſſione temporis longi titulata cum bona fide, *authen. ni. tricennale. C. de bon. mater.* ſeu ex ſola poſſeſſione bonæ fidei continuata ſpatio 30. vel 40. annorum, *l. ſi quis emptionis. § 1. C. de præſcript. 30. ann.* Alex. *conſ. 89. in pr. lib. 3.* quaſi dominii ex poſſeſſione, niſi adſit titulus ex bona fide, licet habitus à non domino. *§. alia. Inſtit. de actio. l. 1. per tot. ff. de publicia.* Caſtr. *conſ. 169. Viſo quodam col. 2. n. 3. & ſeq. lib. 1. & conſ. 76. in pr. lib. 2. & conſ. 138. in pr. lib. 2.* † Extende; quia non probatur dominium ad effectum rei vendicationis, licet probetur poſſeſſio bonorum pro ſuis & tanquam ſua, & quod reputatus fuit dominus. Rom. *conſ. 424. Circa propoſitum, n. 4. ver. quoad ſecundum,* vbi, quod multi reputantur domini, qui non ſunt. Alex. *conſ. 182. Viſo proceſſu, n. 1. in fi. ver. & ſimul inſpiciatur, & n. 2. li. 7.* Vide *Dominium qualiter probetur. Conſ. 611.* † Idem, ſi probet per famam publicam, quod fuit dominus; quia ſi probatur dominium per famam, niſi in antiquiſſimis. Rom. *d. conſ. 424. n. 5. ver. præterea,* vbi apoſt. *in ver. antiquiſſima,* dat conc. & Roma. dicit * communem. † Idem, ſi extant teſtes probantes de auditu; quia non eſt ſufficiens probatio, licet præſumptionem faciat, Rom. *d. conſ. 424. n. 6. ver. cæterum.* vbi apoſt. *in ver. non ſufficiat,* & quod præſumptionem faciat, Rom *ſing. 345.* vbi apoſt. citat plurimos. † Extende, quia dominium in rei vendicatione, & ſic directo non probatur ex poſſeſſione præterita, niſi ſit vltra 30. annos. Caſtr. *conſ. 169. Viſo quodam proceſſu, n. 3. & 4. lib. 1. & conſ. 76. In facto iſto, lib. 2.* vbi quod ſola poſſeſſio vetus ſui, & ſuorum auctorum non ſufficit, † Extende, vt procedat, etiam ſi quis agat rei vendicatione habens cauſam à poſſeſſore; quia non ſufficit, quod probet habuiſſe cauſam ab eo, qui diu poſſedit arbitrio iudicis, probat tenent aliqui, quia cõmunis * opinio eſt, quod non releuet ſuc- ceſſorem, ſicut non releuat auctorem. Caſtr. *d. conſ. 169. col. 2. n. 3. in fi. verſ. præditis vero, lib. 1.* † Extende, quia nec ſufficit probatio poſſeſſionis per longum tempus cum iuramento in ſupplementum, quia non defertur ſuper materia, & probatione non ſufficienti, quia mille teſtes non releuarent deponentes de poſſeſſione non releuanti. Caſtr. *d. conſ. 169. n. 6. vſque in fin. lib. 1.* † Extende, vt agens rei vendicatione non poſſit obtinere, etiam ſi probaret adverſarium precario nomine agentis poſſidere; quia licet ſufficiat in alia actione, non tamen in iſta. Caſtr. *d. conſ. 169. n. 5. ver. imputat. lib. 1.* & idem Caſtr. *conſ. 76. in pr. lib. 2.* † Declara vltimam extenſionem; quia licet locans, commodans, vel deponens, ſi agat actionem; quia licet locati, commodati, vel depoſiti, vel alterius contractus conducti, commodati, vel depoſiti, vel alterius contractus conducti habentem cauſam à ſe, non ſolum non teneatur probare dominium, ſed nec ſi ipſi obiiciatur de dominio, audiatur excipiens tamen ſi deponens, vel locans, aut commodans ageret rei vendicatione, teneretur probare dominium; quia locatio, commodatum, & depoſitum, aut venditio non probant dominium, & ſic declarat Caſtr. *conſ. 76. In facto iſto, in pr. lib. 2.* vbi, quod rei vendica-

dicatio cõtra tales intentata requisit eandem probationem, prout si contra tertium extraneum, allegat gloss. quam tenent Doct.
26 *in l. ita vt si fur, ff. commod.* † Vide tamen Cravett. *consil. 411. num. 58.* vbi limitat, nisi in contractu dispositiue esset confessio commodatarii, conductoris, vel emptoris, quod commodans, locans, & vendens esset dominus; quia tunc etiam si ageret rei vendicatione, obtineret absq; alia probatione dominii. † Et quod sola possessio de præterito non arguat dominii probationem, quando principaliter deducitur. Deci. *cons. 21. n. 7.* Ias. & Dec. *in l. non hoc. C.*
28 *vnde cognat.* facit Corn. *cons. 122. col. 2. lib. 3.* † Et quod in rei vendicatione nõ sufficiat probatio, quod actor per se, & eius patrem possederit per plures annos, Bart. *in l. 1. in fi. ff. pro suo.* Alex *cons. 98. n. 9. ver. nec obstat, & cons. 137. n. 6. lib. 2.* Grat. *cons. 119 lib. 2.* Matt. *in rub. C. de probat. n. 316.* sed requiritur probatio dominii per titulum, & rei traditionem, ostendendo tradentem fuisse dominum; quamuis duo prima sufficiant ad probandum quasi dominium ad effectum Publicianę, secundum gloss. *in l. cum res, C. de probat.* vbi Bart.
29 & * communiter Doct. Castr. *in l. proprietatis, C. de probat.* & * communem dicit Alex. *in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess.* † Extende; quia dominium non probatur per testes dicentes, talia bona fuisse, & esse talis; quia debent per rationem redditam concludere, de dominio Corn. *cons. 201. Licet, ver. iis non obstantib. lib. 1.* † Restringe; quia in rei vendicatione, vt dicatur probatũ dominium, sufficit, quod constet de quatuor, videl. de titulo, de traditione rei, de solutione pretii, & de diuturna possessione, vt per gl. Bart. Salyc. & alios *in l. cum res, C. de probat.* quia licet dominium ex prædictis non probetur, si constat venditorem non fuisse dominum; tamen quando est dubium, an vendens fuerit dominus, vt quia non probatur, quod esset, vel quod non esset dominus, bene probatur dominium sufficienter, vt declarat Bald. *in d. l. cum res, n. 3. &*
31 *4.* sequitur Paris. *cons. 104. n. 99. li. 1.* vbi plures allegat, & dicit plures modos, ex quibus dominium probatur. † Et quod licet vendens, & tradens non fuisset dominus, vel nõ probetur dominus; tamen acquirens, qui habet titulum emptionis, & possessionis traditionẽ, ex longa subsecuta possessione tanti temporis, quod potuerit præscribere, probet dominium, vel etiam si probet auctorem suum tanto tempore possedisse, quod præscripsit, & ac-
32 quisiuit dominium. † Qualiter autem probetur dominium, vide Castr. *in l. proprietatis, C. de probat.* Dec. *cons. 428. in fin.* Ias. *in §. omnia,*
33 *col. 13. Instit. de action.* † Restringe; quia bene probatur dominium ex possessione, & fama, quod esset dominus agẽs rei vendicatione, quando agit contra violentum spoliatorem. Rom. *cons. 424. in*
34 *fin.* vbi apostil. fin. citat Boer. *decis. 42. alia insuper, n. 6.* † Restringe, nisi essemus in probatione dominii de antiquo; quia tunc bene præsumitur dominium esse apud eum, de quo cantãt instrumenta, si non constat de contrario. Felin. *in c. veniens, el primo, de testibus. n. 16.* Deci. *d cons. 428.* Et quia in instrumento, si adest cõstitutum, præsumitur, quod constituens possederit tempore constituti.
☞ Deci. *cons. 202. col. 3.* Soci. *cons. 187. n. 14. lib. 2.* Vide, *Publiciana agens quid probare debeat. Concl. 969.*

Rei vendicatio, & Publiciana licet contrariæ, possunt tamen cumulari, & quando intentatæ dicantur. Concl. 118.

1 REI † vendicatio, & Publiciana licet sint contrariæ origine, tamen possunt cumulari in eodem libello euentualiter. Fulgos. *cons. 140. In causa, quæ vertitur, in princ.* gloss. *in c. Abbate, de re iud. in 6.* Bart. *in l. 1. ff. de public. in rem action.* Bald. *in l. 1. C. si plures vna sent.* Socin. *cons. 56. col. 1 lib. 4.* Castr. *consil. 445. In causa, quæ vertitur, lib. 1.*
2 *num. 2. in fin. vers. & iste libellus.* † Contrarium tenet Alexand. *cons. 96. Visis narratis, num. 6. ver. tamen iis non obstantibus, lib. 4.* vbi, quod sunt remedia diuersa non contraria; & quia dominium potest sumi large, & improprie, quando dicitur in sententia, dominium; vel quasi, ne sit incerta dictio, vel, stat, pro, id est, quia inter genus, & speciem. † Declara; quia si de stricto iure Publiciana, quę importatur per illa verba, quasi dominium, non possit cumulari cum rei vendicatione, saltem de consuetudine cumulantur. Ias.
in §. sed iste. Instituit. de actionibus. Alexand. *consil. 24. lib. 7. & cons. 96. lib. 4.* quod tamen intelligas subordinate. Fulgos. *cons. 140. In causa, quæ vertitur.* Vide, *Libellus contrarius, & incertus non admittitur, &*
4 *quando secus. Conclus. 314.* † Imo eo ipso, quod petiit iure dominii, vel quasi se declarari dominum, vel quasi bonorum, quæ reus possidet, constetur intentasse, & rei vendicationem, & Publicianam; quia conueniunt omnia requisita ad vtramque actionem.
5 Alex. *cons. 90 In causa, & lite, in princip. lib. 1.* † Et vbicunque rector petit declarari rem ad se pertinere iure dominii, vel quasi, dicitur intentata rei vendicatio, & Publiciana alternatiue; quia illa verba, *ratione dominij*, important rei vendicationem; alia verba, *vel quasi*, important Publicianam, & ideo in Publiciana tria sunt probanda, vel saltem alleganda, videlicet allegare bonam fidem, & probare traditionem possessionis vacuæ, vel id, quod est loco traditionis, & probare titulum. Vide, *Publiciana agens quid probare debeat. Concl. 969.* & extat *consil.* Alex. 90. *In causa, & lite, in princ. lib. 2.* † Et est ratio; quia verba, *spectare ratione dominij*, important 6
solum iudicium reale, & sic rei vendicationem. Cyn. *in l. cogi, C. de petit. hared.* quia talia verba soli petitorio conueniunt, & rei vendicationi, gloss. Aret. & Ias. *d. §. omnium, Instit. de action.* Alex. *consil. 159. col. 1. lib. 5. & cons. 89. eod. lib.* Ruin. *cons. 13. in princ. & consil. 14. &*
cons. 17. lib. 4. Alex. *consil. 24. lib. 7.* ☞ Idem, si diceretur reum con- 7
demnari ad dimittendum sibi bona vacua, libera, & expedita, quia sola rei vendicatio esset intentata. Alexan. *cons. 96. lib. 1.* Deci. *cons. 62. col. 1.* Socin. *in l. rem, quæ nobis, col. 6. ff. de acquir. possess.* † Verba 8
vero impropria dominii, prout quasi dominii, important necessario Publicianam, quę quidem respicit, & est petitorium, sed tamen continet dominium ex præscriptione causarum. Aret. & Ias. *in d. §. sed iste. Instit. de action.*

Rei vendicatio complectitur etiam fructus rei vendicatæ, & qualiter. Concl. 119.

FRVCTVS † veniunt in iudicio rei vendicationis, *C. de rei vendicat. l. si fundum. l. fructus, & l. ex diuerso,* & vbique Bart. *ff. eod. tit.* 1
Alex. *cons. 102. Viso themate, n. 8. & seq. vers. & si dicatur, lib. 6.* vbi extendit, siue extent, siue sint consumpti; quia competit rei vendicatio, quando consumpti sunt à malæ fidei possessore. † Restringe, quando ageretur contra habentem titulum, & bonam fidem, 2
quia non veniunt, nisi à die litis contestatæ, *l. certum, C. de rei vend.* Bart. *d. l. ex diuerso. ff. eod.* Abb. *in c. grauis, de restit. spol.* Alex. *consil. 102.*
n. 10. lib. 6. dicit, quod non competit rei vendicatio, quando sunt consumpti à bonæ fidei possessore. Vide, *Fructuum condemnatio*
☞ *quando facienda, vel non. Concl. 503.*

Relapsus, seu recidiuus peior peccatore, & quis dicatur. Concl. 120.

VSVRARIVS † manifestus, qui potest testari, si præstitit cau- 1
tionem de restituendis vsuris, iuxta formam *c. quanquam, de vsur. in 6.* si post præstitam cautionem, & post factũ testamentum, vel ante testamentum continuat vsuras etiam non manifeste, annullatur testamentum, & fides iussio non releuat; quia recidiuus est, & recidiuus omnis dicitur peior sua radice; & quia apparet, quod non est contritus, ideo veniam non meretur. Abb. *cons. 1. col.*
fin. ver. & maxime corruit, lib. 2. in ordine 110. † Amplia; quia hæretico relapso non parcitur, sed traditur curiæ seculari, & bona eius 2
confiscantur. Vide, *Hereticus relapsus. Concl. 103.*
☞

Relationem facere debens quid possit, vel non. Conclus. 121.

IVDEX, † vel etiam merus executor habens necessitatem re- 1
ferendi informationem superiori potest præfigere terminum partibus ad comparendum coram superiore, etiam si hoc non habeat in facultate, & talis præfixio deuoluit causam ad superiorem, in tantum, quod non comparens habeatur pro contumace, & potest contra eum procedi per audientiam contradictarum, vel in loco publico ex abundanti. Gemin. *consil. 109. versic. circa secundum, vsque in finem.* vbi latet. † Non tamen potest iudex ad se in- 2
formandum, & referendum pronunciare, neque iuramentum relaxare, neque alia facere, nisi prout cantat rescriptum. Ægid. Bellam. *consil. 30. num. 9. vers. conclusio secunda.* † Extende; quia dele- 3
gatus ad se informandum, & referendum Principi, si pronunciat, antequam referat, dicitur excedere mandatum, & fines mandati, & sententia est nulla. Alex. *cons. 108. Viso processu, nu. 4. & seq. vers. item in relatione, lib. 6.*

Relatio nuncii vt valeat, quæ requirat. Concl. 122.

NVNCIVS † debet esse publicus, vel deputatus à publico, & 1
seu iudice, alias citario non valet, seu relatio. Alex. *cons. 137.*
in causa, & lite, num. 13. vers. item dicta citationes. † Relatio citationis 2
debet esse nota iudici, & in actis ad hoc, vt valeat sententia, vel actus gestus vigore citationis. Bart. *in l. multum interest. ff. de condit. & demonstrat.* plenissime Marsil. *in l. de vnoquoque, num. 119. vers. vlterius*
scias. ff. de re iudic. Rom. *consil. 454. In præsenti, n. 14. ver. quinimo.* plene Vant. *de nullit. ex defect. citation. num. 146. fol. 337.* vbi dicit * commit- *
nem. Vide, *Actus nullus redditur, si requisita ad actum non apparent*
☞ *tempore actus. Concl. 140.* † Extende, quia non sufficit, quod pars 3
reuera sit citata ad sententiam, nisi etiam relatio sit in actis tem-

ferendæ sententiæ. Bart. *in l. hoc autem*, §. 1. *ff. ex quib. caus. in poss. ess.* Ioan. de Arnono *sing.* 84. Vant. *d. tract. tit. de nullit. ex defect. citat. nu.* 146. Bart. *in l. si finita*, §. *idem Iulianus. ff. de dam. infect.* † Extende in
4 multa facta per iudicem absenti ob contumaciã; quia non valet, si tempore sententiæ non erat in actis facta relatio per nuncium.
5 Bart. *in l. multum. ff. de condition. & demonstrat.* † Restringe, quando partes essent præsentes, vel pars citata, & quando periculum esset in mora, & quando iudex probabiliter credidit partem fuisse citatam. Vant. *dict. tractat titul. de nullit. ex defect. citat. num.* 146. *in fin.* allegat Marsil. *in l. patre, vel marito, vers. secundo limita, nu.* 46. *de quæ-*
6 *stion.* † Amplia in omni actu, in quo acquiritur potestas, vel iurisdictio ex absentia, vel impedimento alterius; quia debet constare de relatione, quod non fuerit requisitus. Abb. *consil.* 335. *col.* 4. *vers. sed præsupposito, lib.* 2. vbi, quod non statur assertioni Notarii.
7 † Declara tamen, quia statur assertioni Notarii, quod requisitio eius, qui non interuenit, fuit facta, quando fuit enunciatio facta in sententia, & potuit ille actus fieri tempore sententiæ. Abb. *d. consi.* 33. *colum.* 4. *in princip. vers. sed præsupposito, lib.* 2. vbi maxime di-
8 cit procedere, quando extat consuetudo, vel stylus, quod creditur. † Amplia in delegatione iudicis, quia antequam præsentetur sibi, & videat illam, non habet iurisdictionem. Vide, *Iudex delegatus non habet iurisdictionem, antequam præsententur litteræ delegationis. Conclus.* 435. † Amplia in omni actu, in quo debet causæ cogni-
9 tio adhiberi, an sit verum; quia necesse est, quod constet esse verum iudici, & certum, alias actus non valet, ita Bartol. *consil.* 106. *Viso puncto circa medium, vers. præterea non sufficit, lib.* 2. allegat text. *in*
10 *l. hoc autem. in princ. ff. ex quib. caus. in poss. ess. atur.* † Amplia, maxime in primo decreto, quod dari nõ potest, nisi contra contumacem; nam vt dici possit quis contumax, necesse est, quod constet de citatione, & relatione in actis, antequam iudex det missionem ex primo decreto. Abb. *consil.* 84. *Arbitror, colum.* 2. *ver. corruit denique,*
11 *lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiam si iudex asseruat vidisse; quia sibi non creditur circa hoc. Abbas *dict. consi.* 84. *colum.* 2. *ver. corruit.*
12 *lib.* 2. † Amplia; quia relatio nuncii super informatione sumpta de fama, communi opinione, & possessione alicuius non valet, nisi citato eo, in cuius præiudicium fit relatio. Alexand. *consil.* 208. *Vi-*
* *so summario, num.* 16. *vers. vnde dicimus. lib.* 2. vbi dicit * communem.
13 † Extende, vt procedat etiam stante statuto (prout Florentiæ) de cogendo debitore, quod disponit, sufficere citare debitorem per proclama; quia non habet locum, quando agitur de citando possessore. Alexand. *consil.* 208. *in fin. lib.* 2. & iterum *consil.* 5. *In causa, & lite. colum.* 2. *in princ. ver. statutum, lib.* 2. vbi loquitur, quod fiat citatio per proclama contra habentes ius in bonis; quia non haberet locum in possessore, qui sciri potest de facili, non sic habentes ius.
14 † Amplia; quia relatio nuncii non probatur facta per verba generalia, vide Alexand. *consil.* 2. *Ponderatis, num.* 7. *&* 8. maxime *ver. alia ratione, inter alia.* vnde quod si dicat citasse ad domum, non sufficeret, nisi exprimat etiam ad domum solitæ habitationis citati, & alias citatio tanquam incerta esset nulla, vt tenuerunt
15 D D. Rota. Flor. 4. Iulii 1572. † Item debet semper continere enunciatiua verba, quod ciuauit de commissione iudicis; quia si non apparet de commissione, relatio, & citatio esset nulla. Vide, *Citatio non valet sine commissione iudicis, & quando secus. Conclus.* 230.
16 † Item debet continere, quicquid continebat commissio; ideo si iudex mandauit aliquem citari cum assignatione termini, debet nuncius in relatione referre, quod assignauit terminum commissum, alias non esset bona relatio, *l.* 4. §. *sæpe ff. de damn. infect.* & non sufficit assignare tempus, nisi etiam notificetur. Bald. *in l.* 2. *num.* 3. *C. vbi in rem actio. & in l. eos.* §. *Apostolos. num.* 6. *C. de appellat.* Alexand. *in l. qui absenti, in princip. ff. de acquir. poss. fi. & consil* 63. *nu.* 5.
17 *lib.* 3. † Imo vt valeat relatio nuncii in commissione, debet nomen nuncii exprimi, alias si commissio esset generalis, nõ expresse nomine nuncii, non valeret citatio, & totus processus corruere. Aret. *cons.* 33. *Consultatio præmissa col.* 4. *circa med. ver. nec potest dici.* Bal. *in l. eius qui in prouincia col.* 3. *ver. præterea.* vbi, *& in nuncio videtur*
18 *clarius ff. si cert. pet.* † Item si nuncius habet in citatione, quod citet personaliter, si inuenire potest, & si inquirendo nõ potest citare personaliter, citet ad domũ, nõ sufficit, quod in relatione dicat se citasse, & alia fecisse, quæ habuit in mandatis; quia est ambigua, & nõ reddit citatos cõtumaces, nisi exprimat, vel quod citauit personaliter, vel si ad domum, nisi exprimat se fecisse diligentiam. Alex. *cons.* 137. *In causa, & lite. n.* 12. *&* 13. *vers. præterea in citatione, lib.* 2.
19 & plenius *cons.* 2. *Ponderatis. n.* 7. *& seq. ver. & pro hoc apparet, lib.* 3. † Et si nuncius habuit in mandatis, quod citaret certos testes, & partem aduersam ad videndum examinari, & refert se citasse dictos testes, & alia fecisse, quæ habuit in mandatis, non propterea probat citasse partem, quia debuit exprimere, an citauerit partem, &
an domi, vel personaliter, alias relatio incerta non relenat. Alex. *cons.* 201. *In causa. n.* 1. *ver. item non apparet, lib.* 2. † Limita, quia relatio 20 citationis per edictum debet de iure ciuili legi in loco iuris, & in foro publico, puta nundinarum, & locis solitis, nec est necesse in relatione, quod dicat affixisse, neq; legisse in tali, & tali loco, sed legisse, & præconizasse in locis publicis, & consuetis, licet de iure Canonico vltra præmissa requiratur affixio originalis ad valuas Ecclesiæ maioris, & quod in relatione exprimatur. Bar. *in extrau. ad reprimendum, in ver. publice*, vbi, quod ita seruat cõsuetudo. † Limita, quia relatio nuncii, quod citauerit, potest fieri soli Notario extra banchum iuris, licet Notarius debeat illam redigere in scriptis, & in actis. Ratio est, quia relatio non requirit aliquam cautelam cognitionem etiam summariam, neque est actus iudicialis. Abb. *cons.* 112. *Illud de iure, lib.* 2. vbi plura allegat, & idem dicit de productione iurium, quę potest fieri Notario extra iudicium absente iudice. † Extende, quia relatio est executiua decreti de citando, quæ 22 potest fieri extra territorium, & extra iurisdictionem, nam citatio habet tres partes, videl. sententiam interlocutoriam, seu decretum, aut commissionem de citando, & ista prima pars debet fieri intra territorium. *Clem pastoralis, de re iudic.* secunda pars est actus nuncii citantis; tertia est relatio nuncii, quod citauerit, & istæ duæ partes vltimæ possunt fieri vbique, & extra territorium. Abbas *d. cons.* 112. *in princ. lib.* 2. Vide, *Nuncio non creditur extra officium suum, sed bene in iis, quæ spectant ad officium. Concl.* 155.

Relatio super informatione sumpta qualiter sit facienda, & quid possit relator. Concl. 123.

EXEQVTOR † deputatus ad assumendum informationes, & ad referendum, debet merum factum referre, nõ autem debet iudicare, vel relationem iuris facere, puta, dicendo, quod talis actus non valeat, vel non sit bene gestus. Fed. de Sen. *cons.* 79. *In Christi nomine, Amen. in fi.* ex cuius dicti forma relationis elici potest. † Restringe, nisi commissio resperceret relationem faciendam super iure, vel non iure; quia potest & debet referre iuxta commissa. Fulgos. *cons.* 147 *Visa quadam supplicatione.* † Refert 3 debet super omnibus commissis, non super parte tantum, sed tamen relatio simplex & inde finita censetur super omnibus, si aparet potest. Fulgos. *d. consil.* 147. *per tot.* † Declara; quia si commissio 4 in specie non dicat, quod super omnibus simul referat, potest singulariter referre in pluribus vicibus. Fulg. *d. cons.* 147. *nu.* 2. *vers. super quibus nihil retulisset.* † Iurare debet relator assumptus, cuius 5 relationi partes, & iudex stare promiserunt super articulo sibi commisso. Bald. *cons.* 472. *Statuto Communis. num* 3. *vers. sed contra.*
lib. 1. † Relatio facienda si approbatur, habet tacitam conditio- 6 nem, si recta fiat; secus, si relatio iam facta approbetur; quia non habet aliquam conditionem. Ægid Bellam. *consil.* 24. *n.* 20. *& seq. ver. sexto dubitatur.* Vide, *Iudex ad assumendam informationem, & referendum, quid possit. Concl.* 415.

Relatio censetur fieri, vt congrua congruis, & proportionata. Concl 124.

SI † relatio fiat dictis, censetur fieri eo modo, quo conuenit, vt 1 congrua fiat. & singula singulis referãtur, *l. si negotium. C. de negot. gest.* in tex. & gl. Castr. *cons* 18 *n.* 3 *in fin lib.* 2. † Et ideo vt intelligas 2 Azonẽ *in Summa.* scias, quod ipse præmittit semper duas, vel tres conclusiones sine allegationibus, postea allegat plures leges, scias, quod prima lex, vel primæ leges probant primum dictum, secunda probat secundum dictum, & sic de singulis; quia vitur 3 hoc termino, vt singulæ singulis respectiue referantur. Vide, *Proportionabilis materia semper requiritur. Concl.* 915.

Relatiua verba quæ dicantur. Conclus. 125.

VERBA, † *vt supra*, seu, *vt supra dictum est*, inducunt relationem 1 eorum, quæ proxime dicta sunt, quando talis clausula est in dispositione stante de per se. Ang. *cons.* 330 *Quidã Cambius n.* 2 *vir. super eo autẽ.* † *Prædicta*, seu *dicta hæreditas*, est verba relatiua quæ 2 cedentis locutionis de hæreditate, vt late Ruin. *cons.* 103 *n.* 22. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 108. *n* 11. *lib.* 9. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 3. *nu.* 12. † *Quæ*, vel, *qui*, *&c.* dicuntur verba relatiua, quæ restringunt 3 dispositionem ad præcedentia. Alexand. *cons.* 29. *n.* 4. *lib.* 6. *& cons.* 23 *in fin. n.* 13 *lib.* 5. *& cons.* 112. *Viso quodam n.* 2. *& seq. lib.* 6. vbi, quod referuntur præcedentia cum omnibus suis qualitatibus. † Et vers. 4 bum, *siquis*, est designatiuum substantiæ. Signor. *cons.* 203 *in princ.* † *Eos*, est verbum relatiuum. Aret. *in l. si plures sint in 4. not. de reg. iu.* 5 *& pupill.* est text. *in l. qui plures heredes ff. eod. tit.* prout etiam verbum *ea*, quod refert antecedentia cum omnibus suis qualitatibus. Alex, quod refert antecedentia cum omnibus suis qualitatibus. Alex. plene *cons.* 112. *Viso quodam, in princ. n.* 2. *lib.* 6. † *Item*, hæc dictio 6

est repetitiua, & relatiua præcedentium. Vide, *Repetitio præcedentiũ ex quibus verbis inducatur, Concl.* 189. Vide, *Relatiuum importat conditionem, & multa operatur &c. Conclus.* 127. † Et quod verbum relatiuum restringat, & faciat relationem cum omnibus suis qualitatibus. Alex. *cons.* 141. *Viso testamento, col.* 2. *in princ. n.* 1. *ver. ponderandum est. lib.* 2.

Relatiua dispositio quando dicatur certa, & expressa. Concl 126.

1 DISPOSITIO † expressa & tacita vbi requiritur, paria sunt, quod exprimatur, vel quod fiat relatio ad aliud, vbi illud idem exprimitur. Gemin. *cons.* 47 *num.* 2. *ver. item quando*, vbi, quod causa dicitur auocata, quando ita petitur, & Papa simpliciter eandem causam committit, vt petitur; quia dicitur expresse auo-
2 care per relationem ad petitionem, vbi id exprimitur. † Et ideo si petatur executio instrumenti contra nominatum in instrumento, & iudex relaxet executionem, licet non exprimat quantitatem, & personam, prout exprimere debet; tamen per relationem ad instrumentum dicit satis expressisse. Castrens. *consil.* 91. *In causa*
3 *appellationis, n. fin. ver. quinto, & vltimo, lib.* 1. † Extende; quia si facta est societas inter plures, & ea dissoluta per mortem vnius fiat renouatio inter superuiuentes eo modo relatiue, prout in primo instrumento dicitur certa societas renouata; quia licet primum instrumentum contineat plura, quæ respiciunt mortuum, & non conueniunt renouationi; tamen relatio cer-tetur facta ad ea, quæ possunt aptari. Alexand. *consil.* 136. *Viso processu, num.* 2. & 3. *versicul.*
4 *magis tamen ad hoc me mouet. lib* 5. † Amplia; quia sententia, quæ dicitur iniusta, si continet expressum errorem, pariter est nulla, si continet errorem per relationem ad acta, in quibus error est ex-
5 pressus. Gemin. *consil.* 48. *num.* 9. *ver. nam pronunciatio.* † Amplia in lege, constitutione, vel statuto etiam continente priuationem; quia si referatur ad supplicationem porrectam, continet omnia, quæ sunt in supplicatione, ac si specifica mentio facta esset; ideo extenditur ad omnes in relato contentos, Roman. *consil.* 80. *Con-*
6 *firmando*, vbi apostill. *in versicul. primo*, quæ dat concord. † Amplia, quia subreptio cessat, quando expressio est facta per relationem, ac si esset facta mentio specifica. Gemin. *consil.* 82. *num.* 8. & *sequen. ver. restat videre.* Anton. de Butr. *consil.* 2. *in fin.* quod duplicatur *consil.* 49. vbi, quod legitimatio non est subrepticia, quando habetur pro expressa alia legitimatio, in qua vitium subreptionis cessa-
7 bat; quia in prima erat facta expressio; quæ censetur repetita in secunda habente primam pro expressa. † Amplia in sententia, quia dicitur certa, si refert se ad aliquid certum. Abbas *consilio fin.*
8 *num* 3. *lib.* 2. † Amplia in sententia diffinitiua minuente pœnam ex causa, quæ debet exprimi; quia satis dicitur expressa, si est facta mentio processus, in quo causa exprimitur. Baldus *consil.* 35. *Si*
9 *sumus, iuncto consil.* 34. *lib* 1. † Amplia in inuentario facto ad relationem; quia omnia bona censentur descripta in inuentario referente, quæ sunt in relato; & idem in fideiussione referente se ad
10 obligationem principalis. Vide, *Relatum est in referente vere, & proprie, & quando secus. Conclusio.* 129. † Amplia, quia specifica dicitur derogatio, & certa illa, quæ fit per relationem, quando relatio non potest applicari, nisi ad vnum actum; & ideo clausula, *cassans omne aliud testamentum* quando vnicum testamentum præcedit, cassat illud, etiam si habeat quamcunque clausulam derogatoriam. Angel. *consil.* 365. *Quædam domina, num.* 3. *ver. super secundo, vs-*
11 *que in fin.* maxime *num.* 5. † Extende, quia gratiamen, quod in appellatione ab interloquutoria exprimitur, per relationem dicitur nominatim expressum. Alexand. *consil.* 80. *Viso, & opportune, nu.*
12 9. *lib.* 1. † Extende; quia nomen auus dicitur nominatim exprimere auiam per relationem, quando extat statutum, quod masculinum concipiat fœmininum. Alexand. *dict. consil.* 80. *num.* 9. *lib.* 1.
13 † Amplia in positionibus; quia licet positio debeat esse certa, tamen si est relatiua ad aliquid certum, dicitur certa. Abb. *consil.* 118.
14 quod est vltimum, *lib.* 2. *column.* 2. *sub num.* 2. *ver. nec potest duci.* † Extende idem in responsione ad positiones; quia dicitur certa, si est
15 relatiua ad certum. Vide, *Positum an sufficiat responsio relatiua, & quid releuet. Conclus.* 390. † Amplia, in testamento; quia licet testator coram testibus debeat exprimere hæredis nomen, *l. iubemus. C. de testamen.* tamen sufficit per relationem, si dicat, *instituo hæredem illum, qui manu mea est descriptus in schedula, quam deposui penes Guardianum sancti Francisci*, ita Angel. Aret. *cons.* 30. *num.* 20. *ver. vbi*
dicit & iterum *consil.* 36. *Videtur quod. num.* 16. & 17. Vide plene per Ant. Gabr. *lib.* 4. *tit. de testam. Conclus.* 11. *Testamentum conditum ad re-*
16 *lationem alterius testamenti, validum est.* vbi ampliat & limitat. † Amplia; quia appellatio ab interloquutoria debet continere causas

expressas grauaminis, sed tamen sufficit, si continet per relationem ad aliam scripturam certam. Alex. *cons.* 126 *Repetitus, n.* 11. *vers.*
17 *sicut in simili. lib.* 6. vbi apostil. *in ver. quandam.* † Amplia in relatione facta ad instrumentum nullum, quia si quis respondens positionibus dicat, *credere, prout in tali instrumento*, si instrumentum non est solemne, sed nullum, aut continet contractum reprobatum, sicuti non probat instrumentum, ita etiam confessio relatiua nõ debet probare Rom. *cons.* 294. *Hæc confessio, per tot.* † Extende; quia
18 si quis confitetur se debitorem centum, prout in tali libro, vel instrumento, & nihil appareat in libro, vel instrumento, nihil confessio probat. Decia. *cons.* 109. *n.* 67. *lib.* 2. & *cons.* 21. *n.* 38 *eod. lib.* 2. & *cons.* 113. *n.* 16 *lib.* 3. † Restringe in examine testis; quia si primo fuit
19 nulliter examinatus, & in secundo examine valido dicat, *depono, vel dico, aut dixi in tali primo examine*, bene probat, licet primũ examen sit nullum. † Litvita; quia scriptura, quæ se remittit ad aliam,
20 nihil certi continet, nisi scriptura relata exhibeatur. Alex. *consil.* 3. *In causa, & lite, in princ.* vbi apost. *in ver referens, lib.* 2. Deci. *cons.* 101 *Et*
pro tenui. in princ. † Extende; quia propterea libellus enuncians re-
21 latiue scripturam non dicitur certus, nisi illa scriptura enunciata exhibeatur. Alexan. *dict. cons.* 3. *in princip. lib.* 2. Dec. *dict. consil.* 101. *in princ.* vbi, quod nisi exhibeat saltem post litem contestatam, non auditur, & sibi denegatur audientia. † Extende, quia is, qui re-
22 sponder positionibus, videlicet, *credit, prout in tali instrumento*, nisi exhibeat instrumentum, ad quod se refert, incerta est confessio, vt habeatur pro non responso. Alex. *d. cons.* 3. *in princ. lib.* 2. † Exten-
23 de; quia procedit, etiam si instrumentum, ad quod fit relatio, sit alienum; quia non excusatur ab exhibitione, nisi ante litem contestatum sed post litem contestatam non excusatur. Alexan. *dict.*
cons. 3. *in pr. ver. & si essent instrumenta, lib.* 2. Vide plenius, *Relatum est in referente, & quando secus. Concl.* 129. Vide, *Certum quando aliquid esse dicatur. Concl.* 200.

Relatiuum importat conditionem, & multa operatur, & quæ, & quando secus. Concl. 127.

RELATIVVM † *quis*, vel *qui* adiectum incerto corpori facit 1
conditionem. Oldrad. *cons.* 126 *Natura cuiusque, ver. in contrarium. num.* 6. & idem tenet Signorol. Homod. *consil.* 70. *In quæstione vertente, num.* 14. *ver. præterea dicunt.* † Extende, quia in uestitura 2
feudi, quod habuit pater, vel auus inuestiti dicitur conditionalis propter relatiuum; ideo si non constet de inuestitura, non probatur feudum paternum, vel antiquum. Signorol. Homod. *dict. consil.* 70. *In quæstione vertente, num.* 5. *ver. præterea prima inuestitura.* † Extende in priuilegio concesso de omnibus aquis, quas priui- 3
legiati habuerunt de prædicto, seu habere consueuerunt; quia dicitur priuilegium conditionale. Signorol. *dict. consil.* 70. *num.* 14. † Extende, quia relatiuum iunctum verbo non taxato inducit 4
conditionem. Sign. *cons.* 227. *n.* 4. † Extende, quia iunctum verbo 5
futuri temporis pariter inducit conditionem. Signorol. *dict consil.* 227. *n.* 4. † Et ideo si testator instituat filios, qui sibi fuerint, vel 6
nepotes, qui erunt, censetur sub conditione instituere. Signorol. *cons.* 230. *in fin.* † Declara tamen; quia relatiuum adiectum verbo 7
futuri temporis facit conditionale suum antecedens, cui adiicitur; vnde si respicit substantiam actus, reddit actum conditionalem; si vero respicit aliud accidens, tunc deficiente conditione actus substantialis habetur pro puro Calder. *consil.* 350. alias 21. *de testam.* vbi loquitur in legato annuo facto pauperi pro necessitatibus suis id, quod voluerit, & petierit, vt non sit conditionale, si per aliquos annos non petiit, quia illud relatiuum non respicit substantiam legati, sed accidens voluntatis ac animi quoad applicationem ad necessitates. † Et quod faciat conditionem, 8
quando adiicitur verbo futuri temporis. Cuman. *consil.* 80. *Super quæstione*, vbi, quod liuellus de soluenda quinta parte vini, quod nascetur in vinea, est conditionalis, & si non probatur vinum natum, nihil debetur; quia nõ sufficit præsumptio, quod sit natum, hoc casu, plene Rol. à Val. *cons.* 59. *n.* 12. *lib.* 2. vbi, quod importat idem, quod dictio *quatenus*, & multos allegat, & dicit communem Rom. *cons.* 199 *in princ. ver. respondetur.* † Contrarium, quod relati- * 9
uum iunctũ verbo futuri temporis faciat demonstrationem, non conditionem, est text. *in l. scribit. § si.* ibi, *vxori autem. quod eius causa paratum erit. ff. de auro, & arg. leg.* † Declara, quia si relatiuum iunctũ 10
verbo futuri temporis, & corpori certo facit conditionem, *l. Stichum qui meus erit. ff. de leg* 1. si vero corpori incerto, nõ facit conditionem. Alexan. *in l. commodissime n.* 6 *ff. de liber. & posthu.* Emanuel. Costa *in tract. at. inter patruum, & nepotem. pagin.* 95. *vers. sic denique*, vbi respondet ad contraria, & ad tex. *in l. nuper. ff. de leg* 3. & hanc magis communem * dicit tex. *d. l. commodissime, in fi.* Vide tamẽ, quod * 11
faciat conditionem, etiam si adiiciatur corpori incerto, tex. *in d. l.*

12 *nuper, in fi. ff. de leg. 3.* † Imo quod relatiuum adiectum tempori futuro non faciat conditionem, sed dispositionē, quādo disponens sciebat, vel saltem credebat illud, quod refertur, magis se habere ad esse, quam non adesse. *l. si cum glos. C. de posthu. hared. instit.* plene

13 Bolo *cons. 2. n. 8.* † Declara; quia relatiuum adiectum verbo futuri temporis importat conditionem, si adiicitur ad id, quod est substātiale dispositionis; si vero adiiciatur ad id, quod est accidentale, non facit conditionem. Rom. *cōs. 238. in fi. n. 12. ver. ad vltimum.*

14 *vsque in fi.* † Amplia; quia relatiuum *quis*, vel *qui* iunctum verbo futuri temporis importat conditionem. Alex. *cons. 32. Ponderatis iis. num. 4. lib. 6.* Gozad. *cons. 40. num. 9.* Cruet. *cons. 802. in princ.* Cephal. *cons. 144. num. 36. lib. 1.* Rolād. à Val. *cons. 58. num. 13. & consil.*

* 59 *num. 12. & seq. lib. 3.* vbi dicit omnes * ita tenere. Castr. *cons. 93. In causa, quæ vertitur. num. 3. lib. 2. & cons. 185. Supra dictus egregius. in prin.* vbi; post *lib. 2.* Abb. *cons. 85. in præsenti quæstione, num. 4. ver. nam relatiuum. lib. 1.* † Extende; quia importat conditionem, etiam si relatiuum adiiciatur tempori presenti respectu incerti corporis. Cra-

16 uetr. *consil. 802. Iussiu à Domino. in princ.* † Extende in tantum conditionem importare relatiuum adiectum tempori futuro, vel rei indeterminatæ, vt paria sunt, legare prædium Titianum, quod meum erit, vel, quod mihi debetur à Titio, ac si dictum esset, Titianum fundum, si meus, vel quatenus meus erit, & sic expressam facit conditionem, Cruet. *d. consil 802. in princ.* melius *consil.*

17 880. *num. 16.* Roland. à Vall. *consil. 59. num. 12. lib 3.* † Extende; quia importat conditionem relatiuum adiectum verbo futuri temporis, etiam si tacitum sit relatiuum, & resultans non expressum, prout si exponatur participiū futuri, videlicet si quis se obligat in omnem casum dotis restituendæ, illud participium, *restituendæ*, resoluitur in relatiuo substantiæ, & in verbo futuri temporis, quæ erit restituenda, & importat necessario conditionem, videlicet si restituetur, aut quatenus restituatur. Nat. *cons. 103. nu. 8.*

18 plenius Ruin. *cons. 160. n. 11. lib. 2.* † Extende, vt procedat, siue relatiuum sit expressum, siue veniat subintelligendum ex participio; ideo tantum est dicere, non obstantibus legibus contrarium disponentibus, vel quæ contrarium disponunt; quia participium semper resoluitur in relatiuum illius temporis, cuius est participium Alex *consil. 7. Attentis, num. 15. & seq. vers. nam illa derogatio, lib.*

19 7. † Restringe, quando relatiuum est cum copula; quia tunc ex quo copula ampliat, non importat conditionem, Corne. *consil. 4. colum. 2. lib. 2.* quem sequitur Cruet. *cons. 936. num. 19. ver. secundo in specie*, Gozad. *cons. 73. num. 32.* vbi, quod si species cum copula sequitur genus, nūquam fit restrictio generis, sed magis clare

20 idem Gozad. *consil. 104. num. 21.* † Restringe, quando constat de mente; quia etiam sine copula licet iungatur futuro tempori, nō importat conditionem contra mentem. Corne. *consil. 75. colum.*

21 2. *in fin. in 4.* sequitur Cruet. *dict. cons. 936. num. 12.* † Amplia; quia adiectum signo vniuersali restringit dispositionem vniuersalem

22 ad ipsum relatiuum, Oldra. *cons. 318. n. 6. ver. restat modo.* † Et quando dispositio præcedens est de masculis, relatiua, *qui*, masculini generis restringit dispositionē generalem ad masculos. Alex. *cons.*

23 29. *Quoniam abunde, num. 4. lib. 1.* † Dicas, quod si dispositio contextualis continet plura antecedentia simul, quotum aliqua sunt masculini, aliqua neutri generis, si relatiuum cōcordat cum vltimo, restringit omnia antecedentia, nec curatur de cōuenientia latinitatis, maxime si de mente constat; exemplum, Testator legat farinam, boues & vinum: quod habet Romæ; cum sint cōglutinata simul, relatiuum restringit omnia Romæ, ita Apostil. ad Alex. *cons. 106. Visis. n. 11. in ver. genere, lib. 5.* dummodo concurrat eadem verisimilitudo mentis, & rationis, non autem refertur solum ad vinum, quasi nō congruat latinitas quoad alia antecedētia masculini, & fœminini generis, allegat Corn *cons. 158. colu. 5. lib.*

2. & declarat ita Bart. *in l. nam quod liquidæ. § fi. ff. de pen. leg.* dum non audet decidere; quia dicit apostilla, quod ratio est, quia lega-

24 tum, quod minus est continere debet. † Amplia; quia relatiuum substantiæ adiectæ verbis præsentis, vel præteriti temporis facit demonstrationem, non autem conditionem. Zabarel. *consil. 83. in*

25 *princip.* † Et idem in participio temporis præteriti, vel præsentis; quia resoluitur in relatiuum & verbum præsentis temporis, vel præteriti; ideo si dicatur, quod valles existentes sint pro termino, intelligitur de vallibus, quæ existunt tempore dispositionis. Alex. *consil. 25. Consideratis, num. 5. ver. nam illud participium, libr. 7.* vbi

26 apostill. *in verse. resoluitur*, dat concord. † Et relatiuum substantiæ non solum refert ipsum substantiam, sed etiam omnes qualitates substantiæ. Castrensis *consil. 284. Visis & ponderatis num. 5. vers. ais visis lib. 1.* vbi apost. *in verb. vel qui*, vbi de natura relatiui, quæ aliquā-

27 do demonstrat, & refert, aliquando restringit. † In dubio autem, quando potest demonstrare, vel restringere, semper sumitur, vt demonstret, non vt restringat. Castr. *consil. 418. Quod dicit reddit.*

col. 2. ante med. ver. nec obstat prædictis, lib. 1. † Extende; quia quando relatiuum *quis*, vel *qui* adiicitur aliquæ res, vel aliqua qualitas, quæ competit cuilibet de genere præcedenti, tunc non ponitur restrictiue, sed declarative, seu demonstrative, *l. omnes populi ff. de iust. & iure.* Castr. *d. cons. 418. col. 2. circa med. ver. præterea, quando per relatiuū, lib. 1.* † Amplia; quia relatiuum, *qui*, restringit dispositionem. Gomin. *cons. 25. n. 3. ver. iis nō obstantibus.* Bald. *cons. 143. Cæsar talis est quæ-* 29

dam nomine. lib. 1. Alex. *cons. 29. n. 4. lib 1.* Corn. *cons. 161. n. 7. lib. 1.* qui dicit procedere, quando relatiuum est sine copula. Flota de S. Petro *q. 3. in vltimo dubio, n. 22. vers. quinto*, allegat *l. 1. C. de summ. Trinit.* † Extende, quia legatum factum per partem titio de libris igalibus, quos pater habebat, non cōprehendit alios libros 30 emptos ipsi filio; quia relatiuum restringit ad eos, quos habebat pater. Bald. *cons. 284. Pater disponenti, in pr. lib. 2.* † Et semper, quod 31 relatiuum, *quæ* ponitur sine copula, ad qui vbi restringit totum suum antecedens, ad quod refertur. Alex. *cons. 23. Visa processu, n. 13. ver. vnde illud relatiuum. lib. 5.* † Extende, quia quando relatiuum re- 32 spicit substantiam dispositionis, restringit legatum, & reddit illud cōditionale, secus si respicit exequutionē, quia demonstrat, & nō vitiat: exemplū, Testator legans decē Titio, quæ ipse debet Seio, si Seius nihil debet, nihil debetur; quia relatiuū respicit substantiam, quia regulatur ab eodem verbo, secus si legat decē Titio, & mādat solui ex iis, q̄ ipsi debet Seius, quia licet Seius nihil debeat, tamen debetur legatum. Bald. plene *cons. 131. Dubium istius quæstionis. lib. 5.* vbi dicit * cōmunem. † Extende, quia relatiuum, *quis*, vel 33 *qui*, quādo venit ad determinationem alicuius generis nō certæ, vel determinatæ rei, si iūgatur verbo præsentis temporis, limitat, & restringit illud genus secundū limitationem & restrictionē, quæ sequitur post relatiuū, *l. nuper. ff. de leg. 3.* cū aliis allegatis per Castr. *cons. 418. Quod dicti redditus, n. 2. ver. præterea quādo relatiuum. lib. 1.* Extende, † quia quando relatiuum ponitur sine copula, restringit 34 suum antecedens. *l. ea tamen adiecta ff. de leg. 3.* Castr. *d. cons. 418. n. 2. ver. præterea relatiuum. lib. 1.* vbi apost. allegat Alex. *cons. 23. col. 5. lib. 3.* † Extende; quia relatiuum, quod salua ratione recti sermonis nō 35 potest continere omnia, vt si vendo gabellam, & fructus, quæ gabella, & fructus, &c. cum sit generis fœminini, nō videtur restringere, nisi gabellā, tamen ex quo est in diuersa oratione, restringit omnia. *l. hæres meus. §. vxori ff. de leg. 3.* qui est singularis ad hoc; adde dum Castr. *d. cons. 418. col. 1. in fi. ver. præterea licet relatiuum. lib. 1.* Cōtrarium † quod imo talia verba relatiua in alia oratione separata 36 inducant demonstrationem & non restrictionem, probat idem Castr. *cons. prædicto 418. col. 2. ante med. ver. nec obstat prædictis lib. 1.* Declara, † quia semper relatiuum restringit, quādo subsequitur sine 37 copula. Alex. *cons. 14. Abunde. & eleganter. in pr. lib. 7.* vbi apost. *in ver. relatiuum*, dat concord. † Restringe, quia non semper ponitur restrictiue, sed interdum declarative, videlicet, quando per ipsum 38 adiicitur qualitas, quæ cuilibet de genere inest. Castr. *cons. 84. Visa dicta facti, nu. 3. ver. nec obstat. lib. 1.* † Relatiuum dicitur rei antecedē- 39 præsentatiuum, ideo semper refert dispositā in præcedentibus, ad quæ fit relatio, Gemi. *cons. 72. in fi. ver. & relatiuum.* † Amplia, quia 40 necessario relatiuū præsupponit suū antecedens, ideo rep̄sentationem inducit antecedentis cū suis qualitatibus. Cuma. *cōs. 34. Pater vxori, n. 2. ver. nam illud relatiuum.* † Extende, quia relatiuum indefinite positum de sui natura repetit eandem qualitatem in diuersis subiectis. Bald. *cons. 87. Per statutum, circa med. lib. 4.* Castr. *consil.* 41

140. *Visa reformatione. in fi. lib. 1.* † Et quod relatiuum referat suum antecedens cum omnibus suis qualitatibus. Castr. *d. cons 140. amp. lib. 1.* vbi apost. *in verbo, refertur*, dat concordantes. † Amplia, 42 quia relatiuum aliquando inducit argumentum probabile, aliquando necessarium probabile, aliquando refert præcedens non coniuncta, quia potest importare omnia, & etiam proxima tantum necessario, quando præcedentia sunt coniunctissimi, quia necessitatis refert omnia. Baldus *consil. 480. Quidam Dominus,* 43 *num. 13. & seq. ver. tertia autem pars lib 5.* † Amplia; quia relatiuum *aliquis fecerit, &c.* est distributiuum, ideo omnes continet, nemi- 44 num, ideo si bannum dicat, *quisquis ceperit bannum, habeat pœnam*, habebit locum in quocumque, non in vno solum. Fulgof. plene *cons. 47. Ser Michael*, vbi ponit plura exempla. Vide *Varia singularia* 45 *quando pluralitatem contineant. Concl. 118.*

Relatum debet probari, & quando sufficiat solatio ad probationem relati, vel non Concl. 128.

RELATVM † debet probari ad hoc, vt terminus, vel scriptura, referens probet id, ad quod refertur. *Auth. si quis in aliquo. C. ad eden.* Rom. *consil. 305. Quoad septimum, num. 6. Aret. consil. 8. num. 2.* Cruet. *consil. 273. num. 6.* Roman. *consil. 336. nu. 2.* Angel. dicit. *cons.*

2 *cons.72.In casu supradicto,nu.16.& 17.ver tertio sunt etiam.* † Et quod relato & non referenti tandum sit, quando referens aliud disponeret, Alex.*cons.141.n.1.lib.2.& cons.9.n.12.lib.5.*Afflict.*dec.12.n.1.*

3 † Extende, quia non creditur relationi factæ in instrumento, in quo Notarius dicit constare aliquid ex alio instrumẽto per eum viso, & lecto, etiam si inserat illius copiam de verbo ad verbum; quia non creditur, nisi constet de relato. Vide, *Insertum non probat,*

4 *& quando secus. Concl.193.* † Extende, etiam si in referente dicat Notarius, *prout constat ex instrumento per me rogato, vel manu mei Notarij.*

5 Affl.*dec.48.* † Ratio est; quia instrumentum, ad quod habetur relatio, intelligitur pars scripturæ se referentis ad illud Rom.*d.cons.305.Quoad septimum,n.6.* vnde sequitur, quod si instrumentum relatum non producatur, scriptura referens non erit integra. † Amplia, quia instrumentum faciens mentionem de alio instrumento non probat, nisi illud, de quo mentionem facit, appareat. Cast.

7 *cons.139. Pro declaratione, n.5.lib.1.* vbi apostill. *in verbo apparet.* plene Rom *cons.336.Circa propositam,n.2.* † Extende idem, si Notarius dicat se illud instrumentum relatum legisse, vidisse, & fuisse non abolitum, neq; cancellatum. Castr.*d.cons.139.n.3.lib.1.* Alex *cons.6. Ponderatis,n.5.& seq.ver.nec obstat,lib.4.* vbi loquitur in mandato, & reddit rationem; quia de hoc non est rogatus à partibus, & ipsi non creditur, & plenius Alex *cons.191. Perspecto, in pr.lib.6.* Soc.*con.*

8 *sil.173.lib.2.* & Soci.Iun.*cons.47.lib.1.* † Contrarium, quod si Notarius in instrumento inter patrem & filium narret filium emancipatum, prout ipse vidit instrumentum emancipationis, probet, etiam si non exhibeatur, tenet Alex.*consil.185.In causa, & lite,nu.5.*

9 *ver.nec obstat, quod pars, lib.6.* † Declara; quia quoad contrahentes illa verba probant illud instrumentum, seu mandatum à Notario enunciatum, & maxime si dicit à *se viso, & lecto*, sed quoad alios, qui non interuenerunt instrumento, non probant vllo modo. Alex.*d.cons.191 in pr.ver.quia respondeo, & ver.respondeo etiam aliter,lib.*

10 *6.* & ita apostill. ad Alex. ibi *in ver.contrarium*, & ita etiam declarat Soc.Iun.*cons.47.lib.1.* † Restringe, quando instrumentum enunciãs aliud, esset adeo antiquum, vt excedat 100. annos; alias non.

11 Castr.*cons.139.n.5.vers.præterea antiquitas,lib.1.* † Restringe in laudo lato inter compromittentes; quia quatenus enunciet aliquid cõtra tertium; quia non compromisit, etiam si enunciet cõsensum præstitum per procuratorem super laudatis nihil probat; quia sicuti non potuit contra tertium aliquid pronunciando præiudicare, multo minus per verba enunciatiua. Castr.*d.cons.139.col.2.ver.*

12 *is non obstantibus,lib.1.* † Amplia; quia opinio, seu auctoritas Doctorum, quorum scripta non habentur, non releuat, & attendi non debet, tanquam relatum, quod non apparet. Dec.*cons.259.n.*

13 4. sequitur Men.*cons.54.n.31.lib.1.* † Amplia; qa testamentũ filii disponens, quod testamentum sui patris exequi debeat per omnia, si filius filii decesserit sine filiis, cum sit relatiuum; nihil disponit; & ideo si testamentum patris, ad quod fit relatio, continet quod moriẽte filio sine filiis, quarta pars bonorum suorum detur pauperibus, non potest applicari; quod filius pariter ita voluerit disponere, quia solum dixit, quod testamentũ patris exequi debeat; vnde cum non loquatur hoc casu testamentum filii, nihil dispo-

14 nit, plene Alex *cons.81. Visa consultatione, per tot.lib.6.* † Imo si filius dixisset, *volo distribui quartam partem bonorum, prout in testamento patris mei*, adhuc esset idem, ex quo testamentum non loquitur, nisi per mortem filii sine filiis. Alex.*d.cons.81.nu.7.& sequentibus,ver.ex*

15 *quo,lib.6.* † Et responsio ad positiones, videlicet confiteor contẽta in positione vera, prout in tali instrumento, nihil continetur; quia si in instrumento nihil continetur, confessio nihil probat; vel confitetur, quia est relatiua. Alex.*d.cons.81.nu.7.vers.pro hoc,lib.*

16 *6.* † Idem, si confiteatur respondens positionibus, prout in testamento; quia non plus probat, quam testamentum: Alexand.*cons.*

17 *122. Viso processu,n.16.in fi.vers.superius dictis addo,lib.7.* † Et dispositio relatiua ad aliam dispositionem per dictiones, *secundum*, vel, *prout in tali dispositione*, est omnino relatiua, in tantum, quod non disponit, nisi prout in relato. Alex.*d.cons.81.n.8.& seq* vbi plura similia, *lib.6.* Vide, *Confessio relatiua non probat sine relato. Concl.670.* Vide plenius, *Positiõi an sufficiat responsio relatiua, & quid releuet. Conclus.*

18 *390.* † Limita, quia in iis, in quibus partes possunt disponere, sufficit, quod relatum sit inserrum in scriptura referẽte, vel quod sit enunciata, & probat eo casu. Anch.*cons.179. Prima facie videretur,*

19 *n.4.& 5.* † Extende, quia propterea relatum priuilegium in alio priuilegio concedentis probatur; quia potest Princeps disponere. Boer.*dec.247.n.3.* vbi idem in lege referente aliam legem; quia

20 probat, licet lex relata nõ appareat. † Declara, quando fit confirmatio ex certa scientia, vel referens est cum insertione relati ad litteram, vel ex certa scientia fit enunciatio, alias debet enunciatum exhiberi. Rom.*d.cons.336.n.2.* vbi plena apost. *in ver.appareat.*

† Limita, quod non debet probari concessio enunciata per hæc 21
verba, *sicut ven.mem. Genitor noster fideli nostro feudum concessit, ita & nos concedimus.* Oldr.*cons.121.* incip. *Ad primam quæstionem, n.12.ver.*
ad secundam q. Boer.*d.dec.247.n.2.* vbi alios citat. † Et vbicumque 22
dispositio est certa in priuilegio, licet fiat relatio ad alia priuilegia, non sunt producenda per eum, qui habet dispositionem certam. Angel. Aret.*cons.72.n.43.& seq.ver.nec obstat tertium.* † Limita; 23
quia scriptura relata etiam nulla, & non probans, bene probat, quando partes eam referentes disposuerunt in scriptura referente, veluti si sequuta est liberatio debiti ex certo instrumento relato; quia licet instrumentum debiti sit nullum, non refert, vt probetur debitum ex liberatione: quia partes potuerũt de nouo disponere. Anch.*d.cõs.179.n.4.& 5.* † Extende; quia legatum factum 24
per testatorem, prout in apocha manu testatoris penes Guardianum fratrum Minorum, vel prout in apostilla, vel alia scriptura designata, valeret, si talis scriptura non sit solemnis, & sufficit, quod vel per testes, vel comparationem sit recognita. Alex.*consil.*
239. Ponderatis in pr.lib.6.

Relatum est in referente vere, & proprie, & quando secus. Concl.129.

RELATVM † est in referente, *l. asse toto, ff de hæred.instit.* vbi 1
plene Bart. & alii. Rom.*cons.30. In proposita consultatione.nu.14.*
& cons.305.n.6. Dec.*cons.47.n.2.* vbi apost. *in ver.referente*, vbi, & in- 2
est cum omnibus qualitatibus, idem Dec.*cons.647.n.3.* Crau.*cons.*
45.n.4. † Extende, in tantum relatum esse in referente, vt dicatur 2
pars referentis; ideo sententia referens se ad capitula operatur, quod ipsa capitula dicuntur pars sententiæ, quæ se refert ad eam. Alex.*cons.35. Viso processu,n.8.lib.4.* vbi apost. *in ver.pars.* dat concor. Extende; quia confirmans dicitur continere confirmatum, non 2
è contra. Vide, *Confirmatio operatur multa, & continet omnia, quæ in*
confirmato. Conclus.706. † Et attenditur relatum, & non referens. 3
Paris.*cons.94.n.20.lib.1.* maxime quia ex relato declaratur indefinitum referens, vt æquipolleat vniuersali. Paris.*cons.19.n.74.lib.2.*
Ruin.*cons.180.n.3.lib.2.* vbi, quod substitutio facta in dicta hæreditate intelligitur de tota; ex quo institutio erat de tota, & substitutio referens idem importat propter dictionem, *dicta.* † Amplia 4
in tantum, vt paria sint, aliquid nominatim exprimi, vel per relationem. Paris.*cons.122. Clarissimus, & peritissimus,col.2.n.3.& seq.lib.*
1. vbi dicit hoc verum, maxime, quando relatio est certa; quia non potest fieri, nisi ad vnum certum, & *cons.2.nu.51.& seq.lib.3.* Castr. *cons.91.in fi.lib.1.* † Extende in fideiussione præstita in causa, de qua 5
in actis; quia censetur cum omnibus qualitatibus causæ, cum se referat ad acta, vt sit secundum acta, naturam causæ, & mentem iudicis, qui mandauit cauere. Crau.*cons.45.nu.4.& seq.* † Extende; 6
quia quod dicitur, statutum habet, & recipit interpretationem passiuam, à iure communi, operatur per relationem ad ius commune perinde, ac si ius cõmune esset insertum & incorporatum in statuto. Angel. Aret.*cons.36. Videtur.quod,n.18.* † Extende; quia 7
relatio operatur, vt censeatur facta secundum omnes qualitates, quæ sunt in relato, etiam quoad substantiam; quia paria sunt aliquid fieri, & certum esse per se vel per relationem; quia quicquid est in relato ex coniunctione scripturarum, dicitur esse in referẽte. Paris.*d.cons.2.lib.3.n.53.& seq.* Dec.*cons.647.nu.3.* Bart.*in l. si quis*
seruum. §. si.n.4.ver. sed quæro aliquis. ff. de leg.2.& in l. sanctio legum, col.
pen.n.7.ver. præterea ff. de pœn. Dec.*cons.434. Placet conclusio,n.5.& cons.*
512. Pro vera resolutione, num.3.vers. duo ponderanda, & consil.688. Vi-
sis diligenter, num.3. Ruinus *consilio 35. Quod sententia, num.11.lib.*
† Et quod terminus referens censeatur continere idem, quod est 8
in termino relato, Socin.*cons.77.In præsenti consultatione,n.6.& cons.*
89. In causa agitata, nu.2.lib.1.& cons.188. Visa Bulla,n.3.& seq.ver.ex
quibus, ver. inferri,n.4.lib.2. Vide infra, *n.18.ver. Probatio.* † Et ideo si 9
vna Bulla se refert ad aliam; & prima, ad quam fit relatio, habet certam declarationem in hereticatiuam, pariter relatiua patitur eandem declarationem, Soc.*cons.188.n.4.lib.2.* † Declara tamen, 10
nisi secũda referens se ad aliam, puta correctam in aliquibus per statutum, vel legem posteriorem, sit innouans de nouo, & post statutum corrigens; quia tunc relatum est in referente, prout disponitur, non secundum correctionem medio tempore factam: Soc.*d cons.188.n.4.ver. quibus non obstantibus, & n.5.lib.2.* † Et vere, & 11
proprie quod referens contineat relatum, Dec.*cons.538.n.7.* late Becc.*cons.41.n.22.& cons.78.n.3.* † Extende, quia relatio operatur, 12
vt vere, & proprie; implicite tamen omnia, quæ sunt in scriptura, ad quam fit relatio, censeantur in scriptura referente ex coniunctione eatundem scripturarum in tantum, quod qui explicat in scriptura referẽte ea, quæ sunt in scriptura, ad quam fit relatio, nihil noui facit, sed solum discooperire dicitur, adeo quod ex re-

latione resultat vere, & certum quid, quale, & quantum continetur in scriptura, ad quam fit relatio, plene Bald. *cons.* 212. *Ea, quæ veniunt. lib.* 5. sequitur Deci. *cons.* 647. *Requisitus, num.* 3. & idem *cons.* 497. *Accurate, num.* 3. vbi, quod ex coniunctione duarum scripturarum resultat natura veritatis ex relatione, sequitur Deci. *consil.* 43. *num.* 24. *lib.* 3. Cravet. *consil.* 45. *Quidam homines, nu.* 4. Molendi.

23 *consil.* 7. *num.* 12. † Et in statuto se referente ad statutum Florentiæ, vt ex coniunctione statutorum dispositum in Florentino

24 censeatur in referente, Deci. *consil.* 647. *num.* 3. † Extende, quia conuentus ex instrumento, si contradicit, & postea ad positiones respondens confiteatur se debere, prout in instrumento, non potest dici simpliciter confessus, sed relatiue, quatenus ex instrumento, & ideo sequi debet declaratio ex instrumento, Castrens.

25 *consil.* 87. *In causa, quæ vertitur in fin. lib.* 1. † Amplia; quia obligatio fideiussoris relatiua ad obligationem principalis dicitur certa, & vera, & continere idem, quod obligatio principalis; ideo continet certum, & vere quid, quale & quantum, prout si expressio esset facta; quia nulla est differentia, nisi quod relatio continet implicite, non autē explicite, & explicatio nihil noui facit, sed detegit,

26 Bald. *d. cons.* 212. *per totum. lib.* 5. † Extende; quia omnis obligatio in termino referente talis est, qualis est in termino, ad quem fit relatio. Bald. & Imol. *in l. si prior. ff. solut. matr.* Bal. *in l. Sanctio legum. ff. de pæn.* Soci. *consil.* 62. *nu.* 9. *lib* 4. Rip. *in l ait Prætor. § si iudex. ff. de re iud.* Soci. *cons.* 188. *lib.* 2. *& cons.* 89. *n.* 9. *& cons.* 77. *n.* 6. *lib.* 1. per rationem, quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. *l. asse toto. ff. de hered. instit.* Deci. *consil.* 19. *solum.* 3. *cum vulgari.* Tiraq. *de legib. connub. in gl.* 7. *vers. ex prædictis.* Deci. *cons.* 183. *In controuersia, ver.*

27 *& eodem modo, & quod, &c.* † Inuentarium factum per curatorem pupilli, licet requirat de scriptionem singularum rerum, & bonorum cum suis qualitatibus; si tamē factum sit inuentarium ad relationem alterius inuentarii, omnia bona, & res descriptę censentur in relatiuo cum eisdem qualitatibus, de quibus in primo, & ideo valet, ac si omnia essent specificata. Rota *in antiq. decis.* 5. alias 88. incip. *Verum inuentarium, de testa.* quæ duplicatur per Bisig. *dec.* 14. *de Procur.* & eam sequitur Feli. *in c. inter cæteras, n.* 2. *col.* 2. *ver. bene*

28 *facit, de re iudic.* † Probatio relatiua dicitur certa, & concludens, quando constat de relato, Rip. *in l ait Prætor, § si iudex. ff. de re iudic.* quia relatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus. Bar. *in . Isi quis seruum. § si. ff. de leg.* 2. *& in l.* 1. *ad si. ff. si famil. furt. feciſſe dicatur, & in l.* 1. *ff. de recept.* quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. Deci. *cons.* 19. *n.* 3. & terminus referens censetur continere id, quod in relato est Soc. *cons.* 188. *n.* 4. *lib.* 2. *& cons.* 89. *n.* 9. *& cons.* 77. *n.* 6. *lib.* 1. idem Soc. *cons.* 46. *n.* 9. *li.* 4. Bald. *cons.* 212. *Ea, quæ veniunt, lib.* 5. Vide supra *n.* 7. *ver. Extende, quia relatio.* † Inuestitura em-

29 phyteutica cum pactis, & conditionibus diuersis si confirmetur habita relatione ad primam, quicquid est in prima, est in secunda referente ēt si aliqua exprimantur in referente nō integre; quia quoad non expressa, vel omissa non censetur recessum propter

30 relationem. Bal. *cons.* 331. *Quidam fuit inuestitus, lib.* 5. † Confessio ad positiones, vel alias facta relatiue ad instrumentum regulatur secundum instrumentum, vt sit valida, si instrumentū est validum, & solemne, si vero instrumentum est nullum, vel quia falsum, vel quia non solemne, sicuti non probat, & corruit, ita etiam confessio relatiua. Rom. plene *cons.* 294. *Hæc confeßio per tot.* vbi apost. ple-

31 na *in verb. notabiliter.* † Et quod confessio relatiua ad positiones intelligatur cum omnibus qualitatib⁹ in relato, & non vltra, Alex.

32 *cons.* 137. *In causa, & lite, n.* 18. & 19. *ver. certum est lib.* 2. † Fideicōmissum factum relatiue ad aliud testamentum dicitur certum, prout in testamento relato, sicut etiam institutio hęredis relatiue ad codicillos est certa, & valida, Deci. *cons.* 497. *per tot.* maxime *n.* 3. De-

33 clara † tamen; quia si non est facta relatio ad fideicommissum, sed prorogatio, prout si testator subiecisset fideicommisso patris sui quædam bona, ita quod per omnia supponantur, ac si bona fuissent patris, tunc dicitur prorogatio, & extensio fideicommissi, & non nouum fideicommissum. Deci. *d. cons.* 496. *Accurate, & eleganter. per tot.* vbi quod Negus. ita consuluit. Liberatio relatiua ad debitum probat debitum præcessisse; quia scriptura referens dispo-

nit etiam si scriptura, ad quam fit relatio, non sit solemnis, quādo partes possunt de nouo disponere. Anch. *cons.* 179. *Prima facie vi-*

34 *deretur, n.* 4. † Extende maxime, quando scriptura, ad quam fit relatio, est inserta ad litteram in liberatione; quia siue sit valida, siue non; bene probatur liberatio, ex quo partes potuerunt de nouo

35 disponere. Anch. *d. cons.* 179. *n.* 4. † Appellatio, prout in schedula, est bona, si schedula est exhibita, licet non sit lecta; quia relatum est in referente. *c. appellatio. de appell. in* 6. Abb. *cons.* 28. *Omißis. per tot.*

36 vbi ponit plura exempla similia. *lib.* 1. † Denunciatio in vim edicti relatiua ad acta exhibita est bona. Abb. *d. cons.* 28. *per tot.* vbi est casus consilii, *lib.* 1. † Sententia incerta non valet, sed si per relationem ad acta potest certificari, bene valet; & dicitur certa Abb. *cons.* 28. *in fi. lib.* 1. Vide, *Sententia condemnans secundum formam statuti-*

rum per relationem qualiter intelligatur. Conel. 166. † Amplia in relatum relatum esse in referente, vt testis nulliter examinatus si reperatur, & referat se ad suum examen, etiā repetitio erit nulla, Mozol. *cons.* 77. *n.* 36. Bursat. *cons.* 26. *n.* 64. & alii, quos citat Ondad. *cōs.* 101. *n.* 31. vbi, quod debet ex ense scribi. † Contrarium, quod mo valeat, quando dicit, *quod se refert in omnibus, & per omnia*, dicit magis communem Ondad. *d. cons.* 101. *n.* 31. † Declarat ipse Ondad. *d. cōs.* 101. *n.* 32. vt probet, quod dixit, *depono in omnibus, & per omnia, prout in alio meo dicto.* & fuit sibi lectum primum examen, alias non. † Restringe, quia testis se referens ad articulos non inclusi in per. iurium, quod debet intelligi, vt relatio sit simpliciter, vel secundum quid, non autem quoad omnia. Io. Imol. *cons.* 101. *In causa. cusationum, n.* 3. latius Rom. *cons.* 301. *In proposita, n.* 11. *ver. vltimo videtur.* † Cōtrarium quod imo specifica relatio facta censetur quoad omnia, idem Rom. *d. cons.* 301. *n.* 14. *ver. quæ habet*, vbi apposuit in *ver. relatio*, dat conc. & alia apost. ibi *n.* 11. *in ver. formaliter*, quæ datur concor. † Restringe, quando examinatur, vel reperitur testis tertię examinatus; quia si dicat, *fui alias examinatus; & refero me per omnia ad primum examen*, perinde est, ac si de nouo ipsum examinasset, & deposuisset de verbo ad verbum, vt in primo examine, ita Abb. *in d. cons.* 28. *n.* 3. *ver. & facit ad idem lib.* 1. † Amplia in vltima voluntate; quia si testator fecit quædam legata Titio vsque ad certum euentum, quo casu illa ademit. postea ipsa legata reuocet, & subroget in codicillis aliud legatum cum conditione, prout in testamento alia legata ferat, censetur legatū in codicillis relatiū habere omnia requisita, & omnes conditiones in testamento descriptas. Ang. cōs. 373. *Visis instrumentis, n.* 6. *vsque in fi.* † Extende, quia valet legatum factum, prout in schedula manu testatoris; quia testis dicuntur rogari & scire per relationem factam saltem implicite, prout si fuisset facta expressio in individua. Castr. *cons.* 457. *n.* 2. *ver. Item est perfecta lib.* 1. † Extende; quia si pater fecit testamentum inter filios, & nepotes masculos, quos inuicē substituit, & grauauit; q̄ portiones totas, & integras, si decederent aliq̄ sine filiis masculis, aliis filiis restituerent, ex quibus censetur, prohibita Trebellianica nepotibus, si postea filius faciat testamentū, in quo nepotes instituit eo modo, quo pater ipsius fecerat, cēsetur pariter prohibuisse Trebellianicam nepotibus, & induxisse conditionē, si sine filiis masculis, & omnia, quę pater mādauit. Alex. *cons.* 201. *Per ista. n.* 19. *& sequentibus. ver. nunc est videndum, lib.* 6. † Amplia, vt quod dicitur de relato, vt sit in referente, idem sit in confirmato, vt sit in confirmante, quia omnia censentur pariter repetita. Bal. *cons.* 331. *Quidam fuit, lib.* 5. Dyn. *cons.* 51. *n.* 6. *ver. præterea quæ scribunt ur.* vbi q omne scriptum in confirmato censetur etiam in confirmāte. Extende, † etiam si confirmatio sit generalis; quia operatur identū p omni specie, sicut specialis, Dynus *cons.* 51. *n.* 3. *ver. præterea confirmatio.* licet contrarium teneat in testamento, in quo pater præmisit filium, licet in eo confirmet aliud testamentum, in quo filius erat exhæredatus inserta legitima causa; quia nō valet. † Et ratificatio, vel confirmatio nō extendit ratificatū, vel confirmatū. Vide, *Ratificari nō potest actus nullus, & quādo secus, & qualiter possit ratificari. Clu.* 24. † Amplia; quia stipulatio facta etiā de restituēda dote mulieri, vel eius hæredibus secundū consuetudinem, vel secundum statuta dicitur relatiua ad consuetudinē, & statuta, & perinde est, ac si esset facta expressio consuetudinis, & statutorū, ac dispositionis eorum. Sig. Homod. *consil.* 37. *Factum sic proponitur circa fin. ver. redeo ad quartam. & consil.* 69. *in fin. ver. venio ad quartum.* † Amplia, quia procedit etiam respectu iuramenti, ideo officialis iurans observare statuta ciuitatis, censetur iurasse statuta, ad quæ se refert ipsa statuta iurata. Sign. *cōs.* 61. *Quæstio talis est. per tot.* vbi multa pro vtraque parte & hanc tuetur. † Amplia, etiam si relatio non fiat ad effectum, vt relatū sit in referente, tamen referens dat robur, & coadiuuat relatum, ideo instrumentum, quod nō probatur in alio gatum, & forte est suspectum, si comprobetur à Notario in alio instrumento referente, in quo dicat se de illo rogatum tali die, inducit rogitum, & facit cessare suspicionem. Anch. *consil.* 142. *Prout de viribus. n.* 3. *& seq.* † Amplia, vt procedat, etiam si in referente figuret aliqua additio, quia illud, quod fit per modum additionis, efficitur pars illius, cui adiicitur. Boer. *decis.* 284. *n.* 3. Rui. *cōs.* 23. *Quæniam in facto n.* 28. *lib.* 5. *& cons.* 33. *Legatum. col. final. lib.* 2. *& consil.* 113. *Visis iuribus. n.* 9. *lib.* 3. *& cons.* 78. *In quæstione. & lite n.* 9. *lib.* 3. sequitur Curtius. *cons.* 16 *Aperta fronte. col.* 42. *ver. & licet, lib.* 1. sequitur Paris. *cons.* 22. *Illustrissima Domina Ducissa, lib.* 1. † Limita in exhæredatione filii, quia si pater exhæredauit filiū inserta causa legitima instituit extraneo, postea faciat aliud testamentum, in quo aliam enume-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neum instituit, nõ aliter exhæredato filio, sed solum dixit, quod quoad reliqua confirmabat primum testamentum, non tamẽ in secundo censetur exhæredasse filium, Dyn. *consil. 51. Quæstio talis est, pater fecit per tot.* vbi allegat pro vtraque parte, tandem tenet secundum non valere, quia ex eo hæreditas aditi non potest. † Restringe limitationem, vt non procedat in institutione; quia bene substinetur legatum iure institutionis factum filio, prout in primo testamento, in quo exprimitur iure institutionis. Alex. *consil. 70. n. 11. ver. non obstat. lib. 2.* Dec. *cons. 189. n. 1. ver & ad hoc bene facit.*

46 Ruin. *cons. 93. n. 13. ver. Et hoc secundum eum. lib. 2.* † Limita; quia in iis, quæ sunt formalia, & in iis, quæ expressam lecturam requirunt, prout in guarentigia, vel in iis, quæ non pendent à mera voluntate consentientis, prout in impediendo translationem, quod requirit hypothecam specialem, vel constitutum, non sufficit relatiua dispositio etiam in sciente, ita Crauet. *cons. 668. num. 6. & seq.*

47 vbi late. † Limita in appellatione ab interlocutoria in qua causa grauaminis requiritur in specie, ideo non sufficit relatio ad acta, nisi in specie specificetur, in qua parte, Dec. *cons. 687. Visis, & diligenter, num. 4.* † Contrarium tenet idem Deci. *in l. certum. ff. si cert.*

48 *pet.* & apostil. ad Dec. *dict. consil. 687. num. 4. in ver. nisi.* † Limita in libello criminali, qui requirit specificationem expressam, & formalem; quia non sufficeret per relationem ad aliud, Angel. *in leg. 1. ff. de liber. & posthu.* Alexand. *consil. 72. colum. fin. lib. 1. & consil. 71. in*

50 *princip. lib. 3.* † Extende in responsione facta simpliciter ad inquisitionem per inquisitum, qui fatetur percussisse N. prout, & sicut in inquisitione; quia non fatetur propterea qualitatem offensi expressam in iniquisitione, quia relatio fit ad alia, ita Roman. *con-*

51 *sil. 460. Illa verba, per totum.* vbi apostilla. dat concordant. † Limita in iis, quæ requirunt specificam mentionem, veluti in iuramento; quia non dicitur contractus iuratus, licet quis referat se ad contractum iuratum, nisi specifice sit iuratum. Socin. *consil. 99. Serenissimus Rex, num. 2. lib. 3.* & quia solus consensus non sufficit relatiuus, vbi specifica mentio est facienda. Ant. de Butr. *in c. penul. in princip. de iureiurand.* vbi Abbas *num. 4.* Ioann. de Anan. *in fin.* Imol. *in princip.* Corset. *de iuramento priuileg. 27.* Marsil. *singul. 123 in fin.* & hanc communem* dicit Curt. Iun. *cons. 269. num. 13. & 14. &*

52 *consil. 320. num. 12. lib. 3.* † Limita in dicto testis; quia relatio non fit quoad omnia, si induceretur contrarietas in teste, sed solum fit proportionabiliter. Alexand. *consil. 122. Viso processu. num 11. versic. præterea. lib. 2.* Vide, *Relatiua dispositio quando dicatur certa & expressa. Concl. 126.*

Relegatio quid sit, quis possit relegare, & quæ pœna dicatur. Concl. 130.

1 POENA † relegationis frequens est de iure veteri, hodie loco huius pœnæ succedit confinatio, seu exilium, aut bannum.

2 Clar. *§. fi. quæst. 67. in fin. ver. relegationis.* † Et hæc relegatio non potest fieri, nisi in loco subiecto, & de iurisdictione relegantis. *l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & relega.* tamen Clar. *§. fin. quæst. 71. num. 4. ver. vidi ego.* dicit quod relegatio etiam fit hodie in locis

3 non subiectis. † Differunt tamen bannum, & relegatio, licet æquiparentur in multis. Ant. de Butr. *consil. 74. num. 2.* vbi apostill.

4 dar concord. † Habet relegatus factionem testamenti. Vide, *Deportationis pœna. quæ sit, & quibus imponi possit. Concluf. 197. num. 19. &*

5 *sequent.* Vide, *Bannitι relegati quorum actuum sint capaces, vel non. Concluf. 13.* † Sententia licet possit ferri in relegatum absentem; tamen debet cum causæ cognitione ferri super crimine, non sic in bannito. Bartol. *in 1. quæstio. in solutio. num. 3. versicul. tertio est videndum.* † Et pœna relegationis non infertur sine dolo. Bartol. *dict.*

6 7 *quæst. 1. in solutio. nu. 3.* † Infamis efficitur relegatus. Bartol. *dict. quæst.*

8 1. *in solutio. num. 3.* † Gratiari non potest, nisi à Principe. Bartol. vbi

9 supra. † Offendi non potest impune. Bartol. vbi supr. Præses, † &

10 Prætor, vel Rector potest ex causa relegare. Bartol. *in extrauag. qui*

11 *sint Rebell. in ver. rebellando. in fin.* † Et hodie quæ pœna succedat loco relegationis. Vide, *Deportationis pœna. Concluf. 197. n. 20. & sequ.* Vide, *Pœnarum capitalium maior quæ dicatur, & quot sint. Concl. 223. in fi. n. 23. & seq.*

Religio est vna, & quid contineat in se, & quid sint religiosi. Concl. 131.

1 RELIGIO † secundum Theologos est vnica, quæ tamen diffunditur in plures species, seu plures ordines, & continet in vnaquaque specie tria substantialia, obedientiam, continentiam, & carentiam proprii, & sine istis tribus non est religio iuxta not. c. 2. *de Eccles. ædifican.* Lap. *alleg. 131. pro dubii, num. 4. ver. item secundum opinionem.* Calder. *cons. 591. in princip. vers. aut professio ikius.* alias 6. *de regular.* Gemin. *cons. 41. in princip. ver. quidam vero.* plene Ancharan. *consil. 321. Præmittenda sunt.* † Et ideo professus semel religionem in vno ordine, quia quoad substantialia professio est quoad omnes ordines, si transfertur ad alium ordinem, non debet iterum profiteri Fed. de Sen. *cons. 5. In prima quæstione. in pr. & sub n. 3.* vbi ponit solutionem *ver. ad primam.* † Contrarium, quod imo nomen religionis est generale; ideo populus Christianus appellatur religio Christiana. Archidiac. *de regular. c. 1. lib. 6.* Feder. de Sen. *consil. 150. Cum aliqui. num. 2. ver. & posito.* vbi, quod Fratres tertii ordinis laici sunt, & non Ecclesiastici, licet sint religiosi: quia non omnis religiosus est ecclesiasticus, vbi ponit differentiam inter ecclesiasticum & religiosum. † Amplia, vt in tantum tria substantialia sint necessaria ad religionem, videlicet obedientia, castitas, & carentia proprii, vt non valeat consuetudo contraria, vt religiosus possit habere administrationem bonorum sibi relictorum; quia est contra substantiam religionis, inducit peccatum, & est irrationabilis. Cald. *cons. 386. alias 1. de regular.* quod duplicatur *cons. 42. alias 4. de consuet.* † Extende, vt imo neq; valeat licentia Prælati religionis, neq; tolerantia illius possit dictam consuetudinem approbare. Cald. *d. cons. 386. alias 1. de regular. circa fin. ver. ex isto infertur. & in pr.* vbi, quod dispensatio prohibetur. *c. cum ad monasterium. de statu regul.* quod duplicatur *cons. 42. alias 4. de consuet.* † Extende, vt imo nec Papa dispensare velle profiteatur *in d. c. cum ad monasterium. de statu regul.* Calder. *dict. consil. 386 in princip.* alias 1. *de regul.* quod duplicatur *consil. 42. alias 4. de consuet.* † Religionum diuersæ sunt species in Ecclesia militanti ex diuersitate professionis, & habitus. Gemin. *consil. 41. in princ.* † In vno conueniunt omnes religiones, videlicet in dilectione Dei, & proximi. Anchara. *consil. 321. in prin.* † Et in tribus, quæ sunt de substãtia religionis, vt est obedientia, castitas & carentia proprii, Anchar. *d. consil. 321. num. 2.* † Non conueniunt; quia diuersæ regulæ, diuersi habitus, & diuersi ritus viuendi, & officiandi. Anchar. *d. consil. 321. in prin.* † Item actiones diuersæ; quia aliqui vitam contemplatiuam, aliqui actiuam, vel hospitalitatem exercent, & sic de singulis. Anch. *d. consil. 321. in princ.* Vide, *Professus in vna regula, si ad aliam transferatur, sufficit prima professio. Concl. 888.*

Religionum tres sunt species in Ecclesia militanti Christi Domini nostri. Concl. 132.

TRES † sunt species religionum: Prima est, quod licet in particulari religiosi aliquid proprium habere non possint, in communi tamen possunt habere quæcũq; bona, prout sunt Fratres ordinis sancti Benedicti, & Carthusienses. Abbas *cons. 27. Pro clara, in prin. lib. 2.* † Et isti non solum succedunt, & acquirunt religioni, sed imo parentes eorum non possunt eos priuare legitima, neq; exhæredare etiam ex causa ingratitudinis, quia ingressus religionis abstergit omnem maculam, & omnem ingratitudinem. Abb. *d. cons. 27. in pr. lib. 2.* vbi plura recensẽt fauore religionis statuta. † Secunda religio est, quæ ex propria regula interdicit dominium, & proprietatem alicuius rei in particulari, & in communi, prout religio sancti Francisci, & comm.* est opinio, quod isti nullo modo succedunt parentibus, vel aliis, sed habentur in hoc pro mortuis, & locus est successioni aliorum proximiorum. Abb. *d. cons. 27. colum. 1. in fin. vers. quadam & secunda. lib. 2.* † Et isti neque capere aliquid possunt etiam ex donato, vel ex alia causa, etiam si ingrediens donauit religioni bona sua, sed bene possunt modica capere ex eleemosyna, sicut alii pauperes, & idem est de omnibus aliis mendicantib. Abb. *d. cons. 27. col. 1. in fi. ver. quædam secunda. lib. 2.* † Tertia religio est, quæ ex propria regula potest habere dominium & proprietates bonorum; sed tamen ex propria constitutione confirmata à Sede Apostolica omnino prohibetur habere aliquid in communi, prout sunt fratres Prædicatores. Abb. *d. cons. 27. col. 2. ver. est & tertia species. lib. 2.* † Et isti ex priuilegio Papæ, si illud habent, possunt succedere, si vero cessat priuilegium, est dubium, quod nõ possint; quia Mendicantes, &c. quod possint; quia statutum stricte intelligendum, vt nõ excludat successiones, & legata, vt vendant de iure communi, sed si extat consuetudo etiam vt retineant, possunt retinere. Abb. *d. cons. 27. col. 2. ver. est & tertia species, per tot. lib. 2.*

Religiosis fauendum circa multa. Concl. 133.

SI † laicus reperitur solus cũ sola, non præsumitur dicere, Pater noster, sed præsumitur malum; secus est in religiosis, & clericis, pro quibus præsumitur semper. Abb. *in cap. estote. n. 5. de reg. iur.* Malus † semel, vel in famis semel, prout spurius, licet legitimetur, non cessat in totũ infamia; quia æquiparatur morboso curato exarte, vt semper adsint reliquiæ mali; secus, si est effect° religiosus,

ita Alexand. *singul.* 273. *num.* 6. *& seq.* vbi late. Vide, *Malus semel semper præsumitur malus, &c. Conclus.* 28. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Religioni fauendum est, & piæ causæ. Concl. 134.

1 RELIGIONI, † & religiosis personis fauendum magis, quam personis priuatis. *l. sunt personæ, in fin. ff. de religio. & sumpt. funer.* Oldrad. *consil.* 300 *n.* 4. *ver. considerandum.* Ioan. de Anan. *consil.* 24.
2 *num.* 2. † Et verba dubia semper interpretanda sunt fauore religionis, & piæ causæ, *l. pen. ff. de annu. legat.* prout & contra etiam in duriorem partem fit interpretatio fauore animæ. Anch. *cons.* 194.
3 *per totum.* Vide, *Odiosa materia restringitur, &c. Conclus.* 67. † Amplia, vt magis sit fauendum religiosis, qui parati quotidie sunt morti, & expugnationi infidelium magis, quam aliis religiosis. *l. vnica. C. de castren. omnium Palat. pecul. lib.* 12. Oldr. *d. cons.* 300. *nu.* 4. vbi multa
4 de priuilegiis militantium. † Amplia, quod in causis Ecclesiarum, & religionis semper inest præsumptio, quod in fauorabilibus includantur, & in odiosis non excludantur, ex mente gerentis actum. Lap. *alleg.* 101 *in qu proposita n.* 8. *ver. necesse verisimile.* quia sunt magis merito religiosi, & omnis fauor eos includit. Lap. *alleg.* 101.
5 *nu.* 9. *ver. quinta ratione.* † Amplia, quod priuilegio concesso Ecclesiæ, & piæ causæ ex aliqua lege abrogatæ, & deletæ, nihilominus durat priuilegium. Innoc. *in c. nouit. de iudic.* Lap. *d. alleg.* 101. *nu.* 8. *pro*
6 *hoc induco.* † Amplia, quia religioni, & piæ causæ in dubio fauendum est etiam in materia stricta; ideo licet legatum intelligatur semper strictum, vt quod minimum est, contineat; fallit fauore religionis, & piæ causæ; qua licet verba legati sint dubia, & possint importare vtrumque sensum, fit interpretatio, vt quod maius est,
7 contineat. Vide, *Legati verba dubia quando late interpretanda, & quando secus. Concl.* 58. *in fin.* latius *ver. legata annuæ facta ciuitati, vel Ecclesiæ quamdiu durent. Conclus.* 86. † Extende; quia semper inest clausula,
8 *omni meliori modo*, in dispositione ad fauorem religionis, & piæ
9 causæ. *cap. exiit. qui seminat. §. ad hoc. de verbor. signif. lib.* 6. Bart. *tract. minor. lib.* 1. *distinct.* 2. *cap.* 2. *num.* 12. † Extende; quia tacitum & expressum fauore religionis semper æquiparantur. Bald. *auth. ingressi. num.* 15. *& 16. C. de sacros. Eccles.* † Amplia; quia fauore piæ causæ
10 tam secularis, quam Ecclesiasticus iudex possunt exequi legata pia. Abb. & alii *in c. nos, & in c. si heredes, de testam.* est text. *in l. nulli. C. de Episcop. & cler.* vbi Doctores. † Amplia, quia in dubiis opinionibus est fauendum Ecclesiæ; ideo opinio, quod emphyteutis Ec-
11 clesiastica non comprehendat fœminas, est tenenda, quod faueatur magis Ecclesiæ. Castrens. *consil.* 90. *in fin. lib.* 2. Alexand. *consil.* 121. *Visothemate, num.* 10. *ver. vltimo pro hoc facit. lib.* 2. † Extende maxime, quando Ecclesia, vel causa pia est rea, quia concurrunt duo fauores. Alexand. *dict. consil.* 121 *numer.* 10. *lib.* 2. Vide, *Animæ fauore multa specialia. Conclus.* 333. Vide, *Fauendum Ecclesiæ, & piæ causæ. Conclus.* 87. Vide, *Piæ causæ in dubio fauendum. Conclus.* 337. † Limita,
12 quia contra iustitiam non fauetur religioni, quia Ecclesia est cultrix iustitiæ. Ludouicus Bologn. *in additio. ad consil.* 24. *Ioann. de*
13 *Anania, in fin. num.* 7. † Extende, quando concurrit alia præsumptio maior contra religionem, puta liberationis: nam regulæ, quod quis donare non teneatur, neque dotare, limitatio est, quod construens Ecclesiam dotare teneatur, quid in capella constructa? licet fauor Ecclesiæ concurrat; tamen non procedit limitatio; quia regula est contraria, & vltra præsumptionem Ecclesiæ concurrit fauor liberationis; ideo prævalent duæ præsumptiones Ioan. de Anan. *consil.* 24. *Primo videtur. per tot.* vbi Bologn. *in addit.* maxime *in fin. num.* 7. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Religionis, & piæ causæ multa specialia sunt inducta, & quæ. Concl. 135.

1 RELIGIONIS † causa habet multa specialia: nam quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. *c. si animum. de iud. lib.* 6. Lap. *al-*
2 *leg.* 26. *in pr. n.* 2. vbi, quod nec valent statuta contraria. † Testamentum valet ad pias causas, vel in quo piæ causæ aliquid est relictũ, licet testes non fuerint rogati. Lap. *alleg.* 30. *Consilium fuit. n.* 5. *in fin. ver. hæc responsio.* vbi apostil. Domi. de S. Gemin. quia ibi consulens
3 tenet contrarium, *in pr. alleg. & nu.* 5. † Contrarium (vt dixi) tenet Lap. *d. alleg.* 30. *in princ.* & latius *nu.* 5. *ver. quinto.* vbi, quod seruandæ
4 sunt leges in testamentis, & respondet ad aliqua contraria. † Falcidia, seu Trebellianica non deducitur ex legato ad piam causam fauore piæ causæ. Oldr. *consil.* 225. *nu.* 25. *ver. circa quartam decimam.*
5 Absoluuntur. † & habilitantur facilius religiosi, quam seculares in multis, quæ relatiue ponit Fed. de Sen. *cons.* 13. *n.* 4. *in fi. ver. item*
6 *non obstat.* † Capellanus monialium institutus si est amouendus, summarie, & facilius ex causa amouetur, quam alius institutus rector propter religionem. Federicus de Senis *cons.* 95. *n.* 3. *ver. ad-*
7 *uertum vero.* † Contra ius commune multa statuta sunt in monialibus, *c. indemnitatibus ad fi. de elect. ca. vnico. de stat. monach. in* 6. Fed. de
8 Sen. *d. cons.* 95. *col. pen. ver. consequenter.* vbi, quod moniales exemptæ possunt deputare confessorem, qui absoluat in casibus Episcopalibus. † Absentia voluntaria, quæ non excusat absentem bene ex-
9 cusat, si causa religionis abest; quia propter redemptionem peccatorum dicitur causa necessaria. Castr. *in l. filius famil. §. fin. in fin. ff.*
10 *de procu.* † Solemnitas minor requiritur in iudicijs inter religiosos, fauore religionis. Zab. *cons.* 84. *in fi.* † Et iuris rigor ad vnguem non
11 seruatur inter religiosos. Card. Zab. *cons.* 31. *in pr.* Vide, *Ecclesiarum, & piæ causæ priuilegia, & specialia multa. Concl.* 7.

Religioni quæ inimica esse dicantur. Concl. 136.

SOLITVDO † nedum est inimica, sed etiam suspectæ religioni,
1 *cap. 2. in princ. de stat. monach. c. quorũdam. §. 4. distinct.* Fed. de Sen.
2 *cons.* 29. *n.* 1. *ver. dico etiam.* † Hypocrisis est inimica religioni: ideo dicit Bald. quod palliata charitas duplex est iniquitas, *cons.* 9. *Fa-*
3 *ctum tale est. n.* 3. *lib.* 1. † Pro hoc, quia is, qui facit malum sub specie boni, grauius punitur. Florian. à S. Petro *cons.* 26. quod est Collegi
4 Bononiæ, *num.* 52. *ver. vel secundo, cum seq.* Vide, *Color & status quid sit. Conclus.* 469.

Religio sancti Benedicti habet plures cõstitutiones. Concl. 137.

CONSTITVTIO † est in hac religione, quod nullus subditus
1 Prælati monasterii beneficiatus possit aliqualiter alienare, permutare, vel locare aliqua bona sui beneficii, cui est, nisi habita licentia sui Abbatis, & est rogata per Thomelon Notarium, &
2 publicata, vt dicit Bart. *cons.* 63. *Factum sic proponitur. lib.* 1. Vide, *Monachi Nigri S. Benedicti & eorum statuta, & priuilegia. Concl.* 332.

Religio S. Benedicti, & eius species ordinum, & quæ. Concl. 138.

RELIGIO † sancti Benedicti est monachalis fratrum, seu mo-
1 nachorum Nigrorum. Anch. *cons.* 321. *Premittenda sunt.* † Fuit Beatus Benedictus de anno 465. vt dicit Collegium Bononiense
2 *cons.* 1. *post cons.* Zab. *n.* 7. † Antiquior est Regula Beati Basilij, quam Benedicti, Collegium Paduanum *cons.* 2. *post consilia Zabar. n.* 39. *&*
3 *seq.* & maxime *n.* 62. & plenius Caccialup. ibi *cons.* 4. *n.* 39. *& sequen.* vbi dicit, quod Basilius apud Græcos primo instituit monachos ante Beatum Augustinum, postea Beatus Benedictus regulam
4 accommodauit, in qua tum Gregorius Primus fuisset monachus, dedit licentiam, quod omnes Latini ad fidem venientes profiterentur regulam Beati Benedicti, & ampliata est apud Latinos, Ba-
5 silij apud Græcos. † Diuiditur in plures ordines religiosum, videlicet sancti Benedicti Cluniacensis, Cistertiensis: & tamen non differunt ordine, licet differant in habitu, & modo viuendi, vide secundum communem vsum sunt omnes sub eodem ordine
6 Ægid. Bellam. *consil.* 32. *num.* 18. *& seq.* † Declara; quia in materia odiosa, & restringibili sunt diuersi ordines; ideo dispensatus, &
7 translatus in ordine, & ad beneficia sancti benedicti non obtinebit beneficia Cluniacensis. Ægid. *d. cons.* 32. *n.* 22. *& seq. ver. secun-*
8 *do deduco.* vbi *nu.* 23. quod stylus Curiæ habet pro diuersis ordinibus separatis. † Ordo Cassinensis est proprie ordo sancti Bene-
9 dicti, in quo Carolus Magnus relicto regno fratri suo Romam veniens, effectus est monachus, & propterea Zacharias Papa successor Beati Gregorii Ordinem Montis Cassini in solo Tetulli Patri-
10 cij existentem ita ditauit, vt omnibus Cœnobijs præferri insterit, & regulam Beati Benedicti confirmauerit, quam prius Gregorius Primus Papa in dicto ordine professus confirmauerat tanquam
11 ordo Beati Benedicti in monasterio Sublaci; vide priuilegia apud Caccialup. *in cons.* 4. *post cons. Zab. nu.* 42. *& seq.* vbi tenor inserum
12 † Ordo Cluniacensis est sancti Benedicti de obseruantia & Abbas Cluniacensis est caput totius ordinis, quia eligitur ab vniuersitate, & cõfirmatur à Papa. Old. *cons.* 104. vbi, quod habet ius visitandi, & merum, & mixtum imperium: & quod sit religionis sancti
13 Benedicti, vide diuersa iura monasterij Ecclesiæ sanctæ Mariæ oppidi ciuitatis Nagaren. detro la Real Calaguritan. Dicit. in
14 quibus fit mentio, quod est ordinis Cluniacensis, & ordinis sancti Benedicti de obseruantia, & quod habeat plures Abbates ordinis
15 sancti Benedicti, sed tamen quod sit ordo de per se, & diuisus, fe-
16 bat Ægid. Bellam. *cons.* 32. *n.* 23. vbi ita seruat stylus Curiæ, & est tes. *in t. quanto, de priuileg.* † Ordo Cistertiensis est sancti Benedicti, licet viuat diuerso modo, & diuerso habitu, & appellatur lica macet
17 iori monasterio loci, ita Ægid. Bellam. *cons.* 32. *n.* 18. † Est exemptus ab ordinario iste ordo Cistertiensis. Abb. *cons.* 56. *Videtur primum*

fin. lib.

10 *fin.lib.1.* † Ordo Carthusiensis est sancti Benedicti, licet sub diuerso habitu, & modo viuendi. Ægid. Bellam. *cons.32. n.23. in fin. vers.*
11 *nec valet consequentia.* † Ordo Montis Oliueti est eiusdem regulæ sancti Benedicti, sed posterior, & magis strictus. Anchar. *cons.321.*
12 *num.3.* † Ordo Camaldulensis viuit sub regula sancti Benedicti. Ioan. de Anan. *cons.62. Visis, & ponderatis*, vbi inserit multa statuta,
13 & priuilegia Alexandri Papæ IV. † Habere possunt bona stabilia, & successiones in communi monasteria sancti Benedicti, & Carthusiensis, in tantum, quod non possunt monachi sancti Benedicti priuari legitima sibi debita. Abb. *consil.27. Pro clara. in prin. lib.2.*
14 † Imo huic religioni concessum est, vt portionem habere debeant monachi, quæ sibi tangit in successione, ita quod parentes non possint eos priuare ex causa ingratitudinis commissa in seculo; quia ingressus religionis purgat ingratitudinem. Abb. *d. consil.*
15 *27. in prince. lib.2.* allegat *c. non liceat, 19. q. vlt.* † Sanctos habuit religio sancti Benedicti, qui sunt canonizati 5555. item 24. summos Pontifices, Cardinales vero 183. Archiepiscopos, & Episcopos 464. Abbates insignes 11070. vt dicit Collegium Paduanum *consil.2. post cons. Zabar. n.52.* idem repetit Caccialup. ibi *cons.4. n.56.* vbi addit plurimos Reges professos in ipsa Religione.

Religio Montis Oliueti, & eius priuilegia. Concl. 139.

1 Religio † Ordinis Montis Oliueti, licet sit S. Benedicti, & sub eadem regula, tamen est strictior, quam aliæ religiones
2 eiusdem regulæ. Lap. *all.131. in pr.* † Amplia: quia professus in ordine Montis Oliueti non potest transire ad aliam religionem, vel aliud monasterium regulæ S. Benedicti, sed solum potest ingredi religionem Carthusiensium, tanquam strictiorem ex priuilegio Gregorii Papæ XI. Lap. *d. alleg.131. in princ. vers. secundo idem videtur.*
3 † Moniales subiectas habere nō possunt religiosi Montis Oliueti.
4 Petr. de Anchar. *cons.352. Monasterium sancti Michaelis in princ.* † Bononiæ fuit concessum monasterium S. Michaelis in Bosco huic religioni propter malam disciplinam regulæ S. Augustini, cuius
5 erat dictum monasterium. Pet. de Anch. *d. cons.352. in pr.* † Monasterium Montis Oliueti est exemptum totaliter ab ordinarii Episcopi iurisdictione; ideo non tenetur ad quartam debitam Episcopo Volaterrano, nedum ex totali exemptione, sed ex præscriptione immemorabili. Abb. *cons.47. Tria ad clarã. per tot. lib.1.* † Abbas generalis Montis Oliueti potest in prioratibus, & Grangiis sibi subiectis inducere conuentum, & ibi constituere Priorem etiam amouibilem ad nutum, qui potest interesse electioni Abbatis generalis. Abb. *cons.25. Quoniam de infrascripta, lib.2.* vbi per totplura, & de constitutionibus huius monasterii Montis Oliueti circa electionem Abbatis generalis, & ad quos spectet.

Religiones diuersæ in specie, & quæ sit latior, & quæ strictior. Concl. 140.

1 Religio † S. Benedicti habet multos ordines, sed strictior est ordo Montis Oliueti omnibus aliis ordinibus dictæ re-
2 gulæ. Lap. *alleg 131. ver item quia licet. & vers. secundo idem.* † Religio Prædicatorum est arctior, quam regula S. Benedicti; quia transi-
3 ens de illa ad illam efficitur apostata. Lap. *d. alleg. 131. in princ.* † Extende; quia per speciale priuilegium Apostolicum prohibentur religiosi Prædicatorum ordinis transire ad ordinem S. Benedicti Nigrum. Abb. *cons.96. Cum ad aures, col. fin. vers. item quia per speciale,*
4 *lib.1.* † Religio Seruorum, quæ est S. Augustini, strictior est religione S. Benedicti. Lap. *alleg.61. Quidam Franciscus, n.5.* Card. Zabarell. *cons.28. Quidam Frater. in princ.* † Religio fratrum Minorum pariter est arctior, quam regula S. Benedicti; quia non possunt
6 transire ad regulam S. Benedicti. Lap. *d. alleg.131. in princ.* † Regula Carthusiensium est strictior, quam regula S. Benedicti etiam Montis Oliueti; quia de illa ad istam licitus est transitus. Lap. *d.*
7 *alleg.131. in prin. vers. secundo idem.* † Regula tamen S. Augustini Canonicorum regularium laxior est, quam sit regula S. Benedicti; quia potest mutari status monasterii regularium S. Augustini ad monachos S. Benedicti. Calder. *cons.255.* alias 1. *ne sede vac.* Card.
8 Zabar. *consil.28. n.3.* † Et an regulares Canonici S. Augustini sint laxiores, quam regula monachalis, relatiue Abb. *cons.95. In præsenti, in prin. n.1. & 2. lib.1.*

Religio ex quibus dicatur arctior, vel laxior. Concl. 141.

1 Religio † non dicitur arctior considerata primæua regula, sed habendo respectum ad obseruantiam, & constitutiones factas vltra regulam. Lap. *alleg.62. n.5. ver. ad secundum, & n.6.* vbi, quod ordo S. Benedicti non dicitur arctior ordine Seruorum, licet regula S. Benedicti sit arctior, quam regula S. Augustini; quia licet ordo Seruorum sit S. Augustini, tamen quasi est redactus ad instar Mendicantium, & idem dicit Lap. *alleg.131. n.1. ver. item quia,* vbi, quod ad effectum, vt transitus sit licitus ad strictiorem regulam, consideratur nedum constitutio regularis, sed obseruantia. Card. Zabar. *cons.28. Quidam frater Andreas, in prin.* † Amplia; quia a
ad cognoscendum, an regula sit arctior, vel non, cõsideratur obseruantia presens tempore, quo agitur de arctiori, vel latiori; quia non attenditur sola constitutio primæua, sed postea edita. Card. plene *d. cons.28. & prince.* & Lap. *alleg.61. in princ.* incip. *Quidam Franciscus.* & ista est opinio Innoc. *cap sane, de regular.* pro qua Abb. *cons.95. In præsenti, ver secundo præmitto. lib.1.* vbi dat concord. licet *col. fi. ver. concludo*, non firmet hanc conclusionem pro vera. † Amplia; 3
quia consideratur obseruantia particularis loci, de quo agitur, nõ autem totius religionis; ideo vna religio strictior altera quandoque habebit in aliquo loco obseruantiam ita latam, vt regula laxior dici debeat, respectu particularis loci strictior. Card. Zab. *d. cons.28. in prince. & maxime n.3.*

Religiosus qualiter possit transire ad arctiorem, vel parem, vel laxiorem. Concl. 142.

Transitvs † professi in vna religione qualiter possit fieri 1
de vna religione ad aliam parem, vel laxiorem, vel strictiorem, vel de monasterio ad monasterium, relatiue Abb. *cons.95. In præsenti in princ. lib.1.* Vide, *Monachus quando de vna religione ad aliam transire possit, vel non. Concl.324.*

Religiosus transiens ad laxiorem, vel arctiorem sine licentia, non est apostata. Concl. 143.

Religiosvs † transiens ad laxiorem religionem, ibidem 1
assumens habitum illius religionis, & deferens, non est apostata, neque excommunicatus. Lap. *alleg.34. An transiens.* quia dicit hoc non esse expressum à iure. † Amplia, vt multo minus sit apo- 2
stata, si transeat ad religionem arctiorẽ; quia hoc est permissum. Lap. *alleg.131. n.1. ver. & ideo licet.* † Extende, etiam si transeat ad ar- 3
ctiorem, non petita licentia; quia non efficitur apostata maioris apostasiæ, vt sit excommunicatus. Abb. *cons.95. In præsenti, circa fin. ver. præterea si dicamus, lib.1.* Vide, *Apostasia quid sit, & quis dicatur apostata. Concl.424.* Vide, *Monachus transiens ad aliam religionem, a quo debeat licentiari. Concl.323.* Vide, *Monachus dimittens habitum quando sit excommunicatus, vel non. Concl.329.*

Religiosus qualiter possit ad arctiorem religionem transire. Concl. 144.

Religiosvs † in vna religione professus potest ad arctiorem 1
religionẽ transire, petita tamen prius licẽtia à suo superiore, licet nõ obtenta, & ista est vera & indubitata conclusio omnium
* Doctorũ, vt dicit Abb. *cons.95 In præsenti, in pr. lib.1.* † Extende in * 2
tantum esse verum, quod debeat peti licentia propter bonum obedientiæ, licet non otineatur, vt si non petierit, teneatur redire ad primam religionem laxiorem, & possit cõpelli, siue transierit ex leuitate animi, siue alias. Abb. *d. consil.95. nu.2. ver. ex præmissis, lib.1.* vbi dicit omnes * Doctores ita tenere. † Extende; quia si no * 3
religiosus professus si transeat ad arctiorem religionem, & in ea emittat professionem sine licentia petita primi superioris, adhuc poterit et sua propria auctoritate redire ad suã primã religionem, siue transitus fuerit ex leuitate animi, siue nõ. & hoc propter bonum obedientiæ. Abb. *d. cons.95. per tot.* vbi est casus consilii, *lib.1.*
† Declara tamen; quia si reuertitur sponte, vel reuocatur ad pri- 4
mam religionem, bene tunc reuersus poterit petere licentiam, & licet nõ obtineat à suo superiore, poterit adhuc trãsire ad arctiorem, & non est inutilis iste circuitus propter bonũ obedientiæ, & etiã quia reuersus posset velle pmanere in prima religione. Abb. *d. cons.95. col.1. in fin. & seq. ver. & si dicatur. lib.1.* † Amplia; quia reli- 5
giosus professus transiens ad aliam religionem strictiorem nõ petita venia, & licẽtia, licet dicatur fugituus; nõ tamẽ efficitur apostata maiori apostasia, vt sit excommunicatus: ideo monasterium, & religio prima potest nedum repeti, *c. Ioannes. de regular.* imo ipse habet actionem contra monasterium, vt recipiatur, nisi tertio transgrediatur. Abb. *d. cons.95. in fi. ver. præterea si dicamus, li.1.* vbi, quod ex quo transitus fuit nullus, non erat impedimentum. Vide Conclusionem proxime præcedentem. † Amplia; quia obtenta licentia per 6
religiosum à suo superiore transeundi ad arctiorem, compellitur transire, Abb. *cons 96. col 3. ver. nec etiam sit ibi mentio, lib.1.* quod est plurium Doctor. & ab Abb. firmatum. † Declara; quia professio- 7
nem de nouo emittere debet solemniter is, qui professus in vna religione transit ad aliam, quando regula nõ esset eadem. Abb. *d. consil.*

8 *cons.96.in fi. lib.1.*† Limita, quia religiosus eiectus, & priuatus habitu.& religione non præsumitur,neque censetur licentiatus,vt possit transire ad aliam arctiorem;imo admissus ex falsa assertione, quod esset licentiatus,expelli debet.Abb.*d. cons.96.col.3.in fin. vers.& dico.lib.1.* vbi,quod ignominiæ causa dicitur eiectus,nõ autem licentiatus.† Extende,etiam si sit admissus per litteras subreptitias Legati Apostolici,&ex equitoris procedentis.Abb.*d.cons.*
10 *96.col.3.in fi.&col.4.in pr.lib.1.*† Extende,vt procedat,etiam si monachi admiserint tale m ad professionem, & tractarint eũ vt monachum:quia censentur in vim litterarum Legati hoc fecisse: atque ideo etiam mortuo Legato præsumuntur perseuerare in eadem voluntate prima vigore litterarum, quæ sunt nullæ. Abb.*d.*
11 *cons.96.col.4.ver.item ad quartum.lib.1.*† Extende; quia tales eiecti ex ignominiosa causa non possunt recipi in aliam religionem etiam de consensu Abbatis,& monachorũ sine licentia Papę.Abb.
12 *d.cons.96.col.fi.in prin.lib.1.*† Declara tamen;quia missus extra religionem nulla expressa causa non diceretur ignominiæ causa,nisi
13 causa exprimatur.Abb.*d.cons.96.col.3.in fi.lib.1.*† Limita;quia talis licentia transeundi ad strictiorem non debet dari neque censetur data,si sit generalis,sed debet esse specialis ad talem religionem,
☞ & tale monasterium. Vide, *Translatio monachorum professorum per quem possit fieri.Concl.366.& Concl.ibi proxime seq.*

Religionem ingredi qui possint, vel non. Concluſ. 145.

1 RELIGIONEM†ingredi,&profiteri potest quilibet regulariter.
2 Amplia,† q̃ prodigus,cui datus erat curator, potest ingredi religionem,& profiteri,si tunc erat sanæ mentis.Lap.*alleg.26.*vbi
3 quis probabit.† Limita;quia eiectus ex causa infamatoria de vna religione nõ potest ingredi aliam religionem, etiam si alia religio sit strictior;quia requiritur licentia sui superioris, quæ non extat. Abb.*consil.96.Cum ad aures,col.4.in fi.&col.seq.ver.item ad quartum.*
4 *lib.1.*† Limita; quia professus in strictiori non potest ingredi.neque profiteri in religione laxiori sine licẽtia Papæ,& licentia Legati non sufficit.Abb.*dict.consil.96.column.fin.libr.1.* Vide, *Prodigus potest ingredi, & profiteri religionem sine curatore, & quando. Concluſ.867.*

Religionem ingrediens quãdo recuperet bona sua, vel non,si redit ad seculum. Concl.146.

1 INGREDIENS †Religionem,si fecit testamentum,& instituit hæredem monasterium,postea si exit religionem nõ facta professione,recuperat bona sua.Lap.*alleg.47.in fi.ver. ad tertium.* Am-
2 plia,† vt idem sit in eo,qui nedum fecit testamentum,sed omnia bona sua donauit,vel obtulit monasterio;quia recuperet omnia, si exeat religionem non professus; quia oblatio bonorum censetur facta propter personam.Fed.de Sen.*cons.237.n.2. ver.nunc quæritur,quid iuris.*† Declarat Cald.*cons.412.*alias *27.de regul.* vt procedat,etiam si iuramentum interuenit, quando non donasset ex
3 certa scientia,etiam quod professio esset nulla, quia hoc casu excepto siue non sit professus,siue sit professus etiam sponte,quan-
☞ do professio non tenet,&exit,recuperat bona donata. Vide. *Monachus transiens de vna religione ad aliam an transferat hæreditatem delatam.Concl.322.*

Religiosi qualiter à suo Prælato corripiantur,& puniantur. Concl.147.

1 RELIGIOSI † delinquentes à suo Prælato puniri possunt sine strepitu,& ordine iuris non seruato.*c.qualiter,& quando,de ac-*
2 *cusatio.*Fed.de Sen.*cons.105.*†Amplia,quod leuiores probationes sufficiunt ad corripiendum,& puniendum religiosum, quam requirerentur inter laicos,vel in foro contentioso.Lap.*alleg.54.n.3. ver.sed vlterius.* vbi *n.4.ver.iis præmissis.* quod ad puniendam monialem corruptam sufficit probare per relationem honestarum matronarum ex certarum,quod sit corrupta,& in simili Fed.de Sen.
3 *cons.95.n.3.ver.institutum vero.*† Amplia; quia non datur appellatio à correctione,vel pœna imposita à religioso Prælato Monialibus,vel monacho suæ religionis. Lap.*d.all.54.n.3.ver.sed vlterius dico.* maxime iuncta fama,& Lap.*alleg.74.n.6.ver.sed in istis regularibus*
4 *per c.reprehensibilis,de appell.*† Amplia;quia sententiæ,quę feruntur contra claustrales secundum disciplinam regularem,non dantur in scriptis.*c.si sententia,de re iud.lib.6.* Lap.*d.alleg.74. Prælatus.n.5.ver.*
5 *item huiusmodi.*† Amplia;quia etiam processus ordinarios perficiunt sine Notario,& teste, & condemnant quoque,vt comedant in terra,ieiunent in pane,& aqua,non intrent Ecclesiã,non exeãt claustrum,&prędicta sine scriptura,quę ipso iure non valerent in alio iudice;quia vbi agitur de bona fide,non curatur de apicibus. Lap.*d.alleg.74.n.5.ver.item huiusmodi.* Fed.de Sen.*cons.105.* Confuerunt.vbi,quod valet amotio religiosi criminosi sine monitione
6 vel processu.† Amplia,quod licet clerici,& alii inficientes manus & violentas in clericos teneantur venire Romam pro absolutione, tamen Prælatus absoluit claustrales.*c.cum illorum.de sent.excom.*
7 Lap.*d.all.74.n.5.ver.hinc est.*† Imo etiam si religiosus inficeret manus violentas in secularem, Episcopus potest illum absoluere,ne
8 vagetur.*c.religioso,de sent.excom.in 6.* qui text.procedit fauore religionis,prout declarat Fed.*cons.13.n.4.in fi.ver.item non obstat.*† Am-
9 plia in tantum,vt Prior claustralis,& alii monachi in omnibus,& per omnia mandato sui prælati, nisi notorie iniusto,obedire debeant.*c.cum ad monasterium.§.Prior,de stat.monach.& Clem.in fi.eod. tit.*† Amplia,quia capellanus monialium perpetuo institutus re-
10 mouetur ex causis leuioribus;quam amouẽtur alii instituti propter religionem.Fed.de Sen.*cons.95.n.3.ver.institutum vero.*† Amplia;quia non valet consuetudo,&observantia monasterii,quod
11 criminosi religiosi sine monitione eiiciantur de religione.Fed.de Sen.*cons.105.per tot.* vbi tamen in atrocibus hoc fatetur, in aliis le-
12 uibus dicit secus; quia debent moneri,&corrigi.†Limita,nisi Abbas modum excederet contra monachum;quia potest se defendere,&reclamare,vt not.*in c.de Priore de appellat.*Fed.*cons.55.circa fi. versimo & fi.*† Limita, nisi monachus spolietur loco suo, in quo
13 professionem fecit;quia potest petere sed illum restitui.Fed.de Sen.*d.cons.55.in fi.ver.& maxime.quando monachus.*† Limita in Visitatore religiosorum electo à Capitulo generali;quia debẽt semare ordinem,admittere defensiones legitimas, nec potest inauditum priuare iure suo.Fed.de Sen.*d.cons.55.nu.2.ver.quod plus.*† De-
14 clara;quia hæc limitatio non procedit in Visitatoribus fratrum, & monialium de Pœnitentia Perusij, Federicus de Senis *cons.*
105.*per totum*,vbi est casus. Vide, *Monachus in quibus subiacetur Prælato suo.Concl.325.* Vide, *Abbas quid possit in suos religiosos.Concl.7.*

Religiosus non potest obtinere beneficia Ecclesiastica secularia,& quando secus. Concl.148.

RELIGIOSVS † non potest à claustro reuocari ad beneficium
1 Ecclesiasticum seculare,nisi respectu curæ animarum.Fed.
2 de Sen.*cons.129.n.3.ver.ad tertium.* † Declara, vt non procedat in religioso mendicante etiam legitime translato ad ordinem S.Benedicti;quia non potest assumi ad curam animarum secundum
3 * communem,de qua Lap *in addit.ad cons.Fede.ibi in fi.*† Amplia,vt nec præsentari possit per patronum ad beneficium ecclesiasticum: tamen si præsentetur,& instituatur,& transierit institutio in iudicatum,non debet amoueri, si alias est idoneus, nec patronus incurrit aliquam pœnam;quia religiosum præsentauerit,quando fuit institutus.Fed.de Sen.*d.cons.129.nu.3.ver.ad tertium.*†Limita;
4 quia religiosi bene possunt præfici curæ animarum in beneficiis secularibus.*c.super.de regular.*† Limita quoad Hospitalia fundata à laico;quia si reliquit curam,& gubernium Prioti, vel alteri religioso alicuius ordinis,tale Hospitale spectabit ad religionem,&
5 monasterium illius ordinis.Bal *cons.160. Quidam in morte,lib.5.& per tot.*† Limita;quia monachi sancti Benedicti licet sint inhabiles ad beneficia secularia;tamen possunt ex dispẽsatione Episcopi,& de licentia sui superioris institui in Ecclesia curata seculari.
6 Alex.*cons.70.In causa inter dominum.n.13.ver.secundo principaliter.li.* 3.†Restringe tamen in Vicario Episcopi,quia ipse hoc nõ potest, nisi habeat in facultatibus, & si hoc admisit sine speciali dispensatione, non præsumitur dispensatio in facto inferioris. Alex.*d. cons.70.n.14 lib.3.* Vide, *Regularis Ecclesia potest habere beneficia secularia de licentia Episcopi, & quomodo. Concl.92.* Vide, *Beneficia regularia regularibus.secularia secularibus conferenda.Concl.68.*

Religiosi nõ possunt conferre sacramenta in alienis parochiis,& quando secus. Concl.149.

RELIGIOSI† conferentes sacramenta aliis parochianis in alia
1 parochia sine licentia incurrunt excõmunicationem.*Clem.*
2 *1.de priuil.*†Limita,nisi religiosus contulerit sacramenta ad alterationem honestæ personæ, quæ dixit habere licentiam.Lap.*alleg.*
3 *127.per tot.* vbi multa,quod credulitas probabilis excuser hoc casu.†Limita,nisi conferens sacramenta personis,quæ non debẽtab aliena parochia,sed à certa persona,vt sunt moniales,quæ possent de licentia sui Prælati,vel Capellani recipere sacramenta
4 à religiosis,Fed.de Sen.*cons.95.n.4.col.2.in fi.ver.item videtur quod ille.*† Extende, nisi conferat pauperibus Hospitalis nuper erecti,cuius regimen, & gubernium testator voluit spectare ad religiosos certi ordinis.Bald.*cons.160. Quidam in morte.lib.5.*

Reli-

Religiosi, & sacerdotes quando possint esse delegati, vel non. Concl. 150.

1 PRÆLATVS † regularis potest esse delegatus laici in causa ciuili, & idem in sacerdote; quia edictum de iudicibus delegatis est permissorium, sicut de teste. Calder. *consil.* 79. *An sacerdos*, 2 quod est 6. *de offic. deleg.* † Amplia, vt idem in causa criminali ciuiliter mota. Cald. *d. consil.* 79. *in pr. ver. item istud est expressum.* alias 6. 3 *de offic. deleg.* † Amplia, vt etiam in eis possit fieri compromissum, licet tam factum per sacerdotium expiret. Cald. *cons.* 79. *in pr. ver.* ✍ *nec obstat.* alias 6. *de offic. deleg.* Vide, *Arbitri, & arbitratores esse qui pos-* 4 *sint, vel non. Concl.* 447. † Amplia, vt nedum Prælati religiosi possint esse delegati in causa laici, sed etiam Episcopi. Calder. *d. consil.* 5 79. *n.* 2. *ver. non obstat. si dicatur, quod illa iura*, alias 6. *de off. deleg.* † Amplia, vt multo magis possit Prælatus religiosus esse delegatus in causis ecclesiasticis. Cald. *d. consil.* 79. *ver. eadem enim est ratio.* alias 6. 6 *circa fin. de offic. deleg.* † Limita, vt non procedat in Priore claustrali, vel altero religioso obediẽtiario; quia non potest ei delegari cau- 7 sa ciuilis. *Clem. & si principaliter. de rescript* † Limita; quia Prælatus religiosus, vel sacerdos, licet possint esse delegati in causa ciuili laici, non tamẽ possunt esse delegati ad vniuersitatem causarum ✍ laici. Calder. *d. consil.* 79. *circa fin.* alias 6. *de offic. delegat.* Vide, *Delegati iudices qui esse possint. Conclus.* 145.

Reliquiæ rei deficientis inducunt continuationem. Conclus. 151.

RELIQVIÆ † alicuius rei deficientis quandiu extant, continuatio iuris debet in illis fieri, vt in tutore datiuo exempli- 2 ficat Oldrad. *consil.* 224. *col. fin. n.* 42. *ver. præterea quando aliquius.* † Sic etiam dicimus, si discussio est facienda contra principalem, antequam deueniatur ad illius capturam, quod fit facienda in bonis fideiussoris ipsius debitoris; qa bona fideiussoris cẽsentur aggregata bonis debitoris, & sic est cõtinuatio ad reliquias aggregatas. 3 Roma. *cons.* 320. *Hæc istorum, n.* 2. *ver. cæterum.* † Sic dicimus in lite, quæ non dicitur finita, licet sit lata sententia, quæ transiuit in iudicatum, donec sit facta executio; quia executio dicitur de reliquiis litis, in quibus lis dicitur cõtinuare, quãdo lata est pro actore; secus si pro reo, ex quo, preo nõ requiritur executio. Gomez. 4 *reg. de annali. q.* 4. *ver. & tenendo istam.* † Sic etiam negotium non di- ✍ citur perfectum, donec aliquid supereſt agendum. Vide, *Lis quando finita dicatur, vel non. Concl.* 385. † Remissio in contractibus non 5 habet locum, sicut in delictis. Soccin. *Reg.* 6. *Remissio in contractibus.* vbi limitat tribus modis: Primo, quando contrahens renunciasset priuilegio fori: Secundo, quando peteretur redditio rationis administrationis: Tertio, quando est causa status.

Remissio delinquentis ad iudicem requirẽtem non fit hodie regulariter, & quando secus. Concl. 152.

1 REMISSIO † delinquentis ad alium iudicem requirentẽ non debet fieri, nisi aliqualiter constet de delicto aliter, quã per solum dictum delinquentis. Oldr. *cons.* 124. *Quod remissio, n.* 4. *ver.* 2 *secundo remissio.* Anchar. *consil.* 382. *n.* 12. † Et quod requirantur sex 3 ad hoc, vt fit locus remissioni. Guido Pap. *decis.* 202. † Et qualem cognitionem adhibeat iudex requisitus. Marcus *decis. Delph.* 400. 4 *num.* 7. † Et quod iudex requisitus, antequam remittat reum, debeat cognoscere, an sit culpabilis de delicto, pro quo requiritur. Cæpoll. *cons.* 54. *ver. & in hoc bene consideret*, vbi, quod ita iudicatum 5* fuit. † Contrarium, quod in practica non seruetur, * communemque esse in contrarium, dicit Clar. *in* § *fin. quæst.* 38. *n.* 19. *ver. est* 6 *autem, in fi.* † Declara; quia cognitionem non habet iudex requisitus pro remissione. Imol. *Clem. pastoralis, n.* 93. *de re iud.* vbi, quod est verum, quando requisitio fit à superiore; secus si ab æquali, 7 vel inferiore. † Declara; quia si coram eodem Principe, non habet aliam cognitionem iudex requisitus, si diuersę iurisdictionis, potest velle cognoscere, cum non teneatur remittere, si nolit de 8 consuetudine. † Declara; quia si iudex requisitus est iudex ordinarius ratione domicilii, vel originis delinquentis habet causæ cognitionem. Vital. *d. Clem. pastoralis.* § *nos tamen. n.* 57. *de re iud.* vide plene Couarr. qui declarat, quod habeat aliqualem cognitio- 9 nem, *prac. quæst. cap.* 11. † Amplia, quod non fit remissio etiam in casu permisso, nisi iudex per litteras publicas remissionem requi- * rat. Oldrad. *consil.* 124. *in princ.* & est * communis opinio Clar. *in* §. 10 *fin. quæst.* 38. *num.* 19. *ver. si vero petita non fuerit.* † Amplia, quod non fit ad iudicem offensum, vel suspectum. Oldra. *d. cons.* 124. *in prin.* vbi dicit, Regem Angliæ non posse esse iudicem in causa propria. 11 † Amplia, quod non fit remissio à maiori iudice ad minorem. Oldrad. *dict. consil.* 124. *ver. tertio.* Bald. *consil.* 28. *Factum tale est, lib.* 4. Ægid. *consil.* 11. *num.* 10. & 11. *ver. item pro hoc.* † Extende, vt remis- 12 sio neque hodie fiat de consuetudine à pari ad parem. Bald. *consil.* 28. *lib.* 4. Bald. *consil.* 458. *Isti sacrilegi, lib.* 4. vbi, quod sicuti non fit hodie remissio ad locum delicti, ita non fit captura in alio territorio, tamen dicit non esse confouendum sceleratis, & quod debeant capi, & remitti, vel puniri, maxime, quando sunt latrones 13 rerum Ecclesiæ, & sacrilegi. † Amplia, quod nõ fit remissio à Maraschallo Rom. Curiæ ad aliquem extra curiam de consuetudine curiæ. Oldrad. *d. cons.* 124. *in fin.* Boer. *decis.* 29. *circa fin.* Iul. Clar. *in* §. *fi. q.* 38. *n.* 25. *ver. sciendum etiam*, vbi reddit rationẽ; quia Roma est com- 14 munis patria. † Idem in ciuitate Ferrariæ, & aliis ciuitatibus, quæ ex priuilegio non remittunt reos. Boer. *decis.* 29. *circa fin.* † Idem in 15 magna curia Neapolis, quæ nunquam remittit reum alicui inferiori, etiã si adsit clausula abdicatiua in concessione feudi. Capic. *decis.* 122. quem sequitur Vrsil. ad Afflict. *decis.* 155. *in fin.* † Idem in 16 ciuitate Auinionensi, & in Principatu Auraicensi, & in Comitatu Venaisyni, & Comitatu Prouinciæ; quia de cõsuetudine nunquam remittunt. Ægid. Bellam. *consil.* 11. *num.* 7. *vers. ad propositum.* 17 † Amplia; quia hodie de consuetudine istæ remissiones delinquentium non fiunt de vna ciuitate ad aliam, vt not. *in Clem. pastoralis, §. denique, de re iudic.* Balds *cons.* 393. *Punctus talis, circa med. lib.* 1. *& cons.* 209. *Quidam subditus, lib.* 2. & plene Cæpoll. *cons. crimin.* 58. *in princ. & per tot.* Marsil. *consil.* 99. *n.* 21. plenissime Clar. qui plurimos citat *in* § *fi q.* 38. *n.* 20. *ver sed certe quicquid sit de iure.* Ægid. *cons.* 11. *num.* 10. *ver. & confirmatur.* Castrens. *consil.* 309. *De iure communi, lib.* 2. Abb. *cons.* 51. *Ad dilucidationem, col.* 3. *in fin. ver. præterea præsupposito, lib.* 2. † Extende; quia consuetudo valet, tam vt fiat remissio, 18 quam vt non fiat, & attendi debet; quia in dubiis opinionibus consuetudo seruit pro interpretatione. Ægid. Bella. *d. cons.* 11. *n.* 6. *ver. quarto videtur.* vbi enumerat Auinionem, & alia loca, quæ non remittunt de consuetudine. † Extende ampliationem maxime 19 in Italia; quia ciuitates habent diuersam, & propriam iurisdictionem. Ægid. *d. cons.* 11. *n.* 10. *ver. præterea.* Abb. *cons.* 24. *Rodulphus. col* 1. *in fin. ver. item fortius. & col.* 2. *in fin. ver. item & secundo. lib.* 1. † Contra- 20 rium Imola *in Clem. pastoralis. n.* 92. *de re iudic.* † Declara, vt consue- 21 tudo procedat inter pares, vel quod maior non remittat minori; secus econtra. Bald. *consil.* 28. *lib.* 4. † Declara; quia consuetudo, 22 quod non fiant remissiones, non habet locum, quando ciuitates, & loca sunt sub eodem Principe; quia imo tunc fit remissio non obstante consuetudine, ita Clar. *in* § *fin. q.* 38. *nu.* 21. *vers. hoc tamen.* vbi dicit * communem tam Legistarum, quam Canonistarum, & * plures allegat. † Declara; quia licet de consuetudine non fiant 23 remissiones, & consequenter neque capturæ ad effectum remittendi; tamen in atrocibus, prout contra sacrilegos, & derobatores Ecclesiarum non est præbendum auxilium similibus scelera- tis. Bald. *cons.* 458. *Isti sacrilegi. lib.* 4. † Idem in sicariis, & aliis de a- 24 troci delicto inquisitis, & notorie condemnatis. Cæpoll. *cons. cri.* 58. *n.* 10. *& seq.* licet etiam dubitet, & ita in atrocioribus fieri remissiones quoq; Principibus externis, dicit Clar. *d. q.* 38. *n.* 21. *vers. bene verum est*, vbi dicit male fieri, & dat pro cautela. quod tales procurent saluum conductum, quia non fiet remissio. † Declara, quia 25 vt valeat consuetudo negatiua remittendi, oportet, vt iudex retinens delinquentem sit competens. Ægi. *d. cons.* 11. *n.* 6. *ver. quarto.* † Ratio cõsuetudinis est, quia ciuitates omnes olim erant sub Im- 26 perio Romano, ideo delinquentes vbique capiebantur, quia sub eodem domino, & remittebantur: hodie vero, quod territoria. & iurisdictiones sunt distinctæ, & sub diuersis Principibus, nõ fiunt remissiones, quia vnaquæq; iurisdictio recognoscit suum dominum; si tamen non essent libera territoria, sed sub eodẽ domino, fierent remissiones quoad eundem dominum, ita declarat Fulg. *cons.* 149. *Super inquisitione. in prin & n.* 2. vbi ita declarat tex. *in l.* 1. C. *vbi de crim. agi oportet.* vt procedat in iis, quæ sub eodem Principe, & *auth. vt nulli iud.* § *si quis vero comprehensorum*, & eandem rationem adducit Clar. *in* § *fi. q.* 38. *n.* 20. *ver. sed certe. in fi.* vbi, quod ita seruatur in Italia, & Francia, plene Ægid. *cons.* 11. *Primo quidem, in pr.* vbi, quod ratio est, qtia quando sub eodem Principe, nullum fit præiudicium; secus, quãdo sub diuersis, & *n.* 10. *ver. & confirmatur*, dat 2. rationes: Prima est, quia si nõ est, qui cõpellat, nõ fit remissio. Secundo, quia qñ proprietates sunt diuersæ, non fit remissio, & ẽ conuerso. † Extẽde consuetudinẽ, vt procedat, & si diuersæ ciuita- 27 tes liberæ essent cõfœderatæ, quia nõ fit remissio: dat exemplum de ciuitate Florentiæ, & Senarum. Fulg. *d. cons.* 149. *in pr.* † Decla- 28 ra; quia bene fit punitio banniti in ciuitate confœderata; quia etiam ibi dicitur bannitus. Marsil. *cons.* 121. *num.* 10. *& seq.* † Contra- 29 rium Clar. § *fin q.* 38 *nu.* 10. *ver. successiue.* Vide, *Consuetudo circa delin-* ✍ *quentes remittendos, vel non. Concl.* 849. † Amplia; quia maxime non 30 fit remissio de subdito requisiti. Marcus *decis. Delphin.* 400. *n.* 9.

Am-

31 Amplia,† quia si in casu remissionis nõ faciendæ iudex velit eam facere, & faciat prout potest, non tamen inducitur necessitas remittendi alia vice, quia facta fuerit semel, vel pluries ex vrbanita-
32 te. Æg. Bell. *cons.* 11. *n.* 11. *ver. septima ratio.* † Amplia, quia nunquã fit remissio de condemnato, sed de cõdemnando. Gram. *dec.* 26. *n.* 5.
33 †Extende, quia imo si à principio nõ est petita, non fit remissio; quia vbi cæptum est iudicium, ibi debet finiri. Ægid. *d. cons.* 11. *n.* 8.
34 *ver. sed ad hoc.* † Vide Abb. *cons.* 24. *in fin. lib.* 1. qui dicit remissionem fieri siue ante condemnationem, siue post, quando debet fieri de
35 iure. † Extende, quia non fit remissio de reo confesso; quia non remanet, nisi exequutio facienda. Ægid. Bell. *cons.* 11. *n.* 11. *ver. sexta*
36 *ratio.* † Amplia, quia in contractibus nunquam fit remissio de iure communi; ideo omnis dispositio inter contrahentes de remissione facienda tanquam exorbitans stricte debet intelligi. Ioa. de
37 Im. *cons.* 35. *n.* 3. *& n.* 8. † Extende, quia si Dux Venetiarum promisit remittere Ferrarienses Marchioni Estensi, & Marchio promisit remittere Venetos Duci Venetiarum, remissio non habet locum de eo, qui est Venetus, & Ferrariensis, & sic de subditis remit-
38 tendis. Io. de Im. *d. cons.* 35. *in pr. & n.* 9. † Contra extẽsionem tenet idem Io. de Imo. *d. cons.* 35. *in illo casu*; quia concurrebat verisimilis
39 mens contrahentium, *nu.* 10. *& seq.* vbi tollit contraria. † Amplia, quia si mandans & mandatarius homicidii, vel delicti sunt capti coram diuersis iudicibus, non fit remissio, licet petatur. Bald. *in l. non ideo minus. C. de accus.* quod notandum dicit Clar. *in §. fi. q.* 38. *n.*
6. *ver. item quæro, in fi.* vbi, quod non seruaretur in practica, quando
40 vterq; iudex esset sub eodem Principe. † Declara totam hanc materiam secundum Abb. *cons.* 24. *Rodulphus, col.* 3. *ver. ad propositum*, vbi dicit, quod sunt tres opiniones: aliqui volunt, quod de necessitate debeat fieri, nisi consuetudo sit in contrarium; quidam, quod non debeat fieri, nisi de vrbanitate. Io. de Cald. distinguit, quod si delinquens degit sub domicilio iudicis, qui vult punire, & tunc solum de vrbanitate remittit, aut sub domicilio alterius,
41 qui non vult punire, & tenetur remittere. † Amplia, quia vagabũdus nunquam remittitur, quia vbiq; puniri potest per quemcunque habentem iurisdictionem. Æg. *d. cons.* 11. *n.* 9. vbi dicit omnes
*42 *ita tenere.* † Amplia, quia non fit remissio, quando contenditur de iurisdictione inter petẽtes remissionem. Æg. Bell. *d. cons.* 11 *n.* 11.
43 *ver. quinta ratio.* † Amplia, quia præses, qui ratione originis punire vult delinquentem in alio loco, vel ciuitate suæ prouinciæ, non tenetur remittere ad locum delicti, quia Præses in tota prouincia habet iurisdictionem Abb. *cons.* 24. *Rodulphus per tot.* maxime *in fi.*
44 *lib.* 1. † Extende in casu conuerso, quia licet Præses in tota prouincia habeat iurisdictionem; non tamen potest extrahere reum delinquentem ex vna ciuitate inuito Gubernatore, vt ipse Præses
☞ puniat. Abb. *cons.* 24. *in fi. lib.* 1. Vide Soc. *Reg.* 4. *Remissio in delictis.* vbi ponit regulam affirmatiuam, & ponit sex fallentias, quæ ser-
45 uiunt, p ampliationibus in casu nostro, vide eas. † Limita, quia de iure speciali remissio delinquentis habet locum, vt fiat in loco commissi delicti, vt per punitionem in loco alii terreantur. Ægid. Bell. *d. cons.* 11. *n.* 4. *& 5. ver. secundo videtur.* vbi, quod si in loco commissi delicti non sunt habitatores qui terreri possint, nõ fit remissio. Abb. *cons.* 23. *col. fi. ver. sed nũquid, lib.* 1. vbi, quod magis congruit,
46 quod puniatur in loco delicti. † Restringe, quia debet petens remissionem probare se dominum loci commissi delicti, alias non fit remissio. Æg. *d. cons.* 11. *n.* 5. *ver. tertio videtur.* vbi, quod debet docere de tribus petens remissionem, alias non fit remissio, quod sit dominus loci, quod habeat iurisdictionem, & quod delictum ibi
47 fuerit factum, & quarto, quod ibi habitent alii. † Limita, quia delinquens in loco domicilii non remittitur. Æg. *d. cons.* 11. *n.* 8. *ver. sed forsan.* vbi pro vtraq;, quod imo etiam vbiq; delinquẽs puniri po-
48 test. † Limita, quia de iure communi bene fit remissio delinquen-
* tis ad iudicem loci delicti, *communem dicit Clar. *in §. fi. q.* 38. *nu.*
49 19. *ver. est autem tantæ potentiæ.* † Extende, quia vbicunq; delictum remaneret impunitum, fieri debet remissio de necessitate, com-
* munem *dicit Io. de Ana. *c. exiit. post n.* 9. *ver. & primo arguit, de furt.*
50 †Extende, quia bene tenetur iudex secularis remittere iudici Ecclesiastico delinquentem clericum, vel alias suæ iurisdictionis.
51 Clar. *d. q.* 38. *n* 27. *ver. item intelligenda sunt.* † Declara, quia inter iudices competentes eiusdem loci locus est præuentioni, vt in pari causa, qui præuenit: secũdo, qui pro grauiori delicto inquirit, vel
52 qui capturam primo fecit. Clar. *d. §. fi. q.* 38. *in fi.* vbi, quod Mediolani extat cõstitutio, seu decretum. † Restringe in Francia, quia fit totum contrarium; quia remissio fit ad iudicem originis, vel do-
53 micilii. Clar. *d. §. fi q.* 38. *n.* 20. *in fi.* † Restringe in leuioribꝫ delictis;
* quia non fit remissio. Clar. *d. q.* 38. *num.* 23. vbi dicit *communem.
54 † Restringe: quia quando agitur ciuiliter tantũ etiam pro delicto graui, nunquam de iure communi fit remissio in ciuilibus, communẽ *dicit Clar. *d. §. fi q.* 38. *n.* 24. *ver. item scias.* † Restringe, quando pro diuersis delictis reus detinetur, & petitur, si quidem à iudice diuersæ iurisdictionis non fit remissio, si eiusdem ordinis fit
ad effectum perficiendi processum, non alias. Clar. *d. §. fi. q.* 38. *nu.*
26. *ver. hæc autem omnia.* † Limita, quia licet imperator tanquã inferior non compellat Papam ad remittendum præcise, bene constitue, quia potest concedere repressalias contra subditos Papæ.
Vital. *d. Clem. pastoralis. § nos tamẽ. n.* 59. *& seq. de reiud.* † Limita, quando sub eodem Principe, quia semper fit remissio simpliciter ad
iudicem delicti. Vital. *in d. Clem. pastoralis. § nos tamen n.* 51. *de reiud.*
Boer. *dec.* 29. *in pr.* Clar. *d. §. fi. q.* 38. *n.* 21. *ver. hoc tamen.* vbi de *communi. Æg. *d. cons.* 11. *Quidam. in pr.* † Declara, quia non dicuntur esse sub eodem Principe, licet sint duo Barones Imperii, quia Imperator non est dominus particularium personarum. Æg. Bell. *d.*
cons. 11. *n.* 4. † Et non refert, an iudex requisitus habeat ius capiendi, vel non, vt possit remittere, quicquid multi in contrarium teneant, ita Iul. Clar. *d. q.* 38. *n.* 22. qui dicit ita vidisse seruari, licet cõtraria opinio de iure sit *communis. † Extende, vt procedat, siue *
iudex requisitus præuenerit, siue non, reprobato Oldrad. contrarium tenente. Vital. *d. Clem. pastoralis. § nos tamen n.* 5. *de reiud.* † Declara, quia remissiones in casu permisso inter iudices eiusdem iurisdictionis fiunt ab ipsis; si vero agatur de remissione extra iurisdictionem, etiam in casu permisso, non fit sine licentia Principis.
Clar. *d. §. fi. q.* 38. *n.* 22. *in fi.* † Limita, quando adsunt capitula, & cõuentiones cum ciuitatibus, vel Principibus, quia debent seruari.
† Contrarium, quod non essent facienda similia capitula, sed reuocanda. Clar. *d. § fin quæst.* 38. *n.* 21. *in fi.* † Limita, quia remissiones fiunt solum, quando agitur de reddenda ratione administrationis rerum publicarum, non autẽ priuatarũ. Io. de Im. *in cons.* 35. *n.* 3.
vbi dicit esse speciale. † Limita; quia fit remissio ad iudicem competentem, quando agitur de furto criminaliter: secus si ageretur ciuiliter, seu pro interesse ciuili. Bolog. *in addit. ad cons.* 10. *de An.* 55.
in fin. † Extende in capto suspecto fugæ, seu fugitiuo; quia debet fieri remissio ad iudicem competentem, quando iudex, qui cepit fugitiuum, non est competens, & non potest cognoscere. Bolog. *in addit. ad d. cons.* 10. *de Ana.* 55. *in fi.* † Limita; quia captus in alieno territorio debet remitti, & restitui ad territorium, in quo fuit
captus tanquam spoliatus libertate sua. Bald. *consil.* 209. *Quidam subditus. per tot. lib.* 2. † Extende, etiam si esset bannitus, & condemnatus in cõtumaciam; quia si est captus extra territorium à priuatis, debet remitti in pristinam libertatem: secus si à iudice alieni territorii esset remissus ad iudicem, qui condemnauit; quia poterit sententia exequi seruatis seruãdis. Clar. *in d. §. fi. q.* 96. *n.* 6. *ver.*
quid si bannitus. † Limita: quia licet remissiones delinquentium nõ fiant, quando loca sunt sub diuersis dominis. Rol. à Vall. *cons.* 60.
n. 9. *lib.* 2. tamen si iudex remitteret delinquentem captum in suo territorio ad iudicem, qui condemnauit, poterit fieri remissum punire. Clar. *d. q.* 96. *n.* 6. *ver. sed si quis bannitus.* † Limita; quia remissiones fiunt ad iudicem originis, vel delicti, in aliis non, de consuetudine. Cald. *c.* 1. vbi Io. de Ana. *de rapto.* & quod consuetudo contraria non valeat: quia delinquens non posset puniri. Gram. *dec.*
26. *in pr.* sequitur Ias. *cons.* 121. *in pr. lib.* 1. vbi, quod quando iudex requisitus non potest punire de delicto, pro quo captus repertur, debet eum remittere, allegat Abb. *cons.* 24. *Rodulphus. lib.* 1. *in fi.* qui
hoc dicit. † Contrarium tenet Cæpol. *cons. crim.* 58. *Paulus fabr. n.* 9.
ver. sed hic posset. † Declara, quia si iudex requisitus vult punire captum, non tenetur remittere, alias secus. Abb. *d. cons.* 1. *circa fi.*
1. Couar. *pract. q. c.* 11. vbi latissime. † Limita, quia in grauibus delictis fit remissio. Imol. *in Clem. pastoralis. nu.* 91. *de iudic. cum seq.* vbi,
quod fit ex necessitate, quãdo fit petitio à superiore: si vero à iudice ordinario inferiore diuersæ iurisdictionis, debet fieri, sed si necesse ordinario inferiore diuersæ iurisdictionis, debet fieri, sed si necegeretur, non potest negans puniri. † Et delicta in via publica commissa ad Principem remitti debent, ad quem spectat. Ægid. *cons.*
11. *n.* 7. *& 8. ver. quinto.* † Declara plene per Couar. *pract. q. cap.* 11. *pr.*
totam. vbi, quod in grauibus fit remissio, nisi iudex requisitus velit ipse exequi. † Declara: quia licet distinguatur, an simus in grauioribus, & sit locus remissioni secundum *communem, alias secus: tamen ratio differentiæ non potest assignari secundum Vital.
in d. Clem. pastoralis. § nos tamen. nu. 52. *de reiud.* † Extende in homicida animo deliberato: quia per insidias interfecit; quia fit remissio etiam ex diuerso dominio ad locum homicidii de iure diuino, & consuetudo non habet locum, ita Bernard. Ploto *consil.* 133. *inter*
crim. lib. 1. *num.* 6. *& seq.* Vide, *Delinquens in vno loco non puniatur in*
Io. Conclus. 182. *& Conclus. ibi proxime seq.* † Remissio in causis ciuilibus regulariter locum non habet, & quando secus. Soc. *Reg.* 4. *Remissio in causis ciuilibus.* vbi ponit octo limitationes: Primo, quando debitor renunciat priuilegio fori. Secundo, quando inter-

uius pro-

uare promissa cum iuramento: Tertio, quando promittit quis se præsentare in certo loco: Quarto, quando promittit se præsentare cum iramento: Quinto in debitore fisci: Sexto, vbi agitur de causa ingenuitatis, & seruitutis, & quis aufugit: Septimo, quando esset quæstio de conditione personæ: Octauo, quando dolosus aufugit à loco.

Remissoria de stylo curiæ non datur, nisi semel. Concluſ. 153.

1 REMISSORIA † de consuetudine curiæ non datur, nisi semel in quolibet causa. Oldr. *cons.* 311. *Allegationes, nu.* 1 *in v. potissime.* & latius *in fin. consilij. n.* 11. *ver. secunda ratio.* & quod iste sit stylus cu-
2 riæ Apostolicæ. Ægid. Bellam. *cons.* 36. *nu.* 3. † Extende; quia in curia de stylo non datur, nisi semel, quæ sit communis actori, ac reo, & hoc ad abbreuiandas causas summarias, & Ecclesiasticas: in profanis vero datur terminus actori 20. dierũ, & reo 30. die-
3 rum. Ægid. *d. cons.* 36. *n.* 3. † Extende; quia cancellaria, quæ expedit literas remissoriæ non curat de alia parte negligente; quia cum non detur, nisi semel, pars negligens censetur renunciare.
4 Ægid. *d. cons.* 36. *n.* 3. *ver. facit pro hoc stylus.* † Amplia in tantum esse verum vt si data sit secunda remissoria reo, qui fuerat negligens in remissoria communi, possit reuocari; quia est interlocutoria; quia licet quoad partem transierit in iudicatum; secus est quoad iudicem. Æg. Bell. *d. cons.* 36. *n.* 3, *& per tot.* Vide Socin. *Reg.* 20. *Testium examinatio.* vbi ponit regulam affirmatiuam in ciuilibus, quod sit danda.

Remissoria non datur in criminalibus, & multis casibus, & quando secus. Concluſ. 154.

1 REMISSORIA † non datur regulariter in criminalibus. *Auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instrum. cum ibi not.* quia testes omnino debent adduci coram iudice. Gabr. plures citat *de crimin. concluſ.* 25. vbi ponit regulam cum limitationibus, & ampliationibus. Vestr. *in prax. lib.* 6. *cap. fin.* vbi apostillantes, *n* 6. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 15. *n.* 358. Seuerol. *de remiſſor. c.* 4. *n.* 1. plene Felin. *in c. cum causam, n.* 21. *ver. prima conclusio, de testib.* vbi ponit hoc pro regula cum suis limitationibus, & est text. *in l.* 3. §. *idem duus. ff. de testib.* ibi, *nam ipsos interrogare soleo*, per quem ita Felin. post alios *in c. si quis testium, in pr. de testib.* & videtur text. *in c.* 1. *de iud. in* 6.
2 Io. And. & alii *in c. præsentium, de testib. in* 6. † Rest inge, quia si testes sunt extra prouinciam, & iurisdictionem iudicis; quia non potest compellere, de cõsuetudine seruatur, quod detur remissoria, ne veritas pereat, vel innocens puniatur, & ita seruat de consuetudine, Soc. *cons.* 60. *n.* 7. *& seq. lib.* 1. Gramm. *cons.* 41. *n.* 16. *& n.* 19. Carauitt. *super ritu* 157. *n.* 7. Clar. *in* § *fi. q.* 26. *v. sed quæro, in pr. n.* 4. Gabr. *d. concl. crim.* 25. *n.* 4. Matth. Brun. *cons. crim. diuer.* 115. *n.* 12. *& seq. lib.* 2. Menoch. *de recup. poſſ. remed* 15. *n.* 362. vbi de veriori, * & magis * communi. Sim. de Præt. *cons.* 14. *n.* 3. *& seq.* vbi de magis * * communi, a qua in iudicando non est recedendum, ita etiam Ioan. Sichar. *in l. iudices, in fi. C. de fid. instru.* vbi, quod ita seruatur ex necessitate; quia nõ fiunt remissiones testũ, ne veritas pereat,
* & de communi & magis * communi Bertaz *cons.* 136. *per tot.* plene Felin. *in c. cum causam, nu.* 24. *ver. fallit quinto, de testib.* Lap. plene *alleg.* 45. vbi apost dicit, quod iudex ordinarius tenetur, ne probatio, & veritas pereat, quando de ciuitate ad ciuitatem adduci
3 non possunt, Canonistæ *in c. præsentium, de testib. in* 6. † Restringe, & maxime, quando testes essent senes & valetudinarii, & extra * iurisdictionem, magis * communem dicit idem Bertazz. *d. consil.*
4 136. † Restringe maxime, quando examen testium fit ad defensionem rei. Salyc. *d. auth. apud eloquentissimum, n.* 3. *in fi. C. de fid. instr.* sequitur Soc. Iun. *cons.* 60. *n.* 7. *lib.* 2. Gabr. *d. concl.* 25. *n.* 8. Matth. Brun. *d. cons.* 115. *lib.* 2. *in vol. crim. n.* 12. Foller. *in prax. ver. & facta litis*
5 *contestatione, n.* 7. Sim. de Præt. *d. cons.* 14. *n.* 9. *& seq.* † Restringe maxime, quando agitur de repetitione testium examinatorum ad instantiam fisci pro defensione rei; nam sicut testes sunt examinati in partibus pro fisco, ita repeti debent in partibus pro reo. Gramm. *cons.* 41. *n.* 19. *ver. ex quibus*, & ita seruari dicit Carauit. super *d. ritu* 157. *n.* 11. quem sequitur Clar. *in d.* § *fi. q.* 26. *n.* 4. *in fi. & q.* 45. *n.* 13. *ver. caterum, in fin.* qui loquuntur ad instantiam etiã fisci.
6 † Restringe, qñ etiam suspicaretur iudex de testib. quia põt destinare cõmissarium. Affl. *in rubr. de inueſt. int. dom. & vaſal. c.* 1. *n.* 65. *v. fateor tamen* sequitur Benint. *dec.* 74. *n.* 1. *in fi.* & Gram. *d. cons.* 41. *n.* 18. *in fi. cum seq.* sequitur Alexand. Stoich. *in prax. iud. cap.* 6. *num.* 14.
7 † Restringe, quando persona esset multum honorata, quæ non posset venire ad iudicem, Felin. *in c. cum causam, nu.* 12. *de testib. ver. fallit primo.* † Contra limitationem primam, quod imo de consuetudine non sit danda remissoria in criminalibus, tenet gloss. *in c. testes, in ver. sed præsentes, 3. q. 9.* quam sequuntur Felin. *in c. cum causam, n.* 21. *in fin. de testib.* Ariminen. ad Angel *de malefic. in ver. qui iudex statuit. n.* 33. *ver. & ampliapredicta.* Seuerol. *de remiſſor. c.* 4. *n.* 2.
† Declarat Socin. *Reg.* 20. *Testium examinatio*, in secunda fallent à 9
quod nullo modo sit danda in criminalibus, sed tamen admittit in prima fallentia; quod seruetur consuetudo, si extat. Declarat 10
† Fulg. *in d. auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instr.* vt primo debeat videri, an iudex alienæ iurisdictionis velit transmittere testes.
†Declara; quia si testes sunt sub diuerso Principe, ita quod vocari non possunt; tunc est concedenda remissoria, ne facultas pro- 11
bandi pereat, Soc. Iun. *d. cons.* 60. *n.* 2. *v. iis tamen obstantib. lib.* 2. *iuncto n.* 12. vbi loquitur in iudice Bononiæ committente examen Mediolani. Carauit. *d. ritu* 157. *n.* 7. vbi in diuerso Principe loquitur, & ita loquuntur Gabr. *d. concl.* 25. *n.* 3. *&* 4. Gramm. *d. cons.* 41. *n.* 16. *&* 19. vbi de testibus examinatis extra regnum. Matt. Brun. *d. cons.* 115. *in* 2. *tom. crim. n.* 12. *& seq.* loquitur extra statum Ecclesiasticum, & ita etiam Menoch. *d. remed.* 15. *n.* 362. & Sim. de Præt. *d.*
cons. 14. *n.* 13. *in pr. & per tot.* † Contrarium, quando testes sunt sub 12
iurisdictione eiusdem Principis, quia tunc nõ datur remissoria, sed debent adduci coram iudice; quia cessat tunc causa, q̃ non possint adduci. Gandin. *de malef. tract. de testib. c.* 6. *n.* 52. Boss. *de oppos. contra testes, n.* 26. *post med. ver. sit tamen iudex essem.* Clar. post Alc. quem allegat *d. q.* 26. *n.* 4. *ver. sed quæro quid agendum*, vbi, quod remissoria nõ concedirur extra prouinciam, nisi raro, & ex magna causa, & quando veritas aliter haberi non potest. Sim. de Præt. *d.*
cons. 14. *n.* 3. *& seq.* vbi conciliat opiniones hoc fœdere distinctionis, & ita alias seruatum fuisse in causa Archiepiscopi Melphit. attestatur Seuerol. *de remiſſ. c.* 4. *n.* 7. *& seq.* † Declara; quia imo si- 13
ue testes sint sub eodẽ Principe, siue non, quando longe distant, datur remissoria etiam in iurisdictione eiusdem Principis, & ita tenet Castr. *d. l. iudices, in pr. C. de fid. instru.* & ita videtur de mente Felin. *in c. cum causam. de testib. nu.* 24. *ver fallit quinto*, vbi dicit procedere, ne tollatur facultas probandi, & vt parcatur expensis, allegat *l. sed & si quis ex signatorib. in ver. sæpe cũ magna. ff. quemad. testam. aper. & n.* 31. vbi hoc etiam in ciuilibus, quando longe distant; qa committitur Notario, & ministro, licet de iure sit prohibitum, & idem Abb. *n.* 22 *in fi.* Aret. *cons* 82. *Factum, super quo, in fin. ver. circa quartum.* † Declara, quia imo Dd. qui tenent, quod iudex, si nõ 14
vult dare remissoriam, potest transmittere examinatorem, necessario loquuntur, quando subsunt eidem Principi; quia alias frustra loquerentur; quia mittere ad examinandum in aliena iurisdictione, esset impertinenter dictum, vt tenent plures, & ita declarat Claud. Bertaz. *in apost. ad cons patris* 136. vbi, quod ita fuit obseruatum, & quia commissarium ad examinãdum facere debet intelligi, quando sunt sub eodem iudice, non si sub alio. *c. si qui testium, de testib.* nisi essemus in delegato secundum distinctionem Felin. *d. c. cum causam, n.* 31. *de testibus.* † Tu dicas, si constat de 15
consuetudine seruari, si non constat de cõsuetudine, de iure communi aut testes sunt in prouincia alienæ iurisdictionis, seu in ciuitate alienæ iurisdictionis, qui non possunt compelli, seu vocari, & tunc duo sunt remedia; vnum, quod requiratur iudex, si vult remittere, quod forte faciet, vt dicit Fulg. *in d. auth. apud eloquentissimum*, & si mittat, res est expedita, si non mittat, etiã posset excommunicari, quando testes impedientur venire, vt per Abb. antiq. *in c. constitutus, de testib.* quẽ citat apost. ad Panorm. Abb. *in c. cũ causam, n.* 22. *in ver. aliam, eod. tit.* vel ne veritas pereat, est arbitrarium iudici, an velit concedere litteras remissoriales; quia isto casu quasi tenetur, vt dicit Aret. *cons.* 82. *Factũ, super quo*, ex mente aliorum, quos citat, & loquitur in causa matrimoniali, & ardua, & hoc semper intelligitur, si abest calumnia; quia si iudex videt subesse calumniam, vel timorem subornationis, non debet concedere, ita Asinius *tract. de execut.* §. 3. *c.* 18. vt i alios citat. † Si vero sunt sub eodem Principe, aut personæ sunt impedi- 16
tæ, vt qui a senes, valetudinarii, vel etiam de longinquo, vt quia venirent cum maximo dispendio; & tunc similiter est arbitrarium, an velit adeos accedere, vel mittere Notarium, iuxta nor. *in c. si quis testium*, vbi Bald. & alii, *de testib.* Felin. *in c. cum causam, n.* 24. *&* 31. *de testib.* & ita Bertaz. cum apostil. filii *cons.* 136. cessante impedimento, vel dispendio debent venire. *d. auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instru.* & quia materia est arbitraria, excepta necessitate, faciat iudex, quę iudicat ex conscientia expedire. Cassad. *decis.* 3. & 4. *de dilatio.* quia certa regula non potest dari, bene sunt certi casus, in quibus esset danda, si cessat calumnia, & vt seruetur æqualitas, & quando testes examinati debent repeti in eodem loco, vbi sunt examinati. † Amplia; quia nũquam datur 17
remissoria, quando testes sunt suspecti de falso, & subornatione.

Gramm. *d. cons.* 41. *n.* 17. & 18. vbi loquitur tam intra, quam extra prouinciam. Capic. *decis.* 90. *n.* 5. Clar. *d.* § *fi. q.* 26. *in prin.* Extende, etiam si agatur de d. f. nsa rei; quia testes ad defensam sunt magis suspecti. Clar. *d.* § *fin q.* 26. *in princ.* †Extende tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Seuerol. *de remissor. c.* 4 *n.* 9. † Restringe, quia bene potest iudex, si suspicaretur de testibus, etiam eo casu dare remissoriam, sed non compellitur; faciet tamen commissionem cum indagatione, Benint. *decis.* 74. *n.* 1. *in fin.* & videtur Felin. idem sentire *in d. c. cum causam, n.* 24. vbi, quod poterit ita scribi, quo vultu, qua trepidatione coram commissario remissoriæ, sic ut coram committente testes deponant. † Amplia; quia remissoria ad probandum non datur, quando constat, quod calumniose petitur. Rom. *cons.* 273. *Clarum est n.* 3. *ver. ex iis ergo. vsq; in fin.* vbi apost. *in ver. deneganda est.* quæ dat concord. † Amplia, quia non datur, quando non releuat, veluti si quis habens gratiam ad curatum impetrauerit aliud curatum; quia primum vacat, seu ius ad illud, quando accepit possessionem secundi, vel per eum steterit; vnde si constat, quod possidit secundum, licet velit remissoriam ad docendum, quod alius possidet, non releuat; quia stat simul, quod posse derit semel, vt inducatur vacatio, licet desierit possidere, & alius possideat. Rom. *cons.* 356. *Circa primum, n.* 4. *ver. cæterum licet.* †Extende, vt procedat, quando is, qui assecutus est vicariam curati beneficii, per quam vacat primum, sicut si esset assecutus aliud curatū; nam si petit remissoriam ad probādum, quod vicaria assecuta sit temporalis, non perpetua, non est danda; quia temporales vicariæ non dantur in titulum neque valet consuetudo contraria; vnde cum non sit releuans, non datur. Roman. *d. cons.* 356. *n.* 6. *ver. nec est sibi danda.* †Limita; quia arbitrarium semper est iudici, an sit concedenda remissoria, vel non. Dec. *in c. quoniam contra, n.* 7. *de testib. & in c. n. n.* 12. *de appell.* Nicol. *in addit. ad Vestr. in prax. lib.* 6. *n.* 13. & *n.* 17. Benint. *decis.* 74. *nu.* 4. Sim. de Præt. *d. cons.* 14. *n.* 7. *in fin.* & quod sit arbitrarium iudici, plene apost. ad Lap. *alleg.* 46 Franch. post alios *in c. præsentium, n.* 12. *de testib. in* 6. †Extende; quia procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt iudicis arbitrio sit rem ſſ m, an sit danda, vel denegāda remissoria. Cassad. *decis.* 2. *nu.* 2. *in fin. & decis.* 3. *tit. de dilatio.* Capic. *decis.* 90. *post n.* 5 Benint. *decis.* 74 *post n.* 1. Carauit. *d. ritu* 157. *n.* 7. qui alios allegat. † Restringe, quia imo iudex tenetur dare remissoriam, & non est arbitrarium, quando testes non possunt euocari. Aret. *cons.* 82. *Franciscus,* super quo Benint. *d. decis* 74. *nu.* 4. vbi alios citat, & extendit etiam procedere, quando non possunt euocari per iurisdictionem diuersam, vel propter impedimentum personarum senum, vel infirmarum. Abb. *d. c. cum causam, col. fin de testib.* vbi si sunt in eadem prouincia, euocantur, si in aliena, cōmittitur examen. Aret. *cons.* 82. *in fi.* †Declara tamen, quia melius facit iudex, qui testes facit coram se adducere. Lanfranch. *tract. de testib. n.* 19. sequitur Vestr. *in prax. lib.* 6. *c. fin. n.* 1. Bosſ. *de oppoſ. contra testes, n.* 26. *ver si tamen ipſe.* Carauit. *d. ritu* 157 *nu.* 7. † Contrarium, quod in dubio debet concedi. Lap. *alleg.* 45. & 1 bi plena apost. †Limita in causa hæresis, Felin. *d. c. cum causam, nu.* 23. *in tertia fallent. de testib.* †Limita in Principe supremo. Affl. *super constit. in tit. de inquisit. fauen. n.* 6 sequitur Gabr. *d. conclus. crim.* 23. *n.* 5. *ver. secundo limita.* Clar. *in* § *fin q* 26 *n.* 5 Felin. *in c. cum causam, nu.* 23. *de testib. in 4. fallent.* † Limita, quando de crimine ageretur ciuiliter. Socin. Iun. *cons.* 60. *n.* 7. *lib.* 2. sequitur Gabr. *d. concl.* 25. *n.* 9. Felin. *in d. c. cum causam. n.* 23. *in secunda fallen. de testib.* † Extende, si ageretur de crimine per viam exceptionis. Felin. *in d. c. cū causam, nu.* 23. *de testi.* † Limita, quando veritas aliter haberi non potest. Gabr. *d. concl.* 25. *n.* 6. *& seq.* vbi idem, quando probatio esset aliter difficilis. Limita; †quia de stylo Rotæ conceditur semper remissoria, quādo petitur ante terminum ad articulandum bene seruatum, & nihil est probatum in contrarium. Cassad. *decis.* 2. 3. & 4. *de dilatio.* vbi loquitur in attentatis, & spolio, & causis, quæ æquiparantur criminali, vt per Castr. & alios *d. l. iudices, C. de fid. instrum.* Vide Conclusiones proxime sequentes. Vide plene per Anton. Gabr. *lib.* 7. *tit. de crimin. Concl.* 25. *Remissoria an concedatur in criminalibus.*

Remissoria non datur ad reprobandum, & quando secus. Concluſ. 155.

REMISSORIA † non datur ad reprobandū testes examinatos in curia, sed reprobatio debet fieri in loco, vbi testes fuerūt examinati. *c. cum olim, el primo de priuil.* Oldr. *cons.* 311. *n.* 7. *& seq. ver. non obstat.* †Amplia, quia remissoria non datur reo ad excutiandū attentata, & delictum, sed bene datur actori. Vide plene Masc. *Concl.* 147. *An tēlata quomodo probentur per remissionem ad partes* † Limita, quando testes affuturi fuissent inducti; quia tunc datur remissoria extra locum, vbi fuerunt examinati. Oldr. *d. cons.* 311. *nu.* 8. *ver. præterea nec in curia.* †Limita, quando lōgo tempore essent testes ad reprobandum conducendi; quia datur remissoria extra locum. Oldr. *d. cons.* 311. *n.* 9. *ver. præterea.*

Remissoria datur tam in petitorio, quam possessorio, etiam suspenso petitorio. Concl. 156.

REMISSORIA † debet concedi tam super articulis respicientibus petitorium, quam possessorium, non obstante suspensione petitorii, qui causa per appellationem ad curiam est deuoluta, & tractanda in ea. Oldr. *cons.* 311. *Allegationes, in prin.* vbi reddit rationē; quia cum causa possessorii de sui natura in curia non sit tractanda, nisi in sequelā petitorii, & nō detur remissoria, nisi semel, si conceditur in possessorio, debet etiam concedi in petitorio, non obstante suspēsione, vbi detur innuere, eā in quod suspenderis recessit à suspensione p. actum contrarium.

Remissoria in causa matrimoniali concedenda. Concluſ. 157.

REMISSORIA † in causa matrimoniali pro examine testium dari debet in loco, vbi primum matrimonium dicitur contractum, per iudicem ordinarium, ne pereant probationes, & ne partes remaneant in peccato. Lap. *alleg.* 46. *per tot. max. in ver. concludit.* † Amplia, quod licet delegatus iudex non det remissoriam; tamen in causa matrimoniali de stylo curiæ committitur remissoria etiam habenti iurisdictionem ordinariam. Lap. *d. alleg.* 46. *circa med. ver. ad hoc stylus curiæ.*

Remissoria concessa, quando in examine testium in partibus citari debeat, vel non. Concl. 158.

REMISSORIA † quando conceditur ad examinandum testes in aliena ciuitate, pars debet citari ex regula *l. de vnogreg. ff. de re iud.* † Amplia; quia si moriatur pars aduersa pēdente remissoria, potest fieri citatio per edictum contra interesse putantes, & talis citatio afficiet postea subrogatū; quia subrogatus in statu, in quo erat lis tempore subrogationis. Æg. Bell. *cons.* 36. *n. fin.* 5. & 6. †Limita; quando pars aduersa fuit præsens in concessione remissoriæ, seu decreto facto, quod intra certum terminum expressum testes in alia ciuitate expressi examinarentur; quia tūc cedantur litteræ remissoriales, & fiat examē, absque alia citatione, valet tale examen; quia pars censetur monita. Ciuran. *cons.* 6. *Creditur, n.* 2. *ver. item si iudex. vsq; in fin.*

Renouatio quid sit, & qualiter fieri possit. Concl. 159.

RENOVATIO † est iuris executio; quia qui renouat, rem nouā non facit sed veterem exequitur; ideo non requiritur citatio partis in renouatione actus vasalli. Bald. *cons.* 35 *Præmisso verbo, arca med. ver. in contrarium, & in fin. lib.* 5. † Et non diuersificat renouatio actum renouatum, sed dicitur idem cum actu renouato; ideo sicuti non appellatur à sententia de exequendo instrumento super guarentigia, ita etiam non appellatur à renouatione alicuius pronunciæ etiam facta sine citatione partis. Bald. *d. cons.* 35 *per tot.* vbi casus *lib.* 5. † Extende idem in instrumento renouato ob vetustatem; quia sicuti nō appellatur ab executione instrumenti ex forma statuti; ita nec appellatur ab executione instrumenti ob vetustatem. Bald. *d. cons.* 35 *in fin. lib.* 5. † Declara tamē, quia licet bene fit renouare præcepta, & mandata executiua facta per iudices, quando sunt mortui, vel est finitum officium; tamen non est necessaria renouatio in his, quæ sunt facta cum causæ cognitione. Ias. *in l. more, n* 62. *ff. de iurisd. omn. iud.* † Amplia; quia in vestitus de feudo, siue dominus feudi moriatur, siue vasallus, remanentur volentes succedere in feudo petere inuestituram renouari intra annum, & diem, si sunt vasalli priuati; si vero sunt vasalli milites, intra annum & mēsem, alias cadunt à feudo, & hæredes eorum. Clar. renouatio est continuatio, & executio inuestituræ veteris. Clar. *in* § *feudum. q.* 49. *in pr. & per tot.* vbi dicit *communem.* †Amplia; quia dominus renouans inuestituram emphyteuta necessario supponit primam inuestituram præexistere, & alias actus renouationis nullo modo potest importare caducitatem contra emphyteutam, etiam si dominus postea ita declararet. Abb. *cons.* 67. *In causa, quæ vertitur, col.* 3. *in princ. n* 3. & 4. *ver. nec obstat si dicatur, sed.* 2. † Amplia; quia renouatio locationis cessat facta cum omnibus suis pactis, & qualitatibus. Vide, *Locatio vetuerit alia quæ comprehendat bona acquirenda, vel non. & c. Concl.* 410. † Limita; quia renouatio non præsumitur societatis, neque locationis, nisi probetur expresse, vel per actus inducentes renouationem, vel nisi extaret consuetudo, vel statutum inducens renouationem.

uationem. Castr. *cons.* 73 *per tot. lib.* 2. vbi *n.* 2. quod testes deponẽtes renouationem non probant, nisi reddãt causam scientiæ etiam non interrogati; quia ista non cadũt in sensum hominis, sed percipiuntur intellectu, prout dominium. Vide, *Prorogatio an inducat nouum actum, vel sit idem cum prorogato. Concl.* 921. Vide, *Readificatio quando permissa, vel non. Conclus.* 78. Vide, *Reficere quid sit. Conclus.* 80.

Renunciatio quid sit, & quam solemnitatem requirat. Conclus. 160.

1 RENVNCIATIO † est quædam abdicatio iuris, vel rei renunciati, ab ipso renunciante, vel melius: Renũciatio est rei, vel iuris spontanea refutatio, *l. destitisse ff. de ind. l. filius. ff. de minor l. post quam liti. C. de pact.* Paris. *cons.* 39. *n.* 3. *lib.* 4. Cassi. *d. decis.* 4. *n.* 3. *de restit. spol.* † Renunciatio est quædam priuatio, quæ supponit habitum; ideo iuri nondum habito non renunciatur. Socin. *Cons.* 114. *in pr. lib.* 1. Vide, *Renunciare iuri de futuro quando quis possit, vel non. Conclus.* 172. † Et ideo renuncians vsufructui cẽsetur à se abdicasse omne ius, quod habet in re. Spec. *tit. de pact.* §. 1. *n.* 6. sequitur Caccialup. *in tract. de transact. q.* 3 *in fin.* † Item renuncians liti, & causæ cenetur remittere omne ius, quod habet, reo, cui renunciat, *d. l. post quam liti, cum ibi not. C. de pact.* † Item dicitur quædam alienatio; ideo si fiat à monasterio, debet subesse causa, quæ requiritur in alienatione. Dec. *cons.* 142. Ruin. *cons.* 86. *lib.* 1. Soc. *cons.* 15 *col.* 1. *lib.* 1. † Et quod renunciatio iuris quæsiti sit quædam alienatio, & ideo si fiat à minore, vel ab eius tutore, vel curatore, requirat solemnitatem requisitam in alienatione. Alex. *cons.* 8. *Visis subtilissimis, n.* 22. *& seq. v. quinimo. li.* 3. vbi, quod si pater legauit emphyteusin, vel feudum debitum ex stipulatu maiorum suorum filiis pro legitima, & ipsi, vel tutores, & curatores acceptauerint legatum, non potuerunt renunciare legitimæ debitæ; quia est alienatio; ideo requirit solemnitates. † Item renunciatio iuris quæsiti dicitur quædam donatio, seu saltem habet vim donationis. † Declara; quia non procedit, quando constat, quod non titulo gratuito, seu liberali. Castr. *cons.* 228. *Pro declaratione, in princ. ver. aut si dicatur, lib.* 1. † Et dicitur donatio; ideo requirit insinuationẽ, si excedit summam scutorum 500. legalium. † Contrarium dicit Curt. Iun. *cons.* 47. *n.* 7. quod nõ requiritur insinuatio. † Declara, quia si adest iuramentum in renunciatione, non requiritur insinuatio, secundum magis * communem. Clar. *in* §. *donatio, q.* 16. Gabr. *tit. de donat. n.* 66. † Et habet vim repudiationis, quando qs renunciat hæreditati sibi delatæ, antequam adiuerit, quo casu portio accrescit portioni, & sic aliis hæredibus acquiritur per repudiationem. Castr. *cons.* 252. *Viso puncto, in princ. lib.* 1. *& col.* 2. *in fin. ver. si ergo.* & plenius *cons.* 228. *in princ. lib.* 1. vbi firmat hanc partem. † Contrarium, quod imo renunciatio hæreditatis delatæ, & nondum acquisitæ, seu aditæ inducat additionem ex præambulo necessario. Castr. *cons.* 252. *Viso puncto, col.* 3. *ver. prat. rea dicit ipse, lib.* 1. quod intelligit verum, quando renunciatio fit ad fauorem certæ personæ præsentis, & stipulantis. † Item renunciatio est obligatio; quia renuncians obligatur. *l. Mauia.* §. *fin.* & ibi Dd. *ff. solut. matr.* ideo minor, qui non potest obligari, non potest renunciare iuri suo. Alex. *cons.* 196. *Perspectis, n.* 9. *& seq. ver. cui beneficio cedendarum, lib.* 6. † Vide tamen Alex. *cons.* 195. *Perspectis, n.* 7. *ver. item respondeo, lib.* 6. vbi, quod pactum de non petendo, & promissio de non molestando, licet sit renũciatio, dicitur liberatio, non obligatio, sed ibi ad effectum causæ necessariæ, sed tamen neq; minor isto casu posset facere pactum. Vide, *Repudiatio quid sit, & quando valeat, vel non. Con.* l. 102.

Renunciatio non præsumitur, & quando præsumatur spontanea, vel non. Conclus. 161.

1 NEMO † præsumitur renunciare iuri suo, & sibi competenti in dubio, *l. cum de indebito, in princip. ff. de probat.* † Extende maxime in eo, qui est pauper, & vexatus magnis dispendiis ab aduersario suo. Alexand. *consil.* 91. *Visis actis, num.* 7. *in fin. ver. non obstat id, quod primo, lib.* 2. † Declara; quia antequam fiat renunciatio, procedunt prædicta; quia nemo præsumitur suum ius renunciare velle, sed postquam constat, quod renunciatio est facta per instrumentum, præsumitur spontanea. Alexand. *d. consil.* 91. *n.* 8. *ver. sed in contrarium replicatur, lib.* 2. Vide, *Donatio non præsumitur, vbi alia coniectura capi potest. Conclus.* 702. vbi plenius.

* * *

Renunciatio beneficii priuat renunciantem sua possessione. Conclus. 162.

1 RENVNCIANS † beneficium perdit possessionem beneficii, qa possessio animo perditur Cald. *cons.* 61. *An renuncians*, quod est 4. *de renunc.* † Amplia in tantum, vt licet post resignationem 2 de facto retineat naturalem, quia possidet beneficium resignatum; tamen amisit omnino ciuilem possessionem, Cald. *d. consil.* 61. quod est 4 *de renunc. in fin.*

Renunciatio beneficii Ecclesiastici debet esse pura. Conclus. 163.

1 RENVNCIATIO † beneficii Ecclesiastici debet esse simplex, & pura sine pacto, & conditione; quia cum sit actus legitimus, non recipit diem, neq; conditionem. Abb. *cons.* 101. *Videtur primo, col.* 3. *in pr. ver. nec potest dictus, lib.* 2. vbi, quod propterea Episcopus, qui consensit translationi per Papam factæ ad Archiepiscopatum, censetur simpliciter renunciasse Episcopatui, neq; habet regressum ad illum, licet non adipiscatur Archiepiscopatum. Vide, *Actus legitimi qui dicantur, & sint. Concl.* 128. *& Conclus. ibi prox. seq.*

Renunciatio beneficii in fraudem expectantium non valet. Concl. 164.

1 RENVNCIATIO † beneficii facta in fraudem expectantium non valet, *c. si te præbendam, de renunc. in* 6. vbi exemplificat in infirmo. † Amplia vt idem sit in sene centenario, vel alias ex iu- 2 ris præsumptione proximo morti. Oldr. *cons.* 324. *n.* 6. *v. quinto renunciatio*, vbi multa similia ponit, ex quibus fraus præsumitur ex præoccupatione. † Amplia vt idem sit, si de expectantibus non 3 est facta mentio; quia non valet, *c. ex parte, de off. deleg.* † Imo hęc 4 ampliatio in tantum est vera, quod etiam debet fieri mentio de modo expectandi obtenta, videlicet si habent clausulam, *anteferri.* Oldrad. *cons.* 323. *n.* 3. *ver. secundo dicta impetratio, & nu.* 8. *ver. pro nobis.*

Renunciatio beneficii Ecclesiastici, & iuris spiritualis facta in manibus non superioris non valet, & quando secus, & quid operetur. Concl. 165.

1 RESIGNATIO † facta in manibus laici de beneficio Ecclesiastico non valet etiam in præiudicium clerici renunciantis. Gemin. *cons.* 125. *Sup. primo, n.* 5. *ver. super secundo.* † Declara tamen; 2 quia licet talis resignatio non valeat de beneficio in manibus laici etiam in præiudicium resignantis; tamẽ potuit priuari Gemin. *d. cons.* 125. *n.* 5. *ver. super secundo.* † Restringe; quia licet nõ valeat resignatio, vt supra; tamen clericus resignans beneficium in manibus laici priuatur administratione, & possessione beneficii taliter resignati. Gemin. *cons.* 125. *n.* 5. *ver. operatur tamen.* † Amplia; 4 quia neq; valet resignatio beneficii facta in manibus clerici non superioris quoad præiudicium veri superioris. Gemin. *d. cons.* 125. *n.* 7. *ver. si renunciatio*, quod intellige, quando resignans habet ius in re, secus si habet ius ad rem. Gem. *cons.* 127. *per tot.* † Restringe 5 amplationem, vt bene valeat talis resignatio in præiudicium resignantis, volente vero superiore ratam habere resignationem. Gemin. *d. cons.* 125. *n.* 7. *ver. si renunciatio*, vbi, quod ante talem ratificationem huiusmodi beneficium conferri non potest. † Amplia; quia neque laicus infeudatus de decimis potest in præiudi- 6 cium superioris renunciare in fauorem alterius; quia decimæ sine superiore non transferuntur, *c. prohibemus, de decim.* † Declara; 7 quia licet non valeat renunciatio decimarum inter laicos, intelligitur quoad hoc, vt ex renunciatione conferatur titulus, sed bene valet renunciatio in præiudicium renunciantis, vt ipse excludatur. Petr. de Anch. *cons.* 34. *In hac causa quia Ludou. per tot.* maxime *n.* 13. *ver. præterea natura renunciationis.* † Extende maxime, si 8 renunciatio fuit iurata; quia valet, etiam si non sit præsens, qui recipiat; quia præiudicat ob iuramentum. Petr. de Anch. *d. consil.* 34. *n.* 17. *ver. maxime quia.* † Limita; quia bene valet renunciatio 9 iuris ad rem, & sic ad beneficium, etiam non facta in manibus superioris, quoad præiudicium renunciantis. Gemin. *consil.* 127. *Super præmisso.* † Extende, vt imo etiam possit quis renunciare iu- 10 ri ad rem, & ad beneficium in manibus laici, & valebit ad præiudicium renunciantis. Gemin. *d. consil.* 127. *in fin.* allegat Rot. *decis.* 8. *de renunc. in antiq.* alias 290. *Nota, quod licet habens*, q̃ dicit, q̃ põ expectãs. q habet ius ad rẽ, renũciare iuri huiusmodi immanib. Notarii, & valebit resignatio, q a nihil interest superioris, ex quo ius nõ est in re. Vide, *Resignatio beneficij Ecclesiast. in manib. superioris inducit vacationẽ. Concl* 285. & plenius *Concl.* 256. *ibi prox. prac.*

Renunciatio beneficii quando possit fieri per priuandum, vel non. Concl. 166.

1 PAPA † si commisit alicui executori, vt si reperiat N. commisisse periurium, priuet eum suo beneficio, quod obtinet, & illud conferat Titio, poterit renunciare priuandus dictum beneficium etiam post cœptum iudicium, & post receptas probationes super periurio vsque ad conclusionem causæ. Gemin. *consil.* 105. *Pro declaratione, in pr.* vbi, quod tamen poterit iudex procedere ad priuationem, & ab euentu priuationis collatio de beneficio spectabit, vel non, prouiso per renunciationem, vel habenti mandatum. † Contrarium, quod non valeat renunciatio, post-
2 quam priuandus scivit commissionem, vel litem; quatunc non
3 valet, tenet Ant. de Butr. *cons.* 43. *Aggrediar secundum.* † Declara; quia imo siue sciat, siue nō, priuandus potest renunciare beneficium ante priuationem, imo etiam post condemnationem ad perpetuum carcerem facta, si modo non fuit priuatio beneficii facta, Rota *in decis. Bisig. 5. de re iud. accusatus coram ordinario*, & ita dicit seruare Rotam reprobato Gemin. in eo, quod dicit, post resignationem iudicem procedere. Gomez *in reg. de Annal. q. 42. nu. 3. ver.*
4 *tamen circa hoc, cum seq.* † Declara, vt procedat, quando est facta mentio de gratia, & de lite secundum Gemin. *d. cons. 105. in pr. &*
5 *n. 10. ver. & si fieret per Papam vsq; in fin.* † Limita in permutatione; quia non potest priuandus permutare beneficium post motum iudicium super priuatione. Gemin. *d. cons. 105. ver. quoad secundum.*
6 † Declara limitationem, vt procedat, quando expectans habebat mandatum in specie ad certum beneficium sibi conferendum per priuationem certæ personæ; quia non poterit permutare; secus, quando habebat mandatum in genere ad primū vacaturum; quia tunc priuandus poterit renunciare ex causa permutationis; ratio est; quia primo casu si valet permutatio, extinguitur mandatum; secundo casu secus. ita Gemin. *d. cons. 105. n. 2.*
☞ *ver. & pro ista parte. cum seq.* Vide, *Resignatio beneficij facta per eum, qui debet priuari, valet ante priuationem. Concl. 260.* Vide, *Subreptio quando procedat ex taciturnitate iuris alieni ad rem. Conclus. 741.*

Renunciatio alia generalis, alia specialis, alia singularis. Conclus. 167.

1 RENVNCIATIONES † aliquę generales, aliquæ speciales, aliquæ singulares. Alex. *cons. 1. Ponderatis, n. 6. lib. 6.* Bart. *in l. 1.*
2 *ff. si quis in ius voc. non ierit.* † Generalis non releuat aliquando, sed tamen singularis non requiritur, quādo quis est ignorans. Alex.
3 *d. cons. 1. n. 7. lib. 6.* † Et dicitur generalis, quando non cōtinet specifice, vel æquipollenter id, de quo agitur. Alex. *d. cons. 1. nu. 8. ver. confirmo. lib. 6.* Vide plenius, *Expressio generalis, specialis, & singularis, quæ dicatur. Concl. 651.* Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere facta non sufficit, & quando secus. Concl. 216.*

Renunciatio generalis omnia comprehendit, & quando fit reseruatio, qualiter intelligatur. Concl. 168.

1 RENVNCIATIO † generalis, & effuso sermone facta, incidit in paratum periculum; ideo si quis certificatus renunciat, censetur certificatus de iure, & de facto. Bald. *cons. 46. Verba insti-*
2 *tutionis. circa fin. ver. sed istud est diuinare lib. 1.* † Amplia; quia si fiat renunciatio generalis fideicommisso purificato reseruatis legatis, reseruatio non trahitur, nisi ad propria legata, quamuis legata, & fideicommissa sint idem & synonyma. Bald. *d. cons. 46. circa*
3 *fin. ver. sed contra, lib. 1.* † Maxime, quando adsunt verba, quæ hoc important, puta quia in renunciatione dixit; *Considerans d. hereditatem fideicommissariam esse damnosam illi renunciauit reseruatis legatis*; quia tunc renunciatio est clara de fideicommisso vniuersali, & reseruatio legatorum non potest intelligi de fideicommisso vniuersali. Bald. *cons. 47. Casus talis est, D. Andriolus, lib. 1. in fi. ver.*
4 *item dicet aliquis.* † Extende ampliationem, etiam si reseruatio nihil operaretur; qa nulla alia legata essent facta; quia reseruatio non potest referri ad id, quod est cessum, quia reseruatio nō potest operari circa id, quod non est reseruabile. Bald. *d. cons. 47. circa fin. ver. item dicet aliquis, lib. 1.* per *l. si quis ita legauerit fundum Cornelianum exceptis vineis. ff. de leg. 1.* † Amplia, quia renuncians generaliter omnibus iuribus sibi competentibus, non censetur renunciare fideicommisso, si fuit facta reseruatio, plene Grat. *consil. 29.*
5 *lib. 2.* vbi multa ponit respondendo Socin. *cons. 43. lib. 4.* contrarium tenenti. † Limita; quia mulier habens hypothecata bona mariti pro dote, & vendens cum marito bona mariti, & renuncians omnibus beneficiis, & generaliter omnibus iuribus suis non censetur renunciare iuri suæ hypothecæ, nisi faciat specialē mentionem. Sign. Homod. *cons. 41. Omissa narratione, col. 1. ver. quinto*
6 *obiicitur.* † Limita; quia renunciatio generalis caret effectu; quia videtur carere consensu, vt non trahatur ad non cogitata. Vide, ☞ *Consensus non trahitur ad ignorata, & non cogitata, & quando secus. Concl. 754.* † Restringe, quando est iurata; quia sufficit, quod in genere cogitauerit. Alex. *cons. 3. n. 5. lib. 1.* licet non firmet, *& cons.*
7 *42. n. 8. lib. 1.* vbi latissimē. † Contrarium tenet apost. ibi *ver. con-*
8 *trarium ad Alex. d. cons. 3. n. 5. lib. 1.* vbi allegat multos. Vide Concl. ☞ prox. sequentem.

Renunciatio generalis facta omnibus beneficiis non operatur, neque comprehendit multa, & quando secus. Conclus. 169.

FIDEIVSSORES † renunciantes generaliter omnibus beneficiis in fauorem fideiussorum introductis non censentur renunciasse beneficio Epistolæ D. Adriani, beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, beneficio de duobus reis, neq; cedēdarum actionum, nisi expresse sit dictum, propter stylum, & practicam Notariorum, ac consuetudinem, quod specificari solēt ista beneficia. Bald. *cons. 4. Quæritur, vtrum, ver. in contrarium, lib. 1.* vbi in fin. quod ista est æquior opinio, ne simplices homines decipiantur. Dec. *cons. 104. Et diligenter, ver. sed prædicta*, latissime Roman. *cons. 472. circa fi. ver. sed aduertendum*, vbi probat duplici ratione: Prima est, quia renunciatio generalis non comprehendit casum beneficii, quod renuncians est habiturus non statim, sed post implementum alicuius conditionis adiectæ. *l. Paulo. §. Pomponius. ff. de leg. 3.* secunda, quia etiam iurata non comprehendit ius de futuro, prout istud, & ibi apost. magna dat concord. pro vtraque & dicit veriorem. † Contrarium, quod fideiussor renūcians omni legum auxilio censeatur renunciare exceptioni cedendarum actionum. Affl. *decis. 182. circa med.* Dec. *cons. 452. Visa instructione, n. 19.* & apost. fin. ad Rom. *cons. 472. in ver. non extendi*, citat plures pro hac parte, licet dicat contrariam veriorem. Declara. † quia aut fuit dictū, quod renunciabat Epistolæ D. Adriani, & beneficio de duobus reis, & omni legum auxilio, & censetur renunciatum exceptioni cedendarum; aut dictum simpliciter, renunciauit omni beneficio, vel omni exceptioni, & tūc non censetur renunciatum; quia minus est in genere, & indefinite renunciare, quam vniuersaliter, ita Dec. *cons. 27 per tot.* vbi pro vtraque, *& n. 6. ver. non obstant allegata.* ita distinguit. † Declara; quia in iudiciis requiritur specifica renunciatio. *l. sed & si. §. quæsitum. ff. si quis cautio.* in contractibus secus, ita Abb. *cons. 72. Videtur prime, col. 2. circa med. ver. nec obstat, si dicatur, lib. 2.* vbi dicit, quod saltem in cōtractibus sufficit, quod aliquis specialis casus sit expressus, & postea fiat clausula generalis, *& omni alij legum auxilio*, & dicitur in specie, & sufficiēter renunciatum. † Declarat plenius Roman. *cons. 472. In eo, quod. prope fin. ver. sed aduertendum*, quia si agitur de renunciatione, quæ fit ex dispositione legali ad inducendum robur, & solemnitatem susceptæ tutelæ, ex qua renuncians dicitur habilitati, valet; secus in renunciatione eius iuris, quando renunciatio est præter naturam actus gesti, ex qua renunciatione
9 prouenit læsio. † Ampl a, vt idem sit in pluribus reis debendūm in
10 solidū, in quibus etiam loquitur Bald. *d. cons. 4. lib. 1.* † Cōtrarium
11 in duobus reis, quod imo renunciatio valeat etiam sine certio-
12 ratione, nisi renuncians sit minor. Bald. *cons. 168. n. in lib. 4.* † Amplia, vt etiam procedat respectu aliorum beneficiorū, puta beneficio fori, & similium, ne simplices homines decipiantur sub
13 verbis generalibus. Bald. *d. cons. 4. lib. 1. ver. in contrarium.* † Amplia; quia renunciatio generalis facta in compromisso debet referri ad solemnitates omissas, vt valeat laudum, vt non tollatur ius partis renunciantis. Bologn. *in addit. ad cons. 16. Io. de Anan. n. 15. ver.*
14 *condescendo nunc.* † Amplia, quia generalis renunciatio facta cuicunque exceptioni non comprehendit ius de futuro causatum ex nouo contractu. Bald. *cons. 210. Punctus infrascripti. n. 3. & 4. lib.*
15 5. Rom. *cons. 472. In eo, quod in fi.* † Extende; quia non cōprehendit ius, quod de futuro habet causam. Rom. *cons. 472. In eo, quod*
16 *requiritur*, sequitur Dec. *cons. 27. n. 3.* † Et nō excludit, quin renuncians possit petere, quod fiat remissio mercedis in casu licito. Jal.
17 *in l. 1. col. pen. C. de iur. emph.* maxime quando non fuit in actu. Bart. & alii *in l. sed & si. §. quæsitū ff si quis cautio.* † Extende; quia non cōprehendit renunciationē doli. Bald. *cons. 210. circa fin. lib. 3.* Calde.
18 *cons. 239. col. 2. ver. ita non obstat lib. 1.* † Extende; quia non comprehendit ius, quod ex facto aduenturi acquiritur. Dec. *d. cons. 27. n.*
19 4. Paris. *cons. 7. n. 72. lib. 2.* † Declara plenissime, vt per Rimin. *iun. cons. 72. n. 93. & seq. ver. ad decimum, lib. 1.* vbi, quod est strictissimum, & si non adsunt verba, *competentia, & competitura*, renunciatio non extenditur ad ius futurū, & si adest verbum, *competitura*, restringitur

gitur ad causam de præsenti competentem, vbi multa congerit
16 plenissime, vide eum. † Extende; quia fideiussor, qui promisit soluere libere omni exceptione remota, non censetur renũciare exceptioni iustæ, & iuridicæ, exemplo clausulæ, *appellatione remota*; quia non tollit iustam appellationem, sed frivolam tãtum.
17 Rom. *cons.* 211. *Allegationes. n. 2. ver. sed pro Mariori.* † Extende; quia non tollit renunciatio exceptioni cuicunque exceptionem, quæ venit ex natura rei, prout est exceptio discussionis in fideiussore. Roman. *d. cons.* 211. *n.* 2. vbi *n.* 3. ponit exemplũ de vsufructuario, à quo cautio potest peti, non obstante promissione de
18 permittendo eum libere vti posse; quia de natura venit. † Extende, quia imo si fideiussor expresse renũciauit beneficio discussionis, non obligatur sine discussione, quando est obligatus cõseruare indemnem creditorem; quia non potest cõuenni, nisi prius discusso principali; quia conseruatio indemnitatis hoc necessario importat. Rom. *d. cons.* 211. *n.* 2. *ver. quinimo*, vbi apost. *in ver. renuncietur*, citat concord. & dicit * communem. † Extende, etiam
*19 si renunciatio sit cum iuramento; quia nõ comprehendit ius de futuro. Rom. *d. cons.* 472. *In eo, quod, in fi.* vbi, quod iuramentũ solum refertur ad illud, quod renunciatio sine iuramẽto comprehendit, non vltra, & ibi apost. *in fi. ver. non vltra.* dat concor. Amplia; † quia si quis habet priuilegium, ne possit conueniri coram
20 certo iudice, & se obliget prorogãdo iurisdictionem cuiuslibet iudicis competentis, nõ censetur facta prorogatio iudicis, à quo est exemptus; quia non dicitur competens; sicus, si non adesset illa dictio, *competentis*. Angel. *cons.* 340. *Magister Iacobus, per tot.* vbi
21 est casus. † Amplia; quia renunciatio facta exceptioni simulationis, &c. non operatur, si contractus est, vel probatur simulatus; quia etiam hæc exceptionis renunciatio erit simulata. Bart.
22 *cons.* 65. *in fi. n.* 5. *lib.* 1. † Amplia, quia is, qui promisit soluere debitum omni tempore, & quandocunque, etiam cum iuramento, & renunciauit statuto, non censetur renunciasse præsumptioni causatæ etiam à statuto post contractum; quia intelligitur, rebus sic stantibus, non autem comprehendit ius futurum, prout præscriptio, insinuatio, & similia. Alex. plene *cons.* 170. *n.* 5. *& seq. ver.*
23 *nec præsentis*, vbi dat plura similia, *lib.* 7. † Amplia; quia renunciatio generalis etiam cum iuramento de non dicendo de nullitate, vel de iniustitia laudi, non tollit statutum volens posse dici de nullitate, & de iniustitia (prout Veronæ) non obstante renũ-
24 ciatione. Fulg. *cons.* 180. *Viso processu, in fi.* † Amplia; quia renunciatio generalis facta non extenditur ad beneficium, quod renuncians est consecuturus non statim, sed post aliquam conditionẽ adiectam, quæ impleatur. Rom. *cons.* 472. *In eo, quod circa fin. v. sed*
25 *aduertendum*, maxime *n.* 2. *ver. primo quia.* † Amplia, vt imo renunciatio specialis intelligatur de modica summa; quia importat donationem; ideo vendens certo pretio, si donat illud plus, intelligitur, dummodo sit modica summa. Bologn. *in addit. ad cons.* 16. *lo. de Anan. num.* 15. *ver. subsequenter.* Alexand. *cons.* 1. *nu.* 6. *ver. vnde*
26 *talis renunciatio, lib.* 6. † Extende, quia renuncians cuicunque læsioni in specie non includit enormissimam. Bologn. d. apostill.
27 *n.* 15. *vsq; in fi.* † Extende; quia promittens etiam cum iuramento non venire contra venditionem aliqua ratione, vel causa, non censetur renunciare læsioni enormissimæ, nisi in specie sit dictum. Ant. de Butr. *in cap. cum contingat, in quarto casu principali, de*
28 *iureiurand.* sequitur Alexand. *cons.* 89. *Viso, lib.* 2. † Extende maxime in rustico, muliere, minore, & similibus, qui si renuncia nt omni exceptioni, legum auxilio, læsioni, deceptioni, &c. in genere, sibi non præiudicant, nisi fuerint certiorati, vel nisi cum iuramento renuncient; quia talis specialis mẽtio intelligitur de modica læsione, & non præiudicat quoad magnum præiudicium.
29 Alex. *d. cons.* 1. *lib.* 6. *in pr. & per tot.* † Amplia; quia renunciatio facta per minorem restitutioni in integrum in instrumento venditionis, in quo læditur, non valet; quia eadem facilitate, qua inductus est ad vendendum, eadem ad renuncieandum restitutioni. *l. si intra. C. de in integr. restit.* vbi Bart. & *in l. si ex cautione, n.* 9 *in fi.*
30 *C. de non numer. pecun.* † Extende in eo, qui confitetur habuisse, & recepisse pecuniam; quia si intra terminũ opponendæ exceptionis etiam renunciat exceptioni non numeratæ pecuniæ, sibi nõ præiudicat; quia eadem facilitate censetur inductus. Bart. *d. l. si ex cautione, nu.* 9. *in fin. ver. nam debitor auidus. C. de non numer. pecun.* &
31 dem repetit *in l. contractibus, num.* 6. *eod. tit.* † Extende in muliere renunciante Velleiano in eodem instrumento, vel intra biennium; quia eadem fragilitate censetur inducta, & non valet re-
32 nunciatio. Bart. *in l. fin. ad Velleian.* † Extende in instrumento simulato; quia renunciatio simulationi eadem facilitate facta cẽsetur, ideo non valet. Castr. *consil.* 143. *Viso processu, in princ. ver. nec etiam obstaret, lib.* 2. vbi loquitur, etiam si cum iuramento sit facta renunciatio; quia iuramentum regulatur secundum naturam actus. Vide, *Clausula renunciationum quid operentur. Conclus.* 307. † Limita cessante consuetudine, & stylo; quia de iure, & rigore iuris generalis renunciatio operatur, quantum si species ipsas enumerasset. Bald. *d. cons.* 4. *lib.* 1. *in pr. iunctis verbis finalibus.* † Declara, 34
vt non procedat limitatio in minore, neque in muliere; quia debent specialiter certificari de beneficiis, quibus renunciant, & non præsumitur certificatio, nisi appareat. Bald. *d. cons.* 4. *circa pr. ver. dici potest, lib.* 1. *& cons.* 47. *Casus talis, dominus Andriolus, in fin. lib.* 1. qui loquitur in minore, & dicit hanc communem * opinionem, & idem Bald. loquens de renunciatione fideiussorum *cons.* 168. *Allegationes hinc inde, num.* 5 *lib.* 4. vbi secus in maiore, in quo non requiritur certioratio, & *consil.* 193. *Punctus prohibetur, lib.* 5. *in fin.* vbi loquitur in muliere. † Contrarium, in muliere, minore, 35
& rustico, quando interuenit iuramentum. Alex. *cons.* 42. *nu* 17. *ver. nam propter iuramentum, lib.* 1. vbi de * communi attestatur. *
† Extende limitationem; quia renuncians fideicommisso sibi 36
delato, qui asserit scire, vel se certificatum, intelligitur certificatus de iure, & de facto. Bald. *cons.* 46. *ver. & viso instrument. lib.* 1. † Limita; quia renunciatio generalis exceptioni doli mali, con- 37
dictioni sine causa, quod metus causa, actioni in factum, omnique alii exceptioni, beneficio, & legum auxilio operatur, vt cõprehendat renunciationem læsionis re ipsa, & omnem renunciationem similem. Alexand. *consil.* 42. *Super præmisso, nu.* 13. *lib.* 1. † Extende in conductore; quia censetur renunciasse læsioni vltra dimidiam, etiam si sit clausula de stylo apponi solita. Socin. 38
Iun. *cons.* 180. *num.* 24. *lib.* 3. Port. *cons.* 143. *num.* 8. & notandum dicit Roland. à Vall. *cons.* 86. *num.* 10. *lib.* 3. vbi alios citat Capic. *dec.* 87. *col. pen. & dec. seq.* & Gozad. in pluribus consiliis. † Restringe, 39
nisi renunciatio esset erronea; quia tũc nihil operatur; quia sicuti non valet principalis contractus; ita neque clausula renunciationis; quia ea fac litate, &c. Bart. *in l. fin.* §. *idem quæsiit. ff. de cond. indeb.* Alexand. *d. cons.* 42. *nu.* 5. *ver. pro hoc etiam facit. lib.* 1. † Re- 40
stringe in rustico, muliere & aliis, qui debent certiorari; quia cũ læsus præsumatur ignorasse verum valorem, talis renunciatio in genere facta, etiam si exprimeret, læsioni, deceptioni, & omni auxilio, non excludit, nisi fuerit certioratus. Alexand. *cons.* 1. *Ponderatis, lib.* 6. *per tot.* vbi tollit contraria, maxime quando non adest iuramentum. † Declara; quia cessat error, quando exprimi- 41
tur, veluti si dicatur, ex certa scientia nullo errore ductus, &c. Alexand. *d. cons.* 42. *num.* 7. *lib.* 1. † Limita; quia renuncians omni legum, & statutorum auxilio censetur renunciare, *l. de iis. ff. de trãsact.* quando adest iuramentum. Dec. *consil.* 452. *Visa instructione,* 42
num 18. *ver. vltimo aduertendum.* Alexand. *consil.* 11. *Viso, col. pen. num.* 14. *ver. pondero illa verba, lib.* 2. † Extende; quia censetur renunciatum Velleiano. Dec. *d. cons.* 452. *num.* 19. plene Alexand. *cons.* 146. 43
Viso themate, num. 3. *ver. confirmo superius dicta, lib.* 7. † Extende; quia 44
illa clausula, *renuncians omni suo iuri, actioni doli mali, in factum, conditioni sine causa, vel ex iniusta causa, nulla, vel per errorem, beneficio antiquarum, & nouarum constitutionum, epistolæ diui Adriani, cum iuramento*, præiudicat Velleiano. Alexand. *d. consil.* 146. *num.* 3. *lib.* 7. † Extende, quia censetur ex clausula, *renuncians omni legum, & iuris auxilio*, renunciatum beneficio statutorum. Roman. *consil.* 45
251. *Clarissime dicitur, num.* 4. *& seq.* Dec. *d. consil.* 452. *num.* 19. † Et 46
ideo is, qui confinat à tribus rei, quam vendit, non potest post venditionem retrahere vigore statuti; quia renunciauit omni legum, & statutorum auxilio. Ang. Aret. *consil.* 127. *In casu prædicto, num.* 4. *& seq. ver. nec obstant.* † Extende; quia censetur renun- 47
ciatum purgationi moræ. Dec. *d. consil.* 452. *num.* 19. allegat Alexand. *consil.* 42. *Super præmisso themate, lib.* 1. † Extende; quia cense- 48
tur renunciatum exceptioni discussionis. Dec. *consil.* 27. *Prouviti, circa fin. ver. secundo contra Marcum.* & ideo fideiussor potest conueniri non excusso principali, Alexand. *consil.* 31. *In causa exequutionis, col. pen. ver. secundo principaliter, lib.* 4. *& cons.* 29. *Clarissime, nu.* 13. & 14. *ver. secundo principaliter, lib.* 7. † Declara, vt procedat in fi- 49
deiussore simplici, qui ex beneficio iuris habet discussionis beneficium; secus si esset fideiussor indemnitatis, qui necessario habet hoc ex natura fideiussionis, ita apostill. ad Alexand. *d. consil.* 29. *num.* 34. *in ver. auxilio, lib.* 7. licet Alexand. ibi teneat contrarium etiam isto casu, & sic est extensio cum contrario, vbi Alexand. addecisiue de parte, qui consensit filium suum dari in tutorem alteri à iudice; quia censetur fideiubere pro eo, & omni legum auxilio renunciauit, poterit conueniri, non obstante, quod esset fideiussor indemnitatis. † Extende; quia censetur 50
renunciatum beneficio legis, & inuentarii per hæredem cum inuentario, quando se obligat in solidum, vt hæres cum beneficio, & renunciat omni legum auxilio. Corn. *consil.* 31. *num.* 11. *&*

seq. lib. 3. † Extende; quia mulier, quæ non potest carcerari pro debito ciuili, si renunciauit omni legum auxilio, poterit pro illo debito carcerari. Ang. Aret. *consil. 127. nu. 5. & 6. ver. fuit enim singu-*

52 *laris.* † Extende, vt quod dicitur de clausula, *renuncians omni legum, & statutorum auxilio*, procedat, siue sit extensa, siue etiam cęterata, videlicet, *renuntians*, &c. quia si de stylo, vel forma formulari Florentiæ sic consueuit extendi, idem operatur, ac si extensa esset. Bart. & alii *in l. Gallus. §. idem cr. dendū ff. de lib. & posthum.* Vide, *Clausula, &c.* quid comprehendat, & quæ possit, &c. *Concl.*

53 302. † Extende; quia renuncians legum, & iuris auxilio indefinite, censetur renunciasse vniuersaliter omni legum, & iuris auxilio; quia indefinita æquipollet vniuersali. Roman. *consil. 251. nu.*

54 4. & 5. vbi apostill. *in ver. vniuersali*, dat concord. † Extende; quia censetur renunciatum nedum auxilio iuris communis, sed etiam statutorum; quia illa verba, *legum, & iuris auxilio* abundarēt. Roman. *d. consil. 251. num. 5. ver. vel secundo, cum seq.* vbi apostill. *in*

55 *ver. operaretur.* † Extende; quia illa verba, *renuncians legum, & iuris auxilio*, sunt intelligenda in præiudicium renuncuantis in deterius. Roman. *d. cons. 251. num. 5. ver. vel secundo*, vbi apostill. *in ver. de-*

56 *terius*, dat concord. † Restringe; quia renuncians omni legum iuris, & statutorum auxilio non censetur ex causa de futuro. Riminald. Iun. *consil. 72. num. 93. & seq.* vbi latissime declarat, & tollit contraria, & quando iuri de futuro cēseatur renunciatum, vide

57 eum. Castrens. *consil. 239. col. 2. lib. 1.* † Declara, nisi esset concepta verbis de præsenti, & futuro, & non posset verificari de præsenti; quia etiam fideicommisso de futuro & conditionali esset renunciatum, maxime stante scientia, & iuramento. Rimin.

58 Iun. *consil. 204. num. 38. & seq.* † Restringe; quia fideiussor renuncians omni legum, & statutorum auxilio, non censetur renunciare iuri cedendarum actionum. Bald. *in l. si diuersa. C. locati*, sequitur Alexand. in apostill. ad Bart. *in l. 9 qui. ff. de fideiuss. & in l. si ex duob. §. si à Titio. ff. de duob. reis.* Roman. *cons. 472. in eo, quod quæritur. circa med.* vbi extendit, etiam si esset iuratum; quia iuramentum

59 non extendit renunciationem. † Et quod non censeatur renunciasse beneficio cedendarum actionum, late Castren. *d. cons. 239. Super hoc. col. 2. ver. item non obstat. lib. 1.* vbi reddit optimam rationem; quia generalis renunciatio operatur quoad ea, quæ possent impedire exequutionem obligationis sine facto, culpa, vel dolo creditoris, alias aperietur via dolo futuro, & fraudibus.

Vide, *Exceptioni cedendarum actionum quando sit renunciatum, vel non. Conclus.* 388. Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Renunciare quilibet potest iuri suo, & quando non. Conclus. 170.

1 IVRI † suo quilibet renunciare potest, *l. si quis in conscribendo. C. de pact.* vbi Ias. in 7. *not.* vbi dicit procedere etiam abstrendo, & dissipando. Abb. *consil. 72. Videtur primo. col. 2. ver. sed iis minime ob-*

2 *stantibus, lib. 2.* † Extende tam in iudicio, quam extra iudicium, &

3 in contractu. Abbas *d. consil. 72. col. 2. num. 1. lib. 2.* † Amplia in tantum, vt quis non compellatur acceptare beneficium, neq; Cardinalatum. Cald. *consil. 56.* quod est *1. de translat. Prælat.* † Amplia;

4 quia potest quis renunciare exceptioni sibi competenti. † Amplia; quia quilibet potest renunciare gratiæ, & fauori pro se introducto, vt habēs gratiam cum decreto irritanti, vel dubitulam

5 gratificationis possit illa non vti. Cald. *d. cons. 56. n. 2. ver. & ad idem*

6 *facit* alias *1. de translat. Prælat.* † Amplia, vt etiam valeat renunciatio facta de beneficio, quod quis obtinet, & quod nō potest renunciari sine superiore quoad ipsum renunciantem. Feder. de

7 Sen. *cons. 156. in addit. 2.* incipit, *Sequitur momentum.* Cald. *consil. 62. in fin.* quod est *3. de renunc.* † Amplia, quia vbicunque id inducitur fauore personæ, quilibet potest iuri suo personali renunciare

8 etiam circa beneficia. Calder. *consil. 59.* quod est *2. de renunciat. in princ.* † Amplia in iure competente ad rem, & super beneficio; quia quilibet potest illi renunciare etiam sine superiore, & sufficit renunciatio etiam nō expressa. Cald. *consil. 62. An si impetrans,*

9 alia; *5. de renunc.* † Amplia in termino, & dilatione concessa alicui; quia etiam si ius interdicat ante lapsum termini aliquid non fieri, intelligitur, nisi is, pro quo est inducta dilatio, renunciet huic fauori suo. Gemin. *consil 121. num. 16. ver. probatur idem alia ratione, vsque in fin.* † Amplia etiam in prohibitis à statuto; quia si

10 statutum prohibet aliquid posse legari per matitum vxori; tamen si legetur, & hæres admittat vxorem percipere vsumfructum legatum prohibitum, censetur renunciare iuri suo, & ideo ipsa consumptos fructus lucratur; quia præsumitur bonæ fidei. Bald. *consil. 313. Non videt. per tot. lib. 1. & consil. 336. Iuxta casum. num. 2. & 3. lib. 1.* † Amplia etiam in formalibus; quia quando formā

11 principaliter respicit vtilitatem priuatam, inest tacite clausula, nisi partes, de quarum fauore agitur, aliter voluerint. Cuman. *consil. 50. Stante statuto, num. 2.* vbi loquitur in statuto dante formam electioni arbitrorum inter coniunctos litigantes, vt possint euitare de consensu formam traditam. † Amplia; quia sta-

12 tuto, quod fiat compromissum inter consanguineos vsque ad certum gradum de omni lite, potest renunciari per pactum etiam non iuratum. Cuman. *consil. 59. Circa statutum.* † Restringe;

13 quando esset fauore publico introductum. Cuman. *d. consil. 59.*

14 *in fin.* † Declara, & extende, quod possunt partes renūciare statuto, etiam si disponeret partes cogi debere ad compromissum; quia valebit renunciatio quoad partem, sed non quoad indicem; quia poterit compellere præfatos ad compromittendum.

15 Cuman. *d. consil. 59. circa med. ver. si autem.* † Amplia; quia appellationi, item restitutioni in integrum, vel nullitati potest renunciari, quod intellige cum distinctione. Vide, *Appellationi quando,*

16 *& qualiter deferendum. Conclus.* 369. † Extende; quia reductioni, & nullitati potest renunciari. Ioan. de Anan. *consil. 50. In quæstione, in*

17 *princ.* vbi Bologn. † Amplia, quia quilibet potest renunciare rescripto à se impetrato, incertus auctor post Regulas Socin. *Reg. 3. Rescripto renunciari potest*, vbi ponit sex fallentias; prima est, nisi rescriptum afferat alicui ius vltra instantiam; secunda, dummodo

18 renuncians satisfaciat parti de expensis; tertia, quando iam esset iudici præsentatum, & effectum commune; quarta, nisi iam emanasset citatio; quinta, nisi concernat publicam vtilitatem.

19 † Amplia, quia vbicunque ius constitutionis, vel statuti principaliter est introductum fauore priuatorum, licet secundario fauore publico, potest illi renunciari; prout dat exempla plura Roman. *consil. 151. Præfati consultoris in princ.* vbi, quod statutum Florentiæ de inttratura apothecarum; item Vellejanum ad fauorem mulierum; item restitutio in integrum respiciunt vtilitatem priuatam; ideo maior fructus potest renunciare, secus si principaliter fauore publico, & secundario fauore priuato, & ibi apostill.

20 † Hanc regulam ponit Socin. *Reg. 8. Renunciare iuri suo*, vbi limitat decem modis; primo iuri naturali, & sanguinis; secundo iuri positiuo circa solemnitatem; tertio, quando est ius, pura eundi per stratam; quarto in minore; quinto, quando ius publicum; sexto, quando ius superioris; septimo, quando ius mixtum cum tertio; octauo, quando ius introductum odio alterius; nono, quando ius est contra naturam actus; decimo, quando ius non est de præsenti, sed futuro. † Limita, seu declara, quia hæredes

21 duo dati substitutis aliis, si ambo decesserint sine filiis, licet ipsi ambo, vel alter possint repudiare hæreditatem, & ipsis nocear repudiatio; tamen non acquiritur substitutis, donec purificetur conditio, quod decesserint ambo sine filiis. Castr. *consil. 374. Vxor, num. 2. per tot. lib. 1.* † Limita, quando ius renunciantis est mixtum, prout si hæres vocatus cum omnibus descendentibus ex

22 causa honoris testatoris, non potest renunciare iuri suo, & mandato testatoris. Castr. *cons. 259 Omnis difficultas, col pen. in princ. lib. 1.* Vide Conclus. prox. seq.

Renunciare iuri in fauorem suum introducto quando quis non possit. Conclus. 171.

1 IVRI † in fauorem suum introducto non potest quis renunciare, quando tale ius fuit introductum per constitutionem superioris propter ius publicum, & ad euitandas fraudes. Cald.

2 *consil. 13. An val. at constitutio, in fin. de constit. & consil. 108. in fin.* alias 10. *de vsur.* Bald. *consil. 378 Pro parte cuius iam, nu. 3. vsque in fin. lib. 3.*

3 Roman. *consil. 403. Pro decisione, num. 21.* † Et dicitur publici iuris esse, quicquid spectat ad dignitates, ad magistratus, & ad eorum ordines. Batt. *in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* plures citat Decian. *consil. 19.*

4 *num. 40. ver. sexto præsupposito lib. 3.* vbi, quod quis non potest renunciare præcedentiæ sibi competenti ratione ordinis, vel dignitatis, allegat *cap. fin. distinct. 99. & l. 1. C. vt dign. ordo seru. lib. 12.*

5 † Extende, quia quis non potest renunciare ordini suæ dignitatis; quia publici iuris est. Dec. *d. consil. 19. num. 40. & consil. 21. num.*

6 *69. lib. 3.* † Extende, vt neque valeat contue tudo contraria quod minus dignus præcedat suum maiorem. Decian. *d. cons. 21. nu. 4. & seq.* vbi, quod debet esse immemorabilis, & sufficiat & obtineat in contradictorio, vt præiudicet, & *cons. 19. num. 42. & seq. lib. 4.*

7 † Declara, quia licet clericus non possit consentire in iudicem secularem, *cap. si diligenti, de foro compet.* quia est ius publicum; tamen in odium consentientis valet præceptum, & sententia, si

8 non essent nulla. Cald. *consil. 126. in princ. maximē. 5. ver. secundo dico* alias *12. de iud.* † Amplia, vt procedat maxime, quando consentiens

ſtitutio ſuperioris eſt prohibitoria; quia debet neceſſario ſeruari, nec valet renunciatio facta per eum, ad cuius fauorem fuit introducta. Cald. *conſ.* 13. *in fin. de conſtit.* qui ſequitur in conſtitutione Epiſcopi, vt non valeat remiſſio vſurarum ſine præſentia Epiſcopi; quia conſtitutioni non poteſt renunciari, & idem repetit *conſ.* 308. *circa fi. ver. nec obſtat*, alias 10. *de vſur.* & quod iuri prohibitiuo non poſſit renunciari. Bald. *conſ.* 233. *Renunciatio non valuit, lib.* 4. Alexand. *conſil.* 41. *Viſis, quæ, num.* 12. *ver. & pariter non obſtat,*
7 *lib.* 5. † Extende multo magis, quando ius prohibitiuum eſt annullatiuum actus prohibiti; quia non poteſt illi renunciari, Bald. *d. conſ.* 233. *Renunciatio non valuit. lib.* 4. Alexand. *conſ.* 41. *Viſis, num.* 12. *lib.* 5. Vbi, quod idem in ſtatuto, quando eſt prohibitorium,
8 vel pœnale, aut annullatiuum actus. † Extende; quia ſtatuto prohibenti poſſe compromitti in ſo enſes, vel in obtinentes magiſtratum non poteſt renunciari, etiam quod compromiſſum nó ſit iuris publici; quia ſatis eſt, quod ſit generale, & prohibitorium: quia non poteſt eo caſu illi renunciari. Bald. *conſ.* 288. *Pone*
9 *ſtatutum, lib.* 5. † Amplia; quia exemptioni ſibi conceſſæ per Papam non poteſt monaſterium immediate ſubiectum Papæ renunciare propter mixtum ius Papę. *cap cum tempore, de arbitr.* Roman. *conſ.* 369. *Circa primum. num.* 18. *ver. tria ſunt.* vbi apoſtill. *in ver. cum tempore.* Caſtrenſ. *conſil.* 432. *num.* 5. *ver. nunc ad propoſitum, lib.* 1.
10 † Amplia; quia iuri naturæ quis renunciare non poteſt. puta iuri ſanguinis. Cald. *conſ.* 96. *An pacto.* quod eſt 1. *de pact.* & duplica-
11 tur *conſil.* 64. quod eſt 7. *de renunciat.* † Amplia; quia iuri prælationis non poteſt quis renunciare inconſulto eo, qui prælationem conceſſit, & dignitatem. Decian. *conſil.* 19. *num.* 60. *lib.* 3. vbi plura
12 citat. † Amplia, quia iuri introducto ad fauorem ſuum quis non poteſt renunciare, quando non habet liberam diſpoſitionem; quia non poteſt ſimpliciter illi renunciare, *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.* quia quis non habet liberam voluntatem membrorum
13 ſuorum, licet ſint ſua. Cald. *d. conſil.* 96. *in princ.* alias 1. *de pact.* † Et ideo non valet renunciatio, quod quis non poſſit cedere bonis, & liberare perſonam ſuam à carceratione. Alexand. *conſil.* 37. *Viſo, & opportune, num.* 6. *ver. & in propoſito, lib.* 2. vbi apoſtill. *in ver. bo-*
*14 *norum*, dat concord. & dicit *communem. † Amplia etiam in iis, in quibus quis habet liberam diſpoſitionem, ſed renunciatio eſt contra bonos mores. *l. fin. C. de pact.* Cald. *d. conſil.* 96. *ver. aut ilius iuris.* alias 1. *de pact.* † Amplia, etiam ſi habeat plenam diſpoſitionem, & non ſit contra bonos mores renunciatio, ſi tamen alias renuncians induceretur ad delinquendum. Cald. *d. conſil.* 96.
16 alias 1. *de pact. ver. aut non eſt contra bonos mores.* † Et ideo in iis caſibus, in quibus ob reuerentiam quis conuenire non poteſt, niſi in quantum facere poteſt, prout inter maritum & vxorem, ſocerum & generum, & ſimiles, non valet renunciatio; ſecus ſi non ex cauſa reuerentiæ, prout inter ſocios. Alexand. *conſil.* 133. *Super*
17 *quæſtio. n.* 2. *lib.* 5. † Extende hanc ampliationem in tantum, vt nec valeat conſuetudo contraria. *cap. ex parte, de conſuet.* Cald. vbi ſu-
18 pra. † Amplia, vt non poſſit quis renunciare iuri introducto in fauorem ſuum, & alterius, vel in fauorem publicum. Cald. *d. con*
19 *ſil.* 96. *in fin. ver. ſi vero* alias 1. *de pactis.* † Declara, vt bene per actum contrarium poſſit renunciari etiam in caſu vltimæ ampliatio-
20 nis. Cald. *d. conſ.* 1. *de pact. in fin.* alias 96. † Amplia; quia quis non poteſt renunciare iuri ſibi competenti ad defenſionem; quia eſt ius naturale; ideo non valet renunciatio, quod feratur ſententia eo non citato, & non auditis defenſionibus renunciantis. Cald.
conſ. 138. *in princ. ver. item cum citatio. & per tot.* quod eſt 6. *de dilatio.*
21 & duplicatur 204 alias 8. *de re iud.* † Amplia; quia partes nó poſſunt renunciare ſolemnitati actuum iudicialium. gloſ. *in c. de cauſis de offic. deleg. & c. fin. de re iud. in* 6. Cald. *d. conſ.* 138. *in pr. ver. & quod*
*22 *ſolemnib.* alias 6. *de dilatio.* & duplicatur 204. alias 8. *de re iud.* † Declara tamen; quia ſententia nulla poteſt conſenſu partium validari, vt valeat, non tanquam ſententia, ſed tãquam contractus. Cald. *d. conſ.* 138. *ver. nec obſtat. ſi dicatur*, alias 6. *de dilatio. in princ. col.* 2. quod duplicatur 204. alias 8. *de re iud.* Bart *in l. vnica, in princ. C.*
23 *qui pro ſua iuriſdict.* vbi dicit comm. † Amplia; quia quando aliquid prohibetur ratione totius ordinis, vt eſt Presbytero non mendicare oſtiatim, prohibitioni non poteſt quis renunciare; quia fauore publico hoc eſt introductum. Cald. *conſ.* 220. *in fin.*
24 *col.* 1. *ver. non obſtat, ſi dicatur*, alias *vnico. de vita & honeſt. cler.* † Amplia in hærede vſurarii manifeſti; quia licet approbauerit teſtamentum, & cœperit ſoluere; tamen poteſt illud impugnare; quia reſpicit ius publicum, quod non valeat. Cald. *conſ.* 330. alias 1. *de*
25 *teſtam.* † Amplia, quia quis non poteſt renunciare ſtatuto, vel legi iubenti partes debere cogi ad compromittendum, quia licet renunciatio operetur quoad iudicem, quin partes compellere poſſit. Cuman. *conſil.* 59. *Circa ſtatutum, in med. ver. ſi autem.* Amplia, † quando ſtatutum, vel cõſtitutio reſpiceret publicam vtilitatem, quia non poteſt illi renunciari. Cuman. *d. conſil.* 59. *in fin.* 26
† Amplia, quando lex, vel conſtitutio generalis induceret formam præcitam in actibus hominum, quia illi non poteſt renunciari. Bald. *conſil.* 288. *circa fin. ver. & diſting. lib.* 5. † Amplia, quia 27
non poteſt minor renunciare ſolemnitati ſtatutariæ ad fauorem 28
minorum, puta quod non poſſit contrahere ſine decreto iudicis, & ſine interuentu vnius proximioris conſanguinei, quia licet adſit decretum iudicis, & renunciatio ſtatuti, non valet, nec iudex poteſt hoc caſu ſupplere, nec pars renunciare. Caſtrenſ. *conſil.* 302. *Ad bene examinandum, num.* 2. *ver. ſuper ſecundo, lib.* 1. Amplia, † quando lex, vel conſtitutio eſt mere odioſa, puta indu- 29
cta in odium certarum perſonarum, vel certorum contractuum, quia non valet renunciatio. Bald *d. conſil.* 288. *circa fin. ver. & diſtingue, lib.* 5. † Extende etiam, quando continet fauorem, & 30
odium ſimul, ſed eſt inductiua certæ formæ in actionibus hominum. Bald. *d. conſil.* 288. *circa fin. lib.* 5. † Idem, quando ad rigo- 31
rem iuris conſeruandum. Bald. *d. conſil.* 288. *in fin. lib.* 5. † Reſtringe, quando lex, vel conſtitutio eſſet mere fauorabilis; quia illi 32
poteſt renunciari. Bald. *d. conſil.* 288. *circa fin. ver. & diſtingue, lib.* 5. † Extende etiam, quando continet fauorem, & 33
non poteſt allegare illius iniuſtitiam, vel nullitatem, vt ex tali allegatione conſequatur commodum. Bartol. Bald. Caſtrenſ. Imol. Alexand. & Iaſ. *in l. ſi ſeruus plurium.* §. 1. *ff. de leg.* 1. Alexand. *conſil.* 63. *num.* 12. *lib.* 4. & *conſil.* 69. *lib.* 3. † Amplia, quia non po- 34
teſt quis renunciare oblationi per eum factæ de emendo certa bona, quia non poteſt quis paciſci, ne ſibi acquirere liceat. Bald. *conſil.* 441. *Magnifici viri, lib.* 3. ſed & aliaratione magis efficaci, quia ex oblatione eſt quæſitum ius tertio, à quo auferri non poteſt ſine conſenſu ſuo. † Amplia, quia renunciatio etiam 35
cum iuramento facta de hæreditate viuentis non valet, quando viuens huic pacto non conſenſit, nec interfuit. Anchar. *conſil.* 39. *colum.* 1. Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col.* 6. *ff. de verbor. oblig.* Socin. *conſil.* 73. *colum.* 2. *lib.* 1. Dec. *in l. pactum dotali, in* 6 *limit. C. de collat.* Caſtrenſ. *conſil.* 93. *colum. penult.* Capell. Tholoſ. *deciſ.* 458. quia requiritur conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur. Doct. *in l. fin. C. de pact.* Dec. *conſil.* 32. *colum.* 1. Roland. à Vall. *conſil.* 95. *num.* 23. *lib* 1. Cruett. *conſil.* 127. *num.* 5. † Declara tamen, 36
quia bene valet renunciatio facta hæredibus, & bonis tam paternis, quam fraternis, & tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, & tam deuolutis, quam deuoluendis cum iuramento. Bart. *in l. quis Romæ § duo fratres.* vbi cæteri. *ff. de verbor. oblig.* Angel. *conſil.* 59. *Paterfamilias, & conſil.* 219. *Teſtamentum quidam.* Doct. *in l. de iis. ff. de tranſact.* Alexand. *conſil.* 11. *Viſo, & conſiderato, lib.* 1. & *conſil.* 76. *Ponderatis iis, lib.* 3. & eſt * communis opinio, vt atteſtatur Aretin. *
in d. §. duo fratres. † Amplia, quia *l. de iis. ff. de tranſactio.* diſponenti, 37
quod non noceat renunciatio facta de iure competenti ex teſtamento, niſi fit facta certioratio teſtamenti; quia eſt prohibitiua, non poteſt renunciari. Signorol. *conſil.* 253. *in fin.* † Amplia; quia 38
vxor non poteſt renunciare iuri hypothecæ etiam quoad bona vendita per maritum dumtaxat, ſi alia bona mariti non ſuperſunt pro ſatisfactione dotis. *l. iubemus*, vbi Bart. & alii. C. *ad Velleia.* Bald. *conſil.* 164. *cum ſeq. lib.* 3. Caſtrenſ. *conſil* 8. *lib.* 2. Fulgoſ. *conſil.* 216. Roman. *conſil* 187. *in princ. auth ſiue à me.* C. *ad Velleian.* Bart. & alii *in l. Mœuia.* §. 1. *ff. ſolut. matrim.* Alexand. *conſil.* 83. *num.* 6. *lib.* 6. Aſſl. *deciſ.* 311. *cum duab. ſeqq.* Neguſ. *de pign. in* 4. *memb.* 2. *partis princ. n.* 85. & *in* 3. *memb.* 6. *partis, n.* 16. † Extende; quia imo non ſufficit, 39
quod tempore renunciationis adeſſent alia bona, ſed requiritur, quod maritus ſit ſoluendo tempore, quo mulier exigit dotem, & iſta eſt communis * opinio. Abb. *in c. peruenit, in pr. de empt.* *
& vend. vbi etiam Ant. de Butr. & hanc partem vti * communem *
ſequitur Ioan. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 17. incip. *Vnum circa iſtas donationes, nu.* 21. *ver. In hac igitur renunciatione.* † Contrarium tenuit Caſtr. & alii, quos idem Lup. citat, vbi ſupra. † Declara; quia regulariter mulier renuncians iuri hypothe- 40
cæ in bonis alienaris per maritum non ſibi præiudicat quod alia 41
bona mariti, & valet renunciatio ſi poteſt aliis ſatisfieri, ita * oẽs *
in d. l. iubemus. C. ad Velleian. Signor. *conſ.* 100. *Quæſtio dubitabilis, per tot.* † Reſtringe, quando mulier vidua vẽdit bona vna cum filiis, 42
in quibus habet hypothecam, & ceſſit emptori omnia iura ſibi competentia omni meliori modo; quia ſibi præiudicat ẽt in credito dotali pro dicta ſumma. Alex. *conſ.* 47. *Viſis inſtrumentis: per tot. lib.* 3. Cuma. *in l. ſi domus. §. fin. ff. de leg.* 1. *ver. nam & ita in venditione.* † Amplia; quia renunciatio facta per monaſterium de bonis 43
quæſitis monacho habet vim alienationis. Socin. *conſ.* 230. *col.* 1. *li.* 2. & ideo nó valet, niſi adſit iuſta cauſa, & ſolẽnitas, quæ eſt neceſſaria in alienãdo, *c.* 1. *de reb. eccl. non alien. in* 6. gl. *in c.* 1 & ibi Ant. de Butr. & Abb. *de in integr. reſtit.* Abb. *in c. nulli, de reb. eccl. non alie-*

nand. ita late Socin. *cons.* 15. *cap.* 1. *lib.* 1. Dec. *cons.* 142. Ruin. *cons.* 86. *lib.* 1. † Restringe, quia bene valet renunciatio, & donatio facta per nouitium ante professionem de bonis suis ad commodum fratrum, vel aliorum consanguineorum in seculo remanentium sine solemnitate, nec annullatur sequuta postea professione, Fed. de Sen. *cons.* 32. Anch. *cons.* 69. & plenius *in c. beneficium, de reg. iur. in* 6. & pro hac parte facit; quia interim, donec profiteatur, reputatur secularis, *c. religioso.* §. 1. *de sent. excomm. in* 6. Ias. *in auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* nec præsumitur de iure, quod profiteri velit, *c. non solum, de reg. in* 6. ideo videtur, quod interim possit libere disponere de rebus suis, *& statu liberum, & l. statu liberi à cæteris. ff. de st. at. liber.* ita Castr. *cons.* 432. *lib.* 1. Crau. *cons.* 152. *n.* 6. & Anch. *d. c. beneficium, de reg. iur. in* 6. ea ratione, ne reddantur timidiores ad ingrediendam religionem, eo quia alacriori animo accedat, quando sciunt se liberos, & de eorum bonis posse libere disponere pendente probationis anno, quam si essent priuati tali libertate; & hanc opinionem, quod talis donatio, & renunciatio valeat, & non reuocetur per professionem postea factam, tenet Felin. *in c. in præsentia, col.* 22. *de probatio.* vbi etiam Dec. *col. pen.* & ita consuluerunt Florentini Aduocati famosissimi. Vide, *Ius publicum priuatorum pactis tolli non potest. Concl.* 623. † Amplia; quia is, qui promisit renunciare suæ protestationi de redarguendo testes de falso, licet hoc possit facere quoad sui præiudicium, non tamen potest in præiudicium alterius, & aliis casibus, de quibus Socin. *in Reg.* 49. *Promittens suæ protestationi.*

Renunciare iuri de futuro quis non potest, & quando secus. Conclus. 172.

IVRI † de futuro renunciari non potest. *l. non potest. ff. de re iudic. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg.* 2. *l. is qui,* vbi Ias. & alii. *ff. de acquir. hæred.* † Et est ratio; quia renunciatio est quædam priuatio, quæ supponit habitum; ideo iuri nondum habito non renunciatur. Socin. *consil.* 114. *in princ. lib.* 1. Franc. Curt. Iun. *in l.* 1. *C. de pact. num.* 19. plenius Purpur. ibi *num.* 51. qui dicit, quod renunciatio non aptatur ad ius de futuro; quia præsupponit habitum, sed pactum habet vim non petendi etiam de futuro. † Et propterea appellationi simpliciter, & principaliter quis non potest renunciare; quia esset renunciatio iuri de futuro. Gemin. *consil.* 129. *num.* 7. *ver. est tamen verum.* † Contrarium, quod imo valeat promissio de non appellando, siue sit facta in iudicio parte absente, siue extra iudicium cum iuramento, vel per pactum, vel in scriptis; quia habet vim pacti. Castrens. *consil.* 283. *Super isto negotio, in princ. & num.* 2. *lib.* 1. † Declara; quia bene potest renunciari per pactum iuratum. Angel. *consil.* 187. *A. & B. nu.* 3. *in fin. & num.* 4. *ver. si vero partes.* Castrens. *d. cons.* 283. *num.* 1. *lib.* 1. Vide plenius, *Appellationi an, & quando post renunciari. Concl.* 386. † Imo simpliciter per pactum potest renunciari iuri de futuro. Zabar. *cons.* 129. *num.* 2. Signorol. *cons.* 159. *num.* 5. Castrens. *d. consil.* 282. *in princ. &* 283. *num.* 2. *lib.* 1. † Imo simpliciter inter præsentes; quia renunciatio facta præsenti iuri de futuro valet, secus si absenti; quia præsentia inducit consensum, & operatur effectum pacti taciti. Ioan. de Imol. *cons.* 52. *num.* 2. Purpur. *in l.* 1. *n.* * 857. vbi dicit * communem. *C. de pact.* † Amplia; quia non potest renunciari iuri conditionali. Castrens. *consil.* 259. *col.* 4. *num.* 4. *in fi. ver. & esto, lib.* 1. † Amplia, quia licet per stipulationem, & pactum possit renunciari iuri de futuro; tamen neque per pactum, neque per stipulationem renunciatur iuri de futuro ignorato. Fulgos. *consil.* 67. *num.* 4. *in fin. & num.* 5. *ver. non potest autem.* Roman. *consil.* 22. *num.* 3. qui idem dicit, quando in iudicio, vel cum iuramento est facta renunciatio. † Restringe tamen, quando saltem implicite sciebat; vel scire poterat. Roman. *d. consil.* 22. *nu.* 3. *in fin. ver. eo quoque casu.* † Amplia, quia non potest renunciari iuri de futuro circa hæreditatem viuentis, nisi ipse viuens, de cuius hæreditate agitur, sit præsens, & iuretur. Ias. late *in l. fin. C. de pact.* Vide, *Pactum circa futuram successionem. Concl.* 14. † Restringe; quia mater cum iuramento non potest renunciare iuri succedendi filiæ, & sic hæreditati filiæ, & per talem renunciationem iuratam acquiritur ius succedendi auo, & auiæ maternæ; quia iuramentum, & renunciatio est personale; ideo habetur renuncians, ac si esset mortua. Castrens. *cons.* 300. *Super primo, lib.* 1. *per tot.* † Declara totam istam materiam; quia ius de futuro mihi competens sine facto meo sola renunciatione tolli potest, prout si mihi absenti acquiritur etiam Notario stipulanre; quia requiritur consensus meus, ex quo sum absens; ideo repudiatione sola tollitur, sic Dec. *in l.* 1. *C. de pact. num.* 21. *& seq. ver. extra gloss.* & Purpur. ibi *num.* 72. *& seq.* † Si vero ius personale competat ex facto meo, sola renunciatione tolli non potest, sed requiritur pactum. Dec. *d. l.* 1. *num.* 23. *ver. secunda conclusio. C. de pact.* † Eciam, si agatur de iure reali transferendo; quia sola renunciatione non tollitur. Dec. *d. l.* 1. *num.* 24. *C. de pact.* & Purpur. ibi *num.* 76. vbi dicit * communem, quod realis ad effectum dominii transferendi pacto non tollitur, sed bene ad effectum possessorii, vel habendi rem pro derelicta. Vide Socin. *reg.* 7. *Renunciatio simplex iuris de futuro non valet,* vbi limitat quatuor modis; primo, quando per pactis secundo de æquitate canonica; tertio, quando renunciatio fit à parte, cuius interest; quarto, quando fit iudici. † Limita, quia si ius de futuro est radicatum de præsenti, valet renunciatio; ideo frater, qui diuisit feudum cum fratre, si consentiat alienationi factæ per patrem de dicto feudo cum licentia domini, sibi præiudicat in successione feudi, etiam quod frater vendens moretur sine filiis, quia alias nihil operetur, quando accessit etiam consensus domini, & quia habet ius de futuro radicem de præsenti. Franc. Aretin. *consil.* 3. *In Christi nomine, Amen, consultatio præmissa, col.* 2. *ver. sed cum in casu nostro.* † Extende; quia renunciatio facta hæreditati maternæ per verba generalia comprehendit omne ius de præsenti causam habens, licet nondum quæsitum plene; ideo comprehendit remissionem portionis, quam pater transiens ad secunda vota tenetur restituere. Castr. *consil.* 2. *col. pen. in fin. col. fin. lib.* 1. † Extende; quia potest renunciari iuri fibrab euentu competituro, quando de præsenti est radicatum. Sign. *consil.* 71. *in princ.* vbi loquitur in successione. † Declara, quia fire, nunciatio sit de iure, quod habeo, vel habere spero, venit ius de futuro habens causam de præsenti, non autem ius habens causam de futuro, nisi expresse dicatur, ita Boer. *decis.* 147. *num.* 13. & idem dicit etiam Paris. *consil.* 127. *num.* 26. *lib.* 1. & Castrens. *d. cons.* 252. *Viso puncto, col. pen. in fin. & col. fin. lib.* 1. † Limita, quando interuenit iuramentum. Roman. *d. cons.* 22. *num.* 1. vbi plena apostill. *in ver. validat* sequitur late Purpur. *in l.* 1. *num.* 64. *C. de pact.* licet ibi Dec. *num.* 27. dubitet. Castrens. *consil.* 283. *num.* 2. *lib.* 2. † Et deo si mater renunciat iuri succedendi filio cum iuramento, valet, & successio defertur auo, & auiæ maternis; quia iuramentum est personale. Castrens. *cons.* 165. *Super primo, per tot. lib.* 1. † Declara; quia tunc valet renunciatio iuri de futuro, quando est expressum cum iuramento, alias secus; quia iuramentum non extendit renunciationem. Roman. *consil.* 472. *In eo quod, in fin.* vbi apostill. fin. dat concord. † Limita; quia imo facilius remitti potest ius quæsitum, quam ius quæsitum; quia tertio quis non potest præiudicare post ius quæsitum, sed bene potest præiudicari in iure quærendo. Castr. *cons.* 112. *Viso tenore, lib.* 1. allegat text. cum ibi not. *in l. fin autem dominicam. ff. de pact.* † Limita; quia iuri de futuro potest renunciari per pactum ambarum partium; quia plus operatur consensus ambarum partium, quam consensus vnius partis. Gemin. *consil.* 129. *num.* 7. *& 8. ver. aut renunciatur per pactum.* Signorol. *consil.* 71. *Factum sic se habet, in princ.* Roman. *consil.* 22. *Propositæ in princ.* vbi plena apostill. *in ver. potest.* Zabar. *d. consil.* 129. *nu.* 2. Signor. *cons.* 159. *num.* 5. per *l.* 1. *C. de pactis.* † Extende, vt etiam valeat renunciatio facta expresse per vnam partem in præsentia alterius partis audentis, & non contradicentis. Gemin. *d. consil.* 129. *in fin. ver. & hanc partem vsque in fin.* vbi, quod ita tenet Rota. Ioan. de Imol. *cons.* 52. *num.* 2. Purpur. *d. l.* 1. *num.* 63. *C. de pact.* † Extende; quia imo etiam valet renunciatio iuri de futuro in absentia partis, quando interuenit nuncius, vel epistola; quia nuncius, vel epistola operantur idem, quod præsentia. Ioan. de Imol. *consil.* 78. *num.* 5. † Declara, dummodo is, cui nuncius, vel epistola defertur, accepret ante reuocationem. Purpur. *d. l.* 1. *num.* 66. *& seq. C. de pact.* † Extende; quia bene valet renunciatio iuri de futuro, quando confertur in tempus, quo ius futurum esset quæsitum. Signorol. *consil.* 159. *num.* 5. † Limita; quia in iudicio potest renunciari per vnam partem tantum; quia tale pactum in iudicio valeret etiam in absentia partis. Gemin. *d. consil.* 129. *num.* 8. *ver. & hanc partem,* vbi, quod ita tenet Rota, & quia calor iudicii hoc operatur. Roman. *cons.* 22. *num.* 2. *in fin.* Zabarell. *d. consil.* 129. *num.* 2. Castrens. *consil.* 283. *num.* 2. *lib.* 1. † Declara secundum aliquos, quando iudex, vel alius pro absente recipit, vide post ad fin. Purpur. *in l.* 1. *num.* 60. *& seq. C. de pact.* vbi disputat pro vtraque parte. Vide, *Acquirere nolle, & alienare sunt diuersa. Concl.* 441. *num.* 43. *& seq.* Vide Conclusionem proximè sequentem.

* * *

Renunciatio facta quando comprehendat ius de futuro. Concl. 173.

1 FRATRES † diuidentes inter se bona paterna, & se liberantes,& promittentes alter alterum non molestare etiam cum iuramento non censentur renunciare fideicommisso post mortē illorum. Bald. *cons.* 18. *Nobilis vir per tot. lib.* 3. † Extēde, vt idem sit, si diuidant, & renuncient fideicommisso; quia non cēsentur renunciare donationi reciprocæ factæ de futuro, si vnus decedat sine filiis. Anch. *cons.* 291. *Super pluribus*, *n.* 7. vbi, quod renunciatio ex vna causa non extenditur ad aliam. † Amplia; quia generalis liberatio non includit ius de futuro, & sic ius non natum, quia liberatio est quædam priuatio, quæ refertur ad id, quod est 4 in actu. Bald. *d. cons.* 18. *circa fin. ver. item non obstat, lib.* 5. † Extende; quia neq; comprehendit ius natum, sed non competens renuncianti; ideo non trahitur ad ius hæreditatis post liberationem quæsitæ; quia de eo non est cogitatum. Dyn. *cons.* 28. *Thema tale est, quidam per tot.* Bald. *cons.* 47 *in fin. ver. dicet aliquis, lib.* 1. *& consil.* 48. *lib.* 2. Ang. *cons.* 52. *per tot.* Aret. *cons.* 3. Curt. Iun. *cons.* 101. *n.* 7. & 5 *seq.* † Ampl; quia renunciatio generalis nunquam extenditur ad futura ex nouo contractu, neq; ad exceptionem doli. Bald. 6 *cons.* 210. *Punctus infra scripti, n.* 3. & 4. *lib.* 5. † Extende; quia renunciatio nunquam trahitur ad iura de futuro nō cogitata, & multo minus ad incogitata. Doct. *in l. qui Romæ.* §. *duo fratres. ff. de verb.* 7 *oblig.* & hoc est generale in omni dispositione. † Amplia; quia tacita renunciatio, quæ resultat ex consensu præsumpto, nunquam præiudicat consentienti, nisi quoad ius, quod habebat tempore consensus. Bald. *cons.* 220. *Quod de consensu, lib.* 5. Fulg. *cons.* 67. *col.* 3. 8 *n.* 4. *& seq. ver. proparte vero.* † Amplia, etiam si renunciatio cantet per verbum, quod potest importare extensionem, veluti si esset dictum, quod renunciat ius, quod competit, & competere posset; quia restringitur ad ius de futuro habens tantum causam de præterito, & tempore renunciationis. Ang. de Perus. *cons.* 78. *Plures creditores, n.* 2. *ver. nec obstat, si dicatur*, sequitur plene Curt. Iun. *cons.* 101. *n.* 7. *& seq.* vbi plene *per tot.* plenius Portius *cons.* 57. *per tot.* * & est communis * opinio, vt per Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres,* * *in 6. quæst. n.* 19. vbi apostill. *in ver. de præsenti*, dicit * communem, & * ibi Alex. *n.* 56. dicit * communem Crot. *n.* 125. & 126. *ff. de verb. ob-*9 *lig.* Rimin. Iun. *cons.* 72. *n.* 93. *& seq. lib.* 1. vbi plura similia. † Extende, quia vbicunq; verba etiam de futuro possunt aliquid operari; non tamen fit extensio, vt ius futurum ex causa de futuro comprehendat. Curt. Iun. *d. cons.* 101. *per tot.* Bart. & alii, vbi supra, ita Gabr. *tit. de fideicom. concl.* 1. *n.* 7. & ibi addidi plures. Grat. *cons.* 17. *n.* 44. *& seq. lib.* 1. Gozad. *cons.* 46. *n.* 17. Rain. *cons.* 138. *lib.* 2. Mā-10 del. *cons.* 74. Rim. Iun. *cons.* 204 *per tot.* † Restringe; quando alias verba nihil operarentur; quia tunc bene comprehendunt causam, & ius de futuro. Curt. Iun. *d. cons.* 101. *n.* 8. *& seq.* † Restringe, quando renunciatio fit generaliter omni iuri, & bullettino, quæ fierent; quia comprehendit bullettinum, seu moratoriam post-12 ea obtentam. Io. de Imol. *cons.* 52. *n.* 2. † Amplia in fideiussione; quia fideiussor nunquam censetur renunciare iuri de futuro. Fulg. *d. cons.* 67. *n.* 4. & 5. vbi late declarat, quod potest vendicare 13 rem ex nouo iure, licet de euictione teneatur. † Amplia; quia stipulatio, & obligatio de euictione, & de non molestando intelligitur respectu iuris de præsenti competentis ipsi promittenti. 14 Anch. *cons.* 291. *n.* 7. *in fin.* † Amplia; quia filia, vel soror renunciās feudo ad fauorem sororis, non censetur renunciare in casu priuationis propter delictum eius, cui fit renunciatio; ideo admittitur. Zabar. *cons.* 127. *circa fi.* & plenius *cons.* 129. *n.* 2. *ver. ad tertium*, 15 *vsq; in fin.* † Extēde; quia filii renunciantes successioni patris, vel matris non censentur renunciasse in casu, quo pater, vel mater contrahunt incestas nuptias, quo casu fit confiscatio, si non adsunt filii; quia imo succedent non obstante renunciatione. Dec. 16 *cons.* 234. *n.* 4. † Restringe, nisi refutatio esset facta generaliter domino feudi; quia tunc comprehendit omnem casum. Zabarell. 17 *d. cons.* 139. *n.* 2. *ver. ad tertium.* † Amplia in compromisso; quia non comprehendit ius de futuro, nisi verba sint adeo generalia; quia necessario debeant comprehendere, vt est videre *in ver. Compro-* * *missum. Concluf.* 519. & est communis * opinio, vt per Alex. *consil.* 18 40. *n.* 3. *lib.* 4. † Amplia in præscriptione; quia licet possit renunciari præscriptioni completæ, non tamen potest renunciari præscriptioni futuræ. Rom. *cons.* 201. *Pro decisione, n.* 4. *ver. & licet*, vbi * apostill. dicit magis * communem, & citat plurimos concord. 19 † Contrarium tenent aliqui, inter quos Bald. *in l. nemo potest, post* *med. ff. de leg.* 1. qui dicit * communem, prout refert eadem apostil. 20 ad Roman. *d. cons.* 201. *n.* 4. † Amplia; quia renunciatio facta cuicunque successioni ex testamento, vel ab intestato, vel ex quacunque alia causa, intelligitur ex causa de præsenti, & nō ex causa de futuro. Guid. Pap. *decis.* 229. † Et quod renunciatio facta per filiam omnibus bonis, & iuribus paternis non extēdatur ad bona, quæ postea amisit per transitum ad secunda vota. Guid. Pap. *decis.* 228. † Item, si renunciauit bonis paternis, & maternis; quia non censetur renunciasse, si frater succedēs patri, & matri, postea moriatur; quia iuri de futuro non renunciat. Guid. Pap *decis.* 231. † Et renuncians hæreditati paternæ ad fauorem matris ante aditam, censetur repudiare, ita vt locus sit successioni, ad fauorē proximiorum, quādo nō fuit hæreditas delata acceptata. Castr. *cons.* 228. *in pr. lib.* 1. † Contrarium, quod renunciatio non sit repudiatio; quia imo præsupponit ius renunciatum procedere, & sic inducit additionem. Castr. *cons.* 252. *Viso puncto, col. pen. ver. præterea dicit ipse, lib.* 1. † Amplia; quia si duo hæredes sunt instituti, & inuicem substituti, & alter repudiet hæreditatem pro portione sua, quæ accrescit cohæredi, poterit succedere in tota hæreditate ex substitutione; quia renunciatio non trahitur ad ius de futuro, nisi sit dictum. Castr. *cons.* 181. *Notandum est, col.* 1. *in fi. & col.* 2. *lib.* 2. † Amplia; quia non valet renunciatio appellationis, quādo de futuro, vt in Concluf. prox. præceden. *n.* 2. *& seq.* Vide, *Appellationi quando, & ex quibus censeatur renunciatum. Concl.* 387. † Limita, quando fuit in specie dictum, & interuenit vel pactum, vel iuramentum, vel calor iudicij; quia valet. Rom. *cons.* 22. *in pr. & n.* 3. *& seq. ver. in contrarium*, vbi est apostill. plena. † Extende; quia verba clara iuncta scientia iuris si sunt generalia, & de futuro, omnia includunt, vt idem Rom. *d. cons.* 22. *ver. in contrarium*, vbi latissime, & apost. ibi. † Limita, quando quis promittit non molestare super re vendita, sed emptori habere licere. *l. stipulatio ista.* §. *si quis forte, ver. quæritur*, vbi Bart. Castr. Alex. & Iaf. *ff. de verb. obl.* † Declara, seu extende, vt procedat, etiam si ius de futuro esset incognitum, vt Castr. *in d.* §. *si quis forte l. stipulatio ista. ff. de verb. obl.* vbi loquitur in legato postea facto. Limita; † quia potest renunciari appellationi, & sic iuri de futuro multis casibus. Vide, *Appellationi an, & quādo possit renunciari. Concl.* 386. vbi late per discursum. Vide Concl. prox. seq.

Renunciatum quando censeatur fideicommisso, vel non. Concluf. 174.

NON † censetur renunciatum fideicommisso per ignorantes fideicommissum. Bald. *cons.* 434. *circa fin. ver. solutio, lib.* 3. † Amplia; quia etiam scientes fideicommissum non censentur illi renunciare per diuisionem, etiam si vltra diuisionem promiserint non contrauenire. Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n.* 11. *v. secundo quæro. ff. de verb. oblig.* † Extende, etiam si vltra promissionem de non veniendo contra interuenit iuramentum. Bald. *consil.* 18. *Nobilis vir, per tot. lib.* 3. Io. de An. *cons.* 29. *n.* 9. Alex. *cons.* 40. *n.* 3. vbi apost. *lib.* 4. vbi dicit magis * cōmunem. Gabr. *concl.* 1. *tit. de fideic. in* * *1. ampl.* vbi de * communi, *n.* 2. vbi extendit, etiam si dictum sit, perpetuo non contrauenire. Ruin. *cons.* 137. *lib.* 2. † Extende et ā, quando fuit dictum, quod vnus alteri remittit iura, quæ habet, vel habere sperat; quia si potest referri ad alia iura, non censetur remissum fideicommissum, alias secus, ne sint superflua illa verba, de futuro. Gabr. *d. concl.* 1. *de fideicom. in* 2. *ampl. n.* 5. *& seq.* † Extēde, etiam si sit dictum, quod remittebat ius omne præsens, vel futurum ex testamento, vel ab intestato iure fideicommissi, vel substitutionis cuiuscunque, vel alio quocunque iure. Gabr. qui plures allegat *d. concl. de fideic. c.* 1. *n.* 11. *& seq.* vbi *n.* 12. dicit * communem, quando non adest iuramentum. † Restringe; quando remisit iura, quæ habet, vel habere poterat quouis modo. Ruin. *consil.* 152. *col penult. lib.* 2. Vide, *Diuisio non præiudicat fideicommissario, & quando secus. Concluf.* 543. vbi plenissime. Vide, *Fideicommissum quando censeatur remissum, vel non. Concluf.* 286. Vide Conclusionem proxime præced.

Renunciantibus iura sua non datur regressus, & quando secus. Concl. 175.

RENVNCIANS † vel cedens ius suum non habet amplius regressum ad illud, plene Crau. *cons.* 166. *nu.* 6. *l. quæritur. §. si vendita. ff. de ædilit. edict. l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulter. l. fin. C. de remiss. pign. l.* 1. §. *qui semel. ff. de succeff. edict.* Iaf. *consil.* 133. *in princ. lib.* 4. Dec. *cons.* 389. *Visa longa. num.* 10. facit *l. post quam liti. C. de pact.* Cra-uett. *cons.* 74 *num.* 4 Roland. à Vall. *cons* 95. *num.* 34. *lib.* 1. Dec. *consil.* 389 *num.* 10. Afflict. *decis.* 220. *num.* 19. Roland. à Vall. *consil.* 57. *num.* 14. *& seq. lib.* 3. Roman. *cons.* 369. *Circa primum, num.* 16. † Et propterea agere non potest ex iure, quod alteri renunciauit. Bartol. *in l. facta.* §. *si hæres, colum.* 1. *ver. quæro post factam. ff. ad Trebell.*

3 bell. Guid Pap. *decis.* 530. & *decis.* 547. † Et quia is, qui consentit alienationi rei suæ, vel ratificat alienationem rei suæ factam, perdit dominium rei suæ, & videtur alienare. Roland. à Vall. *d. cons.* 57. *n.* 14. & *seq. lib.* 3. vbi idem in eo, qui consentit donationi rei
4 suæ; quia videtur donare. † Et tali agenti ex iure, quod cessit, potest excipi, amice iura tua cessisti alteri, tibi non competit actio.
5 Crau. *cons.* 191. *n.* 3. † Et absurdum est, quod is, qui renunciauit se-
6 mel iuribus suis, ad iura renunciata reuertatur. Vide Conclusionem iuribus suis, ad iura renunciata reuertatur. Vide Conclusionem proxime seq. † Et renunciatio habet vim pacti de non petendo, quando fuit facta præsenti, & acceptanti, alias non. Doct.
7 *in d. l.* 1. C. *de pact.* vbi Bart. † Amplia in tantum, vt renuncians iuri suo dicatur obligare se ad vlterius non petendum, *l. Mœuia.* § *fin. cum ibi not. ff. solut. matrim. & in l. si vnus.* § *pactus ne peteret. ff. de pact.* Bart. *in l. habemus.* C. *ad Velleian.* Alex. *cons.* 195. *vers. pectis narratis, ad fi.*
8 *lib.* 6. Socin. *cons.* 230. *Viso testamento, col.* 1. & 2. *lib.* 2. † Amplia; quia renuncians dicitur extinguere ius renunciarum in se ipso, non autem in eo, in quem transfert. Alex. *cons.* 90. *in fin lib.* 5. gloss. &
9 Dd. *in l.* 1. C. *de pact.* † Amplia, vt procedat, siue renunciet expresse, siue tacite. Brun. *cons.* 36 *col.* 1. & alii, quos allegat Rol. à Vall.
10 *d. cons.* 57. *n.* 12. & *seq. lib.* 3. † Et de renunciatione tacita, quæ venit in consequentiam, prout in eo, qui habet rem iudicatam, & cõpromittit super iudicato, vt amplius non possit vti sententia, cui per compromissum renunciauit. Rom. *cons.* 369. *Circa primum, n.*
11 15. & 16. † Limita in eo, qui cessit, vel renunciauit iuri suo ex causa certa, vel sub conditione; quia causa non impleta, vel conditione non purificata reuertitur ad iura sua. Crau. *cons.* 127. *n.* 13. vbi plura.

Renunciatio liti, & causę quid operetur, vel non. Concluſ. 176.

1 RENVNTIANS † liti & causæ pendente iudicio dicitur imponere finem liti: quia talis exceptio dicitur litis finitæ, *l. postquã liti. C. de pact.* ideo impedit litis ingressum, *cap.* 1. *de litis contest. in* 6.
2 Bart. & Dd. *d. l. postquam liti.* † Et iudex, qui scit fuisse renunciatũ liti, & causæ, nõ tenetur iudicare. Bald. *in c. dudum, col.* 7. *de elect.*
3 † Et actor renuncians liti, & causæ ad fauorem rei, remittere intelligitur eo omne ius, quod habet in causa, *d. l. postquam liti. C. de pact.* & ideo iudicium debet esse absolutorium, *l. si traditio. n.* 6.
4 C. *de act. empt.* † Et post renunciationem factam per actorem liti, & causæ reus debet absolui à petitis. argum. *d. l. postquam liti. C. de pact. l. destitisse, cum ibi not. ff. de iud. & in l. destitisse. ff. de minor. l. qui destitit. ff. ad Turpil.* & est text. *in l. accusati, & in l. si ea. C. qui accus. non*
5 *poss. cum ibi not.* † Et post talem renunciationem non datur regressus renuncianti, *l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit.* satis enim absurdum videtur, quod quis redeat ad ius renunciatum, *l. si filius. ff. de minor. & in l. qui res.* § *aream. ff. de solutio.* vbi, ius, & actio semel
6 ex incta non reuiuiscit. Vide supra Concluſ. præced. † Et talis renunciatio parit exceptionem litis finitę. Cephal. *cons.* 284. *n.* 6.
7 & 7. † Extende; quia post renunciationem liti, & causæ factam
8 non requiritur alia sententia. Dd. *in d. l. postquam liti. C. de pact.* † In tantum, quod si reus velit sententiam, debet eã obtinere sumptibus suis, non autem sumptibus renunciantis. Ægid. *decis.* 14.
9 Papaz. *in addit. ad Rotam. decis* 3. *de rescript. in nouiss. nu.* 8. † Declara, quia renuncians liti, & causæ titulo renũciare non dicitur; quia renunciationes sunt stricti iuris. Cald. *cons.* 226. *in fi. ver. renunciare*
10 *etiam*, alias 5. *de præben.* † Censetur tamen renuncians liti renunciare etiam iuribus. Afflict. *decis.* 220. *In causa domini Ioannis, col. penult. d. l. postquam liti. C. de pact.* Vide, *Lis quando finita dicatur, vel non. Concluſ.* 385.

Renuncians liti, & causæ quàndo possit condemnari, vel non. Concluſ. 177.

1 ACTOR, † qui publicato processu diffidens de iuribus suis renunciauit liti, potest nihilominus condemnari in expensis, & potest contra eum sententia condemnatoria ferri cum expensarum condemnatione. Bald. *cons.* 146. *Quia ex facto, nu.* 2. *ver. modo allegemus. lib.* 3. vbi allegat multa exempla, & allegit text. in
2 *l. si te. C. de ingen. & manumiss.* † Et quod renuncians liti, & causæ debear condemnari in expensis, Bald. *in l. postquam liti, col. fin. ver. quinto quaro. C. de pact. & in authent. contra qui propriam, in* 2. *not. C. de*
3 *non numer. pecun.* † Contrarium videtur; quia renuncians proprie non dicitur succumbere. Bald. & Saly c. *in l. alia, in vltimo not.* per illum text. C. *de iis, quibus vt indign.* vnde cum non possit proprie dici victus, videtur ab expensis absoluendus, *l. properandum.* § *fin autem alterutra. C. de iud.* † Ratio est; quia potest interesse rei magis patrocinio probationum defendi, quam per desistentiam actoris; & quia nemo compellitur sumere opem ab aduersario suo, si de iure suo vult confidere. Bald. *d. cons.* 146. *circa fin. n.* 2. *ver. præterea, lib.* 3. † Extende; quia imo actor, si renunciare velit liti tantum, post litem contestatam etiam offerendo expensas non auditur, quia reus potest insistere, quod procedatur ad vlteriora petendo diffinitiue absolui; secus, si renunciat liti, & causæ, & offerat expensas; quia admittitur post litem contestatã, & quandocunque ante sententiam, iuxta not. *in d. l. postquam liti. C. de act. & in auth. quod semel. C. quomodo, & quando iudex*, & quæ ibi Castr. & Soc. Alex *cons.* 22. *lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam in causis criminali; quia desistentia actoris non facit cessare iudicium. Bald. *d. cons.* 146. *n.* 2. *ver. simile videmus, lib.* 3. † Limita, quia si renũ-7 cians liti esset consanguineus, non potest in expensis condemnari; quia sicut cõiunctio sanguinis facit cessare præsumptionem doli, Bart. *in l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Aret. *cons.* 146. ita pariter facit cessare præsumptionem calumniæ, & qua merito quis in expensis condemnatur, *l. eum quem temere. ff. de iudic.* & in propriis terminis, quod in consanguineo abesse præsumatur calumnia, Aret. *cons.* 80. *Sicut. col.* 2. vbi videas. † Extende, nisi causa, per quam 8 renunciauit liti, superuenit de nouo. Bald. *in d. l. postquam liti. C. de pact.* Ang. & Dd. *in l. destitisse. ff. de iud.* † Extende; quia licet tenea-9 tur renuncians liti, & causæ ad expensas litis, intelligitur de factis ante renunciationem, secus de faciendis; quia si reus velit sententiam absolutoriam, debet obtinere illam suis expensis. Ægid. *decis.* 14. Vide supra, *Renunciatio liti, & causa quid operetur, vel non. Concl.* 176.

Renunciari quando possit liti, & causæ, & per quos. Concluſ. 178.

AMPLIA, † quia lite contestata non potest actor renun-1 ciare soli instantiæ. Vide Concluſ. præceden. pro & contra. † Extende, quia non potest is, qui obtinuit sententiam pro se, il-2 li renunciare, vt tollatur causa appellationis pendentis, si appellans non vult; quia sua potest interesse via iuris liberari. Bald. *cons.* 347. *Quia ex facto, ius oritur, lib.* 1. gloss. *in l. vtiq. ff. de rei vendic.*

Renunciatio tacita iuri suo ex quibus inducatur, vel non. Concluſ. 179.

RENVNCIATIO † tacita iuri suo inducitur ex actu contra-1 rio illi iuri, quod quis prætendit; & ideo prætendens ius in dignitate, si præstat obedientiam obtinenti illam dignitatem, dicitur iuri suo renunciasse. Gemin. *cons.* 15. *n.* 12. *circa fin. ver. ex his ergo*, est gl. *in c. ex ore*, per illum text. *in ver. renunciasse, de iis, quæ sunt a maiori parte Capit.* vbi Hostien. *col. fin. in ver. exhibuit.* Io. And. *col.* 1. *in ver. reuerentiam.* Anchar. *n.* 3. *in* 6. *not. & n.* 5. *ver. tertio opp.* Ant. de Butr. *in fi. n.* 13. Zabar. *n.* 3. *in* 8. *not.* Io. de Im. *n.* 6. *n. nota, quod per exhibitionem.* Io. de Anan *nu.* 7. *ver. not. a, quod exhibendo.* Abb. *n.* 5. *in* 4. *not.* vbi dicit esse tenẽdam mentem; quia est valde singulare. † Contrarium tenet text. *in c. veniens, de renunc.* vbi gloss. *in ver. committi*, allegat pro vtraque. & *in c. dilecto, de præben.* vbi gloss. *in ver. recepti*, pro vtraque allegit. † Declara; quia *in c. veniens, de renunc.* is, qui habebat prouisionem canonicatus, si se submisit Capitulo aduersanti spe gratiæ, vel spe misericordiæ, vel etiam si remisisset iura sua, censetur cum tacita protestatione, non autem censetur iuri suo renunciare simpliciter, ita Abb *in d. c. veniens, n.* 4. *in fin. &* n. 5. Zabar. ibi *col.* 2. *ver. tertio oppono.* Ant. de Butr. *n.* 10. *in fi.* vbi dicit ita Innoc. & Hostien. tenere, & Anch. *n.* 3. simile per Felin. *in c. cum acceßissent, n.* 32. *ver. quarto fallit, de constitut.* vbi, quod si fiat aliquid contra priuilegium ex gratia, dicitur dispensatio, quę non tollit priuilegium. † Imo quod plus est, etiam si vltra remissionẽ 4 tradidisset Capitulo aduersario suas litteras, licet præstans reuerentiam, & tradens suas literas censeatur renunciare iuri suo; tamen secus est, quãdo est per viam submissionis spe gratiæ, seu misericordiæ; quia habet tacitam protestationem, & quãdo literæ sunt executæ; quia ius submittentis non pendet à litteris executis, sibi non præiudicat; secus si litteræ non essent executæ, & ius penderet à litteris consignatis. Abb. *in c. sane*, & pleniusin princ. † Declara; quia *c. dilecto. cum sua gl. de præben.* procedit, quod recipiens ad osculum superior non dat titulum non habenti; quia aliud est, quod prærendens ius perdat illud ob reuerentiam præstitam intruso, aliud, quod intrusus acquirat titulum; quia ius, quod perdit præstans reuerentia non acquiritur intruso. † Declara, quia procedit conclusio, quando is, qui prætendit ius in dignitate. facit animo obediendi; secus si faciat actum obedientiæ animo deliberandi, ita quod requiritur animus tam facientis actum reuerentiæ, & obedientiæ, quam recipientis, ita Abb. *in c. olim inter, n.* 7. *in fi. & n.* 8. *ver. ex ista gl. de reſtit.*

7 spoli.t. †Extende; quia is, qui obedit sponte excommunicationi, videtur recognoscere excommunicantem in superiorē, nisi fieret ex metu, vel reuerentia excommunicantis, vel ex deuotione, plene Abb. *d.c.olim, el terzo. ver secunda principalis solutio, n.10. & seq. per tot. de restit. spol.* vbi Abb. *nu.9.* distinguit, aut obedit negligendo; quia abstinet à faciendo, q̄ facere volebat, & tunc non præiudicat, etiam si non protestetur; aut facit actus positiuos reuerentiæ & obedientiæ, & debet protestari. † Restringe; quia actus reuerentiæ non tradit titulum, licet priuet iure, quod habet præstans; ideo superior admittens non Canonicum, vt Canonicum ad osculum, non facit eum Canonicum. *cap. dilecto. de præben. circa med.* vbi gloss. *in ver. recepisti* † Declara; qū a requiritur, vt actus reuerentiæ, & obedientiæ sit talis, quod necessario sit contrarius iuri facientis actum, alias si non est contrarius, nō renunciat iuri suo, ita plene Io. de Im *d.c.exore, n.6.* & fuit opinio Henrici Boich. *in d.c.exore*, vbi ponit exempla. † Item requiritur non reuerentia sola, sed reuerentia, quæ sonet in obediētia positiua, prout si habens ius in prælatura præstaret eidem pacem ad Missam ante alios tanquam Prælato, si acciperet ab eo vicariam, si eidem tanquam tali in omnibus obediret, ita Ioan. Andr. *d.c.exore, col.2. ver. reuerentiam*, ex mente Hostiens. & aliorum, *de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* & loquitur in iure priuato tantum. † Item requiritur, quod ad inducendam obedientiam, quod actus non fit semel tantū factus; sed pluries; quia aliquando pro vna vice fit ex liberalitate. Abb. *in c.2.n.8. ver. item nota. de Capell. monach.* † Restringe; quia si fiat actus reuerentiæ, vel obedientiæ cum protestatione nō sibi præiudicandi, protestatio relenat; secus si protestatio non fiat; quia tūc sibi præiudicat. Abb. *d.c.olim, el terzo, de restit. spol. n.9.* & ideo idem Abb. *d.c.exore nu.5. de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* dicit, quod c. auti procuratores dicunt assertum talem, vel prætensum, ne sibi præiudicēt. † Restringe igitur conclusionem, vt solum procedat, quod habens ius in beneficio perdat illud, si exhibet reuerētiam, & obedientiam Prælato intruso in eodem beneficio, quando ius est ad rē, quod facilius perditur, secus si haberet ius in re, ita Anch. *d. cap. exore, n.5. ver. ad aliud contrarium.* Ant. de Butr. *n.11. in fin. ver. vel dic.* plene Io. de Im. *n.20. ver. D. vero Petrus.* ibi dicit, pbari ex illo text. *ver. quia vero*, vbi non erat inuestitus, sed mandabatur inuestiri. † Contrarium tenet Abb. *d.c.exore, nu.10. de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit. ver. ad istum text.* vbi dicit, quod est vera solutio, quod iste, qui amisit ius suum ob reuerentiam, habebat solum ius ad rem; quia mandabatur inuestiri; sed quia text. dicit idem, etiam si esset inuestitus, habet etiam locum, si ius in re esset quæsitum. † Vide plene Ias. *in l. quæ dotis. ff. solut. matrim.* vbi ponit regulam cum fallentiis, videl. *n.69. & seq. vsq; ad num.95.* | 10 ponit casus 17. in quibus præsens, & tacens sibi præiudicat, & *n.95. vsq; in fin.* ponit 9. casus, in quibus præsens, sciens, & tacens sibi non præiudicat. † Amplia in Episcopo, qui prætendit quartam in legato Hospitalis; quia si consentit applicationi legati ad ipsum Hospitale, censetur remisisse ius quartæ sibi debitæ. Bald. *cons.160. Quidam in morte, in fin. lib.5.* † Declara, nisi contrarium appareat, vt quia fieret actus contrarius per metum iustum, & faciens talem actū protestatus fuisset. Gemin. *d.cons.15.n.10. ver. super secundo, vsque ad n.13.* † Amplia, quia renunciatio tacita, quæ inducitur per negligentiam, fortius præiudicat, quam expressa. Ias. *in l. si constante, nu.157. ff. solut. matrim.* † Et ideo si possessio occupata est, & dominus adiectus abstinet ab ea, per negligentiā perdit; quia timore non audet accedere. Abb. *c.olim, el terzo, de restit. spol.* † Extende; quia tacita renūciatio plus operatur, quam expressa; ideo licet curatus non possit renunciare beneficio suo expresse sine superiore, bene potest tacite secundum incompatibile tenendo. ita gl. *d.c. exore, in ver. renunciasse, de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* quam ibi sequitur Ant. de Butr. Anch. Abb. & multi. † Cōtrarium, quod imo non valeat sine superiore tacita, sicut neque expressa renūciatio, Io. de Im. *d.c.exore, n.20. ver. in ea gloss.* vbi dicit* communē. *de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* vbi dicit forte procedere, quando solū esset quæsitū ius ad rem, prout *in d.c.exore, in ver. quia vero.* secus si in re. † Extende idem in tacita, quæ inducitur à lege; quia magis præiudicat, quam expressa. Ias. *in l. si emancipata. C. de iur. & fact. ignor. n.3.* † Amplia; quia ille, qui agnoscit legatum simpliciter, cēsetur acceptare onus legati, & sibi præiudicare in iure suo, quādo illud onus iniunctum erat validum, & à iure non improbatum. Bald. *cons.161. Quidam Mecus, per tot. lib.5.* alias secus. † Amplia, quia qui participat de pretio rei suæ vēditæ, censetur renūciare. † Amplia, quia, qui interuenit in diuisione duorū fratrū, quorum erat creditor, si fuit delegatus vni, vt quia ratio eidē fuit assignata, & fuit præsens, & tacuit rogando se de instrumēto diuisionis, debet agere contra eū, cui creditū fuit assignatum. Cuman. *cons.8.* † Amplia in hærede instituto valide in vno testamēto, & inualide in alio testamēto nullo; qa si adit hæreditatem ex testamento nullo, censetur renūciare hæreditati ex valido. *l. Clodius. ff. de acq. hared.* vt ibi per Bart. qui declarat, qualiter p̄cedat. † Extende maxime, q̄n hæres processisset in iudicio vigore talis testamenti nullius; quia bene tūc sibi p̄iudicat ex alio testamento valido; & idem si fingeret errorē heres. Bald. *cons.142. Quæritur an frater. lib.2. in pr.* † Amplia, quia rei iudicatæ tacite censetur renunciatū, si habens eam patitur super ea discuti, & aliis modis. Vide, *Rei iudicatæ quando censeatur renunciatū, vel non. Concluſ.270.* † Amplia; quia is, qui petit terminum ad soluendum cōtenta in laudo, vel sententia, censetur renunciare appellationi; vel reductioni. Rom. *cons.9. Quod pars condemnata, in fin.* vbi apostill. *in ver. beneficium*, dicit esse verum quoad interpositam appellationem, quoad interponendam non decidit. † Extende, multo magis, quando appellans condemnatus post appellationem spōte soluit; quia approbat sententiam. Bald. *cons.233. Renūciatio non valuit, lib.4.* † Extende multis modis, de quibus *in ver. appellationi an, & quando possit renunciari. Concl.387. n.1. & seq.* Vide, *Sententia quando, & ex quibus dicatur approbata. Concl.182.* † Amplia; quia dominus emphyteusis habens facultatem expellendi emphyteutam propria auctoritate, si adeat iudicē pro licentia, videtur renunciare p̄priæ facultati, ita vt non possit redire ad p̄priam facultatē. Ias. *in l.2.n.114. C. de iur. emph.* † Restringe, nisi fuerit p̄testatus, quod adire volebat sine præiudicio suæ facultatis. Ias. *d.l.2.nu.114. ver. istud tamen limito.* † Oppone; quia habēs facultatem propria auctoritate capiendi bona in solutum si adeat iudicem pro executione conuentionis, non videtur in forma iudicii, neq; velle iuri suę facultatis renunciare, sed vtbanius agere. Anch. *cons.343. Præmitto in facto, in pr.* † Declarat Ias. *d.l.2.n.115. C. de iur. emph.* Amplia, † quia inducitur renunciatio prioris contractus ex secundo contractu innouante, vel contrario primo. Alex. *cons.122. in prin. lib.4.* Crau. *cons.257. n.5. ver. nono nunquam.* Vide, *Nouatio quid sit, & de multiplici nouatione. Concl.116.* † Amplia in contrariis remediis; quia eligens vnum de contrariis censetur renunciare alteri contrario. Crau. *cons.626.n.7.* † Restringe, quando simul plura contraria proponuntur; quia censentur sub cōditione, & sic alternatiue proposita. Crau. *cons.678. n.6. ver. non obstat.* † Restringe, q̄n pars aduersa impugnauit; quia tunc non tolluntur ista remedia per electionem. Crau. *d. cons.678. n.7. ver. secundo principaliter.* Amplia † in eo, qui sciēter rem suam cōducit ab alio animo, quod præcedat contractus alienationis, vt in casu Fulg. *cons.5. col.4. ver. superest ergo, vsq; in fi.* † Limita; quia prætendens succedere ab intestato si recipiat cessionem iurium ab eo, qui habet ius ex testamento, non propterea censetur renūciare iuri suo ab intestato. Bald. *cons.468. Quidam Titius, in fi. ver. & si dicta vxor, lib.1.* † Extende; quia agnatus, ad quem spectat feudum post mortem vasalli, quia fit antiquum, si acceptat renūciationem feudi à vasallo factam; quia nouam inuestituram accepit in præiudicium agnati, non censetur renunciare iuri suo post mortem renunciantis cōpetituro, sed acceptare, vt anticipet ius suum viuente vasallo. Castr. *cons.425. Ponitur in facto, circa fi. ver. tertio, & vltimo, lib.2.* † Limita, quia renunciatio tacita non tantum operatur, quantū expressa. Crau. *cons.200. n.8. & seq.* † Extende; quia nō operatur vltra, quam factum se extendat. Castr. *cons.65. Viso quodam libello, nu.3. ver. tertio in quantum, lib.1.* † Limita; quia renunciatio tacita non inducitur ex actu inferente, quando actus necessario non inducit renunciationem; quia si potest alia sumi interpretatio, non inducit renunciationem. Crau. *cons.747. n.17. v. tertio respondetur*, vbi *n.15. & seq.* ponit plura exempla. Dec. *cons.21.n.76. lib.1. & cons. 52.n.23. lib.1.* vbi dicit* communem. idem Dec. *in c. cum accessissent, de constit. n.90. & 91.* vbi apost. *in ver. capi potest.* † Et sufficit, quod ex alia causa possit actus dici factus; ideo vendens ex metu, licet recipiat pretium sponte, nō purgat metum; quia necessario hoc non infertur, cum potuerit illud recipere, vt ex metu minus damnum patiatur. Bart. *in l. penult. ff. de cond. ob turp. caus.* sequitur Aret. *cons.14.n.7.* Soc. Iun. *cons.77.n.69. & seq.* Crau. *cons.747.n.16.* vbi alios citat. † Extende maxime in actu non momentaneo, sed successiuo. Decian. *cons.21.n.76. lib.1.* † Limita; quia vbi alia coniectura, quam renunciationis iuris proprii, potest sumi, nunquā præsumitur renunciatio, plura exēpla ponit Crau. *cons.747.n.14. & 15. cū seq. & cons.678. in fi.n.9.* † Extende; quia in dubio nō præsumitur renunciatio iuris proprii. Crau. *cons.678.n.3. & cons.257. n.5. ver. nono nunquam.* † Extende, quando pars aduersa impugnauit. Crauett. *d. consil.677. num.8. & seq.* † Extende; quia non infertur necessario, prout si filia acceptat legatum dotis, quo

debet

debet esse contenta, non præsumitur renunciare fideicommisso
sibi relicto in casu contrauentionis hęredis; quia non contrariatur, quia est ex eodē testamento. Cast. *consil.* 301. *Videtur dicendum.*
52 *n.* 2. *l.* b. 1. † Et is, qui submittit se gratiæ, vel misericordiæ, aut vo-
luntati sui aduersarii, non dicitur renunciare iuri sibi competē-
ti, quia ista verba habent tacitam protestationem. Abb. *cap. ve-*
53 *niens de renunc. n.* 5. † Extende; quia renuncians instrumento non
censetur renunciare credito contento in instrumento, sed po-
54 tius probationi ex instrumento. Decian. *consil.* 113. *n.* 20. *lib.* 3. † Idē
in eo, qui tradidit suas litteras beneficiales, vt submittat se misē-
ricordiæ aduersarii, quia non renunciat iuri suo. *c. sane*, vbi Abb.
55 *n.* 4. *de renunc.* plenius *in c. veniens, eod. tit. in fin. & n.* 5. † Contrarium
supra in princ. quia sola reuerentia præstita Prælato per eum, qui
habet ius in Prælatura, inducit renunciationem iuris propri, *c.*
56 *ex ore de iis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* † Declara, vt plene Hen-
tic. Boich. *d. c. ex ore, de iis, quæ fiunt à maiori par. e Capit.* vbi plene di-
stinguit plures casus, quando agitur de reuerentia præstita Prę-
lato Prælaturæ, in qua ius prætendit, & tunc si actus est conclu-
dens necessario contra ius suum, illi renuncia ur, alias non, si a-
gitur de consensu superioris erga inferiorem, non præiudicat in
57 ius, quæ ius publicum respiciunt. † Declara; quia debet reuerē-
tia, vt præiudicet, esse simplex, non autem nocet, si esset cū pro-
testatione, vt per Abb. *c. olim, el terzo, de restit spol. n.* 9. vbi, quod
protestatio requiritur, quando actus politiuus interuenit, alias
58 non. † Et dicitur facta protestatio, si verba hoc important, veluti
si quis remittit se ad gratiam, vel me se icord ā alterius, ista verba
dicuntur habere implicitam protestationem, si non sequitur gra-
tia, vel misericordia, ita Ant. de Butr. ex mente Innoc. & Host.
quos citat *in c. veniens, de renunc. n.* 19. *in fi.* Abb *n.* 4 *circa fin. & nu.* 5.
* Card. Zabar. *n.* 2. *col.* 2. *ver. tertio oppono, & n pr.* dicit *communem.
59 † Item dicitur facta protestatio, vel non est necessaria, quando
quis sponte facit reuerentiam non simpliciter, sed solum in vni-
co actu; quia extra illum actum non sibi præiudicat, quando a-
ctus est vniuersaliter contrarius, & fumus in iis, quæ tractum
temporis successiuum habent. Alex *cons.* 33. *in prin. & per tot. lib.* 5.
60 late Deci. *c. cum acceßissent, n.* 85. *ver. tertio limita, de constitut.* † Item,
si præstetur reuerentia cum cautela prætenso Prælato, vel asser-
to, seu asserenti se Prælatum; quia tunc illa reuerentia dicitur cū
protestatione; quia illa verba, *asserto, prætenso, &c.* non fatentur
simpliciter Prælatum, & præseruatur ius. Abb. *d. c. ex ore, n.* 5. *de iis,*
quæ fiunt à maior part. Capit. & in c olim, el terzo, de restit spol. nu. 8. &
9. Vide, *Præsentia, & patientia operatur consensum, & alia, & quando*
secus. Conclus. 603. Vide, *Scientia, & patientia inducit consensum. Con-*
clus. 69. Vide, *Priuilegium quando perdatur per actum contrarium, vel*
non. Concl. 756. Vide, *Tacitus consensus præiudicialis ex quibus induca-*
tur. Conclus. 4.

Renunciationes iuris proprii factæ quando stricte, & quando large interpretentur. Conclus. 180.

1 REGVLA † est, quod renunciatio iurium stricte debet intelli-
gi, & ad limites verborum; quia non veniunt, nisi expressa.
Cald. *consil.* 5. *de præben.* quod est in ordine 226. Zabar. *consil.* 120.
Titius. late Dec. *consil.* 379. *nu.* 2. incipit, *Requisitus pro cons.* Parif. *con-*
sil. 110. *Promißio, n.* 96. *lib.* 1. *l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.* Dec. *cons.* 452.
Visa instructione, n. 21. *& seq. vsq; in fin.* Corn. *cons.* 40. *n.* 9. *col. pen. in fi.*
2 *ver. nec obstat quartum, lib.* 4. † Parif. *consil.* 49. *num.* 39. *in fin. cum seq.*
lib. 3. allegat Roman. *consil.* 168. *Circa primum*, vbi plena apostill. 1.
in ver. persona, citat plurimos concord. Decian. *consil.* 33. *nu.* 46. *lib.*
1. *& consil.* 45. *num.* 11. *lib.* 2. plenius *consil.* 52. *num.* 23. *ver. decimo con-*
siderandum, lib. 1. vbi, quod in dubio semper est pronunciandum
contra renunciationem; quia stricti iuris est, & *consil.* 21. *num.* 75.
3 *lib.* 1. vbi, quod expressa etiam restringitur. † Et hæc regula gene-
ralis est, quod in tantum est stricti iuris renunciatio, quod non
extenditur de vna persona ad aliam, nec de iure prouenienti ex
vna causa ad aliam. Dec. *consil.* 229. *Proponitur, ver. secundo quia agi-*
tur. num. 2. *in fin.* Socin. *consil.* 50. *Viso instrumento, lib.* 1. text. *in l. si do-*
mus, & ibi Bartol. *ff. de seruit. vrba. prædio.* & quod non extendatur,
nisi ad expressa; quia est stricti iuris, Decian. *consil.* 21. *num.* 75. *lib.*
4 1. *& consil.* 45. *num.* 11. *lib.* 2. *& consil.* 19. *num.* 46. *lib.* 3. † Ideo renun-
ciatio hæreditati paternæ non extenditur ad fraternam. gloss.
** communiter approbata *in l.* 1. §. *veteres. ff. de acquir. hæred.* Ratio
5 † est; quia in dubio quis non censetur renunciare iuri suo. *cap.*
super hoc, de renunciat. Bald. *in l. fin. in fin. C. de edict. diui Adrian. tollen.*
& in l. 1. *in vlt. not. C. eod.* Imol. *consil.* 49. *In casu præmisso, in fin.* quia
renunciatio est donatio, quæ non præsumitur. Decian. *consil.* 43.
num. 32. *vb.* 3. latius *consil.* 3. *num.* 142. *lib.* 1. vbi, quod renunciatio est
donatio, & dilapidatio, quæ nunquam præsumitur. † Item, quia
renunciatio intelligitur rebus sic stantibus, & non trahitur ad
ea, quæ superueniunt, Curt. Sen. *consil.* 48. *Memoriæ recolenda, nu.*
41. Dec. *consil.* 352. *Viso puncto, col. penult.* Vide supra *Conclus.* 173. v-
bi, quod non comprehenditius de futuro. † Item, quia renun-
ciatio ex vna causa limitata non extenditur ad aliam. *l. cancelle-*
uerat. ff. de iis, quæ in testam. delen. quia est stricti iuris. *l. tres fratres. ff. de*
pact. l. si ex pluribus. ff. de solutio. † Et non extenditur, neque com-
prehendit vltra, quam verba sonent. *cap. plane*, vbi gloss. penult.
in fin. *de renunc.* Card. *consil.* 30. *in fin.* Dec. *consil.* 379. *num.* 3. Parif.
consil. 49. *num.* 59. *& seq. lib.* 3. † Restringe tamen, quando renun-
ciatio esset iurata, quia late interpretatur. Decian. *cons.* 39. *num.*
87. *lib.* 2. † Amplia; quia renunciatio de non succedendo etiam
iurata non includit successionem ex testamento. Oldrad. *consil.*
294. *Vltra iam dicta, per tot.* Bald. *consil.* 87. *Quoniam remittit, in prin-*
cip. & consil. 83. *Super primo, lib.* 2. † Renunciatio facta per filiam
dotatam bonis paternis non excludit eam à fraternis, etiam
quod frater successerit patri, Mandel. *Consil.* 7. *num.* 16. vbi dicit
*communem, & esse sine difficultate. Dec. *consil.* 687. *num.* 6. &
consil. 419. *Viso eleganti, in fin.* gloss. * communiter approbata *in l.*
1. §. *veteres. ff. de acquir. poss. ff.* † Et quoties quis habet plures vias
succedendi, puta, patri, & fratri, aut ex successione ab intestato,
vel ex testamento, aut per directam successionem, vel per obli-
quam; tunc si renunciat ex vna quantumcunque generaliter,
non sibi præiudicat ex alia. Castrens. plene *consil.* 395. *Videndum,*
in fin. lib. 1. † Extende, vt procedat etiam in sententia prohibente
filiam petere hæreditatem patris; quia non prohibetur petere
hæreditatem fratris, qui patri successerat. Alexand. *in l.* 1. §. *vete-*
res. num. 8. vbi Socin. *nu.* 3. & alii * communiter. *ff. de acquir. poss. ff.*
l. si is, qui hares. in princ. ff. de except. rei iud. l. hæreditas materiera, vbi gl.
& Doct. *C. de pet. hæred.* † Et est generale, quod renunciatio facta
hæreditati paternæ non se extendit ad fraternam. * gloss. com-
munis *in l.* 1. §. *veteres. ff. de acquir. possess.* Ang. *consil.* 52. *in prin.* Curt.
Iun. *consil.* 101. *num.* 6. plene Roman. *consil.* 168. *Circa primum*, vbi
prima apostill. *in ver. persona*, citat plurimos concord. † Extende
in prohibitione testatoris facta, vt filia sit contenta legato, & ni-
hil vlterius petere possit; quia non excluditur à petitione hære-
ditatis fraternæ sibi debitæ ab intestato, vel alias. Mandel. *consil.*
7. *num.* 14. *& seq.* qui dicit prohibitionem illam stricti iuris esse, &
stricte intelligendam. † Extende; quia si filiæ legatur dos cum
clausula, quod plus petere non possit, etiam quod acceptauit
legatum, si modo renunciauit expresse, vel non extat statutum
excludens, non prohibetur petere supplementum ex persona
sua. Mandel. *d. consil.* 7. *num.* 14. *& seq.* † Restringe; quando verba
sunt facta à renunciante tempore, quo iam filio erat delata; quia
ex quo non potest aliter verificari, tunc excluditur filia renun-
cians, etiam si esset effecta fraterna, late Dec. *consil.* 265. *num.* 4. &
per tot. vbi tollit omnia contraria. † Amplia; quia renunciatio
facta per mulierem de omnibus legatis, & relictis in testamē-
to, non includit legatum dotis, nisi nominatim de dote fiat mē-
tio in renunciatione. Fulg. *consil.* 139. *Ad id, de quo quæritur.* sequitur
Iaſ. *consil.* 4. *colum. penult. ad fin. lib.* 3. † Extende; quia libe-
ratio & quietantia generalis facta per mulierem hæredibus
mariti de omnibus legatis, & prælegatis ipsi mulieri in testa-
mento mariti factis non comprehendit legatum dotis, nisi
nominatim de dote fiat mentio in renunciatione. Fulgos. *con-*
sil. 139. *Ad id, de quo quæritur.* sequitur Iason *consil.* 4. *colum. penult.*
ad fin. lib. 3. † Amplia; quia renunciatio facta cum suppositi-
to, quantumcunque generalis sit, non extenditur extra sup-
positum; ideo si narretur, quod pater dotauit filiam in 300.
& instituit filium hæredem, & filio substituit matrem pupil-
lariter, & filia cum ista narratiua renunciet omni successio-
ni paternæ, fraternæ ac legitimæ sibi debitæ, si non est ve-
rum, vel non apparet testamentum narratum cum substitu-
tum, vel non apparet testamentum narratum cum substitu-
tum, verba generalia non operantur in aliquo. Bar-
tol. plene *consil.* 90. *Dilecto domino, num. tertio, ver. super quar-*
to, & numer. 4. *&* 5. *lib. primo.* quia, vt inquit Bartolus, alias
induceretur contrarietas, & deceptio, & consensus ad i-
gnorata traheretur. † Extende, vt procedat, etiam si re-
nuncians cum iuramento promisit omnia, & singula nun-
habere, non contrafacere, neque contrauenire ratione mi-
noris ætatis, & ex quacunque ratione, vel causa; quia ad-
huc restringitur ad id, quod fuit suppositum, videlicet re-
stamentum. Bartol. *dict. consil.* 90. *num.* 6. *ver. secundo infurgit, lib.*
1. vbi apostill. *in ver. refutationem.* † Extende, vt procedat, quia
narrata inter partes de testamento, & substitutione non pro-
bant, quod ita sint facta, maxime quando adest dictio, vt dicitur,

vulg.

vel vt asseritur apparere; quia partes non affirmant, imo dubitant.
23 Bart. *d. cons. 90. n. 6 & 7. ver. hoc idem, lib. 1.* † Extende, etiã si in narratiua non essent illa verba, *vt asseritur*, quæ non affirmant, quia ad uim illa promissio, prædicta omnia attendere, cum iuramento nõ obligant, nisi ad dispositiua verba, & ad enũciatiua de præsenti, quæ potuerunt in contractu fieri, non autem ad enunciatiua de præterito inter alios, & quæ tempore instrumenti non potuerunt fieri. Bar. plene *d. cons. 90. n. 8. ver. secundo modo respondeo*, vbi, quod iuramentum non extenditur vltra consensum, & ideo non
24 obligat, *lib. 1.* † Amplia; quia vxor renuncians hypothecæ in bonis venditis per maritum, non censetur renunciasse in aliis bonis, q̃ remanserunt. *l iubemus C. ad Velleia.* Castr. *cons. 71 Breuiter, lib. 1.* vbi idem dicit in filio renũciante hypothecæ ex dote matris in bonis venditis per patrem, vt quoad alia bona obligata non extendatur, sequitur Ias. in *l. si vnus §. ante omnia. ad Sc. ff. de pact.* Petrus Gerar-
25 dus de Petra sancta *sing. 52. Tenementum.* † Amplia; quia rapta, quæ lucratur partem bonorum raptoris, licet consentiat matrimonio cum raptore, non perdit partem bonorum lucratam, nec censetur illi renunciare. Fed. de Sen. *cons. 36. in fi. ver. facit ad hoc*, vbi, quod hoc procedit de iure Canonico, secus de iure ciuili,
26 quod nõ attenditur circa accessoria ad spiritualitatem. † Amplia; quia renuncians iuri suo ex vna causa non extenditur ad aliam; quia prouisio facta in vno casu non extenditur ad alium casum. Alex. *cons. 126. Visis iis, n. 6. ver. tertio ostendo*, vbi loquitur de conductore renunciante beneficio inquilinorum in casu venditionis, vt non procedat in alio casu, *lib. 5.* Rom. *cons. 168. Circa primum, n. 2. c. cum inter. de renunciat.* Deci. *cons. 229. Proponitur, ver. secundo quia*
27 *agitur.* Soci. *cons. 50. Viso instrumento, lib. 1.* † Et renuncians fideicommisso, & iuri suo ex vna causa non censetur ex alia renunciare.
28 Aneh. *cons. 291 Super pluribus, n. 7.* † Amplia; quia renunciatio facta per pactum non extenditur ad ius substitutionis de futuro; quia talia iura ex repudiatione solent abdicari. Castr. *cons. 86. Dubitatio*
29 *vertitur, lib. 1. n. 5. ver. secundo loco videndũ cum seq* vbi late. † Extende, quia imo renunciatio facta expresse substitutioni factę, in qua renuncians substituebatur vti institutus in re certa post mortem hęredis vniuersalis; quia non habet locum, si hæres vniuersalis repudians facit esse locum iuri accrescendi; quia non obstante renunciatione potest succedere. Castr. *d cons 86. n. 5. & seq.* vbi est casus
30 consilii, *lib. 1.* † Amplia; quia renuncians bonis paternis non dicitur renunciare bonis patris, quæ fuerunt effecta fraterna; quia nõ trahitur talis renunciatio ad commixta. Bald. *cons. il. 47. Casus talis est, D Andriolus, in fin. ver. rursus dicet aliquis, lib. 1.* Angel. *consil. 52. per tot.* Curt. Iun. *cons. 101. n. 7. & seq. per tot.* Rom. *cons. 168. in prin.* vbi apostilla plenissima in *ver. persona.* Deci *d. cons. 229. n. 2. in fi. ver. secun-*
31 *do, quia agitur.* vbi apostil. in *ver. fratri.* † Extende idem in renunciatione facta per filiam de bonis paternis; quia non includit bona, quæ à patre obuenerunt sorori; quia dicuntur sororis, & renũciatio fr̃i elligitur de bonis immediate paternis. Bald. *cons. 48. Ex verbis, lib. 2.* Rom. *cons. 168. in pr.* qui idem dicit in filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, vt nõ excludatur à successione fratris,
32 licet sint bona in hæreditate fratris, quæ erant patris, & apost. in-finitos alleg. † Amplia multis casib⁹ quibus filia dotata renunciãs bonis paternis non censetur renunciare substitutioni ad sui fauorem factæ per patrem. Bald. *cons. 192. Casus talis est, Ser Leonardus, in*
33 *fi. ver. non obstat, lib. 1.* † Et renuncians omni iuri, quod habet in bonis Titii, non censetur renunciasse bonis feudalibus, & emphy-
34 teuticis. Soci. *cons. 74. n. 4. & 5. lib. 3* † Amplia; quia renunciatio facta per filiam bonis paternis occasione dotis, & quocumque alio iure, & titulo non comprehendit, nisi bona cessa, & accessoria ad eadem, non autem ampliant ista verba renunciationem ex alia causa. Bald. *d. cons. 37. Quoniam re melius. nu. 1. in fi. & n. 2. ver. & si bene*
35 *aduertatur. lib. 2.* † Amplia; quia renunciatio iurata facta per matrem de non succedendo filiæ, & è contra non præiudicat, imo aperit viam succedendi auo, & auiæ maternæ; quia iudicatur de persona renunciantis, ac si esset mortua. Castr. *cons. 300. lib. 1.* Am-
36 plia; † quia cedens omne ius sibi competens in bonis paternis, & quæ competere possunt, intelligitur solum renunciare iuribus competentibus in vita patris, non in morte; ideo si pater instituat filiã quæ renunciauit, hæredem, capere poterit ex testamen-
37 to. Bald. *d. cons 38 Super primo, in prim. lib. 2.* † Extende; quia renunciatio generalis facta de omni eo, quod filia petere posset in bonis ex hæreditate paterna, non comprehendit emphyteusim recep-
38 tam ab Ecclesia per patrem. Alex. *cõs. 22. n. 10. lib. 5.* † Amplia; quia patet consentiens filio donanti bona, in quib. pater habet vsumfructum, non censetur renunciare vsufructui; quia satis est, quod consensus operetur respectu proprietatis. Pet. de Anch. *cons. 106.*
39 *Dubitatur*, vt infra in punc. † Amplia, quia renunciatio generalis

successioni paternæ non se extendit ad alias successiones. Bald. *cons. 408. Super eo, quod circa med. ver. aduertendum tamen, lib. 4.* † Amplia in filio primi matrimonii, cui patet minus reliquit, quam nouercæ; cum clausula, quod plus petere nõ possit; quia licet agnouerit legatũ, & quietauerit renuncians plus nõ petere iuxta legatum; tamẽ nõ censetur renunciasse beneficio *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* quia qui renunciat iuri suo ex vna causa, nõ cen̄tur renunciasse iuri suo ex alia causa. Bal. *cons. 161. Quidã Mecus, ante med. ver. præterea quæries, & per tot. lib. 5.* † Amplia; quia mater renuncians cum iuramẽto successioni filii nõ præiudicat, q̃n auus maternus, & auia materna succedant; quia renunciatio operatur, ac si mater non esset in medio. Castr. *cons. 105. Super primo, lib. 1.* † Extẽde; quia filia renuncians successioni patris, vel matris non nocet nepotib⁹ ex filia prædicta. Castr. *dict. cons. 165. circa med. lib. 1.* † Amplia; quia spoliatus vendens spoliatori bona, quibus fuit spoliatus, nõ censetur renunciasse damnis, & interesse passis ex spolio. Bald. *consil.*
491. *Inter Marchiones. n. 4. lib. 5.* † Amplia; quia si filius habita potione à parte renunciat cum iuramento successioni paternæ, licet præiudicet filiis suis, ita quod mortuo auo, si ipse renuncians viuit, non possunt venire ad successionẽ; tamen secus est stante statuto, prout Bononiæ, quod stantibus filiis, & aliis liberis masculis filiæ dotatæ non succedant; quia nepotes etiã viuo patre renunciante, & exclusi succedẽt ex ꝓpria persona exclusa dotata. Ang. Aret. *cons. 33. Videtur dicendũ.* † Amplia, quia vxor renuncians alimentis sibi relictis non censetur renunciare alimentis sibi debitis ex alia causa. Ang. *cons. 166. Si testator legat, in fi.* † Extende, vt procedat, ẽt si verba includerent quæcũque alimenta, si constaret de errore, quia erronea confessio non nocet, sed potest reuocari, nisi super ea sit pronunciatũ. Ang *d. cons. 166. in fi.* † Amplia; quia fratres diuidentes feuda, & promittentes sibi inuicẽ de euictione, & renunciantes omni iuri sibi cõpetenti, & q̃ habere sperant, non censentur renunciare successioni feudali in euentũ, quod aliquis moriatur sine descendentibus. Franc. Aret. *cons. 3. In Christi nomine, Amen, consultatio præmissa.* † Amplia idem in diuisione bonorũ facta inter fratres, in qua renunciarunt omni iuri tam præsenti, quam futuro, quia non censetur renunciatum fideicommisso conditionali de futuro. Vide, *Diuisio an præiudicet, &c. Conclus. 543.* † Amplia, quia vasallus agnatus, ad quem feudum est perventurum, quia antiquum, si acceptat resignationem feudi factam ab eo qui accepit inuestiturã de feudo nouo in præiudiciũ agnatorum, tanquam esset de uolutum, nõ censetur prejudicare iuri de futuro sibi competituro, sed potius anticipare ius competens resignanti. Castr. *cons. 425. circ. fi. ver. tertio. & vlt. lib 2.* † Amplia, quia renunciatio generalis in dubio respicit solemnitates, non ius partis, specialis vero continet modicam, non autem enormem læsionem. Bologn. *in addit. ad cons. 16. Io. de Anan. n. 15. ver. condescendo, vsque in fi.* † Et quid operetur renunciatio generalis facta in contractu post renunciationes speciales, Bart. in *l. sed & si quis. §. quæsitum ff si quis cautio.* Dyn. in *reg. contractus de reg. iuris, in 6. ad fi.* Guido Pap. *decis. 367.* Vide, *Clausulæ exequutiuæ. Conc. 312.* Vide, *Clausulæ renunciationum, &c. Concl. 307.* † Et quod clausula generalis renunciationis comprehendat solum casus similes expressis, non autem maiores. Deci. *cons. 27. n. 5.* & solum veniant ea, quæ sunt verisimilia. † Limita, nisi renunciatio sit iurata, quia tunc ratione iuramenti efficitur fauorabilis, vt extendatur ad euitandum eririum, ita Decian. *cons. 39. n. 87. lib. 2.* † Contrarium, quia iuramentum sequitur naturã act⁹, cui interponitur. † Limita, quia renunciatio facta simpliciter hęreditati paternæ, & maternæ, intelligitur tam ab intestato, q̃ ex testamento. gl. in *l. 1. § sed videndum, in ver. succedat. ff. de succes. edict.* Bal. in *l. 1 col. 2. ver. ex prædictis. C. quando non pet. partes.* † Contrarium quod renunciatio facta per filiam hæreditati paternæ, & maternæ etiam cum iuramento in manibus patris, licet valeat, & seruanda sit propter iuramentum *cap. quamuis*, vbi glos. & Doct. *de pact. in 6.* tamen intelligitur solum de successione ab intestato, adeo quod si hæres instituatur, vel fiat sibi legatum à patre, consequi poterit. Bal. in *l. fin. C. de pact.* † Extende, quia requiritur clausula, *visis*, quando adest iuramentum. Alex. *cons. 11 colum. 4. lib. 2.* Corn. *cons. 6. In hac col. 3. in fi. lib. 1. & cons. 240 Bonauentura, col. pen. in fi lib. 2* Soci. *cons. 103. In casu conuentionis, col. fin. lib. 3* Deci. *cons. 345. Visis col. 1.* late Roland. à Val. *cons. 13. num. 27. & seq.* vbi pro vtraque parte, vbi; quod si in specie est iuratum super hoc, *libr. 1.* † Limita, quando verba generalia non possent aliter operari, vel verificari, quia tunc renunciatio, vel prohibitio generalis trahitur ne dum ad illud, quod debetur ex persona sua sed etiam ex persona alterius. Bal. in *l. liberti, n. 34. ver. si autem res est in obscuro. C. de oper. libert.* Rui. *cons. 79. num 8. lib. 2.* & Franch. *decis. 307.* Mant. *de coniect. vltima. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 25.* † Declara tamen,

tamen, quia hæc coniectura, quod verba non debeant esse superflua, dicitur tenuis, & infirma. Alciat. *in l. 3. nu. 3. ff. de legat. 1.* Vide, *Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua, &c. Concluſ. 85.*

60 † Contra reſtrictionem tenet Natt. *conſ. 186. n. 6.* quia verba nihil operantur, & potius ſuperflua eſſe permittuntur, quam quod legatum, reddatur inutile, vt quia plus oneris continet, quam lucri, 61 ideo erit eluſorium. † Declara, vt per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib 10. tit. 2. n. 25. & ſeq.* vt ſi verba non poſſunt operari aliter, operentur tamen. Vide, *Legatum factum creditori non præſumitur animo compenſandi, & quando ſecus. Concl. 141.*

Renunciatio facta per filiam dotatam quando valeat, vel non, & ad quæ ſe extendat. Concl. 181.

1 VALET † renunciatio facta per filiam dotatam quoad hæreditatem fratris, ſi eſt iuramento vallata, *c. 2. de pact. in 6.* Petr. de Anchar. *conſil. 21. Pro ſolutione, in fin. verſ. vltimum dubium*, & hoc maxime procedit, etiam ſi allegat læſionem, quia mortuo poſtea patre plus debuiſſet conſequi, & eſſet læſa; quia cum ius eſſet in ſpe mortis patris, & non radicatum, non auditur ſuper tali læſione. Grammat. *deciſ. 101. n. 74. ver. non obſtat.* allegat Rip. *lib. 3. reſponſ. 2 c. 15. verſ. non obſtat itaque, titu. de donation.* † Declara, ſi modo ceſſat fraus, & metus. Bald. *conſ. 148. In caſu propoſito, n. 7. ver. ſequitur quartum, lib. 1.* Ang. Aret. *conſ. 39. In hac cauſa, n. 18. & ſeq. per tot. verſ. ſed tamen iis non obſtantib.* † Extende, vt valeat etiam renuntiatio hæ- 3 reditatis paternæ, & maternæ facta per filiam dotatã cum iuramento, quando dos aſcẽdit ad legitimas portiones, quibus renunciauit. Bald. *conſ. 148. num. 8. verſ. modo reducendo, lib. 1.* Bart. *conſ. 6. Viſo teſtamento, num. 4. in fin. & n. 5. ver. tertio videtur obſtare, lib. 1.* vbi apoſtill. Bernard. Landria. *in ver. renunciatio, in princ.* dat plurimos concord. & extendit, etiam ſi filia renuncians eſſet minor 25. annis 4 propter iuramentum. † Amplia, vt etiam valeat renunciatio filii, cui eſt aſſignata legitima, ſi eſt iurata. Bald. *d. conſil. 148. num. 7. verſ. ſequitur quartum, lib. 1.* vbi, quod licet ſit incerta legitima, poteſt ſuper quantitate tranſigi. Caſtr. plene *conſil. 419. Viſo puncto, lib. 2. in prin.* vbi tollit contraria, & loquitur, quando eſt repudiatio ante aditionem factam, quia non minuitur patrimoniũ renuntian- 5 tis. † Extende in tantum, quod nondatur læſio, neque reſciſſio, licet pater poſt renunciationem multa acquiſiuerit, ex quo potuit etiam minuere patrimonium. Angel. *conſil. 223. Caſus talis eſt,* 6 *in fin. ver. reſtat.* † Amplia; quia valet renunciatio facta per filiam dotatam de bonis paternis, & maternis, etiam ſi dos non aſcẽdat ad portiones, quibus renunciauit, quando eſt dos congrua ſecundum ſtatutum, & filia iurauit. Bald. *d. conſil. 148. num. 8. ver. modo reducendo, lib. 1.* Caſtren. *d. conſil. 419 in princip. lib. 2.* † Et idem, ſi filia 7 dotata renunciauit cum iuramento hæreditati materne, quia valet, *l. quæritur, §. ſi venditor. ff. de ædil. edict.* Crauet. *conſ. 290. col. 6. verſ.* 8 *non obſtat.* Bart. *d. conſ. 6. num. 5 lib. 1.* † Extende; quia talis renunciatio comprehendit etiam bona emphyteutica, & feudalia, quando ſunt hæreditaria, ſecus, ſi in ſolos deſcendentes deuenire debent. Bald. *d. conſ. 437 in fin. num. 3. ver. ſequitur itaque, lib. 1.* Anchar. 9 *conſ. 433. Poſtquam iſta domina per tot.* † Et talis renunciatio, quatenus ſit valida, facta patri operatur, quod ſuccedent etiam filii ex alio matrimonio eiuſdem patris cum filiis ex vtroq; parente filio 10 renunciantis. Fulg. *conſ. 204. in fin.* † Item operatur, quod licet filia, quæ valide renunciauit ſucceſſioni matris, vel patris cum iuramento, ſit præterita, non poteſt tamen dicere teſtamentum nullum. Bart. *conſil. 6. Viſo teſtamento, num. 5. lib. 1.* vbi Bernard. Landr. in apoſtill. *in ver. renunciatio*, dat concord. *in princip.* & dicit concluſionem firmam, & veram. † Amplia; quia ſi filia renunciauit cum 11 iuramento ſecundum formam *cap. quamuis, de pactis, in 6.* hæreditati paternę, & non haberet regreſſum ad bona paterna, licet Rota Romana *in deciſion. Biſign. vltim. de pactis*, quæ duplicatur *in antiquis deciſ. vlt. de pactis*, recitet opiniones, quod ſi pater decedat ab inteſtato, ipſa ſuccedet cum aliis deſcendentibus, non obſtante renunciatione, quia tacite videtur pater decedens ab inteſtato relinquere proximioribus, *l. conſiciuntur. ff. de iure codicill.* ſicuti ſuccederet, ſi eſſet inſtituta, tamen in fine tenent alii domini contrarium, quod ex quo generaliter renunciauit, & ad inſtantiam patris, cenſetur pater perdurare in eadẽ opinione tempore renunciationis, & hanc vltimam partem videntur approbare, prout ét Gemin. *in d. c. quamuis, de pactis. in 6.* & ita etiam declarat hanc vltimam partem, & opinionem videri approbatam, Alexan. *conſ. 29.* * *Præclare, in princ. lib. 3.* vbi dicit * communem, & plenius *conſil. 149.* * *Viſo themate, n. 3. & ſeq. ver. ſed promiſſis non obſtantib.* vbi dicit * communem, *lib. 7.* Contrarium tenent multi, maxime Rota *d. deciſ. vlt.* 12 *de pact. in antiquis.* † Declarat Alexand. *d. conſ. 29. lib. 3. & conſil. 149. lib. 7.* maxime *nu 3. & 4.* quod vt excludatur, quando generaliter renunciauit cum iuramento, procedit, quando fuit emancipata prius, vt valeat renunciatio: item, quando extant filii maſculi, qui excludãt fœminas ſtante ſtatuto; quia ſi adhuc viuunt poſt mortem; aliis, filia, quæ renunciauit, excluditur, & alia, ſi vero filiæ non excluderentur, vel eſſent mortui maſculi, tunc contrarium poſſet procedere. † Declarat Alex. *d. conſ. 149. n. 5 & ſeq. ver. ijs præ-* 13 *ſuppoſitis, lib. 7.* vt procedat ampliatio, quando filia valide renunciauit patri pro ſe, & hæredibus, & maxime, ſi per pactum; quia aliis non acquiritur vitra patrẽ, & hæredes patris, & maxime, qñ filia renuncians iam adiuiſſet hæreditatẽ, & quando per pactum de non petendo; contraria procedere poſſunt, quando renunciat ſimpliciter iuri ſuccedendi nondum adita hæreditate; quia poteſt eſſe locus iuri accreſcẽdi omnib. ſuccedentibus patri, vide eum, & apoſt. *in ver. Bitini*, dat concor. † Extende, vt procedat, et- 14 iam ſi tempore renunciationis viuebat nepos maſculus ex fratre ipſius patris, qui nepos poſtea deceſſit ante patrem filiæ; quia nõ propterea poteſt dici, quod renunciatio filiæ fuerit facta cõtemplatione nepotis, ex quo extabant aliæ filiæ; & quia renunciatio facta tam ex teſtamento, quam ab inteſtato non poteſt applicari ad nepotẽ, quando ab inteſtato non ſuccedebat; ideo filia omnino excluditur, ſiue viuat, ſiue mortuus ſit nepos. Alex. *d. conſil. 29. n. 4. & ſeq. ver. nec dicatur, lib. 3.* † Extende, vt excludatur filia, quæ 15 renunciauit patri cum iuramento tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, etiam ſi extent ſolum aliæ filiæ fœminæ, quibus pater non fecit renunciare; quia ſi voluiſſet, quod æqualiter ſuccederẽt, non feciſſet renunciare vni plus, quam alteri. Alex. *conſ. 29. nu. 5. & 6. ver. pro quo etiam, lib. 3.* vbi, quod non releuat, quod aliæ filiæ plus ſint conſecuturæ, quam iſta, quæ renunciauit, quãdo habito reſpectu ad tempus renunciationis habuit congruam dotem, licet bona patris poſtea excreuerint. † Extende, quia renunciatio 16 prædicta cum iuramento excludit filiam renunciantem, non obſtante, q̃ filia dicat renunciaſſe cõtemplatione futurorũ poſthumorum maſculorum ex patre: vnde cum non ſint nati, ceſſat renunciatio; quia contemplatio nõ poteſt applicari poſthumis incognitis, ſed viuentibus tantum. Alex. *conſil. 29. n. 7. & ſeq. verſ. non obſtat etiam, li. 3.* † Reſtringe; quia bene poterit filia ſuccedere pa- 17 tri, non obſtante renunciatione iurata, quando tempore renunciationis extabant filii maſculi, qui poſtea deceſſerunt; quia bene præſumitur renunciatio facta contemplatione eorum, qua ceſſante, ceſſat renũciatio. Alex. *d. conſ. 29. n. 9. ver. & ideo Doctores, lib. 3.* vbi plena apoſt. *in ver. recedentibus*, citat plur. concord. & *conſ. 149. n. 4. ver. & præſertim, lib. 7.* † Reſtringe; quia renunciatio filiæ facta 18 futuræ ſucceſſioni patri recipienti nomine hæredũ ſuorũ nominandorum, non valet, ſi nullos hæredes nominauit. Bertran. *conſ.* 90. *Viſo inſtrumento, lib. 1.* quem ſequitur apoſtil. ad Alex *d. conſ. 29. in ver. reliquiſſe, lib. 3. in princ.* † Reſtringe, quando pater decederet 19 ſine deſcendentibus; quia ſuccedit non obſtante renunciatione. Dom. Gem. *d. c. quamuis, de pact. in 6.* quem ſequitur Alex. *d. conſ. 29. n. 3. ver. & pro hoc etiam facit, lib. 3. & n. 4.* vbi, quod alias ſi verba generalia non reſtringerentur, extraneus præferretur proprię ſoboli. † Amplia; quia non auditur filia, quæ renunciauit patri dotan- 20 ti, quando maxime iurauit, etiam ſi extet ſtatutum requirens certam ſolemnitatem in contractibus mulierum, & minorum, quæ non fuit ſeruata. Alex. *d. conſ. 29. n. 9 & ſeq. vſque in fin. verſ. non obſtat etiam, lib. 3.* † Amplia; quia non habet locum *l. ſi vnquam, C. de reuoc.* 21 *donat.* vt per ſuſceptionem filiorum donatum patri per renunciationem poſſit reuocari; quia non habet locum in renunciatione facta patri cum iuramento ex cauſa dotis. Alex. *d. conſ. 29. nu. 16. &* 22 *ſeq. ver poſtremo, lib. 3.* † Amplia; qa filia, & neptis ex filia, q̃ renunciarunt hæreditati paternæ cũ iuramẽto, mortuo patre nõ ſuccedunt cum aliis filiabus, vel nepotibus, q̃ renũciationem non fecerunt. S. gu. Hom. *conſ. 29. Factum ſic ſe habet, in pr.* † Extende, vt pro- 23 cedat, etiam ſi pater feciſſet teſtamẽtum nullum, in quo inſtituebat æqualiter in re certa filiam, vel neptem, quæ renũciauit; quia ex quo teſtamentum eſt nullum, puta quia factum à Notario excommunicato, non ſuccedet ex tacita mente; quia erant æqualiter in re certa inſtitutæ; quia nõ propterea probatur eadem mens ab inteſtato. Signor. *d. conſil. 29. in princ. vſque ad n. 5.* † Amplia, quia 24 licet renunciatio facta per filiam patri ob metum ſit reſcindenda; tamen ſi filia ratificauit talem renunciationem in præſentia iudicis, conualidatur. Ias. *conſ. 38. n. 3. lib. 3.* † Amplia; quia filiatę- 25 nuncians hęte ditati maternæ ad fauorem patris obligatur, & talis renunciatio valet; quia non requiritur auctoritas patris in tali renunciatione; ſecus eſt, ſi renunciatio eſſet de bonis profectitiis, Ang. *conſ. 303. Pactum tale eſt. filia.* † Extende, quia renunciatio fa- 26 cta per vnicam filiam dotis maternæ ad fauorem patris dotantis valet. Ias. *conſ. 3. in 2. dubio, lib. 1.* vbi tollit omnia contraria de metu

reuerentiali, & læsione, & loquitur, quando pater emancipauit primo filiam, vide eum; quia loquitur, quando aliæ solemnitates
27 interuenerunt. † Extende, quia renunciatio facta per filiam patri ad fauorem filiorum masculorũ de bonis, & hæreditate paterna, & materna, valet, & habetur pro facta ad fauorem patris in profectitiis, & ideo non extantibus masculis censetur facta patri. Sign.
28 *cons.* 13. *Quæstio talis est. n. 6. v. modo videamus.* † Restringe, quando filia esset læsa enormissime; quia etiã si cum iuramẽto renunciauit
29 nõ valet, nec fideiussores pro ea obligantur. Ias. *cons.* 133. *lib.* 4. † Limita; quia filia regis dotata, si renunciat patri regnum, & iuribus competentibus cum iuramẽto, ex quo est læsa enormissime; quia pater alios non habuit filios, petita absolutione potest venire cõtra renunciationem, quæ habet dolum re ipsa, & æquiparatur dolo ex proposito; ideo iuramentum etiam geminatum non conua-
30 lidat, vbi est dolus. Anch. *cons.* 339. *Pro maiori, in fi. n.* 31. *& seq.* † Extende in omni filia læsa in immensum etiã à patre; quia non obstante iuramento potest venire contra, Ias. *cõs.* 133 *per tot. lib.* 4. Cephal. *cons.* 95. *n.* 20. qui alios citat. Castr. *cons.* 276. *n.* 6. *lib.* 1. Alex. *cõs.*
31 33 *n.* 4. *lib.* 4. † Extende, quia semp. quod minor est læsus enormissime, restituitur, & absoluitur à iuramento, non obstante renun-
* ciatione generali cum clausulis etiam geminatis quantumcunq; amplissimis, plene Marzar. *cons.* 20. *n.* 25. *& seq. per tot.* vbi infinitos allegat, & in fine dicit magis * communem, etiamsi dixit renũciate cuicumq; læsioni etiam in parua, & magna, seu maxima quantitate, plene Affl. *dec.* 322. *per tot.* plenissime Crau. *cons.* 192. *per tot.* vbi, quod læsus etiam maior præsumitur ignorasse valorem, & loquitur, etiam si minor cum iuramento renunciauit læsioni in am-
32 plissima forma, in maiore dicit esse arbitrarium. † Extende; quia renunciatio facta per filiam patri de futura successione matris; item de successione matris iam delata; item de paterna, & materna facta patruo etiam cum decreto iudicis, & iuramento non valet, quando filia erat minor 25. quia minor non potest donare immobilia cum decreto iudicis, & auctoritate curatoris. Castr. *cons.* 305 *Notandum est per tot. lib.* 2. vbi, quod quoad legitimã, & supplementũ non præiudicat; quia mentio specialis non est facta & statutum Brixiæ disponit, quod *Auth. sacramenta puberum.* non habet locum in minore 20. annis, & renunciatio statuti nõ obstat; quia eadem fragilitate, &c. maxime quia absoluta est à iudice Eccle-
33 stico. † Et in fine *d. cons.* 305. *lib.* 2. dicit, quod non obstat, quod maior facta ratam habuit tacendo per quadriennium; quia non habet locum in donatione facta à minore, quæ requirit decem an-
34 nos inter præsentes, viginti inter absentes. † Extende, quia filia, q̃ renunciauit legato 400. scutorum sibi facto ab auo pat. no ad fauorem patris, cum nupserit, etiam cum consensu mariti & socer, licet iurauerit, petita absolutione, potest petere, ex quo statutum prohibet posse alienari bona dotalia. Castr. *cons.* 400. *Viso pun-*
35 *cto. in pr. li.* 2. † Restringe, quando filia renunciauit cum iuramẽto hæreditati paternæ, & maternæ per repudiationem, antequam adiuerit; quia valet, & non obstat, quod non sit insinuata; quia in repudiatione non requiritur insinuatio; item non obstat, quod minor 25. non potest donare; quia non est donatio, ex quo non minuitur patrimonium repudiantis, & statutum excipit repudiationem; item non obstat, q̃ nõ interuenit solemnitas proximorum; quia pater interuenit, & decretum iudicis, & patri non acquiritur, sed filiis post mortem patris, plene Castr. *cons.* 419. *Viso,*
36 *in prin. lib.* 2. & iterum *cons.* 421. *lib.* 2. *per tot.* † Et restrictio procedit, quod si filia promisit cum iuramento, & quod eius filii, & hæredes renunciabunt, & repudiabunt, seu ratam habebunt, non poterunt venire contra, mortua filia eorum matre. Castr. *d. cons.* 419. *n.* 3. *ver. nunc est videndum. per tot. lib.* 2. vbi tollit omnia; quia aut filius venit ex persona matris, tanquam quod hæreditas non adita sit ad eum transmissa, & non potest; quia cum non sit delata matri per repudiationem, non potest transmitti, aut filius vult ex persona sua venire, quasi iuramentum personale ipsum non afficiat, quia necesse esset, quod esset conceptus viuentibus auo, & auia,
37 quibus vult succedere. † Bene fatetur Castr. quod si filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, præmoriatur patri, vel repudiauit hæreditatem paternã cum iuramento, nõ excluderet tunc filios, quando posset venire ex successorio edicto, quasi renũciatio filiæ habeat tacitam conditionem, si hæreditas ad me spectare posset; quia renunciatio, vel repudiatio applicatur solum ad id, q̃ renuntians habet, vel habiturus est, & aperit viam sequenti in gradu; secus si adesset pactum iuratum; quia excludit sequẽtes in gradu, quasi ex pacto acceptauerit & renunciauerit simul. Castr. *d. consil.*
38 419. *col. fi. ver. tertia ratio principalis. per tot. lib.* 2. † Declara omnes limitationes, in quibus filia dotata à patre renunciauit hæreditati paternæ, & maternæ, & est læsa enormiter, quo casu etiã si iurauit, non valet renunciatio stante statuto requirente certam solemnitatem non seruatam; tamen filia nõ potest auocare bona à patre, donec viuit, quia habet vsumfructum, donec viuet; sed si filia p̃mortiatur patri, filii eius, qui sunt in potestate mariti, bene poterunt auocare bona ab auo materno; quia ex quo non habet in potestate, cessat vsusfructus. Castr. *cons.* 455. *Ad primum, col.* 2. *in fi. ver.*
laditur etiam, lib. 2. † Restringe in maiore, & informato; quia per 39
clausulam, *& si plus valet, &c.* cum iuramento non restituitur læ-
* sa communem dicit Vrsil. in *addit. ad Afflict. decis.* 322. *nu.* 7. vbi
per tot. plura allegat pro vtraq; vt in minore detur restitutio, in
maiore secus. † Vide omnino Boer. *dec.* 142. *per tot.* vbi, quod si ma- 40
ior vendat pro certo pretio, & postea q̃ plus valet, donat emptori, potest agere ex læsione enormi, si vero donet illud plus, etiam si excedat dimidiam? & ad quamcumque summam ascendat, siquidem maior est, non restituitur, si minor, vel mulier, aut ignarus, restituitur, vbi plurima allegat. † Limita; quia renunciatio fa- 41
cta patri non censetur facta pro extraneis, neq; extenditur ad casus inopinatos, si pater, & patruus moriantur sine filiis, non obstabit renunciatio regni filiæ Regis etiam geminata cum iuramẽto; ideo petita ex abundanti absolutione petet regnum. Ancha. *d. cons.* 339. *in fi. n.* 33. *&* 34. † Cautela pro validitate renunciationis 42
faciẽdæ per filiam de bonis maternis, & paternis occasione dotis est, vt pater emancipet filiam, postea dari faciat curatorem, cum cuius auctoritate, & cum præsentia consanguineorum, & decreto iudicis renunciet bonis maternis, & successioni; quia fuit sibi plenarie satisfactum per patrem, & maxime ex constitutione dotis, & iuret non venire contra. Bal. *cons.* 12. *Quando pater, lib.* 5. † Imo 43
quod non valeant istæ refutationes, quatenus sunt donationes, tenet Boer. *decis.* 38. *n.* 4. *lib.* 2. allegat Barba. *consil.* 60. *ver. capio aliud dubium, lib.* 3. † Cautela contraria pro filia renunciante, vt non ob- 44
ligetur, est, quod antequam renunciet, secreto faciat rogare protestationem, quod ipsa compellitur minis à patre, & marito etiam metu mortis cedere successioni paternæ, maternæ, & fraternæ; & ideo, quod si deuenire contingat ad talem liberationem, & renunciationem, protestatur, & iurat, quod dolo, metu, & inuita faciet, & non voluntate, & ita iurat; quia tunc iuramentum secundum non operatur contra primum, & læsa poterit reclamare, & repetere. Ang. Aret. *cons.* 39. *D. Catharina, n.* 4. *ver. replicatur. per*
tot. & plenius *cons. seq.* quod est etiam sub *n.* 39. in hac causa, vbi pro vtraq; multa, & *n.* 18. *& seq per tot. ver. sed tamen iis non obstantibus, vsq; in fi.* vbi hant tuetur, & tollit contraria, & maxime *n.* 36. *& seq ver.*
quarto per tres dies, vbi dicit *nu.* 37. esse cautelam Baldi contra *Auth.*
sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. † Extende cautelam, maxime, 45
quando renunciatio fit à filia primi matrimonii de bonis maternis, paternis, & fraternis, quia res est magis odiosa per *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* & quia pater tenetur conseruare filiis primi matrimonii etiam bona materna, & quæ habuit ex successione filiorum, ex primo matrimonio. Angel *d. cons.* 39. *el primo, & secondo. per*
tot. † Alia cautela, quod dicat se dotatam à patre, quando est do- 46
tata, & iuret inuiolabiliter obseruare; quia iudex non potest relaxare iuramentum à iure confirmatum, & valet hæc renunciatio, maxime, quando facta est publice, cessante metu, & dolo. Anch.
consil. 433. *Postquam ista domina, nu.* 3. *& per tot.* † Certioratio licet sit 47
necessaria mulieri renuncianti Velleiano, alias non valet renunciatio, Capell. Thol. *dec.* 37. vbi apost. quæ hoc limitat, nisi adesset iuramentum. † Tamen bene valet renunciatio filiæ facta bo- 48
nis paternis, & maternis cum iuramento sine certioratione beneficii *l. pactum dotali. C. de Collatio.* ita Guid Pap. *dec.* 227. † Limita, 49
quia si soror dotata viuentibus parentibus renunciauit hæreditati paternæ, & maternæ, & bonis emphyteuticis ex testamento, & ab intestato etiam cum iuramento ad fauorem fratrum, & sororum, & decedant fratres, postea parentes ab intestato, ipsa filia, quæ renunciauit, non excluditur, quia talis renunciatio fuit contemplatione fratrum, & de hæreditate viuentium, & sicut non habet locum principalis dispositio ex certa causa, & personalis cessante causa, & persona, ita non operatur iuramentum. Bal. *cons.*
115. *Verba dicunt. lib.* 1. *per tot.* vbi, quod succedet cum aliis hæredibus parentum, sed bene tenetur conferre dotẽ, & latius *cons.* 437.
Quædam puella per tot. lib. 1. vbi, quod renũciatio sit caduca, & proterea succedet cum aliis filiabus facta collatione; quia per mortem fratrum, quibus donauit, non potest renunciatio extendi ad hæredes fratrum viuentibus parentibus, quorum hæreditas erat renunciata. Rom. *cons.* 22. *nu.* 3. vbi apostill. *in ver. aspiro.* † Extende, 50
quia soror dotata, quæ renunciauit, fratrib. ipsis mortuis succedit simul cum matre, & talis renunciatio non extenditur ad futuram hæreditatem fratrum. Castr. *consil* 374. *Vxor, in pr. lib.* 1. † Extende, 51
vt procedat limitatio, etiam si sit renunciatum insinuationi talis

refutationis cum iuramento. Bald. *d. cons. 115. nu. 2. ver. quoad secun-*
52 *dum. vsque in fi. lib. 1.* †Restringe, quia si filia renuncians emphyteu-
si ad fauorem patris, & fratrum, & omni iuri tam de præsenti,
quam de futuro cum iuramento, cum acceptilatione, & Aquiliana stipulatione, tunc etiam mortuis patre, & fratribus non poterit agere; quia acceptilatio cum aliis prædictis eam omnino exclu-
dit Rom. plene *cons. 22. Propositio, num. 3. ver. quoad secundum,*
53 vbi plene apost. *in ver. inclino.* †Restringe, quando filia renuncia-
ret fratribus hæreditatem paternam, & omnium adscendentium cum iuramento, ac fecit fratribus fidem, & pactum de nõ petendo cum iuramento, quibus etiam donauit omnem hæreditatem, &c. si moritur vnus frater cum filia, postea moritur soror, quæ renunciauit cum filia, postea alter frater sine filiis succedet filia fratris, non filia sororis renunciantis, etiam si abstineat ab hæreditate matris, quæ renunciauit. Signor. *cons. 116. per tot.* † Imo donatio
54 facta in renunciatione, & contemplatione renunciationis non potest de se operari, vt veniente casu mortis succedat ex donato remoto à renunciatione, quia istud donatum est propter renunciationem. Signor. *d. cons. 116. A mulier. per tot.* maxime *num. 5. vsque*
55 *in fin.* † Declara, vt plene per Paris. *cons. 26. lib. 3. per tot.* qui dicit in dubio renunciationem præsumi factam patri cõtemplatione masculorum filiorum, si pater habebat masculos, & ipsis mortuis expirare; secus, si fiat renunciatio de successione, & hæreditate patri pro se, & quibuscunque hæredibus, quia etiam fœminæ filiæ non poterunt molestari à filia, quæ renũciauit, vbi multa allegat.
56 † Limita, quia renunciatio facta per filiam etiam patri dotanti omnibus bonis paternis non tollit ius substitutionis vulgaris, quã fecit pater ad fauorem filiæ, quæ renunciauit, siue ante renunciationem, siue post. Bal. *cons. 192. Casus talis est. Ser Leonardus, in fin. ver.*
57 *non obstat refutatio, libr. 1.* † Extende maxime, vt procedat, quando renunciatio fieret à filia ignorante substitutione, quia ad incognita nunquam extenditur. Bal. *d. cons. 192. n. 1. in fi. ver. ite quia instr. lib.*
58 *1.* † Limita; quia non valet renunciatio facta per filiam ex primo matrimonio patri dotanti, etiam quod dicat dotare de bonis suis & de bonis maternis, quia quãtumcunq; generaliter filia renunciat, si est læsa, restituitur, & absoluitur à iuramento; multo magis, quando solemnia statuti non sunt seruata. Angel. Aret. *consil.*
59 *39. D. Catharina, el primo. per tot.* & plenius *cons. seq.* sub eodem, *num.* 39. in hac causa, per tot. vbi plenissime tollit contraria. † Limita, quia renunciatio facta per filiam dotatam hæreditati paternæ, & maternæ etiam ad fauorem fratrum, & cum iuramento non habet locum, si moriatur mater, cui succedunt fratres, quia mortuo fratre filia succedet etiam in petitione hæreditatis maternæ; quia non est hæreditas matris, sed est effecta hæreditas fratris, cui filia non renunciauit. Ang. *cons. 52. D. Ziglius, colum. 2. ver. quæritur igitur,*
60 sequitur plene multos cumulando Curt. Iun. *cons. 110. per tot.* † Extende; quia etiam admittitur filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, & maternæ, quãdo mortui sunt parentes, & ante eos mortui sunt filii, quorum contemplatione filia renunciauit; quia succedet filia excluso fratre sui patris, etiamsi renũciauit parentibus pro se, & hæredibus suis ex testamento, vel ab intestato; quia filia excludet patruum, non obstante renunciatione. Ang. *d. cons. 52. per*
61 *tot.* † Extende; quia si filia renunciauit hæreditati paternæ, nõ excluditur ab ea, postquam fuit adita per fratrem; quia effecta est fraterna; ideo mortuo fratre potest filia succedere. Decius plene
62 *cons. 265. Ad exclusionem, in prin.* vbi plures allegat, & apost. ibi. Vide Conclusionem proxime præced. † Extende, vt idem sit, si testator excluſit filiam à sua hæreditate eidem legando aliquid pro omni eo, & toto, quia non erit exclusa ab hæreditate patris, postquam est effecta fraterna, quia amplius non est paterna. Old. *cons.*
63 *297.* † Extende, vt imo filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, non excludatur, si hæreditas patris delata filio non sit adita; quia mortuo filio ante immixtionem succedet filia, quia dicitur esse in hæreditate fratris per transmissionem. Deci. *d. cons. 265. nu. 3.* al-
64 legat Aret. *cons. 161. in princ.* & Capram *cons. 12. in fin.* † Restringe, quando renunciatio filiæ esset facta tempore, quo iam hæreditas patris erat delata fratri, & per mortem fratris ipsi renũcianti, quia ex quo non potest aliter verificari, debet habere locum, vt omnino excludatur, etiam si fratri sit delata. Deci. *d. cons. 265. n. 4. & per*
65 *tot.* † Restringe, quando per verba vniuersalia renunciat omnibus iuri in hæreditate patris; quia si per mille capita posset efficì renunciantis, omnibus capitibus censetur renunciasse, Bart. in *l. nec is. §.*
66 *1. ff. de acquir. hæred.* sequitur Deci. *d. cons. 265. nu. 3. in fi. & per tot.* † Limita, quia renunciatio facta per filiam dotatam medio iuramento hæreditati paternæ non comprehendit portionem debitam à statuto filiæ loco legitimæ, quatenus excedat dotem. Bal. *cõs. 186. Quia allegationes. n. 8. ver. hoc præsupposito*, vbi non videtur firmare opinionẽ pro absoluta, sed hinc inde allegat, *lib. 1.* † Limita; quia 67
filia renuncians hæreditati paternæ, & maternæ non censetur renunciare legitimæ, & illius supplemento. Boer. *decis. 58. n. 4. lib. 2.* 68
† Limita; quia si filia renũciat hæreditati paternæ etiã de consensu patris præsentis, & consentientis ad fauorem fratrum sine iuramento, non valet. Ias. *cons. 104. lib. 4.* † Et maxime non valet sine 69
iuramento quoad legitimam, viuẽte illo, in cuius bonis legitima debetur. Guido Pap. *decis. 427.* Boer. *decis. 14.* Couar. *in rubrica,* 70
& 4. de pact. in 6. † Extende; quia regulariter talis renunciatio non valet tanquã contra bonos mores, & de hæreditate viuentis; quia
continet votum captandæ mortis, & ea non obstante filius succedere debet patri, *l. pactum quod dotali. C. de pact. l. pactã dotali. C. de*
collatio. Guido Pap. *decis. 222.* † Restringe, quia imo valet renun- 71
ciatio facta per filiam iuri, & spei de succedendo in bonis patris eo consentiente, tradunt Doct. in *l. fin. C. de pact.* vbi Cagnol. *n. 63.*
in 7. limit. † Limita, quando filia renunciauit hæreditati patruæ, 72
& maternæ ad fauorem parentum, & hæredum, ac successorum suorum; quia si relinquunt personas hæredes, quæ ex verisimilitudine excludant fœminam, prout sunt masculi, valet renunciatio; si verò relinquant ab intestato solas fœminas filias, vel remotiores, tunc filia, quæ renunciauit etiã cum iuramento, admittitur
facta collatione dotis receptæ Bald. *d. cons. 437. n. 2. ver. sequitur se-* 73
cunda quæstio, lib. 1. † Declara secus, si renunciatio fuit personalis facta patri; quia ad alios non porrigitur. Ang. Aret. *cõs. 39. in hac cau-*
sa. n. 55 & 56. ver. & demum, & cons. præced. n. 7. & 8. ver. necesse dato.
† Limita; quia non valet renunciatio facta per filiam Petro Nota- 74
rio, ad fauorem patris absentis propter incertitudinẽ, quã fecit Petrus, nisi posset ad certitudinem reduci. Fulg. *cons. 204. Albertus*
contra exit. per tot. † Limita; quia renunciatio facta per filiã dotatam 75
hæreditati paternæ non comprehendit bona emphyteutica, vel feudalia, quæ sunt peruentura ad filiam vti ad descendentem, non autem vti hæredem. Bal. *cons. 437 in fin. n. 3. vsque ibi. ver. sequi-*
tur ita que, lib. 1. † Limita; quia filia renuncians hæreditati maternæ 76
patri; quia dotata à patre, non præiudicatur in legitima, & supplemento debita filiæ in bonis matris; item quando non potest renunciare sine consensu patris stante statuto, pater non potest cõsentire, quando filia renunciat patri, ideo non valet *l. 1. consil. 69.*
lib. 1. † Extende, vt idem sit, quãdo filia, quæ renunciauit communi 77
iuramento patri, esset læsa in legitima; quia secundum * cõmunem non præiudicat, prout attestatur apost. ad Alex. *d. cons. 29. n. 6. lib. 3.*
in ver. ex creuissent. vbi citat plures. † Contrarium dicit eadem apo- 78
stil. ad Alex. *d. cons. 29. in ver. ex creuissent, lib. 3.* quod licet filia sit læsa in legitima, valet renunciatio propter cõfidentiam, quam habet lex de patre, vbi citat plures; secus dicit, si constaret, quod pater læsisset notorie. † Limita; quia renunciatio facta per filiam dota- 79
tam de bonis paternis, & maternis cum iuramento non excludit filiam renunciantem, si à patre hæres instituatur. Bal. *cons. 37. Quo-*
niam remelius, in princ. & cons. 38. Super primo puncto in princ. lib. 2. vbi late reddit rationem; quia renunciatio facta bonis paternis et competentibus, & competituris restringitur ad ius cõpetens de 80
præsenti, & volente patre de cuius hæreditate agitur. † Idem, si filia condecenter dotata à patre renunciat bonis paternis, & ma- 81
ternis patri hæredibus tam deuolutis, quã deuolutendis ex testamento, & ab intestato; quia non excluditur, si mater donat filiæ, quæ renunciauit, etiam si postea instituat filiam in testamento.
Affl. *decis. 350.* † Idem, si filia renunciauit paternis, & maternis bo- 82
nis, quia non iure restringitur renunciasse fraternis, etiam si frater successit patri, & matri. Guid. Pap. *decis. 231.* allegat Bar. *in l. 2. §. illud ff.*
de hæred. vel actio. vend. maxime, quando fratres viuebant; quia non 83
extenditur ad futuram successionem. † Declara, vt per Aret. *in l.*
qui superstitis. ff. de acquir. hæred. † Et quando est læsa, debet absolui à 84
iuramento. Cast. *cons. 302. lib. 1.* & plenius *cons. 305. n. 2.* † Extende, vt 85
procedat, etiam si renunciatio habeat verba generalia, videlicet,
& renunciat supradictis iuribus sibi quomodolibet ex quocunque iure com-
petentibus, quia non ampliat cessionem factam de certis bonis, vt ad alia bona cessio extendatur. Bald. *d. cons. 37. n. 2. ver. & quocunque*
alio iure, lib. 2. † Limita; quia filia renuncians bonis emphyteu- 86
cis ad fauorem patris, & fratrum cum iuramento, seu contemplatione eorum, dem, illis mortuis non excluditur, nisi esset adhibita expressa renunciatio iuri de futuro, & stipulatio Aquiliana, & acceptilatio, quia tunc non datur vnquam regressus, etiam si implicite sciuit ius de futuro. Roman. *cons. 22. n. 3. ver. quoad secundum,*
vbi apost. pro vtraque conclusione. † Limita, quando filia renun- 87
ciãs reseruat sibi iura successionis incertum mortis patris, & matris; quia tunc poterit succedere omnibus mortuis. Bart. *in l. fin. C. de*
pact. Castr. *cons. 288. Notandum, in pr. per tot. lib. 2. & cons. 373. col. 2.* 88
vbi, quod habet vim fideicommissi mortuis masculis. † Limita; 89
quia

quia licet filia, vel neptis, quæ renunciauit cum iuramẽto, excludatur, nõ tamen excluditur filius, vel descendens ex persona sua, quando succeditur ab intestato; quia ex successorio edicto reputatur, & admittitur, ac si mater non extaret, non ex persona matris, sed ex propria persona. Sign. Homod. *cons.29.vsq; in fi.* † Limita in renunciatione hæreditati maternæ, quando mater fecisset testamentum; quia si filia non habuit notitiam testamenti, non valet renunciatio. Fulgos. *cons.204.in fin.ver.ad secundum.* † Limita, quando filia dotata, & exclusa à statuto in renunciatione facta patri sibi reseruauit successionẽ, si pater decedat sine filiis masculis, vel filii masculi decesserint sine filiis, vel in pupillari; quia succedet patri cueniente casu, & fratribus succedet ex substitutione fideicommissaria, non pupillari, quę fieri non potest, nisi in testamento. Castr. *consil.288.col.2.ver.breuiter, lib.2.cons.373.eod.lib.* † Limita, quia filia renuncians bonis, & hæreditati paternæ cum iuramento, & decreto iudicis, quando fuit dotata ex suis bonis maternis propriis filiæ, potest petita absolutione iuramento ab Episcopo venire contra renunciationem; quia talis renũciatio est ronee facta; qa fuit dotata, ex quo de suo fuit dotata. Bal. *cons.328. Quadam puella per tot.lib.3.* Cast. plene *cons.455.col.1.ver.quantũ autẽ, lib.3.& col.seq.* vbi late. † Extende idem, si filia renunciauit hæreditati paternæ; quia dotata, ex quo si dotem non habuit, non ligatur iuramento. Alex. *cons.42.n.6.ver.ad idem lib.1.* Castr. *d.consil.455. col.2.insi cum seq.lib.2.* † Extende, vt procedat, etiam si steterit per 40. annos, quod non petierit; quia contra eam non currit præscriptio viuente patre, & quia non currit præscriptio hoc casu erroneo. Bald. *d.cons.328.circa fi.lib.3.ver.dubitari posset.* † Extende, etiam si filia sit maior tempore renunciationis; quia ex quo est læsa, & propter reuerentiam patris renunciauit, potest obtenta absolutione, à iuramento, quæ debet dari, implorare officiũ iudicis, & rescindere, & obtinere. Cast. plene *cons.455.col.pen.ver.si vero dicta filia.lib.2.* † Restringe, quia respectu fructuum non recuperabit fructus, quia à possessore cum titulo renunciationis, quamuis rescindatur, sunt lucrati. Bald. *d.cons.328.circa fin.ver.non dico in fructibus, lib.3.* † Limita; quia filia, quæ per verba prægnantia renunciauit hæreditati & bonis paternis, non censetur renunciasse creditis dotis maternæ, etiam si generalitas verborum cõprehenderet, quando ratione modicitatis pretii aliter ex mente esset dicendum. Alex. *cons.222.Ponderatis iis, lib.6.per tot.* pro quo casu consuluerat Franc. Aret. & alii, vt ibi per Alex. † Limita, quia renunciatio facta per filiam ad fauorem patris, & hæredem non se extendit ad fideicommissarios, & extraneos. Cephal. *cons.245.n.51 ver. alia est dubitatio.vsq; in fi.* † Limita, quia filia renuncians bonis maternis, & hæreditati maternæ patri dotanti, si postea pater instituat filium masculum, & eo morieante sine filiis substituat locum pium, eueniente casu, quod mortuo patre moriatur filius hæres sine filiis, fœmina admittitur ad bona materna, si non constat de solutione; quia renunciatio gratuita non valet etiam cum iuramento, nisi vsque ad summam 500. quando non fuit insinuata. Ang *cons.59. Quidam paterfamilias, per tot.* † Distingue tamen; quia si pater dotauit filiam in plus, quam suppetant facultates paternæ, in foro conscientiæ debet admittere, & compẽsare illud plus. Ang. *d.cons.59.in pr.* † Limita; quia renunciatio facta per filiam patri non seruata forma statuti etiam cum iuramento, non valet, si filia est læsa. Bal. *cons.483. Viso, lib.4.* latissime Dec. *cons.280. Visa per tot. & cons.181 Satis*, vbi concord. allegat. Castrens. *cons.305. Notandum, lib.2. & cons.400 Viso puncto, in pr.lib.2.* † Et procedit, etiam si interuenit decretum, & solemnitas; quia si est læsa, potest venire contra, non obstante iuramento, & decreto. Castr. qui loquitur in filia renunciante patri *cons.174. Contra, lib.1.* sequitur Soc. *consil.263. Capio col.2. in fin.lib.2.* vbi, quod nimia persuasio habetur pro dolo, & latius Crauet. *cons.192.num.11. & seq.* † Extende, quia data læsione mulier, quæ renunciauit etiam cum iuramento, & promisit non venire contra, potuit tamen venire contra. Aret. *consil.92. Viso legato, col.2.* † Extende, etiam si filia, quæ renunciauit patri cum iuramento, esset effecta maior, & tacite censeatur ratificasse; quia si est læsa, poterit contrauenire. Castrens. *consil.305. Notandum est lib.2.* † Extende maxime in muliere minore renunciante cum iuramento; quia si est læsa, potest contrauenire, ita Feder. de Sen. *cons.199. An D. Angela* Curt. *cons.43.col.3.* late Cuman. *consil.180. Videtur prima fronte*, vbi, quod neque requiritur absolutio à iuramento. Ias. *cons.133.lib.4.* † Declara limitationem, & extensiones procedere data enormissima læsione. Curt. *d.cons.43.* & ita distinguit in transactione Deci. *consil.216. Visa per tot.* vbi si læsio est citra, vel supra medietatem in modico, valet iuramẽtum; secus si in magno excessu, & idem plene Corn. *cons.161.col.pen.lib.1.* † Declara, quãdo mulier ignorabat valorem hæreditatis, secus si sciebat. Vide plene Alex. in *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* vbi late declarat. † Contra prædicta faciũt multa; quia iuramentum tollit læsionem, Alex. *cons.42. Super præmisso, lib.1.* † Item Bald. *cons.202. Pater legauit, lib.1.* vbi, quod facto legato mille filiæ, si dotetur cum 500. & renũciet cum iuramento, valet. † Irẽ filia renuncians cum iuramento successioni patris obligatur cessante metu, licet sit læsa. Bal. *cons.441.lib.5.* Aret. in *l. qui superstitis. ff. de acquir. hæredit.* Curt. *cons.43. Super, & cons.63.col.23.ver.sed præmisso.* vbi dicit * communem, & quod non datur absolutio, quando habuit certam scientiam. Alexand. *cons.17.lib.2.incip. Ponderatis.* † Declara, quia si mulier persuasionibus aduersarii, seu patris, cui renunciauit, fuit inducta ad iurandum, iuramentum non obstat vnquam, alias si sciens voluit, sibi præiudicat. Soc. *reg.43.ver.fallit.11.* & idem dicit plenius Castr. *d. cons.174. Contra superius consulta, lib.1.* vbi, quod non obstat iuramentum; quia debet relaxari, neque decretum iudicis; quiã constat de læsione enormissima, & respõdet ad omnia. † Et quid si filia renunciauit omni legitimæ, & iuri debito iure naturæ pro certa quantitate, quam confessa fuit habuisse, & recepisse, si postea patrimonium patris creuit, ita vt habito respectu ad vires patrimonii tempore mortis patris sit decepta, an petere possit. Alex. *consil.180.lib.5.* † Declara; quia quando filia renuncians patri legitimæ doti maternæ, vel successioni paternæ est læsa, & non seruata forma statuti, licet iuramentum obstaret, potest petere absolutionẽ ab Ecclesiastico, & repetere. Castrens. *cons.305.circa med. & consil.400.ver. & ad maiorem cautelam, lib.2.* Vide omnino Soc. in *Reg.9. Filia renuncians cum iuramento hæreditati paternæ amplius succedere non potest*, vbi ponit 36. limitationes. Vide plene etiam per Ant. Gabr. *lib.3.tit. de iure dot. Concl.1. Renunciatio facta per mulierem.* Vide, *Pactum circa futuram successionem quando valeat, vel non. Concl.14.*

Renunciatio filiæ, vel filii minoris non valet, & quãdo secus. Concl. 182.

MINOR † filia renuncians bonis paternis pro certa quantitate dotis non obligatur; quia siue habeat vim venditionis, ex quo dat bona pro pecunia; quia bona minoris nõ possunt alienari sine decreto. Cast. *cons.386. Siue dicamus, in pr.li.1.* † Siue donationis, & non valet; quia minor non potest donare etiam cum decreto; quia decretum debet interponi ad fauorem minoris, non autem contra minorem. Castr. *d.cons.386.in pr.lib.1.* † Et maxime, si excedat summam 500. quia debet insinuari, neq; potest renũciari insinuationi; quia introducta est propter publicam vtilitatem. Castr. *d.cons.368.in pr.lib.1.* † Etiam si sit renunciatum insinuationi, & cum iuramento; quia respicit publicam vtilitatem, & nõ potest illi renunciari. Castr. *dict.cons.386.circa med.lib.1.* † Extende, quando minor suasionibus falsis fuit inductus ad renũciandum; quia dicitur dolose inductus, & non valet renunciatio. Castrens. *d.cons.386.colum.2.ver.item propter aliud, lib.1.* † Declara prædicta omnia procedere, quando bona paterna, vel hæreditas paterna est delata, secus si deferenda; quia si repudiat, vel renunciat repudiando cum iuramento valet, & non requiritur insinuatio. Castr. *cons.419. Viso puncto, in princ. & cons.421. Quod renunciatio, lib.2.* Vide plene per Ant. Gabr. *lib.3.tit. de iure dotium. Concl.1. Renunciatio facta per mulierem cum iuramento.* Vide Conclusionem prox. præced. *num.30. & seq.*

Renunciatio, transactio, & compromissum non extenduntur ad debita ex testamento, nisi expresse dicatur, & quando secus. Concl. 183.

RENVNCIATIO † eorum, quæ debentur ex testamento, vel codicillis, vel transactio, aut compromissum non valet, nisi sit facta mentio expresse, quod talis renuncians cognouerit, & bene inspexerit contenta in testamento *l. de iis. ff. de transact.* & propterea ibi Bartol. & alii dant pro cautela, quod in transactione, vel compromisso dicatur, quod talis inspectis, & cognitis verbis talis testamenti. Angel. plene *cons.94. Cum lis, num.4. & seq. ver. contrarium*, vbi, quod nec sufficit, si sit dictum, quod cognouit, & inspexit, quando constet de contrario, licet interuenerit iuramentum, & maxime *num.6. in fin.* vbi sequitur Bart. † Et quod saltem sit necesse, quod in renunciatione eorum, quæ ex testamento pendent, vel in transactione, sint illa verba, *cognitis, & inspectis verbis testamenti.* Alexan. in *l. qui Romæ. § duo fratres*, post. Bart ibi in 2. & 3. *quæst. ff. de verb. obligat.* vbi etiam Ias. idem Alexand. *consil.11. Viso. in princip. lib.2.* vbi dicit * communem, quod neque potest renunciari illi legi, & ibi apost. in *ver. renunciari*, dat concord. plures. Soc. *consil.252. cum seq. lib.2.* Deci. *consil.79. & cons.86.* Paris. *cons.95.n.24. lib.3.* plene Becc. *cons..111.nu.34. ver. ideo paciscentes*, vbi dicit * communem,

munem, allegat Barba. *conſ.55. In propoſita n.12. & ſeq. lib.2. & conſ.48. Circa teſtamentum, col.pen. & fin. lib.1.* Pariſ. *conſ.24. Licet dominus nu. 120. lib.2.* Boer. *conſ.171.n.9. lib.1.* Soc.Iu. *conſ.128.n.117. & ſeq. lib.1.*
3 *& conſ.129 n.62. eod. lib.1.* †Et ratio; quia non ſequitur, ſciuit teſtamentum, ergo habuit particularem cognitionem contentorum
4 in eo. Corn. *conſ.153. col.2. lib.4.* †Contrarium tenet Alex. *d. conſ.11. Viſo, n.13. ver. & primo, lib.2.* vbi, quod ſufficit, quod tranſigens ſuper rebus teſtamenti habuerit ſcientiam teſtamenti etiam præſumptam, prout ſi hæres eſſet extraneus & adiuit, vbi plures citat. † Ratio; quia agitur de publica vtilitate, vt teſtamenta obſeruentur; igitur ſpecialis debet eſſe renũciatio viſis, & cognitis verbis teſtamenti. Pariſ. *d. conſ.95 n.24. & ſeq. lib.3.* †Ratio *d. l. de iis ff. de tranſact.* fuit in odium hæredum occultantium teſtamenta in
7 præiudicium legatariorum, vt ibi gl. quam ſequitur Alex. *d. conſ.11. Viſo n.13. ver. ſecundo poteſt reſponderi, li.2.* vbi, quod ceſſante ratione non habet locum dicta lex, ſi hæres concordat cum creditoribus
* hæreditariis, vide in proxima ampliat. vbi hæc ratio * communis
7 eſt ſecundum Rom. *conſ.403.n.21. & ſeq.* †Contrarium, quod imo non ſit neceſſaria ſpecificatio, q̃ inſpectis, & cognitis verbis teſtamenti, ad hoc, vt valeat tranſactio, vel cõpromiſſum, ſeu renũciatio, dummodo alias ſciuerit teſtamẽtum, vel codicillos, tenet
* Soci. *conſ.282. In præſenti conſultatione nu.2.* vbi dicit * communiorem *lib.2.* & eſt conſ. Franciſci de Pepis de Florentia. Angel. *conſil. 59. Quidam pater, num.3. ver. non obſtat. quod in ceſſione.* Bart. in *d. l. de iis, in fi.*, vbi Caſtr. *nu.7.* Iaſ. *n.14. ff. de tranſact.* Alex. *conſil.100. Super*
8 *primo, num.8. ver. non obſtat, lib.7.* † Declara; quia non ſufficit, quod dicant partes habere ſcientiam de teſtamento, quando conſtat, quod de rerum non cognouerunt, ſed requiritur viſio, & inſpe-
9 ctio. Ruin. *conſ.167.n.14. lib.2.* vbi loquitur in diuiſione. † Et quia non eſt de forma, quod verba prædicta apponantur, ſed ſufficit æquipollens ſcientia. Bartol. *d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 4. quæſt. ff. de verb. oblig.* & ſufficit etiam ſcientia præſumptiua. Bart. vbi ſupra
10 *q.3.* Dec. *conſ.79. col 1.* † Et ſatis dicitur conſtare de ſcientia ex conie cturis, ſi facta fuit mentio in ſubſtantia de contentis in teſta-
* mento. Bart *d. §. duo fratres q.4.* quem ibi * omnes ſequuntur. Alex.
11 *conſ.118. lib.7.* Iaſ. in *d. l. de iis ff. de tranſact.* † Imo, quod ſufficiat præſumpta ſcientia teſtamenti, Socin. Iun. *conſil.116. nu.41. & 74. lib.1.*
12 Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 112.n.20.* † Declara; quia non ſufficit generalis mentio in renunciatione, tranſactione, vel compromiſ-
ſo de legatis & debitis ex quibuſcunque teſtamentis, vel codicillis, niſi adiiciatur, ex quibus teſtamentis, vel codicillis; quia neceſſe eſt exprimi mere, ex teſtamento talis teſtatoris; quo caſu bene præſumitur ſcientia, & valet tranſactio, vel remiſſio, ita declarat Soci. *conſ.283. Eleganter, & iuridice, in princ. lib.2.* vbi dicit hanc par-
* tem * veriorem, & communem reprobato Ang. contrarium te-
13 nente, quod ſufficiat generalis mentio. † Declara; quia ſi perſona renuncians eſſet mulier, ruſticus, vel idiota perſona, tunc requiritur expreſſio illa. *inſpectis, & viſis verbis teſtamenti.* Ang. *d. l. de iis ff. de tranſact.* ſequitur Campa. in *tract. clauſul. in renunciatione. d. l. de iis.*
14 † Ratio eſt; quia quando lex vult aliquid exprimi in ſpecie, non ſufficit generalis expreſſio, & quia in odium occultantium teſta-
menta ita eſt diſpoſitum, Soci. *d. conſ.283. n.2. ver. prima ratio, lib.2.*
15 †Reſtringe; quia bene ſufficit, quod cognouerit verba teſtamen-
16 ti, licet non viderit ea, Ang. *conſ.94 num.5. ver. non tamen nego.* † Et maxime hoc eſt neceſſarium in cæco, qui non poteſt inſpicere,
17 niſi per prudentes. Ang *d. conſ.94. n.6. in fi.* † Amplia, etiam ſi tranſactio ſit iurata. Soci. *d. conſ.129. n.62. li.1.* Rui. *conſ.72. Primo videtur, num.4. ver. nec obſtat iuramentum. lib.5.* Port. Imol. *conſ.135. Hieronymus n.19. & ſeq.* Pariſ. *conſil.11. Cum iſte, col.4. lib.2.* vbi dicit * magis
* communem. Roland. *conſ.13. Viſa tranſactione, nu.27. lib.1.* refert, &
18 ſequitur Becc. *conſ.111.n.34. ver. ideo paciſcentes.* † Et maxime ſi minor, vel mulier, quia nec iuramentum releuat, niſi ſint plene certiorati. Tiraq. in *l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. in præfatio. n.151.* vbi di-
* cit * communem, & magis communem, *nu.100. & ſeq.* vbi, quod iſti non poſſunt ſuam fragilitatem renunciatione, vel iuramento
19 ſanare. † Declara, quia ſi renunciatio in ſpecie continet cum iuramento ſpecificationem *l. de iis*, cui renunciat, valet renunciatio, alias ſecus, quantumcunque generalis, & iurata. Bero. *conſil.177. num.17. & ſeq. libr.1.* vbi licet dicat articulum dubium; tamen di-
* cit hanc * communem, quem ſequitur Becc. *d. conſil.111. n.35.* con-
20 cor. infra *ver. contrarium, n.36.* † Quod imo, neque cum iuramento poſſit renunciari. *d. l. de iis. ff. de tranſact* tenet Ioann. Andr. in *addit. ad Specul. tit. de inſtrum. editio. §. porro, in gloſ. minus* quæ eſt vltima, *in*
21 *princ.* Angel. *conſil.94.* † Extende, vt procedat etiam, quando eſt expreſſum, quod vidit, & cognouit verba teſtamenti etiam cum iuramento; quia ſi conſtat de contrario, non valet tranſactio. Angel. *d. conſ.94. nu.4. ver. in contrarium & nu.5.* vbi loquitur in ea, quæ renunciauit fratri, tanquam heredi inſtituto, non facta mentione, quod eſſet filia prærerita in teſtamento; quia conſtat, quod non habuit notitiã. † Amplia in legatis; quia etiam non va- 22
let renunciatio, niſi inſpectis verbis. Fulgoſ. *conſil.83. Bonacorſius condidit, in princip.* † Declara tamen; quia bene valet renunciatio, 23
quando fuit ſolutum id, quod teſtamentum iubet. Fulgo. *dict. conſ.83. in princ.* † Amplia. vt procedat etiam inter Iudæos. Angel. 24
d. conſ.94. per totum. † Amplia; quia in compromiſſo generaliter fa- 25
cto de omnibus debitis, creditis, & legatis, ex quibuſcunque teſtamentis, & codicillis; non veniunt debita ex teſtamento, vel codicillis, etiam ſi ſit latum laudum, in quo dicatur, *Viſis teſtamento, & codicillis*; quia requiritur, quod compromittens ſciuerit, & præſumitur ignorare; ex quo ſpecialis mentio de certo teſtamento non eſt facta. Soci. *conſ.282. In præſenti conſultatione, in princ. ver. circa primam, & conſ.283. Eleganter, & iuridice, in pr.* vbi dicit * commu-
nem, *lib.2.* plene Alex. *conſ.104. In cauſa, & lite. nu.8. ver. præterea dicta verba, lib.2.* vbi, quod verba generalia compromiſſi nunquam comprehendunt prouenientia ex teſtamento, etiam ſi partes ſcirent teſtamentum, multo magis ſi ignorarent. Alexan. *conſil.48. In cauſa vertente nu.10. ver. item dum in priore conſil. lib.7.* † Extende, 26
etiam ſi compromiſſum generale ſit cum iuramento; quia iuramentum non extendit compromiſſum vltra expreſſa. Alex. *dict. conſ.48. n.1. lib.7.* vbi *n.11.* quod iuramentum non facit, vt generalis diſpoſitio vlterius extendatur, quam extendebatur. † Extende, 27
vt procedat, etiam ſi compromiſſum ſit factum à legatario in codicillis, & in teſtamento tutore dato; q̃a licet ſuſ̃ceperit tutelã, quæ eſt data in teſtamento, & codicillis ſeparatis; non tamen præſumitur ſciuiſſe legatum in ſolis codicillis ſeparatis factum, niſi probetur. Socin. *d. conſil.282. num.2. ver. quia non præſumitur*, & latius *conſ.283. n.3. ver. ſecunda difficultas, lib.2.* † Extende, vt proce- 28
dat, etiã ſi teſtator in legato diceret, ſe dixiſſe legatario de legato prædicto, & quid de eo facere deberet; quia per hoc non probatur ſcientia codicillorum ad effectum, vt valeat compromiſſum in genere factũ; quia potuit dixiſſe teſtator ante codicillos, & ſic probatio ſcientiæ debet eſſe certa. Soc. *d. conſ.283. n.4. ver. exquibus infertur, libr.2.* † Extende vt procedat etiam in laudo homologato, & ratificato, quia licet valeat vt tranſactio; non tamen com- 29
prehendit dependentia ex teſtamento, niſi ſeruata forma *l. de iis. ff. de tranſact* † Extende, quia non ſufficit, quod arbitri habuerint 30
notitiam teſtamenti, ſed requiritur, quod partes ratificantes habuerint notitiam. Soci. *conſ.282. In præſenti conſultatione. col.2. lib.2.* †Reſtringe in laudo dato inter patruum, & nepotem, quia licet 31
non ſit clauſula in compromiſſo, *viſis verbis teſtamenti*, tamen valet laudum. Dec. *conſ.630. In cauſa*, & hoc de plano data ſcientia teſtamenti, puta ſi fuit præſens teſtamento, quia ſcientia præſumitur. † Reſtringe, niſi vigore ratificationis eſſet ſequuta exequu- 32
tio, & translatio bonorum, vt quia laudum habet exequutionem paratam ex forma ſtatuti, quia tunc habet effectum ſententiæ. Bal. in *l.1. C. de arbitr.* & maxime quando laudum eſt inter coniunctos, qui poſſunt cogi compromittere. Blanch. *tract. de compromiſſ. q.9. n.90. & ſeq.* vbi ponit regulam, & quod in ſententia non procedit *d. l. de iis*, & quia ſequuta traditione non habet locum repetitio, etiam ſi ſit datum ob tranſactionem inualidam *l. in ſumma. ff. de cond. indeb. l.2. C. eod.* & in terminis in vtroque capite Ruin. 33
conſ.14. De pluribus. num.13. lib.2. † Reſtringe, niſi aliunde conſtet, quod fuerit habita ſcientia teſtamenti. Bart. *d. l. de iis ff. de tranſact.*, *& in l. qui Romæ §. duo fratres, in 4. quæſt. & ſeq ff. de verb. oblig. & in l. tres fratres. in fin ff. de pact.* ſequitur Alexan. *conſil.11. col.3. in fin. Viſo, & vt oportet. lib.2.* Dec. *conſ.630. In cauſa quæ reuocatur. in fi.* Rom. 34
d. conſil.14. n.12. & ſeq. lib.2. † Imo ſufficit, quod in aliqua parte ſit facta mentio teſtamenti. Corne. *conſil.6. In hac conſultatione, colu.4. ver. quod ſi in inſtrumẽto, lib.1.* † Amplia, quia nec ſufficit renuncia- 35
tio *l. de iis ff. de tranſact.* quia non poteſt illi renunciari. Soci. *d. conſil.283. in prin. ver. nam illi legi, lib.2.* vbi dicit ita communiter * Doct. *
tenere; quia in odium occultantium teſtamenta, & fauore publico fuit inducta illa lex. Alex. dicit * communem *d. conſ.11. lib.2. v.* *
bi apoſt. in *ver. renunciari.* citat plurimos concor. & *n.13.* apoſtil. ad Rom. *conſ.403 n.7. in ver. de iis*, allegat Felin. in *c. ſi diligenti. n.27. de foro compet.* & ibidem plenius Roma. *d. conſ.403. num.21. & ſeq. ver. quod autem renunciare non poteſt.* vbi dicit omnes * Doct. commu- *
niter hoc firmare in *d. l. de iis. ff. de tranſact.* & ipſe addit triplicem rationem. Prima eſt, quia fuit inducta in odium occultantium teſtamenta, & ſic fauore publicæ vtilitatis. Secunda; quia lex eſt prohibitoria, aliter tranſigi non poſſe, & legi prohibitorię non tenunciatur: Tertia, quia induxit formam, cui non poteſt renunciari, vbi apoſt. citat Rom. *conſ.402 n.2.* & ibi plena apoſt. in *ver. non aliter fiat*, citat infinitos, quod legi prohibitorię, vel formali

36 non potest renũciari. † Contrarium, quod imo possit illi *l. de iis. ff. de transact.* renunciari cum iuramento, plene Alex. *d. consil. 11. Viso, n. 14. ver. potest & tertio responderi, lib. 2.* vbi plena apost. in *ver. iuramento*, dat conc. Ia. *l. si quis in conscribendo, n. 19. C. de pact.* & est com-
37 munis * opinio, supra *nu. 19.* † Imo, quod illi censeatur renunciatum per clausulã, *renuncians omni legum auxilio cum iuramento.* Alex.
38 *d. cons. 11. Viso, col. pen. n. 14. ver. pondero illa verba, lib. 2.* † Amplia in diuisione facta inter fideicommissarios hæredes; quia si diuiserunt bona fideicommissaria, & vlterius promiserunt cum iuramento non contrauenire aliqua ratione, quæ excogitari posset, in perpetuum, censetur renunciasse fideicommisso, si sciebant; secus si ignorabant, & in dubio præsumitur ignorantia. Dyn. *cons. 6. Ex testamento domini, num. 5 & seq. ver. secunda dubitatio.* † Amplia; quia *d.*
39 *l. de iis. ff. de transact.* habet locum etiam in pacto simplici gratuito. Alexand. *cons. 209. Ponderatis iis, in fi. n. 23. ver. secundo respondeo lib. 6.* vbi apostil. in *ver. gratuito*, citat Corn. *cons. 135. lib. 2. & cons. 139. lib. 4.*
40 † Amplia; quia habent locum, quæ dicta sunt de transactione, vt procedant in omni alia conuentione, eo quia eadem subest ratio, quia non valet circa ea, quæ pendent à testamento, nisi plene sciuerint disposita in testamento. Alex *cons. 114. Visa scriptura, n. 10.*
41 *ver. circa vltimum, lib. 7.* † Amplia in transactione facta de iis, quæ ex testamento debẽtur; quia nisi sit facta inter eos, qui essent certi de contentis in testamẽto, super quo transigunt, non valet trãsactio etiam iurata, etiam cum expressione, quod essent certi, quãdo constat de contrario, vt si filia renunciat fratri, tanquam hæredi ex testamento contenta de legato, quod non erat iure institutionis. Nam cum sit prærerita, & constat, quod non esset certa,
42 non valet transactio Ang *consil. 94. Cum lis per totum.* † Extende, vt procedat etiam in pacto, & liberatione. Angel. *d. consil. 94. num. 7. ver. restat igitur, vsque in fin.* & maxime *col. pen. ver. videamus igitur d. se-*
43 *cundum dubium.* † Limita, quia *l. de iis. ff. de transact.* non habet lo-
44 cum in pacto gratuito. Soc. Iun. *cons. 117. n. 66. lib. 1.* † Limita; quia *d. l. de iis. ff. de transactio.* habet locum dumtaxat in transactione, & pacto, quæ fiunt inter legatarium & hæredem, non autem inter extraneos, si fiat donatio, vel alius contractus. Fulg. *cons. 104. circa*
45 *fin. ver. allegatur præterea.* † Extende; quia non habet locum, quando hæres concordat cum creditoribus hæreditariis; quia sufficit, quod sciat se hæredem, nec intrat hæc lex, nisi quando cum hærede, & legatario transigitur vel renunciatur. Alexan. *d. cons. 11. Viso,*
46 *num. 13. ver. secundo potest responderi lib. 2.* † Restringe; quia imo habet locum solum in transactione, non in pacto. Sign. *cons. 189. num. 5.*
47 *ver. sed hic est aduertendum*, licet dicat aliquos sentire contra. † Et quod non habeat locum, nisi in transactione, dicunt Fulg. Castr.
48 & Ias. in *l. de iis. ff. de transactio.* † Limita, quia iuramentum appositum in contractu renunciationis hæreditatis ex testamẽto etiam quod non fuerit in specie apposita clausula, *visis & inspectis verbis testamenti*, operatur, quod iurans censetur saltem generaliter cogitasse de dispositis in *l. de iis. ff. de transact.* & eius dispositioni renũciasse, vt per Alexand. *consil. 11. col. 4. lib. 2.* Corne. *consil. 6. in hac consultatione, col. 3 in fin. lib. 1. & consil. 240. Bonauentura, col. pen. in fi. lib. 2.* Soc. *cons. 103. In casu conuentionis, col. fin. lib. 3.* late Dec. *consil. 345. Visis*
49 *iis, col. 1. ver. sed tamen.* Alex. plene *consil. 118. Viso instru. per tot.* † Contrarium tenent Feder. de Sen. *consil. 199.* Ang *cons. 90.* & alii, quos
50 pro vtraque parte citat Rol. à Val. *cons. 13. n. 27. & 28. lib. 1.* † Declara; quia si in specie est iuratum super certioratione, & renunciatione speciali, inspectis & visis, valet, alias non. Vide & declara,
51 vt per Rol. *d. cons. 13. lib. 1.* † Extende, quando fuit renunciatum omni legum auxilio cum iuramento; quia censetur renunciatum *l. de iis ff. de transact.* Ias. *d. l. de iis, n. 11.* Rip. in *l. qui Romæ. § duo fratres, nu. 7. ff. de verb. oblig.* Dec. *cons. 346. nu. 4.* qui loquuntur, quando renuncians sciuit. Rut. *cons. 92. n. 23 lib. 3.*

Reparabile, vel irreparabile præiudicium quando dicatur, & quid operetur. Concl. 184.

1 PRÆIVDICIVM † dicitur reparabile, quando potest reparari p sentẽtiam, vel alio modo: nõ reparabile dicitur, quando p sentẽtiam reparari nõ potest, quando sumus in iudicialibus; ideo solet dici, quod ab interloquutoria sententia non appellatur, quando, grauamen potest reparari per diffinitiuam: si vero per diffinitiuam non potest reparari, dicitur irreparabile, & datur ap-
pellatio. Vide, *Appellatio ab interloquutoria an admittatur. Concl. 339.*
2 *n. 15. & 16. & n. 31.* † Amplia; quia quando agitur de præiudicio irreparabili, retardatur, & impeditur exequutio, ne fiat exequutio irreparabilis. Vide. *Tertius veniens pro suo interesse non impedit exequutionem, & quando secus. Conclus. 86. num. 25. & 26.*

Reparationes quæ dicantur, & quæ melioramenta. Concl. 184. la seconda.

REPARATIONES † dicuntur illæ, per quas pristina forma' 1
vel facies domus, vel ædificii conseruatur absq; dilatatione vel productione, seu depressione, prout si reficiatur tectum, paries, vel quid simile. Castr. *cons. 378. Quantũ ad illa, in pr. lib. 1.* vbi, q; idem sonat reficere, quod reparare. † Meliorationes dom' dicun- 2
tur, per quas domus efficitur melior, dum tamen ita sint affixæ, vt pars domus efficiantur. Castr. *d. cons. 378. in pr. vers. meliorationes autem, lib. 1.* † Si vero meliorationes non sunt ita affixæ, vt effician- 3
tur pars domus, sed separaræ appellantur instrumenta domus, si gratia domus sunt apposita, prout sunt instrumenta ad obuiandum procellis, ad excludendum solis æstum, ventum, & similia. Castr. *d. consil. 378. ante med. ver. si vero non sint, lib. 1.* vbi, quod si non sunt gratia domus, neq; dicuntur instrumenta domus.

Repentina festinatio reprobatur, & quando secus. Concl. 185.

FESTINATIO † repentina reprobatur in teste nimis festi- 1
nanter respondente; quia præsumitur subornatus. *c. fi. §. sed aliud. 5. q. 5.* Abb. in *proœm. Decretal. n. 2.* Alex. in *apost. ad Bar. in l. 1. ff. ad l. Corn. de falsi.* † Extende in Papa, & Principe; quia non obligatur 2
ex promissione præcipitanter, & festinanter facta Barb. *cons. 1. nu.*
30. *ver. præterea est aduertendum, lib. 1. cum seq.* † Extende in iudice ni- 3
mis festinanter proferente sententiam; quia non valet. Barb. *d. cõs.*
1. *n. 32.* vbi plures allegat, *lib. 1.* & est text. optimus in *c. sciendum. 29. distin.* ibi, *iudicant, antequam intelligant.* Felin. in *proœm. decretal.* vbi a- 4
lios allegat. † Declarat Abb. in *c. 2. circa si de re iud.* per gl. ibi, quod
iudex debet celeriter expedire causas, sed illud debet intelligi, 5
celeritate matura, ita quod bene fuerit informatus. † Extende in
consulente nimis festinanter; quia nihil valet consilium improuisum. Bal. *in l. captatorias. C. de milit. testa.* Barb. *d. cons. 1. num. 32. lib. 1.*
† Extende in voto, & iuramento festinanter remisso, & præsti- 6
to; quia non ligat. Barb. *d. cons. 1. n. 30 & seq.* maxime *n. 33. lib. 1.* † Exten- 7
de in decreto interposito in alienatione rei minoris; quia si sine
deliberatione, & sine causæ cognitione, non valet. Barb. *d. cons. 1.*
n. 33. lib. 1. † Extende in arbitro, & arbitratore, *apost. ad Abb. 1. super* 8
glo. proœm. decretal. quæ allegat Bald. in *ca. 1. de inuestit. in marit. facta.*
† Amplia; quia qui parum studuit, parum scire præsumitur. gl. in *c.* 9
cum ex litteris, in ver. instructus, de in integr. restit. Sapia in *addit. ad Abb. sup. gl. proœm. decret. in pr. in ver. vide tex.* † Amplia, quia velox est ini- 10
quitas, quæ ad nocendum suggerit occasionem, & lenta virtus, &
cunctatrix; quæ ante iudicat, quam incipiat quid decorum, quid
honestũ; iniquitas enim omnia præcipitat, *c. inter hæc hircum il. 1. de*
pœnit. dist. 3. † Et qui loquitur, vel iudicat, antequam intellexerit, 11
incidit in labyrinthum, *c. sciendum. 29. distin.* Feli. in *proœm. decretal.*
in pr. † Et verbum, *repentinum*, exponitur sine discretione, & sic di- 12
citur indiscretum, quasi ineonsider'e prolatum, ita Archid. &
Gem. *d. c. fi. §. sed aliud. 5. q. 5.* sequitur Feli. *d. proœm. decretal in princip.*
Vide, *Deliberatio quid sit. Concl. 156.* Vide, *Tarditas bona. Concl. 19.* † Li- 13
mita, quia imo festinatio, & repentina actio laudatur in Euange-
lio, quando emissus est Spiritus sanctus, & factus est repente de
cælo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes. † Item, in exemplo come- 14
stionis agni, *Comedite festinãter, est enim Phase, id est, transitus Domini.*
† Item Maria mater salutata ab Angelo exurgẽs abiit in montana 15
cum festinatione, vt in *Euangel. Luca cap. 1.* & ibi beatus Ambrosius
ait: *Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia.* † Item, Pastores in 16
Natiuitate D. nostri IESV CHRISTI secundum Lucam, & *venerunt festinantes Luc. c. 2.* † Item, laudatur diligentia, quæ nihil aliud 17
est, quam festinantia, vt per Gomes. in *reg. de trien. q. 27. in fi.* vbi ponit casus 213. quibus negligentia nocet, & 20. casus, quibus non
nocet, & 31. quibus diligentia prodest. Vide, *Diligentia prodest. &*
quando noceat. Concl. 448. † Declara; quia in iis, quæ spectãt ad salu- 18
tem animæ; quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia, laudatur festinantia, vt in Euang. operariorum: *Quid statis hic tota die*
ociosi? Matth. cap. 20. item in alio, in quo illis seruis, qui ex diligenti operatione multiplicarunt talenta tradita, alter ociosus, qui ni-
hil est lucratus, damnatur, & iuxta illud Euangel. *Nolite cogitare,*
quomodo, aut quid loquamini. † Idem in iis, quæ spectant ad acquisi- 19
tionem siue scientiæ, siue fortunarum. † Idem in iis, quæ spectant 20
ad seruiendum, vel obediendum alteri. † In iis vero, quæ spectant 21
ad exemplum, prout alios docere, procedit *c. sciendum. 29. distinct.*
† Et idem in iis, quæ respiciunt nocumentum alterius, siue in lo- 22
quela, siue in facto, laudatur tarditas, tardus ad loquendum, tardus ad iram, vt bene inquit Apostolus, & in hoc intrat text. in *cap.*
ponderes.

ponderet. 50. distin. In loquela dicas, vt in ver. Loquendum qualiter sit, & qualiter sciendum. Concl. 443.

Repetitio præcedentium ex quibus verbis inducatur. Concl. 186.

1 REPETITIO † præcedentium inducitur, si testator dicat, *iis casibus*; quia censetur repetere, & demonstrare præsentia, &
2 prius dicta. Oldr. *consil.* 232. *ver. pro cuius intelligentia.* † Amplia; quia dictio *eos*, est repetitiua præcedentium. *l. qui plures hæredes. ff. de vulg.*
3 *& pupil.* † Amplia, vt idem sit, si dicatur, *hoc amplius*; quia subsequentia regulantur secundum dispositia in præcedentibus. Calder. *cons.* 549. alias 5. *de verb signific.* & idem Calder. *cons.* 336. alias 7. *de testam.* Ang. *cons.* 236. Castr. *cons.* 276. *nu.* 8. *lib.* 2. Io. de Anan. *cons.*
4 8. *nu.* 5. Castr *cons.* 88. *in pr. lib.* 1. & *cons.* 11. *num.* 3. *lib.* 2. † Declara, nisi
5 constet de mente contraria, Ang *cons.* 236. *per tot.* Io. de An. *cons.* 8. *n.* 5. *ver. sed iis non obstantibus.* Castr. *d. cons.* 11. *nu.* 3. *lib.* 2. † Declara, nisi forte propter impossibilitatem vitiaretur dispositio in sequentibus. Cald. *d. cons.* 549. alias 5. *de verb signifi. in fi.* vbi quod nullus discrepat in hoc. idem Cald. *cons.* 336. *in fi.* alias 7. *de testa.* † Declara, ni-
6 si repugnantia induceretur ex repetitione omnium præcedentium, quia tunc refertur ad magis proximum, non ad omnia.
7 Ang. *d. cons.* 236. *in fin.* † Extende; quia hæc dictio, *hoc amplius*, non solum est repetitiua præcedentis legati, sed qualitatum, & condi-
8 tionum in eo existentium. Castr. *d. cons.* 276. *n.* 8. *lib.* 1. Vide, Dictio, *hoc amplius*, quid importet. *Concl.* 186. † Amplia, vt idem sit de dictione, *vltra*, vt si fiat legatum secundum vltra primum, videtur facta repetitio in secundo eorum, quæ in primo cõtinentur. Calder. *cons.* 336. alias 7. *de testam.* Castr. *cons.* 276. *Super primo nu.* 8. *lib.* 2. Io. de Anan. *cons.* 8. *n.* 5. Castr. *cons.* 88. *in pr. lib.* 1. *& cons.* 16. *in fi. lib.* 2.
9 † Declara, nisi adsit repugnantia, vel contrariæ coniecturæ, vt quia si repetitio fieret, non posset conuenire ratione adiuncti, vt si testator legauit vxori in viduitate, postea vltra prædicta legata legauit 200. vxori, & singulæ filiæ, si masculi decederent; quia non censetur facta repetitio. Cuman. *cons.* 112. *Ciuis quidam. per tot.*
10 Vide, Dictio, *vltra*, qd importet. *Concl.* 395. † Amplia in dictione, *item*, quæ inducit repetitionem præcedentium, quãdo subiungitur, oratione adhuc non perfecta, secus, si oratio esset perfecta. Bald. *consil.* 58. *In restitutione dotis, in princ. lib.* 2. Bartol. *consil.* 27. *lib.* 1. Cuman. *cons.* 22. *Testator legauit, per tot.* Baldus *consil.* 153. *num.* 2. *ver. contrarium, lib.* 5. Bart. plene in *l.* 1. *in princ. ff. de publica.* Soc. Iun. *cons.*
139 *n.* 6 *li.* 1. qui alios citat. Castr. *cons.* 88. *Viso legato, in pr. lib.* 1. *& cõs.*
11 *n.* 3. *lib.* 2. *& cons.* 122. *Viso punctõ in pr. lib* 2. Alex. *cons.* 117. *Visis. n.* 2. *in fi. ver. nõ obstat. lib.* 1. *& cons.* 27. *n.* 10. *lib.* 3. Vide, Dictio, *itẽ*, quid im-
11 portet. *Concl.* 303. † Extende, vt procedat etiam in dictione, *&*, vel dictione, *item*; quia copulat, & repetit, si oratio non est perfecta, vel ratione verbi, vel adiecti, aut suppositi. Bartol. *dict. consil.* 27. *Visa facti narratione, lib.* 1. secus, si oratio est perfecta, vt ibi, & idem tenet Bald. *consil.* 235. *Quod dicta clausula, ver. in contrarium lib.* 5. *&*
consil. 153. *num.* 2. *ver. in contrarium, lib.* 5. Signorol. *consil.* 226. *num.* 4.
12 Castr. *cons.* 122. *in pr. lib.* 2. & infra *num.* 39. Vide, Dictio, *&*, quando copulet, & quando non, & quid importet. *Concl.* 274. † Extende, vt procedat, nedum quando plures res in eadem oratione leguntur eidem personæ, sed etiam, quando plures res leguntur diuersis personis in eadem oratione; quia inducitur repetitio qualitatum, & conditionum præcedentium; quia plures personæ coniunctæ in eadem oratione sunt loco vnius. Franc. Aret. *cons.* 1. *n.* 8.
13 *ver. hoc præmisso.* Bald *cons.* 17. *in fi. lib.* 2. † Extende, vt procedat ampliatio, quod repetitio censeatur facta nedum, quando plures res leguntur pluribus personis in eadẽ oratione ab vno grauato, sed etiam à pluribus grauatis, quando qualitates, & conditiones non sunt diuersæ omnino, sed conformes saltem in genere. Aretin.
d. cons. 1. *num.* 9. & 10. vbi dicit esse dictum nouum, & non tactum ab aliquo, vbi apostil. in *ver. eadem persona*, allegat iura pro contra-
14 ria opinione, sed non in hoc proposito. † Extende; quia repetitio fit etiam inter diuersas personas, quando copulantur in eadem oratione Bart. in *l. re coniuncti, in* 4 *q. princ. ff. de leg.* 3. quem sequitur
* Aret. *d. cons.* 1. *num.* 12. vbi, quod ista pars est * communior, & ve-
15 rior, licet Bart. variauerit. † Contrarium tenet Bart. *d. cons.* 3. *in fin. lib.* 1. quia repetitio non fit inter diuersas personas in eadem oratione, vbi apostill. in *ver. diuersis personis*, & plenius Bartol. *consil.* 39. *Cola reliquit, lib.* 1 vbi, quod quando fit mutatio rerum, vel personarum, non fit repetitio per dictionem, *item*, & ibi apost. in *ver. facta repetitio*, quæ dat concord. plene Ioann. Dilect. *de arte testandi. par.* 6. *cau.* 58. vbi allegat plures. Alex. plene *consil.* 158. *Abunde, n.*
16 2. *ver. quibus parum, lib.* 6. vbi allegat. & sequitur Bart. † Declara; quia distinguitur, aut conditio adiicitur post nominationem vtriusque personæ, & tunc conditio censetur apposita vtrique personæ, aut infertur conditio post nominationem alterius personæ dumtaxat, & tunc conditio non respicit personam vtrius-
que, *l. fin. §. Seio. ff. de leg.* 2. ita Alex. *dict. cons.* 158. *num.* 2. *ver. quibus pa-*
17 *rum, lib.* 6. † Declara; quia si conditio non congruit æqualiter vtri-
que personæ, nunquam censetur repetita conditio vtriusque personæ, & ita procedit tex. in *d. l. fi. §. Seio ff. de leg.* 2. ita Bart. in *l. Seio. §.*
Caio ff. de fund. instr. Bald. *d. l. fin. §. Seio ff. de leg.* 2. & alii, quos citat
Alex. *d. cons.* 158. *num.* 2. *ver. nec obstat, si ad illum tex. lib.* 6. vbi etiam a-
postil. in *ver. prout*, & hanc declarationem à nemine impugnari di-
cit Alexan. *d. cons.* 158. *n.* 4. *in fi. lib.* 6. licet dicat etiam alios intelle-
18 ctus dari, qui sunt veri. † Declara; quia repetitio non fit in diuersis personis copulatis per dictionem, *&*, secus si per dictionem, *cum*;
19 quia dictio, *cum*, copulat accessorie, & repetitio in principali fit accessorie. † Contra declarationem tenet Franc. Aretin. *dict. cons.*
1. *num.* 12. quia dictio, *cum*, semper copulat æqualiter inter personas; ideo soluit; quia verior est prima opinio, & dat duas solutio-
nes, quod non fit repetitio in secunda persona, quando conditio in prima inerat tacite, & fuit expressa, vel quãdo constat de mente, alias secus, & idẽ dicit Alex. *cons.* 158. *n.* 4. *ver. nec etiam obstat lit.*
6. quod quando tacite inerat, expresse non operatur. † Extende;
20 quia dictio, *si*, inducit repetitionem, Sign. *cons.* 226. *n.* 4. † Restrin-
21 ge, quando dictio, *item*, vel dictio, *&*, non repetit dicta in præcedentibus, quando plura capitula separata sunt interposita. Bart.
d. cons. 39 *Cola reliquit, in fi. lib.* 1. Castr. *cons.* 16. *Viso dicto punctõ, in fi. lib.*
22 2. † Restringe, quando in sequentibus specialis prouisio adhibe-
tà est; quia tunc dictio, *item*, licet sit repetitiua, non repetit in eo, qui habet specialem prouisionem. Alex. *consil.* 158. *num.* 5. *ver. principaliter, lib.* 6. † Restringe; quia si pater habet duos filios, A. pu-
23 berem, & B. impuberem, & ambos instituit hæredes instituit, & si A. decederet sine filiis legitimis & naturalibus ab intestato, & B. sine filiis legitimis & naturalibus decederet, substituit filias testatoris, illa conditio ab intestato apposita A. non est repetita B. Alex.
plene *cons.* 158. *Abunde, per tot.* vbi ponit multa similia, *lib* 6. † Sic
24 infertur, quod si testator instituit A. si capellam construxerit in Ecclesia sancti Augustini, & quatenus hæres non sit, substituit Seium, si A. non fuit hæres, Seius substitutus non tenetur construere capellam in Ecclesia sancti Augustini. Alex *d. cons.* 158. *n.* 6. *ver. &*
pro hoc concludunt, lib. 6. vbi, quod idem indicatur de copula, *item*,
quod de copula, *&*. † Restringe, quia dictiones, *item*, & iæ copu-
25 latiuæ nunquã repetunt, quãdo apponuntur oratioui, vel dispositioni inter diuersas personas et in eadem oratione, & multo magis inter diuersas personas, diuersas res, & diuersas dispositiones.
Bart. *consil.* 3. *Titius condidit testamentum circa fin. ver. super secundo, lib.*
1. vbi apostil. in *ver. item vide*, & in *ver. diuersis personis.* Signorol. *cons.*
156. *in fin.* & sequitur Alex. plures adducens *cons.* 158. *Abunde, nu.* 2.
26 *ver. quibus parum, lib.* 6. † Restringe; quia dictiones repetitiuæ non habent locum, quando ex repetitione vitiaretur legatum. Ang.
27 *cons.* 294. *in fi.* † Restringe; quia dictio, *item*, aliquando est continuatiua. Castr. *d. cons.* 122. *in pr. li.* 2 & dicitur cõtinuatiua, quando adiicit orationem perfectam orationi perfectæ. Bart. *consil.* 27. *Vi-*
28 *sa, in pr. libr.* 1. † Amplia; quia dictiones, *item*, & repetitiuæ semper repetunt, etiam si sunt in diuersa oratione, & diuerso legato perfectis vno casu, videlicet, quando testator primo fecit legata a fi-
lio hærede, & postea per dictionem aduersatiuam, si vero filius meus decesserit sine filiis, lego 100. Titio; item lego 200. Seio, item 300. Sempronio, quia conditio in primo legato ceseruit repetita in secundo, & seq. videlicet si filius moriatur sine filiis, quia
29 concurrit verisimilitudo, q̃ pater non ita grauasset filium in vita, plene Castr. *cons.* 122. *Viso puncto, lib.* 2. *in pr.* † Amplia in dictione,
30 *vt supra*, quia repetit præcedentia proxima, Cuma *d. cons.* 22. *in fin.* vbi quod non repetit remota, & idem, si dictum est, *vt supra dictũ*
est. Ang. *cons.* 330. *n.* 2. qui hoc dicit, quãdo talis clausula est in ora-
31 tione distincta, & separata. † Amplia, quia dictio, seu relatiuum, *quis*, vel *qui*, *quæ*, & *quod*, inducit repetitionem sui antecedentis, quod necessario præsupponitur cũ suis qualitatib⁹, maxime quã-
do inter easdem personas, & in oratione non omnino perfecta.
Cuman. *cons.* 54. *Pater vxori n.* 2. *ver. nam illud.* † Amplia, si pater le-
32 gauit filiabus scuta 300. quãdo nupserint, & si aliqua earum mo-
riatur, legauit vltra 300. alios 100. censetur legasse cum repeti-
tione, quando nupserint, quia verbũ, *alios*, inducit repetitionem.
Cuma. *cons.* 46. *Pater filiis in princ.* † Amplia, quia pronomina, *nos*, *vos*,
33 *vobis*, censentur repetere singulos nominatos, vt in *proœm. Institu.*
& proœm. sexti. ibi, *vobis.* † Amplia in dictione aduersatiua, quia
34 inducit repetitionem, prout est dictio, *si autem*, vel dictio, *sed*, quia refert casum conuersum retento eo rem thematę. Bald. *cons.*
135. *Factum proponitur per tot. lib.* 4. vbi limitat, nisi ex mente & con-
icturis repetitio fieret solum quoad aliqua, & non quoad o-
mnia

mnia, & loquitur, quando pater legauit filiæ mille, si nubat, quæ voluit ea mortente reuerti ad propios filios masculos; si vero masculi prædecederent filiæ, voluit mille esse libera filiæ, an intelligatur repetita cõditio, q̃ sint libera, si nubat, & p̃ vtraq; parte tenet, tamen fauore filię dicit credere, quod nõ, & quod est quęstio
34 dubia. † Contrarium tenet Bal. *cons. 153. Quidam testator, n 3. vers. & similiter è conuerso, lib. 5.* vbi, quod tria sunt, q̃ excludunt repetitionem tacitam, aduersatiua orationis, prout est dictio, *sed, secus*, & similia, item separatio temporis, & dispositionis, item aduersatio
35 rationis, sed loquitur in repetitione oneris. † Extende in dictione aduersatiua, *si vero*, quia inducit repetitionem præcedentiũ. Bart.
36 *in l. in repetendis ff de leg. 1. 3.* † Declara, vt procedat in substitutione, vel translatione eiusdem rei, vel legati, & q̃n in eadem scriptura, secus si in diuersis scripturis, & q̃n non est substitutio, neq; translatio, sed sunt diuersa legata. Bald. *d. cons. 232. Proponitur in facto, post*
37 *med. ver. dubitatio istius q. lib. 5.* † Amplia; quia verbum *confirmamus*, inducit repetitionẽ, vt omnia, quæ sunt in actu confirmato, censeantur repetita in confirmante, etiam si aliqua sint expressa, & a-
38 liqua sint omissa. Bald. *cons. 331. Quidam fuit, lib. 5.* † Amplia idem, quando fit relatio, quia relatum est in referente. Vide, *Relatum est*
39 *in referẽte. Concl. 129.* † Et quid in cõfirmatione, quia repetita censentur omnia, quæ in confirmato sunt. Crau. *cons. 333. n. 24.* † Declara, seu restringe, quia ea, quæ annullarent confirmationẽ, non sunt repetita, plene Alex. *cons. 99. Super primo, n. 6 & 7. lib. 7.* vbi, quod repetitio etiam expresse facta per verba generalia nõ refer-
40 tur ad ea, quæ redderent confirmationem nullam. Vide, *Actus validus in dubio interpretari debet. Concl. 136.* † Amplia, quia dictio, *vna*
41 *cum tali*, inducit repetitionem, vt vno mortuo ex duobus executoribus omnia sint repetita in superstite. Bart. *cons. 147. Factum tale, in fi. lib. 1.* † Amplia, quia etiam dictio, *&*, nedum repetit qualitatem, sed etiam qualificationem. Sign. *cõs. 224. n. 4.* & plenius vi-
43 de ꝛ. *n 5.* † Amplia, quia sicuti vna dictio, prout *item*, vel, *vltra*, inducit repetitionem, multo magis, quando duæ dictiones, prout, *item vltra prædicta lego, &c.* ita Castr. *cons. 88. Viso legato, in princ. lib. 1.*
44 † Limita, quia nunquam fit repetitio ad præcedentia ex dictionibus repetitiuis, quando nouæ conditiones, & diuersæ à præcedentibus apponuntur in sequentibus. Ang. *cons. 294. n. 5 & seq. vs-*
45 *que in fi.* Franc. Aret. *cons. 1. n. 6.* Io. de Anan. *cons. 8. n. 5.* † Extende, quia eo ipso, quod in secundo legato expressit aliquas conditiones, non censetur voluisse repetere alias in præcedenti legato, quia censetur neglexisse omissa, & si voluisset, expressisset. Ioan.
46 de Anan. *d. cons. 8. n. 5.* † Restringe, vt non procedat, quando diuersitas se compatitur, quia sufficit, quod sint conformes in ge-
47 nere. Franc. Aret. *cons. 1. n 8.* † Limita, quia repetitio qualitatis, vel conditionis in vna persona, non inducitur in alia, etiam in eadem oratione, quando conditio expressa in prima persona inerat tacite, quia expressio eius, quod tacite inerat, nihil operatur. Franc.
48 Aret. *cons. 1 n. 2. vers. restat respondere.* † Extende, quando conditio, vel qualitas in prima persona limitata est, quia ad aliã personã in eadem oratione non extenditur. Aretin. *d. cons. 1. num. 13. vers. vel*
49 *aliter.* † Limita, quando ex repetitione legatum redderetur inutile, nunquam fit repetitio. Ioan. de Anan. *cons. 8. in fin.* Alex. *cons.*
50 *99 Super primo, num. 5. & seq. versic. circa secundum, lib. 7.* † Extende, vt procedat nedum, si relatio sit præsumpta ex dictionibus repetitiuis, & relatiuis, sed etiam si sit expressa per verba generalia, ideo si maritus legat vxori, quatenus filius hæres præmoriatur vxori, reuocat legatum, mortuo testatore filius legat matri, & dicit, lego matri meæ talia bona eo modo, quo legauit pater meus in suo testamento, non erit repetita qualitas, quod si filius præmo-
51 riatur matri, sit reuocatum, quia redderetur inutile. Alex. plene *d. cons. 99. num. 5. & seq. lib. 7.* vbi plura cumulat ad hoc. † Limita, quando in diuersis orationibus perfectis, quia tunc conditio, seu onus appositum in vna oratione non censetur repetitum in alio legato. Castr. *cons. 276 num. 8. lib. 2.* Deci. *cons. 213. Visis iis, n. 5.* vbi restringit, vt procedat limitatio, quando subest ratio diuersitatis, alias secus, & quod non fiat repetitio ex diuersis orationibus per-
52 fectis, Crauett. *consil. 443. num. 4.* † Et quod repetitio conditionum non censeatur facta in dubio, quando legata sunt separata, & habent orationem perfectam, tenet Bolog. *in addit. ad consil. 8. Ioan. de Anan. ver præterea ponderandum*, vbi, quod non fit, nisi quando oratio est imperfecta. Alex. *cons. 96. Sentio dictum soluentem, in fi. lib. 7.* Bart. *consil. 39. lib. 1.* vbi idem, quod diuersæ res, vel personæ,
53 vel eadem persona, sed legata diuersa, & non coniuncta. † Et maxime, quando sunt diuersæ scripturæ, prout testamentum, & codicillus, quia conditiones in testamento non censentur repetitæ in codicillis. Castr. *d. cons. 276. n. 8. ver. contrarium puto*, vbi loquitur, etiam si adsit dictio repetitiua, *hoc amplius, lib. 1.* Alex. *d. cons. 96. in fi. lib. 7.* † Extende maxime, quando sunt diuersæ cum interuallo 54
Crauet. *cons. 429. in prin. n. 1 & seq.* Bolog. *in addit. ad d. cons. 8. Ioan. de Anan.* † Maxime, quando legata non sunt ex eadem liberalitate, 55
& causa, sed ex diuersa. Castrens. *d. cons. 276. ver. secunda ratio, lib. 1.*
† Restringe, quia bene qualitas in institutione facta in testamen- 56
to censetur repetita in legato facto in codicillis; quia magis de principali ad accessorium operatur dictio repetitiua. Castr. *d. consil. 276 in fi. ver. nec obstat, lib. 1.* † Oratio autem perfecta dicitur, quæ 57
habet suum verbum, à quo regitur, alias non est oratio perfecta. Bart. *in l. in repetendis, col. 2. in princ. ver. tertio casu, ff. de leg. 3.* plenius *in l 1. in princip. ff. de publican.* † Et quod qualitas adiecta qualificet o- 58
mnia, quæ reguntur ab eodem verbo, Socin. *consil. 66. n. 14. ver primum tenendo, lib. 3.* Soc. Iun. *cons. 139. n. 6. lib. 1.* vbi alios allegat. † Li- 59
mita etiam, quia repetitio non fit de eadem qualitate in diuersa oratione, maxime ex interuallo, etiam si adsint dictiones, *item*, vel, *hoc amplius*, vel similes, quæ faciunt regulariter repetitionem. Bart. *in l Seia. §. Gaio ff de fund. instructi. & in l. in repetendis, ff. de legat. 3.* Castr. *cons. 11. n. 3. lib. 2.* & idem de dictione, *vltra*, idem Castr. *consil. 16. in fi. lib. 2.* vbi maxime procedit, ne filia in secundo legato censeatur onerata ex conditione contenta in primo; quia æquior est opinio Bart. *consil. 39. Reliquit. lib. 1.* † Restringe; quia imo repeti- 60
tio qualitatis viduitatis semper inducitur, quando maritus legat vxori, si in viduitate permanserit; quia si faciat etiam ex interuallo alia legata vxori, censetur semper repetere qualitatem, si vidua permanserit; quia famus in iis, in quibus anima mariti contristatur, prout si vxor non remanet vidua, ita plene Castr. *d. consil. 11. n. 3. vsque

Repetita in sequentib. vbi ponit quatuor fallentias; prima est, quando fieret ex interuallo; secunda, quando repetita sunt d. ffinitiua, & separata; tertia inter alias personas; quarta in repetitione
6 odiosa. † Declara; quia vbi fit repetitio ex sequentibus, fit semper ad proxima, non ad remota, maxime quando intercedunt diuersæ dispositiones. Cuman. *consil.* 22. *Testator legauit, circa med. vers. nec*
7 *hic est de repetitione.* † Amplia, quia repetitio inducitur qualitatum in primo substituto, vt sint in secundo substituto loco primi; puta A. substituitur filiis testatoris morientibus, si tunc extabit, & B. substituitur A. primo substituto, intelligitur, si A. tunc in rerum natura non extaret; prout in simili de obligatione nouante, in qua qualitates primæ censentur repetitæ. Roman. *consil* 56. *In casu proposito, nu.* 2. licet ibi teneat contrarium; quia ad nullitatem
8 actus tenderet. † Idem, quando duo legata fiant eidem personæ etiam copulata, si ambę res legatæ sunt sub eadem oratione, qualitas in primo est in secundo repetita; si vero in diuersa oratione, & non censetur facta repetitio. Bart. *in l. Seia. §. Caio ff. de fundo instruct. & consi.* 39. *lib.* 1. Bald. *consi.* 58. *In repetitione, col.* 2. *ver. super primo. lib.* 2. Castrens. *consi.* 16. *Viso, in fin. lib.* 2. Alex. *consil.* 661. *Viso, nu.* 6. *ver.*
9 *confirmatur, lib.* 3. † Extende; quia qualitas in vna substitutione censetur repetita in alia, quæ regitur ab eodem verbo. Paris. *consi.* 18. *n.* 26. *& seq. lib.* 2. allegat Socin. *consil.* 249. *Materia præsentis, col.* 7. *ver. secunda regula, lib.* 2. *sub n.* 10. qui hoc dicit. Curt. Sen. *consi.* 51. *nu.* 15. vbi late; quia tunc si regitur ab eodem verbo, dicitur eadem oratio continuata. Gab. *consi.* 98. *n.* 17. *& seq.* vbi dicit, quod ita fit repetitio de secundo legato ad primum, sicut econtra de primo ad
10 secundum, *lib.* 1. † Idem, quando duæ substitutiones sunt vnitæ; quia vna sumit de natura alterius, & e contra, Paris. *d. consi.* 18. *n.* 28. *lib.* 2. *& multis seqq.* Rim. Iun *consi* 23. *n.* 232. Socin. *consi.* 249 *n.* 10. *ver. tertia regula, lib.* 2. Rimin. Iun. *consil* 544. *nu.* 21 *& seq.* vbi alios citat.
11 † Item similiter dicitur, quod si substitutio prima est vulgaris, pupillaris, & fideicommissaria; ita etiam erit secunda; quia qualitas primæ censetur repetita in secũda. Rim. Iun. *consi.* 23. *n.* 231. allegat Deci. *consi.* 227. *n.* 3. maxime, quando adest dictio, *vt supra*, vel alias relatiua, allegat text. *in l. fundum instructum. ff. de fund. instru.* & quod sequens substitutio immediate facta censeatur iuxta præcedentem, idem Rim. Iun. *consi.* 279. *nu.* 206 *& seq.* vbi allegat concord. Simon de Præt. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2 *rubric.* 2. *interpret.* 4. *solut.* 1.
12 *num.* 145. *fol.* 196. † Idem in substitutione prima compendiosa; quia aliæ coniunctæ substitutiones sunt compendiosæ. Deci. *consi.*
13 41. *num.* 71. *lib.* 1. † Extende etiam ad effectum declarandæ substitutionis fideicommissariæ. Rimin. Iun. *consi.* 279. *num.* 206. *& seq.*
14 † Extende maxime in legatis; quia conditio omnis, quæ est in legatario primo, est repetita in substituto; secus in hæreditate vniuersali, ita Io. de Imol. *in l. sub conditione, col.* 2. *ver. sed certe, ff. de hæred.*
15 *instit.* Capra *consil.* 2. *num.* 29. *& seq.* † Extende, etiam si vna, videlicet prima substitutio contineat plus, quam secunda; quia non valet argumentum; testator sicuti expressit in prima, ita in secunda; quia in dubio procedit hæc præsumptio; secus, si iuris interpretatione fiat repetitio ex coniecturis; quia expressum esse dicitur, quod coniecturis probatur. Rimin. Iun. *consil.* 544. *num.* 199.
16 *& multis seqq.* † Extende; quia substitutio reciproca in primo substitutis censetur repetita in secundo loco substitutis minus dile-
17 ctis. Crau. *consi.* 130. *num.* 6. *& seq.* † Extendit Cephal. *consi.* 169. *n.* 16. *& seq. versic. tertio ego considero*, vt substitutio facta de primogenito masculo, & descendentibus masculis eiusdem, & ipsis deficientibus vocat secundogenitum simpliciter, quod debet intelligi de secundogenito, & eius descendentibus masculis, licet non sit dictum; quia in prima hoc continetur, & secunda venit in supple-
18 mentum primæ. † Et verba denotantia tractum successiuum in prima substitutione habet locum etiam in substitutione sequenti repetita. Ruin. *in l. Gallus, § quidam recte, n.* 57. *ff. de liber. & posthum.*
19 † Et tractus successiuus in primo, prout si vocatur frater, & descendentes ex eo, quandocunque filius moriatur, censetur repetitus in descendentibus inter se. Crau. *consi.* 22. *n.* 7. *ver. & si dicatur.*
20 † Declarat Rui. *d. § quidam recte, n.* 57. *&* 58. non procedere, quando fit substitutio filio; quia nominatim non habet locum de persona ad personam, & idem dicit Cephal. *consil.* 473. *num.* 18. *& seq.* secus, si non est facta personæ, sed quod res transeant. Ceph. *consi.*
21 477. *num.* 45. *& seq. ver. vltima.* † Restringe; quia quando capitula sunt separata, & orationes perfectæ, dicta in vna substitutione nunquam censentur repetita in alia, maxime, quãdo inter diuersas personas, ita Socin. *consi.* 63. *Visis testamento, n.* 19. *ver. præterea licet, lib.* 3. sequitur Paris. *consi.* 38. *n.* 26. *&* 27. *lib.* 2. Corne. *consil.* 129. *n.* 29. *lib.* 2. plenissime Roman. *consi.* 503. *Diligenter, n.* 3. qui loquitur maxime, quando verba sequentia sunt separata; quia non ita influunt in præcedentibus, sicut præcedentia in sequentibus, vbi plenissima apost. dat concord. *in ver præcedentia.* † Amplia; quia conditio, & qualitas posita in vno ex copulatis censetur repetita etiã 22
quoad alia simul copulata sequentia, ideo Noratius condemnatus in 500. & si non soluat intra mensem, condemnatur in amputatione manus, & quod de cætero non possit exercere artem, omnia intelliguntur, nisi soluerit. Cum. *consil.* 62. *per tot.* quod est
Cuman. Fulg. & Henrici Alani. † Amplia, quia ea, quæ sunt fir- 23
mata in præcedentibus ad actum celebrandum, censentur repetita in iis, quæ incontinenti sequuntur, si compatibilia sunt. Socinus *consil.* 27. *num.* 15. *lib.* 4. † Extende; quia imo regula est, quod 24
dicta in præcedentibus censentur repetita in sequentibus incontinenti de eadem materia. Rom. *consi.* 461. *In eo, quod, sol. fuit. ver. prima habet.* † Amplia; quia ad validitatem actus, qui aliter non va- 25
leret, repetitio inducitur, maxime, quando verba hoc dictant, ideo si pater legauit filiæ iure institutionis sub conditione incerta certum quid, & interim habeat alimenta, licet non valeat institutio pro legitima sub conditione; tamen inducitur repetitio, vt interim habeat alimenta, videlicet eodem iure institutionis tacite repetito, vt valeat testamentum. Cuman. *consil.* 128. *Mengu in testamento, circa medium, versicul. tamen ego soleo.* † Amplia; quia semper, 26
quod plures copulantur simul, & qualitas patriæ adiicitur vni, censetur repetita omnibus, siue agatur de augmẽto, seu diminutione, odio, vel fauore. Alexan. *consi.* 100. *Visa. n.* 2. *lib.* 6. † Extende; 27
quia si fiat inquisitio contra plures de delicto, & omnes in eadem oratione sunt, & licet de vno solo fiat mentio, de quo loco sit, eadem qualitas censetur repetita aliis, licet non sit dictum. Alex. *d. consi.* 100. *n.* 2. *lib.* 6. † Imo plus dicit, quod etiam si non adsit inter 28
eos copula, sufficit oratio soluta, quæ habet vim copulæ, vt censeatur facta repetitio, quod sunt de tali loco, vel comitatini, maxime in libello, & inquisitione hoc procedit. Alex. *d. consi.* 100 *n.* 2. *& seq. lib* 6. † Extende maxime, quando sunt duo nominati; quia 29
qualitas expressa in altero censetur repetita, & conuenire ambobus. Alex. *d. consi.* 100. *n.* 3. *&* 4. *ver. probatur, lib.* 6. † Extende multo 30
magis in patre, & filio; quia si pater exprimitur tanquam comitatinus, necessario infertur, quod etiam filius sit comitatinus, non tantum ex repetitione, sed quia filius sequitur patris domicilium originale. Alex. *d. consi.* 100. *n.* 5. *ver. alia ratione, lib.* 6. † Amplia in di- 31
cto testis; quia dictum vltimũ simplex intelligitur secũdum qualitatem, & tempus, sicut dixit in principio, veluti si testis dixit, nõ esse informatum, nisi de tali tempore, si dicat postea, quod semper vidit, intelligitur videl. de illo tempore. Alex. *d. consi.* 100 *col.* 3. *in fi. & seq. ver. quintus testis, lib.* 6 † Amplia in statutis; quia dicta in 32
præcedentibus eiusdem capituli censentur repetita in sequentib. eiusdem capituli, *l. Titia, § idem respondit ff. de verb. obli. l. quemadmodum, § hoc capite, in fi. ff. ad leg. Aquil.* † Restringe; quia narrata in pri- 33
mo capite statuti limitantia non censentur repetita, quando pro facti narratione describuntur. Cum. *consi.* 120 *n.* 3. & sequentia respiciunt diuersam dispositionem. † Restringe, vt non procedat 34
in statuto excludente fœminas stantibus masculis; quia si in eodem capitulo statutum etiam disponat, quod ex testamento fœminæ sint contentæ legato patris; non tamen censetur repetita conditio, stantibus masculis, ex verisimili mente; & quia diuersa militat ratio, in primo statuto fauor agnatorum, in sequentibus fauor testamenti paterni. Bal. *consi.* 416. *Super eo, quod nuper per tot lib.* 3. quod est Franc. de Ramp. Io. de Lignan. Ang. de Presbyt. & Io. de Casalib. & idem tenet Cum. *consi.* 120. *n.* 3. quia si diuersa est ratio, & dispositio, non habet locum repetitio. † Amplia in contra- 35
ctibus; quia dicta in vna parte contractus, siue in principio, siue medio, vel fine, censentur repetita in qualibet parte, nisi contrarium appareat ex mente, vel nisi sequatur absurdũ. Bald. *consi.* 284. 36
In primis est inspiciendũ, circa med. ver. modo restat respondere. lib. 4. † Amplia; quia dicta in præcedenti substitutione, videl. vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, censentur repetita in sequenti, quando oratio sequens est coniuncta præcedenti, vel continuatiue facta. Bald. *consi.* 17. *Præteritio, lib.* 2. Simon de Præt. *de interpret. vltim. voluntat lib.* 2. *dub.* 2. *interpret.* 4. *solut.* 1. *num.* 145. allegat Deci. *consil.* 226. *col.* 2. *num.* 3. Crauett. *consi.* 208. *n.* 6. Curt. Iun. *consil.* 70 *in prin.* Menoch. qui plures allegat *consi.* 117. *n.* 68. *&* 69. Rim. Iun. *d. consi.* 545. *n.* 44 *& seq.* maxime *n.* 46. Soc. Iun. aliquid *consi.* 130. *in fin. lib.* 1. Socin Sen. *consi.* 249. *nu.* 10. *vers. tertia regula, lib.* 2. † Contrarium in 37
fideicommisso, & odiosis, Socin. Iun. *consi.* 13. *nu.* 31. *lib.* 3. & quod verba vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum in prima substitutione non censeantur repetita in secunda substitutione continuata, Bart. *consi.* 70. *Pater fecit, in pr. lib.* 2. *ver. primo videndum.* Bald. *consi.* 58. *In restitutione, in pr. lib.* 2. Coin. *consi.* 69. *in fi. lib.* 2. † Declara 38
vt infra *num.* 111. *ver. & dicitur. cum seq.* vbi plenius. † Extende eam 39
pliationem; quia qualitas in institutione censetur repetita in substitu-

stitutione; quia institutio dat interpretationem substitutioni. Rim.*cons.*128.*n.*13.*lib.*3.Dec.*cons.*15.*col.*3 Paris.*cons.*18.*n.*21.*& seq.&*
40 *n.*28.*lib.*2. †Maxime, si materia est fauorabilis. Dec.*cons.*567.*num.*
41 6 *& seq.*Rim.Iun.*cons.*347.*num.*22.*& sequent.* † Extende maxime, quando extant coniecturæ, quod testator voluerit conseruari bona in agnatione. Alex.in*l. Gallus.*§.1 12.*ff. de lib.& posthum.* Socin.*cons.*73.*n.*13.*lib.*4. Menoch.*cons.*95.*nu.*83. Eugen.*cons.*12.*nu.*36.
42 †Extende maxime, quod verba denotãtia tractum successiuum, prout dictio,*perpetuo*, & similes, quæ sunt in prima substitutione, censentur repetita in secunda substitutione, quæ venit continuatiue ad primam, Crau.*cons.*22.*nu.*7.*ver & si dicatur.* Ceph.*cons.*196.
43 *nu.*16.*& seq.ver.tertio ego considero.* † Amplia in testamentis, quia dicta in præcedenti oratione perfecta circa personas, & verbum regens orationem censentur repetita in sequentibus clausulis imperfectis, quando adest copula, *&*. Bal.*cons.*235.*Quod dicta clausu-*
44 *la, lib.*5.*per tot.* † Extende; quia testator relinquens consanguineæ suæ habitationem in domo testatoris, & expensas, intelligitur, &
45 expensas, in domo testatoris. Ang.*cons.*28.*Testator reliquit.* † Amplia; quia si testator legat liberis suis fundum instructum, & adiiciat, quod si aliquis ex dictis præmoriatur, restituat portionem suam fundi, licet non adiecerit, instructi, tamen intelligitur de fundo cum instrumẽto, prout legatũ fuit, *l.*3.*ff. de fundo instr.* ita Alex.*cons.*204.*Perspectis, n.*12.*& seq. ver.nec prædicta conclusioni, lib.*6.*v-*
46 bi, q talia subiecta, qualia prædicata. † Sic si fiat substitutio simpliciter in codicillis ei, cui in testamento fuit facta institutio, vel relictum legatum, licet substitutio non exprimat, intelligitur facta secundũ institutionem, vel legatum factum. Alex.*cons.*204.*n.*
47 13.*ver.quia in codicillis, lib.*6.† Amplia; quia dicta in vno capitulo separato censentur repetita in sequentibus, quando illa dicta concernunt iuris dispositionem. Corn.*cons.*83.*Circa primum. lib.*4. maxime *nu.* 5. vbi, quod verbum, *honesto modo quis possit pascere in alieno territorio*, cẽsetur repetitum in omnibus capitulis sequentibus, vt
48 omnia capitula honesto modo intelligantur. † Amplia, quando aliquid fit per modum subrogationis; quia tũc omnes qualitates, quæ sunt in substitutione prima, trãseunt in substitutione subrogata. Rim.Iun.*cons.*23.*n.*233. Iacob.Mandel.*cons.*214.*n.*9. Dec.*cons.*
189. *Circa primum, n* 4.*ver.non obstat successiue.* Alex. plene *consil.*66.
49 *Viso testamento, n.*2.*lib.*3.† Extende; quia conditio viduitatis in do-
50 natione subrogata censetur repetita. Dec.*cons.*190.*colum.*4.† Restringe, quando primum legatum est sub vna conditione, puta viduitatis, secundum legatum subrogatum est sub conditione, si non poterit morari cum filiis; tunc cum conditiones sint diuersæ, subrogatum legatum non habet onera, quæ sunt in præcedenti; quia constat de mente. Alex.*cons.*66.*Viso testamento, nu.*2.*&*
51 *sequen.ver. & cuidam tota difficultas, lib.*3.† Amplia in casu conuerso; quia dispositio sequens, quæ confirmat, vel addit dispositioni præcedenti, censetur etiam repetere in præcedentibus ea, quæ confirmando, vel addendo disponit. Pet.de Anch.*cons.*44.*Primo*
52 *de uiribus, n.*9. † Amplia per modum translationis; quia fit repetitio de primo legato translato in alium. Alba. Mandel.*cons.*234.*n.*
10.*& seq.* Deci.*cons.*189.*Circa primum, n.*6. Alex.*cons.*66.*nu.*4.*lib.*3.
53 †Amplia; quia repetitio oneris fit in legatis particularibus; quia onus, quod inest legato particulari, seu primæ substitutioni particulari, inest secundæ substitutioni; secus in institutione vniuersali; quia non censetur onus repetitum in substitutione vniuersali, nisi ex coniecturis. est tex.in*l.vnica.*§ *pro secundo.* vbi Corn.*n.*12.
* *ver.ideo tertio. C. de caduc.tollen.* vbi dicit *communem, sequitur De-
* ci.cõs.189 *Circa primũ in fi.* vbi dicit * cõmunem, & hoc non debet intelligi. Bar.*cons.*3.*Titius, in fi.ver.super secundo, lib.*1. Io.de Imol.in*l. subconditione, col.*2.*ver.sed certe ff. de hæred instit.* Capr.*cons.*2.*nu.*29.*&*
54 *seq.* † Amplia, quia repetitione legatorum facta à lege, vel testatore cum omnibus qualitatibus à substituto vel fideicõmissario debentur cum omnib. qualitatibus; quia hoc exprimitur. Sign.*cons.*
55 123.*ver.iis igitur.* † Extende idem, si repetitio fiat simpliciter, sed
56 per verba generalia. Sig.*d cons.*123. † Restringe, quando repetitio fit per verba specialia; quia nõ censetur facta cum omnibus qualitatibus, nisi constet de mente. Signor.*d. consil.*133. Vide plenius,
57 *Repetitio onerum tacita. Concluſ.*190. † Amplia, quia repetitio fit in tempore; quia appositum in principali dispositio censetur repeti-
58 tum in omni cohærentia. Bald. in*l. Titius si cum. C. de oper.lib.*† Amplia; quia fit repetitio in iis, quæ recipiunt limitationem extrinsecus ex natura interrogationis, ex natura relationis, ex natura declarationis, ex natura præambuli, ex natura copulæ, ex dictione, *hoc amplius*, ex identitate rationis, Bald. *dict. l. Titius la* 2.*C. de o-*
59 *per.liber.* † Limita, & hæc est regula; quia qualitates in vno capitulo separato non censentur repetitæ in alio. Alexand.*consil.*47.*Per-*
60 *spectis iis, num.*3. vbi apostill. in *ver.qualitas lib.*5. † Extende in positionibus; quia non iunguntur, neque fit in iis repetitio, vt primæ referantur ad sequentes, maxime, quando habent orationem perfectam. Alex.*cõs.*102.*Viso processu, n.*4.*in fin.ver.secundo respondeo,*
*cum seq.lib.*5. † Extende in legatis; quia conditio viduitatis in vno 61
capitulo, & legato separato, non censetur repetita in alio legato separato. Alex.*cons.*66.*Viso testamento, n.*2.*ver. & quidem tota difficultas, lib.*3. † Contrarium Castr.*cons.*11.*nu.*3.*lib.*2.vbi, quod extensio 62
procedit in extraneo, secus in marito, ne contristetur anima eius.
† Declara; quia in stipulationibus distinguitur; aut enim in se- 63
cunda stipulatione promittitur id, quod in prima sine specificatione, & tunc qualitas, & dies in prima est repetita in secunda; aut in secunda exprimitur expresse quantitas certa, & tunc non censetur repetita qualitas, neq; dies, de quibus in prima. Bart.in*l. Stichum* §.*legata. ff. de donatio.* Alex.*cons.*66.*n.*4.*in fi.cum seq.ver.con-*
*firmo prædicta, lib.*3.† Restringe; quia quando constat de mente 64
disponentis ex coniecturis, seu præsumptionibus, bene fit repetitio. Alex.*d.cons.*47.*n.*3.vbi apostill. in *ver.fallit, lib.*5.vbi, quod dicitur apparere de mente, si in præfationibus aliquid constaret.
† Limita; quia conditio, quæ est in institutione, prout si decedat 65
sine filiis, restituat ex fideicommisso alteri, non censetur repetita in legato facto eidem hæredi simpliciter. Alex.*cons.*31.*Ponderatis,*
*n.*1.*in fi.cum seq.ver.nec habet obstare, lib.*3.† Limita septem modis, de 66
quibus per Decia.*cons.*1.*nu.*143.*& seq.lib.*2. quando materia est odiosa, secundo in qualitate, quæ personis diuersis non censetur repetita; tertio, quando fieret correctio iuris; quarto, quando eadem ratio non militat, quinto, quando diuersus effectus resultaret; sexto in eadem oratione non fit repetitio qualitatis vni vocabulo adiectæ, si idẽ vocabulũ sine qualitate enunciatur de nouo; septimo, quando vox non de per se principaliter est, sed ad qualificandum, non recipit qualitatem ab alio.† Limita, quia tempus 67
soluendi intra mensem non censetur repetitum in alio capitulo, quod fiat mensuratio; quia nõ intelligitur intra mensem, & tanto minus, quando concurrunt coniecturæ in contrarium. Alex.*cons.*
132. *Viso processu. nu.*2.*ver nec obstat, lib.*7.vbi dicit * magis commu- *
nem.† Limita; quia repetitio præcedentium qualitatum non in- 68
ducitur, quãdo materia est difformis; ideo si dati sunt plures exequutores, & circa aliqua leuia fuit data licentia exequendi per vnum cum consilio alterius, deinde subsequatur exequutio circa grauia, & testator dicat in plurali, exequant, intelligitur de omnibus, non de vno cum consilio alterius; quia à leuibus ad grauia tãquam diuersa non fit repetitio. Bald.*cons.*123.*Reuerendissimus pater,*
*n.*3.*ver. nec intelligo, lib.*5. vbi, quod quoties sequentia discrepant à præcedentibus in ratione, non fit repetitio.† Limita; quia repeti- 69
tio præcedentium in sequentibus non fit multis casibus, de quibus Decia.*cons.*17.*n.*34.*& seq.lib.*1.vbi ponit 6. limitationes. Prima est, quando clausulæ separatæ; secunda, quando diuersa ratio, tertia, quando ratio specialis militat vno casu, alio non; quarta, quando diuersæ personæ; quinta, quando materia odiosa, vel fauorabilis, fit repetitio, & non, prout fauori expedit; sexta, quando orationes sunt vna affirmatiua, alia negatiua, & sic contrariæ, & alias ponit *cons*34.*n.*108.*& seq lib.*3. & quando diuersa.† Limi- 70
ta, quando testator instituit hæredem filium, & si decedat ante ætatem 20. annorum, legauit Francisco certam possessionem; quia si faciat codicillos postea, & dicat possessionem, quam legaui Francisco post mortem filii mei, volo, quod ipse Franciscus habeat solum in vita sua post mortem filii mei quoad certos redditus distribuendos in pauperes, & post mortem Francisci volo dictam possessionem deuenire in meam vxorem, & filios ex ea, quia in secundo legato codicillorum non est repetita conditio, si filius hæres decedat ante ætatem 20. annorum, sed debetur, etiã si decedat post, quia diuersæ scripturæ, diuersa legata, & in dubio non præsumitur repetitio. Bald.*cons.*232.*Proponitur in facto, lib.*
5.*per tot.* vbi allegat pro vtraque parte, & hanc veram dicit.† Ex- 71
tende idem in substitutione facta filio, si decedat in pupillari; quia nõ censetur repetita pupillaris in alia substitutione facta ad fauorem pauperum. Anchar.*cons.* 43.*Super prædicto dubio*, maxime *nu.*4.*&* 5.† Extende, vt procedat etiam, quando testator diceret, 72
centum, quæ legaui Titio, si filius meus moriatur ante ætatem 20. annorum, vel quæ legaui post mortem filii mei, si decesserit intra 20 annum, lego eidem Titio post mortem filii mei cum onere, &c. quia ætas filii non censetur repetita. Bald.*dict.consil.*232.
*in fin. lib.*5.† Restringe, quando esset substitutio, vel subrogatio; 73
quia magis de facili repetitio induceretur, secus, quando sunt diuersa legata. Bald.*d.cons* 232 *circa med. ver.considera enim, vsque in fin.*
*lib.*5.† Limita singulariter, quando qualitas, de cuius repetitione 74
agitur, tacite inerat; quia nunquã censetur repetita, etiam si alias repetita dici posset. Rom.*cons.*56.*In casu proposito, ver.iis tamen non*

obstanti-

3 amittat ius suum. Bal. *cons.* 271. *Casus consilij talis est, in fi. v. vnum est omittendum, lib.* 1. † Et est remedium extraordinarium repressaliarum; ideo vbicunq; est locus ordinario remedio, vt quia potest aliter fieri exactio, cessant repressaliæ, quæ nullo modo sunt permissæ contra proprios ciues. Bald. *consil.* 102. *Quod dictus Grassus, lib.*
4 4. † Amplia; quia maxime sunt prohibitæ repressaliæ tempore nundinarum, & Fidantiæ publice concessæ. Bald. *d. cons.* 102. *Quod*
5 *dictus Grassus, lib.* 4. † Amplia; quia repressaliæ non sunt faciendæ de re alterius pro delicto diuersi; ideo si viri amici vnius fecerunt rapinas in vno territorio, non sunt concedendæ repressaliæ bonorum amici illorum delinquentium; quia non fit compensatio ex delictis diuersorum. Bald. *cons.* 140. *Factum se habet nu.* 3 *ver. si-*
6 *per tertio, lib.* 4. † Amplia; quia non sunt concedendæ repressaliæ contra eos, qui non prohibent rapinas; quia non possunt, vel ignorarunt; quia nulla est ratio, quod contra tales concedantur. Bald. *d. cons.* 445. *Quatuor ad propositum, nu.* 2. *ver. circa casum, lib.* 4.
7 vbi in fine, quod in materia repressaliarum est restringenda. † Amplia; quia maxime sunt odiosæ contra non subditos; quia extra territorium iurisdictio non exercetur. Bologn. in *addit. ad cons. Ioan. de Anan.* 94. *nu.* 3. *ver. præterea.* † Amplia; quia repressaliæ, quæ
8 conceduntur ob denegatam iustitiam, non habent locũ contra recognoscentes superiorem, nisi quando de negligentia illius superioris, & non prouidet. Zabar. *cons.* 83. *in fi.* vbi, quod rebellio Antonij Caraffæ non potest fundari super denegata iustitia Patriarchæ Aquileiensis, quia ipse Patriarcha recognoscit Papam in superiorem. † Amplia; quia possunt concedi etiam extra territo-
9 rium concedentis. Bologn. *dict. apostill. ad consil.* 94 *Ioann. de Anan. numer. quinto.* quia est speciale in repressaliis, quod iurisdictio exerceatur extra territorium, & in non subditos propter denegatam iustitiam. † Limita; quia repressaliæ sunt permissæ, quan-
10 do conceduntur contra homines certi loci, quatenus intruentur territorium, & iurisdictionem concedentis repressaliarum; quia sunt iustæ; quia propter inobedientiam; item sunt magis licitæ, quam bellum, communem dicit Ioan. de Anan. *d. cons.* 94. *nu.* 1. & 2. *in prin.* vbi Bolog. in apostil. *n.* 3. *in fi. & nu.* 4. *ver. abbotanus.* † Extende; quia valent etiam in foro conscientiæ de re gentium, naturali, & diuino. Bologn. *d. apost. ad cons. Ioann. de Anan.* 94. *n.* 4. *ver.*
11 *& istud adeo.* † Extende; quia contra minores habent locum Bologn. *d. apostil. ad cons. Ioan.* 94. *in fin.* † Declara; quia sunt permissæ, & licitæ duobus concurrentibus, quod concedatur per superiorem, vel de licentia superioris: item ex causa, quæ dicitur legitima, quando fuerunt requisiti superior dominus, vel populus loci, in quo sit factum spolium, vel personæ debentis, & delinquentis, & non prouidet, vel non eligit iudicem in tertio loco suspectum, ita Bologn. *apostill. ad d. cons. Ioan. de Anan.* 94. *n.* 5. *quem fi.* & quod ista duo requirantur, antequam concedantur, Castr. *consil.* 424. *Quia scio, num* 5. *ver. nam tunc ista captura, lib.* 1. & quod debeat eligere tertium locum, vel iudicem non suspectum, quãdo actor est miserabilis persona, pupillus, vel vidua, & quando agit cum potente, alias esset causa iusta concedendi repressalias.
12 Bart. *in tract. repressal. qu.* 2. *ver. ad secundum. num.* 4. & *seq.* † Imo prius debet requiri iudex, vt faciat iustitiam, & quod recuset; ita quod
13 ista requisitio non sufficeret facta per litteras alterius iudicis, neque valeret statutum, & tunc si fiat restitutio, si per libellum, ita Bart. *d. tract. repressal. qu.* 2. *in princip.* vbi *num.* 9. & *seq.* dicit in *ver. ad tertium*, quod postquam adiit iudicem, debet, si negligat, adire proximum superiorem, videlicet populum, & officiales, postea Principem; quia supremus Princeps non debet adiri, nisi primo iudices primæ, & vltimi instantiæ, postea immediatus superior, & si deficit appellatio, potest petere restitutionem in integrum, & si perstaturum denegatur, est locus repressaliis. Ex-
14 tende, quia is, contra quem sunt factæ repressaliæ pro alio de facto, releuatur seruato ordine iuris. Bar. *d. tract. repress. q.* 10. *in fi.* † Li-
15 mita; quia repressaliæ sunt permissæ contra populum deprædantem, & iniustitiam facientem. Bald. *cons.* 103. *Punctus talis est lib.* 4. debet tamen constare de iniustitia, vel de prædatione facta, nisi
16 simus in notoriis. † Extende; quia quoad iniustitiam, vt concedatur repressaliæ, requiritur prius notificatio illi populo, vel domino, contra quẽ, vel eius subditos conceduntur repressaliæ. Ang.
17 *consil.* 196. *col.* 2. *in fin. ver. tertio peccat.* † Limita; quia repressaliæ sunt concedendæ contra denegantem iustitiam, quando non habet superiorẽ, ad quem possit recurri, prout contra Ianuenses consuluit Sylua. *consil.* 34. *num.* 30. & *seq.* † Extende; quia ædum fidei-
18 gatur iustitia, sed etiã si negligitur fieri, cõcedi possunt repressaliæ, & indici bellum. Syluan. *d. cons.* 34. *n.* 3. & *seq.* vbi, quod vbi Papa, & Imperator parum timetur, prout in Tuscia, & Lombardia, poterit defacili indici bellũ, & possunt concedi repressaliæ prote-
19 stificenteum res ablatas, & vide eũ in fi. vbi hæc erat cons. Ord. & est text. in *cap.* 1. *de milite vasall. qui contum. est, in vsib. feud.* Roman. *consil.*
20 169. *Magister Paulus, in princip.* vbi apostill. in *ver. contrarium.* † Declara; quia si iudex non vult exequi sententiam nullam, vel iniustam alterius iudicis, nõ dicitur negligere facere iustitiã, quia oportet, quod sententia, quæ petitur exequutioni mandari, sit iusta, & valida. Rom. *cons.* 48. *Inspectis supra consultis per tot.* vbi, quod prætor Lucanus, qui noluit exequi sententiam Florentinã

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latam contra Lucanum, non potest dici negligens; quia sententia erat lata sine iurisdictione contra forensem; item quia iudex Florentiæ erat excommunicatus, & vbi deficit iustitia, non potest da-
21 ri qualitas. † Declara secundo; quia ad hoc, vt iudex dicatur neglexisse facere iustitiam, vt possint concedi repressaliæ, oportet, quod iudex fuerit requisitus debitis loco, & tempore, videlicet, dum sedet pro tribunali. Roman. *d. consil.* 48. *in fin. ver. præterea*, vbi
22 apostill. dat concord. *in ver. interpellatio.* † Limita; quia repressaliæ sunt licitę in foro conscientiæ, quando sunt concessæ auctoritate superioris, & ex iusta causa, & intentio sit iusta, & recta. Bart.
23 *in d. tract. repressal. q. 1. in princ.* vbi allegat beatum Thomam. † Extende; quia concurrentibus prædictis, quæ concurrere debent in
* foro conscientiæ, multo magis sunt permissæ secundum * communem, de qua Bart. *d. tract. repressal. q. 1. ver. ad secundum*, vbi, quod causa legitima est, quando dominus, populus, vel ciuitas requisita facere iustitiam negligit; quia est licitum etiam indicere bel-
24 lum. † Extende: quia per statutum possunt concedi in substitutos, sed in non subditos non, nisi quando concurrunt præmissa. Bar. *d. q. 1. ver. ad tertium, n. 8. & seq.* & ideo ibi tenet, quod statutum
25 Florentiæ valet, quod filii fallitorum sint obligati pro patre. † Declara tamen; quia tale statutum non habet executionę facti extra territorium, sed bene exequutionem iuris, vt possit agi contra filios falliti condictione statuti etiam extra territorium, nisi essent
26 nati post fallimentum, vel nisi essent extra territorium statuti originarii. † Pacto non possunt concedi repressaliæ inter priuatos, sed bene si pactum est habentis iura Principis; quia tunc pactum
☞ est lex. Bart. *tract. at. q. 1. num. 14. & seq. ver. ad quintum.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Repressaliæ vt concedantur, quæ requirantur. Concl. 195.

1 ORDO † iudicii requiritur, vt possint concedi repressaliæ; ideo coram iudice debet dari libellus, & fieri processus, & debet constare solemniter fuisse relaxatas repressalias ordine iuris
2 seruato. Bald. *consil.* 445. *Quatuor ad propositum, lib.* 4. † Et vide plenissime Bart. *in tract. de repress. q. 4. per tot.* vbi, quis compareat, quis audiatur, & quomodo procedatur contra contumacem, & quomodo probetur denegata iustitia, & quæ exceptiones admittan-
3 tur. † Extende, vt procedat etiã in Principe absoluto; quia quando concedit repressalias contra non subditos, debet ordo seruari; alias non, & ita dicit ostendi doctrinam Bart. adulterinam esse, qui contrarium tenet, quod non requiritur ordo. Bal. *d. consil.* 445. *lib* 4. vbi, quod bene creditur litteris Principis concedentis, imo
4 Bart. *d. tract. repressal. q. 4. nu. 5.* idem tenet. † Extende, quia si datur ordo à statuto concedendi repressalias, diuersus ab ordine iuris communis, ille ordo debet seruari, alias repressaliæ sunt nullæ.
5 Ang. *consil.* 196. *Nam sunt octuaginta, in pr.* † Amplia; quia antequam deueniatur ad repressalias, debet constare de negligentia iudicis pro administranda iustitia, & debet præcedere monitio. Anchar.
6 *consil.* 140. *Primum dubium, num.* 4. † Imo duo sunt necessaria, quod concedantur à superiore, vel de eius licentia, qui non recognoscat superiorem, & cum causa, quæ est, quod constet de debito, & requiratur superior debitoris, vt faciat iustitiam, & negligat facere, & dicitur negligere, si vel non prouidet, vel non offert ad requisitionem se eligere iudicem tertium non suspectum. Bologn.
7 *in apostill. ad cons. Ioan de Anan. 94. n. 5.* † Restringe, quando conceduntur ob deprædationem factam per subditos, & officiales alicuius non recognoscentis superiorem; quia sufficit notificatio facta à quocunq; etiam per viam duelli, & non est tunc necessaria
8 auctoritas superioris concedentis, si abest, ita Castr. *consil.* 424 *Quia scio, n. 5. ver. præterea posito, lib.* 1. † Restringe, nisi in concessione repressaliarum sit derogatum solemnitatibus omnibus; quia valebit concessio, non adhibitis iis, quæ sunt iuris positiui, quando Princeps derogauit. Io. de Anan. *d. consil.* 94. *nu.* 3. *vers. circa secundum.*
9 † Restringe, quod non fit requisitio superioris debitoris, quando non potest haberi copia, vel si posset haberi copia cũ tãto dispendio, quod non expedit. Bart. *d. tract. repressal. q. 2. ver. ad quintum, n.*
10 12. *& sequ.* † Causa requiritur, videlicet quod constet de delicto certi hominis; quia si non constat de delicto certi hominis, non sunt concedendæ repressaliæ, nisi esset delictum incerti hominis, pro quo teneretur contrata, contraquam conceduntur repressa-
11 liæ. Bald. *d. consil.* 445. *n. 2. ver. circa causam, li.* 4. † Et possunt etiã concedi propter denegatam iustitiam, Castr. *d. consil.* 424. *Quia scio, nu. 5. ver præterea etiam, lib.* 1. vbi apost. allegat Corn. *consil.* 62. *in princip. lib.* 3. & plenius Soc. declarantem, ex quibus causis possint con-
12 cedi, *consil.* 232. *ver. circa septimum, & vltimum, lib.* 2. † Idem, quando conceduntur propter creditum subditorum, qui non possunt

consequi iustitiã; quia debet cõstare de credito, & denegata iustitia; quia ista tanquam causam præbentia debent probari. Angel. *consil.* 196. *col.* 2. *& 3. ver. tertio peccat. & per totum.* Anchar. *consil.* 140. *Primum dubium, nu.* 3. *& seq.* vbi, quod etiam debet præcedere notificatio. † Constare dicitur de denegatione, si Princeps, cui scribitur, vel non prouidet, vel iudicem non eligit non suspectum. 13
Bolog. in *addit. ad d. consil. Ioan. de Anan. 94. nu.* 5 † Ratio est, quia do- 14
minus requisitus, & recusans facere iustitiam, efficitur debitor iustitiam postulantis. Cuman. *consil.* 151. *In causa vertente num.* 4. † I- 15
dem, quando conceduntur pro emendatione damni; quia spoliatus, vel deprædatus in territorio alieno, si petat refici damna ab obligatis, & denegatur, possunt concedi repressaliæ, Cuma. *d. consil.* 151. *num.* 4. † Declara; quia si in territorio Castri non habentis 16
iurisdictionem fiat robaria, licet Castri vniuersitas requiratur pro emendatione, & illa recuset, non debent concedi repressaliæ, sed debet adiri superior, qui debet ministrare iustitiam, alias non possunt relaxari repressaliæ, & quando officiales denegant iustitiam, tunc conceduntur contra magistratus, & subditos præbentes auxilium. Cuman. *dict. consil.* 151. *num.* 4. *&* 5. † Restringe; 17
quia non dantur repressaliæ pro causa modici momenti, neque quando ius partis in totum non tollitur. Bart. *d. tract. repressal. q.* 2.
ver. ad quartum, *num.* 11. † Iudex actoris, qui non potest conse- 18
qui iustitiam, est iudex repressaliarum, & est speciale, quod isto casu reus sequitur forum actoris, & actor trahat reum ad forum suum. Bald. *consil.* 445. *circa med. ver. circa iudicem, lib.* 4. † Declara, 19
vt per Bart. *d. tract. de repressaliis, q.* 3. *per totum*, vbi si statutum deputat iudicem, ille concedit repressalias, cessante statuto de iure communi iudex, qui habet superiorem, non potest concedere sine licentia superioris, nisi in certis casibus, in quibus periculum est in mora, vel in quibus casibus licitum est sibi ius dicere propria auctoritate. † Limita; quia si repressaliæ concedantur non 20
seruato ordine, & non facta notificatione, & seruatis seruandis, omnia sunt restituenda tanquam attentata. Anch. *d. consil.* 140. *n.* 4.
† Declara limitationem, quando ante exequutionem fuit oppo- 2
situm, alias secus. Ioann. de Anan. *d. consil.* 94. *nu.* 3. *ver. ex prædictis*, quod est subscriptum à quatuor aliis Doctor. vt attestatur Bolog. ibi in apost. in prin. † Forma repressaliarum est seruanda; quia si 22
conceduntur, contra certas personas, vel sub certa conditione, omnino forma debet seruari, nec potest præteriri, Bald. *dict. consil.* 445. *nu.* 2. *ver. circa formam, vsque in fin. lib.* 4. Vide Conclus. proxim. ☞ præced.

Repressaliæ ad quorum instantiam concedantur, vel non. Concl. 196.

CONCEDVNTVR † repressaliæ ad instantiam ciuis, dummodo probet se ciuem. Bart. *tract. repressal. q.* 5. *ver. ad secundum, in* 1
fin. † Extende; quia conceduntur etiam ciuibus non subiectis, 2
prout sunt Ecclesiastici, vel ratione dignitatis. Bart. *d. tract. repress.*
q. 5. *ver. ad secundum*, & hoc, ne priuilegium inducat odium. † Re- 3
stringe, quoad ciues secundum quid, prout sunt Rectores, seu Prætores ciuitatis: item milites, item scholares; quia cum sint ciues durante officio, vel exercitio, & solum quoad gesta durante officio, vel professione conueniantur, non pro aliis; ideo quoad alia non petunt repressalias, sed solum quoad ea, pro quibus sunt ciues, ita Bart. *d. tract repressal. quæst.* 5. *ver. ad quintum, num.* 12. *& seq.*
vbi apostil. † Amplia; quia potest ciuitas originis concedere re- 4
pressalias pro suo ciue originario contra ciuitatem, in qua est ciuis ex priuilegio, & è conuerso. Bart. *d. tract. repressal. quæst.* 5. *ver. ad*
tertium. num. 7. *& seq.* vbi allegat plura pro vtraque, & ita tenet.
† Limita; quia ad instantiam incolæ non conceduntur, nisi do- 5
ceat, quod subeat onera in Communi cum aliis in loco, vbi petit repressalias. Bart. *d. tract. repressal. qu.* 5. *in princ. ver. ad primum, &*
n. 4. *in ver. ad secundum.* † Ratio differentiæ inter ciuem, & inco- 6
lam; quia in ciue sufficit, quod sit ciuis; quia ciuilitas perficitur solo consensu: incolatus duo requirit, quod habitet, & onera subeat. Bart. *d. tract repressal. q.* 5. *ver. ad secundum, n.* 4. *vsque in fi.* † Limita; 7
quia non conceduntur ad instantiam forensis; quia cum non sit de corpore ciuitatis, non curatur de eo. Bartol. *d. tract. repressal. q.* 5.
ver. ad quartum. † Extende, etiam si forensis post receptam iniusti- 8
tiam efficiatur ciuis; quia attenditur tempus iniustitiæ factæ, Bar.
d. tract. q. 5. *ver. ad quartum, nu.* 10. † Limita; quia non conceduntur 9
illis, qui habent pactum, vel priuilegium, quod tractentur vt ciues; quia nisi verba sint adeo prægnantia, quod vt confederati sint tali confederatione ampla, quod habeantur pro ciuibus, eis non dantur repressaliæ. Bart. *d. tract. q.* 5. *in fi.*
ver ad sextum.

Repressaliæ quando, qualiter, & à quibus iudicibus concedi possint. Concl. 197.

1 IVDEX † ordinarius habens merum imperium repressalias concedere potest, & bellum indicere. Calder. *cons.* 95. alias 1. *de treuga. & pace, num.* 4. *ver. indicit etiam bellum.* Anchar. *cons.* 140 *num.* 4.
2 vbi, quod dicitur bellum iustum. † Extende; quia propter denegatam iustitiam nedum conceduntur repressaliæ, & indicit potest bellum, quod est iustum, sed etiam potest ciuitas denegans iustitiam priuari omni dignitate ciuitatis. Anch. *cons.* 140 *n.* 3. &
3 4. † Declara tamen, quod contra non sibi subditos non cõcedit repressalias, nisi primo requirat iudicem superiorem rebellis, & deneget iustitiam. Cald. *d. cons.* 95. *n.* 4. *ver hoc tamen casu distinguendum.* Anchar. *d. cons.* 140. *n.* 4. Bologn. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan.* 94 *num.* 4. vbi, quod debent duo concurrere, auctoritas superioris concedentis, & iusta causa, videlicet quod fuerit interpellatus superior, vel populus, cõtra quem, & neglexerit facere iustitiam, vbi dicit * communem, & ostendit, quomodo dicatur neglexisse facere iustitiam, videl. si non prouidet, quod fiat satisfactio, vel non offert eligere iudicem in tertio loco non suspectum. Abbas
4 *cons.* 49. *In quæstione, col.* 2. *nu.* 5. *ver. secundo principaliter, lib.* 2. † Extende, vt nec possint repressaliæ concedi contra denegantem, vel differentem iustitiam etiam requisitum, si habet alium superiorem, nisi primo adeatur superior illius. Calder. *dict. consil.* 95. *col. fin. ver. sed contra hoc facit*, quod est *vnicum, de treuga. & pace, vsque in fin.*
5 vbi aliqua ponit. † Extende, vt procedat, etiam si concedens repressalias sit Princeps absolutus; quia contra non subditos non concedit repressalias, nisi requisito domino eorum, contra quos conceduntur, vt de Duce Venetiarum contra D. Galeottum Malatestam, Vicarium generalem Ecclesiæ in ciuitate Arimini, Bal. *consil.* 445. *Quatuor ad propositum, lib.* 4. & ita etiam loquitur Bart. *tract. repressal. q.* 4. *ver. ad primum, num.* 4. licet ibi apostill. impugnet Bald. quasi quod licuerit Venetis concedere non requisito non subdito, quod est erroneum, quantumcunque essent absoluti.
6 † Idem in Duce Ianuæ; quia repressaliæ concessæ per Ianuenses contra Florentinos, non requisito Communi, vel officialibus Florentiæ, sunt nullæ. Angel. *consil.* 196. *Nam sunt octuaginta. col.* 2.
7 *ver. tertio peccat.* † Gubernator Bononiæ cum potestate Legati de latere; item Legatus de latere possunt concedere repressalias, Io.
8 de Anan. *cons.* 94. *n.* 2. † Idem in regimine ciuitatis Bononiæ, stante confirmatione Papæ. Ioan. de Anan. *d. cons.* 94. *nu.* 2. † Amplia; quia si concedantur repressaliæ absque duobus requisitis necessariis, quod propter iniustitiam fiat requisitio, & denegatum, vel neglectum fuerit, si alterum deficiat, sunt nullæ; ideo si requisitus offerat facere iustitiam, cessat causa repressaliarum. Abb. *cons.* 49.
col. 2. *ver. secundo principaliter, lib.* 2.

Repressaliæ contra quos prohibitæ, & contra quos exequi non possint, & è conuerso. Concl. 198.

1 REPRESSALIÆ † sunt prohibitæ contra subditos, & proprios ciues; ideo Perusini concedentes repressalias cõtra homines certi loci non censentur concedere contra proprios ciues; quia vbicunque remedium ordinarium potest habere locum, non recurrimus ad extraordinarium. Bald. *consil.* 102. *Quod dictus Grassus,*
2 *lib.* 4. † Extende; quia repressaliæ concessæ contra subditos certi loci non cõprehendunt commorantem in illo loco, qui est de loco confœderato. Bald. *cons.* 445. *Quatuor ad propositum, lib.* 4. vbi, cp repressaliæ Venetorum concessæ contra Arimineses non com-
3 prehendunt Fanensem etiam Arimini commorantem. † Extende; quia contra Nuncios, & Legatos loci, contra quem sunt concessæ repressaliæ, non debent exequi, quando significarunt eorum ambasciatam. Bald. *d. cons.* 102. *in fin. lib.* 4. † Amplia; quia repressaliæ concessę per Pisanos contra Senenses nõ sunt exequendæ in bonis mulieris Pisanæ nuptæ Senensi, siue bona sint dotalia, siue paraphernalia. Bald. *consil.* 185. *Punctus, concessæ sunt, lib.* 5. *per*
5 *totum.* † Amplia; quia repressaliæ nullo modo sunt exequendæ, quando contra eas est præscriptum, veluti si post illarum relaxationem transiuerunt 80. anni, in quibus non fuerunt exequutæ. Ang. *cons.* 196 *Iam sunt octuaginta. nu.* 3. *ver. viso de peccato, vsque in*
6 *fin.* † Extende, vt procedat etiam, quando nullus, contra quem potest fieri executio, comparuisset; quia licet repressaliæ sint sub conditione, si poterint exequi, tamen præscriptio longissima currit etiã absenti, & impedito, licet detur restitutio, quatenus tem-
7 pora largiantur. Ang. *d. cons.* 196. *in fin.* † Amplia; quia repressaliæ concessæ non possunt exequi contra ambasciatorem loci, contra quem sunt concessæ; quia debent ambasciatores esse tuti. Bald.
cons. 103. *Punctus talis est, in fin. lib.* 4. plenius Bart. *in tractat. repressal.*
quæst. 7. *n.* 11. *ver. ad septimum.* vbi extendit etiam ad familiam & fi-
mulos eorum. † Extende; quia repressaliæ concessæ contra Flo- 8
rentinos simpliciter non possunt exequi contra forenses etiam
incolas, nisi subeant onera; quia tantum est dicere Florentinos, 9
quantum de Florentia, videlicet cõtra munici es, videlicet sub-
euntes munera. Bart. *d. tract. repressal. q.* 7. *in pr. ver. ad primum.* † Ex-
tende; quia neque contra proprios Florentinos, qui nõ habitant
Florentiæ, neque in locis supposius Florentiæ, si non subsistunt
onera Florentiæ per se, vel fratres, aut alios; si vero subsistunt
onera, bene possunt exequi contra eos, vbicunque existant. Bart.
d. q. 7. *n.* 2. *& seq. ver. ad secundum.* sequitur Socin. *cons.* 291. *col. fin. lib.*
2. vbi Bartol. dicit idem in prouincialibus absentibus. † Extende; 10
quia non possunt exequi cõtra ciuem loci, vel incolam loci, con-
tra quem sunt concessæ, quando est ciuis, & seu incola loci con-
cedentis, & subit onera; quia contra eum potest procedi via or-
dinaria, ita Bart. *d. q.* 7. *ver. ad tertium, n.* 4. vbi pro vtraque, & itate-
net. † Extende; quia non exequuntur in personam mulierum, vt 11
Bart. *d. q.* 7. *n.* 5. *ver. ad quartum.* † Extende, quia non fit exequutio 12
contra clericos loci, contra quem sunt concessæ, nisi essent con-
iugati. Bart. *dict. quæst.* 7. *num.* 6. *versic. ad quintum.* † Extende; quia 13
non possunt exequi in scholares, neque in seruientes scholari-
bus, prout neque bidellis, scriptoribus studii, neque contra pa-
rentes scholarium, qui visendi causa ad locum studii accessissent.
Bartol. *dict. quæst.* 7. *num.* 7. *& seq. ver. ad sextum*, vbi extendit, etiam
si studentes essent in loco, in quo non esset publicum studium,
licet arguat in contrarium. † Extende, quia contra euntes ad 14
nundinas non possunt exequi, quando sunt in territorio conce-
dentis, alias dicit non reperiri prohibitum. Bartol. *dict. quæstion.* 7.
num. 13. *ver. ad octauum.* † Exequutio non est petenda coram iudi- 15
ce loci, qui fecit iniustitiam, & contra quem sunt concessæ repres-
saliæ. Bald. *consil.* 103. *in princip. lib.* 4. † Extende; quia non possunt 16
exequi repressaliæ contra peregrinos euntes ex voto, vel alios ad
indulgentias, & idem si accedant ad loca indulgentiarum. Bart.
dict. quæst. 7. *num.* 14. *& seq. vers. ad nonum.* † Extende; quia non pos- 17
sunt exequi contra nauigantes, qui vi ventorum compelluntur
in aliquem locum. Bart. *dict. tract. quæst.* 7. *vers. ad decimum, num.* 16.
† Extende; quia exequi non possunt in iis, qui in ius vocati non 18
possunt, *l.* 2. *& l.* 3. *ff. de in ius vocan.* ideo capitaliter condemnati non
possunt capi, neque criminaliter, neque ciuiliter; item Potestas
loci durante officio: item, qui ducit vxorem ad nuptias de vna
ciuitate ad aliam; item accedentes ad funeralia consanguinei de
vna ciuitate ad aliam; item furiosi, infantes, impuberes non pos-
sunt capi, vel molestari propter repressalias. Bart. *d. q.* 7. *in fin. vers.*
ad vndecimum. † Declara tamen; quia licet personæ prædictæ capi 19
non possint pro repressaliis; tamen bona eorum existentia in lo-
co concedente repressalias possunt capi, dummodo non sint res
necessariæ ad personam, prout vestimenta parata pro vsu neces-
sario mulieris, scholaris, oratorum, & similiũ; quia quoad neces-
saria ad personam, etiam si essent aliena, & supposita ad repressa-
lias, prout equus pro itinere, & similia non possunt capi. Bart. *dict.*
tract. q. 8. *in princ. ver. ad primum, & ver. ad secundum.* † Amplia; quia 20
repressaliæ nõ possunt exerceri in territorio ciuitatis, cõtra quam
sunt relaxatæ. sed solum in territorio, & locis subditis concedenti. Bart. *d. quæst.* 8. *ver. ad tertium, n.* 3. quia bellum particulare efficeretur bellum vniuersale. † Amplia; quia neque possunt exequi 21
in territorio tertii ad litteras subsidiarias; quia non tenetur quis
bellare pro alio, nisi esset subditus scribenti, vel adeo confœdera-
tus, quod teneretur. Bart. *d. q.* 8. *in fi. ver. ad quartum.* † Amplia; quia 22
repressaliæ non possunt exequi propria auctoritate, sed auctore
iudice. Castrens. *consil.* 178. *Super eo, quod. lib.* 1. *in princ.* † Restringe, 23
quando non adest copia iudicis, vel quando est data facultas ia
repressaliis capiendi propria auctoritate. Castrens. *d. consil.* 78. *lib.* 1.
† Declara, si adiuisset iudicem; quia teneretur eo casu seruare for- 24
mam statuti, & legitimare personam. Castr. *d. cons.* 78. *num.* 3. *vers.*
preterea etsi propria, lib. 1. vbi, quod non legitimatis personis sit re-
laxatio capti. † Limita; quia repressaliæ non possunt concedi 25
contra Principem, vel ciuitatem denegantem iustitiam, & con-
tra eos concessæ possunt exequi contra quoscunq; subditos eo-
rum. Bart. *d. tract. de repressal. q.* 6. *vers. ad quintum.* † Declara tamen; 26
quia confœderati, & etiam supposita quoad quid, prout recom-
mendati, nõ patiuntur repressalias propter factum eius, cui sunt
recommendati. Bart. *d. q.* 6. *ver. ad quintum, n.* 8. vbi apost. *in d. ver. ad*
quintum. † Limita; quia repressaliæ possunt concedi cõtra Recto- 27
res, seu Prætores ciuitatis facientes iniustitiam talem, pro quapot-
sent conueniri durante officio; secus, si talis esset iniustitia, pro qua
durante officio non possent conueniri, sed esset expectandus
syndicatus. Bart. *d. tract. repressal. q.* 1. *in prin. ver. ad primum.* † Exten- 28
de; quia

de, quia etiam contra officiales Potestatis possunt concedi, quando sunt tales, qui consulere debent, & interuenire, qa si non sunt protestati, tenetur, exceptis officialibus absentibus, vel qui non interuenerunt consilio, prout Notarii, Barbarii, & similes; quia contra istos non conceduntur. Bart. *d.q.6.ver.ad secundum.nu.3.&*
29 *seq.* † Limita, quia contra Consules, seu Priores ciuitatis concedũ tur, quando fuerunt præsentes, secus si absentes. Bart. *d.q.6.ver.ad*
30 *tertium.n.5.* † Limita, quia possunt etiam capi particulares personæ loci, contra quem sunt concessæ represaliæ; quia etiam intesdictum contra ciuitatem complectitur particulares innocentes, & ita de consuetudine seruatur. Bart. *d q 6.ver.ad quartum.nu.6.&*
31 *seq.* vbi, quod est bellum quoddam particulare. † Extende; quia imo represaliæ possunt concedi contra certum genus hominum loci, contra quem, & ita seruatur. Bart. *d.q.6.in fin.* & mihi magis placet, quod concedantur contra culpabiles, & qui possent prouidere, quam contra innocentes. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Represaliæ indistincte concessæ an comprehendãt natos post represalias, & ciues loci concedentis, & loci, contra quem. Concl 199.

1 REpressaliæ † concessæ indistincte contra homines certi loci habent locum tam contra existentes tempore represaliarum, quam contra natos postea. Castr. *consil.78.Super eo,*
2 *quod n.6.ver.super eo vero, lib.1.* vbi, quod ita de facto ieruatur. † Cõtrarium, quod non comprehendant filios postea natos, quando contrat de innocentia, tenet idem Castr. sic temperando opinionem Bart. cui directe non audet contradicere in *d. consil.78.circa fi. ver.breuiter, lib.1.* vbi, quod sunt odiosæ, & non conceduntur propter delictum parentum, sed propter delictum communitatis in
3 odium particularium. † Limita; quia represaliæ tanquam odiosæ concessæ à Perusinis contra Senenses non habent locum contra eum, qui est ciuis Perusinus, & Senensis. Corn. *consil.177.n.6.lib.4.*
Vide Concl. prox. præced.

Represaliarum vigore capta non sunt occupantiũ, & qualiter sint exequenda. Concl. 200.

1 BOna † capta contra eos, contra quos represaliæ sunt concessæ, non efficiuntur capientium, neque captiui efficiuntur serui, sed debent custodiri, donec fiat emenda, & æstimatio damni iniuriæ illatæ. Cald. *consil.95.n.4.ver.in hoc tamen casu*, quod est
2 *vnicum. de treuga & pace.* † Declara, nisi iudex decerneret, prout potest, quod bona rebellium, contra quos sunt concessæ represaliæ, efficerentur capientium; quia tunc efficerentur propria occupantium, *& prodest.23.q.5.* Cald. *d.consil.95.nu.4.in fi. ver fi tamen illi.*
3 quod est *vnicum, de treuga & pace.* † Propria tamen auctoritate non potest quis represalias exercere, nisi quando copia iudicis haberi non potest, vel nisi hoc in represaliis exprimeretur. Bartol. in
4 *tract.repressal.q.9.in princip.ver.ad primum.* † Extende; quia tenetur iudici præsentare captum, nec potest in carcere priuato retinere: bona autem tenetur præsentare, quatenus velit illa vendi facere, & sibi satisfacere, alias si non facit vendere, potest penes se retinere secundum Bart. *d.q.9.nu.2.ver.ad secundum, & ver.ad tertium*, licet ibi referat Iacob. de Belui. tenere, quando etiam bona tenetur consignare iudici, quod mihi placet ad tollendas fraudes.
5 † Die feriata in honorem Dei non possunt exequi, nisi essent frustratoriæ, vel nisi hoc exprimatur in represaliis: in aliis autem feriis, quæ non sunt in honorem Dei, bene potest exequtio fieri. Bart. *d.tract.q.9.ver.ad quartum.n.5.&6.* vbi apost. in *ver.ad quartum,*
6 extendit in casu necessitatis etiam in die Paschatis. † Excipiens contra represalias iam exequtas, quando est vendita executio, non auditur, nisi via ordinaria; si vero exequutio adhuc non est vendita, auditur summarie, & officio iudicis. Bart. *dict. q.9.in fin.*
7 *ver.ad quintum.* † Declara; quia si peteretur, dari iudicem tertium non suspectum, debet dari in causa ordinaria, non autem in causa summaria, quando exequtio pendet. Bart. *d.q.9.in fi.*

Represaliæ si cõcedantur propter factum, vel delictum, aut debitum certæ personæ, quando teneatur ad emendam damni, vel non. Concl. 201.

1 REpressaliæ † si concedantur propter factum, vel delictum, aut debitum certæ personæ, ipse tenetur ad emendationem damni, quod patitur tertius hac de causa. Ang. *consil.197. Incendium est ortum, col.fin.ver. nonobstat. quod domus.* Alex. *consil.49. Mature ponderatis, num.6.ver.& licet posset dici, lib.1.* Bartol. in *tract. de represal.q.10.in princ.* Alexand. plene *consil.147. Ponderatis, n.2.ver. quantum vero, lib.2.* † Extende, etiam si represaliæ essent iniustæ 2
Alex. *d.consil.49.nu.6.lib.1.* † Contrarium, quod quando sunt iniustæ, nullo modo obligetur is, cuius causa conceduntur, tenet aperte Abb. *consil.49.In quæst.col.2.n.5.ver.secundo principaliter moueor, lib.2.* vbi, quod exactus propter alium non habet regressum contra illum, in cuius odium fuit exactus, si illius factum non grat ad hoc ordinatum, & loquitur in represaliis. † Declara, quando re- 4
presaliæ essent iniustæ, & is, cuius causa essent concessæ, denunciaret hominibus loci sui, ne irẽt ad locum represaliarum; quia tunc liberatur, ne teneatur. Alex. *d.consil.49.nu.6.ver.vnde Philippus, lib.1.* † Declarat plenius Bart. *d.tract.represal.q.10.in prin.* vbi, quod 5
si propter iniustitiam conceduntur contra iudicem, & partem, si principalis conuenitur, habet regressum contra iudicem, vt principalem debitorem, si contra iudicem, ipse obligatur, & ibi *n.2.ver.ad secundum*, quod vno non existente soluendo, videlicet iudice, datur regressus in subsidium contra officiales maiores. † Imo plus dicit Abb. *d. consil.49.circa fin.lib.2.ver.non obstat secun-* 6
dum, quod nõ solum passus represaliias in odium alterius iniuste concessas non habet regressum contra eum, in cuius odium sunt concessæ, sed neq; si essent iniustæ; quia conceduntur in odium non facientis iustitiam, non propter factum debitoris, allegat Bart. in *d.tract.represal.prope fi.* vbi melius examinauit hãc materiã, & propter hoc dicit, quod debeat exactus facere sibi cedere iura, vt recuperet, ita Bart. *d.q.10.in prin.* † Contrarium tenet Abb. *consil.* 7
21.n.2.lib.2. † Declara igitur secundo modo secundum Abb. *dict.* 8
consil.49.lib.2.& per tot. quod si debitor, qui prætenditur, non esset vere debitor, sed tertius, & essent concessæ iniustæ; tunc talis prætensus debitor non tenetur, ex quo in illius odium non sunt concessæ represaliæ, nec in eum factum hoc fuit ordinatum.
† Non tamen potest is, qui pro alio passus est represalias, se ipsum 9
subleuare de facto ab eo, contra quem sunt concessæ, sed via iudiciaria, & superioris. Bartol. *dict.tract.represal.quæst.10.in fin.vers. ad tertium.* † Amplia; quia ille, ad cuius instantiam conceduntur 10
represaliæ in certo loco contra certos, potest conueniri de iure coram iudice eorum, contra quos sunt concessæ represaliæ; quia ex quo propter factum suum non est tutus accessus ad locum domicilii, conueniri poterit ex æquitate in foro actoris. Angel. *consil.* *122. Quidam, per tot* vbi hoc dicit non procedere, quando represaliæ essent iniustæ; quia denegata esset iustitia in loco, contra quem non sunt concessæ. Vide, *Damnum causans ipsum damnum dedisse videtur. Concl.6.*

Repudiatio quid sit, & quando valeat, vel non. Concl. 202.

REpudiatio † est actus, per quem quis non vult acquirere in 1
iis, quæ pendent à sola voluntate repudiantis. Castr. *consil.393. Vt attingamus, n.2.ver.pro cuius intellectu, lib.1.* secus in iis, quæ pendent à voluntate alterius, quam repudiantis. † Amplia; quia ideo 2
repudiatio non operatur aliquid in iis, quæ habent duo extrema, obligati, & cui est facta obligatio, prout in pacto, & similibus, quæ requirunt consensum vtriusque partis, nisi interueniat præsentia, & acceptatio alterius partis, prout in acceptilatione, & similibus, vel nisi interueniat nuncius, vel epistola. Castrens. *dict.* 3
consil.393.n.2.ver.pro cuius intelligentia.lib.1. † Extende in hæreditate adita, quæ subiacet restitutioni post mortem hæredis; quia absente hærede non valet repudiatio facta per eum, cui erit restituenda, quia cum nata sit obligatio personalis inter hæredem grauatũ, & eius hæredes ex vna, & eum, cui debet fieri restitutio, non potest per repudiationem tolli. Castrens. *d.consil.392.per tot.num.2.* 4
lib.1. secus si non esset adita. † Extende, etiamsi in iudicio sit facta repudiatio absente hærede grauato; quia nisi iudex acceptauerit pro absente, non valet. Castr. *d. consil.393.col.2.in fin.ver.nec obstat* 5
lib.1. † Amplia; quia minus operatur repudiatio, quam renunciatio facta per pactum. Bald. in *l. fin. C. de pact.* quia si renunciat per pactum, præiudicat filiis suis, & nepotibus; quia per prius censetur acceptasse hæreditatem; & illi renunciasse; quo casu non datur aditus sequentibus in gradu; sed si renunciat repudiando, censetur solum se excludere ab acceptando, & sic aperit viam sequenti in gradu. Bald. in *l. pactum. C. de collatio.* quia tacitam conditionem habet renunciatio per repudiationem, quatenus ad me deferatur. Castr. plene *consil.419. Viso puncto, col.fi.ver.tertia ratio, lib.* 6
2. † Declarat Castr. *d.consil.419.col.fi.ver.nec facit differentiam, lib.2.* vt imo Bal. procedat, quando non extaret alius in pari gradu, cui per ius accrescendi ex renunciatione esset delata; quia tunc veniens à repudiante ex repudiatione excluditur. † Amplia, quia 7
spes succedendi ab intestato viuente testatore non potest cedi,

neq; repudiari, quia non est in rerum natura. Castr. *consil.* 395. *Visum, in fi. lib.* 1. † Amplia quia repudiatio eius, quod non est vllo modo acquisitum repudianti, non est alienatio, prout in eo, cui absenti fuit facta donatio extraneo interueniente; quia donec donatarius consenserit donationi, sibi non acquiritur; & ideo quilibet etiam, qui non potest alienare, potest tamen repudiare.
9 Castr. *consil.* 171. *In casu præsenti, n.* 2. *lib.* 2. † Restringe in legato; quia ex quo acquiritur absenti, & ignoranti dominium, licet reuocabiliter, non proprie est repudiatio, sed est alienatio; ideo qui non potest alienare, non potest repudiare. Castr. *d. consil.* 171. *nu.* 2. *lib.* 2.
10 † Restringe, quia si donatio fiat minori absenti habenti curatorem, siue fiat suo curatori præsenti, non poterit repudiare; quia per curatorem, cui donatur, acquiritur vtiliter minori, & repudiatio esset alienatio, & quia si donatur minori habenti curatorem, ipse minor sine curatore redditur ad instar pupilli. Castr. *dict. consil.* 171. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. † Amplia; quia sicut fieri non potest à solo
11 pupillo sine tutoris auctoritate, & facta non valet; ita neq; à solo tutore sine pupillo fieri potest. Roman. *consil.* 149. *Conclusionem*
12 *primam, in princip.* † Amplia, quia non præsumitur repudiatio, neque probatur ex eo, quod monasterium bona professi patitur possideri per matrem professi longo tempore, nisi aliud interueniat, quam patientia; quia potest adire, & petere bona, vel alteri vendere, quando non potest illa habere, nisi vt vendat. Alex. plene *consil.* 88. *Eximie domine, per tot. lib.* 2. maxime *colum.* 2. *ver. non obstat, dum dicitur.* vbi, quod sicuti in renunciatione expressa requiritur consensus conuentus, & omnium de conuentu; ita in tacita requiritur scientia, & patientia conuentus, & omnium de conuen-
13 tu; quia plus non operatur tacitum, quam expressum. † Extende in sorore, quæ permisit portionem bonorum paternorum pro sua rata remanere apud fratrem; quia non præsumitur repudiasse, nisi interueniat aliud, quam patientia. Alex. *d. consil.* 88. *nu.* 3. *ver.*
14 *hoc specifice etiam probatur, lib.* 2. † Limita, quia is, qui adiuit hæreditatem patris oneratam debitis, ad quæ obligatur, bene potest repudiare hæreditatem matris sibi delatam, & nolle acquirere suis creditoribus ex hæreditate paterna. Alexand. *consil.* 210. *Ponderatis, in fin. num.* 15. *versic. circa secundum, lib.* 2. vbi dicit, quod non habet
☞ dubium aliquod. Vide, *Hæres ex quibus dicatur repudiare hæreditatem, vel non. Conclus.* 40. Vide supra, *Renunciatio quid sit, & quam solemni-*
15 *tatem requirat. Conclus.* 160. † Declara tamen; quia facta semel repudiatione non potest postea fieri acceptatio rei repudiatæ; quia
☞ resoluitur, postquam repudiatur. Castr. *consil.* 171. *col. fi. lib.* 2. Vide, *Acquirere nolle & alienare sunt diuersa. Concl.* 441.

Repugnantia non admittitur, sed potius actus annullatur quandoque in parte, quandoque in totum. Concl. 203.

1 REPVGNANTIA, † & contrarietas potius admittitur, vt destruat, quam quod substantiam simplicem cum suo contrario admixtam substineat. Oldrad. *consil.* 172. *in princip. num.* 5. vbi ponit multa exempla, quando actus ratione contrarietatis valet
2 alio modo, quam fiat. † Et idem importat perplexitas, quod repugnantia, ideo annullat actum. Bart. *consil.* 82. *Quæstio commissa, col.* 2.
3 *post med. ver. voluntas enim testatoris, lib.* 2. † Amplia, quod substitutio vulgariter facta hæredi existenti cum repugnet, quia præsupponit, si non esset hæres, vel pupillarem tacitam; tamen mutatur, & intelligitur, quod sit fideicommissaria; quia constat de mente
4 & errore. Oldrad. *consil.* 45. *Cum in narratione facti.* † Amplia, quod confirmans contractum, qui erat ad beneplacitum, si in confirmatione apponat promissionem de non reuocando, nec contraueniendo, censetur perpetuo se obligasse, ita quod cesset beneplacitum; quia repugnat promissio de non reuocando contractu
5 reuocatorio. Oldr. *consil.* 243. *in fi.* † Amplia in sententia continente repugnantiam, & expressum iuris errorem; quia est nulla, & ideo si quis condemnat aliquem, tanquã quod dolose induxerit contrahentem secum ad transigendum, ita quod transactio nulla declaretur, & deinde fiat confiscatio acquisitorum ex transactione, cessat confiscatio; quia nulla est sententia. Lap. *alleg.* 129. *nu.* 5. *circa fi. ver. secunda ratio.* Anch. *consil.* 180. *num.* 7. vbi, quod repugnantia,
6 vel error expressus in sententia vitiat sententiam. † Extẽde idem, quando continet repugnantiam, vt quia iudex appellationis dicit nulliter, & iniuste fuisse pronunciatum per iudicem à quo, & bene fuisse de nullitate dictum, & appellatum; quia ista sunt repugnantia; quia si nulla est, est superuacue appellatum. Alexand.
7 *consil.* 49. *In causa, num.* 3. *& 4. lib.* 7. † Amplia in eo, qui profitetur religionem Mendicantium; quia si in professione solemni, quam facit, dicat, quod sibi reseruet omnia bona sua, ex quo repugnat, valet professio, & retentio bonorum nihil operatur. Io. Andr. in c.
8 *fi. de cond. appos.* Lap. *alleg.* 13. *num.* 17. *ver. præterea.* † Amplia in transactione, & omni contractu; quia si continet repugnantiam, & perplexitatem, non valet, prout nec valet sententia. Anchar. *d. consil.*
9 180. *Visa diligẽter, n.* 6 *&* 7. † Amplia; quia de natura emancipationis est, quod filius liberetur à patria potestate, & amplius patri non acquirat; & ideo si in emancipatione addatur pactum, quod quicquid acquiret filius, acquirat patri vt prius, non valet tale pactum tanquam errore iuris factum contra substantiam emancipationis. Oldrad. plene *consil.* 214. *Factum tale est, in instrumento per*
10 *verum.* † Extende, vt idem sit, quando legatur monacho professo cum hoc, quod non acquiratur monasterio; quia imo necessario acquiritur monasterio. Bart. in sua *quæst.* 12. *Quidam reliquit*, vbi in
11 prine. arguit, quod legatum sit nullum, tanquam continens repugnantiam, & impossibilitatem de præsenti, secundo arguit, contrarium; quia multis modis potest distingui, quod non acquiratur monasterio, vbi ponit 8. interpretationes ad dicta verba, tertio sub *nu.* 5. *ver. nec obstat, cum seq.* ponit 6. similia, quod reiiciatur ille modus, vel condtio; vltimo in *ver. solutio, in princ.* dicit, quod tale legatum intelligitur, quod acquiratur monasterio volente monacho legatario, sed eo recusante non possit acquiri monasterio, allegat text. in *l. si vsusfructus. §. si ita. ff. quando dies legat. cedat.*
12 † Amplia in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum causa mortis facta; quia licet valeat; si tamen addatur pactum, quod non possit reuocari, per quod efficitur inter vitos, sed non potest valere; quia tollit liberam facultatem testandi, reiicitur pactum, vt imo valeat, put potest, videlicet causa mortis.
13 Paul. de Castr. *consil.* 75. *Notandum, n.* 3. *vsq; in fi. lib.* 2. vbi videtur loqui, maxime si pactum est separatum, sed per præmissa, imo etiã si esset connexum, debet valere. † Amplia in fideiussore de iudicio sisti coram certo iudice dato; quia promisit sine præiudicio iu-
14 rium suorum; non tamen potest declinare iurisdictionem; quia protestatio induceret repugnantiam, ideo intelligitur quoad alia, non quoad iurisdictionem, quam fideiubendo prorogauit.
15 Anchar. *consil.* 192. *num.* 6. *ver. non obstat.* † Amplia maxime in litteris ad beneficia; quia si Papa cassat prouisiones alienas, & ponit clausulam, dummodo non sit ius quæsitum, litteræ tanquam continentes repugnantiam non valent. Card. Zabar. *cons.* 136. *nu.*
16 12. *& 13. vers. primo quia.* † Amplia in eo, qui consentit alienationi rei sibi hypothecatæ, saluo iure sibi competenti, & non alias; quia ex quo repugnat consensus, qui facit rem liberam ab hypotheca, & reseruatio contrarium facit, non valet consensus, ita
17 Rom. *consil.* 94. *Visis iis, num.* 7. vbi post. sequitur Negus. *de pign. in* 6. *part. membro* 3. *nu.* 26. *in tertia fallentia.* † Amplia; quia in sententia,
18 & omni dispositione, verba debent sic interpretari, vt non contineant repugnantiam; ideo si iudex declarat in sententia, aliquem nõ esse, neq; posse esse hæredẽ, & sibi reseruat omne ius cõperens ex quacumq; causa; non tamen extendi põt ex causa hæreditaria, quia contineret repugnantiam, Bartol. *consil.* 205. *Viso testamento, nu.* 5. *ver. quarto videndum, lib.* 1. vbi apostill. in *ver reseruatur*, dat con-
19 cord. † Et maxime in dispositione Principis fit interpretatio, vt tollatur repugnantia, & contrarietas, Osasch. *dec. Pedem.* 141. *num.*
20 5 *& seq.* † Et in concessione Pontificis, Ruin. *consil.* 121. *num.* 10. *ar-*
21 *ca fin. num.* 11 *&* 12. *& consil.* 76. *num.* 4. *lib.* 5. † Amplia; quia si testator dicat, Titius, imo Seius hæres esto, solus Seius hæres est, propter repugnantiam, vt *l. si ita scriptum fuerit, si Titius, imo Seius. ff. de*
22 *hæred. instit.* Bartol. in *quæst.* 12. *quidam reliquit. in princip.* † Amplia, quia repugnantia annullat actum, in quo datur repugnantia, & si est in litteris Papæ, præsumuntur falsæ, nisi possit talis repugnantia saluari. Franc. Aretin. *consil.* 7. *Procedendum, in princip.* vbi,
23 quod litteræ in quibus dicitur, quod beneficium est solitum regi per regulares, & de nouo erigitur in beneficium, continet repugnantiam, nisi saluetur; quia solitum regi intelligatur de facto, non autem ex consuetudine præscripta. † Et ideo interpretatio
24 semper debet fieri, vt tollatur repugnantia, & perplexitas. Aret. *d. consil.* 7. *in princip.* & clarius *consil.* 9. *Eleganter & vere, in princip.* vbi, quod nemo præsumitur incontinenti seipsum corrigere, & contraria disponere. † Limita; quia vbi repugnantia, & contrarietas
25 potest referri ad diuersa, ea interpretatio sumenda est, vt non vitiet, sed vtrumque repugnans valeat & operetur. Deci. *consil.* 500. *num.* 6. *& seq. col.* 2. *ver quinto non debet fieri, de appell.* Zabar. *consil.* 68. *In quæstione, nu.* 2. † Extende; quia semper est facienda conciliatio, si potest, ne sit repugnantia, & magis præcedentia declarant sequentia, quam è contra, nisi sit repugnantia inconcordabilis; quia si est in dispositiua, posteriora derogant prioribus, nisi contraria posteriora essent in clausulis exequtiuis. Dec. plene *d. cons.* 500. *In causa, quæ Mantuæ, num.* 6. *& sequent.* † Et quod si repugnan-
tia po-

tia potest distinctione saluari, valeat dispositio. Bart. plene in *quæstio. 12. quidam reliquit, ver. contra quod, in princ.* Aretin. *consil. 7. Procedendum num. 2. ver ideo sorte, cum sequen.* † Limita; quia quandoque contrarietas facit omnino actum nullum in totum, & penitus inutilem, veluti si legetur vsusfructus alicui post mortem; quia repugnant, ex quo vsusfructus morte finitur; ideo legatum redditur inutile in totum, nec substinetur ut vita reiecta contrarietate conditionis post mortem. Dyn. *consil. 3. Quæstio talis est, quidam, nu. 6. ver. item iuxta considerationem.* † Limita, quia legatum vsusfructus, vel seruitutis rei, in qua legatarius habet dominium, est inutile propter contrarietatem; quia nemo potest habere vsumfructum in re, in qua habet dominium. Dyn. *d. consi. 3. in pr.* † Declara tamen; quia si relinquatur dominium, & vsusfructus eiusdem rei, licet isti sint contraria; tamen substinebitur legatum in eo, quod potentius est, videlicet in dominio, quod est plenum, seu plenius, Dyn. vbi supra. † Limita, quando legatum (quod non debetur, nisi adita hæreditate) fieret ad vitam legatarii cum prohibitione, quod hæreditas non posset adiri in vita legatarii; quia inutile redderetur legatum. Dyn. *d. consi 3. n. 3. ver. præterea constat.* † Contrarium tenet Iason *consil. 110. In secundo dubio principali, libr. 1.* vbi dicit, quod si quis instituatur hæres cum hoc, quod non possit esse hæres, nisi prius satisfecerit omnibus legatariis, & im. leuerit omnia disposita in testamento; & tamen sunt cõtraria; quia legata non nisi adita hæreditate debentur; dicas, quod ista non est cõtrarietas, insanabilis esset, si diceret, quod non sit hæres, nisi solutis legatis, & subiungeret, quod solueret vt hæres, sed potest soluere de suo, & tollitur repugnantia, quæ potest conciliari, non sic in casibus prædictis. Vide, *Legata non valent, neq; debentur. Concl. 52.* Vide. *Hæredis institutio quibus casibus non valeat. prout facta fuit. Concl. 85.* † Limita, vbi contrarietas, & repugnantia est inter licitum & illicitum; quia actus interpretatur in eo, quod est licitum, reiecto illicito; ideo compromissum factum in arbitros, & amicos cum clausula, & iuramento de stando arbitrio, & laudo etiam iniquo, non tollit reductionem laudi; quia licet repugnantia inducatur ex illis verbis, tamen potius admittitur reductio, tanquam quod iniquitas potius repellatur, quam quod intentio regulata censeatur sublata. Cald. *consi. 110. col. 2. in pr. ver. super exceptione, vsque in fin.* & maxime in *ver. item aperte hoc*, quod est 1. *de arbitr.* † Declara, quia propter contrarietatem actus valet alio modo propter repugnantiam, & ideo dicit Oldr. *d. consi. 172. in prin.* quod Papa non concedit monacho, vt habeat proprium existens monachus, sed bene potest facere, ne sit monachus, vt proprium habeat, & multa alia in simili adducit, quæ videas, & sic actus substinetur alio modo propter contrarietatem, quam esset celebratus. Vide, *Contraria allegans non auditur. Concl. 1005.* Vide, *Perplexitas quæ dicatur. Concl. 514.*

Reputatio quid operetur, & quotuplex. Concluſ. 204.

REPVTATIO † alia verbalis, quæ parum operatur. Oldr. *consi. 254. n. 5. ver. tertio opponitur.* † Quandoq; tamen ista verbalis multum operatur, vt *Instit. de adopt. § fin.* Oldr. vbi supra. † Reputatio vero realis multum operatur, & licet non semper rẽ in vero constituat, tamen constituit reputatum in quasi possessione talis iuris, in quo communiter fuit realiter reputatus. Oldr. *d. consi. 254. Quia tota pars, n. 5. ver. tertio opponitur.* † Sed vt probetur ad effectum, vt releuet, necesse est, quod testes deponant, quod habebatur pro tali ab omnibus cognoscentibus eum, alias nõ releuat. *l. 1.* vbi Bart. *C. de testam.* Alexan. plene *consi. 195. Reddito per me, n. 2. & seq. per tot. lib. 7.* vbi, quod non sufficit, si dicatur, quod inter homines loci reputabatur talis; quia apud duos potuisset reputari, sed debent concludere apud maiorem partẽ populi, & dat multa similia. † Amplia; quia communis reputatio, quod quis sit Legatus, facit valere collationem beneficii, licet non probetur facultas; quia communis error facit valere actum, qui alias non valeret. Cald. *consi. 82.* quod est 2. *de iust. deleg.* † Amplia; quia bastardus, & homicida inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum, si per multos, puta decem annos possederint, præsumuntur canonice instituti, & dispensati. Anch. *consi. 117. Satis impertinens per tot.* † Amplia, quia facultas dispensandi circa matrimonia, & alia in Episcopo, qui reuera nullam habebat facultatem, propter communem errorem, & communem reputationem habetur pro legitima, quoad prolem legitimam, & bonam fidem contrahentium, & validitatem matrimonii. Anch. *consi. 409. Viso, & diligenter, in fi.* sequitur Rota, vt per Papaz. in *addit. ad decis. 2. de filiis Presbyt. in nou. n. 7.* † Et hæres putatiuus si soluit debita vere hæreditaria, licet ab eo euincatur hæreditas, debet sibi satisfieri de solutis, vel soluta potest retinere. Rom. *consi. 149. Conclusionem. col. 2. nu. 2. ver. tertiam earumdem.* Vide plenius, *Opinio, & reputatio communis multa operatur. & quæ. Concl. 157.*

Rescissoria contractus agens tenetur restituere habitum. Concl. 205.

AGENS † rescissoria contractus ex læsione, vel alias debet restituere id, quod habuit ex illo contractu, quem rescindit. Corn. *consi. 188. In præsenti consultatione, in fin. li. 2.* † Extende, ẽt si sit minor ille, qui agit rescissoria, Corn. *d. consi. 188. num. 16. lib. 2.* vbi idem, si agit minor restitutione in integrum. † Amplia, vt idem sit, quando actione redhibitoria agitur, vt rescindatur contractus. Corn. *dict. consil. 188 num. 17. lib. 2.* † Amplia, vt procedat, etiam si agatur rescissoria ob causam non sequutam in casibus, in quibus potest contractus rescindi, Corn. *dict. consi. 188. num. 17. lib. 2.* † Amplia etiam in resignatione spiritualium, vel officiorum Rom. Curiæ; quia si est facta resignatio cum pensione, & resignatarius dicat pensionem intolerabilem, & agat rescissoria, debet restituere beneficium, vel officium habitum. Anch. *consi. 313. Nisi legibus, n. 4.* vbi, quod est generale in omnibus. † Amplia, vt idem sit in eo, qui aduersus contractum petit restitui; quia debet restituere id, quod habuit ex contractu illo, & esse regulare in omni materia, dicit Anch. *d. consi. 313. n. 4.*

Rescisso contractu non tollitur dominium quæsitũ ex contractu rescisso. Concl. 206.

STATVTVM † si rescindat contractus adiudicationum, vel donationum insolutum factarum in præteritum, & declaret esse nullum, non tollit dominium quæsitum ex illo contractu. Alex. *consi. 199. Perspectis, in prin. lib. 6.* vbi, quod fuit opinio Maccagnani Bononien. & quod est * communis opinio; quia annullato contractu non annullatur dominium ex eo; quia destructo vno ex separatis, non destruitur alterum separatum, & verba loquentia de contractu non aptantur ad dominium. † Extende; quia statutum respiciens præterita, & annullans contractus præteritos dicitur odiosum; ideo restringendum, vt non operetur, nisi in quantum loquitur, & quia quando actus fuit semel perfectus, & fortitus est effectum suum, defectus causæ non rescindit, quod legitime factum fuerat, idem Alex. *d. consi. 199. n. 2. & seq. ver. maxime in materia, lib. 6.*

Rescriptum quid sit, quæ requirat, & quibus æquiparetur. Concl. 207.

RESCRIPTVM † quid sit, & alia pulchra, vide apud Dec. Felin. Abb. & Beroum in *rubric. de rescr.* Rebuff. in *tract. de rescript in reg. constitutiones, in princip.* † Extende; quia quoad partes habet rescriptum vim legis. *l. ex relationibus. C. de legib.* vbi Bald. *in princ.* Corn. *consi. 236. Licet videatur, col. 2. ad med. lib. 1.* & non extenditur ad aliam personam, vt infra in *ver. Rescriptum de vno non extenditur ad aliud. & quando secus. Concl. 213.* † Et quod rescriptum Principis decisorium habeatur pro casu legis, seu statuti, & propterea inanis sit omnis disputatio. Corn. *consi. 109. in fi & consi. 316. in fin. n. 7. lib. 1. & consi. 150. num. 4. & consi. 188. num. 12. lib. 2.* Dec. *consi 484 in princ. & consi. 93.* Crauet. *consil. 4. n. 2.* † Et propterea seruari debet specifice, prout disponit, *& prudentiam, in princ. de offic. deleg. cap. cum dilecta de rescript.* maxime; quia præsumitur emanatum ex certa scientia, adeo quod omne obstaculum iuris censetur remotum, quamuis clausula, *ex certa scientia*, non fuerit expressa. *l. quidam in fi.* Castrens. pulchre *consil. 414. nu. 5. lib. 1.* † Requirit scriptum, & gratia Apostolica datam, locum, & tempus, vt valeat. Rom. *consil. 340. in princ.*

Rescriptum, seu commissio Apostolica an perpetua, vel temporalis Concl. 208.

RESCRIPTVM, † seu commissio Apostolica, factum dignitati est perpetuum, si est super re, vel negocio habente cautam continuam, & perpetuo duraturam. Oldrad. *consi. 334. in princ. ver. ad primum.* Vide, *Gratia quid sit, & quæ dicatur perfecta. Concl. 51.* † Amplia, vt comperat nedum perpetuo habenti dignitatem, sed etiam successori suo in dignitate. Oldr. *d. consi. in fi. ver. ad tertium.* † Quando autem dicatur facta commissio dignitati, & quando persona? dic, quod si dirigitur dignitati, vt Præposito talis Ecclesiæ, censetur facta dignitati. Fed. de Sen. *consi. 20. n. 4. ver. at in Proposito*, secus, si præmittatur nomen proprium, vt ibi n. 2. † Amplia; quia rescriptum, seu priuilegium concessum alicui sub nomine dignitatis est perpetuũ; quia dignitati censetur concess.

cessum, secus si personæ. Vide, *Dignitati, vel officio quando aliquid censeatur concessum. Conclus.* 434. vbi plenissime videas. † Amplia, quod rescriptum, & priuilegium concessum alicui Episcopo, si erigatur Episcopatus in Archiepiscopatum, adhuc durat; quia illa dignitas est eadem, licet aucta fuerit. Oldrad. *consil.* 239. *bo. mem.* 6 *D. Clemens.* † Amplia; quia rescriptum ad iudicia durat perpe- 7 tuo durante vita concedentis etiam re integra. † Restringe, vt anno tollatur primum rescriptum impetratũ, & non præsentatum, quando aduersarius aliud obtinuit. Ioan. de Imol. *consil.* 146. *nu.* 12. *vers. item non obstat.* † Extende; quia non tollitur anno, quando 8 causa est coram Principe, ita quod non est in potestate partis vti 9 rescripto. Ioan. de Imol. *d. consil.* 146. *num.* 12. † Restringe Florentiæ; quia rescripta, quæ non præsentantur intra mensem, euanescunt, nec impediunt, quin lapso mense possit adiri iudex ordina- 10 rius, ita disponente statuto, & lege municipali. † Declara restrictionem, vt procedat, quando non fuit in iudicio præsentatum rescriptum, si vero fuit præsentatum, sufficit, quod partes vsæ sint rescripto in aliquo; quia quoad omnes causas dicitur perpetuum. 11 Deci. post alios *in l. more, n.* 44. *ff. de iurisd. om. iud.* † Limita; quia etiam si cõmissio sit facta dignitati, dicitur personalis, & nõ transit ad successorem in sex casibus, quos ponit Iaf. pro sex limitationi- 12 bus, *in d. l. more, n.* 65. *ver. nota ex gl. ff. de iurisd. om. iud.* † Limita, & adde, quod litteræ, seu rescriptum, si est iurisdictionale, expirat re integra morte concedentis, *c. fin. § officium. de offic. delegat. in* 6. Cal- 13 der. *cons.* 455. alias 11. *de censibus circa med. vers. quæritur.* † Et quando res dicat integra, vel cœpta, Vide Iaf. *in d. l. more, n.* 56. *ver. videamus* 14 *ergo. ff. de iurisdict. om. iud.* † Si vero sunt gratiæ, tunc sunt perpetuæ, tamen contra illas spatio 40. annorum præscribitur. Cald. *d. cons.* 15 455. *circa med. vers. sh autem sunt litteræ*, alias 11. *de censibus.* † Declara; quia gratia, si est subreptitia, dicitur nulla, & non valet etiam processus exequutoris; quia iurisdictio accessoria expirat annullata gratia, sicuti in casu conuerso, licet rescripta iustitiæ morte concedentis expirent re integra; secus est, quando iurisdictio est accessoria ad gratiã; quia sicuti gratia est perpetua, & non expirat morte concedentis, etiam re integra; ita etiam iurisdictio accessoria ad gratiam non expirat morte concedentis, etiam si res sit integra. Abb. *consil.* 34. *Super quæstionis materia, col.* 2. *num.* 5. *vers. subreptio autem, & num.* 6. *lib.* 2.

Rescriptum an sit gratiæ, vel iustitiæ, & qualiter cognoscatur. Concl. 209.

1 RESCRIPTVM † in dubio præsumitur iustitiam continere, & non gratiam, & is probare debet, qui dicit rescriptum gra- 2 tiosum. Gem. *cons.* 65. *col. pen. n.* 23. *ver In contrarium videtur.* † Extende maxime, quando pars narrauit sententias latas per fauores, & petit restitui in integrum; quia talis restitutio præsumitur cõcessa de iustitia, non de gratia. Fulg. *cons.* 153. *In causa, quæ vertitur, in prin.* 3 vbi, quod respondeo ad petita accommodatur. † Amplia; quia rescriptum cognoscitur esse mere iustitiæ, si in eo contineatur narratio respiciens iustitiam, vt quia dicitur, quod aduersarii indebite, & iniuste contradicunt. Calder. *consil.* 38. *Cognoscitur*, alias 4 15. *de rescr.* Fulg. *d. cons.* 153. *In causa, quæ vertitur, in princip.* † Amplia idem esse ex clausulis Papæ, si diceret, honestam supplicationem voti esse compotem, vel similia. Calder. *d. cons.* 38. alias 15. *de rescri.* 5 † Declara tamen; quia impetrans, si conqueritur coram Papa supplicando, vt ei de opportuno iuris remedio prouideat, dicitur acquitere ius; quia si ius non haberet, non conquereretur. Feder. de Sen. *consil.* 290. *num.* 8. *col. antepenul. ver. conquerendo isti impetrantes*, vbi, quod tamen sæpe etiam, quibus non habent, con- 6 queruntur. † Amplia; quia clausula, *corrigas*, in rescripto importat causæ cognitionem. Calder. *consil.* 453. *in fin.* alias 11. *de censibus.* 7 † Mixtum dicitur rescriptum, quando continet gratiam, & iustitiam, prout quando mandatur executori, vt conferat, in hoc est gratiosum, quando vero datur iurisdictio compellendi, sapit iustitiam, & sic dicitur mixtum. Gemin. *d. cons.* 65. *col. penultim. ver. ego puto, & num.* 24.

Rescriptum, vel commissio Principis, quod fiat iustitia, vel compromissum, qualiter intelligatur. Concl. 210.

1 PRINCEPS † rescribens, quod fiat iustitia, & non dicat, per quem, intelligitur mandare iudici causæ, coram quo est cœ- 2 ptum iudicium. Bald. *consil.* 138. *In ciuitate Venetiarum, lib.* 2. † Et si Princeps primo rescripsit ad aliquid præiudiciale contra rem iudicatã, postea iterum rescribit, quod fiat iustitia, censetur omnino recedere à primo, si esset contra ius partis. Alex. *cons.* 94. *incausa, & lite, in prine. lib.* 2. † Contrarium; quia rescriptum secundum 3 Principis, quod fiat iustitia, non tollit primum rescriptum, per quod idem Princeps rescripsit, quod Titius non molestetur iu- per crimine, de quo imputabatur. Signor. *consil.* 240. *In quæstione, n.* 5. *vers. quinto sic.* † Si vero mandat, quod fiat compromissum, nec 4 dicatur, in quo loco, intelligitur in loco æquo, & cõmuni, quando inter partes contenditur de loco. Bald. *consil.* 138. *num.* 2. *vers. sed autem.* vbi declarat cum distinctione, & quis dabit veritati arbitrum, *lib.* 2. † Rescriptum, quod Potestas prouideat, quod quic- 5 quid fratribus debetur vigore certi testamenti, habere debeant ilico, non aliud importat, nisi quod fiat ius summarie. Alex. *cons.* 42. *Viso processu, nu.* 3. *lib.* 4. † Et rescriptum Legati, quod inter de- 6 linquentem officialis, & puniat iustitia mediante, debet intelligi, quod fiat, quod de iure est, & quod non torqueatur sine indiciis; quia non esset iustitia mediante, & in dubio semper rescriptum ad iustitiam, & ius reducendum est. Alexan. *cons.* 34. *Visis, & consideratis, per tot.* maxime *n.* 4 *& seq. lib.* 6. † Et rescriptum Princi- 7 pis, per quod se remittit ad id, quod vtat iustitia, nihil videtur concedere gratiosum, sed quod fiat iustitia ordinarie. Afflict. *dec.* 128. *Fuit dubitatum, in fin.*

Rescripta qualem interpretationem recipiant, & à quo debeant interpretari. Concl. 211.

RESCRIPTA † debent interpretari secundum ius commune, 1 etiamsi quantum ad verba videantur discrepare à iure communi, *c. causam, de rescript.* Cald. *consil.* 25. *Si mandatur, in princ.* quod est *consil.* 2. *de rescript.* & duplicatur *consil.* 333. alias 1. *de sent. excommu.* vbi ampliat procedere, etiam si discrepent à iure; quia ordo iuris seruari debet. † Extende; quia rescriptum Concilii, vel Princi- 2 pis, quod quis non audiatur contra sententiam, nisi parito iudicato, debet intelligi de sententia, quæ transiuit in iudicatum, non de ea, à qua potest appellatio, vt sit conforme iuri communi. Rom. *cons.* 334. *Circa primum, in princ.* vbi apostill. *in ver. quod si.* † Extende, vt procedat, quia imo verba rescripti sunt impropri- 3 anda, vt reducantur ad ius commune, & ne iustertio auferatur. Rom. *d. cons.* 334. *n.* 2. *ver. secundo idem probatur.* vbi apostill. *in ver. auferatur*, allegat Rom. tex. *in c. super eo, de offic. deleg.* vbi si Papa scribit Delegato, vt si sibi constet de iure patronatus, de persona præsentata ordinet Ecclesiam, illud verbum, *ordinet*, exponitur ordinandam pronunciet ab eo, ad quem spectat, vbi etiam apostill. *in ver. ordinandum*, & idem Rom. *cons.* 350. *In casu, in fin. n.* 24. † Exten- 4 de; quia rescriptum Principis semper interpretatur, ne iuri alterius deroget. Rom. *d. consil.* 334. *num.* 3. *ver. tertio probatur.* † Item, ne 5 ius tertii lædatur, *c. super eo, de offic. deleg.* Alex. *consil.* 108. *Viso processu, n.* 4. *lib.* 6. † Et idem in rescripto, mandato, & dispensatione Lega- 6 ti; quia debent reduci, quantum fieri potest, ad ius commune, & ne alteri fiat præiudiciũ. Alex. *cons.* 34. *Visis, n.* 7. *& seq. vers. & adhuc, lib.* 6. † Amplia; quia rescriptũ loquens, quod parito prius iudica- 7 to contra sententiã Cardinalis debet intelligi de sententia facienti iudicatum, vel quia non fuit appellatum, vel appellatio transierit deserta; quia parito iudicato hoc importat. Rom. *d. cons.* 334. *Circa primum, in pr. & n.* 4. † Extende; quia rescripta iurisdictiona- 8 lia, seu iurisdictionis excitatiua semper recipiunt interpretationem à iure communi. Rom. *cons.* 285. *Omnia ad decisionẽ n.* 4. † Am- 9 plia; quia rescriptũ Principis in dubio debet interpretari, ne tollat rem iudicatã, vel ius quæsitũ tertio, nisi hoc expresse disponat. Iaf. *in l. iustitia. ff. de iust. & iur. & in l. causas, & lites, C. de transact.* Capoll. *cautel* 222. *Supplicatio.* Sarnen. *in reg. de non toll. iure quæsito, q.* 1. *col.* 1. *&* 2. † Extende, vt procedat in tantum, quod nisi dicatur in 10 rescripto, *non obstante re iudicata*, non censetur tollere rem iudicatam, tex. *in l. fi.* & ibi Doct. *C. sent. rescind. non poss.* Alex *cons.* 95. *lib.* 2. Dec. *cons.* 198. Fel. *in cap super litteris, n.* 22. *& seq. de rescript.* Lap. *alleg.* 98. Paris. *consil.* 105. alias 108. *lib.* 4. † Imo tale rescriptum tollens 11 rem iudicatam est ipso iure nullum, *l. fin. C. sentent. rescind. non poss.*, ideo attendi non debet, si de re iudicata non fuit facta mentio. † Restringe, quãdo rescriptum alias non operaretur, & Princeps 12 habuit notitiam rei iudicatæ. Bal. *in c. 2. n.* 3. *de offic. deleg.* vbi Barbat. facit Fel. *in c. causam, n.* 49. *de rescript.* † Restringe, quando alias de 13 mente Principis cõstat, quod voluerit tollere rem iudicatã; quia vbi appareat de eius mente, non est de alia expressione quærendum. Gram. *cons.* 100. *In causa, n.* 66. quia mens in rescriptis potius est attendenda, quam verba. Iaf. *in l. iuris gentium, § prætor ait, n.* 16. *ff. de pactis.* & secundum mentem rescribentis rescripta sunt interpretanda. Deci. *in l. non omnis, n.* 4. *ff. si cer. pet.* vbi, quod Princeps in illo casu voluit causam ex integro reuideri, nõ obstante re iudicata. † Restringe, quando Princeps fuit informatus de re iudicata, 14 vt per supplicationem partis, vel per informationem habitam à iudi-

iudice cui commisit informationem in precibus cõtentorum; quia tũc dicitur constare de mente, quod voluit derogare rei iudicatæ, & iuri quæsito. Deci in *l. res iudicata n. 35 ff. de reg. iuris.* Vide, *Princeps non præsumitur tollere ius tertij. Concl. 685. cum seq. ibi Conclus.*

15 † Amplia; quia in rescripto semper inest tacita clausula, *sine præiudicio iuris tertio quæsiti*, vel, *iuris quæsiti*. Felin. in *c. Capitulum, col. 17. ver. de duobus, de rescript.* late prosequitur alios citans Gomes. super *reg. de iure quæsit. non tollen q. 1.* Castil. *cons. 8 In facto, num. 3.* vbi, quod

16 inest clausula, *salvo iure alieno*. † Et quod in dubio nunquam præiudicet tertio, neque iuri quæsito, est tex. in *l. 2. §. merito, & § si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. c. quoniam. de rescri. in 6. c. super eo.* vbi Abb. *de offi. deleg.* & ibi late Felin. & Dec. idem Dec. *cons. 373. n. 10.* Parisi. *cons. 51. n. 15. & 16. lib. 4.* & Ias. & alii in *l. sin ff. de constit. in*

17 *princ.* maxime non citato Soc. *cons. 264. lib 2.* † Amplia, si petatur à Papa, quod quis admittatur ad prosequutionem suæ appellationis, & quatenus non duret, vel non sit locus appellationi, restituat, & Papa dicat, audiat, & restituat, intelligitur concessisse secundam partem restitutionis, ne videatur tollere ius partis, vel contra ius rescribere Castr. *cons. 282. In causa ista, col. 4. n. 4. ver tertio allegatur lib. 1. & cons. 283. col. 4 in fi. cum seq. ver. tertio allegatur, lib. 1.*

18 † Amplia; quia preces subreptitiæ in vno vitiant rescriptum in omnibus. Dec. in *c. sedes. num. 5.* vbi Abb. & Felin. *de rescript.* per alle-

19 gata à Ias. in *l. ex falsis. nu. 4. C. de transact.* †. Et ideo si supplicans tacuit rem iudicatam, cui alias Princeps noluit derogare, neque concedere reuisionem, non præsumitur nunc mutasse voluntatem, neque velle ius tertio quæsitum auferre, nisi exprimat, vel sit informatus, *l. quamvis. de rescript. in 6.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 11. in*

20 *princ.* Cur. Iun *consil 88. num. 8.* Dec. *consi. 2 num. 4.* † Extende; quia licet Princeps rescripserit, *concede si stantibus prædictis*, præsumitur circumuentus, nec constare dicitur de mente, *l. 1. C. de petit. bon. sublat. lib. 10.* Rom. *consil. 436. nu. 19. ver. respondeo.* Alciat. *d. reg. 3. præsumpt. 11. num. 10.* Vide, *Clausulæ quæ insunt tacite absque expressione.*

21 *Conclus. 305.* † Amplia; quia debent intelligi verba rescripti secundum finem, ad quem proferuntur. *c. 2. de ordin. cognit.* ideo rescriptum impetratũ ad effectum possessionis, debet interpretari respectu possessionis tantum. Cald. *consil. 29. An si in rescripto, in princ.*

22 quod est *6. de rescript.* † Amplia; quia verba rescripti quantumcũque generalia restringuntur secundum præmissa; quia talia subiecta sunt, qualia prædicata. Calder. *d. consil 29.* alias *6. de rescript.*

23 † Extende; quia generalia verba rescripti restringuntur ad causam; ideo commissio appellationis, & totius causæ quoquomodo dependentis restringitur ad illam causam. Bald. *consil. 56. Factũ tale est in princip. lib. 4.* † Declara tamen; quia omnia rescripta ad

24 lites, & beneficia, tanquam odiosa sunt restringenda, & data in vno casu non comprehendunt maiora expressis. Cald. *cons. 234.*

25 alias 13. *de præben.* † Et rescriptum super causa spolii licet habeat clausulas, & *lites motas & inuendas*, semper restringitur ad causam spolij expressum, maxime quando dicitur occasione præmissorum. Castr. *consil. 253. Ad confirmationem, num. 3. ver. verba au-*

26 *tem, lib. 1.* † Amplia; quia si mandatur aliquem excommunicatum absolui præstita satisfactione, sufficit satisdatio, si de iure communi per satisdationem esset concedenda absolutio; quia talis præsumitur mens rescribentis, qualis dispositio iuris. Cald. *cons.*

27 25. alias 2. *de rescript.* quod duplicatur 533. alias 1. *de sententi excom.* † Amplia; quia rescriptum tollens omnes exceptiones debet restringi, & dilatorias, non autem de peremptoriis. Bald. *consil. 502.*

28 *Post diuersa in fin. lib. 5.* † Extende; quia rescriptum reuocans omnia facta per talem iudicem restringitur, vt non tollat facta solemniter, & iuridice, sed tantum reuocantur inualida, seu iniusta, prout est excommunicatio, & absolutio facta non citata parte; quia

29 valet, ex quo non est nulla, sed bene est iniusta ex defectu ordinis. Rom. *consil. 354. Circa propositum, nu. 3.* † Et quod rescriptum non tollat exceptiones peremptorias, de quibus specialem men-

* tionem non facit, est communis * opinio, de qua Alex. *cons. 136.*

30 *In causa, & lite, num. 3. ver. præterea rescriptum, li. 2.* † Amplia; quia rescriptum non patitur callidam, neque malignam secundum corticem interpretationem, sed sane debet intelligi, ne reddatur elusorium, etiamsi verba aliter sonarent. Petr. de Anch. *cons. 153. Punctus talis num. 8.* † Item neque subtilizationem. Lap. *alleg. 89. Factũ,*

31 32 *super quo, num. 17.* † Amplia; quia rescriptum, seu littera Principis, vel magistratus superioris demandans exequutionem alicuius negocij ad instantiam partis, sem. er intelligi debet iuris ordine seruato; quia semper inest clausula, *si preces veritate nitantur, l. vniuersa. C. de diuer. rescript.* † Extende; quia quando committitur exe-

33 quutio, censetur commissa cognitio, *l. etsi non cognito. C. si contra ius, vel vtil. publ.* & ita Bart. & Doct. in *l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudic.* ideo debet dari libellus, & debent seruari ordines iudiciarij, de quibus in *l. prolatam. C. de sent.* aliàs si ab exequutione inciperetur, esset contra *l. 1. C. de exeq. rei iudic.* † Amplia; quia rescripti verba 34
ita sunt interpretanda, ne rescriptum reddatur elusorium, sed ali. 35
quid operari debet. Rom. *cons. 372. Non video, nu. 2.* † Amplia; quia
rescriptum Principis dubium debet declarari secundum supplicationem porrectam, arg. *l. si defensor. §. qui interrogatus ff. de interro. act.* in puncto Im. in *l. iudex. col. 6. ver. sed hic insurgit dubiũ ff. de re iud.* Bal. in *c. inter dilectos, col. pen. de fid. instr.* Abb. in *c. 2. de treuga & pace, c. inter dilectos, ver. cæterũ, de fid. instr.* Ias. in *l. iustitia, col. 2. ff. de iust. & iur.* Alex. *consil. 84 in causa vertente inter Cameram. li. 1.* plene Fel. in *c. super litteris, n. 23. & 24. de rescript.* & facit generalis regula, quod simplex responsio intelligitur secundum petita. §. *præterea Instit. de iniur. stipu.* Alex. *consi. 84. adsi. lib. 1.* Deci. *cons. 323. n. 11.* vbi, quod rescriptum refertur ad preces. † Extende; quia rescriptum dubium 36
à precibus declaratur, ita vt extendatur ad casum in precib. expressum, licet eius expressio non sit facta in rescripto. Rom. *cons.*
80. *Confirmanda*, faciunt dicta per Parisi. *consi. 7. De potest. n. 23. lib. 2.*
† Et quod rescriptum Principis recipiat declarationem à pre- 37
cibus, est text. & ibi gl. C. *de diuer. rescr. c. inter dilectos. §. cæterum, de fid. instr.* Dec. *consil. 733. num. 2.* & *seq.* Parisi. *consi. 6. n. 42. lib. 2.* Soc. *consil. 45. n. 8. & n. 57. & consi. 93. nu. 41. lib. 3.* & late comprehendit causas omnes petitas à partib. Rom. *consil. 343. Ex proposito, n. 13. ver. quoad tertium.* † Et maxime procedit extensio, quando rescriptum dis- 38
pensatiuum per extensionem ad casum in precib. reducitur ad ius commune, vel statutarij. Parisi. *consi. 56. col. fi. in fi. lib. 4.* † Exten- 39
de; quia si fuit supplicatũ, quod causa reuideretur per talem magistratum, vel talem auditorem, & Princeps dicat, *concedesi*, vt supra, supplicans habet electionem adeundi, quem maluerit ex dictis duob. iudicibus, *c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. l. plerumq; in fi. ff. de iur. dot.* Dec. *cons. 12.* † Extende; quia si fuit supplicatum, q; com- 40
mittitur causa summarie, simpliciter, & de plano, dilationib. attentis, & non attentis, & rescriptũ dicat, *audiat talis*, licet non sint expressa omnia petita, videl. summarie, simpliciter, &c. omnia censentur petita concessa. Rot. *dec. 9. in nou. si petatur.* alias 67. quæ duplicatur in *antiquis, eod. tit. deci. 7.* alias 513. sed istę duę decisiones non dicunt hoc, sed q; si petitur auocari causa ab vno auditore, & committi alteri, & Papa dicat, *audiat A.* censetur cõmissa, & auocata causa, licet nihil dicat de auocatione. Bal. in *c. 2. extra de off. deleg. col. 2.* vbi, quod si lata fuit sententia, quæ transiuit in iudicatũ, & fuerit supplicatum super reuisione eiusdem, & Princeps rescribat, *audiat talis, & iustitiam faciat*, censetur commissa reuisio, non obstante re iudicata. Vide infra, *Reuisio quid sit, & importet, & quando, & ex quibus concessa dicatur, &c. Concl. 313.* † Declara, quia prædicta procedunt, si petatur summarie, de plano, sola facti veritate 41
inspecta, abbreuiatis dilationibus, si Papa rescribit, *audiat summarie*, licet omnia non repetat, veniunt omnia, secus si diceret, *Audiat &c.* sine verbo, *summarie*. Rota in *nou. 2. de rescr.* & duplicatur in *antiq. 10 eod. tit.* Alex. *consi. 44. nu. 3. lib. 2.* † Facit regula, quia re- 42
sponsio simplex ad omnes qualitates in interrogatione contentas refertur Doct. in *l. si cui la prima. ff. de leg. 1.* nam si Seius fuit interrogatus, seu accusatus, quod cognouerit Bertam vxorem Titij, & respondeat, cognoui, videtur fateri, Bertam fuisse vxorem Titij; plura similia congerit Felin. in *c. causam, quæ. ver. clausula refertur. de rescript.* Vide infra, *Respublica obligatur ad multa, & quæ. Conclus. 275.* † Extende; quia rescriptum non extenditur vltra 43
preces Bartol. in *l. de ætate. §. quod autem. ff. de interrogat. act.* vbi Alexand. in apostill. & licet responsio esset indeterminata; si ta- 44
men petitio est determinata, etiam rescriptum dicitur determinatum, prout in petitione ita Ruin. *cons. 3. numer. 1. & sequen. lib. 1.*
† Contrarium, seu restringe, quando resultaret absurdum, vel 44
quando læderetur ius tertij; quia tunc debet fieri stricta interpretatio, vt ad illud, quod exprimitur, tantum censeatur respõdisse. Rota *decis. 358. tit. de rescript. 26. in nou.* quã refert, & sequitur Alex. *cons. 94. In causa, & lite, n. 3. lib. 2.* vbi, quod si peratur committi causam summarie, simpliciter, & de plano, &c. & rescribat Princeps, *audiat talis & iustitiam faciat*, non censetur commisisse summarie, & vt perebatur. Ias. in *l. iustitia. ff. de iust & iur.* † Imo plus voluit 45
Corn. *cons. 5. lib. 2.* quod si plura in supplicatione petuntur, & Princeps circa vnum rescribit, cætera negasse censetur, & ita dicit fuisse consultum per Capr. quod si petatur causa committi summarie, & de plano, &c. & Princeps rescribit; *talis iustitiam faciat, vt petitur*, illa verba, *vt petitur*, non referuntur ad omnia postulata, sed solum ad petita circa iustitiam. † Facit; quia clausula in fine 46
posita non refertur ad omnia, quando apposita fuit ad determinationem vnius tantum. Bart. & Doct. in *l. talis scriptura. ff. de leg. 1.* & hoc maxime, quando non potest sequi absurdum. Dec. in *c. cum dilecti, de donat. & in c. secundo requiris, de appell.* Vide plenius,

Respon-

Responsio secundum petitionem interpretatur, & quando secus. Concl. 273.

47 † Et per quem rescripta, vel priuilegia debeant interpretari, Vi-
48 de, *Interpretatio rei dubiæ, &c. Conclus.* 329. † Et si sensus propter dubietatem rescripti percipi non potest, non pertinet ad iudicem declarare, sed debet recurri ad rescribentem pro interpretatione, & declaratione, *c. ordinarij. §. si vero, de off. ord. in 6.* Felin. & Dec. in
49 *c. cum venissent, de iud.* † Et quod non pertineat ad iudicem declarare rescriptum, sed ad Principem, facit; quia manus appositio Principis ad causam, vel ad negocium operatur, quod inferior iudex debeat supersedere, & nihil attentare, *cap. vt nostrum*, vbi Abb. & alii *de appell.* Gram. *cons.* 95. *nu.* 23. & ideo debet iudex pronunciare supersedendum esse in causa, donec per Principem declaretur rescriptum. Bal. & Salyc. in *l. cum iudex. C. de sent.* Soc. *cons.*
50 124. *n.* 9. *lib.* 1. Ferat. *cautel.* 47. vbi alios citat. † Rescriptum dubium non dat iurisdictionem, quando persona non exprimitur; ideo nisi persona, cui fit delegatio, declaretur per delegantem, omnia sunt ab incompetenti facta Alex. *cons.* 136. *In causa, & lite, nu.* 20. &
51 21. *ver. præterea examinato, lib.* 2. Vide, *Declaratio contractus, & mentis dubiæ ad quem spectet. Concl.* 92.

Rescripta Apostolica quando sint odiosa, vel non. Concl. 212.

1 RESCRIPTA † Apostolica pro visitatione monasteriorum sunt stricti iuris, & odiosa; ideo debent restringi. Feder. de Sen. *consil.* 145. *num.* 1. *in fin. ver. præterea huiusmodi rescripta, & num.* 6.
2 *ver. præterea huiusmodi rescripta.* † Amplia; quia rescripta ad lites sunt odiosa; quia per illa detrahitur iurisdictioni ordinariorum, & iuri communi. Cald. *cons.* 234. *in pr. & per tot.* alias 13. *de præb.* vbi,
3 quod propterea non se extendunt ad maiora expressis, neque vltra expressa, *c. sedes, de rescr.* † Extende, quia rescriptum ad lites stricte interpretari debet, vt ad ius commune reducatur, *cap. causam, quæ.* cum ibi not. per Fel. *nu.* 9. *de rescript.* vbi etiam Dec. Paris. *consil.*
108. *n.* 14. *lib.* 4. *decis. Rotæ* 148. *commissio, & decis.* 358. *si in commissione,*
4 *in nou.* † Et quod stricte debeat intelligi, Bald. in *l. præscriptione, nu.* 26. *C. si contra ius, vel vtil. public.* gloss. Io. Andr. Abb. & alii in *cap. causam, quæ. in fi. de rescr.* vbi etiam Felin. ideo ad contenta, & expressa tantum extenditur, *cap. Rudolphus, &c. significanti, de rescript.* Bald.
in *l. vxori. C. qui accus. non poss.* Felin. in *rubr. de rescript. num.* 6. Alexan.
consil. 97. *num.* 6. *lib.* 6. vbi, quod sunt stricti iuris, & stricte sunt in-
5 terpretanda. † Extende, quia in dubio mens Principis circa rescripta præsumitur talis, qualis de iure esse debet. Ias. in *l. iustitia. ff. de iust. & iur.* & propterea in dubio non censetur voluisse præiudicare iuri quæsito per tertium, *l.* 1. *§. merito, & § si quis à principe. ff. ne quid in loco publ.* Curt. Sen. *cons.* 19. *colum penult.* Alexand. *consil.* 94. *In causa, & lite, col.* 2. *lib.* 2. Ias. in *d. l. iustitia. colum. fin. ver. quarto ff. de iust. & iure.* plura ponit Deci. *consil.* 209. *colum fin.* Paris. *cons.* 45. *num.* 24.
6 *lib.* 4. *& cons.* 106. *nu.* 9. *eod. lib.* † Et maxime, quando non habet rescriptum clausulam, *non obstante.* Alex. *d. consil.* 94. *lib.* 2. Ias. *d. l. iustitia ff. de iust. & iur.* † Extende; quia conclusio rescripti attendenda
7 est. Innoc. in *cap. super litteris*, super gloss. in *ver. in communi forma, de rescript.* quia si plura voluisset Princeps committere, sciuisset exprimere, *c. ad audientiam in fi. de decim.* Rota *decis.* 358. *si commissione,*
8 *in nou.* † Contrarium in simili Deci. *consil.* 137. *Et diligenter pro te-*
9 *nui, col.* 2. † Restringe; quia verba rescripti delegatorii sunt late interpretanda, & à stricta interpretatione receditur. Roman. *consil.*
343. *Ex proposito themate, num.* 15. vbi apostill. citat Felin. in *rubr. de*
10 *rescript. n.* 5. † Restringe; quia rescriptum inter A. & B. super suppressione beneficii, vel alio negocio continet tam petitorium, quam possessorium, & omnes lites, quæ super tali suppressione, vel negocio possunt esse, ita Rom. *d. cons.* 343. *n.* 13. *in fin. & n.* 14. vbi
11 apost. in *ver. potest.* † Declara, quia rescriptum Principis mandans, quod non obstante contumacia rei faciat iudex iustitiam, operatur, quod positiones contra eum habitæ pro confessatis ex forma statuti sibi non nocent. Bald. *consil.* 121. *Proponitur quod ex forma*
12 *statuti, lib.* 1. † Amplia in rescriptis ad beneficia; quia pariter sunt odiosa, quia præiudicatur ordinariis collatoribus; ideo non comprehendunt maiora. Cald. *d. cons.* 234. alias 13. *de præben.* vbi, quod rescriptum ad beneficia non comprehendit præbendas, vbi adsunt beneficia, & præbendæ: item rescriptum ad præbendam non comprehendit sacerdotalem: item ad beneficia non veniũt
13 dignitates, personatus, neque curata. † Extende hanc limitationem, siue rescriptum ad beneficia sit collatio de præsenti, siue mandatum de conferendo. Cald. *d. cons.* 234. *circa fin. ver. respondeo,*
14 alias 13. *de præb.* † Limita in legitimatione spurii, vt succedat patri de consensu patris; quia licet in consequentiam noceat agnatis, est fauorabile rescriptum hoc continens. Petr. de Anch. *consil.* 153.
15 *Punctus talis, n.* 6. † Limita; quia rescripta ad conseruationem iuris communis, & in iis, quæ sunt de genere permissorum, sunt perpetua, & fauorabilia, nisi in iis, in quibus obuiant iuri communi. Sign. Homod. *cons.* 148. *n.* 5. † Limita; quia rescripta motu proprio
16 concessa, etiam si alias essent odiosa; tamen sunt fauorabilia per motum proprium; quia motus proprius non minorem habet fauorem, & non minorem latitudinem habet in interpretando,
17 quam habeat vltima voluntas. Rom. *cons.* 388. *in casu proposit. n.* 7. vbi apost. † Limita; quia imo Papa arguit de vltima voluntate ad rescripta. Rom. *cons.* 388. *n.* 7. vbi apostil. in *ver. ad rescripta.* dat concord. etiam in casu conuerso de rescriptis ad vltimas voluntates. Vide Concl. prox. seq.

Rescriptum de vno non extenditur ad aliud, & quando secus. Concl. 213.

RESCRIPTVM † super causa temporali non se extendit ad
1 spiritualem. Lap. *allegat.* 71. *sape vid. num.* 7. *in fi. ver. vnde etiam.*
† Amplia, vt rescriptum, in quo exprimitur laicus, non se exten-
2 dat ad clericum, *c. sedes, &c. Rodulphus, de rescr.* Lap. *dict. alleg.* 71. *n.* 7.
3 *in fin.* † Amplia; quia rescriptum, vel priuilegium super certo subiecto concessum non extenditur ad futura subiecta separata à subiectis de præterito, *c. fi. de rescr.* Gem. *cons.* 106. *num.* 5. *ver. quinto.*
4 † Extende; quia rescriptum inter certas personas non habet locum inter alias. Sign. *cons.* 5. *n.* 4. † Amplia; quia rescriptum, vel pri-
5 uilegium pro A. B. & C. simul non habet locum inter eos, vt vnus contra alterum possit vti rescripto, vel priuilegio. Bald. *consil.* 365.
Ad euidentiam præmittendum, num. 4. *ver. ego dico lib.* 5. vbi dicit idem in priuilegio concesso pluribus contra omnes; quia non habet locum contra seipsos, quibus conceditur. † Extende; quia rescri-
6 ptum loquens de certis personis excludit alias. Roman. *consil.* 388.
7 *In casu proposita, nu.* 4. vbi apostill. in *ver. comprehendit.* † Amplia, quia rescriptum, in quo committitur causa appellationis à sententia lata per A. iudicem non valet, si sententia sit lata per B. quia error rescripti vitiat circa substantialia. Bald. *consil.* 341. *Proposito statuto,*
8 *per tot. lib.* 5. † Restringe, quando esset lata sententia per B. de consilio A. quia tunc licet dicat rescriptum, quod committitur appellatio à sententia lata per A. & A. non sententiauit, sed consuluit, eo casu valet rescriptum, quasi qui consilium dedit, secundum quod debet pronunciari, dicatur pronunciasse; ideo cum constet per relationem ad acta de corpore, valet rescriptum. Bal.
9 *consil.* 341 *per totum. lib.* 5. † Amplia generaliter; quia rescriptum limitatum circa personas, vel res, vel locum, vel tempus, vel causas, vel qualitates, aut quantitates, non extenditur vltra. Angel.
10 *consil.* 138. *Visis omnibus, in princip.* † Extende; quia rescriptum super mutuo non dat iurisdictionem super deposito, & super possessione per rapinam, & non extenditur ad possessionem per fraudem.
11 Angel. *dict. consil.* 138. *num.* 2. † Extende; quia rescriptum inter certas personas, & certas causas non comprehendit extraneas. Ioan. de Imol. *consil.* 117. *In causa, quæ vertitur, in princip.* † Amplia; quia
12 sicuti mandati fines sunt custodiendi, ita etiam fines rescripti. Angel. *dict. consil.* 138. *num.* 2. † Amplia; quia rescriptum contra A. non habet locum contra eius hæredes, si A. decessit re integra, & dicitur decessisse re integra, etiam si erat citatus ad certum termi-
13 num, & mortuus fuit ante terminum. Signorol. *consil.* 5. *cum inter*
14 *Gabrielem, num.* 2. *in fin. & num.* 2. *vers. secundo probat.* † Amplia; quia rescripta ad derogationem iuris alterius iam quæsiti sunt multum stricti iuris; vnde si possunt operari contra principalem, non operantur contra tertium possessorem, contra quem conueniendum iura aliter prouident, quam contra ipsum debitorem. Anch.
15 *cons.* 222. *Subtiliter, n.* 4. *ver. sunt enim ista.* † Extende; quia rescriptum contra certam personam obtentum non habet locum contra tertium possessorem. Anch. *d. cons.* 222. *nu.* 5. vbi, quod imo tacitumitas possessionis reddit rescriptum subreptitium. † Extende; quia
16 statutum, priuilegium, rescriptum, & decretum quantumcunq; generale non præiudicat tertio non vocato, vt ius sibi quæsitum
17 absorbeatur. Anchar. *d. cons.* 222. *n.* 6. *vsque in fin.* † Amplia; quia rescriptum obtentum contra B. contra quem ius nõ competit tempore rescripti, licet superueniat ius, non potest sequi condemnatio; quia non extenditur ad futura. Bald. in *l. præscriptione, num.* 40.
18 *ver. nono quæritur. C. si contra ius, vel vtil. publ.* † Declara; quia quando potest sequi condemnatio in eadem instantia superiure superueniente coram ordinario, ita etiam rescriptum extenditur, &
19 comprehendit, alias non. Ioan. de Anan. *cons.* 19. *num.* 16. *ver. vltimo restat.* † Restringe, quando ius superueniens habet causam de
20 præterito. Io. de An. *d. cons.* 19. *in fin.* † Restringe; quia procedit de iure Canonico, secus de iure ciuili. Io. de Ana. *d. cons.* 19. *inf.* † Am-
21 plia; quia rescripta dicuntur formalia; ideo ab eis, & eorum forma non recedit. Vide, *Forma rescripti võ seruatur multis casibus. Iter*
regula

22 *regula sit in contrarium* Castel. 422. † Amplia; quia rescriptum obtentum superspolio non dat iurisdictionem extra spolium Castren. *cons.253. Ad confirmationem, col.2.ver.circa secundum lib.*1. † Extende; 23 quia rescriptum obtentum super mutuo non valet in causa stipulationis, Castr. *d.cons.253.num.2.lib.*1. † Extende; quia rescriptum 24 obtentum super violentia non valet, si agitur de dolo Castr. *d. cons.253.nu.3.lib.*1. † Amplia; quia rescriptum Principis tollens rem 25 iudicatam quoad merita non censetur tollere quoad expensas, neque è contra. Gramm. *decis.69.num.3.& decis.91.num.*3. Cranet. 26 *cons.*172. *Venerabilis dominus, num.*2. † Extende; quia si Princeps per rescriptum restituit aliquem in termino ad appellandum, licet tollat rem iudicatam quoad revisionem; tamen non tollit quoad expensas, ideo soluere debet restitutus expensas, *l.*2. §. *merito & l. si quis à Principe ff. ne quid in loco publ.* late Marant. in *praxi char.*70. *num.*33. melius per Parid. de Puteo in *tract. de synd. in ver. sententia in c.*6 *restat vnum, num.*6. † Extende; quia rescriptum Principis quan- 27 tumcunque gratiosum, puta, si is, qui non soluerat directuram in termino, restituatur in bonam diem ad solvendum, intelligitur, dummodo solvat expensas patti aduersæ factas vsq; ad diem restitutionis; quia gratia Principis non aufert ius quæsitum tertio. Bart. in *l. Gallus. § & quid si tantum ff. de liber. & posthum. nu.*12. *c. quãvis de rescript. in* 6. nam verba rescripti potius impropriãtur, quam quod damnum alteri inferatur. Felin. in *c. super, de offic deleg.* Dec. *cons.*209. *In casu proposito col.*2. Belion. *cons.*20. *num.*6. & est tex. in *c.* 28 *ex parte. de offic. deleg. & in c. quamuis, de rescript in* 6. † Extende; quia si Princeps per rescriptum concedit facultatem reuidendi causam, non obstante re iudicata, solutis tamen prius expensis parti, debet ad vnguem seruari, cum videatur inducere formam, quæ ad vnguem debet seruari, *c. prudentiam, de offic. deleg. c. cum dilecta. de rescript.* & ideo transgressio formæ actum annullat. Bald. in *l. prolatam, col.*2. *C. de senten.* Ruin. *cons.*61. *num* 6. *lib.*5. & ideo non seruata 29 forma rescripti prima sententia remanet firma. † Limita; quia rescriptum quoad A. & B. extenditur ad subrogatos eorundem, si alter, videlicet A. vel B. moriatur, Bald. *consil.*26. *in fin. ver. item quia* 30 *optio, libr.*1. † Limita; quia rescriptum super restitutione adversus lapsum ad appellandum extenditur etiam ad conualidationem actorum, quæ deserta instantia perierunt; quia aliàs seruiret de vento. vide infra, *Restitutio multiplex. Concluſ.*277. *ver. amplia.* Vide Concluſ. prox. præced.

Rescripta pendente lite concessa non valent, & quando secus. Concl. 214.

1 RESCRIPTA † Principis obtenta pendente lite in præiudicium litis, vel non facta mentione litis, non valent. *C. vt lit. pend. &* 2 *in Auth. in med. lit non fieri sacras formas.* † Amplia, sive sit pendentia litis in prima instantia, sive sit in secunda pendente appellatione, sive etiam lata sententia, à qua non sit appellatum; quia de re 3 iudicata debet mẽtio fieri, plene Ias. in *rubr. C. vt lit pend.* † Amplia maxime in rescripto gratiæ obtento pendente lite, nõ facta mentione litis pendentiæ Roma. *consil* 330. *Circa primum, col* 2. *in princ. ver. secundo quia* vbi quod litis pendentia inducitur ex parte actoris, & in sui præiudicium ex sola commissione causæ, vel ex sola impetratione citationis; ex parte rei ex scientia citationis, vbi plena apostill. in *ver. loquitur*, quæ dat concord. † Amplia; quia rescri- 4 ptum Principis pendente lite impetratum non facta mentione litis pendentiæ, sive sit super nullitate, vel alias, etiam motu proprio non præiudicat tertio in iure sibi quæsito. Io. And. in *addit. Specul. de dol. & cont. §. fi. ver. porro, in addit. incip. De hoc interesse.* traduntur Canonistæ in *c. causam quæ ei secundo, de testib.* vbi Felin. & vbi * apostil. in *ver. non valeat,* dicit communem. Ias. in *l. supplicare, nu.*2. 5 *C. vt lit. pend.* † Amplia; quia rescriptum etiam super litibus, & causis pendentibus non valet, neque tollit, quin secũdum leges antiquas terminentur, sicuti neque statutum, Bartol. *cons.*87. *Factum* 6 *tale. in fine. lib.*1. † Extende; quia rescriptum, & statutum super negotiis nunquam comprehendit negotia, quæ transactione fuerunt terminata. *l causas. C. de transact.* quæ loquitur in rescripto. 7 Bart. *cons.*87. *Factum tale, li.*1. extendit ad statutum. † Amplia; quia imo si ille, qui obtinuit rescriptum, & eo vsus est, postea obtineat aliud rescriptum alteri iudici directum, non facta mentione de primo, priuatur vtroque in sui odium. *c. ex tenore, & c. fin. de rescript.* 8 Roman *consil.*330 *Circa primum, in princ.* † Amplia; quia rescriptũ impetratum fraudẽ, vel malitia; quia tacuit veritatem, in pœnam impetrantis est nullum. Roman. *dict. cons.*330. *in princip. ver. secundo* 9 *principaliter.* † Extende; quia rescriptum impetratum ab eo, qui appellauit tacita appellatione super re, super qua pendet appellatio, est ipso iure nullum. Rom. *d. cons.*330 *nu.*2. *ver. primo quia*, allegat *decis. Rota in nouiss.*25. *de rescript.* alias 310. & alios concord. quę

decisio hoc tenet in 2. *limitatione, circa med. ver. & ad hoc vltimum,* & extendit, sive appellatio sit ad Papam sive ad alium inferiorem. 10 † Restringe; quia regulariter rescriptum subreptitium circa iurisdictionalia, & contentiosa non est nullum ipso iure, sed ope exceptionis, videlicet si opponatur, secundum * communem, de quo Rom. *d. consil* 330. *num.*3. *ver. tertio quia.* vbi apostill. in *ver. elidit.* † Declara restrictionem, vt non procedat, quando rescriptum 11 est mere ad exequutionem gratiæ, vel cum gratia vnitum; quia tunc est ipso iure nullum ex subreptione, sicut gratia; ratio; quia principaliter datur ad exequutionem, non ad litem; secus si post gratiam daretur super gratia iudex pro exequutione gratiæ; quia tunc nullum est ope exceptionis Rom. *d. consil* 330. *n.* 3. *ver. tamen in hoc casu,* vt de primo casu apostill. ibi in *ver. Episcopo,* & de secũdo casu in *ver. ipso iure,* quæ dant concordantes. † Limita, quando re- 12 scriptum habet clausulam, *de plenitudine potestatis,* quia valet etiam in præiudicium litis pendentis, Bald. *consil.*305. *num.*3. *ver. tertio quia lib.* 1. † Limita, quando Princeps lite mota, & pendente ex certa 13 scientia aliquid rescribit; quia valent rescripta de consuetudine Principum, etiam quod non apponatur clausula, *non obstantibus legibus. C. vt lit. pend. & in auth. in med. lit. non fieri &c.* & ita seruatur. Bald. *cons.*121. *Proponitur, quod ex forma statuti, & cons.*305. *Verba Principis, nu.*2. *in fin. ver dicet aliquis, & nu.*3. *lib.*1. † Restringe tamen, nisi 14 falsum esset narratum Principi; quia non valeret. Bald. *d. consil.*121. *in princ. lib.*1. † Limita, quando facta est mentio litis. Bald. *d. cons.* 15 305. *nu.*2. *in fin. & nu.*3. *ver. secundo quia illud, lib.*1. † Limita, vt non 16 procedat, quando rescriptum est concessum motu proprio. Bald. *d. consil.*305. *num.*2. *in fi. ver. primo quia illud verum, lib.*1. Vide, *Subreptio ex taciturnitate, &c. Concluſ.*743. Vide, *Subreptitium quando dicatur. Concluſ.*724.

Rescriptum valet parte non citata, & quando secus. Concluſ. 215.

RESCRIPTUM † conforme iuri communi valet parte non ci- 1 tata. Oldrad. *consil.*224 *nu.*34. *ver. nec obstat.* † Declara tamen, 2 quod rescriptũ valet solum, & facit ius inter personas, inter quas est concessum rescriptum, vel privilegium. glo. in *l.*2. *C. de legib. in ver. imo statim.* Oldrad. *d. consil* 224. *nu.*34. *ver. nec obstat, in fin.* † De- 3 clara; quia rescriptum Principis non requirit citationem partis in concessione, sed bene in illius vsu, & exequutione; quia concessio rescripti residet in solo concedente, sed exequutio residet in iure partium; ideo debent citari, quando agitur de rescripto exequendo. Bald. *consil.*301. *Ad euidentiam præmittendum, in princ. lib.*5. vbi loquitur in rescripto, quod carceratus cedens bonis relaxetur, quod dicit esse conforme iuri communi. † Limita, quod re- 4 scriptum non valeat contra ius tertii ipso non citato. *l. item diuus. ff. de adopt.* Alex. *consil.*123. *Viso processu, in fi. lib.*2. † Declara in proro- 5 gatione habilitatis, vel iuris quæsiti facta durante termino; quia valet parte non citata. † Limita, quod non valeat rescriptum con- 6 dicionale parte non citata, etiamsi esset iuris interpretatiuum; quia debet interpretatio fieri parte præsente. *l. fin. C. de legib.* Oldr. *d. consil.* 224. *n.*34. *ver. nec obstat.* † Limita, quia rescriptum Principis 7 non tollit ius quæsitum tertio non citato. Soc. *consil.*264. *lib* 2. Vide, *Priuilegium partis citationem non requirit, & quando secus. Concluſ.*728.

Rescriptum, vel gratia Papæ ex quibus reddatur de falso suspecta. Concl. 216.

GRATIA † expectativa, vel rescriptum Papæ redditur suspe- 1 ctum de falso, si continet falsam latinitatem; & hoc ideo est 2 quia cum transeat per tot manus officialium Cancellariæ, non admitterent falsam latinitatem. Rom. *cons.*376. *Quæstio est, nu.*10. *& seq.* allegat *c. ad audientiã, de rescript.* & dicit esse præsumptionem iuris & de iure. † Extende, vt procedat, etiam si non obstante fal- 2 sa latinitate constet de mente Papæ; quia adhuc nihilominus redditur falsum. Rom. *d. cons.*376. *numer.*10 *in fin. cum seq. ver. iis tamen non obstantibus, c. ad audientiam, de rescript.* † Contrarium, quod 3 imo falsa latinitas, seu vitium orationis, non vitiet rescriptum, Innoc. in *c ex parte de fid. instrum.* † Declara; quia dictum Innoc. 4 procedit, quando in rescripto deficit aliquid, per quod perfecta non est oratio; quia tunc si constat de mente, non vitiatur; secus, quando adest falsa latinitas. Rom. *d. consil.*376. *numer.*13. *ver. non obstat dictum Innoc.* vbi plena Apostill. in *ver. dictum Innoc.* dat concord. †. Declara secundo, quod dictum Innoc. non procedit, 5 quando stylus curiæ non fuit seruatus, vel quando concurrunt falsitas, & omissio styli, quia difficilior dispensatio est super defectu geminato, quam super simplici. † Amplia; quia rescriptum, 6

in quo stylus curiæ Romanæ non est seruatus, efficitur de falso suspectum. Rom. *d. cons. 376. n. 12. ver. secunda ratio.* vbi plena apost. *in ver. suspectum*, vbi idem dicit in litteris Apostolicis, in quibus stylus curiæ non est seruatus; quia sunt de falso suspectæ, & nullam fidem faciunt, allegat plurimos concord. & rursus apostil. fi. *in ver. dictum Imoc. in fin.* allegat alios concord.

Rescriptum ex falsa causa quando substineatur, & quando subreptitium, vel nullum reddatur. Cōclusio 217.

1 RESCRIPTVM † Papæ generaliter loquens non potest dici vitiosum, licet in certa particula contenta sub generalitate contineat falsum; quia substinetur. Gemin. *consil. 48. in fi. nu. 2. ver. ad idem*, vbi, quod licet rescriptum directum Episcopo sit falsum, si dirigatur eidem per hæc verba, *dilecto filio*; quia debet dicere, *Ven. frater*; tamen si dirigatur vniuersitati, in qua Episcopus com-
2 prehendatur, & dicatur, *dilectis filiis*, substinetur. † Declara; quia regula est, quod rescriptum obtentum super falsa narratione nō valet. Signor. *cons. 35. In quæstione vertente. num. 2. & 3.* si tamen talis est falsitas, vel subreptio, qua non obstante, nihilominus concessisset Princeps, non est attendenda, neque vitiat, vt ibidem in pr.
3 † Amplia; quia libellus plures continens causas sufficientes non debet in omnibus iustificari. Vide, *Libellus plures continens causas.*
4 *Conclus. 316.* vbi latissime. † Limita; quia rescriptum obtentum, quod causa committatur extra Bertenorium; quia in illa ciuitate nullus est, qui possit causas audire, si constat de contrario, quod adsunt Canonici, & habentes dignitates, qui audiunt causas, rescriptum est nullum, & sententia alibi commissa per iudicem delegatum lata est nulla. Angel. Aretin. *consilio 99. Videndum cen-*
5 *seo, in princip. versic. secundo principaliter videamus.* † Extende; quia imo is, qui impetrauit tale rescriptum, condemnari debet in expensis, & perdit causam. Angel. Aretin. *dict. consil. 99. numero*
6 *9. versic. quimmo, cum sequent.* † Limita; quia regulariter rescriptum super falsa assertione obtentum non valet. Bald. *cons. 121. Proponitur, quod ex forma statuti, lib. 1 in princ.* Signor. *cons. 35 n. 2. & 3.*
☞ Vide, *Subreptio reddit gratiam nullam, & quando secus. Concl. 722.*
7 † Extende; quia falsa demonstratio circa substantialia, vel error circa substantialia vitiat rescriptum, vt non extendatur ad aliud, quam sit expressum. Bald. *cons. 341. Proposito statuto. nu. 2. ver. iste passus est dubius, lib. 5.* Vide, *Falsa demonstratio quando vitiet institutionem &c., vel legatum, aut non. Concl. 61.*
8 † Extende maxime, quando rescriptum est contra ius; quia obtentum per falsam expressionem est ipso iure nullum. Fulgo.
9 *consil. 153. in fin.* † Restringe; quia licet rescriptum, in quo falsa expressio fit, sit nullum; quia falsus precator debet carere impetratis; tamen non procedit, quando sine dolo, vt quia iustam causam habuit narrandi, vel credendi. Io. de Imol. *cons. 135. Viso rescripto. num. 3.*
10 † Restringe, quando esset subreptitium; quia tacuisset aliqua
11 sine dolo. Cuma. *consil. 103. Ad primum in pr.* † Restringe, quando falsa demonstratio, vel error non est circa substantialia, non autem si circa certam demonstrationem; quia sufficit, quod consteret de corpore per relationem. Bald. *consil. 341. num. 2. ver. vlterius*
12 *sciendum est. lib. 5.* † Restringe, quando error personæ esset circa personas connexas; quia non vitiat, licet sit erratū, si modo consteret de persona propter connexitatem, vt si est facta commissio appellationis à sententia lata per A. & reuera A. non tulit sententiam; quia fuit B. qui sententiauit, sed de consilio A. quia tunc
13 valet rescriptum. Bald. *d. consil. 341. per tot.* vbi casus, *lib. 5.* † Limita; quia concessio feudi fundata super falsa assertione est nulla, quādo ad instantiam partis est facta. Anch. *consil. 310. Tres domin. num.*
14 *15 & sequ. ver secundo probatur.* Alexand. *consil. 136. in princip. ver. vl-*
tra dico. li. 2. † Limita; quia si in rescripto fuit omissum narrare aliquid verum, quod si narratum fuisset, retraxisset Principem à concessione rescripti, vitiatur rescriptum tanquam subreptitium
15 Ias. in *l. præscriptione. adsi. C. si contra ius, vel vtil. publ.* † Extende; quia dolo facit, qui tacet in supplicatione porrecta Principi id, quod exprimere debuit, *l. ea quæ commendandi. ff. de contrah. empt.* Alex.
☞ *consil. 14. col fin. lib. 6.* Cranet. *consil. 192. numer. 14.* Vide supra *Con-*
16 *clus. 211. num. 18. & seq.* † Extende; quia supplicatio, seu preces porrectæ debent continere causas omnes, ex quibus moueri potest animus rescribentis ad concedendum, vel negandum; alias non valet rescriptum tanquam subreptitium, *s. super litteris*, & ibi glo. in *ver. communi forma*, *de rescript.* Bald. in *d. l. præscriptione*, *col. 3. C. si contra ius.* † Et debet continere expresse, & specifice, vt non autem in genere, *c. cum dilecto.* vbi Abb. in 2. *not. de rescrip.*
† Extende; quia debet supplicatio continere etiam ea, quæ pro illa causa impulsiua, & non finali possent mouere Principem ad concedendum, vel negandum, *c. postulasti*, vbi text. *de rescript.*
† Restringe, quando adest clausula, *vocatis vocandis*; quia non vi-
vitiatur Felin. in *cap. de cætero, col. 2. de re iudicat. & in cap. exhibita, col.*
1. de iudic. † Restringe, quando omissa fuerunt ea, quæ non re-
traxissent Principem. Lap. *alleg. 89. Factum super quo, num. 6.* Felin.
& Deci. in *cap super litteris, de rescript.* † Declara tamen; quia si re-
traxissent, vel non retraxissent Principem, statur arbitrio iudicis ex coniecturis, & verisimilitudinibus. Dec. in *d. cap. super litteris, n.*
11. de rescrip.

† Restringe; quia rescriptum Principis, per quod supplicans restitu-
tuitur in tempus ad appellandum, & sic ad bonā diem, valet, licet non fuerit narrata pendentia litis super appellatione extra tempus, etiam quod esset concludsum in causa, quia ex quo omnia acta super appellatione extra tempus erāt nulla, *l. 1. §. duo, &* ibi Angel. *col. 2. ver. item in dubio. ff. quando appell. sit*, *cap. Romana, de appell in 6. §. si vero*, late Alex. *cons. 87 col. 1. lib. 7.* taciturnitas actus
nullius non inducit subreptionē. Fel. in *c. ex tenore, in v. de rescripto, extr. de rescr.* Soc. *consil 169. col. 1. v. prima ratio, lib. 2.* † Restringe; quia rescriptum subreptitium, videlicet supplicatio subreptitia in vna parte non est subreptitia in totum, sed solum vitiatur in parte subreptitia, *cap. si eo tempore, de rescrip in 6.* Iason in *l. si ex falsis. Cod. de transact.*

† Limita; quia rescriptum habet tacitam clausulam, *si preces*
veritate nitantur, l. vniuersa. C. de diuer. rescript. Anchar. *consil. 240. Per prædicta, in princ. c. ex parte, el primo, de rescript.* vbi Abb. in 2. *not.* & Deci. Castr. *consil. 430. In quadam, col fin. num. 4. lib. 1.* Alexand.
consil. 136. In causa & lite, in princ. ver. vltra dico, lib. 2. vbi quod si non continet veritatem, vt quia dicit, partem non acquieuisse sententiæ, & constat de contrario, non valet. † Extende; quia nisi clau-
sula, *si preces &c.* subaudiatur, rescriptum est suspectum de falsitate, vel talem præsumitur concessum ob nimiam importunitatem. Anchar. *d. consil. 240 in princi.* † Et ideo si falsum fuit narra-
tum in precibus, supplicans debet carere impetratis propter clausulam illam, *si preces veritate nitantur.* Bal. in *c. litteris, de rescrip. cap. ex tenore, eod. tit.* † Extende; quia rescriptum Principis ad pre-
ces alterius non probat contenta in supplicatione vera, maxime in præiudiciū tertij. *c. super litteris, de rescrip.* & quia semper intelligitur, *si preces veritate nitantur. c. 2. de rescript.* glo. & Doct. in *l. fin. C. de diuer. rescript.* † Imo etiam si Princeps assereret vera narrata, i-
psi non creditur, nisi rescriptum sit motū proprio; secus si ad pre-
ces partis emanauit, ita intelligitur *Clem. 1. de probat.* vt per Abb. in *c. dudum, num. 3. de priuil.* sequitur Alex *cons. 112. Visa copia, in prin.*
lib 7. Vide, *Papæ assertioni quando standum, vel non. Conclus. 62.*
Vide Conclusionem proxime sequentem. † Declara; quia re-
scripta omnia habent tacitam clausulam, *si preces veritate nitan-*
tur, quæ operatur, q̄ si narrata sunt falsa, vel omissa sunt narran, quæ retraxissent Principem, tale rescriptum est nullum quoad iurisdictionem datam principaliter, sed bene valet quoad iurisdictionem cognoscendi vigore clausulæ, *an veritate nitantur*, ita
declarat Castr. *consil 430. In quadam informatione. col. fin num. 4. lib.*
1. Vide, *Rescriptum Principis quando non valeat. Conclus 219.* Vide
etiam Mascard. *Conclus 325. Commissio vt valeat, quæ probanda sint.*
† Limita maxime in rescripto gratioso, quia debent narrata in eo
verificari, & quando secus, Vide, *Narratiua gratia debet iustificari ab impetrante. Conclus. 1.*

Rescripto Principis quando standum, vt probet, & quando non. Concl. 218.

1 RESCRIPTVM † continens certā quantitatem, vel aliam
assertionem probat illud assertum contrario non probato,
glo. in *Clem. 1. de probat.* † Declara; quia istud procedit, quando
rescriptum emanauit motu proprio, secus, si ad instantiam partis.
Alex. *cons. 112. col. 1. lib. 7.* Abb. in *c. dubitum. num. 4. de priuil.* † Declara;
ra, seu restringe; quia *d. Clem. 1 de probat.* loquitur in Papa, ideo non
habet locum in aliis. ita Gemin. *cons. 96.* quia tanquam exobi-
tans à iure communi nō debet extendi. Oldrad *consil. 261.* † Am-
plia; quia rescriptum Principis nulli fortiæ astringitur, nec
potest obiici, cūm ita facis? quia potest facere, quicquid libuit-
cet, rescribendo, etiam si transgrediatur legem in præiudicium ter-
tij, auferendo iura tertii, ita Dec. *cons. 388. Viso pundo, ad 2.*
Vide,

Vide. *Principis potestas non est disputanda, vel neganda, & quando secus.*
5 *Concl.668.* † Extende; quia per iudices inferiores disquiri non potest de validitate rescripti, & potestatis Principis, neque quod rescriptum, vel priuilegium sit subreptitium, quando emanauit
prælabita informatione, & consuetum est fieri. Canonistæ in c. *intimasti, de appell.* vbi Aut. de Butr. Vide Conclusionem proxime
6 sequentem. † Et gratia, seu dispensatio Principis habet, *visa sententia.* Bald. per illum tex. in *l. eleganter, col. 2. in lectura antiqua, ver.*
7 *item colligitur. ff. de pignor. actio.* † Amplia; quia rescriptum Principis præcisum omnino seruari debet; quia pro lege habetur, contra quod non admittitur vlla disputatio supra in *ver. Rescriptum*
8 *quid sit, quæ requirat, & quibus æquiparetur. Concl.* 207. † Limita; quia rescriptum Principis, seu commissio causæ facta de consensu partium non probat, procuratorem consensisse, qui præsentato rescripto semper contradixit; quia non præsumitur consensisse. Castr. *consil.* 283. *Super isto negocio, col. 4. numer. 6. ver. nunc venio, lib.* 1.
9 † Extende maxime, quando procurator non habet mandatum speciale ad consentiendum, quod causa non appellabilis, & finita iterum committeretur. Castren. *d. consil.* 283. *col. 4. numer. 6 post med. ver. præterea non potuisset, lib.* 1. Vide, *Papæ assertioni quando standū,*
vel non. Conclus. 62. Vide, *Princeps præsumitur dicere veritatem, & causa præsumitur in eo Conclus.* 681.

Rescriptum Principis non valet multis casibus. Concl. 219.

1 RESCRIPTUM † Principis non valet contra publicam, vel priuatam vtilitatem concessum, *l. fi. C. si contra ius, vel vtil. publ.*
2 Oldr. *consil.* 326. *num.* 2. *ver. nec per rescripta.* † Amplia, quod rescriptum impetratum contra ius diuinum, vel publicum est extor-
3 quendum de manibus impetrantis, *l.* 3. *C. de sacr. largit.* † Amplia, quod non valet rescriptum, per quod minori administratio bonorum suorum conceditur. Oldr. *consil.* 326. *n.* 4. *ver. nam rescriptum,*
vbi multo magis, per quod administratio dignitatis minori con-
4 ceditur, vbi est casus consilii. † Amplia; quia non valet rescriptū Principis, per quod mandat inuestitum à le de feudo posse capere possessionem, expulso quocunque legitimo detentore, etiam si adsit clausula, *de plenitudine, & ex certa scientia.* Bald. *consil.* 345. *Ad*
5 *euidentiam præmittendum, lib.* 1. *in prin.* † Amplia; quia non valet rescriptum Principis contra res transactas, & sopitas, nisi faciat mentionem de processibus, & sententiis. Bald. *d. consil.* 345 *num.* 2.
ver. item & secundario, lib. 1. & infra in vltima ampliat. Ant. de Butr.
6 *consil.* 27. *col.* 1. *circa med. ver. via autem supplicationis.* † Extende in tantum, vt sufficiat pactum de non agendo, vel pactum de standovnicæ sententiæ; quia habet vim transactionis, & reddit rescriptum nullum, quæ nullitas potest opponi, & ad rescriptum, & ad
7 litis con estationem. Cast. *consil.* 100. *in princip. lib.* 1. † Amplia; quia rescriptum non valet multis casibus, de quibus per Bald. *consil.* 348.
Quæro, quidam nobiles, lib. 1. vbi enumerat 8. causas, quod rescriptū in illo casu sit nullum, licet postea distinguat secundum illum
8 casum, quem videas. † Amplia; quia non valet rescriptum, per quod quis priuatur bonis suis sine citatione, & iustificatione; quia talia rescripta non consueuerunt concedi, quando iustus Rex sedet super sedem, sed præsumitur circumuentus, & deceptus Princeps talia concedendo; ideo debet exequutor etiam merus supersedere, & rescribere, & expectare secundam iussionem. Bald *consil.* 359. *Proponitur, quod inter. per tot. li.* 1. Alex. *consil.* 123.
9 *Viso processu, in fin. lib.* 2. † Amplia; quia non valet rescriptum Principis, per quod tollitur effectus rei iudicatæ. Bal. *consil.* 396. *Pro parte Zanis, lib.* 3. vbi, quod propterea non valet statutum iniquum, quod res iudicata non possit exequi, supra *ver. amplia; quia non valet*, & quod non valeat rescriptum contra rem iudicatam; quia su-
10 scitat lites extinctas. Castr. *consil.* 100. *in prin. lib.* 1. † Extende; quia rescriptum non tollit rem iudicatam, nisi adsit in specie clausula derogatoria, *non obstantere iudicata, l. fi. C. sent. rescindi non posse, l. cau-*
11 *sas C. de transactio.* Alex. *consil.* 136. *In causa, & lite. num.* 4. *lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiam si in supplicatione partis, super qua est rescriptum Principis, fiat mentio rei iudicatæ; quia nisi etiam fiat mentio, & derogatio in rescripto, non sufficit mentio in sola supplicatione. Alex. *d. consil.* 136. *n.* 4. *ver. & secundo lib.* 2. vbi ait esse no-
12 tandum. † Ratio est; quia rescriptum Principis strictam recipit interpretationem, nec præsumitur Princeps in dubio velle derogare iuri alterius. gl. in *c. paratus, in ver. si verba.* 23. *q.* 1. quam sequitur Old. *consil.* 268. *Quæstio est, col. si. ad med.* late Felin. in *c. causam quæ*
col. 6. n. 30. *& seq. de rescript.* Ias. in *l. ex facto, in princ. in* 4. *not. ff. de vulg.*
& pupil. & vide in *ver. Priuilegium Principis ius alienum, & tertii non*
13 *tollit. Concl.* 729. † Extende in tantum rescriptum Principis non tollere rem iudicatam in dubio, quod si illam expresse tollat, intelligitur solum quoad merita, non autem quoad expensas.
Gramm. *decis.* 69. *n.* 3. *& dec.* 91. *n.* 3. Crauet. *consil.* 172. *Venerabilis dominus num.* 2. † Extende; quia rescriptum Principis remittens sup- 14
plicanti pœnam non prodest, si iam soluit pœnam, & de solutione tacuit, Ias. post Bald. in *l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offer.*
† Idem per multa exempla tam in statuto, quam rescripto; quia si 15
tollatur appellatio, intelligitur de appellatione friuola. Vide, *Appellatio quando possit tolli per statutum, & sublata, de qua intelligatur. Concl.* 399. † Extende; quia in dubio rescriptum Principis nunquam censetur tollere rem iudicatam, vel ius quæsitum tertio, nisi id expresse disponat; quia non sufficit tacite posse colligi hoc. Ias. in *l. iustitia. ff. de iust. & iur. & in causas, & lites. C. de transact.* Cæpol. *caut.* 222. *Supplicatio*, late Sarnen. in *reg. Cancell. de non tollen. iure*
quæsito q. 1. *col.* 1. *&* 2. Alex. *consil.* 94. *In causa, & lite, num.* 3. *lib.* 2. † Imo 17
expressio, quod fuit lata sententia, quod fuit iudicatū, vel quod sententia fuit exequuta, non sufficit, quod dicatur facta mentio rei iudicatæ. Alex. *d. consil.* 94. *In causa & lite, nu.* 3. *ver. quinimo, lib.* 2.
† Extende, vt idem sit, quando res iudicata prouenit ex laudo, 18
quod transiuit in iudicatum. Alex. *consil.* 95. *Visis processibus, in prin. lib.* 2. † Declara, seu restringe, nisi adsit clausula, *non obstante re iu-* 19
dicata. Alex. *d. consil.* 94. *num.* 2. *&* 95. *in princ. lib.* 2. qui tamen non dicit, quod valeat rescriptum cum clausula, *non obstante*, sed non valet, maxime, quando sine clausula, *non obstante*, Alex. *consil.* 123.
Viso processu, in fi. lib. 2. † Et quod Princeps recognoscens superio- 20
rem non possit per suum rescriptum tollere rem iudicatam, multo minus, quando non adest derogatio in specie rei iudicatæ, & quando non fuit pars citata, plene Alex. *d. consil.* 123. *Viso processu in*
fi. ver. postremo circa vltimum, lib. 2. † Extende maxime, quando in 21
rescripto est suggestum falsum, vt quia narratum fuit, sententias propter fauores latas. Fulg. *consil.* 153. *In causa, quæ vertitur, col.* 2. *ver.*
rursum & si quis. † Et sicut potest hæc exceptio nullitatis rescripti 22
opponi ad litis contestationem; ita etiam ad rescriptum. Castr. *consil.* 100. *in prin. lib.* 1. † Extende, quando in rescripto tollente res 23
iudicatas non adest clausula derogatoria, neque in genere, neq, in specie, *non obstante aliqua lege, vel tali lege*; quia non valet. Fulgos.
consil. 153. *col.* 2. *in fi. ver. quinimo.* Ias. in *l. causas. C. de transact.* † Exten- 24
de: quia imo etiam si in rescripto esset clausula derogatoria, *non*
obstante prima sententia, non censetur derogatum rei iudicatæ.
Alex. pulchre in *consil.* 94. *In causa, & lite, in prin. lib.* 2. † Extende 25
maxime, quando post lapsum quadriennii fuit concessa restitutio in integrum. Fulg. *d. consil.* 153. *col.* 2. *ver. secundo principaliter.* † Re- 26
stringe, quando Princeps mandat reuideri causam in meritis; quia si est narrata res iudicata, vel sententia, quæ non recipit appellationem, & mandat reuideri, sufficit. Castr. *d. consil.* 100. *in pr.*
lib. 1. *ver. nam cum in supplicatione.* Vide plene infra, *Reuisio quid sit, &*
importet, & quando, & ex quibus concessa dicatur per Principem. Concl.
313. † Amplia; quia rescriptum impetratum per falsam expressio- 27
nem est ipso iure nullum, quando est contra ius. Fulgo. *d. consil.* 153.
col. fi. ver. quarto, & sine præiudicio. † Amplia, quando primum rescri- 28
ptum est reuocatum per secundum; quia tunc primum nihil valet. Alex *consil.* 136. *In causa, & lite, n.* 3. *in fi. ver. præterea & fortius. lib* 2.
† Amplia; quia rescriptum absorbens ius alienum debet ab om- 29
nibus iudicibus refutari, *l. rescripta. C. de precib Imper. offer.* Anchar.
consil. 240. *Per prædicta, in prin.* † Extende; quia si statutum mandat 30
registrari instrumenta certo termino, alias nulla sint, non valet rescriptum Legati absorbens ius tertio quæsitum ex tali non registratione. Anch. *consil.* 222. *Subtiliter, n.* 5. *vsque in fi.* vbi, quod requiritur citatio partis in registratione. Declara, nisi rescriptum Prin-
cipis esset cum causæ cognitione, supra, *Rescripto Principis quando*
standum, vt probet, & quando non. Concl. 218. *n.* 4. † Amplia; quia re- 31
scriptum Principis, per quod fit præceptum reis, vt aliquid faciant, quicquid in contrarium foret ordinatum, est nullum, veluti si inhibeatur, ꝙ non fiat exequutio, vel non detur possessio, cum extet res iudicata, quę requirit exequutionem. Grat. *consil* 36.
nu. 9. *& seq. lib.* 2. Guido Pap. *decis.* 420. vbi, quod reuisio sententiæ Parlamenti commissa cum ordine, quod fiat exequutio ante reuisionem, non seruatur; quia fit exequutio, postea reuisio.
† Amplia; quia Papæ displicent timentes sua rescripta contra ius, 32
in tantum, quod non audeant reclamare; quia imo quilibet graduatus potest audiri. Zabarel. *consil.* 142. *num.* 4. *in fin.* † Extende; 33
quia Ecclesia Romana, vel Sedes Apostolica quandoque concedit non concedenda ex importunitate impetrantium, per quæ datur materia obloquendi de Prælatis, & dicendi, vbi est Deus clericorum; ideo veritas est dicenda contra tales concessiones.
Zabar. *consil.* 143. maxime *in fi.* vbi *n.* 2. quod licet impugnare ex de-
fectu intentionis concedentis. † Amplia; quia rescriptum Prin- 34
cipis contra legem emanatum ad instantiam partis absque clau-

tula, *non obstante lege*, non suffragatur, *l.fi.* vbi glos. Bald. Salyc. & Castr. *C. sent. rescin. non posse.* Ias. post alios in *l.fi. numer.* 4. vbi omnes
** *C.si contra ius, vel vtil. publ.* Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere*
facta non suffi. it, & quando secus. Concl. 216. † Extende, etiam si emanauit ex certa scientia Principis, nisi fiat mentio, non obstante lege contrarja; quia peccaret in stylo, vt ibi Bald. in *d. l. fi. C. sent. re-*
36 *scind. non posse, num.* 4. † Extende maxime, quando lex prohibet illud fieri, quod rescriptum concedit; quia debet fieri mentio de lege, vel apponi clausula, *non obstante. l. rescripta*, & ibi glo. *C. de precib. Imper. offer.* Anch. *cons.* 310. *n.* 4. *in fin.* Ruin. *cons.* 109. *nu.* 1. *li.* 4.
37 † Extende; quia licet Princeps habeat iura omnia in scrinio pectoris; tamen necesse est, quod defectus exprimatur, vt censeatur dispensasse contra legem illo casu. Rom. *cons.* 272. *Commissio nouiter.* Felin. in *c. super literis, nu.* 17. *ver. & ad secundum, de rescript.* Vi-
de, *Dispensatio tacita quando inducatur, vel non. Concl.* 467. † Ratio;
38 quia generalitas obscuritatem parit, & Princeps de facili circumueniri potest. Rom. *cons.* 326. *n.* 12. Gram. *dec.* 66. *numer.* 19. Grauet.
39 *consil.* 68. *num.* 3. † Restringe, quando adest geminatum rescriptū; quia habet vim clausulæ, *non obstante.* Felin. in *c. nulli, nu.* 14. *de rescr.* Ruin. *cons.* 111. *n.* 19. *lib.* 5.

Rescriptum appellationis vltrà vnam dietam non valet, & quando secus. Concl. 220.

1 NON † valet commissio causæ appellationis, per quod quis
2 trahitur vltra vnam dietam. † Amplia, vt procedat, etiam si fiat contra iudicem, qui pronunciauit in causa. Bald. *cons.* 427. *Re-*
3 *uerendissimus dominus, lib.* 4. † Extende, vt procedat, etiam si concedatur tale rescriptum, quod non sit directe contra aliquem, sed tamen ex necessitate contra iudicem dirigatur, vt quia committitur iudici appellationis, vt facta de facto per alium iudicem reuocentur; nam tale rescriptum non trahit extra vnam dietam.
4 Bald. *d. cons.* 427. *per tot.* † Limita in voluntario litigatore, qui vult venire ad causam pro suo interesse; quia sufficit, quod non trahat vltra vnam dietam illos, contra quos principaliter est impetratum, quia de aliis venientibus pro interesse non curatur. Bald.
5 *d. consil.* 427. *in prin. lib.* 4. † Limita, quando impetratur contra eū, qui habet domicilium vbique, prout contra generalem vnius religionis; & idem si contra vagabundum. Bald. *d. cons.* 427. *circa pr. ver. præterea dicunt, lib.* 4.

Rescriptum Principis non exequendum multis casibus, & quando secus Concl. 221.

1 RESCRIPTUM † Principis non est exequendum, si fiat ante causæ cognitionem, quando Princeps aliquid præcipit fieri, quod non est iustum. Bald. *cons.* 44. *Dominus Ballardinus, in prin &*
latius cons. 359. *Proponitur. quod inter. per tot. lib.* 1. vbi loquitur in re-
2 scripto Imperatoris iniusto. † Amplia, vt procedat, etiam si Princeps aliquid præcipiat contra ius cum clausula, *quod non cognoscatur de causa*; quia præsumitur, quod non emanauerit tale rescriptū
3 de conscientia principis. Bald. *d. consil.* 44 *in prin.* † Amplia; quia rescriptum Principis concessum pendente lite præcipiens solui decimas alicui, super quibus pendet lis, non facta mentione litis,
4 non est exequendum. Bald. *d. consil.* 44 *per tot.* vbi est casus. † Declara; quia non est deneganda exequutio, sed est rescribēdū Principi. Bald *d. consil.* 44. *in fi. lib.* 1. *& cons.* 359. *ver. præterea exequutor, lib.*
1. Vide, *Rescripta pendente lite concessa non valent, & quando secus. Concl.*
5 214. † Amplia; quia rescriptum Imperatoris, per quod concedit feudum alicui, & dat licentiam, quod capiat possessionem propria auctoritate, expulso quolibet etiam legitimo possessore, nō est exequendum, etiam si adsit clausula de plenitudine, & ex cer-
6 ta scientia. Bald. *cons.* 345. *in princip. & per tot. lib.* 1. † Amplia; quia rescriptum Imperatoris, per quod mandat auferri bona alterius ipso non citato, & conferri illa alteri, & committit exequutionem facti exequutori mero; nō est exequendū. sed rescribendū Imperatori, & expectanda secūda iussio. Bal. *cons.* 359. *Proponitur, quod in-*
7 *ter lib.* 1. *per tot.* † Extende, vt procedat, etiam si imperator causas narratas veras dicat, & super eis se fundet, & quia si non fuit citata pars, & non sunt verisimilia narrata in facto alieno, non creditur tali assertioni. Bald. *d. cons.* 359. *vltra med. ver. dubitatur igitur, li.* 1.
8 † Amplia; quia ex suo rescripto Princeps non censetur velle præiudicare tertio non citato. Ancharan. *consil.* 270. *in primo dubio, nu.*
9 3. *& 4.* † Extende; quia rescripta, quæ tollunt ius tertio, præsumuntur extorta per importunitatem; ideo non valent, neque sunt exequenda. Anch. *cons.* 313. *Nisi legibus, & consil.* 240. *in prin.*
10 † Extende in iudice; quia non priuat aliquem sua possessione vel iure, etiamsi esset citatus per proclama generale. Anch. *consil.*
270. *n.* 5. † Extende; quia iudices reiicere tenentur rescripta con-
11 tra ius. Anch. *cons.* 240. *in prin.* † Et vbicunque Papa, vel Princeps
non concedenda concedit per rescriptum, præsumitur circumuentus, & ad importunitatem concessisse, & non debet tale rescriptum exequi. Anch. *cons.* 188. *Visis consiliis, n.* 7. vbi recitat verba Papæ, de quibus in *c. si quando, de rescr.* ibi, *patienter sustinebimus,*
si non feceris, quod praua nobis fuerat insinuatione suggestum. Zabar. *cons.*
12 142. *num.* 3. *& 4. ver. quoad secundum.* † Extende; quia secunda gra-
tia, vel rescriptum secundum tollens ius quæsitum ex primo, etiā
si expresse deroget primo, non valet, quando primum est con-
cessum ex causa publicæ vtilitatis, nisi etiam fiat mentio de causa
publicæ vtilitatis, etiam si secundum sit motu proprio, & ex certa
scientia concessum. Zab. *d. cons.* 142. *per tot.* vbi casus, & loquitur
13 etiam in beneficialibus. † Amplia; quia quantumcunque rescri-
14 ptum sit præcisum, potest exequitor cognoscere de veritate narratorum, & eorum, quæ opponuntur, & rescribere. Anch. *cons.*
15 240. *Per prædicta, n.* 2. *& seq.* † Extende maxime, quando Papa cō-
mittit alicui exequutionem negocii, quando Princeps non exa-
minauit. Anch. *d. cons.* 240. *n.* 3. † Amplia; quia quādo litteræ &re-
16 scripta contraria Papæ præsentantur, donec subditi sint certiores,
non recedere debent ab obedientia sui Prælati; quia hæc via tu-
tior videtur. Anch. *cons.* 188. *Visis consiliis, n.* 9. *& seq.* † Amplia; quia
17 imo rescripta, quæ tollunt legitimas exceptiones, Papa profite-
tur non esse concessa à se, neq; à suis prædecessoribus. *c. ex parte, il*
secondo, de off. deleg. Zabar. *cons.* 142. *num.* 4. *infi.* † Amplia, quando
18 rescriptum Papæ fundatur super causa notorie falsa; quia non
debet exequi, puta si priuat Prælatum tanquam factum ex causa
dementiæ, & sit notorium esse sanæ mentis; quia non sunt exe-
quēdæ litteræ. Anch. *d. cons.* 188. *n.* 10. *& seq.* † Amplia; quia rescri-
19 ptum secundum Principis non faciens mentionem de primo nō
valet. Zab. *d. cons.* 142. *num.* 4. † Extende maxime, quando primū
20 est ex causa publicæ vtilitatis; quia non valet secundum etiam fa-
ciens mentionem de primo, & illi derogans, nisi etiam fa-
ciat mentionem, quod primum esset ex causa publicæ vtilitatis.
Zabar. *d. cons.* 142. *n.* 4. *vsque in fi.* vbi, quod procedit, etiam si secun-
dum sit motu proprio, & ex certa scientia. † Extēde; quia imo talia
21 rescripta secunda contra priora ob publicam vtilitatem non sunt
exequenda, nisi expectato secundo iussu Principis. Zabar. *d. cons.*
142. *n.* 4. † Imo talia rescripta sunt subripienda de manibus im-
22 petrantium, & ad Principem sunt reportāda. Zab. *d. cons.* 142. *n.* 4.
† Limita, quando rescriptum Principis emanaret post cognitio-
23 nem causæ; quia debet omnino exequi. Bald. *d. cons.* 44. *circa med.*
ver. interdum emanant, lib. 1. † Extende, vt idem sit, si concedatur
24 rescriptum exequutiuum post rem iudicatam; quia valet, etiam si
mandetur restitui possessionem in vim rei iudicatæ spoliato sine
citatione. Bald. *cons.* 502. *Post diuersa, num.* 3. *lib.* 5. † Limita, quando
25 impetrans vellet iustificare rescriptum, & causas assertas veras es-
se; quia tunc rescriptum valet ex certis causis à Principe emana-
tum; quia post Princeps ex causis præcisis honestis, & sibi bene
visis tollere vni, & dare alteri, vel ob meritum eius, cui concedit,
vel propter odium delinquentis. Bald. *d. cons.* 359. *circa med. ver. sed*
26 *si impetrans, lib.* 1. † Limita in notoriis; quia si Princeps rescribat, a-
liquem restituendum ad possessionem, tanquam spoliatum, &
est notorium, debet exequi etiam sine citatione, prout Princeps
mandat; quia notorium habet exequutionem paratam. Bal. *cons.*
27 502. *n.* 3. *lib.* 5. † Limita; quia rescriptum Principis fundatum super
assertione Papæ, quod ita sit de iure, licet non sit de iure, est exe-
quendum; quia Papa censetur eo casu facere ius, ideo si mandat
conferri beneficium Titij tanquam vacans per non promotio-
nem Titij, etiam si Titius non teneretur promoueri, & de iure
non esset verum, quod dicit Papa, tunc rescriptum valet; quia Pa-
pa in iure non potest errare, in facto secus, ita Anch. *cons.* 293. *Vltra*
28 *alia.* † Extende idem, si Papa mandat conferri beneficium Titij,
si constat, quod Titius commisit tale crimen; quia licet pro tali
crimine de iure non sit priuatus; tamen exequi debet; quia Papa
censetur ita disponere, quod ius habeat locum Anch. *d. cons.* 293.
in fi. & in princip. dicit, quod Cancellaria expedit tales commissio-
nes, quando error est in iure, secus si in facto; quia in facto Papa
29 potest errare, in iure non potest errare, & sic velle præsumitur
statuere, & ius facere illo casu. † Contrarium videtur tenere idē
Anch. *cons.* 188. *Visis consiliis, n.* 11. *& seq.* vbi, quando litteræ nō sunt
motu proprio concessæ, sed ad instantiam partis contentæ, &
sunt contra ius, non valent, neque exequendæ, & loquitur, &
quando Prælatus dicitur dementis, & Papa priuat illum: quia de
iure debet dari coadiutor. Vide, *Princeps non præsumitur velle auferre*
ius tertij, & quando secus. Concluſ. 680. Vide *Princeps nihil vbi non*
præsumitur contra in velle. Concluſ. 68 /.

Rescri-

Rescriptum gratiosum Principis operatur multa. Concluſ.222.

1 RESCRIPTVM † & conſtitutio Principis gratioſum operatur tantum, quantum ſententia, & res iudicata; quia eſt ſententia Principis; & quia propter quod vnumquodque tale, & illud 2 magis. Bal. *conſ.*305. *Verba Principis, in fi. ver. præterea. lib.*1. † Amplia, quia reſcriptum Principis, ſeu preces cum reſcripto producens, cenſetur fateri omnia contenta in precibus. *l. cum precum. C. de liberal. cauſ.* Ial. & Dec. *in l. edita, in* 4. *not. C. de eden. & in l. cum te. in* 4. *not. C. de tranſact. & in l.* 2. *in* 2. *not. C. de inſtit. & ſubſtit.* Ial. *in l. vnica ad fin. C. de ſs. quæ pœnæ nomine, &* § *ſi minus. col.* 2. *Inſtit. de act.* Caſſad. 3 *dec.* 6. *ſuper reg. n.* 8. † Extende; quia ſeruare tenetur cõtenta in dictis precibus, nec poteſt venire contra, *c. prudentiam, in princ. de off. deleg. c. cum dilecta, de reſcript.*

Rescriptum ſecundum quando tollat primum, & ſit auocatorium, vel non. Concl. 223.

1 RESCRIPTVM † ſecundum impetratum non facta mentione de primo operatur, quod primum impetratum ab eodem impetrante euaneſcit & impetrans caret commodo primi; quod procedit, quando eſt inter eaſdem perſonas, & in eundem iudicem. Io. de Imol. *conſ.*146. *num.*11. *ver. item nec eſt verum*, alias ſecus; quia non valet ſecundum in præiudicium primi ab alio obtenti; 2 quia eſt ſubreptitium. † Declara; vt procedat, quando ſecunda impetratio fit in fraudem, & ad defatigandam partem; ſecus, ſi 3 ad aliũ finem. Io. de Im. *d. conſ.*146. *nu.*11. *in fin.* † Declara, quia quando duo reſcripta Principis concurrunt, & ſunt diuerſa, vel forte contraria, ſemper attenditur vltimum faciens mentionem de primo; ſi vero non facit mentionem de primo, poteſt attendi 4 primum non facta oppoſitione de ſecundo. † Declara multis modis, de quibus plene Grat. *conſi.*138. *lib.*2. *nu.* 6. *& ſeq.* maxime *n.*10. *& ſeq.* vbi, q̃ quando ſecundum reſcriptum eſt geminatũ, licet non faciat mentionem de primo, valet; item, quando primum eſt generale, ſecundum ſpeciale; item, quando primum eſt nullum; item, quando in ſecundo eſt clauſula, *non obſtante.* 5 † Limita; quia bene valet primum, & ſecundum reſcriptum, & ſupplicationes, quando primum reſpicit ſupplicationem loco appellationis, ſecundum, quod fiat compromiſſum ſecundum ſtatutum; quia vtrumque firmum manet; quia eſt ad diuerſum finem, & effectum, & diuerſos iudices. Io. de Imol. *conſ.*146. *n.*11. 6 *ver. item nec eſt verum.* † Limita; quia bene reſcriptum ſecundum tollit primum, quando expreſſe hoc dicitur, *non obſtante reſcripto.* Alex. *conſi.*136. *In cauſa, & lite, n.*3. *&* 4. *ver. præterea, & fortius, lib.*2. 7 † Limita; quia reſcriptum Principis, quod delegat omnes cauſas inter partes vertentes, dicitur auocatorium etiam ab ordinario, ita quod ſolus delegatus cognoſcit. *ca. ſane, de off. deleg.* Fel. ibi, & Dec. quia cenſetur data iuriſdictio priuatiue, & non cumulatiue. Felin. *in c. cæterum, n* 4. *de iudic. c.*2. *de off. deleg.* & trahitur etiam ad connexa. Vide, *Subreptitium quando dicatur reſcriptum; quia de primo non fecit mentionem. Concl.*733. *cum multis Concluſ. ibi præcedentibus,*729.730. *&* 732.

Reſeruatio multiplex, & de ſingulis reſeruationibus beneficiorum. Concluſ.224.

1 RESERVATIO † duplex eſt; alia hominis; alia iuris. Vide infra; *Reſeruatio iuris, & reſeruatio hominis in quibus differant. Concl. ſeq.* 2 † Hominis reſeruatio duplex eſt; quia alia eſt ad fauorem certæ perſonæ, alia ad fauorem incertæ perſonæ; illa, quæ eſt ad fauorem certæ perſonæ, reſpicit gratiã certæ perſonæ; illa vero, quæ eſt ad fauorem incertæ perſonæ, reſpicit Papam; & ideo quando Papa prouidet alteri de beneficio tanquam reſeruato, cenſetur tollere reſeruationem incertæ perſonæ; non autem reſeruationem certæ perſonæ conceſſam, plene Ægid. Bellam. *conſ.*34. *nu.* 10. *ver. ad primum dubium*, vbi reddit rationem; quia intentio Pa- 3 pæ eſt dare de iure ſuo, non de iure alieno. † Declara, ſeu reſtringe, vt non procedant prædicta, quando mandatum certæ perſonæ de prouidendo eſſet ſubreptitium, vel nullum. Ægid. Bel- 4 lam. *conſ. prædicto* 34. *n.*11. *v. ad tertium. & n.*24. † Reſeruatio iuris eſt illa, quæ eſt à iure communi inducta, prout de vacantibus in curia, & ſimilibus, de quib. *in c.*2. *de præb. in* 6. Vide infra, *Reſeruata beneficia quæ dicantur. Concl.*226. † Alia eſt ſpecialis, alia eſt gene- 5 ralis. Vide infra, *Reſeruatio generalis quando inducatur. Concl.*228. Vide infra, *Reſeruato ſpecialis quando dicatur, & quid operetur. Concluſ.*231.

† Specialis reſeruatio eſt duplex: vna, quando certum beneficiũ 6 certæ perſonæ reſeruatur, ſed non pro certa perſona; alia, quando certum beneficiũ certæ perſonæ, & pro certa perſona reſeruatur. Gem. *conſ.*12. *n.*4. *v. ſunt enim diuerſa.* † Alia eſt nota, vt ge- 7 neralis, quæ in Corpore iuris; alia incognita: & hæc incognita durat ſolum per duos annos, tanquam odioſa. Ægid. *d. conſ.*34. *n.* 22. *ver. ad nonum.* † Iterum duplex; quia alia reſeruatio eſt fauora- 8 bilis; alia odioſa. Vide infra *Concl.*233.

Reſeruatio iuris, & reſeruatio hominis, in quibus differant. Concl.225.

RESERVATIO † hominis plus reſtringit, & afficit, quam re- 1 ſeruatio iuris. Cald. *conſ.*230. *circa fin. ver. item conſtat*, alias 9. *de præb.* † Contrarium, quod imo potentior ſit reſeruatio iuris, 2 quam hominis; quia illa eſt potentior; quia perpetua, & fauorabilis; quia cognita omnibus; reſeruatio vero hominis, quæ non eſt cognita omnibus, tanquam odioſa, durat ſolum per biennium, & non vltra. Ægid. Bellam. *conſ.*24. *n.*22. *ver. ad nonum.*

Reſeruata beneficia quæ dicantur à iure communi. Concl.226.

BENEFICIA † omnia vacantia in curia ſunt reſeruata, *cap.*2. *de* 1 *præb. in* 6. † Amplia; quia beneficia litigioſa ſunt adeo reſer- 2 uata, vt nullus poſſit ea conferre, ſiue decedat actor, ſiue reus poſſeſſor collitigans, *c.*2. *vt lit. pend. in* 6. *Clem.*1. *eod. tit.* Zab. *conſ.*54. *in pr.* † Extende, quia neq; valet electio facta de beneficio liti- 3 gioſo vacante propter reſeruationem; ideo ſolus Papa prouidet. Zab. *d. conſ.*54. *in pr.* † Epiſcopatus, & maiora beneficia conſue- 4 uerunt reſeruari per omnes Pontifices. Anch. *conſ.*397. *Apparet ex narratis, in prin.* † Promoti beneficia dicuntur reſeruata: ſed eamẽ 5 non vacant ante conſecrationem; ideo collatio facta ante non valet. Anch. *d. conſ.*397. *in pr.* † Electiua beneficia caſſata electio- 6 ne; quia non ſit ſeruata forma Concilii generalis, ſunt reſeruata Papæ, reſeruatione clauſa in Corpore iuris. Rom. *conſ.*332. *n.*11. *v. vnde huiuſmodi.* † Amplia, quia beneficia expreſſa *in extrauag. ad regimen, de præb.* ſunt reſeruata; ſed iſta nõ eſt de iure communi, ſed 7 iure extraordinario. † Capellanorum Papæ ſunt ſeruata beneficia, q̃ intelligitur de Capellanis, qui ſunt in proſecutione officiorum, non de aliis ſecundum *extrauag. Innoc. V. ad futuram*, quã 8 ad hoc allegat Zab. *conſ.*126. *in fi. ver. quarto confirmatur.* † Concilio tamen Conſtantienſe reuocauit omnes reſeruationes Eccleſiarum Cathedralium, & appoſuit decretũ irritans, quod ſi contrarium per Papam factũ foret, & fieret prouiſio cathedralis reſpectu reſeruationis, collatio eſſet nulla, ſuper quo decreto, q̃ non afficiat ignorantes; quia in conſtitutione, & lege. Rom. *conſ.* 330. *Circa primum, n.*11. *& ſeq. v. quoad tertium.* † Dicas, quod Concilium in hoc fuit reprobatum, & circa alia multa, quæ non erant ſuæ iuriſdictionis. Vide, *Beneficia reſeruata quæ dicantur. Concl.* 75. *& Concl. ibi proxim ſeq.*

Reſeruatio inducitur multis modis, & quibus. Concl. 227.

RESERVATIO † beneficiorum inducitur de iure communi 1 circa vacantia in curia, & aliis modis, *cap.*2. *de præb. in* 6. *cum ibi not.* de quib. ſupra Concl. præced. † Item circa primas dignitates 2 in collegiatis. Alex. *conſ.*75. *Viſis, in pr. lib.*4. *& n.*5. *ver. poteſt etiam.* † Amplia; quia inducitur per *extrauag. ad regimen. de præb.* Amplia, 3 quia † ex regulis Cancellariæ inducitur reſeruatio. Alex. *conſ.*74. 4 *Viſo puncto, n.*23. *ver. præterea ex alio, lib.*4. † Ideo familiarium Papæ beneficia ſunt reſeruata. Alex. *d. conſ.*75. *n.*5. *ver. poteſt etiam, lib.*4. 5 † Amplia; quia reſeruatio beneficii inducitur per mandatum Papæ de prouidendo de vacaturis ex regula Cancellariæ, vt per 6 Ægid. Bella. *conſ.*34. *n.*10. *v. ad ſecundum, in pr.* vbi dicit ſecus eſſe in mandato de prouidendo de vacanti; quia cũ regula loquatur de vacaturo, non fiet extenſio in materia odioſa. † Et per appoſi- 7 tionem manus Papæ inducitur reſeruatio generalis, quando de pluribus ſpeciebus, & ſpecialis, quando de vnico beneficio. Ægid. *d. conſ.*34. *n.*11. *& 12. ver. ad tertium.* † Extende; quia appoſitio manus Papæ ad collationem beneficii inducit reſeruationem, 8 etiamſi appoſitio ſit nulla; quia caruit effectu. Ægid. Bellam. *d. conſ.*34. *n.*15. *circa fi. ver. ex quo infertur.* † Contrarium videtur velle idem Ægid. *d. conſ.*34. *n* 24. vbi diſtinguit inter prouiſionem, vt 9 reſeruatio ex prouiſione nulla inducatur; ſecus ex mandato de prouidendo nullo, *ver. tertio quia*, quæ ratio ibi approbatur.

* * *

Reser uatio generalis quæ dicatur, & quando inducatur. Concl. 228.

1 RESERVATIO † dicitur generalis, vbicunque reseruatio non
2 fi ad fauorem certæ personæ. Franch. in *c. fi. §. in præbendis nu. 6. ver. super quo Lap. de consuet. in 6.* † Extende, quia dicitur reseruatio generalis eo respectu ; quia de pluribus Ecclesiis est facta.
3 Cald. *cons.* 230. *in princ.* alias 9. *de præben.* † Extende; quia reseruationum quædam sunt generales reseruationes beneficiorum, vt in *extrau. Ioann. XXII.* quædam speciales quoad certum corpus beneficii; non tamen quoad certam personam, nec pro certa, & quædam speciales super certo beneficio, & pro certa persona. Gemin. *consil* 12. *num.* 4. *ver. sunt enim diuersæ*, vbi, quod de omni-
4 bus debet fieri mentio, alias gratia est nulla. † Declara; quia reseruatio per appositionem manus Papæ dicitur generalis, quãdo plures species sub se continet ; specialis vero, quæ de vno prædicatur; ideo mandatum de prouidendo de certo beneficio certæ, vel incertæ personæ dicitur specialem reseruationem in-
5 ducere. Ægid. Bellam. *consil.* 34. *nu.* 11. & 12. *ver. ad tertium.* † Contra declarationem videtur tenere idem Ægid. *d. consil.* 34. *nu.* 22. *ver. ad nonum*, vbi, quod potest dici generalis; quia prouenit à iure communi, & non est ita odiosa, sicut specialis, & *num.* 24. *ver. sed caue*, dicit, quod hæc est opinio D. Viuarien. & fatetur, quod
6 est multum probabilis. † Reseruatio dicitur generalis inducta in beneficiis vacantibus per obitum Capellanorum Papæ scriptorum, vel abbreuiatorum, aut similium, de quasi non est facta mentio, quod vacet beneficium per obitum talium, gratia est ipso iure nulla, vt in reg. Greg. XI Cald. *consil.* 30. *in prin.* alias
7 7 *de rescript.* † Amplia, vt etiam beneficia Collectorum sint generaliter reseruata. Cald. *d. consi.* 30. alias 7. *de rescript. ver. & si circa vnum, in princ.* Vide duas Conclusiones proxime sequentes.

Reseruatio generalis Papæ quando habeat vim legis, vel priuilegii. Conclus. 229.

1 RESERVATIO † generalis beneficiorum facta per Papam habet vim legis, vel priuilegii. Gemin. *consil.* 30 *in princ.* vbi
2 ponit de vtroque. † Contrarium videtur tenere Ægid. Bellam. *consil.* 24. *num.* 22. *ver. ad nonum.* vbi quod reseruatio iuris cognita perpetua est; incognita vero hominis, tanquam odiosa, durat
3 solum per duos annos. † Declara; quia si fieret per Papam per extrauagantem, vel regulas Cancellariæ donec viuit Papa, habet vim legis ; quia regulæ Cancellariæ sunt ad vitam facientis regulas. Vide supra, *Regulæ Cancellariæ sunt temporales, & quando, & qualiter secus. Concl.* 97.

Reseruatio Papæ generaliter facta non præjudicat tertio habenti expectatiuam, neque tollit ius tertii. Conclus. 230.

1 RESERVATIO † generalis facta per Papam de omnibus beneficiis certæ qualitatis non præiudicat habenti expectatiuam ad eadem beneficia, etiam si essent reseruata; quia non cẽsetur Papa tollere ius tertii, neque priuilegiũ alteri concessum,
2 nisi faciat expressam mentionem. Gemin. *consil.* 30. *in princ.* † Extende; quia neque censetur tollere ius tertii, si prouideat de eodem beneficio, de quo dedit mandatum certæ personæ, nisi faciat mentionem de specialis reseruatione certæ personæ facta, ita quod non sufficiat simplex mentio reseruationis. Ægid. Bellam. *consi.* 34. *n.* 10. *ver. ad primum.*

Reseruatio specialis quando dicatur, & quid operetur, vel non. Concl. 231.

1 RESERVATIO † specialis dicitur, quando Papa reseruat beneficia certæ personæ, vel certum beneficium, & mandat non posse conferri. Calder. *cons.* 30. *in princ.* alias 7. *de rescript. ver.*
2 *decisio non videtur.* † Et dicitur specialis, quando reseruatio fit ad fauorem certæ personæ; alias si non fiat ad fauorem certæ personæ, sed in genere, vel motu proprio, dici potest generalis, ita videtur loqui Franc. in *c. fi. §. in præbendis n 6. ver. super quo Lap. de cõsuet. in 6.* vbi hoc clare dicit ex mente Lap. † Duplex est reseruatio specialis, vna, quando certum beneficium, & certæ personæ
3 reseruatur, sed non pro certa persona; alia quando certum beneficium & certæ personæ reseruatur pro certa persona. Gemin. *consil.* 12. *numer.* 4. *ver. sunt enim diuersa.* † Extende; quia specialis dicitur reseruatio, quæ non est perpetua, sed temporalis, ideo illæ, quæ sunt ex regulis Cancellariæ, & extrauagantib.
4 temporalibus, sunt speciales; illæ vero, quæ sunt de iure communi, & perpetuæ, sunt generales, allegat Anchar. *cons.* 297. *in*
5 *princ.* vbi, quod regulæ Cancellariæ non possunt dici constitutiones generales; quia temporales sunt. † Contrarium tenet Cassad. *decis.* 3. *de rescript. in princ.* vbi per totam late discurrit de hac materia, vbi *num.* 3. quòd specialis est, quæ fit de certo corpore beneficii, & pro certa persona. † Opponitur idem, quod ge-6
neralis reseruatio in hoc, quod si de ea non est facta mentio, gratia est nulla in concursu cum eo, pro quo est facta reseruatio; quia Papa non censetur tollere à se primo dispositã. Cald. *d. consil.* 30. alias 7. *de rescr. per tot.*, maxime *ver. decisio non videtur.* Gemin. *consi.* 12. *num.* 3. *ver. secundo; quia tacuit reseruationem.* † Contra-7
rium tenet stylus Cancellariæ, quod non operetur nullitatem gratiæ, si de ea non est facta mentio, sicut reseruatio generalis, ita Cald. *d. consi.* 30. alias 7. *de rescript. in prin.* qui dicit stylum non esse iuridicum, quando agitur de interesse tertii. † Declara; quia 8
imo si est facta mentio in secunda gratia de reseruatione ; non tamen tollit reseruationem specialem certæ personæ factam; quia Papa non cõcedit de alieno, sed de suo; ideo mentio reseruationis intelligitur de simplici, & generali, non de speciali certæ personæ. Ægid. Bellam. *consi.* 34 *n.* 10. *ver. ad primum.* † Am-9
plia; quia operatur idem quod generalis reseruatio, vt literæ expectantium, & de prouidendo, licet non se extendunt ad beneficia reseruata generaliter, nisi fit facta mentio; ita nequead reseruata specialiter. Cald. *d. consi.* 30. *nu.* 2. *ver. item reseruatis facta* alias 7. *de reser.* † Amplia in tantum reseruationem specialem de 10
certo beneficio, & pro certa persona inducere subreptionem gratiæ, quando de tali reseruatione non est facta mentio, vt nec sufficiat clausula, etiam si generaliter, vel specialiter reseruatum existat; quia talis clausula non tollit speciales reseruationes pro certa persona. Gemin. *consil.* 12. *numer.* 4. *ver. vnde licet.* Ægid. Bellam. *consil.* 34. *num.* 10. *ver. ad primum.* † Limita; quia re-11
seruationes speciales, & non cognitæ, sed ignoræ, licet ligent manus ordinarii collatoris; tamen hoc non est perpetuum, sed per duos annos tantum durat ex constitutione Clem. VI. vt per Ægid. Bellam. *d. consil.* 34. *num.* 22. *ver. ad nonum*, licet ibi conetur restringere hanc constitutionem generalem, vt solum sit intelligenda, vt supra.

Reseruatio specialis de quibus beneficiis concedi soleat, & de quibus non. Concl. 232.

1 RESERVATIO † specialis datur de beneficiis, & iis, quæ dantur in titulum. † Limita; quia Papa non solet dare reseruatio-2
nem eorum, quæ conceduntur per contractum, prout feudum, decima, emphyteusis Ecclesiæ Episcopalis, & si datur, est contra consuetudinem curiæ, vt attestatur Castr. *consil.* 46. *n.* 3. *ver. testat nunc lib.* 2. † Restringe in Papa Ioanne XXII. qui dabat istas reseruationes in feudis, vt inseruiret amicis, etiam quod 3
vere non reseruasset. Castr *cons.* 46 *col.* 3. *in prin. lib.* 2. † Imo plus 4
dicit, quod attestatio Papæ, quod reseruauerit feudum in specie, postquam Episcopus concessit dictum feudum alteri, non præiudicat laico, cui est ius quæsitum, neque etiam clerico in iis, in quibus agitur de auferendo dominio de iure gentium quæsito, sed si aliunde probaretur per Bullas Apostolicas sub data reseruationis, benè illi standum esset. Castren. *d. consil.* 46. *col.* 3. *ver. sed aduertendum primo tot. lib.* 2. † Contrarium, quod detur hæc re-5
seruatio, Brun. *cons.* 129. *in fi.* vbi loquitur in feudo.

Reseruationes quæ dicantur fauorabiles, & quæ odiosæ. Conclus. 233.

1 RESERVATIO † generalis facta per Papam fauorabilis est, & plenissimam recipit interpretationem. Lap. *alleg.* 27. *num.* 2. *ver. quia tales reseruationes*, allegat *c. fi pluribus, de præb. & c. fi fu-*
mani. eod. tit. in 6. Gemin. *consil.* 69. *num.* 5. *ver. nos loquimur.* † Am-2
plia; quia reseruatio facta Sedi Apostolicæ non ad instantiam alterius est fauorabilis; quia in ea non cadit subreptio, neque obreptio; si vero ad instantiam alterius, prout expectantis, vel impetrantis; tunc datur de subreptione. Card. Zabar. *consil.* 30. *in hac dubia quæstione, circa fi. num* 9. † Amplia; quia quicquid sit in 3
curia reseruationes non iudicantur odiosæ, sed fauorabiles. Aegid. Bellã. *consi.* 34. *n.* 24. *v. sed caue.* † Amplia; quia reseruatio fa- 4
cta motu proprio dicitur fauorabilis. Dec. *consil.* 167. *Renerendi pater in princip.* Paris. *consil.* 114. *n.* 11. *li.* 4. vbi, quod etiã si esset mentalis, & motu proprio dicitur fauorabilis, & citat concord. † Co-5
trarium tenet Petrus de Pers. *tract. de rescript. §. quæ sit effectus.* 5. quem sequitur Aeneas de Falco. *eod. tract. q.* 4. *in septimo effectu.* † Amplia; quia reseruatio facta, vt prouideatur personis idoneis, dicitur fauorabilis. Dec. *d. consi.* 167. *col.* 1. *circa fin.* & quod 6
huiusmodi causa dicatur respicere publicam vtilitatem, Zab. *consi.* 142. *num.* 3. *in fi. & n.* 4. † Amplia; quia reseruatio causata ex 7
appositione manus Papæ; quia est de iure communi, non inducitur ita odiosa. Aegid. *d. consil.* 34. *num.* 22. *ver. ad nonum.* † Am- 8
plia; quia reseruatum beneficium in collatione Papæ, quando simpliciter est facta mentio de ea, si agatur de solo præsentatio

cio Papæ; quia gratia est fauorabilis; secus si reseruatio sit facta ad fauorem certæ personæ; quia mentio reseruationis in prouisione non præiudicat tertio, nisi fiat specialis mentio Ægid. *dict.* 9 *cons.34.nu.10.ver.ad primum*, vbi reddit rationem. † Limita, quia reseruatio Papæ præiudicans ordinariæ collationi est odiosa; ideo in dubio fauetur iurisdictioni ordinariæ, quando dubitatur, an & quandiu duret reseruatio. Cald. *cons.231.in fin.ver.item facit*, alias 10 *de præben.* Gemin. *cons.92.ver.sed ad aquatum, & num.3.* & 10 *cons.136.in princ.* † Extende, vt idem sit; quia fauetur iurisdictioni ordinariæ contra reseruationem in dubio, quando dubium est, an comprehendat certum beneficium, vel non, veluti si Papa reseruat omnia beneficia ad collationem cuiuscunque, præterquam ad collationem Episcopi, talis reseruatio non capit beneficium ad collationem Episcopi, & Capituli, quamuis proprie, & simpliciter non sit Episcopi; quia reseruatio est odiosa hoc ca- 11 su. Cald. *consi.243.alias 22 de præb.per tot.* † Extende in tantum esse odiosam reseruationem, vt facta de beneficio vacante, videlicet de quo Papa prouidet, non extendatur ad beneficium, de 12 quo Papa mandat prouideri. Gemin. *consi.136 in princ.* † Item si reseruatio inducatur per mandatum de prouidendo de vacaturo, non habet locum in vacanti. Ægid. Bellam. *cons.34.nu.10. ver.* 13 *ad secundum.* † Extende, quia reseruatio est stricti iuris, & odiosa; & ideo per eam Papa non tollit consuetudines, quæ non obuiant directæ reseruationi, sed differunt; quia non præsumitur illos sciuisse; & quia reseruatio non operatur, nisi quantum exprimit. Aeg. Bellam. *cons.31.nu.24. & seq. ver.in quinta quæstione.* Li- 14 mita; † quia si agitur de reseruatione inter Papam & alium, contra Papam fit interpretatio; quia quoad eum est odiosa. Cassad. 15 *decis.4.de constit.in fin.* Parisi. *consi 19 nu.4. & 24.lib.4.* † Limita, quia reseruatio inducta per *extrauag. ad regimen*, est odiosa. Cassad. *de* 16 *cis.4.de constit.* † Extende in reseruatione exceptis Cancellariæ; 17 quia est odiosa. Parisi. *consi.19.num.4. & nu.24.lib.4.* † Limita; quia per reseruationem Papa non censetur præiudicare Metropolitano Aegid. Bellam. *d.cons.31.n.25.* † Limita, quia reseruatio quoad homines odiosa iudicatur, licet curia teneat contrarium. Ægid. *d.cons.24.n.22.ver.ad nonum, iuncto n.24.ver.sed caue.*

Reseruatio Papæ multa operatur, vt inferiores nihil possint contra reseruationem, & quando secus. Concl. 234.

1 RESERVATIO † facta per Papam de beneficio dispositioni suæ, ligat manus inferiorum ordinariorum etiam re non integra, *c.si eo tempore, de electio.lib.6.* Lap. *alleg.27.n.3.* Anch. *consi.390. nu.3.* & quod ligent manus ordinarii ipso iure, Anch. *consi.297. Effi-* 2 *cacibus, nu.14. & consi.397 in princ.* † Extende; quia impedit electionem, & confirmationem Abbatis facta contra reseruationem. Anch. *cons.399.nu.3.* † Et impedit reseruatio omnem electionem. Anch. *cons.397. in princ.* Parisi. *consi.19.nu.23. lib.4.* vbi si 4 præcedit reseruatio, electionem impedit, alias secus. † Extende; quia reseruatio Papæ impedit in tantum electionem, vt ipsa reseruatio habeat vim electionis, & confirmationis, Parisi. *d.consil.* 19. *in prin.n.3.li.4.* Vide infra, *Reseruatio Papæ impedit electionem facta* 5 *post reseruationem. Concl.236.* † Amplia, vt reseruatio impediat, ne beneficia reseruata possint nedum conferri, sed neq; vniri, aut dismembrari, permutari, vel raxari. Lap. *d.alleg.27. v. ite hoc maxi-* 6 *me.* † Contrarium tenet Cald. *cons.273.* alias 11. *de reb Eccles. non alien.* 7 † Amplia, quia excludit reseruatio restitutionem beneficii spoliato prouiso ab alio quam à Pap. Lap. *alleg.52.nu.9.* Cassad. 8 *decis.4.de restit.spol.n.11.v.nec restitutio* Lap *alleg.24.n.2.* † Amplia, quia reseruatio in tantum annullat collationem inferiorum, & ligat eis manus, vt licet non sit facta mentio de possessione prouisi ab ordinario de reseruato, prouisio non sit subreptitia; quia talis prouisio ordinarii de reseruato neq; tribuit colorem. Gem. 9 *cons.92.n.5.v.nec obstat. si dicatur.* † Amplia; quia reseruatio beneficii facta per Papam simpliciter, siue sit generalis reseruatio, siue sit specialis, ligat in tantum manus inferiorum, vt non valeat permutatio beneficii taliter reseruati. Bal. *cons.335. Præsupponitur,* 10 *quod n.4.v.videndum igitur, li.5.* † Extende, vt procedat etiam si reseruatio sit facta ad fauorē certæ personæ; quia licet is, ad cuius fauorem facta est reseruatio, renunciet gratiæ; tamē remanet re- 11 seruatum Bald. *cons.335.in fi.li.5.* † Amplia; quia reseruatio beneficii operatur, quod Capitulum non potest eligere, neq; postulare; & ideo licet expensæ factæ pro prosequenda postulatione, & electione debeantur ab Ecclesia; secus est, quando beneficiū 12 erat reseruatum. Card. Zab. *cons.5.per tot.* † Amplia; quia reseruatio beneficii facta per Papam operatur, quod non potest prouisus excipere contra prouisum à Papa de iure tertii exclusiuo iuris agentis; quia prouisus Papæ quoad excipientem liberas ædes habet. Anch. *d.cons.297.num.14.* † Contrarium tenet Rom. *consi.* 13 *347.num.4.* vbi, quod ad effectum absolutoriæ, potest excipere, non ad effectum canonizatoriæ, & reddit rationem. † Amplia, 1 quia reseruatio Papæ inducta per mandatum de prouidendo de certo beneficio vacante pro certa persona, inficit collationē ordinarii postea factam, si regula hoc disponeret. Aegid. Bellam. *cons.34.n.10.v ad secundum*, & procedit ampliatio, ēt si mandatū reddatur nullum, vel subreptitium. † Extēde idē esse, si regula 15 loquatur de mandato de prouidendo certæ personę de vacaturo, prout loquitur, quia tunc ligatur manus ordinarii; secus si loquitur de vacaturo; quia non extenditur reseruatio odiosa ad vacās, prout neq; è contra. Aegid. *d.cons.34 n.10.v. ad secundum*, vbi loquitur, ēt si mādatum sit nullū, & subreptitiū. † Restringe, quia 16 licet annullet prouisionē ordinarii; nō tñ annullat tale mandatum Papæ nullum secundā gratiam Papæ. Aegid. *d.cons.34.n.11.* 17 *v.ad tertium.* † Amplia; quia ēt cessante regula, si Papa mandat prouideri certæ personæ de vacaturo, ēt si mandatū sit nullum; tunc bene inducitur reseruatio, q̄ ligat manus ordinarii; secus si mandatum esset de vacanti. Aegid. Bella. *d.cons.34.n.10.v. nunc igitur.* vbi reddit rationē diuersitatis; quia quando pro persona incerta iurē dicit ordinare beneficium sua auctoritate, & manū ita apposuit, *c.cum olim, de iud.* si vero certæ personæ mandatur prouideri; manus appositio non est simplex, neq; ad fauorē Papę, sed accedit gratiæ, quæ si nulla est, corruit reseruatio accessoria. † Con- 18 trariū tenet Viuarien. vt ibi dicit Aegid. *d.cons.34.n.11.v caue*, vbi, q̄ hæc est verior. † Limita; quia reseruatio beneficii maioris fa- 19 cta per Papam cū membris suis non impedit ea, quæ sunt administrationis, vt quia interim manu alia potest iuxta solitū cōferre, & alia omnia disponere secundū solitam administrationem. Lap. *alleg.27. circa fi.* † Limita; quia reseruatio specialis de beneficio per Papā non tollit optionē specialem præscriptam, q̄ possint optari ēt vacantia apud sedem. Cald. *cons.41.* alias 3. *de cōuer.* 20

Reseruatio Papæ operatur, vt etiam collatio facta per Papam non valeat, non facta mentione reseruationis, & quando secus. Concl. 235.

RESERVATIO † generalis facta per Papam de beneficiis Capellanorū suorū operatur, vt si non est facta mentio de obitu personæ, per q̄ inducitur reseruatio, puta q̄ defunctus esset Capellanus, &c. inducit nullitatem collationis, vt sit ipso iure nulla ēt respectu Papæ concedentis. Cald. *cons.30. Quia præferatur. in pr.* alias 7. *de reser.* † Amplia, vt idem sit, si persona, per cuius 2 obitum impetratur, haberet duas qualitates, ex quib. duplex reseruatio inducatur generalis; quia tunc, si de vtraq; non est facta mentio, gratia est pariter ipso iure nulla. Cald. *d.cons.30.* alias 7. *de* 3 *rescript. ver. & si circa vnum*, vbi, quod ita tenet Cancellaria. † Amplia in tantum, vt reseruatio generalis operetur, quod literæ expectantium, vel mandatorū de prouidendo nō se extendant ad beneficia reseruata, nisi sit de ea facta mentio; quia Papa præsumitur circumductus, ex quo non præsumitur tollere à se primo ordinata, & disposita. Cald. *d.cons.30. circa fi. v. item reseruatio. n.2.* & ita seruat stylus curiæ. Calde. *cons.230.* alias 9. *de præb.* † Am- 4 plia, vt idē sit in vnione, quæ nō valet de beneficio reseruato, q̄n non est facta mentio de reseruatione. Cald. *cons.275.* alias 13 *de reb. Eccl. non alien.* qui loquitur in vnione Papæ, vt ferratur habēs collationē facta mētione de reseruatione. † Declara in ē, quia 5 valet vnio de beneficio reseruato facta per Episcopum ex causa de beneficio reseruato, dummodo non in frauem. Cald. *cons.* 273. alias 11. *de reb. Eccl. non alien. & cons.* 41. alias 3. *de consuet. circa fi. v. imo etiam.* sm Fed. de Sen. *cons.111.n.6. & 7. & cons.112. in fi.* vbi, q̄ non impedit collationē Papæ, tanquā de reseruato. † Extende idē in vnione Papæ nō facta mentione de reseruato; 6 quia licet valeat; nō tamen impedit collationē tanquā de reseruato facta. Cald. *cons.275.* alias 13. *de reb. Eccl. non alien. circa ver. sed dato, quod dici posset.* † Amplia, quia si plures cōcurrūt reseruatio- 7 nes, nisi de omnib. fiat mentio, non valet gratia. Cald. *d.cons.30.* † 8 Amplia, quia clausula, *etiam si generaliter, vel specialiter sit reseruatū*; posita in prouisione Papæ nō tollit reseruationē; quia vacaverit in curia, nisi sit dictū. Vide, Clausula. *etiam si generaliter, vel specia-* M *liter sit reseruatum*, quid operetur. *Concl.336.* † Limita in reseruatione specialī facta pro certa persona; quia licet de ea non fiat 9 mentio in impetratione, valet gratia secundum stylum Cancellariæ, de quo Calder. attestatur *d.cons.30.* alias 7. *de rescript. in prin.* † Contrarium tamen tenet item Calder. *dict. cons.30.* alias 7. *de re-* 10 *script. in princ. ver. decisio non videtur. vsque in fin.* Vide, *Literæ* M *Apostolicæ beneficiales non includunt multa sine expressione. Concl.372.*

Reseruatio Papæ impedit electionem factam post reseruationem, secus si ante. Concluſ. 236.

1 BENEFICIA †reſeruata non cadunt ſub electione; quia per reſeruationem ligantur manus eligentium. Anch. *conſ.* 397. *Ap-*
2 *paret ex narratis.* Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 23. *& ſeq. lib.* 4. † Extende; quia Papa conferendo beneficium ante electionem impedit eligentes, vt non poſſint eligere, ex quo appoſitio manus Papæ ligat omnes inferiores, Anch. *d. conſ.* 397. *in prin.* † Amplia; quia reſeruatio
3 Papæ facta poſt electionem impedit exequutionem electionis, *c. ſi eo tempore, de elect. in* 6. Card. Zabar. *conſi.* 30. *In hac dubia quæſtio-*
4 *ne. nu.* 9. † Non tamen redditur nulla electio facta ante reſeruationem. Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 22. *lib.* 4. † Reſtringe, quia reſeruatio facta poſt collationem factam abſenti non impedit acceptari ab
6 abſente. Æneas de Falco. *tract. de reſeruat.* 4. *qu. in* 7. *eſſ. ctu.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi Papa eſſet captiuus; quia non dicitur mortuus ciuiliter. Pariſ. *d. conſ.* 19. *circa fi. lib.* 4. *Vide, Reſeruatio, & decretum diuerſimode operantur. Concl.* 238.

Reſeruatio beneficii afficit petitorium, & poſſeſſoriũ. Concluſ. 237.

1 RESERVATIO † beneficii afficit petitorium, & poſſeſſorium; & ideo hæc exceptio excludit reſtitutionem in ſpolio, ſi cõſtat de reſeruatione ex aſſertione Papæ. Lap. *allegat.* 24. *in princ. v.*
2 *ſecundo licet, vſque n.* 3. & latius *allegat.* 52. *in fin. n.* 9. *ver. certe non credo.* Caſſad. *deciſ.* 4. *de reſtit. ſpol. nu.* 11. *ver. nec reſtitutio.* † Amplia, quia reſeruatio ita afficit beneficium, vt attentata contra reſeruationem ſint nulla, *c. vt noſtrum, de appellat.* Cald. *conſ.* 275. *circa prin. ver. confirmantur prædicta*, alias 13. *de reb. Eccleſ. non alien.* maxime, quando adeſt decretum irritans, quod ſolet in reſeruatione includi,
3 vt ibi *nu.* 1. *in fi. ver. & prædicta confirmantur.* † Amplia, quia reſeruatio Papæ inficit petitorium, & poſſeſſorium. Ferret. *conſ.* 21. *nu.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 236. *nu.* 6. *lib.* 2.

Reſeruatio, & decretum diuerſimode operantur. Concl. 238.

1 SI † gratia, vel mandatum de prouidendo certæ perſonæ habet decretum irritans, & reſeruationem, operatur decretum nullitatem prouiſionis inferioris, & ordinarii; reſeruatio autem operatur, quod non valeat prouiſio Papæ, ſi non eſt facta mentio de hac reſeruatione pro Papa, non pro certa perſona facta. Ægid. Bellam. *conſ.* 34. *n.* 10. *ver. ad primum*, vbi reddit rationem diuerſitatis. Vide ſupra, *Reſeruatio Papæ operatur, vt etiam collatio facta per Papam non valeat, non facta mentione reſeruationis, & quando ſecus. Concluſ.* 235.

Reſeruatio non operatur circa beneficia iuris patronatus, & alia, & quando ſecus. Concl. 239.

1 RESERVATIO † Papæ de beneficiis Capellanorum ſuorum commenſalium etiam vacantibus in curia, & apud ſedem non includit beneficia iuris patronatus laicorum. Lap. *alleg.* 97. *per tot.* vbi eſt caſus, ſequitur Rol. à Val. *conſi.* 46. *nu.* 26. *& ſeq. lib.* 1.
* Zab. *conſ.* 117. *in prin.* & hanc magis * communem dicit Alexan.
2 *conſi.* 75. *Viſis, in prin. lib.* 4. † Contrarium, quod reſeruatio Papæ comprehendat beneficia vacantia in curia, quæ ſunt de iure patronatus, tenet gl. *in c.* 2. *de prab. in* 6. *in ver. apud ſedem*, quã ſequitur Alex. *conſ.* 74. *Viſo puncto, nu.* 23. *& ſeq. ver. præterea ex alio, lib.* 4. vbi, quod licet Gemin. ibi dicat glo. non teneri; tamen dicit Alex. q
3 ab ea in conſulendo, & iudicando non eſt recedendũ. † Declara; quia beneficia reſeruata continent etiam ius patronatus ex præſcriptione quæſitum; quia præſcriptio iuris patronatus contra Diœceſanum non afficit Papam, neq; eius Legatum; & ideo valet collatio talis beneficii, etiamſi non ſit derogatum iuri patronatus, quando non eſt ex dotatione, vel fundatione; quia ſi eſt ex præſcriptione, nõ afficit Papam, neq; retrahuntur laici à dotatione, vel fundatione, ſed ab vſurpatione ex præſcriptione, ita plene Alex. *conſi.* 74. *Viſo puncto, in fin. n.* 27. *& ſeq. vſque in fin. lib.* 4. quod non eſt Alex. ſed alterius, & idem tenet Alex. *conſil. ſequ.* videlicet 75. quod eſt ſubſcriptio Alexan. ad conſil. præcedens.
4 † Extende, quia licet beneficia vacantia in curia ſint reſeruata; tamen ſi Papa intra menſem illa non confert, non amplius durat reſeruatio, & ordinarius poteſt conferre. Zabar. *d. conſil.* 117. *numer.* 2. *verſicul. item etiam præſuppoſito, cap. ſtatutum, de præbend. in* 6. † Declara extenſionem, vt hodie non procedat propter
5 *extrauag. Bonifacii VIII. Pia ſollicitudinis*, vbi etiam poſt menſem ordinariis inhibet, ne conferant vacantia in curia. Gomeſ. *in reg. de trien. q.* 31. *num.* 5. † Contrarium, quod *c. ſtatutum. de præben. in* 6 6. non ſit reuocatum, & poſt menſem ordinarii conferant etiam vacantia in curia. Æneas de Falco. *in* 6. *effectu, nu.* 2. *tit. de reſeruat.*
† Amplia; quia regula reſeruatoria quantumcunque generalis 7 non comprehendit beneficia reſeruata. Put. *deciſ.* 319. *Eadem die in vna ſancti Andreæ, lib.* 1. † Amplia, quia reſeruatio non compre- 8 hendit beneficia manualia; quia proprie non vacant, niſi in caſu ſupplendæ negligentiæ inferioris. Calder. *conſi.* 247. alias 26. *de præbend.* quia reſeruatio intelligitur ciuili modo, & de beneficio, cuius collatio eſt perpetua. † Amplia; quia reſeruatio non 9 comprehendit beneficia nouiter creata poſt reſeruationẽ; quia licet dicantur vacatura, & verificetur qualitas ſecundum reſeruationem; non tamen verificatur ſubiectum, vel eſſentia beneficii, quod non erat tempore reſeruationis, vel ſi erat; quia vacabat ante, non cadit ſub reſeruatione de vacaturis. Gemin. *conſil.* 69. *per tot.* vbi late, & inter alia allegat; quia oportet, quod Papa ad inducendum diſpoſitionem formalem, tempore diſpoſitionis adſit materia, & ſic beneficium. † Amplia; quia non com- 10 prehendit beneficia ad nominationem Regum, etiam ſi ex priuilegio Apoſtolico competat. Petrus de Peruſ. *tract. de reſer. §. qua autem beneficia, num.* 12. † Amplia, quia non comprehendit 11 Hoſpitalia; quia non ſunt beneficia, neque veniunt appellatione beneficiorum. Zabar. *d. conſi.* 117. *in princ.* † Limita, quando 12 ius patronatus eſſet ex præſcriptione, conſuetudine, vel priuilegio; quia tunc reſeruatio; quia vacauit in curia, comprehendit. Rol. à Val. *d. conſi.* 46. *nu.* 24. *lib.* 1. † Extende; quia licet in prouiſione beneficii iuris patronatus ſit facienda mentio iuris patronatus, vel quaſi poſſeſſionis, alias eſt ſubreptitia. Put. *deciſ.* 404. *lib.* 2. ſecus eſt, quando ius patronatus eſſet ex priuilegio; quia 13 neque eſt facienda mentio de eo. Put. *dec.* 308. *n.* 3. *lib.* 3.

Reſeruatio Papæ qualiter probetur. Concl. 240.

1 RESERVATIO † beneficii facta per Papam probatur per literas prouiſionis Papæ. † Amplia; quia probatur per ſupplica- 2 nem ſignatam. Ægid. Bellam. *conſ.* 34. *n.* 24. *ver. ſed vltima.*

Reſeruatio beneficiorum quantum duret, & quando expiret, vel non. Concl. 241.

1 RESERVATIO † beneficiorum durat perpetuo, vel ad tempus, ſecundum quod expreſſum eſt in reſeruatione; ideo nõ extinguitur in prima, vel poſt primam vacationem, quando cõſtat de mente. Calder. *conſi.* 231. alias 10. *de prab. in prins.* † Exten- 2 de, vt procedat, etiamſi verba non dicerent, quod non appareret ratio, vel cauſa reſeruationis; quia quamdiu durat cauſa, vel ratio, durare debet reſeruatio. Cald. *d. conſi.* 231. *ver. ſi autem tempus*, alias 10. *de præb.* † Amplia, quia reſeruatio beneficiorum fa- 3 miliarium Cardinalium facta per regulas Cancellariæ eſt perpetua, & durat de ſtylo curiæ, donec ſequatur prouiſio de reſeruato etiam poſt mortem Papæ; quia licet eſſent regulæ inducẽtes reſeruationem; non tamen ceſſat reſeruatio; quia beneficiũ ſemel reſeruatum ſemper durat reſeruatum, ita poſtil. ad Gem. 4 *conſi.* 93. *v. reſeruatio*, quæ dicit hoc ſeruari de ſtylo curiæ. † Contrarium tenet Gemin. *d. conſ.* 93. *per tot.* quod imo ſicut per mortem Papæ ceſſant regulæ reſeruantes; ita ceſſant omnes reſeruationes. † Amplia, quia reſeruatio beneficiorum collectorum, vel 5 ſubcollectorum durat etiam ceſſante officio; quia beneficia ſemel reſeruata durant reſeruata, donec prouiſio fiat per Papam. Anchar. *conſi.* 138. *De natura, in fin.* vbi, quod collatio ordinarii de beneficiis reſeruatis non valet, allegat *deciſ. Rota in nou.* 9 *de prab.* 6 *& 14. in antiq. eod. tit.* † Amplia, quia reſeruatio Papæ durat, do- 6 nec de reſeruato Papa prouiderit. Ferret. *conſ.* 365. *nu.* 2. *lib.* 2. † Li- 7 mita in reſeruatione hominis, quando eſt ſpecialis, & incognita; quia durat ſolum per biennium ex conſtit. Clem. VI. vt dicit Ægid. Bellam. *conſ.* 34. *nu.* 22. *ver. ad nonum.* † Limita; quia vnica 8 vice, & in prima vacatione conſumitur, quando vel apparent verba, vel mens, aut ratio, vel cauſa temporalis, & ceſſans; quia tunc ceſſante cauſa, & ratione, ceſſat reſeruatio. Cald. *d. conſ.* 231. *circa med. ver. ſed ſi ceſſat*, alias 10. *de præben.* Gemin. *conſil.* 93. *per tot.* 9 † Extende, vt idem ſit, ſi ſumus in dubio, vt quia nec apparet per verba, nec per cauſam, nec per rationem, an ſit perpetua, vel temporalis; quia cum ſit odioſa, iudicatur, vt duret pro prima vice, & poſtea ad ordinarium collatio reuertatur. Calder. *d. conſ.* 10 231. *in fin. ver. ſi enim effectus*, alias 10. *de prab.* † Extende; quia reſeruatio Papæ non extinguitur per prouiſionem Papæ nullam, & quæ non ſortitur effectum, ſed durat, donec vacatio iure impleatur.

pleatur. Anch. *cons.*399. *Item & vnione circa fi.* vbi loquitur in reseruatione, quæ non est pro certa persona.

Reseruatio beneficii per collationem absenti factã per Papam nõ expirat, licet absens moriatur, vel alias collatio non sortiatur effectum. Concl. 242.

1 RESERVATIO † beneficii collati per Papam non expirat, si is, cui est facta collatio, erat absens, & mortuus est antequam acceperit. Oldr. *cons.* 57. *Papa* † Extende idem, si collatio Papæ ex alia causa non sortitur effectum. Anch. *cons.* 399. *Item & vnione, in fi.*

Reseruatio iurium facta operatur multa, & quæ, & quando non operetur. Concl. 243.

1 RESERVATIO † iurium partium facta à statuto mandante procedi in causa saltiis, & reseruatis exceptionibus in fine litis, habet vim protestationis, ita quod si appareat exceptio impediens ingressum litis, omnia sint nulliter facta. Bald. *consil.* 96.
2 *Decreto cauetur, num.* 4. *ver. sequens quæstio, lib.* 1. † Amplia; quia reseruatio quoad aliqua bona inducit concessionem in aliis. Cruett.
3 *cons.* 214. *nu.* 13. *& seq.* † Amplia; quia exequutores ad pias causas, si post eorum mortem deputant alios exequutores reseruato iure Episcopi, si non habebant facultatem, per eorum mortem executio deuoluebatur ad Episcopũ, illa reseruatio operatur, quod ius Episco. i est conseruatum. Castr. *cons.* 177. *In quæstione, in fi. ver.*
4 *quarta ratio, lib.* 2. † Amplia; quia vendens prædium reseruata seruitute debita agro Titii, operatur, vt debeatur seruitus, si de iure debetur. *l. si in venditione. ff. commun. prædior.* ideo potest is, cui debetur seruitus, agere contra emptorem, secus si non debetur. Cra-
5 uet. *cons* 33. *num.* 20. † Extende, quia procedit reseruatio facta etiam in seruitute cõstituenda, quando reseruatio est facta per verba futurum denotantia, vel per verba infiniti ui modi, quæ ad futurum trahuntur. Alex. *cons.* 28. *Visis, & accurate, n.* 5. *ver. & est ratio,*
6 *lib.* 1. † Extende idem, quando non est specificata seruitus certa, sed in genere fuit dictum, quod reseruabatur seruitus, vel quod res vendita esse debeat seruiens; quia si non ratione personæ, potest constitui seruitus, & reseruatio hoc operatur. Bart. in *d. l. si in venditione. ff. commun. prædio* Alex *d. cons.* 28. *n.* 5. *ver. nam secundum glo.*
7 *lib.* 1. † Restringe; quia si seruitus reseruatur per verba de præterito, vel præsenti, & non esset debita, siue sit reseruata, siue in specie, non potest de nouo constitui; quia ad hoc reseruatio non se
8 extendit. Alexand. *d. cons.* 28. *num.* 5 *ver. secus si per verba, lib.* 1. † Restringe, quia reseruatio facta in vltima voluntate de seruitute debita per rem legatam, si non debetur, non operatur aliquid. Alex. *d. cons.* 28. *num.* 5 *ver. comprobantur prædicta*, vbi, si quis legat fundum reseruato vsufructu, vel excepto vsufructu in dicto fundo
9 debito Titio, & non debeatur, nihil operatur reseruatio. † Amplia; quia donantes inuicem bona si sibi reseruant facultatem testandi, talis reseruatio conseruat ius, vt testamentum præiudicet donationi cum reseruatione. Sign. *cons.* 181. *num.* 13. *ver. item prædi-*
10 *cis.* † Extende; quia clausula in fine posita, quæ si refertur ad reseruationem, illam restringit, debet referri ad proximam, vt ex repetitione non inducatur correctio liberæ reseruationis facultatis testandi. Signor. *d. consil.* 181. *num.* 13. *in fin. & seq. ver. nec huic ob-*
11 *stat.* † Declara, quia si verba reseruationis sunt generalia, & apta comprehendere omnia, late interpretatur reseruatio. Becc. *consil.*
12 74. *in fin.* † Amplia; quia gratia præseruatiua antiquæ cum clausula, quod prima sit salua; non est noua gratia. Gemin. *consil.* 108.
13 *Difficultas dubii, in princip.* † Vide, Clausula, *saluo iure Imperii, & quo-*
14 *rumlibet aliorum*, quid operetur. *Conclus.* 333 † Extende, quia reseruatio, vel præseruatio operatur, quod reseruatum non sit sublatum; imo si quid contrarium fieret, haberetur pro non facto.
15 Bartol. in *l. ille, à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell.* † Extende; quia reseruatio operatur resolutionem, si fiat contrarium. Bal-
16 dus in *l. terminato, num.* 5. *C. de fruct. & litis expen.* † Amplia; quia si filia exclusa à statuto dotata à patre renunciat hæreditati paternæ, & maternæ, reseruato sibi iure succedendi patri, si decedat sine filiis masculis, vel si cum filiis, & ipsi decesserint in pupillari ætate, vel postea sine filiis; nam talis reseruatio valet. Bartol. in *l. fin. C. depact. num.* 4. sequitur Castrens. *consil.* 288. *in*
17 *princip. lib.* 2. quod duplicatur *consil.* 373. *eod. lib.* † Operatur dicta reseruatio facta cum patre quoad successionem patris, vt succedat filia, prout si idem esset dispositum in testamento, sed quoad hæreditatem filiorum non potest operari tanquam substitutio pupillaris, & directa, quæ solo testamento fieri potest, non autem contractu, vel codicillis; sed bene valet vt fideicommissaria substitutio; quia succeditur patri, non filio, ita Castr. *cons.* 188. *col.* 2. *ver. breuiter, per tot. lib.* 2. & duplicatur *lib.*
cons. 375. † Amplia; quia Episcopus statuens aliquid, si sibi reseruat reformationem, valet talis reseruatio, & operatur, quod etiã si esset de iure prohibita dispensatio, vel reformatio cõtra statutum, quod ex reseruatione possit omnino & reformare & dispensare, ita Rom. *cons.* 325. *Quoad primum, n.* 11. *& seq. ver. tertio princip.* vbi a postil. in *ver. in parte*, dat concor. & dicit *communem*, quod reformatio importat derogationẽ in parte. Vide, Clausula, *sine præiudicio alieno*, quid importet. *Concl.* 330. Vide, *Clausula præseruatiua & gratiæ antiquæ quæ sint. Concl.* 331. *cum quatuor Concl. ibi proxime.* Vide, *Statutum circa exceptiones illas reseruans quid operetur. Concl.* 326. Vide, *Solutio recepta sine præiudicio quid operetur, vel non. Concl.* 347.
† Limita; quia reseruatio fit ad conseruandum ius reseruantis, non etiam ad acquirendum, plene Crauet. *cons.* 29. *n.* 8. & ideo non tribuit ius de nouo, & *cons.* 127. *num.* 7. & plenius *cons.* 70. *n.* 6. vbi, quod verba reseruantia non inducunt nouam acquisitionẽ, sed tendunt ad conseruandum ius quæsitum, alias non operatur reseruatio. & *cons.* 33. *n.* 17. † Contrarium dicit idẽ Crauet. *cons.* 748.
n. 9. *& seq.* vbi late, quod duplex est reseruatio: altera respiciens præterita, & hęc dicitur cõseruatiua iuris, quod quis habet: altera de futuro, & respicit acquisitionem iuris de nouo, vbi ponit multa exempla. † Extẽde; quia nisi appareat, quæ, & qualia sint reseruata iura, reseruatio nihil operatur. Crauet. *cons.* 33. *nu.* 20. vbi ponit plura exempla. † Item, si iudex pronũciat causam, & appellationẽ desertam, sed reseruat exceptiones, quæ competunt appellati, reseruatio nihil operatur. Crauet. *d. cons.* 33. *num.* 20. † Idem, si
vendens reseruat seruitutem Titio, quam dixit competere, si non competit, nihil reseruat. Crauet. *d. cons.* 33. *nu.* 20. vbi idem, si reseruat ius coloni, si nullus extat colonus. † Item, si pater reseruat sibi vsumfructum in bonis quærendis per filium emancipatum nihil valet; quia non habet tale ius. Crauet. *cons.* 331. *n.* 20. *in fi.* plenius *cons.* 127. *n.* 7. † Restringe; quia licet reseruatio præsupponat reseruatum præcedere, in re tamen sua potest quis nouã seruitutẽ per modũ reseruationis constituere. Crauet. *cons.* 226. *n.* 6. † Limita; quia reseruatio nihil operatur, si vendens fundum reseruat medietatem coloni; quia si nullus adest colonus, non valet reseruatio, sed omnes fructus sunt emptoris. Alex. *cons.* 28 *n.* 5. *ver & ideo dicit Iacob. lib.* 1. vbi dicit *communem.* † Restringe; quia non procedit limitatio, quando emptor sciuisset non extare colonũ. Alex. *d. cons.* 28. *nu.* 5. *in fi. lib.* 1. vbi, quod in dubio præsumitur ignorare † Limita; quia si fuerunt tractata capitula seruitutis, & nõ concluſa inter duos, & postea fiat venditio de re, cuius seruitus est tractata, & non firmata, licet vendens dicat, *reseruato iure seruitutis debitæ tali*, ex quo non debetur, sed fuit solus factus tractatus cum tali, talis reseruatio nihil valet, ita Alex. *d. cons.* 28. *per tot.* vbi est casus, *lib.* 1. † Limita; quia reseruatio interesse facta in sententia per iudicem appellationis, intelligitur, si de iure deberet interesse. Rim. Iun. *cons.* 304. *in fi. n.* 25. *& seq. lib.* 3. † Limita; quia reseruatio nihil operatur, si ius nõdum competit reseruanti, sed est ius conditionale, puta post mortem alterius; quia solum applicatur ad ius purum, & competens de præsenti. Decian. *cons.* 24. *n.* 101. *lib.* 1.
allegat ad hoc Cald. *cons.* 8. *in fi. de rescrip.* Rom. *cons.* 256. *in fi.* Brun.
cons. 1. *n.* 55. † Limita; quia reseruatio iurium est iuris solũ conseruatiuum; ideo non operatur augmentum, vel ampliationẽ vltra naturam suam; quia imo verba debent operari secundum ita urã actus, & non vltra. Crauet. *cons.* 33. *n.* 17. vbi *n.* 18. quod reseruatio secundum iuris communis dispositionem debet intelligi. Deciã.
cons. 56 *n.* 16. *lib.* 1. Marcabru. ab Anguil. *cons.* 48. *n.* 32. *& seq.* Bart & alii in *l. si quis legauerit, la prima ff. de leg.* 1. Ang. in *l. si in venditione. ff. commun. prædio.* Soci *cons.* 287. *Circa præsentem consultationem, ver. sed contra præmissa, lib.* 2. Deci. *cons.* 309. *Viso, col.* 1. *& cons.* 516. *col.* 5. Crauet. *cons.* 29. *col.* 1. *& fi. & cons.* 70. *num.* 6. Cæpol. *cons. ciuili.* 25. *col. pen. in fin.* Oldrad. *cons.* 214. *Factum tale est.* Alexand. *consi.* 195. *in fin. lib.* 6. Bald. *consil.* 100. *Egregie, lib.* 1. Nat. *cons.* 472. *numer.* 25. † Extende, etiam si pars, contra quam fit reseruatio, consentiat reseruationi, licet sibi non præiudicet, ne possit contrauenire; tamen non obligatur vltra, quam esset obligata; quia non oritur noua obligatio; vt teneatur ad aliquid, nisi ad non contraueniendum reseruationi; latissime Crauet. *cons.* 33. *n.* 19. *& seq.* vbi ponit multa exempla; & declarat. † Extende; quia reseruatio limitata ex certa causa, vel ad certa iura non extenditur ad alia. Crauet. *d. cons.*
33. *numer.* 22. *ver. vndecimo.* Bec. *cons.* 74. *num.* 6. & 7. vbi, quod reseruatio quoad iura hæreditatis partis non operatur in hæreditate fratris. Marcabrun, *d. cons.* 48. *num.* 30. *& seq.* vbi, quod facta ad vnum finem, & effectum non operatur alium. † Extende; quia reseruatio nihil operatur, si non reperit ius reseruabile. Surd.
cons. 205. *numer.* 24. Becc. *dict. cons.* 74. *numer.* 6. quia reseruationes

cones fiunt ad ius competens conseruandum, *l. fin. in pr.* vbi Bald. *in vltimis verbis. C. de temp. appel.* Soc. in *l. Gallus. §. & quid si tantum, col. 3. ff. de liber. & postbu.* Ang. in *l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. anno.* & * est communis * opinio. Paris. *cons. 5. n. 41. lib. 1.* † Extende; quia in iis, 25 quæ cessa sunt, tarda est reseruatio posterior. Decia. *cons. 24. n. 98.* 26 *lib. 1.* † Et reseruatio euanescit, & pro non facta habetur, si non reperit ius reseruabile. Nat. *cons. 636. n. 197. lib. 3.* Bal. *d. cons. 100. Egregie, lib. 1.* Alex. *cons. 28. Visis, lib. 1.* pulchre Soc. *cons. 287. Circa sententiam, n. 21. lib. 2.* † Extende; quia ex reseruatione iuris facta per partem, vel iudicem non infertur, quod ius competat aliquod ei, cui 37 fit reseruatio. Alex. *consil. 14. col. 2. lib. 2.* Doct. in *l. ille, à quo §. si de testamento. ff. ad Treb.* † Extende, quia reseruatio nihil dat, & nihil au- 38 fert. Bal. in *l peremptorias. C. sent. rescindi non posse.* Cast. *cons. 311. lib. 2.* 39 * † Et diuersa sunt dare, & reseruare, *l. si quis legauerit*, & ibi * Doct. *ff. de leg. 1.* Bald. *l. si quis filio. §. irritum. ad fin. ff. de iniusto, rupto rest.* Dec. 40 *cons. 516. In causa ista, col. 6. in prin.* † Limita, quia reseruatio etiam facta à iudice in sententia nullum ius tribuit, sed solum, quod competit, conseruat. Ruin. *cons. 40. lib. 1. & cons. 97. n. 8. lib. 2.* Soc. *consil.* 41 *36. col. 3. li. 4.* † Et intelligitur, quatenus habeat ius reseruatũ. Fel. *in* 42 *c. inter monasterium, de re iud.* † Et talis reseruatio non addit aliquod ius, sed conseruat, si quod competit. Cuma. *cons. 117. in fin.* Ioan. de Anan. *cons. 29. n. 5.* Paris. *cons. 19. n. 30. lib. 1.*

Reseruatio iurium in sententia non retardat executionem, & quid operetur. Concl. 244.

1 SENTENTIA, † quæ transiuit in iudicatum, debet exequi non obstante, quod iura condemnati sint reseruata; quia talis reseruatio nihil releuat. Bald. *cons. 100. Egregie, & honorande, lib. 1.* sequitur Soc. Iun. *cons. 67. Pro resolutione, n. 19. lib. 1. & eleganter, in pr.* & 2 ibi gl. *ff. de cond. indeb.* Bart. in *l. fi. ff. de pign. actio.* † Et iudex licet reseruet aliquid; non tamen dicitur pronunciare super reseruato. gl. in *l. item Labeo. ff. famil. herciſc.* Corset. *sing. ver. saluo iure.* Paris. *cons. 5. nu.* * 41. *lib. 1.* vbi dicit * communem. † Extende; quia talis reseruatio 3 non tribuit ius de nouo, sed tantum conseruat ius, si quod com- 4 petat. Crau. *cons. 15. n. 22. & cons. 53. n. 20.* Nat. *cons. 26. n. 9.* † Et ideo cum non tribuat ius, neq; impediat executionem sententiæ, non inconuenit, quod iudex reseruet iura aliquando in sententia. Bald. in *l. peremptorias, ver. quæro iudex, num. 3. C. sent. rescindi non posse, & cons. 110. lib. 1.* Soc. Iun. *cons. 67. n. 19. lib. 1.* Bald. in *l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & cons. 323. Proponitur, quod dominus. lib. 2.* Alex. in *l. Paulus. la prima. ff. de re iud.* Affl. *decis. 35.* Maria. Soc. late in *c. 2. de li-* ☞ *bell. oblat. num. 23. cum seq.* Vide, *Executio sententiæ. Concl. 459. n. 12. &* 5 *seqq.* † Amplia; quia reseruatio quandoque fit ex abundanti, quæ non est necessaria; quia si iudex pronunciat interloquendo procedendum ad vlteriora, nõ obstante exceptione rei iudicatæ opposita, reseruata eadẽ exceptione intelligitur, quod possit ad merita deduci, prout ius reseruat, si postea opponatur, non autem reseruatio operatur, vt possit ad processum dici reseruata. Anch. *cons.* 6 372. *Pro declaratione, per tot.* maxime *n. 7. & seq.* † Extende; quia Papa in suis sententiis reseruat iura ex abundanti multoties, quæ nõ 7 est necessaria. Anch. *d. cons. 372. nu. 7. & 8.* † Limita, nisi reseruatio fieret de certis bonis qualificatis; quia requiritur causæ cognitio. Soc Iun. *cons. 67. n. 19. ver. aliquando vero. lib. 1.* veluti si diceret, debere dari executionem, præterquam in bonis, quæ essent in do- 8 minio condemnati, debet hoc cognosci. † Limita, quando reseruatur condemnato, ne egeat; quia licet actor neget ipsum egere non posse, alius nequet, nõ fit executio, donec sit cognitum. Soc. 9 *d. cons. 67. lib. 1. in fi.* † Operatur tamen reseruatio facta in sententia, vt si reus, vel is, p quo est facta reseruatio, faciat de reseruatis constare, omnia pro infectis habeantur Bart. in *l. ille, à quo. §. 1. n. 5. ff. ad* 10 *Treb.* Alex. *cons. 198. in fin. lib. 6.* Dec. *cons. 42. nu. 15.* † Et è conuerso si condemnatur quis, nisi intra mensem probet, lapso mense, sententia est diffinitiua, & habet effectum rei iudicatæ, ita vt vlterius non sit audiendus. Bar. in *l. properandum. §. & siquidem, n. 9. C. de iud.* 11 *& in l. admonendi, in fin. ff. de iureiur.* vbi ampliat etiam, quod condemnatus nouos testes reperiret, & idem Bart. in *l. si quis ad exhibendum, n. 3. ver. si insistitur. ff. de except. rei iudic.* † Declara tamen; quia si reseruato iure iustificandi solutiones allegatas intra 6. menses, prout quotidie contingit Florentiæ, potest tamen post terminũ iustificare ad effectum, ne perdat ius suum, non autem vt euitet executionem; quia cum in curia mercantiæ attendatur sola æquitas, & facti veritas, vt in terminis Feli. in *c. licet causam, n. 42. de prob.* Bar. in *l. fideiussor. §. quædam ff. mand.* æquitas non suadet, quod quis 12 contra veritatem iure suo priuetur. † Et maxime hoc procedit, si fuit aliquo legitimo impedimento impeditus, & ideo non potuit iustificare; quia compereret restitutio in integrum de iure communi aduersus lapsum termini ex clausula; *si qua mihi iusta causa,* vt per Doct. in *l. admonendi*, vbi Franc. Curt. *ff. de iureiur.* Castren. *cons. 257. lib. 2.* Bart. in *l. 1. C. de sent. aduer. fiscum. lib. 10.* Ias. post alios in *l. Imperatores. ff. de re iud.*

Reseruatio iurium in sententia est licita, & quando secus & non possit fieri. Concl. 245.

IVDEX † an in sententia possit conseruare; vel reseruare iura con- 1 damnati, vt melius probet, vel per euidentiam facti visitationẽ loci melius doceat, Vide Alex. & Ias. in *l. qui Roma. §. Augerius. ff. de* 2 *verb. oblig.* † Et quod iudex si videt ius competere ex vna causa, quæ non fuit intentata, debeat tale ius reseruare, Bald. in *auth sed & si quis. C. de secund. nupt.* sequitur Ias. in *l. 1. n. 39. ff. de eden.* Rom. *cons.* 3 *114. Visa, lib. 1. seu 5.* † Et quod non vitietur sententia ex eo, quod iudex in ea reseruat iura condemnato, Bal. *cons. 100. lib. 1.* maxime quando fuit dictum, si quæ competunt. idem Bald. *consil. 139. Fa-* 4 *ctum, lib. 2.* † Declara; quia reseruatio in sententia facta conde- mnato de omni iure sibi competenti intelligitur de iure extraneo, tentiam, non autem vt contra sententiam possit venire, ita Bart. *cons. 205. Viso testamento, num. 3. ver. quarto videndum, lib. 1.* Anchar. *cons. 192. In auxilium veritatis, num. 6. ver. non obstat reseruatio.* plenius in prima ampliat. † Et est ratio; quia si sententia est diffinitiua; & 5 absolutoria, certum est, quod non reseruat iura per sententiam ablata; quia non amplius competunt, *l. res iudicata. ff. de reg. iur.* † Regula est, quod iudex in sententia potest reseruare iura, & re- 6 seruationes facere pro libito suæ voluntatis. Castr. *cons. 311. lib. 2.* vbi hoc dicit esse verum, etiam si reseruatio petita non fuerit; quia reseruare liquidationem eorum, quæ liquidanda sunt, dicitur vtilis, & necessaria reseruatio. Castr. *cons. 247. ad fin. lib. 1.* Bald. *cons. 323. ad fi. lib. 2. cons. 18. in princ. lib. 4.* Alex. *cons. 174. Opportune, in princ. lib. 2.* † Extende, vt si prima sententia lata habeat talem re- 7 seruationem, & iudex appellationis confirmet eam, licet nihil dicat de reseruatione iurium; tamen sententia confirmans dicitur habere eandem reseruationem, quam habet prima. Alexan. *cons. 174. Opportune, in princ lib. 2.* † Declara tamen circa ea, quæ ac- 8 cessorie veniunt in iudicio, prout sunt fructus, & interesse; quia possunt reseruari liquidanda in exequutione, secus si principaliter petuntur. Ang. in *l. fi. in fi. C. de sent. qua sine certa quant.* Bald. in *l. cum propriam, ver. sed munquid tenet in certa sententia. C. si quis alteri, vel sibi.* † Amplia; quia si hæredes mariti prætendant solutas fuisse 9 plures pecunias vxori pro dote, & de parte probent, & de aliis non; poterit tamen iudex reseruare iura condemnatis hæredibus docendi de solutione in exequutione sententiæ; quia talis reseruatio deseruit iustitiæ, nec lædit iura partium. Bald. in *l. peremptorias, col. 4. ver. quæro iudex. C. sent. rescindi non posse, arg. l. Babius, in fi. ff. de pact. dotal.* & tanto magis, quia ista exceptio solutionis semper potest opponi; quia bona fides non patitur, quod bis idem exigatur, *l. bona fides. ff. de reg. iur.* ita Ang. in *l. & non tantum. §. quod si emptore. ff. de pet. hæred.* Alexand. *cons. 113. col. 2. lib. 5.* Deci. *cons. 375. in pr.* vide supra *ver. declara.* † Extende; quia quando iudex non est be- 10 ne certus, neque resolutus circa aliqua, quæ emergunt in causa, cautela est, quod reseruet iura partibus; quia ita admonet iureconsultus in *d. l. Babius, in fi. ff. de pact. dotal.* facit tex. in *l. item Labeo. §. fin.* ibi, *sed si pure.* iuncta glo. in *ver. pure. ff famil. herciſc.* & fiunt sæpissime in sententiis huiusmodi reseruationes secundum Bald. in *l. 1. num. 77. C. qui accus. non poss.* quia pars aduersa in hoc non lædi- tur, cum talis reseruatio non tribuat ius de nouo, nec infert, quod ius competat aliquod. Alex. *cons. 14. col. 2. lib. 2.* sed solum si quod ius habet pars, cui fit reseruatio, illud præseruat. Docto. in *l. ille, à quo §. si de testamento. ff. ad Trebell.* † Et iste modus reseruandi ii- deseruit iuri, & iustitiæ; quia neutrius partis ius lædit ur. Bald. in *l peremptorias, col. 4. ver. non deseruit. C. sent. rescindi non posse.* Soci. *cons.* 287. & 288. *col. fin. lib. 2.* faciunt tradita per Castr. *cons. 311. lib. 2.* Ru- in *cons. 40. num. 7. eod. lib.* Bald. *d. l. 1. col. pen. C. qui accus. non poss.* Et ita seruat forus mercatorum; pro quo stylo laudabili, Vide *Stylus cu-* ca diuersa diuersorum locorum. *Concl. 698.* † Imo si ex sua sententia iudex videt fieri præiudicium alicui partium in iuribus suis, de quibus non constitit, cautius agit, si reseruat iura melius in alio iudicio liquidanda, ita Bald. qui dat pro cautela in *l. obseruare. §. proficisci in 1. lect. q. 24. ff. de off. pro cons. & Leg.* quem extollit Curt. Sẽ. *cons. 77. Magnificus vir, col. pen. ad fi.* Bar. in *l. si is autẽ*, alias *si pupilli. §. si* quocũque. *ff. de neg. gest.* allegat *d. l. Babius, in fi. ff. de pact. dotal.* idẽ Bart. in *l. fi. C. de compensat.* Alex. *d. l. ille, à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell.* † Et non solum si videt fieri præiudicium ex sententia, sed solum si dubitat, tutius est, quod faciat reseruationem. Felin. in *c. cum con-* tingat, de off. deleg. & in *c. cum venerabilis. de except.* & ibi Paris. vt ipsum citat *cons. 95. vel 96. nu. 33. lib. 1.* Dec. *cons. 42. col. fi. num. 12.* & reference tio etiam consideratur per glos. in *l. item Labeo. §. 1. ver. pure. ff famil. herciſc.*

bercise. quam sequitur Bald. in *l. terminato, nu. 4. & seq. C. de fruct. & lit. expen & cons. 77 Quidam dominus Galeatius, nu. 2. lib. 2.* Dec. *cons. 5. In causa domine Maria. n. 1. & cons. 445. n. 2. & cons. 13 Et pro tenui, nu.*
14 12. est *cons. 42.* supra allegatum. Mandel. *cons. 13. n. 4.* † Limita; quia iudex male facit, si reseruat iura parti, quæ non habet; quia debet omitti inutilis circuitus, *l. dominus testamento. in fi. ff. de cond. indeb.* per quem in simili casu concludit Alex. *cons. 77. In causa, in finalibus verbis, lib. 2.* & quia iudex semper debet occurrere, quod quis non locupletetur cum aliena iactura, etiam parte non dicente aliquid.
15 so. de Im. in *cap. peruenit. de empt & vendit.* † Et quando non fuit aliquid deductum, ex quo fit locus reseruationi, iudex debet diffi-
16 nitiue absoluere. Alex. *cons. 75. In causa. col. 1 lib. 7.* † Extende; quia à tali reseruatione facta per iudicem in sententia, pars, contra quam fit reseruatio, potest appellare tanquam grauata; quia debuit à toto condemnare, vel absoluere. Bald. *cons. 140 Nouum dubium, libr. 3.* quia reseruatio solum fieri potest, quando ex processibus colligitur ius, quod conseruatur. *d. l Babius, in fi. ff. depact dotal.* quod enim non est, neq; apparet, reseruari non potest. *l. 2. ff. de vsufr l. adeo §. quod si toto. ff. de acquir. rer. dom.* late Crau. *cons. 226. n. 6.*

☞ Vide, *Iudex potest reseruare in sententia iura sua partibus, & quando. Concl. 400. la seconda.*

Res facta semel alienabilis perpetuo efficitur alienabilis, & quando secus. Concl. 246.

1 RES † prohibita alienari si semel licite alienabilis fiat, efficitur perpetuo alienabilis *l. pater. §. quindecim ff. de leg. 3.* Castr. *cons. 448. Si iste masculus, in fi. lib. 1.* Alex. *cons. 55. Ponderatis, in fin lib. 3.*
2 † Extende; quia ius intrauræ apothecæ quatenus personale, & non alienabile, efficitur alienabile, si semel fuit alienatum. Castr.
3 *cons. 243. Super primo, circa fi. ver. secundo quia, lib. 1.* † Declara; quia procedit, quando alienatio est consuetudine præscripta, vel quãdo ab eo, qui prohibuit, fiat alienatio, alias secus Bolog. in *addit.*
4 *ad cons. 20. Io. de An.* vbi ita declarat. † Restringe; quia *d. §. quindecim*, loquitur, quando fideicommissum erat personale, non reale; tunc si de vna persona ad aliam tantum erat facta prohibitio, semel facta alienatione inter eos extinguitur prohibitio. Mazzol. *cons. 35. n. 56. & seqq.* & idem dicit Castr. *consil. 247. col. pen. in pr. lib. 1.*
5 † Contrarium Per. Surd. *cons. 105. n. 12. circa fi. li. 1.* vbi dat exemplũ de bonis Ecclesiæ, q̃ semel licite alienata alienari possunt; & tamẽ prohibitio est realis; idem in bonis prohibitis alienari in forenses, vide eum. † Restringe, quando prohibitionis ratio est genera-
6 lis, idem Mazzol. *d. cons. 35. nu. 39.* † Restringe; quia *d. § quindecim*, loquitur, quando res supposita fideicommisso alienatur valide vni de familia, qui non sit vocatus nominatim; quia si esset vocatus nominatim, tunc mutaretur dominiũ in causam fideicõmissi; item, quando iudicio testatoris succederet; quia non dicitur facta alienabilis, sed ita demum dicitur facta alienabilis, quando titulo emptionis emitur ab vno de familia, qui nominatim non
7 vocatur, ita plene Castr. *cons. 448. per tot.* maxime *nu. 2. & seq lib. 1.*
8 † Vel si alienentur valide, puta pro dote descendentis ex fideicommittente; quia perpetuo talis res semel valide alienata poterit semper alienari libere. Ang. Aret. *d cons. 20. Visis actis, n. 47. &*
9 *seq. ver. ex quo sequitur.* † Declara; quia *d. §. quindecim*, non procedit in prohibitione reali, veluti si res prohibetur extra certam familiam alienari; quia ex quo extant de familia, alienatione semel facta in vno de familia, donec extẽt alii, non potest extra familiã alienari, sed loquitur in personali, & quando non extat persona alia vocata, cui acquiratur. Castr. *cons. 247. In causa quæ vertitur, col.*
10 *antep. in fi. ver. item allegatur, & col. pen in pr. lib. 1.* † Amplia in iure deliberandi transmisso semel intra annum, si is, cui fit transmissio, decedat intra annum, ad alium transmittit, & sic deinceps. Ruin.
11 *cons. 161. n. 33. lib. 1.* † Extende; quia si Ecclesia concessit emphyteusim pro se, & descendentibus, & finita linea descendentium renouat in agnatum transuersalem, tunc fit transitoria ad extraneos, & sic semel alienabilis effecta perpetuo efficitur alienabi-
12 lis. Ruin. *d cons. 161. n. 33. & seq. lib. 1.* † Contrarium sentit Bero. *cons.*
13 *99. in pr. lib. 1.* vbi declarat, qualiter verba illa, quod renouatio intelligatur cũ qualitatibus omnibus primæ inuestituræ. † Amplia in mero, & mixto imperio, quod est indelegabile; q̃a si semel delegatur per Principem, etiam inferior poterit semel delegatum sibi alteri delegare. Ang. *cons. 117. In causa accusationis. n. 7. ver. nec ob-*
14 *stat. si allegetur.* Per. Surd. *cons. 105. num 12. lib. 1.* Ang. Aret. *d. cons. 20. Visis actis, nu. 47. & seq. ver. sicut etiam vidimus* † Amplia; quia causa, quæ potest esse executiua, & ordinaria, si semel fiat ordinaria, vt quia iudex ordinarie incipiat procedere, vel pars, perpetuo erit ordinaria. Vide, *Eligens viam ordinariam non reuertitur ad extraordinariam. Concl. 103.* † Amplia; quia causa non appellabilis, si semel fiat appellabilis, erit semp appellabilis. Vide, *Causa non appellabilis quando, & ex quibus fiat appellabilis. Concl. 160.* † Amplia; quia causa à principio semel effecta summaria, erit semper summaria. Vide. *Sũmaria causa à principio an semper sit summaria. Concl. 893.* † Amplia; quia si bona sunt prohibita alienari extra familiam, non cẽsentur prohibita alienari in hæredem ab intestato successurum etiam extraneum, secundum* communem. Alex. *cons. 55. Ponderatis, n. 4. lib. 3.* ideo si in filiam semel sunt alienata, potest illa dare in dotem; quia res semel facta alienabilis legitime, semper erit alienabilis. Alex. *d. cons. 55. in fin. ver. circa secundum. lib. 3.* † Amplia in re
18 supposita fideicommisso cum prohibitione alienandi; quia si semel fiat alienabilis, perpetuo potest alienari. Petr. Surd. *cons. 105. n 12. lib. 1.* vbi ponit infinita exempla. Cast. *cons. 448. in fi. lib. 1.* Alex.
19 *cons. 55. Ponderatis. in fin lib. 3.* † Extende in re minoris semel licite alienata, quia potest alienari perpetuo etiam in tutorem. Surd. *d.*
20 *cons. 105. n. 12.* † Extende in bonis Ecclesiæ semel legitime alienatis; quia perpetuo possunt alienari. Surd. vbi supra. † Extende in
21 feudo tam Ecclesiæ, quam laicorum, Surd. vbi supra *n. 12.* vbi dicit* magis comm. & *n. 13.* † Idem in vasallis; quia inuiti nõ possunt
22 alienari, secus si semel sunt alienati. Rol. à Val. *cons. 1. nu. 82. & seq.*
23 *lib. 1.* sequitur Surd. qui alios citat *d. cons. 105. nu. 12 lib. 1.* † Extende in bonis prohibitis alienari in forensem; quia semel alienata licite semper transeunt in forensem. Petr. Surd *d cons. 105. nu. 12. lib. 1.* qui alios allegat. Vide, *Alienatione prohibita quæ alienatio permittatur, & in quas personas. Concl. 262. n. 25. & seq.*

Residentia est de iure diuino, & naturali. Cõcl. 247.

RESIDENTIA † in beneficiis dicitur de iure naturali, & diuino, vt probat Ferret. *consil. 32. nu. 14. & seq.* vbi ex scripturis sacris, Conciliis, & decretis Pontificum hoc probat. † Hanc opinionem approbat sacrum concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 1. de reform.* vbi vult, quod non residentes non faciant fructus suos; excipit tamen, quando absentia accideret propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Episcopatibus adiunctum.

Residere obligatus potest compelli per Episcopum, & priuari, & quomodo. Concl. 248.

RESIDERE † obligatus potest per Episcopum compelli ad re-
1 sidendum, & contumax priuari potest, nec requiritur ordo iudiciarius, neq; citatio, sed requisitio; maxime, quando constat notorie, quod quis non resideat. Oldr. *cons. 195. Articuli D. Arnoldi.*
2 † Contrarium dicit Abb. *consil. 67. Condescendo, col. 2. ver. item corruit dicta priuatio, lib. 1.* vbi, quod si scitur, vbi absens sit, & congrue citari potest, non debet citari per edictum, sed personaliter præfixo sibi termino ad comparendum, *c. ex parte, de Cler non resid.* & si aliter fiat, priuatio est nulla, secundũ *communem, de qua Abb.* * vbi supra. † Si vero ignoratur, vbi absens moretur, debent fieri
3 tres citationes successiuæ in Ecclesia, post quarum lapsum debet absens expectari per 6. menses, & non sufficeret vnica citatio peremptoria hoc casu, ita Abb. *d. cons. 67. col. 2. ver. item si nescitur. lib. 1.*
4 † Declarat sacrum Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 1. de reformat. §. eadem omnino*, vt sufficiat citatio per edictum à principio, vt possit priuari. † Amplia, vt sufficiat citatio per edictum contra
5 non residentem, quando non est in prouincia, vel Diœcesi; quia non tenetur alibi citare. Oldra. *d consil. 195. ver. ad secundum.* † Am-
6 plia; quia obligatus deseruire per se ipsum in beneficio iuris patronatus sub pœna priuationis, si steterit per duos menses negligens, potest priuari per Episcopum, etiam si propter inimicitias particulares abfuerit beneficiatus. Bald. *cons. 35. Voluntas testatoris, per tot. lib. 4* qui tamen distinguit, quando haberet culpam, vel esset affectata, alias secus. † Limita; quia si posset tueri ex consuetu-
7 dine, vel statuto non residendi, non debet Episcopus statim priuare non residentem lapso termino, sed substrahere redditus, & facere per substitutum deseruire, & si perseuerat in contumacia tractu temporis; tunc potest priuari. Abb. *d. cons. 67. col. 2. ver. item præsupposito lib 1.* † Limita; quia valet cõsuetudo, quod Canonicus non tenetur residere in Canonicatu, etiam non appositio Vica-
8 rio, qui seruiat pro eo, *c cum omnes*, vbi glo. & Doct. *de constit.* Abb. *cons. 67. Condescendo, in pr. lib. 1.* vbi, quod valet consuetudo Lucanæ, quod Canonici per tres menses non resideant. † Restringe; quia
9 bene potest Episcopus talem consuetudinem tanquã Ecclesiæ onerosam cõsensu Capituli reuocare, & facere statutũ contrariũ, &

illud

ſilud abſentibus intimare debet, & non poſſet ex abrupto priuare nõ reſidentem. Abb. *d. conſ. 67 in princ. ver. ſi tamen Eccleſia, lib.* 10 1. † Qualis modus ſit ſeruandus, vide Concilium Tridentinum *ſeſſio. 6 cap 1. de reformatio, & cap. 2. in Canonicatibus ſeſſio. 21. cap. 3. de reformatio.* & vltimo loco plenius *ſeſſio. 23. cap. 1. de reformatio.* vbi in fine, quod poſſunt ſequeſtrari, & ſubſtrahi fructus, & priuari.

Reſidere quando dicatur Epiſcopus, vel alius obligatus, vel non, & quando excuſetur. Concl. 249.

1 RESIDERE † dicitur Epiſcopus ad effectum, vt gaudeat alternatiua conceſſa Epiſcopis reſidentibus, quãdo vere, &per-
2 ſonaliter reſidet. † Et conceſſio iſta alternatiuæ dicitur fauorabilis, & late interpretanda; quia reducit ad ius commune, ideo late interpretatur contra concedentem, ſecus in præiudicium tertii; ideo comprehendit beneficia ad collationem communem cum Capitulo, quando ad ſolum Epiſcopum deuoluta eſt. Pariſ. *conſ.*
3 144. *Scripſeram, n. 9. & ſeq. li. 4.* † Et quod Epiſcopus teneatur reſidere in ſua Eccleſia tanquam maritus cum coniuge, *c. inter corporalia, de tranſlat. prælat.* Abb. in *ca bona, el primo, de poſtul. prælat. in 3. not.*
4 Mandoſ. in *reg. 7. q. 3. n. 3.* † Amplia; quia vt ſcholaris conſequatur nominationem, debet eſſe reſidens, ſed tamen ſufficit, quod ſit reſidens tẽpore, quo fit nominatio. Rebuff. in *tract. nommatio q.*
☞ *10. n. 10.* Vide, *Optio quo ad præſentes nõ habet locum ad fauorem abſen-*
5 *tium etiam ex cauſa publica. Concluſ. 165.* † Limita; quia reſidere non tenetur quis tempore peſtis in loco peſtifero; ideo ſine licentia poteſt quis recedere. Rebuff. ſuper *concord. rubr. de collatio. §. 1. ver.*
6 *reſidentiæ*, vbi plura. † Extende; quia imo reſidere dicitur abſens ex iuſta cauſa, puta peſtis, vel infirmitatis, vel abſentiæ ex neceſſitate Reipublicæ; quia tales dicuntur præſentes, & inſeruientes.
7 Rom. *conſ. 263. Viſo puncto, in princ.* † Idem eſt in eo, qui modico tẽpore abeſt; quia dicitur cõtinuo preſens eſſe. Rom. *d. conſ. 263 in princ. & per tot.* vbi apoſtil. in *ver. pacificus*, dat concord. Vide infra,
☞ *Reſidere qui non teneantur. Concl. 251.* Vide infra, *Reſidere quando dicatur infirmus. Concl. 252.*

Reſidentiam requirunt omnia beneficia de iure cõmuni, & quæ beneficia non requirant reſidentiã. Concluſ. 250.

1 RESIDENTIAM † requirunt omnia beneficia de iure communi, quantũcunq; ſint minima, *c. conquerente, de clericis nõ reſid.* Oldrad. *conſ. 140. In Eccleſia Calaguritan. n. 3. ver. & ſi dicatur.* Rebuff.
2 in *praxi. tit. diſpenſati. de non reſidendo, n. 7. & ſeq.* Anchar. *conſ. 233. Factum tale eſt, n. 3.* † Amplia in tantum, vt beneficiatus præſumatur mortuus in reſidentia. Oldr. *conſ. 198. incip. Circa primum ver.*
3 *ad quartum, & conſ. 229. Hæc ſunt dubia, n. 3. ver. ad tertium.* † Amplia; quia qui non ſeruit Eccleſiæ, nõ debet viuere de Altari; quia propter officium datur beneficium; ideo excommunicatus, quia nõ poteſt dicere officium, neq; reſidere, & deſeruire, nõ habet fructus. Feder. de Sẽ. *conſ. 246. in princ.* concord. Gemin. *conſ. 1.* qui lo-
4 quitur in Epiſcopo, vt non reſidens nõ habeat etiã alimẽta. † Limita de generali cõſuetudine, ſicuti quis poteſt de generali conſuetudine habere plura ſimplicia ſecundum gl. in *c. gratiæ, de reſcr. lib. 6.* vt refert Lap. *alleg. 36. in princ.* ita non requirunt reſidentiam; quia poteſt in eis deſeruiri per ſubſtitutum, & quia venit in conſequentiam. Lap. *alleg. 118. n. 1. prope fi. ver. ſed nec etiam*, vbi arguit
5 hoc modo. Rebuff. *in praxi. tit. diſpen. de non reſiden. n. 8.* † Limita in præſtimoniis; quia licet ſint beneficia Eccleſiaſtica; tamen reſidẽtiam nõ requirunt. Oldrad. *conſ. 81. in princ.* & hoc de conſuetudine, prout idem Oldr. *d. conſ. 140. n. 3. ver. & ſi dicatur.* Abb. *conſ. 47.*
☞ *in prin lib. 2.* Vide infra, *Reſidere non tenetur habens præſtimonium. Cõc.*
6 *253.* † Limita in beneficio ſimplici, in quo teſtator mandauit celebrari diuina; quia poteſt fieri per Vicarium, & non dicitur neceſſario habere reſidentiam. Lap. *d. alleg. 36. n. 2. ver. non obſtat.* & *n.*
4. dicit, quod vbi à iure non exigitur perſonalis reſidentia in beneficio, ibi poteſt deſeruiri per ſubſtitutum, & idem tenet *alleg.*
117. *Philippus, numer. 3. circa fin. ver. & licet prædicta, & numer. 4.* vbi late reſpondet ad omnia contraria, vbi, quod in beneficio ſimplici poteſt deſeruiri per alium, & fere per eadem verba Lap. *al-*
7 *leg. 118. numer. 2.* Alexand. *conſ. 1. lib. 7.* † Limita, niſi conſuetudo ſit in contrarium, prout loquitur Lap. *d. alleg. 36. n. 4. circa fi. ver. plus eſt*, vbi atteſtatur de conſuetudine Florentiæ, per quam Canonici percipiunt omnia in abſentia præter diſtributiones minutas.
8 † Limita in Hoſpitalario; quia non tenetur reſidere, & quatenus teneretur, non poteſt priuari ob non reſidentiam, niſi ſit prius
9 monitus. Alex. *d. conſ. 1. lib. 7.* † Limita in beneficiis, quæ quis obtinet ex diſpenſatione, quia licet requirant omnia reſidentiam, & ſeruitium; tamen ſufficit, quod in vno reſideat. Feder. de Sen. *conſ. 246. in fi. ver. item cum habeat.* † Declara omnes limitationes, in 10
quibus non tenetur quis reſidere; quia bene tenetur per ſubſtitutum deſeruire, alias non excuſatur. Anchar. *conſ. 233. n. 3.* Vide, ☞ *Beneficia quæ dicantur requirere reſidentiam, vel non. Concl. 63.*

Reſidere qui nõ teneantur in beneficio requirente reſidentiam. Concl. 251.

EXPVLSVS † de beneficio Canonicus excuſatur à reſidentia, 1
ideo non debet habere nedũ fructus, & diſtributiones maſſæ groſſę, ſed etiam diſtributiones quotidianas, ex quo excuſatur, quando ſine culpa ſua, & per eum nõ ſtat. Calder. *conſ. 238. alias*
17. *de præben.* qui tamen loquitur quoad diſtributiones minutas, quando maior pars Canonicorum non contradicebat. † Am- 2
plia; quia conſuetudo, vel cõſtitutio ſubtrahens diſtributiones non inſeruientibus nõ habet locũ in caſu impoſſibili, vt ſi Canonicus, vel beneficiatus eſſet infirmus. Calder. *d. conſ. 238. in pr.* ☞ *ver. de quotidianis vero*, alias 17. *de præbẽ.* Vide, *Cõſuetudo circa reſidentiã*
☞ *in beneficiis nõ curatis. Concl. 937.* † Amplia, vt ẽt iuſta, & rationabilis 3
neceſſitas, & iuſtum impedimentum excuſet à reſidentia, ita vt percipiat ẽt diſtributiones tanquam reſidens. Calder *d. cõſ. 238.*
circa fi. ver. nam vt ibi patet, alias 17. *de præben.* † Declara tamẽ, vt præ- 4
dicta procedant, quando deſeruiret per ſubſtitutum; ex quo ipſe nõ poteſt ex rationabili impedimento neceſſario. Calder. *d. conſ.*
238. in fi. alias 17. *de præben.* † Amplia; quia nõ tutus ob obſeſſionẽ 5
vi bis, in qua eſt beneficiatus, habetur pro reſidente, in tantũ, vt ſi priuetur ob non reſidentiam ſuo beneficio, debeat reſtitui. Bal. *conſ. 357. Iniuſtiſſima, & nulliſſima, lib. 2.* † Extẽde; quia nedũ inimi- 6
citia publica, ſed etiam particularis non affectata, excuſat beneficiatum à reſidentia, dummodo per ſubſtitutum deſeruiat idoneum; ſecus ſi inimicitia ſit affectata, vel culpæ illius aſcribi poſſit. Bald. *conſ. 35. Voluntas teſtatoris, circa med. ver. modo quæritur. lib. 4.*
Amplia; quia etiam peſtis, & infirmitas excuſat à reſidentia. Vide, ☞
Reſidere quando, & quis dicatur. Concl. 249. nu. 4. & ſeq. † Amplia; quia 7
vocati à Papa, vel exiſtentes in ſeruitio Sedis Apoſtolicæ Legati, vel Epiſcopi, excuſantur à reſidentia. Rebuff. in *prax. tit diſpenſ. de non reſidendo n. 31. & ſeq.* † Reſtringe, quia ex ſolo titulo, quod quis 8
ſit Capellanus Papæ, non excuſatur à reſidentia. Anchar *conſ. 233. Factum tale eſt. n. 3 & ſeq.* † Limita, vt non procedat, quando impe- 9
dimentum, vel neceſſitas prouenirent culpa beneficiati; quia non debet conſequi diſtributiones. Cald. *d. conſ. 238. ver. & conſtat, quod imputari, in ſi.* alias 17. *de præb.* vel ſi eſſet affectatum impedimentum. Bald. *conſ. 35. lib. 4.* Vide, *Diſtributiones quotidianæ quibus debeantur, vel non. Concl. 514.* ☞

Reſidere quando dicatur infirmus, & impeditus legitimo impedimento. Concl. 252.

BENEFICIATVS † Canonicus, vel alias debens reſidere, & 1
ſeruire habetur pro reſidente, & ſeruiente, ſi eſt inhabilis ex infirmitate, vel ſenectute; ideo debet fructus percipere, ſicut ſi inſeruiret. Abb. *conſ. 70. Videtur primo, per tot. lib. 1.* vbi dat exempli
de ſeruo infirmo; quia habetur pro ſeruiente *l. 4. §. Stichum ff. de ſtat.*
liber. † Extende; quia etiam quotidianæ diſtributiones dantur in- 2
firmo, quæ non debentur, niſi ſeruientibus. Abb. *d. conſ. 70. in pr.*
ver. hinc eſt, quod infirmus. lib. 1. † Declara, quando infirmitas ſuitim- 3
mediata cauſa nõ reſidendi, vt quia ſanus reſidebat, & ſeruiebat, ſed ſi ſanus non reſidebat, neq; ſeruiebat, tunc infirmitas non re-
leuat. Abb. *d. conſ. 70. in pr. lib. 1.* † Amplia in tantum, quod ſi bene- 4
ficia non ſufficiunt pro beneficiato, & ſubſtituto, non poteſt cõpelli ad ſeruiendum per ſubſtitutum, ſed bene, ſi beneficia poſſunt ſupportare ſubſtitutũ; quia in dubio magis fauetur cauſæ naturali, quam accidentali, magis titulato, quam non titulato. Abb.
d. conſ. 70. n. 2. ver. præterea, & per tot. lib. 1. vbi ponit multa ſimilia de fabrica Eccleſiæ, ad quam non tenetur beneficiatus, niſi pro rata, quæ ſupereſt, ſed Epiſcopus, & populus tenentur. † Contrarium 5
tenet gl. in *c. de rectoribus, de Cler. agrot.* quæ vult, quod debet adhiberi ſubſtitutus ſeruiens, cui prius eſt prouidendum de victu, & ſi non ſupereſt aliquid pro beneficiato infirmo, Epiſcopus debet 6
prouidere. † Declarat Abb. *d. conſ. 70. n. 3. ver. non obſtant Curtara,*
lib. 1. vbi reprobat gl. & dicit, quod Card. Florenti. Zab. conſuluit contra gl. prout ab eo audiuit in voce. † Extende; quia imo pau- 7
per beneficiatus ſi eſt infirmus, & fructus beneficii non ſuppetunt pro infirmo, poteſt obligare beneficium. Abb. *d. conſ. 70. nu.*
3. *lib. 1.*

Rebẽt-

Residere non tenetur habens præstimonium. Concl. 253.

1 RESIDERE † non tenetur habens præstimonium; quia potest percipere fructus in absentia. Oldr. *cons.* 81. *in pr. ver. non obstat*, & istud est de consuetudine. idem Oldr. *cons.* 140. *In Ecclesia Calagurritana, n.* 3. Abb. *cons.* 47. *lib.* 2. Vide supra, *Residentiam requirunt omnia beneficia de iure communi, & quæ beneficia non requirant residentiam. Concl.* 150.

Residere negligentes qua pœna puniantur. Concluſ. 254.

1 LEO IV. † priuauit Cardinalem S. Marcelli; quia non resedit per quinquennium in sua parochia, teste Rebuff. *in concord. Franc. de collat.* § 1. *ver. residere. fol.* 271. *n.* 7. *& qui prouisū.* † Et moniti ad residendum si non obediūt, de iure priuari possunt; imo etiam valet statutum, quod quis possit priuari, vel sit priuatus sine monitione. Rebuff. *in præx. tit. dispensat. de non resid. n.* 12. *& seq.*

3 † Fructus sui non faciunt non residentes, ideo Ecclesiæ applicātur. Anch. *cons.* 233. *n.* 3. *& seq. per tot.* vbi videtur velle, quod priuatus non opponit de iure Ecclesiæ, ad cuius commodum debent conuerti, sed hoc vltimum non credo verum. † Et ex forma Concilij Tridentini non residentes peccant mortaliter, nec faciunt fructus suos, nec valet compositio facta super eis, possunt sequestrari & subtrahi fructus, & moniti per edictum ad residendum possunt de iure priuari, nisi iusta causa subsit. Concil. T. id. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* † Limita quod requiratur monitio de iure communi, vt possit priuari, Alex. *cons.* 1. *lib.* 7. vbi, quod a-
6 * lias priuatio est nulla, vbi dicit * magis communem. † Extēde limitationem, vt obligatus ad residentiam, siue beneficiatus, siue Hospitalarius, non possit priuari, nisi primo fit monitus ad residendum, vt procedat; quia imo requiruntur plures monitiones, & vna non sufficit. Alex. *d. consil.* 1. *in pr. ver. & plures etiam monitiones, lib.* 7. allegat not. *in c. ex tuæ, de cleric. non resid.* & alia iura.

Residui appellatio importat finalem satisfactionem, & quando secus. Concl. 255.

1 SOLVTIO † facta pro residuo importat finalem solutionem, quia residuum præsupponit antecedentem solutionem in reliquo. Bald. *cons.* 251. *Duo rei, in princ. lib.* 3. Bero. late *cons.* 192. *Omisso*
2 *multiloquio, per tot. lib.* 1. Castill. *cons.* 30. *n.* 9. † E conuerso obligatio facta pro resto, dicitur habere causam residui præcedentis debi-
3 ti. Alex. *cons.* 4. *n.* 8. *lib.* 1. † Amplia, vt idem sit in confessione facta pro residuo in casibus, in quibus confessio probat liberationē, & solutionem, vt si est lapsum tempus excipiendi de non numerata pecunia, vel si est renunciatum exceptioni. Bald. *d. consil.* 251.
4 *in princ. lib.* 3. Bero. *d. cons.* 192. *lib.* 1. † Amplia, vt idem sit, si testator ex mille, quæ sibi debet frater, legat vni 600. alteri dicit, quod ex restanti summa mille legat 400. quia si illa mille non debentur integra, tota diminutio spectat ad secundum legatarium; quia dixit ex restanti, quod idem est, ac si dicatur ex residuo, vel resto deducto primo legato. Alex. *cons.* 216. *M. Albertus, n.* 4. *ver. non*
5 *obstat, lib.* 7. † Amplia, quia si dicitur de residuo, idem est, ac si dicatur pro resto; quia supponit residuum debiti solutum: & quod istud remanens solum debeatur, Bero. *d. cons.* 192. *per tot. lib.* 1. Ca-
6 still. *d. cons.* 30. *n.* 9. Alex. *d. cons.* 116. *Magister, n.* 4. *lib.* 7. † Idem, si dicatur pro superfluo. Cuman. *cons.* 115. *in addit. ad Alex. in l.* 2. *C. de hared. instit.* quia parua sunt, reliquum, superfluum, vel residuū. Cu-
7 man. *d. cons.* 115. *n.* 2. † Extende; quia confessio debiti pro residuo computorum probat nedum tantum dumtaxat esse debitum, quantum est residuum, sed et probat facta computa de omnib.
8 Bero. *d. cons.* 192. *n.* 6. *lib.* 1. † Et q residuum importet totū illud, q est in residuo, vt si totum, totū, si pars, partem importet, videtur
9 velle Ang. *cons.* 286. *Quoniam, n* 2. † Amplia; quia residui appellatione totum continetur. Bero. *cons.* 119 *n.* 13. *lib.* 2. *l.* 2. *cum ibi not. C. de hared. inst.* Affl. *decis.* 285. *n.* 3. Zabar. *cons.* 68 *in pr.* vbi, quod pōt totum continere, quando præcedens dispositio partis nō valet. Castr. *cons.* 71. *n.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 130. *n.* 7. *lib.* 2. vbi, quod potest importare totum, quando non potest applicari parti, vel resto,
10 & idem Alex. *cons.* 16. *lib.* 4. † Contrarium, quod importet partē, & ideo cum possit importare & totum, & partem, petitio, & tenuta super residuo dotis dicitur incerta: ideo tenuta, & sententia est nulla super incerto lata. Castrens. *cons.* 71. *Super primo, nu.* 2.
11 *ver. Super secundo. lib.* 1. † Declara ex Cuma. *cons.* 115. *Antonius Benedicte filie, v. ad primum*, quia si residuum apponatur tanquam incertum, vel super incerto, & euentuali; tunc totum importat, velut si dico ex mille, quæ sunt in arca, soluatur id, quod debeo Ti-
12 tio, residuum sit hæredis, si Titio nihil debetur, residuū importat totum; si vero apponatur certæ quantitati, pura centum lego ex mille, residuum sit hæredis; tunc quod supereſt deductis centum, importat. † Restringe; quia quando de parte est dispositū, & disponitur aliter de reliduo, illud residuum intelligitur, de ducto prius eo, de quo fuit dispositum. Bero. *cons.* 64. *n.* 52. *& seq. ver. tertio hoc idem, lib.* 2. ita Alex. *in d. l.* 2. *C. de hæred. instit.* vbi, quod si testator instituit hæredem in 12. vnciis Titium, & Gaium, in residuo Gaius nihil habebit. Zabar. *d. cons.* 68. *in pr.* quod procedit,
13 quando valet dispositio de parte. † Declara; quia appellatione residui venit totum, & appellatione partis venit totum, quando non magis conuenit vni parti, quam alteri. Castr. *cons.* 466. *Viso*
14 *compromisso. n.* 4. *ver. præterea non dicunt arbitri. lib.* 1. † Declara, quia si residuum habet præcedentem dispositionem de parte inualidam, importat totum; si vero dispositio partis valet, importat, q
15 remanet. Zabar. *cons.* 68. *in pr.* † Amplia; quia residui appellatione venit totum, quod supereſt, siue applicetur rei, siue quantitati; ideo residuum curtis intelligitur de omni eo, quod supereſt de curte, aut alia re expressa. Alex. *cons.* 26. *Consideratis verbis, nu.* 2.
16 *lib.* 4 † Extende; quia residuum curtis indefinite prolatum, & in singulari continet etiam, quod supereſt ex pluribus curiis; quia indefinita æquipollet vniuersali, maxime, quando concurrit æ-
17 quitas. Alex. *d. cons.* 26. *n.* 2. *& seq. per tot. lib.* 4. † Amplia, quia reliquorum appellatione veniunt omnia, quæ debentur; ideo absolutio facta à reliquorum restitutione censetur facta de omnibus. Alex. *cons.* 47. *Circa primum, n.* 13. *ver. deniq, vltra, lib.* 1. † Limita
18 in confessione facta ab eo, qui soluit vsuras ad fauorem vsurar ii; quia licet dicat, quod recepit 20. solidos pro residuo omnium vsurarum, talis confessio, & clausula residui non probat solutionem antecedētem propter fraudes vsurariorum. Bald. *cons.* 220.
Ad euidentiam. per tot. lib. 3. Vide, *Liberatio debitoris ex quibus præsumatur. Concluſ.* 332. Vide, *Solutio quando, & ex quibus præsumatur. Concluſ.* 345.

Resignatio beneficii in manibus superioris fieri debet, alias non valet, & quando secus. Concluſ. 256.

RESIGNATIO † beneficii non potest fieri, neq; admitti, nisi in 1
manibus Episcopi, vel alterius Prælati, qui possidet beneficiatum inuitum destituere; quia renunciatio habet vim cuiusdam destitutionis. Lap. *alleg.* 14. *in fin. n.* 7. *ver. vltimo*, vbi dicit ita obtinuisse. † Et propterea exemptus ab ordinario, prout est inquisitor hæreticæ prauitatis, non potest dictum officium, quod 2
habet à Papa, resignare in manibus ordinarii; quia non potest ab eo inuitus destitui. Lap. *alleg* 33. *n.* 3. *ver. item quia sunt.* † Amplia, vt 3
non valeat renūciatio facta de beneficio in manibus Vicarii generalis non habentis mandatum speciale; quia est alienatio personarum. Cald. *cons.* 60. *An renunciatio*, alias 3. *de renunc.* † Am- 4
plia, vt exempti non possint renunciare in manibus Episcopi. Cald. *consil.* 60. *circa med. ver. vnde exempti*, alias 3. *de renunc.* † Am- 5
plia, quia beneficium resignatum in manibus inferioris Episcopi, & collatio subsequuta, puta per Decanum prætendentem collationem; quia dotauit beneficium, est nulla ipso iure, & nullum ius tribuit; quia in manibus Episcopi fieri debet, & ab eo conferri. Ægid. *cons.* 10. *nu.* 48. *& seq ver. circa septimum*, allegat
c. admonet, & c. quod in dubiis, de renunc. † Limita in resignatione be- 6
neficii acquirendi; quia ex quo nondum est acquisitum, neque acceptatum, potest prouisus, vel cui competit ius illud renunciare sine superiore, ex quo nunquam fuit ligatus; quia non acceptauit. Fed. de Sen. *cons.* 9. *Casus, talis, circa fin. ver. simile est.* † Ex- 7
tende, vt habēs ius ad rem, vt electus, expectans, & similes, possit etiam solo verbo iuri suo renunciare, & sufficit promissio, per quam offert se dimissū ū ius ad rem sine alia expressa dimissione. Cald. *cons.* 62. *An si impetrans*, alias 5. *de renunc.* † Limita; quia in 8
præiudicium resignantis valet resignatio facta in manibus non sui iudicis, *c. quod in dubiis, de renunciat. cum ibi not.* Fed. de Sen. *cons.* 156. *in apost. B.* incip. *Momentum.* Calder. *cons.* 62. *in fin.* alias 5. *de renunc.* † Extende hāc limitationem, vt procedat etiam in resigna- 9
tione Capellani Legati, cuius collatio ad Legatum spectabat; quia valet facta in manibus alterius etiam inscio Legato. Cald. *cons.* 59. *An Capellanus*, quod est 2. *de renunc.* quod consilium est Gasp. Cald. & Gemin. Vide supra, *Renunciatio beneficij in manibus non superioris quid operetur. Concl.* 195. Vide duas Conclusiones proximè seq.

Resignatio beneficii non valet sine superiore. Concluſ. 257.

RESIGNATIO † beneficii facta ſine ſuperiore non valet, *c. admonet, & c. quod in dubiis, de renunc.* Cald. *conſ.* 63. alias 6. *de renunc.* † Et ſuperior eſt Epiſcopus, cui conceditur cognitio cauſæ, an expediat, vel ne. Æg. Bella. *conſ.* 27. *in pr.* † Ratio poteſt eſſe; quia per renunciationem abſoluitur perſona à vinculo beneficii; vnde eſt ſpecies alienationis perſonarum: ideo requiritur conſenſus ſuperioris. Cald. *conſ.* 60. *n.* 2. *verſ. & concludunt*, alias 3. *de renunc.* vbi adducit hanc rationem ad probandum, quod Vicarius generalis ſine mandato ſpeciali non admittit reſignationes. Ægi. Bell. *d. conſ.* 27. *in pr.* † Amplia in tantum, reſignationem non poſſe admitti, niſi per Epiſcopum; quia eſt alienatio perſonæ beneficium reſignantis, vt ueq; Capitulum Eccleſiæ inferioris poſſit præſcribere. Ægid. *d. conſ.* 27. *in prin. & per tot.* vbi, quod præſcriptio debet eſſe immemorabilis, & debet articulari cum actibus in ſpecie ſecutis. † Reſtringe in Capitulo Cathedralis; quia poſſet præſcribere. Ægid. *d. conſ.* 27. *n.* 3. † Amplia etiam in reſignatione ex cauſa permutationis; quia de iure communi eſt prohibita, niſi ex cauſa approbata per Epiſcopum. Ægid. *d. conſ.* 27. *in prin.* † Limita; quia bene valet reſignatio in præiudicium reſignantis, volente ſuperiore. Cald. *conſ.* 62. alias 5. *de renun. in fi.* Rom. *conſ.* 350. *In caſu, n.* 17. † Extende; quia ſuperior poteſt habere ratam reſignationem factam in manibus inferioris, & valide confert beneficium. Rom. *d. conſ.* 350. *n.* 17. † Limita; quia licet requiratur conſenſus ſuperioris; non tamen requiritur conſenſus patroni, neque habentis ius eligendi, vel præſentandi; quia ſine eis reſignatio poteſt fieri. Calder. *conſil.* 63. alias 6. *de renunc.* Vide Concluſ. prox. præced. & Concluſ. proxime ſeq.

Resignatio beneficii in manibus superioris inducit vacationem. Concl. 258.

RESIGNANS † beneficium in infirmitate, vt conferatur Titio, ſi reſignans moritur intra 20. dies, regula de infirmis annullat collationem; ideo beneficium vacat in curia per reſignationem in manibus Papæ; quia licet annulletur collatio, non annullatur reſignatio, ita Rom. *conſ.* 342. *Quoad primum, in princ.* † Et quod reſignatio admiſſa poſſit valere, licet non valeat collatio, eſt text. *in c.* 1. *de rer. permut. in* 6. Rom. *d. conſ.* 342. *col.* 2. *circa prin.* Vide ſupra, *Renunciatio beneficij Eccleſiaſtici in manibus non ſuperioris non inducit vacationem, & quid operetur. Concluſ.* 165. Vide duas proxime præcedentes Concluſiones.

Resignationis cauſæ quæ ſint legitimæ, vel non. Concl. 259.

SENECTVS † eſt cauſa legitima reſignandi beneficium. Oldr. *conſ.* 344. *n.* 9. *ver. ſecundo non obſtat.* † Declara, dummodo nõ interueniat fraus expectantium, vel illicita pactio. Oldr. *conſ.* 324. *n.* 9. *verſ. ſecundo non obſtat.* † Impedimentũ perpetuum in reſignante eſt iuſta cauſa reſignandi. Oldr. *d. conſ.* 324. *n.* 9. *verſ. præterea poſſibile.*

Resignatio beneficii facta per eum, qui debet priuari, valet ante priuationem, quandocumque fiat. Concl. 260.

RESIGNATIO, † ſeu permutatio beneficii curati, & parochialis poteſt fieri, & valet facta ab eo, qui intra annum debet promoueri, & non eſt promotus, dummodo illam faciat intra annum, etiam ſi illã faceret in fine anni, ita quod eſſet impoſſibile, quod promoueri poſſet intra annum; quia pœna nõ committitur, niſi ex toto labatur terminus, *c. commiſſa, de elect. in* 6. Caſſad. *deciſ. ſi.* incip. *Fuit etiam concluſum de locato, n.* 5. *ver. & alias in ſimili.* † Amplia, etiam ſi promouendus pluries reſignaſſet in fine anni, vel permutaſſet parochialem, & nunquam promotus fuiſſet; quia adhuc non præſumitur fraus in foro contentioſo. Oldr. *conſ.* 203. *Factum tale eſt, collata fuit Eccleſia, in pr.* † Amplia, vt valeat reſignatio facta ab expectante ante publicationem ſuæ acceptationis, & prouiſionis intra tres menſes, etiam ſi in fine triũ menſium ſit facta, ita q̃ non aderat tempus faciendæ publicationis. Caſſad. *deciſ.* 27. *Tenuit palatium ſuper reg.* † Amplia, vt idem ſit pro eo, qui impetrauit contra annalem poſſeſſorem; quia ſi tenetur intra annum expedire ex toto cauſam, & habere ſententiam, poterit in fine anni reſignare alteri, etiam ſi non poſſet obtinere ſententiam intra illud tempus. Caſſad. *deciſ.* 17. incip. *Quoad dictam regulam ſuper regul.* † Amplia in eodem caſu, quando impetrans propter regulam de annali tenetur citare poſſeſſorem intra ſex mẽſes; quia ſi non citauit, poteſt reſignare intra ſex menſes prædictos, etiam ſi impoſſibile eſſet citare intra ſex menſes. Caſſad. *deciſ.* 16. *ſuper reg.* incip. *Idem, quod in proxima, in fin. ver. item dic.* 4. † Amplia, vt in tantum valeat reſignatio in caſibus prædictis, vt pendente lite, & cedens in termino impleuiſſet, vt declarant Oldr. *d. conſ.* 203. *in prin.* Caſſad. *deciſ* 27. *in pr. &* 17. *ſuper regul.* Vide ſupra, *Renunciatio beneficij quando poſſit fieri per priuandum, vel non. Concl.* 166.

Resignatio cum pensione nõ potest rescindi per resignatarium prætextu læsionis. Concl. 261.

RESIGNATIO † beneficii facta per Titium ad fauorẽ Seiæ reſeruata penſione reſignanti nõ poteſt reſcindi prætextu, quod penſio ſit enormis, ſed debet reſignatarius reſtituere beneficium reſignanti, ſi non vult onus reſeruatum ſubſtinere. Anch. *conſ.* 313. *Niſi legibus, per tot.* qui loquitur in officio. † Extende, vt procedat, etiam ſi Papa extingueret penſionem; quia reſcriptum eſt nullum, cum tollat ius tertio quæſitum. Anchar. *d. conſ.* 313. *per tot.*

Resignatiõ beneficii iuris patronatus valet sine patrono, & quando secus. Concl. 262.

